UAB
Biblioteca de Ciències Socials

3941

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

2-14

BARBOSA
IUD. LUSITANI

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

AUGUSTINI
BARBOSÆ,
J.U.D. LUSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,
OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSULTORIS;
& insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarii majoris;
NUNC VERO EPISCOPI UGENTINI,
& à Consiliis D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici:

JURIS ECCLESIASTICI UNIVERSI

LIBRI TRES;

IN QUORUM
I. De Personis,
II. De Locis,
III. De Rebus Ecclesiasticis plenissimè agitur.

Exquisitâ, singularique doctrinâ refertissimi, Judicibus pariter ac Patronis, tam Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus pernecessarii, omnibusque Canonici, & Civilis Juris studiosis summoperè fructuosi.

Cum triplici Indice; primo Capitum, altero Jurium, tertio Rerum & Verborum copioso.

Editio novissima, ab Authore recognita, & erroribus ablatis, utiliter locupletata.

LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & POSUEL.

M. DCCXVIII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

UAB Biblioteca de Ciències Socials
Libreria dell'Ecmo. Sr. de Rocaful. P.L.S. Franco
Anno de 1721
H. 15.
Juris 3. Cat. 3
BIBLIOTECA FACULTAT DE DRET

R. 11.409

UAB Biblioteca de Ciències Socials

BARBOSÆ.



BIBLIOTECA DE CATALUNYA

UAB Biblioteca de Ciències Socials

BIBLIOPOLA
LECTORI S.

CUM *in prioribus editionibus præclarum hoc Juris Ecclesiastici Opus, ut sæculo infelici, ita typis incorrectis, & negligenti operâ, ut Author ipse conquestus olim fuit, lucem viderit, & plura etiam quoad rei substantiam desiderabantur; operæpretium fore ratus Author ipse, ultimam tandem, quod aiunt, manum adhibuit, Opusque ita locupletavit, ut ne quidquam expeti, addique possit amplius. Et quanvis haud ignoramus, tam immensa sit hujus rei materia, ut si quæ ille breviter, sed tamen luculenter tradidit, velit aliquis latiore stylo evolvere, non pauca replere debeat volumina; habebit tamen Lector abundè quo potiatur, suumque exornet desiderium, quibus æternam felicitatem meritissimo, doctissimoque Authori precando, nunc fruatur, & benè valeat.*

Facultas imprimendi.

IMprimatur, si videbitur Reverendissimo P. Magistro S. Palatii Apostolici.

A. Episcopus Bellicastr. Vicesger.

EGo infrascriptus de mandato Reverendissimi Patris Fr. NICOLAI RODULFII, Sacri Palatii Apostolici Magistri, vidi, & inoffenso pede perlegi *Libros tres de Jure Ecclesiastico universo*, D. AUGUSTINI BARBOSÆ, eximii U. J. Periti Lusitani, adeò quod in eis nihil bonis moribus, vel Religioni contrarium reperi; imò potiùs utilissimos qui prælo mandentur existimo. Romæ hàc die 28. Aprilis 1629.

JOANNES FRANCISCUS FERENTILLUS, manu propria.

Imprimatur.

Fr. NICOLAUS RODULFIUS, S. Palatii Apost. Magister, ac totius Ordinis Prædicatorum Vicarius Generalis.

Approbatio Doctorum Sacræ Facultatis Theologicæ.

NOs infrascripti in Sacræ Theologiæ Facultate Magistri fidem facimus, perlegisse Librum, cui titulus est, *Juris Ecclesiastici Universi Libri tres*, *Authore* D. AUGUSTINO BARBOSA, *V. J. D. Lusitano*, nihilque in eo Fidei orthodoxæ contrarium reperisse. Lugduni die 22. Decembris 1631.

Fr. CLAUDIUS COCHET, Ord. Præd.
Fr. JOANNES PORTIER, Ord. Præd.

Summa Privilegii Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum, & Navarræ Rex Christianissimus, singulari privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem & octo annos à die præsentium computandos imprimat, seu typis excudendos curet, & venales habeat Libros, tàm editos quàm edendos, *D. D. Augustini Barbosæ Lusitani, J. V. D. Episcopi Vgentini, &c.* præter JACOBUM ANISSON, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipsemet concesserit: Prohibuit insuper eadem authoritate Regia omnibus suis subditis eosdem Libros extra Regni sui limites imprimendos curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere ac instigare, sine consensu dicti JACOBI ANISSON: idque omne sub confiscatione Librorum, aliisque pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in Litteris datis Parisiis die 21. Augusti 1712.

Ex mandato Regis Signatum LAUTHIER.

SERIES CAPITUM
PRIMÆ PARTIS
JURIS ECCLESIASTICI.

LIBER PRIMUS.

De Personis Ecclesiasticis.

CAP. I. DE Summo Pontifice. pag. 1
II. De potestate, & authoritate Romani Pontificis. 23
III. De Cardinalibus S. Romanæ Ecclesiæ. 56
IV. De dignitate, privilegiis, & Officio Cardinalium. 68
V. De Legatis, & Nuntiis Apostolicæ Sedis. 81
VI. De Patriarchis, & Primatibus. 91
VII. De Archiepiscopis, & Metropolitanis. 99
VIII. De Episcopis, & eorum electione. 113
IX. De Episcoporum confirmatione, & consecratione. 137
X. De vita, & moribus Episcoporum. 150
XI. De officio, & potestate Episcoporum. 158
XII. De dignitate, & privilegiis Episcoporum. 183
XIII. De prædicationis officio, & munere docendi. 190
XIV. De visitatione ab Episcopis, & Prælatis facienda. 196
XV. De Vicario, & Coadjutore Episcopi. 203
XVI. De Chorepiscopis. 210
XVII. De Abbatibus. 211
XVIII. De Plebanis, & Rectoribus animarum. 226
XIX. De electione Prælatorum in genere. 227
XX. De Diœcesibus, & Parochiis. 260
XXI. De dignitatibus Ecclesiasticis in genere. 266
XXII. De Referendariis. 277
XXIII. De Protonotariis. 278
XXIV. De Archidiacono. 284
XXV. De Archipresbytero. 291
XXVI. De Decano. 294
XXVII. De Thesaurario, Sacrista, & Custode. 296
XXVIII. De Primicerio, Cantore, & Præposito. 297
XXIX. De Magistro Scholæ. 299
XXX. De Prioribus. 300
XXXI. De Canonicis. 303
XXXII. De Capitulo. ibid.
XXXIII. De ordine, & qualitatibus ordinandorum. 326
§. j. De qualitatibus ordinandorum. 338
§ ij. De his quæ servanda sunt in Ordinibus conferendis. 349
XXXIV. De Presbytero. 353
XXXV. De Diaconis. 358
XXXVI. De Diaconissis. 363
XXXVII. De Subdiaconis. 365
XXXVIII. De Acolytis, & aliis minoribus Ordinibus. 369
XXXIX. De privilegiis Clericorum. 377
§. j. De privilegio Canonis. 379
§. ij. De privilegio fori. 392
§. iij. An, & quando privilegio fori domiciliarii Clericus per seipsum sine proprii Episcopi licentia renunciare possit vigore obligationis cameralis: & plura in causa propria adducit Author circa materiam regressus concedendi. 438
§. iv. Servientes Ecclesiis, vel Clericis, & Diaconi Selvatici, Familiares Officii, Episcopi, & Nuntii Apost. gaudent fori privilegio. 464
§. v. De privilegio immunitatis, & exemptionis à gabellis, & exactionibus, & tributis. 481
§. vj. De privilegio capitis *Odoardus*, *de solut.* 500
XL. De vita, & honestate Clericorum. 504
XLI. De Religiosorum Ordinibus. 524
XLII. De transeuntibus ad Religionem. 573
XLIII. De statu Regularium. 609
XLIV. De Monialibus, & sacris Virginibus. 645
XLV. De Præpositis, & Ministris Religionum. 665
XLVI. De Procuratoribus Ecclesiasticis. 670

AUGUSTI

UAB Biblioteca de Ciències Socials

AUGUSTINI BARBOSÆ,

U. J. DOCTORIS,

JURIS ECCLESIASTICI UNIVERSI.

LIBER PRIMUS.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

CAPUT PRIMUM.

De Summo Pontifice.

SUMMARIUM.

1 *Mysterium adventus Christi describitur.*
2 *Incarnatio Verbi æterni facta fuit ad tollenda peccata, seu ad redemptionem generis humani, tanquam ob causam primariam & proximam.*
3 *Verbum potius incarnari, quàm Patrem, aut Spiritum sanctum, multis convenientissimum fuit.*
4 *Filii sola persona naturam humanam assumpsit.*
5 *Filii incarnatio cum natura humana magis conveniens fuit ad redimendum genus humanum, quàm unio cum natura angelica.*
6 *Incarnationis terminus principalis proveniens ex unione est Christus, prout est persona divina subsistens in duabus naturis, divina & humana.*
7 *Christus secundùm humanitatem est caput totius Ecclesiæ, tam militantis, quàm triumphantis.*
8 *Christus habuit amplissimum spirituale dominium in omnes creaturas, tam cœlestes, quàm sublunares, & terrestres, itant illis uti posset ad finem spiritualem, quoties ei visum fuisset.*
9 *Christus quamvis potuerit dominium politicum rerum omnium, & principatum, & ita monarchiam temporalem cum suprema potestate seculari super universum orbem principaliter, & directè exercere tamen eam de facto non exercuit, neque exercere voluit.*
10 *Declaratur auctoritas Matth.* 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.
11 *Christus necessarium reputavit aliquem Ecclesiæ à se in terris constituta Præsidem relinquere, qui ejus vicariam potestatem retineret.*
12 *Petrum universæ Ecclesiæ Pastorem cur Christus præfecit, ostenditur.*
13 *Petrus fuit in sanctitate præstans, in paupertate eximius, in humilitate maximus, & in virtute supremus.*
14 *Petrum supremum & antiquissimum Theologorum fastigium vocat Dionysius.*
15 *Petrum Ecclesiæ præsidentem, & fundamentum dicunt Ignatius, & Clemens.*
16 *Petrus Vicarius, & successor Christi multis ostenditur.*
17 *Petrus post Ascensionem Domini Vicariatûs auctoritatem ab eo acceptam, divino Spiritu accepto, in multis cœpit exercere.*
18 *Petrus super reliquos Apostolos Primatum, & Principatum habuit.*
19 *Caput* Io novo, 21. dist. *declaratur.*
20 *Potestas data fuit Petro, & Apostolis, non ad eundem, sed ad diversum finem.*
21 *Papatus est de jure divino à Christo in persona Petri institutus, sicut & potestas eidem ab eodem Christo data.*
22 *Papatus quod sit in persona hujus vel illius, exceptâ personâ Beati Petri, non est de jure divino, sed ex humana electione pendet.*
23 *Transactio fieri potest de Papatu.*
24 *Episcopi in Apostolorum locum successerunt.*
25 *Apostoli parem cum Petro habuerût potestatem.*
26 *Petro & reliquis Apostolis quadam fuerunt concessa tanquam pertinentia ad communes, & maximas Ecclesiæ commoditates, quæ sanè potestas ordinaria censetur; alia verò concessa sunt eisdem tanquam privilegia personalia.*
27 *Apostoli non ordinariam in suis, & particularibus Ecclesiis, sed generalem universum orbem, parémque cum Petro, atque ita extraordinariam potestatem acceperunt.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

28 *Episcopi successerunt Apostolis in ordinaria jurisdictione, quàm illi in singulas provincias demandatas acceperunt, non autem in potestate extraordinaria, cùm personale fuerit privilegium.*

29 *Episcopi in suis Diœcesibus plenissimam potestatem habent ut omnia possint, exceptis nonnullis Pontifici reservatis, qua ille potest in universum orbem.*

30 *Sedem Apostolica potestatis Petrus Antiochiæ primitùs erexit, Jacobo Apostolo Hierosolymitanæ Ecclesiæ primitùs ordinato.*

31 *Roma, jubente Domino, suum Sedem transtulit S. Petrus.*

32 *Roma Sedes Apostolica ex necessitate divini præcepti residere debet, & non potest contra Domini jussum aliò transferri, nisi propter rebellionem populi, vel incursum hostium.*

33 *Apostolorum Petri & Pauli laudes.*

34 *Roma multis laudibus digna ob illustre Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli martyrium, & has insignes Ecclesiæ columnas.*

35 *Petrus post Christi mortem vixit annos 34 menses 2. dies decem, partim Hierusalem, partim Antiochiæ, & partim Romæ.*

36 *Vita Romanorum Pontificum Petri successorum cur usque ad ætatem nostram brevior sit, atque immatura esse soleat eorum mors, quàm cæterorum hominum, ostenditur.*

37 *Successio Summorum Pontificum à B. Petro quomodo processit, ostenditur.*

38 *Clemens à Petro successor delectus, renunciavit Pontificatui; at defuncto Lino ab Ecclesia in ejus locum electo, & post eum Cleto pariter vita functo, fuit iterum ab Ecclesia electus.*

39 *Successores sibi eligere licere Summis Pontificibus B. Petri exemplo, plures Doctores tenuerunt, sed verius contrarium,* & n.40.

41 *Papa & Episcopus se habent ad Ecclesiam sicut vir ad ejus uxorem.*

42 *Paulus III. persuasus à Cardinale S. Marci, ut sibi successorem eligeret, hoc omninò respuit.*

43 *Papa sunt aliquid gerere tempore inhabili, vel tempore habili, & effectus ejus conferre in tempus inhabile.*

44 *Papa non tantùm Jure Canonico, sed etiam Divino prohibetur sibi eligere successorem.*

45 *Caput* unde, 8. q. 1. *declaratur.*

46 *Caput* Petrus 8. q. 1. *declaratur.*

47 *Electores in creatione Summi Pontificis licèt personam designent, potestatemque determinare videantur; solus tamen Christus immediatè confert dignitatem, & potestatem.*

48 *Papa adhuc superstite, nulli licet verbo, scripto, aut promissionibus, juramento, aut quovis modo de successore tractare, sub anathematis pœna, & privationis dignitatum.*

49 *Electio Summi Pontificis primum quidem post Petrum fuit apud Ecclesiæ Romanæ Senatum.*

50 *Electioni Summi Pontificis post tempora B. Sylvestri inter Ecclesiæ Senatores reliquus Clerus Romanus, ac populus ad præsentiam exhibendam adjunctus est.*

51 *Papæ electioni procedente tempore Romanus Imperator suam auctoritatem interponere cœpit.*

52 *Adrianus I. Carolo Magno jus concessit eligendi Summum Pontificem, & Apostolicam Sedem ordinandi, & idem jus concessit Leo VIII. Othoni Imperatori,* ut n.53.

54 *Caput* Adrianus lib. 2. *& caput* in Synodo, 63. dist. *declarantur.*

55 *Nicolaus II. sacram legem edidit de electione Romani Pontificis à sacro Cardinalium Senatu peragenda, accedente reliquo Clero, & populo ad eam comprobandam.*

56 *Alexander III. in generali Concilio statuit, ut ille demum canonicè electus censeretur, in quem duæ ex tribus, Collegii Cardinalium partes consensissent, excluso Cleri, & populi consensu.*

57 *Apostolica Sedes si vacat tempore, quo generale Concilium legitimè fuerit congregatum, non ad ipsum Concilium, sed ad solos Cardinales pertinet electio Pontificis.*

58 *Electus in Pontificem, quamvis non sit Cardinalis, verus est Papa,* ut n.77.

59 *Constitutiones plures circa Romani Pontificis electionem editæ fuerunt.*

60 *Cardinales absentes, Papa defuncto, statim sunt monendi, & per decem dies expectandi à die mortis Pontificis computandos.*

61 *Electio Papæ facta legitimè, non expectatis tamen intra decem dierum tempus absentibus, valet.*

62 *Cardinales absentes licèt in electione Papæ per decem dies expectandi sint, non tamen debent vocari, seu citari.*

63 *Cardinales de obitu Pontificis solent certiorare absentes per litteras particulares à Secretario S. Collegii subscriptas.*

64 *Cardinales qui desunt publicâ causâ, & de licentia Romani Pontificis, ad electionem successoris expectandi non sunt ultra decem dies.*

65 *Cardinales præsentes, decem diebus durantibus, defuncti Pontificis celebrare debent exequias.*

66 *Conclave quomodo fabricandum, & qui in eo intrare possint, & debeant, ostenditur.*

67 *Sponsiones, seu excommissus super vita, morte & futura electione Summi Pontificis, nullus facere potest.*

68 *Conclave ingredientes post ipsum clausum, vel Cardinales intus existentes alloquentes, nuncium mittentes, vel scripturam, quas pœnas incurrant ostenditur.*

69 *Cibus, & potus intra Conclave portandum qualis, & qua persona constitui debent pro illo inspiciendo & perscrutando ostenditur,* & n.70.

71 *Cardinales omnes ad electionem Sum. Pontificis admittuntur, nulla excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti obstante exceptione.*

72 *Cardinales nuper creati & publicati, eandem in electione obtinent potestatem, etsi nondum insignia Cardinalatûs acceperint.*

73 *Cardinales non Diaconi, an in electione Summi Pontificis vocem habeant, ostenditur.*

74 *Cardinales plurimi, si ante factam Pontifici electionem decedant, ad solos superstites qui vivunt, pertinebit electio, quamvis duo tantùm remanserint, quia unus poterit eligere alium, immò quamvis unus remanserit, ad alium spectabit electio.*

75 *Electio Papæ ad quem spectabit, si omnes Cardinales mortui sint, ostenditur.*

76 *Papa ubi deponitur à Concilio legitimè congregato, ad quem tunc pertineat Pontificis electio, an ad Cardinales, an ad ipsum Concilium, ostenditur.*

77 *Euge-*

77 *Eugenii III. ex Abbate simplici, Gregorius X. ex Archidiacone, & Cœlestinus V. ex eremo vocatus, cùm nec esset in Sacris, Pontifex est creatus.*

78 *Laicus validè eligitur in Pontificem.*

79 *Electionis validitati non obstabit si uxoratus in Pontificem eligatur, quia si uxore consentiente hoc contingat illa cogi poterit ut convertatur.*

80 *Uxoratus absque licentia uxoris ad summum evectus Pontificatum potest ab ipsa revocari, ut illi teneatur debitum reddere.*

81 *Fœmina Papa esse non potest.*

82 *Fœmina sub nomine Joannis non fuit electa Roma in summum Pont.*

83 *Papa quot annos natus esse debeat? ostenditur.*

84 *Forma, qua in electione Romani Pont. sit servanda, à jure communi non traditur, idcircò si qua in eo jure statuta cernitur, omittatur, irritus non propterea judicaretur actus, dum tamen consensus duarum partium accesserit.*

85 *Eligendi triplex forma, seu modus est introductus, videlicet scrutinium, accessus seu communis inspiratio, & compromissum.*

86 *Scrutinium est inquisitio votorum eligentium; quid autem in eo concurrere debeat, ostenditur.*

87 *Scrutinio faciendo præsunt tres Cardinales de quolibet ordine eligendi, & quomodo votare debeant, ostenditur, & n. 88.*

89 *Accessus fieri potest etiam durante scrutinio, & quantumcunque publicato.*

90 *Cardinales possunt accedere alteri electo per alios, non tamen per seipsos, & omnino resilire ab electione quam fecerunt.*

91 *Papa in electione ab uno solo nominatus in scrutinio, potest jus acquirere per accessum, scrutinio pendente.*

92 *Cardinalis quando dedit vocem uni in scrutinio; & in accessu accedit alteri, accessus hujusmodi fit cumulativè, non privativè.*

93 *Accessus quomodo peragendus in electione Papæ, attenta Bulla Gregorii XV.*

94 *Compromissum fit cùm propter discordiam Cardinales in aliquem electionis negotium compromittunt, ut scilicet ipse quem voluerit, eligat.*

95 *Formula compromissi ponitur.*

96 *Compromissaria electio fieri potest non simpliciter, sed limitatè, hoc est, per compromissum cum scrutinio mixtum.* { *eligere potest.*

97 *Compromissarius si unus tantùm sit, seipsum*

98 *Compromissum in electione Pontif. quomodo faciendum, attentâ Bullâ Gregor. XV. ostenditur.*

99 *Electionis forma per viam Spiritus sancti duplex, altera per inspirationem, altera per quasi inspirationem.*

100 *Electio ad effectum quod non dicatur per viam Spiritus sancti, sufficit quod unus dissentiat.*

101 *Electionis forma quasi per inspirationem quando peragenda, secundum Bullam Gregor. XV. ostenditur.*

102 *Forma alia eligendi Pontificem, per aderationem scilicet, introducta fuit.*

103 *Forma novissima eligendi Pontificem data à Gregorio XV*

104 *Electi in Pontificem suffragium non numeratur in numero eligentium, sive per scrutinium sive per accessum, sive per scrutinium, & accessum simul fiat electio, juxta Bullam Gregorii XV.*

105 *Cardinalis absentis votum, etiam extra Conclave tantummodo, licèt sit in Urbe, non admittitur; votum autem ingredientis post Conclave reclusum, tunc solùm valere incipit, cùm ingreditur.*

106 *Absens non potest Canonica in electione votum suum mittere per literas, aut schedulas aperiendas tempore scrutinii.*

107 *Papa in electione si Cardinales aliqui infirmi fuerint intra Conclave, & non extra, quomodo ad eos Scrutatores mitti debeant, ostenditur.*

108 *Locus celebrandæ electionis non est de illius substantia.*

109 *Papa si extra Urbem Romam decedat, novus Pontifex in civitate, in cujus territorio, seu districtu mortuus est, eligetur.*

110 *Electus non Canonicè in Papam, & illum recipientes, & ei adhærentes, quas pœnas incurrant, ostenditur.*

111 *Simoniacè electus, vel assumptus in Papam, nullam habet potestatem spiritualia, aut temporalia administrandi.*

112 *Papa electio postquam facta fuerit, nullam confirmationem requirit.*

113 *Papa dum eligitur, confirmatur, statimque plenam habet, & liberam administrationem.*

114 *Nomen in Papam electus cum vitæ statum mutat, postquam electioni consensum præstiterit.*

115 *Nomen mutare quis primus è summis Pontificibus cœperit, ostenditur.*

116 *Consecratio, seu inthronizatio electi in Pontificem quomodo, & à quo facienda, ostenditur.*

117 *Consecratio Papæ in Episcopum, si non erat Episcopus, ac benedictio, & coronatio ejusdem, sunt diversa.*

118 *Electus in Papam antequam consecretur, & coronetur est nihilominus Papa legitimus & verus, & auctoritatem habet regendi Ecclesiam.*

119 *Papa recipit Pontificatum, & administrationem à die electionis, licèt de stylo, qui servandus est, non incipiat Pontificatum nisi à die coronationis.*

120 *Papa antequam coronetur, non tractat quæ in regimine Ecclesiæ ardua videntur, nisi necessitate urgente.*

121 *Papa quo colore in vestibus utatur toto anni tempore, ostenditur.*

122 *Papa quibus vestibus toto anni tempore uti soleat, ostenditur.*

123 *Religiosus in Pontificatum evectus, non tenetur habitum regularem portare amplius, licèt Pius V. & Sixtus V. habitum suæ religionis non mutarint, nisi existerent in Consistorio.*

CUM omnes homines in prævaricatione 1
Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & ut Apostolus inquit ad Rom. 5. & 1. ad Corinth. 15. *Naturâ filii iræ*, usque adeò servi erant peccati, & sub potestate diaboli ac mortis, ut non modò Gentes per vim naturæ, sed ne Judæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi inde liberari ac surgere possent, tametsi in eis libertum arbitrium minimè extinctum esset, viribus licèt attenuatum & inclinatum. Quo factum est, ut cœlestis Pater, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Jesum filium suum, & ante legem, & legis tempore multis SS. Patribus declaratum ac promissum, cùm venit beata illa plenitudo temporis, ad homine miserit, ut & Judæos, qui sub lege erant, redimeret, & Gentes, quæ non secta-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bantur justitiam; justitiam apprehenderent, Conc. Trid. *sess.6. de just. ficat. cap.1. & 2.*

2 Ad tollenda igitur peccata seu ad redemptionem generis humani, tanquam ob causam primariam, & proximam, verbi æterni Incarnatio facta fuit, ut probatur ex multis S.Scripturæ locis; Luc. c.19. *Venit filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat*, Joan.3. *In hoc apparuit filius hominis, ut dissolvat opera diaboli. Misit Deus filium suum in mundum, ut salvetur mundus per illum.* Apost. ad Galat.4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Et 1. ad Timot.1. *CHRISTUS JESUS venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* Et in Symbolo Nicæno: *Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis.* Quod non solùm præcipuè de originali peccato, sed etiam de actualibus peccatis tam venialibus, quàm mortalibus intelligendum esse, ita ut ad illa sufficienter tollenda Incarnatio facta dicatur, colligitur: tum quia Isai. 53. dicitur: *Vulneratus est propter peccata nostra, attritus est propter iniquitates*; & ait Apostol. ad Timoth.1. *Qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus*; & ad Titum 2. *Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.* Tum quia Christus in mundum venit, ut faceret sibi populum acceptabilem, ut dicitur per Apost. *ad Tit. 2. & ad Ephes. 5.* id autem fieri non potest, nisi tollantur omnia peccata, etiam venialia. Ita Suar. *3.p. tom.1. de Incarn. disp.5. sect.6.* Tanner. *tom.4. disp.1. dub.3. n.90.* Becan. *de Incarnat. c.1. q.9.*

3 Multis convenientissimum fuit potius Verbum incarnari, quàm Patrem, aut Spiritum sanctum. Primò, ut qui erat Filius Dei ab æterno, efficeretur filius hominis in tempore: secundò, ut qui erat filius Dei naturalis, efficeret nos filios Dei adoptivos: tertiò, ut media persona inter Patrem, & Spiritum sanctum, mediator fieret inter Deum, & hominem: quartò, ut illa persona assumeret naturam, per quam genus humanum instruendum erat; Verbum autem divinum ea est persona, juxta illud Sapient.1. *Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis*: quintò, ut homo, qui offenderat appetendo similitudinem Dei, reconciliaretur Deo per veram imaginem, & similitudinem Dei: sextò, ut creatura uniretur Deo per eum, per quem tanquam per exemplar omnia facta sunt, nam quæ similia sunt, convenientiùs uniuntur, juxta vulgare dictum *Simile simili est amicum*; ille autem per quem omnia facta sunt, est Verbum divinum, *Eccl.17. & Joan.1.* vide S.Thom. *de Incarn. q.5. art.1.* Valent. *tom.4. disp.1. q.1 punct.4. col.3.* Becan. *de*

4 *Incarn. cap.4. n.4.* & sic solam personam Filii naturam humanam assumpsisse probat *cap. Firmiter, de sum. Trin.* & Concil.Tolet.VI. ubi dicitur, *Solus Filius assumpsit humanitatem in singularitate personæ, non in unitate naturæ, idest, in eo quod est proprium Filii, non quod est commune Trinitati*: & S.Thom. *d. q.1. art.3.* contra Sabellianos, aliósque hæreticos vocatos Patripassianos, existimantes totam sanctissimam Trinitatem incarnatam fuisse, eo quod arbitrarentur Patrem, Filium & Spiritum sanctum non esse tres personas sed unam, quæ ratione diversorum officiorum vario nomine nuncuparetur. Hæc

5 quidem Filii Incarnatio, id est unio hypostatica cum natura humana, magis conveniens fuit ad redimendum genus humanum, quàm unio cum natura angelica, quia hoc pacto dignitas humana magis extollitur; tum quia hinc major confusio dæmoni sequitur, quòd ab eadem natura vincatur, quam ipse vicerat: ita Suar. *3.p. tom.2. de Incarn. disp.4. sect.2. concl.4.* Becan. *eod. tract. c.1. q.5 n.5.* Tanner. *d. disp.1. q.2. dub.1. n.38. & seq.*

Terminis principalis Incarnationis proveniens 6 ex unione est Christus, prout est persona divina subsistens in duabus naturis, divina, & humana, quæ duæ naturæ integræ, & inconfusæ remanserunt in Christo post Incarnationem, ut expressè definitum est in Concil. Chalcedon. *art.5. Confitemur in novissimis diebus Filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, inavise, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata differentia naturarum propter unionem*: & in pluribus aliis Concil. apud Card. Bellarm. *lib.3. de Christo*, Vasq. *de Incarnat. disp.14. cap.2. n.2.* Tanner. *d. disp.1. q.3. dub.2.*

Christus secundùm humanitatem est caput to- 7 tius Ecclesiæ, tam militantis, quàm triumphantis; primò, quia id apertè constat ex sacra Scriptura, in qua nomen capitis sæpe tribuitur Christo, Apost. ad Ephes.1. *Omnia subjecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* Et c.4. *Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Et c.5. *Vir est caput mulieris, sicut Christus Ecclesiæ*: & ibid. *Nos sumus Christi*: & ad Col.1. *ipse est caput corporis Ecclesiæ.* Secundò, quia in Christo reperiuntur omnes conditiones requisitæ ad caput Ecclesiæ mysticum; nam sicut tota Ecclesia dicitur unum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod juxta rationem diversorum membrorum diversos actus, & officia exercet; ita Christus dicitur moraliter, seu mysticum caput Ecclesiæ, desumpta similitudine ab humano capite: & sicut humani capitis proprium est influere in reliqua membra, illaque per intellectum, voluntatem, & alio sensus in ipso capite residentes dirigere & gubernare, ne in suis functionibus errent; ita Christus influit, vel saltem virtutem habet universalem influendi gratiam in omnia Ecclesiæ membra, juxta illud Joan.1. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysem data est, gratia, & veritas per* JESUM CHRISTUM *facta est.*

Habuit etiam Christus amplissimum spirituale 8 dominium in omnes creaturas, tam cœlestes, quàm sublunares, & terrestres, ut illis uti posset ad finem spiritualem, quoties ei visum fuisset, ut probatur Psal.2. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus.* Et Zachar.9. *Ecce Rex tuus venit tibi justus, & salvator.* Isai.9. *Factus est principatus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.* Daniel.7. *Dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum.* Matth.28. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Joan.18. *Tu dicis, quia Rex sum ego* Apost.1. ad Cor.15. *Omnia subjecit sub pedibus ejus.* 1. ad Timoth.6. *Beatus & solus potens Rex Regum, & Dominus dominantium.* Joan. Apoc.1. *Princeps Regum terræ.* cap.17. *Rex Regum*, cap.19. *Habet in vestimento, & in femore scriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium.*

Et quamvis potuerit insuper dominium politi- 9 cum rerum omnium, & principatum, & ita monarchiam temporalem cum suprema potestate seculari super universum orbem, & super omnes principes ipsius principaliter & directè exercere tamen hujusmodi temporalem Monarchiam, & potestatem de facto non exercuit, nec exercere voluit, juxta illud Joan.18. *Regnum meum non est de hoc Mundo*: & *Luc.* 12. *vers.*13. ubi cùm quidam de

turb

UAB Biblioteca de Ciències Socials

turba Christo dixisset, *Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem*; ille dixit ei: *Homo quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?* Et juxta alia plura, quæ ad hoc propositum congerunt Victor. *de potest. Ecclesiæ, relect. 1. q. 5. n. 16. cum seqq.* Tolet. *in c. 18. Joan. annot. 25. & 26.* Card. Bellarm. *lib. 5. de Roman. Pont. cap. 4.* Becan. *de Incarn. c. 24. n. 5.* Valent. *tom. 4. disp. 1. q. 22. punct. 6.* Tanner. *tom. 4. disp. 1. q. 7. dub. 4. n. 69.* Vasquez *de Incarn. disp. 87. cap. 4. n. 31.* Seraph. de Freitas *de justo Imperio Lusit. Asiatico, c. 6. n. 66.* Naclant. *de Regn. Christi tit. 4.* Bañes *in 2. 2. in præamb. de dominio, ad q. 62. q. 4. dub. 1. cum seq.* Benedict. Pererius *in Daniel. lib. 8. non longe à fine*, Alphons. de Mendoza *in suis quodlib. relict. de dom. Christi, §. 14. cum seqq.* Suar. *tom. 1. 3. p. disp. 48. sect. 2. & in defens. fidei, lib. 3. cap. 5. n. 15. &* Mich. Salon. *in 2. 2. q. 4. art. 4.* Param. *de origine Inquis. lib. 3. q. 1. opin. 4. n. 70. cum seqq.* Salazar. *in comment. Proverb. c. 8.* Franc. de Mendoza *in comment. super lib. 1. Reg. cap. 2. n. 10. annot. 15. sect. 5. ex n. 1.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. c. 25. n. 30. cum seqq.* novissimè Petr. Gonzalez de Salzedo *de lege politica, lib. 1. cap. 6. n. 53.*

Contra Albert. Pighium *lib. 5. Hierarchiæ Ecclesiast. c. 3.* Almayn. *de potest. Eccl. c. 8.* Navar. *in c. novit. not. 3. n. 130. de judic.* Matt. *de Jurisd. p. 1. c. 18.* & alios citatos, existimantes Christum Dominum de facto exercuisse temporalem Monarchiam super universum Orbem.

Et contra Armacan. *lib. 4. quæst. Armen. cap. 16.* Paul. Burgens. *in cap. 1. Matth.* & Bacon. *in 4. q. 1. & 11. art. 3.* putantes Christum fuisse Regem jure hæreditario.

Et demùm contra Molin. *tom. 1. de Just. disp. 28.* & Suarez *3. p. disp. 48. sect. 1.* Host. Turrecr. & alios quos referunt, asserentes Christum habuisse universale dominium temporale in universum Orbem actu primo.

10 Non obstat quod Pater tradidit, & communicavit omnia Christo, juxta illud Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*, & Joan. 13. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Quia respondetur nomine *omnis potestatis* eò loci intelligi potestatem spiritualem necessariam ad gubernandam spiritualiter omnem Ecclesiam, tam cælestem quàm terrestrem, cujus caput, & Rex est Christus Dominus. Ita Victor. & Bellarm. *citatis locis.* Hinc patet quomodò respondendum sit ad alia multa S. Scripturæ loca quibus indicatur dominium & Regnum Christi; illa enim non intelliguntur de temporali, sed de spirituali dominio.

11 Ad Patrem, & ad Triumphantem Ecclesiam Christus ipse ex Militanti reversuros, ex multis necessarium reputavit aliquem Ecclesiæ à se in terris constituræ Præsidem relinquere, qui ejus Vicariam potestatem retineret, & ad quem tanquam Judicem, & Pastorem omnes Christi oviculæ in terrena Ecclesia commorantes confluerent: nam cùm se Pastorem dicat esse bonum, non voluit nos hic in terris relinquere orphanos absque Pastore aliquo, absque Rectore ullo, absque Gubernatore quopiam generali, & universali, quem coràm corporeis etiam oculis intueamur; quem de dubiis consulamus, quem Rectorem, quem Pastorem sentiamus, quem caput habeamus à Christo secundum, ab hominibus, & inter homines primum, ut, optimè ait Boët. Epo *de Hierarchia, n. 9.* multis, sed his potissimùm rationibus. Primò, quia sicut Rex à Regno discedens, si diù abfuturus sit, alium in sui locum sufficere, & subrogare solet; ita per fuit, ut Christus cœlum conscendens alium substitueret. Secundò, quia regimen Ecclesiæ sub ea forma manere debet, quâ institutum fuerat à Christo, sed ante Christi Ascensionem institutum fuerat sub capite visibili: ergo post Christi Ascensionem remanere debet sub aliquo capite visibili, alioquin regimen Ecclesiæ, & consequenter ipsamet Ecclesia mutata esset, quod dici non potest. Tertiò, quia Synagoga Mosaica fuit umbra, & typus Ecclesiæ Christi: sed in Synagoga Mosaïca semper extitit caput visibile; primum enim caput Synagogæ visibilis fuit Moïses, cui posteà successerunt Pontifices legales; invisibile verò erat Christus quatenus ex prævisis Christi meritis conferebatur Synagogæ interna gratia; ergo etiam in Ecclesia semper existere debet caput visibile, quod quidem ab initio fuit Christus, dum in terris fuit; deinde verò in cœlis existens adhuc remansit caput, non quidem visibile, seu visibili modo, quia non est amplius visibiliter præsens (sicque intelligitur locus ille, *Me autem non semper habebitis,*) sicut erat ante Ascensionem; sed invisibile, eique permansurum est usque ad mundi finem, quia dirigit & gubernat Ecclesiam per internum gratiæ influxum. Tum quia *Matth. 28.* dicitur, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*; id est, per directionem & influxum gratiæ, & donorum Spiritus sancti. Vide eleganter Osor. *lib. 1. contra Haddonem, vers. sed ut aliquid, pag. 87.* Seraphin. de Freitas *de justo Imperio Lusitanorum Asiatico cap. 6. n. 3. & 4. cum seq* Boët. Epo *tract. de Hierarchia, n. 18.*

Volens igitur Dominus ascensurus ad Patrem, 12
Petrum universæ Ecclesiæ Pastorem præficere, qui vices suas visibiliter in terris sustineret, ad denotandum mysterii magnitudinem, & gravitatem, ter repetitis verbis illis, *Simon Joannis diligis me plus his?* ab eodem responso accepto, *Etiam Domine, tu scis quia amo te*, bis Christus illi dixit: *Pasce agnos meos.* & tertia vice, *Pasce oves meas*, Joan. 21. & 22. & Marc. 16. Per quæ verba ipsum Petrum in 13
sanctitate quidem præstantem, in paupertate eximium, in humilitate maximum, in virtute suprèmum, non fastu, sed simplicitate pedibus nudis ambulantem, præsentibus aliis Apostolis Principem constituit, & elegit Christus, ut esset Pastor totius Ecclesiæ Militantis, Parens, Magister, Gubernator, Caput, & Dux, & sic factus fuit super invisibili fundamento Christo & ipse visibile fundamentum Ecclesiæ; ideóque Dionys. *de divinis nomin. cap. 3.* ipsum Petrum suprèmum, & antiquissimum Theologorum fastigium, S. Ign. *epist. ad Romanos*, Ecclesiæ præsidentem, S. Clem. *epist. 1.* fundamentum Ecclesiæ appellant. Hinc non otiosè 14
toties, inquit Bernard. *super Cant. serm. 76.* repetitum est, *Petre amas me?* id commissione ovium; & 15
ego quidem id significatum perinde puto, ac si illi dixisset Jesus: Nisi testimonium tibi perhiberet, conscientia, quod me ames, & valdè perfectéque ames, hoc est, plusquam tuos, plusquam tua, plusquam & te, ut hujus repetitionis meæ numerus impleatur, nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de ovibus meis, pro quibus sanguis utique meus effusus est. Ter igitur exigit amorem à Petro Jesus, neque quemlibet amorem, sed ardentiorem quàm aliorum Apostolorum, priusquam gregis sui curam illi committat, & sic elegit ad Ecclesiam qui potissimùm eam diligat, & illi utilissimum fore credidit, non quem ipse amat: diligit Joannem, elegit Petrum; diligit sibi chariorem, elegit Eccle-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſiæ utiliorem, diligit innocentem, elegit lapſum, ut qui ipſe pœnituerit, facilius ; pœnitenti indulgeat, ac benignius noverit miſereri, qui ſecum miſericorditer actum meminerit.

16 Quòd autem Chriſtus voluerit Petrum ſibi Vicarium, & ſucceſſorem exiſtere, ipſemet oſtendit dum dicit Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Claves Regni Cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram*, &c. Ex quibus verbis apertè colligitur Chriſtum Dominum tradere Petro poteſtatem, quam ipſemet obtinet, quæ in tribus conſiſtere apparet, ut ſcilicet ſit petra Eccleſiæ, & clavigeri cœli, & ſolvens, ac vinciens delinquentes ; quæ omnia in ipſo Domino continentur, qui Petra dicitur, & fundamentum, juxta Apoſt. 1. *ad Corinth.* 3. & *c. cum Paulus*, 1. *q.* 1. *c. fin. de Præſbyt. non baptizato* ; & Clavis David, ac vincula ſtringens, & ſolvens, ſecundùm Prophetam *Pſalm.* 115. Quod pariter voluerit viſibile ſuæ Eccleſiæ caput in terris Petrum relinquere, ipſúmque cæteris Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponere, multis in locis ipſe demonſtravit, & dilucidè teſtificatus fuit tam ante, quàm poſt ſuam ſanctiſſimam Reſurrectionem ; ſolus ideo Petrus, ut caput & princeps Apoſtolorum, pro omnibus ſolicitus auſus eſt à Chriſto petere quâ mercede ipſum ſequuturi eſſent, *Matt.* 19. Hic etiam, cùm interroganti Domino, quem homines eſſe dicerent filium hominis ? aliis referentibus opiniones aliorum, ipſe velut inter cæteros primus, cùm illum eſſe Chriſtum Dei vivi filium reſpondiſſet, audire promeruit : *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, Matth. 16. Ipſe ſolus Petrus interrogavit Jeſum, Matth. 18. *Si peccaverit in me frater meus, dimittam ei uſque ſepties ?* & ei ſoli Jeſus reſpondit : *Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſeptiès*, cùm profectò ſeptenarius univerſitatis ſit numerus, eo quòd omne tempus ſeptenario dierum numero noſcitur comprehendi ; igitur ſeptenarius numerus in ſeipſum multiplicatus in hoc loco ſignificat univerſorum univerſa peccata, quia ſolus Petrus poteſt non ſolùm omnia, ſed omnium crimina relaxare. Ab illo initium, tanquam à capite, & majore, ſumpſit ipſe Chriſtus in lotione Diſcipulorum. Cardin. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 1. *ann. Chriſti* 33. *num.* 38. *in fine*. Verbàque ſingulariter ei dixit tanquam uni Paſtori, qui ejus exemplo cæteris præfuturus humilitatem ejus imitaretur, *Joan.* 13. in qua quidem ſacra lotione pedum Petri primatum à Domino ei fuiſſe quoque deſignatum, non erit difficile credere ; nam cùm ille à Domino ante Paſſionem ſuam Petro promiſſus fuiſſet, dicendo, *Tibi dabo Claves Regni Cœlorum*, & poſt Reſurrectionem datus, cùm dixit, *Paſce oves meas*, Joan. 21. ut advertunt Gloſſ. *Petrus, in cap. in novo*, 21. *diſt.* Mich. Aninyon. *de unitate Ovilis, & Paſtoris, cap.* 20. *num.* 7. *& ſeq.* Blaſius Navar. *de ſacro Eccleſiæ principatu, lib.* 1. *c.* 9. *verſ. poteſtas* ; inter has actiones Petri pes ſupra manus Domini poſitus fuit, ut ſoliditatem ac perpetuitatem hujus Primatus ſignificaret, cùm ex Ægyptiorum doctrina, & hieroglyphico conſtet, quod pes ſic apparens ſoliditatem innuit, ut adnotavit Pierius Valer. *in Hieroglyphic. lib.* 35. *tit. de pedibus, in verſ. fundamentum*. Magnum certè excellentiæ Petri indicium fuit, quod eum unum Angelus ſpeciatim nominavit, dum dixit : *Sed ite, dicite Diſcipulis, & Petro quid præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis ſicut dixit vobis*, Marc. 16. Non exiguum præſtantiæ Petri indicium quoque eſt, quod primus in monumentum Chriſti intraverit, qui primus Chriſti voce, id eſt auctoritate, & poteſtate in Eccleſia eſſet functurus ; potuerat enim Joannes primus ingredi, quippe qui curſu prævenerat Petrum, ſed id muneris omnium majori Petro permiſit, *Joan.* 20 Ei ſoli dicit Chriſtus, *Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma Fratres tuos*, Luc. 22. ex quo manifeſtum eſt in Petro omnes contineri ; rogans enim pro Petro, pro omnibus rogare dignoſcitur. Hinc etiam Dominus dum apparuiſſet in littore Diſcipulis navigantibus, ſciens Petrus quod Dominus eſſet, ſe miſit in mare, & aliis navigio venientibus, ipſe ſine beneficio navis ad Dominum feſtinavit, *Joan.* 21. Cùm enim *mare* mundum deſignet, per hoc quod Petrus ſe miſit in mare, privilegium expreſſit Pontificii ſingularis, per quod univerſum Orbem ſuſceperat gubernandum, cæteris Apoſtolis in vehiculo navis contentis, cùm nulli eorum univerſus fuerit Orbis commiſſus, ſed ſingulis ſingulæ Provinciæ, vel Eccleſiæ potiùs deputatæ. Iterum etiam ut ſe unicum Chriſti Vicarium deſignaret, ad Dominum ſuper aquas maris mirabiliter ambulantem, & ipſe ſuper aquas maris mirabiliter ambulavit ; nam cùm aquæ multæ ſint populi multi, congregationéſque aquarum ſint maria, per hoc quod Petrus ſuper aquas maris inceſſit, ſuper univerſos populos ſe poteſtatem accepiſſe monſtravit. Hinc etiam etſi aliis imperetur ut laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dixit Dominus, *Duc in altum*, Luc. 5. hoc eſt, in profundum diſputationum ; quid enim tam altum, quàm altitudinem divitiarum videre, ſcire Dei Filium, & profeſſionem divinæ generationis aſſumere ? quam licèt mens humana nequeat plenè rationis inveſtigatione comprehendere ; fidei tamen plenitudo complectitur. Eſt enim aliud Apoſtolicum piſcandi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus jubet, dicens : *Mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle. cap. non turbatur*, 24. *q.* 1. Illi enim ſoli imperatum eſt à Domino, ut cùm hamo piſcaretur cæteris cum retibus piſcantibus, ut intelligatur Petrum juriſdictione aliis præeſſe, quia hamo, id eſt ferro, reſecantur putridæ carnes, *cap. plurimos, in fine*, 82. *diſt.*

17 Quare Petrus poſt Aſcenſionem Domini velut ipſius Vicarius hanc Vicariatûs auctoritatem, accepto divino Spiritu, exercere cœpit, quando & in prædicatione, & converſione infidelium, & in Eccleſia ordinanda, celebrandiſque Conciliis, atque edendis miraculis inter Apoſtolos primus extitit, ac ſupremus, & uti talis ad complendum duodenarium Diſcipulorum numerum, loco Judæ prævaricatoris, ex verbis Prophetæ alium inſtituit, & fecit ſubrogari, & recepto Paracleto Diſcipulos Spiritus ſancti gratia illuſtratos ex verbis Joëlis apertiùs comprobavit. Hic pœnitentiam agere juſſit. & baptizari credentes, *Actor.* 2. Hic inter Diſcipulos curando claudum, fuit miraculum operatus, *Actor.* 3. & in Ananiam, & Saphiram uxorem ipſius, tanquam primus, & præcipuus, inter eos qui mentiti fuerunt Spiritui ſancto, mortis ſententiam promulgavit, *Actor.* 5. Hic ſimoniacæ peſtis radicem contra primitivam Eccleſiam pullulantem Apoſtolico falce ſuccidit, ſolus in Simonem Magum ſententiam damnationis promulgans, licèt non ei ſoli, ſed omnibus communiter pecuniam obtuliſſet, *Actor.* 8. Huic ſoli viſio cœlitus oſtenſa fuit, *Actor.* 9. & 10. quâ innitur, quod Petrus prælatus fuerit cunctis gentibus ; ipſéque admonebatur

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tur omnes gentes suæ fidei commissas Christi Ecclesiæ unire, & inserere, cùm vas illud visionis Orbem terrarum, & universæ in eo contentæ animalium species significarent tam Judæorum, quàm Gentium nationes. Gentium enim immunditiæ per quadrupedes terræ, pérque bestias, reptilia, & volatilia Cœli significabantur, & illas jam Deus intra lintrem Ecclesiæ recipiendas decreverat: propter quod & Petro jussum erat ut mactaret eas primum, hoc est, per Verbum Dei, quod gladio quovis ancipiti penetrabilius est, tetrum peccati sanguinem effunderet, risque subinde vesceretur, hoc est more cibi traduceret eas in Ecclesiæ corpus, & incorporaret eas Christo. Quamobrem ipse ut primus Judæos, ita quoque & Gentiles convertit ad fidem, ut super utrosque fideles se pastoralem curam accepisse monstraret.

18 Ex quibus negari non potest, Petrum super reliquos Apostolos primatum, & principatum habuisse, ex Christi institutione, aliorumque potestatem Petri authoritati subordinatam fuisse; cùm enim sublimior inter mortales potestas, principatus Apostolorum & Ecclesiæ gubernatio uni Petro, quasi primogenito, eaque triplici tempore, & ante passionem, & circa passionem, & post passionem Christi Dei ore commissa fuerit, ipsimet Apostoli eundem Principem, & Ecclesiæ universalem
19 Pastorem agnoverint, & confessi sint, ut Anacletus Papa ait *in c. in novo* 21. *dist.* ibi, *ipsúmque Principem eorum esse voluerunt*, & advertit Dion. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. c.* 17. *n.* 34. intelligendo verba illa non de voluntate antecedente, seu eligente; sed de voluntate consequente, & acceptante, ut benè tradit Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 9. *ad finem*, & ante eum dixerat Turrecr. *de potest. Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 40. nulli dubium esse potest Petrum & principatu, & dignitate cæteris omnibus anteire; quamvis aliqui vel meritis, vel sapientia, vel alia de causa illi pares, aut aliquando superiores habiti sint. Quòd si primus & dignior, postulare ordo videtur, ut & nos illum præ cæteris Apostolis veneremur. Valent. *lib.* 7. *analysis de Fide. c.* 2. *cum seqq.* Seraphin. de Freit. *de justo Imperio Lusit. Asiatico, c.* 7. *n.* 18. Boët. Epo *de jure sacro lib.* 1. *c.* 4.

20 Fuit autem potestas data Petro, & Apostolis, non ad eundem, sed ad diversum finem, Petro scilicet ut per successionem perpetuò in Ecclesia duraret; Apostolis verò solùm per modum cujusdam legationis, & personalis muneris finiendi cum vita eorum. Insuper hæc potestas quoad actum ferendi leges in Petro, erat simpliciter superior, & independens; in Apostolis verò inferiori modo, & cum multa differentia, quia poterat suis legibus, vel præceptis alios etiam Apostolos obligare, & nullos poterat ejus leges revocare: alii verò Apostoli nec Petrum obligare poterat, nec fortasse se adinvicem, & Petrus in rigore poterat eorum leges non admittere, seu revocare, ut optimè probat Suar. *di lib.* 4. *cap.* 3, *n* 8. & 9. quem refert Illustriss. D. meus Roder. à Cunhà *commun. ad cap. in novo, n.* 6. *dist.* 21.

21 Papatus igitur est de jure divino à Christo in personam Petri institutus, sicut & potestas eidem ab eodem Christo data. Zabarel. *cons.* 150. *n.* 15.
22 Card. Tusch. *d. lit. P. concl.* 47. *n.* 1. & 3. Quod autem sit in persona hujus, vel illius, excepta personâ B. Petri, non est de jure divino, sed ex humana electione pendet, ut benè resolvit Abb. *in sua q.* 1. *incip. Episcop. col.* 4. *in fine*, & *col.* 5. *in princip. n.* 9.
23 *vers.* 6. unde Zabarel. *d. cons.* 150. *n.* 14. ait quod inter plures contendentes non est de jure divino hunc, vel illum esse Papam, ac proinde infert posse transigi de Papatu.

Quamvis autem Episcopus in Apostolorum locum 24
successisse probet textus *in d. c. n. vo.* 21. *dist.* & *in c. quorum vices*, 68. *dist.* & Apostoli parem cum 25
Petro habuerint potestatem Ecclesiasticam in totum Orbem, & in omnes, ad quos Petros habebat, juxta illud Matth. ult. *Data est mihi omnis potestas*, &c. Marc. ult. *Euntes in universum Mundum*, &c. immediatè à Christo Domino, ut comprobant Cajet. *de auctorit. Papæ, & Concilii, cap.* 3 Sot. *in* 4. *distinct.* 20. *q.* 1. *art.* 2. Victor. *d. q.* 2. *n.* 9. Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Romano Pont. c.* 23. Matchin. *de Sacr. Ordin. tract.* 1. *p.* 1. *c.* 13. *à n.* 11. non tamen inde negandus primatus, & principatus Petri super reliquos Apostolos, nec dicendum Episcopos parem habere potestatem cum Petro, sicut inconsideratè protulit Stephan. à Gaëta *introduct. cap. ad limina*, 40. *q.* 1. *in princip. p.* 6. prout illum refert Dionys. Paul. *d. c.* 17. *n.* 54.

Advertere namque debuisset, tam Petro, quàm 26
reliquis Apostolis à Christo Domino quædam fuisse concessa tanquam pertinentia ad communes, & maximas Ecclesiæ commoditates, quæ sanè potestas ordinaria censetur: alia verò concessa sunt eisdem tanquam privilegia personalia, juxta illud Joan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*; atque etiam illud Marc. ult. *Euntes in universum Mundum*; ex qua authoritate constat 27
Apostolos non ordinariam in suis & particularibus Ecclesiis, sed generalem in universum Orbem, parémque cum Petro, atque ita extraordinariam potestatem accepisse, Suar. *de legib. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 9. *ante fin.* ubi benè resolvit Apostolos fuisse pares Petro etiam in dignitate Apostolica, & consequenter in universitate Jurisdictionis in universum Orbem, quamvis gloss. *verb. pari, in d. c. in novo*, quàm sequitur Turrecr. *in sum. de Eccles. lib.* 2. *cap.* 74. existimet Apostolos fuisse pares Pontifici, scilicet in Ordine, & consecratione.

Manet igitur inter has duas potestates illa differentia; nam in priori, Ordinaria scilicet, quam 28
Apostoli in singulas provincias sibi demandatas acceperunt, successerunt Episcopi, juxta *d. cap. quorum vices*, cum similibus; in posteriori verò potestate extraordinaria in universum orbem, cùm personale fuerit privilegium, minimè, ut elegantèr resolvit Can. *de locis Theolog. lib.* 9. *c. ult. ad fin. vers. propterea illud*, atque ita quamvis negemus Episcopos successisse Apostolis in illa extraordinaria potestate, ex modò dictis, negandum tamen non est in
29
suis Diœcesibus habere Episcopos plenissimam potestatem, ut omnia possint, exceptis nonnullis Pontifici reservatis, quæ ille potest in universum Orbem; & probatur arg. text. *in c. ad honorem, de auctor. & usu pallii*, & constat ex iis, quæ refert Sot. *de Just. lib.* 10. *q.* 1. *art.* 3. *concl.* 1. & Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 32. §. 2. *lit. B.*

Potestatis hujusmodi sedem, quam ab ipso Do- 30
mino Petrus acceperat, cùm Hierosolymis priùs Ecclesiæ, ac Fidei statum ordinasset, ac roborasset, Antiochiæ primitùs erexit, Jacobo Apostolo Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopo ordinato. Posteà verò jubente Domino eandem Sedem Romam 31
transtulit, *cap. rogamus*, 24, *q.* 1. *c. sacrosancta* 22. *dist.* cum aliis per me citatis, *de offic. & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. *n.* 7. ut ibidem pluribus proficere posset, ut inquit Anterus Papa *in cap. mutationes*, 7. *q.* 1. Ignatium autem Antiochiæ Episcopum consti-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tuit, *cap. ſacroſancta.* Quamvis hujus tempeſtatis hæretici impudenter negent Petrum Romæ unquam Cathedram conſtituiſſe, quod pejus eſt, neque Romam unquam veniſſe, quos tamen ex omnibus antiquis Patribus Græcis & Latinis elegantèr convincunt Onuph. Panuin. *de Primatu Petri, lib. 3. cap. 1.* Sebaſt. Medic. *in ſumm. omnium hæreſ. p. 1. verb. Petrus, pag. 614.* Georg. Icher. *in lib. an ſit verum quod Roma femina Pontifex fuerit, arg. 3.* Card. Baron. *annal. Eccl. tom. 1. ann. Chriſti 44. c. 22. cum ſeqq.* & ex profeſſo latiſſimè comprobat omnibus contrariis ſatisfaciens Card. Bellarm. *tom. 1. de Romano Pont. lib. 2. à princip.* & clariſ verbis oſtendit Innoc. III. *In cap. per venerabilem, qui filii ſint leg.* dum dicit, *Locus quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur.* Pelag. Papa *in cap. quamvis, 12. diſt.* ibi: *Sancta Romana Eccl. Catholica, & Apoſtolica nullis Synodicis conſtitutionibus prælata eſt, ſed Evangelica voce Domini,* &c. unde illa ex neceſſitate
32 divini præcepti Romæ reſidere debet, ac proinde è Roma contra Domini juſſum aliò transferri non poteſt, ut colligi etiam videtur ex textu *in d. c. rogamus, 24. q. 1.* ibi, *jubente Domino Romam tranſlata*; & in aliis juribus, & auctoritatibus relatis per Abb. *in d. cap. per venerabilem, n. 18.* Jocobat. *de Concil. lib. 8. art. 6. pag. 535. in verſ. & ad præmiſſa, cum multis ſeqq.* Magdalen. *d. p. 1. c. 3 n. 87.* Conrad. *in templo omnium judic. lib. 1. cap. 1. § 1. q. 2. ex n. 2.* Alphonſ. Mendoza *in quodlib. q. 4. ſcholaſt. per tot.* Petr. de Monte *in ſua Monarchia, de præſtant. Papæ, in princ. n. 14.* Card. Tuſch. *tom. 6. lit. P, concl. 50. n. 30. & 31.* ubi *n. 32.* limitat, niſi propter rebellionem populi, vel incurſum hoſtium, aut aliam probabilem cauſam id fieret. Card. Bellarm. *tom. 1. de Romano Pont. lib. 4. cap. 4. verſ. ſecundò hoc idem,* & plures alios, quos citavi *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 3. cap. 2. n. 12. & in Collect. ad d. c. rogamus, n. 2.* & ideò cùm Petrus Urbem fugiens exiviſſet, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, revocare, interrogatus ab eo, *Domine quò vadis?* reſpondit, *Vado Romam iterum crucifigi:* quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinus eſt reverſus, ut teſtantur Innoc. III. *in d. cap. per venerabilem,* Ægeſip. *lib. 2. de incendio Hieroſolym.* S. Ambroſ. *lib. 5. epiſt. 32.* Guerrero *in ſpeculo Juris Pontif. pag. 8.* Læl. Jordan. *de majoribus Epiſcoporum cauſis ad Papam deferendis, c. 11. n. 24.* Card. Bellar. *d. tom. de Rom. Pont. lib. 1. cap. 23. in fine.* Azor. *inſtit. Moral. p. 2. lib. 4. c. 11. q. 2. verſ. deinde objicitur hiſtoria.*

33 Adhibita eſt etiam Petro ſocietas in eadem Romana Urbe Beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui uno die, eodémque tempore Romæ cum Petro glorioſiſſimâ morte eſt coronatus, de quorum meritis atque virtutibus, quæ omnem loquendi ſuperant facultatem, *nihil* (ut B. Leo inquit *in Sermone de ipſis Apoſt. Petro, & Paulo*) *diverſum, nihil debemus ſentire diſcretum, quia illos & electio parer, & labor ſimiles, & finis fecit æquales.* &c. Par nimirum fuit, ut ubi caput erat ſuperſtitionis Ethnicæ, caput ibidem quieſceret ſanctitatis, & ubi Gentilium principes habitabant, illic & Eccleſiarum principes moretentur, ut S. loquitur Ambroſius de Divis Apoſtolis Petro ac Paulo Romæ Martyrium ſubeuntibus una die, uno loco, id eſt, Romæ, ſub uno perſequutore, nempe Nerone; & habetur *ſerm. 66. de natali Petri & Pauli*, & refertur *in cap. Beati, 2 q. 7. Puto*, inquit, *illos æquales eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione; & ſimili eos fidei devotione vixiſſe, quos ſimul vidimus ad martyrii gloriam pervenisse, non enim ſine cauſa factum putamus, quod una die, uno in loco, unius tyranni toleravêre ſententiam. Una die paſſi ſunt, ut ad Chriſtum pariter pervenirent; uno loco, ne alteri Roma deeſſet; ſub uno perſequutore, ut æqualis crudelitas utrumque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſequutor decretus eſt pro virtute; & in quo tandem loco idem martyrium pertulerunt? in Urbe Roma, qua principatum, & caput obtinet Nationum, ſcilicet ut ubi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, & ubi Gentilium principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morarentur.* Quod tandem Romam ipſam ad eam glo- 34
riam provexit, ut inde eſſet gens ſancta, populus electus, civitas ſacerdotalis, & regia, ut caput Orbis effecta latiùs præſideret religione divina, quàm denominatione terrena. De cujus laudibus ob illuſtre ſanctorum Apoſtolorum martyrium, & has inſignes Eccleſiæ columnas pluta tradit S. Joan. Chryſoſt. *in epiſt. ad Rom. ſerm. 32. in Moral. exhortat.* & in eorum feſtivitate ſic canit Eccleſia, ut refert Boët. Epo *de jure ſacro lib. 1. cap. 4. n. 274. pag. 138.*

O Felix Roma, quæ tantorum Principum
Es purpurata pretioſo ſanguine;
Non laude tua, ſed ipſorum meritis
Excellis omnem mundi pulchritudinem.

Quem Hymnum refert ad hoc propoſitum Petr. Dominic. Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. requiſ. cap. 3. n. 85.* ubi *n. 84.* ponit plura nomina, quæ ex ſpeciali privilegio Roma ſortitur, ut Anterior, Splendidiſſima, Æterna, Regia, & ſimilia, de quibus Jacobat. *de Concil. lib. 7. art. ... pag. 425. col. 1. & lib. 8. art. 6. pag. 535. in verſ. & ad præmiſſa & multis ſeqq.* Angel. Pientin. *de ſacro Jubileo lib. 2. c. 8.* Boër. Epo *de Regal. lib. in benefic. Eccleſ. lib. 1. n. 192. p. 116.* ibi, *Ut igitur olim Roma communis erat omnium patria, caputque Mundi quoad Imperium temporale; ſic & nunc eadem Roma caput eſt Mundi, patriaque communis omnium Chriſtianorum quoad gubernationem ſpiritualem,* &c.

Vixit Petrus poſt Chriſti mortem annos 34. 35
menſes 3. dies decem, partim Romæ, partim Antiochiæ, & partim Hieruſalem; in Pontificatu verò annos 25. ſecundùm Panuinum *in vita ejuſdem,* apud Platinam; nam Gualt. *in tabul. Chronograph.* ait, quod Petrus tenuit Pontificatum annos 36. menſes quinque, dies duodecim, videlicet annis quinque Hieroſolymæ, ſeptem Antiochiæ, Romæ 24. menſes quinque, dies duodecim.

Cur autem Romanorum Pontificum Petri ſuc- 36
ceſſorum vita uſque ad ætatem noſtram brevior ſit, atque immatura eſſet ſoleat eorum mors, quàm cæterorum hominum, ita ut nullus adhuc, licèt juvenis electus, in Pontificatu ſederit annos Petri 24. unde vulgò dicitur, *non videbis dies Petri*, poterit aliquis curiosè quærere. Sed de hoc Petrus Damian. ab Honorio Pont. interrogatus, reſpondit, *Divinam Providentiam ita diſponere, ut humano generi metum mortis incutiat, & quàm deſpicienda ſit temporalis vitæ gloria in ipſo gloriæ principatu, evidenter oſtendat, nimirum dum præcipuus, & ſupremus omnium hominum tam anguſti temporis compendio moriatur, tremefactus quiſque ad præſolandam ſui obitus cuſtodiam provocetur; & arbor humani generis dum cacumen, & verticem ſuam tam facilè corruiſſe conſideret, ſi ictu concuſſa formidinis in ſuis undique ramuſculis contremiſcat.* Hactenus Petr. Damianus, quem poſt hæc impreſſa, me tamen non citato, refert D. Acuña *in hiſtor. Eccleſiaſt. Archiep. Bracharenſ. p. 2. c. 36. n. 6.* Cúmque divina providentia nihil in Orbe agat, cujus legitima cauſa non præcedat, piè arbitrandum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dum est, quod nisi ex justis causis in divina mente reconditis vita sanctissimorum Pontificum decurreret, (sic namque vitam Deus distribuit hominibus ut nec alter ex receptione bonorum superbiat, nec alius ejus felicitati invideat,) obliquaretur; siquidem eadem divina æquissima distributio, sic cuncta felicia, & prospera, quæ simul singulis denegat, uni concederet. Ea igitur divina providentia omnia in numero, pondere, & mensura æquans, Pontifici summam omnium felicitatum culmen donavit, sed ne tanta felicitate intumescat, longam adimit vitam, cæteris verò mortalibus, quod illi uni negavit, rectè indulget, ut ille habeat, quod istos excedat; & isti obtineant, de quo ille invideat. Accedit etiam quod cùm omnia studia ad vivendum tendant, ordinat justissimus Deus, ut tam vehemens vivendi studium mors præveniat, in eo præsertim, qui vivere quàm maximè exoptat; quare in eo tantò celeriùs vitam eripit, quantò curiosiùs illam cupit, atque custodit quia secundùm Gregorium, quantò mens humana se per desideria dilatat, tantò ad receptionem effectuum angustiat; & hæc humana vita per momenta deficit, cùm plus vivendi desiderium crescit, ipsaque vivendi anxietas terminatur; quo fit, ut & ipsi Pontifices agnoscant quàm decipiantur in cogitationibus suis. Vide Rodrig. *in speculo vitæ humanæ, lib 2. cap. 4.*

37 Sed cùm Ecclesia semper durans, ac eadem manens, visibili capite opus habuerit, quod eandem Petri auctoritatem in Ecclesiæ membra diffunderet, *ca. ita Dominus, 19 dist.* disposuit Dominus, ut decedenti Petro alius sibi Vicarius, & post hujus mortem alius, & alius usque ad seculi consummationem succederet, *c. factus est, 7. q. 1.* nam, ut inquit Hieron. super Matth. cap. 28. *qui usque ad consummationem seculi cum Discipulis se futurum esse promisit, & illos ostendit semper esse victuros, & se nunquam à credentibus recessurum.* Indéque provenit potestatem, & jurisdictionem Petro traditam, cùm in Ecclesiæ utilitatem fuisset instituta, in futuros Petri successores transiisse, *cap. 1. de translat. Episcopi*, ibi: *Ex illo generali privilegio quod B. Petro, & per eum Ecclesiæ Rom. Dominus noster indulsit*, &c. Bellarm. *lib. 2 de Romano Pont. c. 12. cum seqq.* Valentia *in analysi Fidei, lib 7. cap. 10. & 11.* Pet. a *in Pentateuch. Fidei, lib. 5. de Romano Pont. dub. 2. c. 1. cum seqq.* Nicol. de Feteau *de sacra Monarchia Eccles. lib. 4. cap. 6.*

38 Successio igitur Summorum Pontificum à B. Petro sic quidem processit, quod Petrus ipse Clementem sibi primò successorem delegit, *cap. si Petrus, cum seqq. 8. q. 1.* qui postea Martyr fuit insignis; ipse verò Clemens Pontificatui renunciavit, aut quia se imparem tanto muneri judicavit, aut certè quia hoc perniciosum videretur exemplum, ut cæteri sibi successorem eligerent; vel potiùs, ut infrà dicemus, *n. 40.* sacer ille Romanæ Ecclesiæ Senatus non tum, sed Linum elegit, qui & ipse Discipulus Petri erat, & post eum eligit Cletum, quo defuncto iterum fuit Clemens ab eodem electus, ut adnotavit Glos. *verb. aut liganti, in d. c. si Petrus, & verb. succederet, in cap. non autem, 17. q. 1.* recepta per Flamin. *de resignat. lib. 2. q. 1. n. 13.* Turrecr. *de potest. Ecclesiæ, lib. 2. c. 31. vers. nec obstat*, latè Jacobat. *de Conc. lib. 10. art. 7. in solut. 11. argum. pag. 374.* Joan. Driedo *de libertate Christiana, lib. 1. cap. 3. ad fin.* Manfred. *c. 27. fol. 47.* Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 3. c. 43. vers. de Lino, & lib. 4. c. 6. q. 5.* Andr. Gambar. *in expos. Extravag. Julii II. n. 95.* Jul. Lavor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 3. à n. 3.* & sic in Chronologiis annotatur, præcipuè in Breviario Chronologico Fr. Longi à Coriolano *in vita Lini, pag. 20.* & habetur etiam *in Martyrologio, & ac in Breviario Romano, & in Canone Missæ*, ubi post Linum & Cletum fit commemoratio Clementis, quamvis post alios contradicat Mendoz. *q. 4. Schol. §. 11. vers. quarto.*

Unde Beati Petri exemplo licere Summis Pontificibus sibi eligere successores, per textum *in d. c. si Petrus*, tradiderunt Victor. *relect. 2. de potest. Eccles. q. 2. n. 2. & 3.* latè Bonacin. *d. disp. 1. q. 3. puncto 4.* Franc. Turrian. *l. b. 3 cap. 10.* Duvallius *de potest. pontif. lib. 3.* & saltem in casu causa, urgente aperta necessitate Ecclesiæ, tenent Mart. Ledesm. *24. q. 20. art 4. concl. 2. cum duabus seqq. pag 313.* Brixien. *in suo Indice, verb. Papa.* Vasquez *tom 3 in 3. disp. 244. cap. 3. à n. 2.* Suar. *de Fide, disp. 10. sect. 4. n. 16. & de defensione lib. 3. cap. 3. n. 13.* ex tribus potissimùm; & primò, quia hoc tantùm Jure Canonico prohibetur, super quo possunt Romani Pontifices dispensare; nam quod Romanus Pont. ab isto, vel ab illo eligatur, Juris humani est, non divini; videmus enim à tempore nascentis Ecclesiæ electionem Pont. ad diversos pertinere, ut infrà ostendemus, ex qua variatione clarè colligitur, personas electorum nulla lege, quæ mutationem non recipit, fuisse designatas, sed humanis constitutionibus. Si igitur potestas & forma eligendi Pont. legibus humanis definitur, si Collegio Cardinalium per Pontifices commissa est, quare ipse Pontifex dum vivit, futurum successorem designare non possit? Secundò, quia Papa potest facere constitutionem super electione sui successoris, ex Victor. *relect. 2. de potest. Papæ, q. 2.* Suar. *de Fide disp. 10 sect. 4. n. 11.* Flamin. Pariss. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 1. n. 13.* Azor. *instit. Moral. part. 2. lib. 4. c. 5. q. 2.* Tertiò, quia potest alteri facultatem concedere, ut in ipsius locum possit successorem eligere, ut de facto dedisse Adrianum I. & Leonem VIII. Othoni I. refert textus *in c. Adrianus, il 2. in cap. Synodo, dist. 63.* de quo latiùs infrà. 39

Verùm his non obstantibus securè tenendum est 40
Papam in vita non posse sibi eligere successorem, ut meritò sustinent glos. *verb. Beatus, in c. Apostolica, § his omnibus, 8. q. 1. & in cap. si transitus, 79. dist.* Turrecr. *de auctoritate Papæ, & Concilii, tract. 1. cap. 13. & tract. 2. cap. 21.* Cajet. *opusc. 1. de auctorit. Papæ, c. 13. & part. 2. apolog. c. 22. ad fin. vers. ad objecta*, Azor. *d. part. 2. lib. 4. c. 5. q. 3.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 98.* Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 11. anno Christi 1073. vers. sed inter hæc.* Ludov. Gom. *in reg. de infirm. resignant. q. 4.* Jacobat. *lib. 5. de Conc. art. 22. n. 2. & lib. 6. art. 8.* Villadieg. *de Cardinalib. q. 5. n. 19.* Torres *de F. de dis. 15. dub. 3. §. sed difficultat.* Roland. *rub. de testam. n. 1.* novissimè Martin. Giron. de Palazeda in discursu hac de re edito, & multis rationibus comprobat Jul. Lavor. *d. tit. 4. 3. à n. 33. usque ad n. 40.* Primò, quia Papa & Episcopus se habent ad Ecclesiam, sicut vir ad 41
ejus uxorem, *c. sicut vir, 8. q. 1.* sed vir, licèt sit caput uxoris, 1. *ad Corinth 6.* non potest uxori suæ alium vitum relinquère, quia eo mortuo ab illius lege est soluta, 1. *ad Corinth. 8.* Igitur, &c. Secundò, quia si id liceret, aliud non esse quàm universalem Ecclesiæ statum immutare, glos. *in cap. Apostolica, §. his omnibus q. 1.* esset enim contra antiquissimam, & inveteratam consuetudinem, secundùm quam à Christi adventu ad hæc usque tempora semper Pontifex creatus est per electionem, sive Cleri,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& Populi, sive Cardinalium, ut infrà ostendemus; unde non leve resultat indicium, in divino jure esse prohibitum, & quamvis lex aliqua divina non reperiatur, quæ id in specie Pontificibus prohibeat, sufficit generalis, quæ docet potestatem Pontificibus, & cæteris Ecclesiæ Prælatis non in destructionem, sed in ædificationem fuisse concessam: cederet autem in maximam Ecclesiæ pernicem, si Pontificatus libera Pontificis nominatione, non Canonica Patrum electione deferretur; quapropter tentari potest divinitùs fuisse prohibitum: sed dato quòd nulla divina lege prohibitum reperiatur, sola humana in proposito sufficiens erit, ut Romanus Pontif. successorem sibi eligere nequeat, quia aut taliter electus vivente adhuc electore potestatem accepit, aut post ejus mortem accipere debet; primum non est dicendum, cùm duo suptema capita in Ecclesia simul dari non possint: posterius minùs, quia effectus nominationis refertur ad tempus inhabile, quo eligens jam Pontifex non est, ut infrà dicemus: igitur nullo modo futurum successorem eligere potest; & ideo sapientissimus Paulus III. persuasus à Card. S Marci, qui fuit Franc. Pisanus Venetus, Episcopus Patavinus ut sibi successorem eligeret, hoc omninò respuit, sicut refert Sylv. Aldobrand. *in addit. ad Dec. in c. licet, de elect.* 42

Tertiò, quia electio refertur ad tempus in quod Papa futurus non est, arg. text. *l. si quis, ff. de jurisd. omn. jud.* unde quemadmodum tunc non posset, ita nec nunc potest; paria enim sunt aliquid gerere tempore inhabili vel tempore habili, & effectum ejus conferre in tempus inhabile, *l. quod sponte, C. de don. ante nupt.* & considerat Rendina *in prompt. recept. sentent. tom. 1. cap. 44. n. 6.* 43

Quâ sententiâ retentâ, non obstant, quæ pro prima suprà adduximus; nam ad primum ejus fundamentum respondetur Papam non Jure tantùm Canonico, sed etiam Jure Divino prohiberi sibi eligere successorem, ut tenent Turrecr. *in summ. lib. 2. c. 51.* Azor. *d. p. 2. lib. 4. c. 5. quæs. 3.* Lavor. *d. tit. 4. c. 3. n. 40. & 45.* Ad secundum respondetur, aliud esse disponere per legem de modo eligendi successorem, aliud successorem eligere, & constituere Ecclesiam hæreditario jure possidendam, ut observat Gamb. *in Extravag. Julii II. n. 56.* Ad tertium respondetur, Carolum, & Otthonem prædictis Apostolicis concessionibus statim renuntiasse, eisque nunquam usos fuisse, & infrà *n. 52.* de hoc latè tractabimus. 44

Nec prædictis obstat textus *in cap. unde, 8. q. 1.* desumptus ex epistola 1. S. Clementis ad Jacobum Hierosolymitanum, & habetur *tom. 1. Conc. pag. 279.* ex qua constat quod cùm S. Petrus non procul à morte esset, dum martyrii sui tempus, Domino revelante, appropinquare cognovisset, convocatis iis, qui sibi aderant Christi fideles, Beatum Clementem veterem Presbyterum Episcopum Romæ designatum successorem sibi substituit. Quia responderi potest illam epistolam videri falsò inscriptam ejusdem Clementis nomine, ut insinuat Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 1. an. Christi 69. pag. 680.* longè enim antè obierat Jacobus cognomento Alphæi, frater Domini, dictus justus, & minor, qui constitutus erat à Petro Episcopus Hierosolymitanus, & ex Templi vertice fuit præcipitatus, anno Domini 63. Petri verò 19. Neronis 7. ex tabula Chronographica Jacobi Gualt. *primo seculo, fol. 8.* & ex Breviario Chronologico Fr. Franc. à Coriolano, *fol. 15.* ex Card. Baron. *d. tom. 1. ann. Christi 69. pag. 628. & 680.* & non debet confundi iste Jacobus cum altero Jacobo filio Zebedæi, qui cæsus obiit anno Domini 44. sub Herode Aggrippa; & propterea Card. Bellarm. *de Scriptoribus Eccles. in S. Clemente*, dicit dictam epistolam non carere scrupulo, & multis rationibus hoc ipsum ostendit Jul. Lavor. *d. tit. 4. cap. 3. n. 51.* Non est igitur trahendum in consequentiam Beati Petri exemplum, sicut nec ipsius Christi, qui eundem Petrum sibi vivens substituerat, quem ipse Petrus in hoc quoque sequi statuerat, cùm aliud Spiritui sancto in Petri successoribus visum fuerit. 45

Minùs obstat textus *in cap. Petrus, 8. q. 1.* ubi habetur Petrum dum adhuc viveret, successorem sibi Clementem elegisse. Multipliciter enim potest responderi, in primis Petrum & alios Apostolos multa habuisse privilegia, multaque ex speciali provisione, commissione, & divina inspiratione fecisse, quæ aliis Pontificibus concedere non debemus; deinde non constat Clementem Petro immediatè successisse, quia licèt plerique Scriptores id affirmant, opinantes Linum, & Cletum non fuisse Ecclesiæ Romanæ Pontifices, sed ideo post Petrum ante Clementem nominari, quia priùs à Petro Episcopi creati fuerunt, ut in ministerio Pontificatus sibi essent adjutorio, quod ejusdem textus verba innuere videntur: plures tamen numero, & auctoritate contendunt Clementem fuisse quartum Pontificem à Petro, ita ut Petro Linus, Lino Cletus, Cleto Clemens in Pontificatu succederent, ut post S. Irenæum *lib. 3. adversus hæreses, c. 3.* docet Hieron. *tom. 1. de Eccles. Scriptor. ad fin. in Clementis vita*, Platina *in vitis Pontificum*, & alii gravissimi Auctores suprà citati, *n. 38.* ac doctissimus Boët. Epo *de Regalib. lib. 1. n. 169. cum seqq.* citati per Bonacin. *de elect. Pontif. quæst. 4. puncto 4. prop. 2.* quorum sententiæ plùrimum favet communis Ecclesiæ usus, qui Linum, & Cletum sub Pontificum nomine veneratur. 46

Ad textum verò *in d. cap. si Petrus*, respondetur fatendo Clementem à Petro Apostolorum Principe Romanæ Ecclesiæ constitutum fuisse Pontificem, eique immediatè successisse, ut patet ex verbis ejusdem textus ibi, *successori suo sancto Clementi*: ne tamen posteris simile relinqueret exemplum, ut quisquam sibi successorem posset eligere, & Papatus successione potiùs, quàm electione deferretur, quod Romanæ Ecclesiæ maximè perniciosum videbatur, Papatui renunciavit, & posmodùm post Cletum quarto loco per novam electionem canonicè fuit electus, ut notarunt suprà citati Auctores *n. 38.* qui intellectus *ad d. cap. si Petrus*, licèt communis sit, & defendi possit, difficultatem tamen omninò non tollit, immò nescio an Petro Apostolorum Principi conveniat, & de tanto Pontifice dici possit eam suæ Ecclesiæ imposuisse succedendi formam, quæ pernicioſa in posterum videretur. Quare meliùs dici potest Petrum ex omnibus Presbyteris, & Diaconis Romanæ Urbis XXIV. elegisse, cum quibus omnia ardua negotia Ecclesiæ explicaret, cósque sibi Coadjutores, ac Consiliarios, & Summi Pontificis electores instituit, ordinavitque, ut ex sacro hoc XXIV. Senatorum Collegio, quos postea Sylvester I. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nuncupavit, Pontifices eligerentur, ut colligitur *ex cap. oportebat, 5. cum seqq. 79. dist.* Ante hos igitur electores Petrus in ultimis vitæ suæ diebus consurgens Clementem in Pontificem nominavit, quod tamen ita factum creditur, si à facto illo Romanæ Ecclesiæ Senatu admitteretur. Cognoscentes verò hujusmodi nominationis formam graviter in 47

futurum

futurum Ecclesiæ posse nocere, non Clementem, sed Linum elegerunt, & illum post Petrum Pontificatui Romano præsse voluerunt, quamvis deinde Clemens decedentibus Lino, & Cleto, ab ipso Senatu in Pontificem fuerit electus. Colligantur hæc ex Cæremoniali Rom. *lib.1.sect.1.cap.3.* Unde apparet sanctum Petrum non sibi Clementem necessariò successorem elegisse, sed tantùm nominasse, ut à sacro Collegio Senatorum juxta formam sibi traditam eligeretur, & ita intelligendus est textus *in d.c. si Petrus, cum seq.* 8.*q.*1. Textus etiam qui aliter rectè intelligi non potest, *in cap. si transitus*, 78.*dist.* ibi, *Si transitus Papæ inopinatus evenerit, & de sui electione successorit non possit antè decernere*, &c. Si enim nullus post Petrum sibi successorem elegerit, si Clemens (ne ejus nominatio posteris esset in exemplum) eandem non admisit, quomodo textus ille agendo de electione Pontificis generaliter supponit Papam ante obitum de electione sui successoris decernere: sunt enim præcedentia verba intelligenda de modo, & forma in successoris electione servanda, aut de commendatione personarum, quæ sibi ad tantum munus subeundum præstantiores viderentur; quod potius est de successoris electione cum Fratribus deliberare, ut multi Pontifices ante obitum facere consueverunt, quàm de substitutione successoris, actualique Pontificis nominatione tractare quæ Cardinalium Collegio post Pontificis obitum libera conservatur, ut infrà ostendemus.

47 Quare sancti Pontifices de modo, aut forma eligendi Summum Pontificem, priore defuncto, excogitarunt; & hanc electionem Ecclesiæ quæ reliquerunt, *d. cap. si transitus*, 79.*dist.* quamvis enim Sacerdotum electio verè sit Deo reservata, hanc tamen bonis Sacerdotibus & spiritualibus populis concessisse Anacletus affirmat *in c. electionem, ult.* 79.*dist.* In creatione enim Summi Pontificis licèt Electores personam designent, potestatémque determinare videantur, solus tamen Christus immediatè confert dignitatem & potestatem, & sic electores in causa sunt, ut talis Pontifex electus potestatem habeat à Christo immediatè dimanantem, cujus Vicarius est: ita Turrecr. *de potest. Eccles. lib.2.cap.*42. Cajet. *opusc.*3. *de auctor. Papæ. cap* 14. *& in p.*2. *Apolog. cap.*22. Torres *de fide, disp.*15. *dub.* 3. Suar. *in simili tract. disp.*10. *sect.* 4. *n.*3. quos refert Illustr. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad d. cap. electionem, n.*2.

48 Vetuit autem Symmachus Papa, relatus *in d.c. si quis Papæ*, 79.*dist.* ne cuique liceret, Pontifice adhuc superstite, verbo, scripto, vel promissionibus, juramento, aut alio quovis modo de successore tractare, sub anathematis pœna, & privationis dignitatum: observant Hieron. Alban. *de Cardin. q.*3. *inter tract. Doctor. tom.*13. *p.*2. *fol* 116. Manfred. *eod. tr. dec.*198. me citato in hoc loco, Palazeda. *d. dist. cap.*8. *n.*1. Bonacin. *de elect. Pont. disp.*2. *q.*1. *in princ. n.*5. *cum seqq.* Azeved. *l.*1. *n.*102. *tit.*18. *lib.*8. *nova Recop.* Azor. *inst. moral. p.*2. *lib.*4. *c.*2. *q* 15. Jul. Lavor. *var. lucubrat. tom.*1. *tit.*4 *cap.*3. *n.*59. & tales aliis pœnis afficit nova constitutio Pauli IV. incip. *Cùm secundùm, sub dat. Romæ* 16. *Decembr.* 1558. quæ habetur in Bullario novo, *tom.*1. *pag* 735. de qua memini *in collect. ad d.c. si quis Papa, n.*1.

Electio ergo Summi Pont. primùm quidem post
49 Petrum fuit apud Ecclesiæ Romanæ Senatum ex Presbyteris, & Diaconis Romanæ Urbis, quos ipse B. Petrus in locum absentium Apostolorum, qui per Orbem divisi erant, Romani Pontificis consiliarios, & coadjutores instituit, qui posteà Cardinales nominari cœperunt, ut *infra hoc lib. cap.*3. *à princ.* ostendemus, & tangit Lavor. *d. tit.*4. *c.*4. *n.*3. Deinde verò post tempora B. Sylvestri (à 50 quo cœpit Ecclesia bonis temporalibus, ac terrena potestate perfrui) orientibus scandalis, & scissuris inter hujusmodi Ecclesiæ Senatores, reliquus Clerus Romanus, ac Populus ad præsentiam, & corroborationem exhibendam adjunctus est electioni Pontificis, ut colligi videtur ex *cap. fulctus*, 7. *q.*1. tribus potissimùm rationibus: primò, ad removendas seditiones Clericorum: secundò, ut omnibus in eligendo esset dicendi facultas, & liceret vitia, vel virtutes eligendi proferre, & sic electioni suo consensu testimonium perhibere, *cap.*1. *dist.*24. *cap. reliqui, dist* 63. tertiò, ne populus invitus, & non optatum Prælatum acciperet. *cap. nullis invitis*, 61. *dist. c. si fortè*, 63. *dist.*

Procedente verò tempore ad sedandas adhuc 51 contentiones & tumultus, qui in hujusmodi electione nihilominus oriebantur, Romanus Imperator suam auctoritatem huic electioni interponere cœpit, & eò usque processit, ut nullus canonicè electus putaretur, nisi Principis decreto esset confirmatus; quod etiam jus Principis expressâ Pontificis auctoritate fuit roboratum. Adrianum 52 enim I. Pontificem Max. Carolo Magno (in cujus persona fuit à Græcis in Germanos translatum Imperium) hoc jus traditur concessisse *in cap. Adrianus, il* 2. *dist.* 63. ut scilicet potestatem haberet eligendi Pontificem, & Apostolicam Sedem ordinandi: referunt Einard. *in vita Caroli Magni*, Sigebert. Gemblacensis *in suo Chronico ad ann.* 773. oprimè Boët. Epo *lib.*1. *de Regalib. n.*144. Bozz. *de signis Ecclesiæ, lib.*19. *signo* 8. *cap.*4. *& de statu Italiæ, lib* 3. *cap. ult.* Jacob. Valdes. *de dignitate Regum, Regnorúmque Hispaniæ, cap.*20. *n.*26. Jul. Lavor. *d. tit.*4. *n.*23. *&* 24. cujus concessionis Bullam Parisiis inter præcipuos Regni Thesauros asservatam fuisse tradit Gloss. *in pragm. sanct. tit. de annatis, in verb. Regalia*, & Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem. n.*367. *de testam. in antiq. impress.* aliàs *verb. & uxorem. l.*1. *n.*61. *in nov. impress.* & post multum tempus Leo VIII. Summus Pont. 53 Clero Romano & populo consentiente idem jus confirmavit, & tradidit Othoni Imp. & successoribus ejus, ut habetur *in c. in Synodo, dist.*63. Nec mirum quod Carolo Magno tale privilegium concederetur; nam præterquam quod illustribus, atque prorsus heroicis in Ecclesiam Romanam, Romanosque Pontifices, ac in universam Ecclesiam Catholicam, cunctósque viros Ecclesiasticos officiis, & omni munificentiæ, liberalitatisque Regiæ genere clarissimus erat, ut de eo pius ille Boët. Epo *citato loco* testatur; illis temporibus expediebat, & necessarium prorsus erat, cùm facies Ecclesiæ Romanæ tunc miserrima, tristissimaque foret, Longobardis universum penè D. Petri patrimonium, seu terras Ecclesiæ Romanæ sibi vindicantibus, occupantibus, & horribilem in Romanos Pontifices tyrannidem exercentibus, ex qua Carolus Magnus eos liberavit, & universa per Longobardos adempta benigniter, & liberaliter eisdem restituit, quæ causa fuit tam singularis privilegii, ut refert Boët. Epo *ubi suprà, n.*155.

Et quamvis hos textus fictitios, & commenti- 54 tios esse existimarint Azor. *Instit. moral. p.*2. *lib.*4. *cap.*2. *q.*3. Card. Baron. *annal. Eccles. circa ann. Domini* 516 555. & præsertim. 774. *à n.*10. *& an.* 964 *à n.*2. Jacob. Gretser. *in Apologia Baron. c.*1.

&

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& 2. Suar. *de defensione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ sectæ errores, lib. 3. c. 29. n. 7.* Seraph. de Freitas *de justo imperio Lusitan. Asiatico, c. 6. n. 100. 101.* Card. Bellarm. *in Apolog. pro respons. sua ad lib. Regis Angl. cap. 6. tom. 7. suorum oper. col. 747.* Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 2. c. 22. n. 39. tom. 1.* Bonacin. *de elect. Pontif. q. 1 p. 1. prop. unic. n. 9.* ubi alias refert responsiones & alii dixerunt Carolum Magnum non acceptasse, sed potiùs repudiasse prædictam concessionem, ut per Alban. *de Cardin. n. 11.* Papon. *in 3. suo Notario, lib. tit. de jure Regal. pag. 189.* cáque Imperatores nunquam usos fuisse tradat Raymond. Rebuff. *pro Pontifice Max. sub n. 39. & 40. pag. 479.* qui commendatur à Nav. *in rub. de judic. n. 69.* & impudenter Duar. *de sacris Eccles. ministeriis, lib. 3. cap. 11.* dicitur Adriani concessionem non fuisse privilegium aliquod ex mera Pontificis gratia, & liberalitate profectum, sed hominis ultrò bonam fidem agnoscentis confessionem, quasi scilicet nihil Adrianus Carolo dedisset, sed hoc totum Carolo jure suo competiisset. Ego autem credo quod cùm piissimi Principes experientiâ didicissent, hujusmodi potestatem Romanæ Ecclesiæ, & Reip. Christianæ perniciosam fore, disponente Deo, sponte se eâ abdicarunt, sicut olim post Carolum Magnum statim fecerat Ludovicus I. Imp. qui sub Paschali I. Pont. hoc jus Clero, & Populo Romano liberè cessit, ut habetur *in c. ego Ludovicus, 63. dist.* & narrant S. Antonin. *in histor. p. 2. tit. 16. cap. 11 §. 2.* Volaterr. *in Geographia, lib. 3. cap. de Pipini & Carol. gestis, circa med.* Gondisalv. Villadieg. *de origine & foroest. Cardin. q. 5. n. 18.* Azor. *d. lib. 4. c. 2 q. 2. & 3.* Petr. Greg. *Syntagm. Juris lib. 15. cap. 3. n. 20.* cujus renunciationis formam refert Boër. Epo *d. lib. de Regalib. n. 179. & seq.* Et non immeritò idem Boër. Epo *citato loco, n. 162. in princ.* subdit Pontificis electionem per idem privilegium Carolo concessam non sustulisse electionem Pontificis canonicam, sed hanc ipsius etiam Caroli consensu, & approbatione, confirmationéque voluisse coadjuvari, ne fortè quis existimet plenam, & absolutam Summi Pontif. creandi potestatem ex arbitrio solius Caroli pependisse.

55 Verùm cùm variis adhuc seditionibus, & nonnunquam Principum violentiâ in electione Romani Pontificis creberrimi tumultus, & rixæ fierent, & res Romanæ Ecclesiæ in maximam perniciem devenirent, Nicolaus II. Pontifex summæ prudentiæ, & sanctitatis, ut tantis malis occurreret, Concilium Lateranense coëgit, in quo sacram legem edidit de electione Romani Pontif. à sacro Cardinalium Senatu peragenda, statuens ut Summi Pont. electio præcipuè à Cardinalibus peragetur, deindè reliquus Clerus, ac Populus ad eam comprobandam accederet; salvo tamen honore & reverentiâ Henrici, prout refertur *in cap. in nomine, 1. dist. 23.* Et advertit Andr. Gambar. *in Bullam Julii II. n. 195.* unà cum Albano *q. 11.* quod non omnes Cardinales in vim prædicti decreti Nicolai tunc temporis eligebant, sed triplex ex eis constituebatur cœtus, primò namque eligebant Episcopi Cardinales; secundò Presbyteri Cardinales; tertiò Diaconi Cardinales; & numerabantur voces eorum non singulariter, sed tantùm illa tria corpora. Quod autem deinceps accederet consensus Cleri, & Populi, colligitur ex promotione Gregorii VII. anno 1073. de cujus electione in volumine suarum Epist. sic legitur: [Primus Diaconorum dixit universis adstantibus: Placetne vobis? Responderunt, Placet. Subjunxit iterum, Vultis eum? Responderunt, Volumus: & tertiò, Laudatis eum? Laudamus, omnes responderunt. Tunc ab omnibus Clericis, & Populo acclamatum est, Gregorium Papam S. Petrus elegit. Actum Romæ X. Kalend. Maii 1073.] Nec decerat Imperatoris auctoritas, nam licèt Nicolao II. defuncto electus fuerit Alexander II. an. 1061. nullâ accedente Henrici III. auctoritate, qui de hoc indignatus convocavit Conventum Basileæ, & Cadaloum Parmensem Episcopum renunciavit Pontificem; nihilominus tam Gregorius VIII. qui subsequutus fuit Alexandrum II. quàm Nicolaus II. noluerunt consecrari absque licentia, & assensu dicti Imperatoris, & sic electi fuerunt Gelasius II. an. 1118. Cœlestinus II. an. 1119. Honorius II. an. 1124. Eugenius III. an. 1245. & alii Romani Pontifices qui eligendi mos perduravit multis subsequentibus annis, usque ad tempora Alexandri III.

56 Sed quia adhuc quandoque schismata oriebantur, Alexander III. qui & illa suo tempore non semel expertus fuerat, in generali Concilio statuit, ut ille demum Canonicè electus censeretur, in quem duæ ex tribus Collegii Cardinalium partes consensissent, prout refertur *in cap. licet 6. de elect.* latè Boër. Epo *de Regalib. vel jure Principum in beneficiis Ecclesiasticis, lib. 1. n. 195.* ubi *n. 196.* resolvit, quod *in d. cap. licèt*, dicitur de duabus Cardinalium partibus intelligendum, non de Cardinalibus omnibus, etiam absentibus, sed de solis illis, qui præsentes interfuerunt electioni: & sic exclusò Cleri & Populi consensu, qui requirebatur attento Nicolai II. decreto, de quo *in d. cap. In nomine Domini, 63. dist.* ut suprà diximus, postèà tota pontificis electio ad solum Cardinalium Collegium redacta fuit per eundem Alexandrum III. *in d. cap. licèt*, quod deinde fuit confirmatum & plenius statutum *in cap. ubi periculum, eodem tit. in 6. & in Clem. ne Romani, eod. tit.* ut infrà *n. 59.* ostendemus; observant Card. Paleot. *de consult. sacri Consist. p. 3. q. 4. vers. & eo magis*, Card. Turrecr. *de potest. Eccl. lib. 2. c. 43.* Card. Bellarm. *tom. 1. de Clericis, lib. 2. cap. 9. cum segq.* Boër. Epo *d. loco, n. 188.* Bonacina *de elect. legitima Summi Pont. q. 1. punct. 1. prop. unica, n. 1.* Bursat. *tom. 2. consil. 116. à principio,* & præcipuè *n. 6. & 7. & consil. 108. à princ.* & omninò *à n. 18.* notabiliter amplians post Card. Jacobat. Sel. & alios, etiam ad casum in quo Apostolica Sedes vacat 57 tempore, quo generale Concilium legitimè fuerit congregatum; adhuc enim non ad ipsum Concilium, sed ad solos Cardinales, eorúmque Collegium pertinere electionem ibi comprobat, & de facto servatum fuisse in electione Leonis X. tempore ultimi Lateranensis Concilii attestatur. Statuitur quoque per Alexandrum III. *in d. cap. licèt*, ut 58 nulla exceptio opponi possit contra eum, qui fuerit à duabus Partibus Cardinalium electus, præter hæresim, aut aliam exceptionem, quæ in jure divino consisteret: ideò sit electus si aliquis extra Collegium Cardinalium, cùm in Romana Ecclesia non inveniatur idoneus, valebit electio, & sic non Cardinalem electum verum esse pontificem resolvunt Aug. Triumph. *de elect. Pape, q. 3. art. 6.* Mandos. *ad reg. 13. Canc. q. 8. n. 23.* Hieron. Manfred. *de Card. dec. 265. & 299.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 8. diffic. 3. n. 18.* Campan. *in diverf. Juris Canon. rub. 7. c. 6. n. 71.* Gondisal. *de origine & potest. Card. q. 5. n. 31.* Sot. *de Justit. lib. 3. q. 6. art. 2. ad 5.* Gambar. *de potest. Legati à latere, lib. 7. ex n. 151.* Pelag. *de planctu Eccl. lib 2. c. 10. col. 5. vers. hinc est*, Carol. Sigon. *de Regno Italiæ, lib. 9. anno 1059.* Illescas *in historia Pontif.*

Pontif. p. 1. lib. 5. cap. 11. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. q. 6.* Suar. *de fide, disp. 10. sect. 4. n. 19.* Lavor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 11. num. 7. cum seq.* optimè Boët. Epo *lib. 1. de regalib. in benef. eccles. n. 208. pag. 137.* ubi dicit Romani Pont. electionem adeò liberam esse Cardinalibus, ut non solùm aliunde quàm è suo, seu Collegio, seu corpore, Senatu; verùm vel ex eremo, vel è media quoque hominum laïcorum turba, dummodò Christiana, nedum è Clero quempiam possint in Summum eligere Pontificem. Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 4. docum. 2. n. 1.* Diana *d. p. 5. tract. 2. resol. 63.* Bonacin. *d. tract. disp. 1. quæst. 2. in fine,* de quibus Boët. Epo *lib. 1. de regalib. post num. 201. pag. 124. cum seqq.* & plures alii, quos plenâ manu refert Cened. *ad Decretum collect. 18. n. 8.* & vide infrà *n. 78.* Confirmavit experientia, quia, ut referunt historiæ, multi sanctissimi Viri fuerunt Summi Pontifices, & tamen non legitur eos unquam fuisse Cardinales, ut de Gregorio X. qui ex Archidiacono fuit electus in Pontificem, Kalendis Septembris, anno Domini 1271. referunt Rossinal. *de re Pontif. lib. 2. cap. 30.* Illescat *d. lib. 5. c. 40.* Jul. Lavor. *d. c. 12. n. 8. in fine,* ubi subdit Eugenium III. ex Abbate simplici, & Cœlestinum V. cum nec in Sacris adhuc esset, in Pontifices fuisse electos; & de Eugenio III. tradit Platus *de bono statu relig. lib. 2. c. 28. ad med.*

59 Post hæc autem ne diuturnæ vacationis incommodis Romana Ecclesia premeretur, néve Patres possent ambientium studiis corrumpi, Gregor. X. in Conc. Lugdunensi in Gallia celebrato anno 1274. de quo *in cap. ubi periculum, de elect. lib. 6.* & post illum Clemens V. in Conc. Viennensi, ann. 1310. coacto prout habetur *in d. Clem ne Romani, eod. tit.* deinde Clemens VII. *in sua Constit. incip. Cum charissimus, sub datum 29. Octobris 1529.* ut videre est in Bullario novo *tom. 1 pag. 595.* & postmodum Paulus IV. *in alia sua Constit. Cum secundum, de anno 1554.* & demum Pius IV. in Bulla, quæ incipit, *In eligendis, sub dat. Romæ 7. Idus Octob. 1562.* de qua *in Bullario novo, tom. 2. p. 91.* & novissimè Gregorius XV. *in sua Constit. incip. Æterni, sub dat. Romæ 17. Kalend. Decembr. 1621.* & S. D. N. Urbanus VIII. *in alia incip. ad Roman. 5. Kalend. Februarii 1625.* plura de hac re statuerunt, ex quibus colligere placuit capita quædam essentialia, ac magis notabilia circa Papæ electionem, quorum aliqua ante ipsam electionem, quædam verò in ipsa electione reliqua post ipsam servati necessariò solent, & debent. Videndus Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum. 4.*

64 Primò igitur ante Papæ electionem, statim priore defuncto, Cardinales absentes sunt monendi, ac per decem dies expectandi, *d. cap. ubi periculum,* & habetur in dicta Constitut. Pii IV. & isti decem dies sunt computandi à die mortis Pontificis, ut advertit Archid. *in d. cap. ubi periculum, n. 5.* subdens hoc casu moram esse valde damnosam, & Cardinales teneri expectare absentes per dictum tempus decem dierum, quamvis sint certi, quod venire non possint, & quod talis expectatio requiritur non solùm propter absentes, sed etiam propter præparationem illorum, qui sunt includendi: observat

65 Lavor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 7. n. 5.* Unde electionem non expectatis intra decem dierum tempus absentibus, minimè valere argumento textus *in Auth. quæ supplicatio, C. de precibus imper. offerendis,* probat Alban. *de Cardin. q. 14.* Sed contrarium, immò illam vim habere, si fiat communi Cardinalium omnium præsentium, vel duarum partium eorum consensu, cùm hoc solùm ad substantiam electionis requiratur, non ita locus, & tempus, quæ ad accidentia pertinent, probabile dicit Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4 c. 2. q. 5. vers. sed dubia quæstionis est.* Lavor. *d. tit. 4. c. 7. n. 4.* Diana *d. p. 5. tract. 2. resol. 75.* ubi *resol. 76.* subdit & resolvit, quod præsentes Cardinales non tenentur expectare illos, qui ita distant à Romana Curia, ut omninò intra decem dies post mortem Pontificis accedere non possunt. Bonacin. *d. tract. de legitima Summi Pont. elect. disp. 1. q. 3. in princ. à n. 1.* ubi tenet ante decem dies elapsos posse ad electionem Pontificis deveniri, si justa subsit causa præveniendi, & non expectandi integrum decem dierum spatium: justam autem præveniendi causam esse ait gravem Ecclesiæ necessitatem ita exigentem, bellum ingruens, incursiones, & seditiones repentè exortas, timorem æris inficiendi, & similia, quæ judicio prudentum relinquuntur.

At, quamvis Cardinales absentes per dictum 62
tempus decem dierum expectandi sint, non tamen debent vocari, seu citari, ex Glossa *vers. decem dierum, in d. cap. ubi periculum,* & ibi Archidiac. *verb. expectare,* Mandos. *in reg. 32. Cancell. q. 8. n. 8.* Boet. *decis. 51. n. 7.* quod speciale esse in electione Romani Pontificis, cùm alii absentes vocari debeant, advertit Lavor. *dict. tit. 4. c. 7. n. 7.* ubi subdit 63
Cardinales solere certiorare absentes per literas particulares à Secretario sacri Collegii subscriptas, quarum formulam ponit ipse in fine *dict. tit. 4. pag. 554.*

Sic etiam præfatum tempus decem dierum 64
nullatenus est prorogandum, nisi gravissima causa dilationem permittat, ut habetur in dicta Bulla Pii IV. *in §. lapsis,* ubi *in §. declarandis,* statuitur, ut nec etiam expectandi *sint ultra decem dies* Cardinales, qui absunt publica de causa, & de licentia Romani Pontificis; & ut nec etiam impugnari possit electio pretextu cujuscumque impedimenti Cardinalium absentium post lapsum dictorum decem dierum. Verùm si fuerit, hoc non obstante, dictum tempus prorogatum, electio sequuta valebit, dummodo à duabus partibus facta sit, quia *in dict. cap. ubi periculum,* non apparet prohibitum, quin possint Cardinales expectare ultra decem dies, sed quod non teneantur expectare, ut post Specul. resolvit Gambar. *de officio Legati à latere, lib. 6. n. 108.* ubi *in vers. vigesimoprimo quæro, n. 110.* subdit, quod si lapsis decem diebus major pars vellet expectare, minor verò intrare Conclave, & procedere ad electionem neglectis absentibus, licet posset minor pars audiri; nihilominus ad schismata evitanda non est à minori parte id attentandum: refert Jul. Lavor. *dict. c. 7. n. 9.* Eisdem de- 65
cem diebus durantibus Cardinales præsentes defuncti Pontificis celebrare debent exequias, quod & in omnibus Ecclesiis; & Diœcesibus, cæterisque locis insignibus à fidelibus faciendum esse statum est in *dicto cap. ubi periculum, §. Quia verò,* & à Clero, populo singulis diebus post exequias celebratas preces ad Deum sunt fundendæ pro felici, ac digni, celeique boni Pontificis electione.

Secundò, dum exequiæ per novem dies à Car- 66
dinalibus celebrantur, aliàque toto hoc novendiali necessaria habentur; quæ longâ serie narrat Lavor. *d. tom. 1. tit. 7. cap. 9. per tot.* fabricari debet in Pontificis palatio Conclave, nullo intermedio pariete, ubi possint Cardinales omnes commanere, *d. c. ubi periculum. §. Hoc sacro:* cujus Constitutionis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rationem assignat Gondisal. *de potest. Eccles. n.* 24. Sed hoc non est de substantia electionis, nec necessarium ad electionem, Bonac. *d. tract. disp.* 1. *q.* 3. *in princ. num.* 5. Sed postea Clem. VI. *in sua Constit. incip. Licet, sub dat. Avenione* 6. *Decembr.* 1351. de qua in Bullario novo, *tom.* 1. *pag.* 116. permisit Cardinalibus ex decentia honestatis in clausula hujusmodi, cùm in lectis quiescendi causâ, vel dormiendi esse voluerint, duntaxat intermedia, seu velamina simplicium etiam cortinarum, loco quarum hodie panni vitidis coloris adhibentur, vel violacei pro Cardinalibus à mortuo Papa creatis: quod quidem Conclave undique claudi debet, servata fenestra ad victum recipiendum, eo modo, ut nemo ipsum ingredi, nec inclusos videre, aut alioqui, nec quicquam latenter transmitti possit, *dict. cap. ubi periculum*, §. *hoc sacro*; in quo etiam singuli singulis Cardinalibus tantummodò dantur servitores, sive Clerici sive laici; & si patens necessitas exposcat, duo etiam permittuntur eorum arbitrio: sed Pius IV. in dicta sua Constitutione incip. *Ineligendis*, tertium infirmis & graviter affectis à majori parte Collegii per secreta suffragia indulgeri posse permittit; quos quidem servientes, familiares & domesticos, & continuos commensales ipsius Cardinalis ab anno ante fuisse, & tunc esse debere statuit idem Pius IV. ubi suprà *in* §. *Qui servientes*, subdens minimè debere esse Mercatores, Ministros Principum, Dominos temporales, & jurisdictionem habentes, neque fratres, aut nepotes Cardinalium, etiamsi expensis eorum viverent. Pro servitio autem Cardinalium in communi in eadem Constitutione Pii IV. *in* §. *Sacrista*, deputantur alii, videlicet unus Sacrista cum Clerico coadjutore, duo Magistri Cæremoniarum, qui celebranti ministrent; unus Religiosus pro Confessioninus audiendis; unus Collegii Secretarius, cum uno tantùm famulo; duo Medici, unus Chirurgus cum uno, aut duobus servitoribus; unus faber lignarius, unus cæmentarius, duo barbitonsores, cum uno, aut duobus servitoribus; item octo, aut decem servientes bajuli, seu geruli publicæ utilitati & commoditati omnium veluti pro lignis portandis, qui omnes à Collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicujus Cardinalis, eligi debent per secreta suffragia, ita tamen ut is obtineat, qui plura vota tulerit, & eis salaria de publico persolvantur.

67 Nullus tamen sponsiones, seu excommissas super vita, morte, & futura electione Summi Pontificis facere audeat, illa, enim omninò damnat Gregorius XIV. *sua Const* 4. *incip. Cogit nos, sub dat.* 12. *Kalend. April.* 1591. ubi quoque quicquid in excommissis deductum fuerit, piis locis applicat, quibus desuper transigere, aut se concordare posse vetat, Ecclesiasticisque personis excommissas facientibus pœnam privationis beneficiorum imponit, & tam eis, quàm aliis huic prohibitioni contravenientibus excommunicationis pœnam infligit. Vide in Bullario novo, *tom.* 2. *pag.* 688. Bonacin. *de legitima Summi Pont. elect. disp.* 2. *q.* 1. *in princip.*

68 Clauso Conclavi, externis omnibus priùs dilapsis, & angulis, latebrisque diligenter et perscrutatis, ne quis extra ordinem intercluſus remaneat, exinde nullus ad Cardinales intus manentes aditus patere potest, vel facultas secretò loquendi cum eis, nec ipsi ad se venientes admittere possunt, nisi eos, qui de voluntate Cardinalium ibi præsentium, pro his tantùm quæ ad electionis negotium pertinent, vocarentur, *dict. cap. ubi periculum, &* §. *Hoc sacro*, ubi contrafacientes incurrunt excommunicationem dictæ Const. Pii IV. §. *Clauso*, ubi quoque statuitur, ut si fortè quis (quod absit) clam ipsum Conclave, & aliunde quàm per ostium ingrediatur, omni honore, gradu, & officio, & beneficio ipso facto privatus existat, & tradatur Curiæ sæculari acerrimis pœnis puniendus, & electio aliter quàm in conclavi clauso celebrata est irrita; ex Constitutione Gregorii XV. ibi: Quod si electio alibi celebrata fuerit, quàm in conclavi clauso, nulla sit, & invalida eo ipso absque ulla declaratione, &c. Bonac. *d. tract. de legitima Summi Pont. electione, disp.* 1. *q.* 3 *à princ.* ubi *n.* 3. subdit nomine Conclavis intelligi locum in ædibus, qui clauditur clavi communi iis, qui ad illud accedere debent, ex quo infert in Conclavi non debere ulla loca clausa adesse, quæ Cardinales adire nequeant: nulli etiam fas est Cardinalibus vel eorum alicui nuntium mittere, vel scripturam; qui verò contrà fecerint, vel cum aliquo ipsorum loquuti fuerint secretò, ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, *d. cap. ubi periculum*, §. *Hoc sacro, vers. nulli etiam*: quod in hoc innovatum est per Pium IV. *in d. sua Constit.* §. *Litteras verò*, ubi litteras, aut cujusvis generis scripta ad eos, qui in Conclavi sunt, seu nuntium aut signum, vel notam mittere, seu recipere, vel contra à Conclavi ad eos, qui foris erunt, nullo modo licèt; qui verò contrà fecerit, quacumque dignitate, etsi Cardinalatûs honore præfulgeat, excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrit, absolvendi facultate, præterquam in mortis articulo, soli Pontifici reservata, à quo nihilominus pro qualitate delicti ultra dictam excommunicationis pœnam puniendus erit: latè Bonacin. *de elect. Pontif. disp.* 2. *q.* 4. *à princ.* ubi *n.* 3. quod litteras mittens Cardinali in Conclavi existenti, non ligatur excommunicatione, si litteræ ad Cardinalem non pervenerint: *& n.* 6. quod Cardinales in Conclavi existentes non ligantur excommunicatione secretè inter se loquendo, aut nuntium & litteras ad se mittendo: *& n.* 10. quod mittens scripturam in Conclave ligatur excommunicatione, etiamsi scriptura non agat de Summi Pontificis electione.

Circa cibum, & potum intra Conclave portan- 69
dum Gregorius X. *in dict. cap. ubi periculum*, § *Hoc sacro, versic. verum*, statuit quod si infra tres dies post ingressum Conclavis non fuerit Ecclesiæ de Pastore provisum per spatium quinque dierum immediatè sequentium, singulis diebus, tam in prandio, quàm in cœna uno ferculo solo sint contenti, quibus provisione non factâ decursis, ex tunc tantummodò panis vinum, & aqua ministrantur. At Clemens VI. in sua sæpè citata Constitutione, §. 3. *versic. ac etiam*, præter panem, vinum, & aquam in prandio, & cœna, unum duntaxat ferculum, seu missum carnium utriusque speciei tantummodò, aut piscium, seu ovorum, cum uno potagio de carnibus, vel piscibus specialiter non confectis, & decentibus salsamentis habere permittit ultra carnes solitas, & herbas, crudas, & caseum, fructus, seu electuaria; ex quibus tamen nullum specialiter ferculum vult confici, nisi ad condimentum fieret, vel saporem, & prohibet, ut nullus de alterius ferculo vesci possit. Pius verò IV. §. 22. *versic. Cardinales autem*, vult ut primo ipso die, quo Conclave ingressi fuerint, tam in prandio, quàm in cœna uno ferculo unius speciei tantum,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tùm, atque moderato, aliàs juxta constitutionem Clementis qualificato contenti sint, & debeant, & ut quispiam in alterius cella, vel de alterius ferculo vesci non possit.

70 Tertiò, ad hujus rigoris observantiam constituuntur executores ex præcipuis Magistratibus civitatis, ubi electio celebratur, qui præstito juramento jurare debent, ut prædictus ordo, rigorque servetur, *d. cap. ubi periculum*, §. *Præterea*. Romæ autem sunt Prælati diversorum graduum, qui bis in die singulis diebus, manè scilicet, & vesperi, mutantur, intimanturque à Cursoribus, servato ordine eorum omnium, qui in Romana Curia reperiuntur, incipiendo à Patriarchis, sequentibus Archiepiscopis, Episcopis cæterisque Prælatis, juxta ordinem eorum promotionis; semperque assistit Gubernator Burgi, & duo Cursores pro occurrentibus necessitatibus, tam Collegii, quàm prædictorum Gubernatorum, qui quidem Prælati sub perjurii pœna, ac suspensionis à Divinis, maximâ, & exquisitâ diligentiâ uti debent inspiciendis & perscrutandis epulis, quæ prandii & cœnæ tempore afferuntur, ac aliis rebus, & personis Conclave intrantibus, & de eo exeuntibus, ne sub earum rerum velamine litteræ, aut notæ, vel signa aliqua transmittantur: si qui verò reperiantur, qui contra prædicta aliquid commiserint, familiares Cardinalium, aut alii delinquentes pœnam privationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta, & obtinenda incurrunt, & ulteriùs per Gubernatorem carceribus mancipandi erunt, & inde nisi de mandato novi Pontificis, minimè relaxandi, sed ejus arbitrio acriùs puniendi, omni facultate Cardinalibus in favorem quorumcumque, qui in præmissis, vel eorum aliquo deliquerint, omninò interdicta, prout latiùs continetur in sæpè citata Constitutione Pii IV. §. *Prælati*, & §. *Quia verò*.

71 Est autem celebranda electio ab ipsis tantummodò Cardinalibus, secundùm Nicolai Papæ Decretum *in d. c. in nomine Domini*, 1. *distinct.* 23. de quo suprà *n.* 56. qui omnes ad electionem admittuntur, nulla excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti obstante exceptione, etiam juxta Constitutionem Gregorii XV. *in vers. Volumus etiam*, de quo Bonacina *de legitima Summi Pont. elect. q.* 1. *puncto* 1. *prop. unica*, *n.* 1. & *n.* 5. ut eo scilicet magis vitentur dissensiones & schismata, quò minor eligentibus asserit diffidendi facultas, *Clem. ne Romani*, §. *ceterum*, *de elect.* Pius IV. *in dict. sua Constit.* §. *Et ne dissensiones*, Sylvest. *in sum. verb. excommunicatio*, 9. *n.* 6. Jul. Lavor. *d. tom.* 1. *tit.* 3. *c.* 3. *n.* 18.

72 Unde & Cardinales nuper creati, & publicati eandem in electione obtinent potestatem, etsi nondum insignia Cardinala ûs acceperint, neque os clausum, aut si clausum fuerit, nondum tamen apertum sit, ut quodam particulari Decreto statuit sanctæ mem. Pius V. Bullâ incip. *Pius Papa V. sub die* 26. *Januarii* 1571. quam refert Jul. Lavor. *d. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 6. *n.* 21. & cujus meminit Diana *moral. resol. p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 74. Bonac. *de elect. Pont. q.* 1. *puncto* 1. *prop. unic. n.* 4. & demùm idem quoque statuit Gregorius XV. in ejus constitutione infrà refe-

73 renda, *in Cœrem.* § *porrò* 7. quamvis Eugen. IV. Const. sua incip. *In eminenti*, sub dat. Romæ 17. Kalend. Novembris, anno Incarnationis Dominicæ 1431. contrarium statuerit; quando enim aliquis in Cardinalem nominatur & assentit, verè Cardinalis efficitur, nam capellum accidentarium est; & hinc certum est offendentes & occidentes Cardinales, qui nondum capellum habuerunt, incidere in censuram Bullæ Cœnæ, ita ex multis Diana *d. p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 74. *id fine*.

De Cardinalibus verò saltem non Diaconis mandat Pius IV. *in d. sua Constit. incip. In eligendis*, §. *statuimus*, quod in electione Romani Pontificis vocem non habeant. Idem quoque Sixtus V. & Gregorius XV. specialiter statuerunt; quibus tamen Constitutionibus hactenus derogare solent Summi Pontifices quando Cardinales creant, & de hoc Breve particulare expedire jubent, ut testatur Jul. Lavor. *d. c.* 6. *n.* 22.

74 Si verò contingat quod Cardinales plurimi ante factam electionem decedant, ad solos superstites, qui vivunt, pertinebit electio, quamvis duo tantùm remanserint, quia unus poterit eligere alium. Anan. *in c. fin. de appell.* Sylvest. *verb. excommunicatio* 9. *n.* 2. Jul. Lavor. *d. cap.* 5. *n.* 25. Immò quamvis unus remanserit, ad illum spectabit electio. Gloss. *verb. omnes*, *in d. Clem. ne Romani, de elect.* Laudens. *de Card. n. q.* 14. Pannin. *de officio & potestate Capituli Sede vacante*, *prælud.* 5. *n.* 8. Alban. *q.* 23. & 25. *de Cardinalib.* Villadieg. *de origine, & potest. Cardin. q.* 5. *num.* 26. Manfred. *de Cardinalib. decis.* 268. 287. & 291. Bonacin. *de legib. disp.* 1 *q.* 1. *puncto* 3. & *de elect. Pontif. q.* 1. *puncto* 1. § 4. *n.* 3. *disp.* 1. Remanens, cæteris exeuntibus, vel negligentibus, Papam eligere potest; jus enim & nomen universitatis in uno servatur, *l. sient.* 8. *in Decurionibus*, ubi Bart. *ff. quod univers. nom.* Alban. *de Cardin. q.* 23. ubi *q.* 24. dicit opinionem Abbatis *in cap. licet*, *in fine*, *de elect.* dantis remedium, quo possit talis Cardinalis seipsum eligere, ut scilicet is totius S. Collegii nomine alteri eligendi potestatem demander, qui veluti Compromissarius ipsum eligat, procedere quando ille solus remansisset, cæteris exeuntibus, vel absentibus, non autem mortuis. Sed absolutè tenendum esse Pontificem eligi ab uno Cardinale, qui remansit in Conclavi, cæteris mortuis, vel exeuntibus, seu absentibus, resolvunt Salas *de legib. tract.* 14. *disp.* 8. *sect.* 8. *n.* 4. Bonac. *cod. tract. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 3. *n.* 28. Lavor. *dic. c.* 6. *n.* 26. Baldell. *tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 7. *n.* 13. & *seq.* Diana *d. p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 72.

Ad quem autem spectabit electio Pontificis, si 75 omnes Cardinales (quod Deus avertat) mortui essent, & nullus extaret, solet ab aliqibus dubitari? Quidem tenent electionem hoc casu spectare ad Canonicos Lateranenses, quorum Ecclesia est propria Sedes Pontificis super omnes Orbis, & Urbis Ecclesias. Ita S. Antonin. *part.* 3. *sum. tit.* 22. § 2 *num.* 4. Sylvest. Aldobrand. *in schol. ad Philipp. Dec. in d. cap. licet, de elect. sub n.* 52. *alias* 31. *in verb. altera opinio*. Dionys. Paul *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.* 16. *n.* 15. Jul. Lavor. *ad tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 6. *n.* 27. *in princ.* & non immeritò quærit Boët. Epo *lib.* 1. *de Regalib. in benefic. Eccles. n.* 193. Cur Pontifex non ab Ecclesiæ Lateranensis eligatur Canonicis? Alii verò affirmant spectare ad Concilium generale, quia Pontifex non solùm Urbis Romæ, sed totius Ecclesiæ universalis est Pastor. Ita Host. *in d. cap. licèt*, August. Ancona *in sum. q.* 3. *art.* 3. Nonnulli tamen aiunt tunc temporis electionem pertinere ad Patriarchas, ut per Bald. *in l. ubi absunt. ff. de tut. & curat.* Lancel. Contad. *in templo omnium Jud. lib.* 2. *c.* 1. § 2. *in princ. n.* 6. Sed priores duas opiniones magis probabiles dicit Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 2. *q.* 1. at ergo primam probabiliorem duco.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

76 Similiter poterit dubitari ubi Papa depositus à Concilio legitimè congregato, ad quem tunc pertineat Pontificis electio, an ad Cardinales, an ad ipsum Concilium? Hæc quæstio fuit exagitata in Concilio Pisano, in quo cùm depositi de Sede fuissent Gregorius XII. & Benedictus XIII. Cardinales auctoritate ab ipsomet Concilio in ipsos translata pro illa vice tantùm, tam ex parte propria, quàm Concilii, Alexandrum V. elegerunt, ut refert Abb. *in dict. cap. licet, n.8. versic. quando autem.* Postea in Concilio Constantiensi auctoritate Joannis XXIII. indicto, fuit ipse Joannes Sede privatus unà cum Benedicto XIII. & tandem conclusum, ut electio fieret per Cardinales, tam propria, quàm Concilii potestate, qui Othonem Columnam, postea Martinum V. appellatum, anno Domini 1417. elegerunt, sicut testatur Azor. *instit. moral. p.2. lib.4. c.2. q.13. in princ.* Unde colligunt Doctores quòd ubi Papa deponitur à Concilio, tunc ab eo deponente fit electio, & non spectat ad Collegium Cardinalium; & hoc sibi placere ait Abb. *in d.c.licèt, in ult. not. ab. versic. sed adverte*, & prosequitur Barbat. *in d. Clem. ne Romani, §. sanè, de elect.* & apertiùs *cons.82. sub n.10. versic. & ulteriùs ad prædicta, vol.4.* nec ab hoc recedere absolutè videtur Marian. Socin. *in c. ad petitionem, n.22. de accusat.* Verùm licèt hæc opinio aliquando nobis placuerit, te nunc meliùs perpensâ, videtur hoc Jus Cardinalibus semper competere, cùm illis indistinctè potestas eligendi Pontificem in jure concedatur, quam tamen eis eo tantùm casu Concilium adimere poterit, quo justa causa subsit, ut si è munere, & officio esset ob crimen hæresis Pontifex dejectus, & Cardinales essent criminis participes, aut alia de causa suspecti, aut verisimiliter crederetur offensionem orituram, aut schisma, vel magnam Ecclesiasticæ pacis perturbationem; tunc enim ob communem Ecclesiæ salutem jure posset ad tempus, non in perpetuum Cardinalibus ea potestas auferri, alioquin minimè, ut benè resolvunt Cardin. Alban. *q.3.* Azor. *d. q.13. versic. cæterùm, propè finem.* Jul. Lavor. *d. tom.1. tit.4. c.6. n.29* Diana *moral. resol. p.5. tract.2. resol.73.* ubi tenet quòd si Ecclesia vacaret tempore, quo Concilium generale est congregatum, electio Summi Pont. adhuc spectat ad Cardinales, ut nullo casu pertineat ad Concilium, de quo etiam Bonac. *de elect. Pontif. q.1. punct.1. §.4. n.4.*

77 Circa personam eligendam statutum videtur, ut unus tantùm ex Cardinalibus eligatur, ut antiquus decidit Canon. *in c. oportebat, cum seq. 79. dist.* affirmans, ut nullus unquam laïcorum præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens Diaconus, aut Presbyter factus fuerit Cardinalis, ad sacrum Pontificatûs ordinem promoveri; sed recentiori Jure *d.c.licet, de elect.* decisum reperitur, ut nulla exceptio opponi possit contra eum, qui fuerit à duabus partibus Cardinalium electus, præter hæresim, aut aliam exceptionem, quæ in Jure divino consisteret, sicut Doctores exponunt, quamvis alii neque hæresis exceptionem opponi posse voluerint, cùm *d.cap.licèt*, hoc minimè exprimat: quicquid autem de hoc sit, servatum vidimus, ut alius quàm Cardinalis eligeretur; nam Eugenius III. ex Abbate simplici, Gregorius X. ex Archidiacono, & Cœlestinus V. ex eremo vocatus, cùm nec esset in Sacris, Pontifex est creatus. Cùm ergo posteriori hac lege priori videatur Canoni derogatum, ad schismata scilicet, & diutinas Sedis vacationes tollendas, vera illorum videtur opinio, qui affirmant etiam non Cardinalem, electum verum esse Pontificem, quos suprà citavi *hoc eod. cap. n.58.*

78 Immò etiamsi electus in Pontificem esset laïcus, valebit electio fortè ob vitæ merita, & Clericorum inopiam, quod præter exemplum Cœlestini V. colligitur ex Cæremoniali Romanæ Ecclesiæ, ubi forma habetur ordinandi eum, qui ex Laïco fuerit assumptus: tenent Gloss. *verb. non Apostolicus, in c. si quis pecunia, 79. distinct.* Dec. *in dict. c. licet, n.9.* Jul. Lavor. *dict. tit.4. c.12. n.10.* & citati suprà *n.58.* Boët. Epo *d. lib.1. num. 208. pag.137.* ubi dicit quod laïcus interim Pontifex, & Mitrâ nihilominus ornatus Clericatum suscipit, ac ad Ordines omnes Ecclesiasticos promovetur; nam licèt Summus Pontificatus sit beneficium Ecclesiasticum, *cap.1. de maledict.* cum ibi citatis per me *in collect. n.3. & infrà lib.3. c.4. versic. secularia beneficia*; non tamen inconvenit dari laïco intra congruum tempus promovendo, sed tunc habebit tantùm quæ sunt jurisdictionis, non ea, quæ sunt Ordinis. Anton. de Rosellis *de potestat. Imper. & Papæ, n.48.*

79 Nec electionis validitati obstabit, si uxoratus in Pontificem eligatur; nam si uxore sciente hoc contingat, videtur eam cogi posse ut convertatur, prout argum. *cap. qui uxorem, 33. q.5.* Resolvit Archidiac. *in d.cap. si quis pecunia.* Machado *d. tom.2. lib.4. p.7. tr.4. docum.2. n.3.* Bonac. *d. tract. de elect. Pont. disp.1. q.2. in princip. n.4.* Si autem vir absque

80 licentia uxoris ad summum evecheretur Pontificatum, potest ab ipsa revocari, ut ei teneatur debitum reddere; cùm enim hoc sit jus justitiæ, prius non potuit lædi per Pontificatum, quantumvis bona fide assumptum, eo quòd uxor mortua crederetur. Ita Abb. *in cap. constitutus, n.ult. de convers. conjug. & in cap. uxoratus, n.1. eod. tit.* Sylvest. *in sum. verb. Matrimonium, 8. q.12. dict.3.* Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.2. cap.8. n.3.* Majol. *de irreg. lib.1. c.34. n.3.* Petez *l.1. gloss.3. versic. in tantum, tit.1. lib.3. Ordin. pag.23.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.3. q.18. n.135. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.13. c.14. q.13. in fine*, Sanchez *de Matrim. lib.7. disp.38. n.12.*

81 Fœmina autem Papa esse non potest, id enim notabili quodam signo ostendere voluit Dominus; nam cùm Joannes I. Romanus Pontifex Constantinopolim proficisceretur, ut à Justiniano Imper. contra Theodoricum regem Italiam devastantem auxilium peteret, cum pervenisset Corinthum quidam vir nobilis mansuetum equum, quo illius uxor utebatur, itineris causâ prædicto Pontifici commodavit, remissus postea equus ita ferox evasit, ut fremitu, & totius corporis agitatione semper deinceps dominam suam expulerit, quasi indignaretur mulierem recipere, ex quo sediisset in eo Jesu Christi Vicarius, ut tradit Romanum Breviarium *ad diem 27. Maii in solemnitate prafati sancti Joannis Papæ*, & ex B Gregorio *in Moralibus*, refert Card. Baron. *annal. Eccl. tom.7. anno Christi 525. in princ. vers. Gothorum tempore*, Bonac. *de legitima Summi Pont. elect. q.1. in princ. n.1.* ubi *n.3.* disserit, an si fœmina per errorem eligeretur in Pontificem, ejus acta valida essent.

82 Unde provenit ut rabulosum sit illud, quod aliqui scribunt, fœminam quandam sub nomine Joannis fuisse electam Romæ in Summum Pontificem, hanc enim cùm Athenis valde, dum esset juvenis, in literis profeciisset, & Romæ doctè, & accuratè

legen

legendo, & disputando magnam acquisiisset benevolentiam, creditur post obitum Leonis IV. quasi virum omnium consensu in Pontificem electam fuisse, sed cùm prægnans ex quodam suo famulo diù facinus occultasset, tandem dum ibat ad S. Joannem in Laterano, doloribus partûs oppressam peperisse inter Colossæum, & sanctum Clementem, ubi diem suum clausit extremum, postquam rexerit Ecclesiam annos duos, mensem unum, & dies quatuor; ex cóque cautum esse, ne posthac Summus Pontifex in Cathedram provehereturr, nec confirmaretur priusquam in sella forata, vulgò stercotaria dicta, existens ejus vitilia attrectari patiatur, ut cum aliis non paucis Auctoribus scribit Platina *in ejus vita*. Hoc, inquam, ridiculum, & falsissimum est, cùm rationi repugnet, nec computationibus temporum congruat, quin & ipsi fabulæ auctores, & narratores inter se dissideant in nomine & in tempore assumptionis, & sedis, ac in ipsa fabulæ narratione. Non enim verisimile est quod CHRISTUS, qui MARIÆ Virgini Matri suæ sanctissimæ Pontificatum, vel claves Ecclesiæ non commisit, ut patet ex *cap. nova, de pœnitent. & remiss.* voluisset postea illum, vel illas per illam fœminam gubernari, ut notat Læl. Zech. *de Romano Pontif. hæresi* 4. *in resp. ad ult. vers. ad id de Joanna Papa.* Præterea nec verisimile est quod Græcis auderet Romanus Pontifex Leo IX. exprobrare, quod mulier in Patriarchali Sede Constantinopolitana collocaretur, ut patet in ejus epistola ad Michaëlem, & Acridanum Constantinopolitanos Antistites, *cap.* 23. si verè Romanæ simile contigisset. Quare hanc de Joanna Papa historiam esse meram fabulam, aliis multis rationibus probant Panuin. *in annotat. ad Platinam*, Florimund. Remund. Consiliarius Burdegalensis, & Georgius Scheter. *in special. tract.* quos inscripsêre, *An sit verum quod fœmina Roma Pontifex fuerit*, Tarcagnota *in historia universali totius Mundi, part.* 2. *lib.* 9 *pag.* 374. Illescas *in historia Pontificali, part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 35. Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 2. *cap.* 4. *vers. quæro* 10. *pag.* 123. Card. Bellarm. *tom.* 1. *controv.* 3. *cap.* 24. Card. Baron. *in annal. lib. Eccles. an. Christi* 853. Spondan. *eod. anno, n.* 6. *vers. hoc ipso anno*, Francisc. à Coriolano *in suo Breviario Chronologico, pag.* 255. Jul. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 12. *n.* 13. Machado *d. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 7. *tract.* 4. *docum.* 2. *n.* 2. novissimè Fr. Ferdinand. de Camargo *in Chronologia sacra Ecclesiæ militantis, anno* 853. *pag.* 187. latè Bonacin. *de legitima Summi Pont. elect. q.* 2. *in princ. à n.* 2.

83 Quot verò annos natus esse debeat in supremum Papatûs apicem evehendus, non videtur hæsitandum, cùm nusquam audiverimus dubitandum fuisse de validitate electionis alicujus Romani Pontificis ob hujusmodi ætatis defectum; Spiritus enim Domini ubi vult spirat, & Cardinalium voluntates in electione trahit, quò illi fortasse nollent: at ætatis maturitatem requiri colligitur ex sancto Hieronymo contra Jovinian. *p.* 1. *epist. lib.* 5. *cap.* 14. dum causam perquirens, quare Christus potiùs Petrum elegit, quàm Joannem, quem summo prosequebatur amore, ait postposuisse Joannem juniorem Petro seniori, illique propterea commisisse Ecclesiæ regimen, unde ex hac, & aliis rationibus & Juribus Summum Pontificem renuntiari non posse minorem annis triginta, tenuit Joan. de Selva *de benefic. part.* 3. *q.* 5. *n.* 14. & Bonacin. *dict. q.* 2. *in princ. n.* 6. nam cùm Papa sub nomine Episcopi comprehendatur, Campan. *in Aug. Barbos. de Jure Eccles.* Pars I. *diversor. Juris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 51. & Episcopum se nominet, sicut ostendimus *in collect. ad proœm. Decretal. n.* 7. *& infrà cap.* 2. *post princip.* & Episcopus esse debeat, qui jam trigesimum expleverit annum, ex adductis per me *de officio, & potestate Episcopi, part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. & ibi citatis addo Petr. Bung. *de myster. n.* 30 *pag.* 477. Monet. *de conservat. cap.* 5. *n.* 155. *& de commentar. cap.* 10. *num.* 113. Vincent. Turtutet. *in parallelis ethicis, differt.* 15. *fol.* 145. Diana *resol. mor. p.* 5. *tract.* 2. *resolut.* 19. *in princ.* Didac. Narbona *ubi infrà q.* 5. Igitur & eandem in Papa requiri ætatem dicendum videtur, quod saltem de congruentia admittimus, cùm tamen si minor eligatur, dummodò usum habeat rationis, ejus electio non erit invalida reputanda, aut nullius momenti censenda, sed ipsam potiùs subsistere pronuntiandum, ut post Jacobat. *in tract. de Concil. lib.* 3. *art.* 1. *versic. & idem de infante*, & Majol. *de irregularit. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 13. resolvunt Campeg. *d. rub.* 7. *cap* 6. *n* 50. & Jul. Lavor. *d. tit.* 4 *cap.* 12. *n* 5. *&* 6. me citato *in hoc loco.* Didac. Narbona *de ætate ad omnes actus humanos requis. anno* 30. *q* 5. Perez de Lara *in compend. vitæ humanæ, cap.* 29. *n.* 22. Illustriss. D. meus Rodetic. à Cunha *in cap. Episcopus* 7. *dist.* 77. *n.* 17. Machado *d. tom.* 2 *lib.* 4. *p.* 7 *tract.* 4 *docum.* 2. *n.* 4.

Forma autem, quæ in electione Romani Pontificis sit servanda à Jure communi non traditur; idcirco si quæ in eo Jure statuta cernitur, omittatur, irritus non propterea judicatur actus, dum tamen consensus duarum partium accesserit, quod optimè desumitur ex decreto Alexandri III. *in d. cap. licèt, de elect.* & ex eo textu rectè colligit *ibi* Innocent. *in fine, verb. speciale*, inquiens: [Non est hîc alia forma ex necessitate servanda, immò quocunque modo appareat duas partes consensisse in aliquem, tanquam in electum, jus habet, & verus Papa est.] Quod præter Innocent. notant etiam super eodem textu Compost. *verb. speciale, num.* 5. Hostiens. *in vers. vel etiam sine forma, sub n.* 13. *& verb. constituitur sub n.* 33. Joan. Andr. *in quæst. speciali sub n.* 5. Anton. de Butr. *sub n.* 18. *&* 27. Cardin. Florent. *col.* 4. *in* 2. *quæst. & col.* 7. *in q. speciali, & col. penult. versic. secunda conclusio est*, Abb. *in q. speciali*, Anan. *n.* 2. *&* 8. Bellam. *in verb. constituitur, & sub n.* 17. *in* 16. *notab.* necnon *sub n.* 18. *&* 49. resolvunt Contad. *in templo omn. Judic. lib.* 2. *cap.* 1. *de Pontif. Max.* §. 2. *q.* 2. *n.* 4. Hieronym. Alban. *de Card. q.* 20. Manfred. *cap.* 22. *versic. sciendum est præterea*, Franc. Marc. *Delphin. decis. q.* 34. *incip. Quæritur de forma, n.* 3. *p.* 1. Jul. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 6. *n* 59. 84

At verò per ipsosmet eligentes triplex forma, vel modus est introductus, videlicet scrutinium, accessus, seu communis inspiratio, & compromissum, de quo latè Bonac. *de legitima Summi Pont. elect. disp.* 1. *q.* 2. *in princ. n.* 3. Scrutinium est inquisitium votorum eligentium, seu suffragiorum collectio, secundùm Boët. Epo *lib.* 1. *de Regalib. n.* 210. *pag.* 138. ad quod juxta *cap. quia propter, de elect.* plura concurrere debent: primò, ut scrutatores sint tres, non plures, nec pauciores; secundò, debent esse de collegio, non autem extra: tertiò, ut sigillatim & secretò vota exquirant: quartò, vota sunt publicanda: quintò, ut omnes eligentes congregentur in unum, in camera enim non potest dari votum, *cap. in Genesi, de elect.* & demùm per scrutinium electio fit, cùm præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, tres de Collegio fide digni assu- 85 86

UAB Biblioteca de Ciències Socials

muntur, qui vota singulorum secretè, & sigillatim diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, quo facto, collatione habita, is demum censetur electus in quem vel omnes, vel duæ ex tribus partibus consentiunt.

Scrutinio autem faciendo præsunt tres Cardinales de quolibet ordine eligendi, ut scilicet primis tribus diebus præsint antiquiores cujusque ordinis, id est Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum; secundo autem triduo alii sequentes singulorum ordinum, & ita deinceps quousque fiat electio, qui Cardinalium vota exquirant; tres autem alii eodem ordine eliguntur, qui prædictorum trium vota scrutentur: tunc Cardinales omnes, qui sunt in conclavi, de manè indutis longis vestibus, seu palliis à summo deorsum apertis, quas *croceas* appellant, in capella ubi sanctissimum Christi corpus asservatur, conveniunt, ibique Missa de Spiritu sancto celebrata, antiquiores ordine servato bini accedunt ad Altare, deferentes stolas albi coloris pendentes ante pectus, si sunt Sacerdotes, Diaconi verò pendentes ab humero dextero ad pectus; Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumunt de manu Decani, interpositis deinde sanctis Evangeliis, & jurato de servandis Bullis juxta formam Concilii Basilcensis *sess.* 25. & lectis Bullis Pii IV. *in eligendis*, & duabus Julii II. disponunt se per subsellia juxta eorum ordinem, & antianitatem. Quisque autem quem eligere decreverit, in quadam schedula antè describit tali modo. *Ego N. Cardinalis N. eligo in Summum Pontificem Reverendissimum N.* & obsignat suo annulo dictam schedulam, primò scilicet ex parte in qua descriptum est nomen Cardinalis eligentis; reliqua pars, scilicet Cardinalis electi, aperta relinquitur.

88 Deinde singuli per ordinem accedunt ad Altare, & genuflexi schedulam deosculatam, sigillatam, complicatam transmittunt in calicem, in quo eo die Sacra sunt peracta, existentem in medio Altaris ibi vacuum, à primo Episcoporum, primo Presbytero, & primo Diacono, Cardinalibus omnibus videntibus positum. Ut autem prior Episcoporum schedulam in calicem posuit accedit ad dexterum cornu Altaris, & ibi cum priore Diaconorum patenam elevat, dum alii Cardinales vororum schedulas per ordinem calici imponunt. Schedulis in calicem depositis, sedent Patres, & quisque ante se scabellum habet cum papyro, & pugillaribus; in papyro scripta sunt per ordinem Patrum omnium præsentium nomina cum aliqua distantia, ita ut unum tantùm nomen in quolibet versu contineatur. Posteà tres prædicti calicem ipsum ad cæteros inferiùs confidentes sublatum altiùs ostendunt, & subsistentes in subselliorum medio, unde audiri & spectari possunt à circumstantibus, numerant, & ii *Scrutatores* appellantur; tunc calicem super mensam imponunt, & prior Episcoporum dexterâ schedulam unam, quæ forte ad manus venit, palam duobus digitis extrahit, illámque primò priori Presbyterorum ostendens, legendam porrigit Diaconorum priori, qui sic legit, ut ibi est adnotatum. Cardinales omnes, & ipsi etiam tres Scrutatores super singulis nominibus nominatorum in papyris signum aliquod faciunt, & collatione postea facta, qui duarum partium ex Cardinalibus integra suffragia tulerit, Papa creata erit. Et sic per scrutinium fuerunt electi Innocentius V. anno 1276. Adrianus V. eodem anno, Nicolaus III. anno sequenti, Martinus IV. anno 1281. Honorius IV. anno 1285. Nicolaus IV. anno 1288. Cœlestinus V. anno 1294. Bonifacius VIII. eodem an. Benedictus XI. anno 1303. Clemens V. an. 1305. Benedictus XII. anno 1334. Clemens VI. ann. 1342. Innocentius VIII. anno 1484. Alexander VI. anno 1492. Pius III. ann. 1503. Julius II. eodem anno. Leo X. anno 1513. & alii.

Accessus autem fieri potest etiam durante scrutinio, & quantumcunque publicato, quod speciale est contra jus aliarum electionum, quod habetur *in cap. publicato, de elect.* notant *in d. cap. licet*, Abb. *n.* 8. Anchar. *n.* 5. *vers. septimo nota*, Hostiens. *n.* 25. Butr. *n.* 55. & Joan. Andr. *n.* 4. Lancel. *in instit. Canon. tit. de elect.* § *per scrutinium*, *verb publicato*, ubi Glossa. Possunt enim Cardinales accedere alteri electo per alios, non tamen per seipsos, & omninò 89 90 resilire ab electione, quam fecerunt; & si usque ad sufficientem numerum duarum partium pervenerit, censebitur electio sequuta per accessum: & dicit Archid. *in cap indemnitatibus*, *n* 8. *de elect. lib* 6. speciale esse in electione Pontificis, quod 91 ab uno solo nominatus in scrutinio, possit jus acquirere per accessum scrutinio pendente, & resolvit Gambar. *de authoritate Legati de Latere, tit. de facultate Legati legatione finita*, *q.* 24. *num.* 142. quando Cardinalis dedit vocem uni in scrutinio, 92 & in accessu accedit alteri, quod accessu hujusmodi fit cumulativè, non privativè, & sic per accessum electi fuerunt Nicolaus V. anno 1449. Calixtus III. anno 1455. Pius II. anno 1458. Paulus II. anno 1464. Sixtus IV. anno 1471. Adrianus VI. an. 1522. & alii.

Circa hunc tamen accessum Gregorius XV. *in d.* 93 *sua Constit. incip.* Æterni, ita statuit: [Et ut accessus secretè etiam peragatur, scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales schedulam pro accessu formatam prædictis in mensis conficere sicut in scrutinio teneantur. Porrò usus schedularum pro accessu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in scrutinio voluerit, ejus nomen scribet; qui verò noluerit, ne cognosci possit, cum nulli accedere, is loco nominis scribat, nemini. Nullis autem tam in schedula scrutinii, quàm accessus plures nominare liceat, alioquin suffragium, in quo fuerint plures nominati, nullum sit, accedere tamen uni ex nominatis à se in dicta schedula, vel alii, dummodò aliquod suffragium in eodem scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in conclavi præsentium numeretur: neque in quolibet scrutinio, nisi semel, accedere liceat, neque per accessum ab alterius nominatione in scrutinii schedula facta recedi decernimus, & declaramus.] De quo accessu pluta habentur in cæremoniali ritus dictæ electionis continente, ejusdem Gregorii XV. mandato compositio, & confirmato.

Compromissum verò fit, cùm propter discordiam Cardinales in aliquem electionis negotium compromittunt, ut scilicet ipse, quem voluerit, eligat. Boet. Epo *d. lib* 1. *n.* 210. Bonacin. *de legitima Summi Pontif. elect. disp.* 1. *q.* 3. *puncto* 2. *n.* 1. Quomodo autem hoc sit faciendum, conjecturari potest ex iis, quæ habentur *in Trevertinsi Abbatiæ S. Maximi*, 24 *Januarii* 1625. *coram Reverend. D. meo Coccino Decano*, ubi sic dicitur: [Congregato Capitulo, is qui habet in Capitulo primam, vel alius de mandato Capituli, seu quivis etiam sine mandato, Capitulo tamen non contradicente, requirit primò singulos sigillatim, an placeat procedere

94

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cedere hac forma compromiſſi, & omnibus conſentientibus, ita ut nullus omninò diſcrepet, debet requirere eos iterum quibuſnam perſonis, & per quem modum velint eis committere vices ſuas, & omnibus de perſonis concordantibus, & de modo, tunc omnes ſimul, vel unus nomine omnium, in perſonas hujuſmodi eligendas transferat poteſtatem. Si verò Capitulum nolit in compromiſſarios convenire, poſſunt eo caſu, ut citiùs ad concordiam deveniatur, uni vel plutibus, qui vice omnium eligant Compromiſſarios, committere vices ſuas.] Ita Mandag. *de elect. p. 1. cap* 39. Compoſtel. *in cap. quia propter, n.* 16. *verſ. quæro modò*, & *ibi* Bellam. *in §. vel ſaltem, n.* 7. *eod. tit.* & de hoc debet confici publicum inſtrumentum, Specul. *in tit. de elect. §. 1. in princ.* Bertachin. *de Epiſcopo, p. 1. lib. 3. q. 49. n. 91.* idem Specul. *in cap. de via compromiſſi, n.* 4. & hoc caſu quæſtio eſt, ut per Bart. *in l. inſtitutio, n. 3. ff. de condit. inſtit.* an duo ſint conficienda inſtrumenta, ut ſcilicet unum contineat, *Nos eligimus, qidem tales Compromiſſarii nominabunt*; & alterum, *Eligimus illum, quando tales Compromiſſarii nominabunt*: tamen idem Bart. concludit quod licèt de Jure duo eſſent conficienda, de conſuetudine contrarium ſervatur. Hactenus Rot. *in d. Trevieren. Abbatia*, & inferiùs ex Miranda *in man. Prælatorum, tom. 2. q. 15. art. 58. concluſ. 2.* ponit formulam compromiſſi in hunc modum: *Ego N. Compromiſſarius, de conſenſu, & voluntate Compromiſſariorum meorum eligo*, &c. Aliam ponit Mandag. *de elect. q. 59. form. 59.* quæ idem in ſubſtantia continet, & ſubdit opus eſſe, ut unus vice omnium eligat, aliàs electio eſt nulla, ſecundùm Oldrad. *conſil. 184. in princ.* Roman. *conſil. 161. n. 1. verſ. quartò ejuſdem nullitas.*

96 Poteſt etiam iſta compromiſſoria electio fieri non ſimpliciter, qualis eſt illa, de qua hucuſque egimus, ſed limitatè, hoc eſt, per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum; putà ſi ita compromiſſum ſit, ut Compromiſſarii ipſi exquirant vota ſingulorum, illúmque eligant, in quem major, & ſanior pars conſenſerit, ut eſt Conſtitutio Innocentii III. de qua *in cap. cùm dilectus, de elect.* quæ non fuit revocata per aliam Alexandri III. in Concilio generali de anno 1215. de quo *in d. cap. quia propter*, ut declarat Bonifac. VIII. *in cap. cùm expediat. 29. de elect. lib. 6. & in cap. ſi cui, 37. eod. tit.* Caniſ. *in Compendio Juris Canonici, tit. de elect. c. de concurſu comprom. cum ſcrutin.* Bayl. *de elect. p. 3. c. 17. n. 4. verſ. aliquando autem*, & tunc non tenetur Compromiſſarius ad aliud, quàm ad id, quod in compromiſſo expreſſum eſt; quia non eſt neceſſaria collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, ſed numeri tantùm ad numerum, ut nimirum videatur an ſit major pars totius Capituli: Monach. *in cap. cùm expediat, 29. n. 6. ad fin. verſ. item quæro, & n. 10. de elect. in 6* Joan. Andr. *in princ.* Gemin. *n. 4. verſ. quærò an iſta forma*, Compoſtel. *in cap. in Geneſi 59. col. 3. verſ. in forma verò comprom. ſſi*, ubi Abb. *n. 2. in 4. not. ab eod. tit. de elect.* Et ſic per compromiſſum fuerunt electi Clemens IV. ann. 1265. Gregorius X. ann. 1271. & Joannes XXII. ann. 1316. quem compromiſſo in ejus perſonam facto, ferunt ſeipſum elegiſſe, & hac de cauſa compromiſſum deinceps in deſuetudinem abiiſſe; quo exemplo poſſe Compromiſſarium, ſi unus tantùm ſit, ſe ipſum eligere, tradunt S. Anton. *p. 2. tit. 2. cap. 24.*

97 *in princip.* & Azor. *inſtit. Moral. p. 2. lib. 2. cap. 2. q. 8.* quod in Pontifice verum credo; nam talis electio non repugnat Juri divino, aut naturali, cùm eidem minimè repugnet eundem eſſe eligentem, & electum; habet tamen Juris humani repugnantiam, quæ non ſufficit ad hujuſmodi electionem annullandam; utpote quod nulla exceptio à Jure humano proveniens contra talem electionem opponi poſſit, juxta *d. cap. licèt, de elect.* Verùm cùm in Conſtitut. Gregorii XV. nemo poſſit ſibi ſuffragium ferre, ideo nullus in ſe compromittere, aut poſt compromiſſum ſeipſum eligere poteſt, Bonac. *d. diſp. 1. q. 3. punct. 2. n. 9.* ubi *n. 10.* tenet compromiſſarios poſſe unum ex ipſis compromiſſarii eligere, & *n. 11.* quòd compromiſſarii eligere debent Papam in conclavi clauſo, & *n. 12.* quòd compromiſſarii ſervare debent in electione formam ſibi à Cardinalibus compromittentibus præſcriptam, ſi forma eis præſcripta fuit.

Cæremoniale verò ritûs Pontificiæ electionis 98
continens, de mandato Gregorii XV. compoſitum, & ab ipſo confirmatum, ſic hac de re loquitur: [Secundus modus eſt compromiſſum, quando ſcilicet Cardinales ad electionem per hanc formam, ſeu qua procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi poteſtatem, ut vice omnium Eccleſiæ Catholicæ provideant de paſtore; cujus formæ praxis poteſt eſſe hujuſmodi. Primò omnes, & ſinguli Cardinales in conclavi clauſo præſentes, nemine eorum diſſentiente, in aliquo ex Patribus compromiſſum faciunt, exempli gratiâ in hanc formam. In nomine Domini, Amen. Anno ab ejuſdem, &c. menſe, &c. die, &c. Nos Epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardinales omnes & ſinguli in conclavi exiſtentes videlicet N N. (& ſigillatim omnes nominentur Cardinales) eligimus & elegimus per viam procedere compromiſſi, & unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante elegimus Compromiſſarios N. N. & Cardinales, &c. quibus damus plenariam facultatem & poteſtatem providendi S. R. E. de Paſtore, & ſub hac forma, videlicet (hic optimum erit ut Cardinales compromittentes exprimant modum & formam, ſecundùm quam Compromiſſarii debebunt eligere, & ſecundùm quam electus debet cenſeri verus & legitimus Papa, ut puta ſi electi ſint tres Compromiſſarii, declarandum eſt, an ad hoc, ut electio ſit valida, priùs proponere debeant ſacro Collegio perſonam vel perſonas ab ipſis nominandam, ſeu nominandas ad Pontificatum; an verò abſolutè debeant electionem peragere, an omnes tres debeant convenire in unam perſonam, an verò ſufficiat quod duo in unam concordent, & an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, & alia his ſimilia.] His autem, vel aliis ſimilibus expreſſis, addi compromiſſo ſolet tempus ad quod uſque volunt Cardinales poteſtatem Compromiſſarios habere eligendi, & poſtea ſubjunguntur hæc verba: *Et promittimus nos illum pro Romano Pont. habituros, quem Domini Compromiſſarii ſecundùm formam prædictam duxerint eligendum*; vel alia ad formam Compromiſſariis præſcriptam accommodata.

Eſt & alia forma per viam Spiritus ſancti, de 99
qua mentio fit *in d. cap. quia propter, de elect.* quæ fit per unanimen, concordémque omnium conclamationem, citra collationem ſuffragiorum prorſus ullam. Boër. Epo *d. lib. 1. n. 210.* & duplex eſt; altera per inſpirationem, & eſt quando, nullo inter eligentes ordine ſervato, ipſi quaſi inebriati, & ſuper ſe quaſi facti eligunt: altera, per quaſi inſpirationem, quando ſubitò, & repentè unus poſt alium ſine aliquo intervallo eundem eligunt. Hoſt. *in d. cap. quia propter, n. 30.* & *ib.* Abb. *n. 3.* Oldrad. *conſ. 135. n. 1.* & 2. Greg. Lop. *lib. 21. gloſſ.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

aguno tit. 5 part. 1. de utraque Bonacin. *d. disp. 1. q. 5. puncto 3.* & propter verba *cap. quia propter*, ibi, *ab omnibus*; dicunt Doctores sufficere quod unus dissentiat ad effectum, quod electio non dicatur per viam Spiritus sancti, Joan. Andr. *in d. cap. quia propter*, n 39. Bellam. *ibid. in § nisi forte, n. 1. & 3.*

100 Compostel. *n. 21.* Vital. *in Clem. ne Romani, n. 22. eod. tit. de elect.* Rota *in Metensi Monasterii, 5. Jul. 1621. coram R. D. meo Coccino Decano, in vers. neque ex eo.* Hoc modo fuerunt electi Gregor. XI. anno 1370. ut Platina & Panuin. in ejus vita referunt, & Joannes XXI. anno 1275.

101 Cæremoniale verò ritus Pontificiæ electionis continens de mandato Gregorii XV. compositum & ab ipso confirmatum, ita super hac forma disponit. [Primus modus est, qui quasi per inspirationem vocatur, quando scilicet omnes Cardinales quasi afflati Spiritu sancto aliquem unanimiter, & viva voce Summum Pontificem proclamant; circa quem modum ex constitutione Gregoriana infrà scripta notari possunt. Primò hæc forma electionis practicari potest solùm in Conclavi, & eo clauso. Secundò, debet fieri electio secundùm hanc formam ab omnibus & singulis Cardinalibus in conclavi præsentibus. Tertiò, communiter, & nemine eorum dissentiente. Quartò, nullo præcedente de persona speciali tractatu, & per verbum *Eligo*, intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri. Exemplum autem hujus potest esse hujusmodi: Si aliquis Patrum clauso conclavi, nullo, ut præfertur, præcedente speciali tractatu, diceret: R. D. perspecta singulari virtute & probitate R. D. N. judicarem illum eligendum esse in Summum Pontif. & ex nunc ego ipsum eligo Papam. Deinde hoc audito si cæteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam, eodem verbo *Eligo*, intelligibili voce prolato, aut si non potest, in scriptis expresso, eundem N. de quo nullus specialis tractatus præcessit, communiter eligerent, ipse N. esset canonicè electus & verus Papa, secundùm hanc electionis formam, quæ dicitur per inspirationem, seu, ut in sacris Canonibus scriptum est, quasi per inspirationem.]

102 Non quidem à multo tempore introducta fuit alia forma eligendi Pontificem, per adorationem scilicet, videlicet quando duæ Cardinalium partes, nullo scrutinio expectato, sed vocetenus aliquem ex Cardinalibus in Romanum Pontificem salutabant, venerabantúrque, ut refert Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. in fine*, & secundùm hanc formam fuerunt electi Clemens VII. anno 1523. Paulus III. ann. 1534. Julius III. anno 1550. Marcellus II. anno 1555. Paulus IV. eodem anno, Pius IV. anno 1559. Pius V. anno 1566. & alii Successores, usque ad Gregorium XV. inclusivè.

103 Novissimis verò hisce temporibus idem Gregorius XV. per suam Bullam incip. *Æterni, sub dat. Romæ 17. Kalend. Decembris 1621. Pontificatus sui ann. 1.* confirmatam & innovatam per S. D. N. D. Urbanum VIII. per aliam suam Constitut. incip. *Ad Romanum, 5. Kalend. Februarii 1625. Pontificatus sui anno 3.* statuit, decrevit & declaravit in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quam in conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi præsentium, præterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in conclavi præsentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorumdem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ providerent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in conclavi præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per verbum *Eligo*, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit electio celebrata; ita ut electio aliter celebrata nulla sit & invalida eo ipso, absque ulla declaratione, & ita electus non Apostolicus, sed apostaticus sit, & habeatur; & tam ipse, quàm eligentes, ejusque fautores, & complices sententiam excommunicationis & anathema, aliasque censuras & pœnas, &c. ipso facto incurrant, &c. Item decernit, & declarat numerum suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi præsentium, ut electio per viam scrutinii, sive scrutinii & accessus valida sit, ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus suffragium electi non numeretur, nec quisquam, sive scrutinii & accessus, sive compromissi viâ procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit. Electi tamen persona, si in conclavi sit, debaet in numerum Cardinalium computari. Circa verò modum faciendi scrutinium, & alia ad electionem necessariò peragenda, latiùs videri potest in prædicta Bulla Gregorii XV. & in Cæremoniali ritus dictæ electionis Pontificiæ continente, de ejus mandato composito, quæ omnia impressa reperiuntur *in fine tom. 1 variarum lucubrat.* Jul. Lavor. *à p. g 536.* & secundùm formam præfatæ Bullæ electus fuit idem S. D. N. Urbanus VIII. die 6. Augusti 1623.

Ex quibus noto primò, quod licèt olim esset satis 104
controversum apud Doctores, an votum electi computaretur ad constituendam majorem partem, ut colligitur ex latè deductis per Campan. *in div. Juris Canonici, sub 7. cap. 6. à n. 62.* Lavor. *d. tit. 4 cap 6. n. 14.* & meipsum *in collect. ad d. cap. licèt, n. 8. de elect.* tamen jam hodie hoc decisum extat per dic- 105
tam Bullam Gregorii XV. ubi statuitur suffragium electi non numerari, sive per scrutinium, sive per accessum, sive per scrutinium & accessum simul fiat electio, nec posse quemquam eligere seipsum, etiam per viam compromissi; electi tamen personâ, si in conclavi sit, in numero Cardinalium computatâ, Bonacin. *de legitima Summi Pontif. elect. disp. 1. quæst. 1. punct. 5. à n. 1.*

Secundò noto, quod votum Cardinalis absentis, 106
etiam extra conclave tantummodò, licèt sit in Urbe, non admittitur; votum autem ingredientis post conclave reclusum, tunc solùm valere incipit cùm ingreditur, hoc est, ad præsentia tantùm, & futura negotia, ad præterita autem minimè, *cap. ubi periculum, §. hoc sacro, in fine, de elect. in 6.* Absens enim non potest canonica in electione votum suum mittere per litteras, aut schedulas aperiendas tempore scrutinii, *cap. si quis justo, in princ. & in §. fin. de elect. lib. 6.* Lavor. *d. tit. 4. c. 17. num 53.*

Tertiò noto, quod licet in aliis electionibus, si 107
quis fuerit tantâ ægritudine detentus, ut personaliter ad locum electionis accedere nequeat, præsens tamen sit in oppido, camera, seu claustro, ubi illa celebratur, scrutatores acceptis votis præsentium accedere possint ad infirmum pro ejus voto, & nullo actu interposito redire ad capitulum, ut tradunt Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 2. vers. verum*

certum quid, & Lavor. *d.tit.* 4. *cap.* 19. *n.* 78. tamen in electione Summi Pontif. habemus de hoc specialem provisionem in dicta Bulla Gregorii XV. ubi statuitur, & ordinatur, quod si aliquem infirmitas impediverit ad scrutinium venire (intra tamen conclave existentem, & non aliter) ad eum adire debeant tres Cardinales sorte ante scrutinium, ut infrà, ad hunc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti cum capsula perforata, sed inani, & palàm à Scrutatoribus clausa, cujus clavis super Altare remaneat, & schedulam impressam illi deferre, ipséque illam sicut alii Cardinales, prævio jurejurando secretè conficere teneatur, deinde in capsulam conjiciat, eáque per eosdem Cardinales relatâ, & apertâ capsulâ in calicem schedula mittatur. Publicato deinde scrutinio, si accessus agendus erit, ut etiam infirmi accedere possint, unum ex foliis, in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notatur, à tribus Cardinalibus prædictis sumatur, & palàm recognito numero suffragiorum, quæ quisque in scrutinio tulerit, ad infirmum unà cum alia impressa schedula pro accessu parata, & cum eadem capsula ab iis deferatur; infirmus verò alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniáque & singula serventur, quæ de scrutinii schedula ordinata sunt sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna. At si quis scribere valetudine impediatur, per alium prævio juramento ab eo qui scribet, præstando, de servando secreto, scribere liberè possit. Ad hæc scrutatores tres, sicut & tres alii Cardinales, qui ad infirmorum suffragia deferenda proficiscentur, ex omnibus Cardinalibus præsentibus in conclavi, nullâ ordinis servatâ distinctione, sorte immediatè ante quodlibet scrutinium per ultimum Diaconum extrahantur, & qui semel extracti fuerint, in vas iterum conjiciantur, alioquin si quis contrafecerit, sicut si scrutatores, vel recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognoverint, & illud revelaverint, eandem latæ sententiæ excommunicationem incurrunt. Finito scrutinio, & accessu, sive electio sequuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales sorte pariter, ut suprà, extrahendi, schedulas omnes recognoscere debeant sigillo tamen, & duobus aliis signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes & singulæ schedulæ, sive sequuta, sive non sequuta electione, postmodum statim palàm comburantur.

108 Quartò, circa locum celebrandæ electionis noto quod licèt ille adsit in Palatio Apostol. in quo conclave fieri solet, & cellulas parari; non est tamen de substantia electionis, siquidem alibi facta non invalidatur. Ita tenent *in cap.* 1. *dist* 23. Archid. *n.* 17. Beilam. *n* 11. Gem. *n.* 16. Turrecr. *circa n.* 18. & Card. Alex. *col* 6. *prope fin. super gloss. verb. in Urbe*, & hoc etiam tuantur *in cap. ubi periculum, de elect. lib.* 6. Archid. *col.* 2. *in princ.* Joan. Andr. *sub n.* 4. Butrig. *n.* 12. Gemin. *in* §. *hoc sacro, ante n.* 5. quos refert & sequitur Campan. *in diverf. Juris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 55. & non semel audivi dicere Romæ, dum vacabat Sedes Apost. per obitum Gregorii XV. de mense Julii 1623. quod Cardinales ut pessimum aërem Vaticani tempore illo æstivo vitarent, inclinabant conclave fieri in Monasterio B. MARIÆ supra Minervam: sed hoc non fuit conclusum, quia vidi illos intrare conclave factum in Vaticano, quod fortè in causa fuit ut multi Cardinales, & plurimi conclavistæ illud egressi morbis correptis morerentur illo ann.

Si autem contingeret, ut Romanus Pontifex 109
extra Urbem Romam decederet (in qua ordinariè fieri debet electio) novus Pontifex in civitate, in cujus territorio, seu districtu mortuus est, eligetur, nisi sit forsan interdicta, vel extra Ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat, quo casu in alia viciniori facienda erit, quæ similiter nec interdicto subjaceat, nec sit, ut prædicitur, apertè rebellis, ut expressè habetur *in d.cap. ubi periculum,* §. *Porrò, de elect. lib.* 6. Si verò in certo loco causarum, & litterarum Apostol. audientiâ remanente. Papam alibi mori contingat, non ibi, sed ubi prædicta fuerit audientia, electio celebrabitur, etiamsi eadem audientia tempore mortis hujus vacare noscatur, nisi fortè ante mortem eandem ordinatum esset per Papam de Curia transferenda, ut probat textus *in d. Clem. ne Romani,* § *Sane, de elect.* Unde Clemens VII. *Constit. incip. Cum charissimus, sub dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ* 1528. *pridie Nonas Octobris Pontificatus sui anno* 4. ita vigore suprædictorum Jurium statuit: [Cognoscentes ad officium nostrum pertinere pro salute gregis Dominici Nobis commissi periculo vitæ nos exponere, & ad civitatem ipsam Bononiæ omni celeritate & morâ cessante nos conferre, in alma tamen Urbe nostra causarum, & litterarum Apostol. audientiam relinquentes, ac relinquere declarantes, ad effectum, ut si ante reditum nostrum ad Urbem ipsam nos ab hac luce migrare contingeret, in ipsa Urbe in qua audientiam memoratam relinquimus, & non in civitate Bononiæ, seu in alio loco in quo tempore nostri obitus cum Curia resideremus, electio Romani Pontif. fieri debeat, nisi ipsa Urbs tunc interdicta, vel contra Ecclesiam Romanam in manifesta rebellione persisteret, seu de expressione dubitaretur.] Et deinde idem Clemens VII ibnovavit suprædictam Constitutionem, alia similiter sua incip. *Licet, sub dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ* 1534. *Pontificatus sui anno* 10. Addit tamen textus *in d.cap. ubi periculum,* §. *Porrò*, quod in civitate, in cujus territorio, seu districtu mortuus est Pontifex, circa electionem successoris, tam quoad expectationem absentium, quàm quoad habitationem communem, clausuram, & cætera omnia in domo Episcopali, vel alia qualibet eisdem Cardinalibus deputanda, observentur quæ superiùs obeunte D. Pontifice in ea, in qua cum sua Curia residebat, sunt expressa; & etiam attentâ dictâ Bullâ Gregorii XV. Pontificis electio non potest, nec debet fieri, nisi in conclavi clauso, ut refert Lavor. *d.tit.* 4. *c.* 18. *n.* 8.

Quintò noto, quod qui canonicè electus non 110
fuerit, & Papa haberi voluerit, quamvis etiam consecratus, seu inthronizatus extiterit, tam ipse, quàm ii qui eum receperint, & ei adhærere voluerint, excommunicationi subjacebunt, totius sacri Ordinis privatione mulctari. Viatici etiam communione, nisi in extremis positi, privabuntur; & si non resipuerit, cum Dathan & Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiet punitionem. Vide *cap.* 1. *dist.* 23. *d.c. si quis pecuniam,* 79 *dist. cap. factus est, in fine* 7. *q.* 1. *d.c. licet de vitanda, de elect.* Item Julius II. *in sua Constit. incip. Cùm tam divino, sub dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ* 1505. *19. Kalend. Februarii Pontificatus sui an.* 2. de qua *in Bullario novo, tom.* 1. *pag.* 403. constituit, ut simoniacè electus, vel assumptus in 111
Papam, nullam habeat potestatem spiritualia, aut temporalia administrandi, & ipse à nullo pro Romano Pontif. habeatur, & suis privetur dignitatibus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tibus, & officiis, ac beneficiis, quam Constitutionem commentatus fuit Gambara, & de ea plura cumulavit Bonac. *de legitima Summi Pont. electi. q.2. §.unico, a princ.* eam amplians & limitans multipliciter: & *n.17.* resolvit pœnas in ea Constitutione comminatas non incurri ab eo, qui simoniam commisit, ut in Papam eligeretur, qui postea nominatus quidem fuit, sed non remansit electus: & *n.18.* post Gamb. *in d. Constit. n 164* Azor. *d. p.2. lib.4. c.3. q.7. vers. rogabit*, dicit electionem Papæ non esse irritam si notoriè criminosus eligatur. Et Paulus IV. *in sua Const. incip. Cum secundum, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, an. Incarnationis Dominicæ 1558. Pontificatus sui ann.4.* contra ambientes Papatum pœnas statuit, quæ habetur in Bullario novo, *tom.1. pag.715.* & de illa agit Bonacin. *de Pontifices electi. disp.2. q.2. à princip.* Habet enim Ecclesia potestatem deponendi Pontificem non Canonicè electum, seu auctoritatem, & jurisdictionem incertam, ac prudenter dubiam habentem. Vide Alban. *de Pontif. p.1. n.9.* Card. Bellarm. *lib.1. de Concil. cap.19. ad 3.* Azor. *d. p.2. lib.2. c.7. q.3.* Leyman. *tom.1. tr.4. c.3 §.1. n.6* Suar. *de Fide, disp.10. sect.6 n.19. & de defensione Fidei lib.3. c.18. n.8.* Puente Hortado *eod. tract. disp.37. §.44.* Unde in Concilio Constantiensi depositi fuerunt Joannes XXIII. & Benedictus XIII. & Gregorius XII. qui timul Papatum ambiebant, ut referunt Severin. Bin. *in notis ad Concil. Constant.* Zurita *annal. p.5. lib.13. c.51. & 66.* Azor. *d. c.7. q.3.*

112 Postquam igitur Summi Pontif. electio facta fuerit, ipsius consensus accedere debet, ut per Bonacin. *d. tract. de elect. Pont. q.2. in princ. n.9* & interim quod electus, si fortè absens sit, consensum non præstiterit, nullatenus Sedem Apostolicam simpliciter vacare dicetur, nec liberum erit Cardinalibus, facta jam unius electione, ab ea recedere antequam electus consensum præstet; necessaria verò ad rectam gubernationem expedienda sunt à Cardinalibus suo & nominati Pontificis nomine, ut factum fuit in electione Adriani VI. donec de ipsius acceptatione & consensu constitit. Ita idem Bonacin. *ubi supra n.10. & 11.* Hæc verò Pontificis electio nullam confirmationem requirit, ut tenent Conrad. *in templo omnium judicum, lib.2. c.1. de Pont. Max. §.2. q.1. in 11. speciali*, Campan. *in diverf. Juris Can. tub.7. lib.. n.57.* Lavor. *d. tit.4. c.12. n.19.* Ratio est, quia statim ac electus est Pontifex, verus est Papa, & jus habet administrandi. Gloss. *verb. & dispensandi, in cap.1. dist.23.* ubi Archid. *n.19.* Bellam. *sub n.11. & 12.* Gemin. *sub n.16. & 17.* Turrecr. *n.10 21. & 22.* & Card.

113 Alexand. *circan.24.* & dicit Gloss. fin. *in d. c. licet de vitanda, de elect.* quod Papa dum eligitur, confirmatur, statimque plenam habet, & liberam administrationem. Ratio rationis est, quia confirmatio electionis per Superiorem fieri debet. Papa autem nullum in terris habet Superiorem. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.7. q.3. n.1. & 2.* & hac de causa multa in ejus electione specialiter statuta contra jus commune fuerunt, quia, inquit textus *in d. c. licet, in fine*, quod in cæteris electionibus in dubium venerit, Superioris poterit judicio definiri: in Romani verò Pontificis electione non poterit ad Superiorem recursus haberi.

114 Nomen autem cum vitæ statu mutat electus postquam electioni consensum præstiterit; quia æquum est, ut Papa, qui aliis omnibus præest, proprio suo nomine, quo appellabatur, dum aliis suberat, exinde non vocetur, sed aliud assumat; ut sicut est Dominus omnium, & Christi Vicarius effectus, ita nomen aliud sibi adsciscat, ad instar Principis Apostolorum Petri, qui antea Simon dicebatur. Castald. *in tract. de Imper. q.40.* Boët. Epo *lib.1. de Regalib. in Ecclesiast. benef. n.211.* ubi dicit mutationem hanc fieri fortassis boni cujusdam ominis ergo, pietatisque gratiâ, non sine mysterio veteris hominis exuendi, Christumque prorsus induendi. Tum etiam, quia cùm terrenæ cogitationes, & curæ sint ab ipso calcandæ, oblivionique mandandæ, aptè quidem cum secularibus negotiis secularis quoque appellatio rejicitur, quasi quod priùs in terrena, privataque vita assequutus fuit, terrenos effectus redoleat, id quod etiam in nonnullis Regularium Ordinum familiis observari notat Anastas. Germon. *in tract. de indult. Card. inscript.2. n.19.*

Verùm, quis primus è Romanis Pontificibus 115
cœperit nomen mutare, non constat inter Historiographos; nam Platina Martinum Columnam sequutus, & post cum Duard. *in comment. ad Bull. in Cœna Domini, lib.1. cap 4. q.5.* dicunt fuisse Sergium II. qui antè *Os porci* vocabatur, nomine videlicet indigno Pontificia dignitate, & majestate: idem referunt Petr. Mexia *in sylva var. lect. lib.1. cap.1.* Illescas *in historia Pontif. lib.4. cap.33. de Sergio II.* Paul. Fusc. *in P. sing.2. vers. qui in sua electione*, Thom. Actius *de ludo fabaccorum, q.12. n.135.* Menoch. *de arbit. casu 318. à n.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.1. n.44. & 45.* Boët. Epo *d. lib.1. n.211.* plures à citati Cened. *ad Sextum, collect.13. n.1.* Sed hanc communem assertionem certam non esse contendit Camil. Borell. *de præstantia Regis Cathol. cap.1. n.16.* constat enim secundùm eundem & Anastas. Bibliothecarium, prædictum Pontificem etiam ante Pontificatum Sergium fuisse appellatum. Unde ab Adriano III. qui antea dicebatur Agapetus, mutationem nominis incœpisse videtur asserere Azor. *inst. moral. p.2. lib.5. c.43. q.5.* & omnes ab hoc Pontifice (excepto Adriano IV. & Marcello II. qui sua nomina retinuerunt) usque ad præsentem S.D.N. Urbanum VIII. proprii nominis mutationem fecerunt.

Sequitur demùm electi in Pontificem conse- 116
cratio, seu inthronizatio, quæ fieri per Cardinalem Episcopum Ostiensem debet, qui in eo acta Metropolitani vice fungitur, *d. cap.1. dist.23.* Machado *d. tom.2. lib.4. p.7. tract.4. docum.3. n.2.* Unde pallio Archiepiscopali tunc utì solebat, & ei Portuensis & Albanensis Cardinales Episcopi assistebant, sicut & in consecratione Episcopi tres requiri Episcopos, dixi *de officio, & potest. Episcopi, p.1. tit.1. c.5. sub n.5.* Sed hodie Cardinalium Decanus, id est primus inter Episcopos, quamvis non esset Episcopus Ostiensis, id munus cum duobus aliis seniotibus subit.

Consecratio autem Papæ in Episcopum, si non 117
erat Episcopus, ac benedictio, & coronatio ejusdem, sunt diversa. Coronatio enim fit per antiquiorem Diaconum Cardinalem; Consecratio verò fit inter Missarum solemnia ante Hymnum Angelicum, & postea ipse Missarum solemnia incipit, & perficit consecratus: quo tempore potest etiam Ordines conferre, si velit, quod ab Episcopo in die consecrationis suæ fieri nequit, *cap. quod sicut, §. super eod. de elect.* Papæ quoque inunctio, & ordinatio in Altari B. Petri Romæ perficitur, juxta cæremoniale Romanæ Ecclesiæ; cùm Imperator, & quilibet alius ad aliud Altare consecretur.

Denique electus in Papam antequam conse- 118
cretur,

cretur, & coronetur, eſt nihilominus Papa legitimus, & verus, haberque poteſtatis plenitudinem. Sylveſt. *verbo conſecratio* 1. *n.*2. Navar. *de ſpol. cler.* §.2. *num.*1. Henriq. *in ſum. lib.*10. *cap.*24 *n.*1. Soſa *in libello de la obligacion conque quedan los Religioſos Obiſpos*, *n.*73. ubi *num.*128. hanc ſummam poteſtatem illi acquiri ante conſecrationem intelligit in iis, quæ ſunt juriſdictionis, non verò in iis quæ ſunt Ordinis, ad inſtar Epiſcopi electi & confirmati, ſed nondum conſecrati; unde auctoritatem habet regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius, *cap.ſi quis pecunia*, 79.*diſt.* ſicut B.Gregorium ante ſuam coronationem feciſſe legitur *in d.cap.*1. *verſ. planè*, *diſt.*25. & referunt Modit. *in* §. *lex eſt*, *dubit.*7. *n.*7. *Inſtit. de jure natur.* Duard. *in comment. ad Bullam Cœnæ*, *lib.*1. *cap.*1, *q.*2. *n.*9. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. add. cap.*1. *num.*8. Papa enim recipit Pontificatum,& adminiſtrationem à die electionis; licèt de ſtylo, qui ſervandus eſt, non incipiat Pontificatum, niſi à die coronationis: ita Butr. *conſ.*43. *in princ.* quem refert Card. Tuſch. *tom.*6. *lit. P. concl.*67. *n.*1.

119 Qui verò contrarium tenere præſumpſerint, excommunicationi ſubduntur, *in Extrav. quia nonnulli*, *de ſenten. excomm. inter commun.* ut per illam tradunt Rainer. *in catal. cenſurarum extra Bullam Cœnæ*, *cap.*9. *excom.* 58. Jul. Lavor. *de Jubileo*, & *Indulg. p.*2. *c.*23. *n.*34. Ego ipſe *de officio*, & *poteſt. Epiſc. p.*3. *alleg.*50. *num.*238. *ſecundum Lugdunenſ. impreſſ.* Fit ſolùm diſtinctio in Bullis, & ſupplicationibus ſubſignandis in nominis ſui ſubſcriptione, & ſimilibus.

120 Quæcumque verò ardua in regimine Eccleſiæ videantur, antequam coronetur non tractat, aut perficit, niſi neceſſitatè urgente, cùm ſcilicet propter bella, aut malignorum hominum conatus, ſeu aliud ſimile diutiùs coronationem differri oporteat, ſed de poteſtate, & auctoritate ipſius Romani Pont. in ſequenti capite eſt diſſerendum.

121 Toto anni tempore Papa nullo alio colore utitur in veſtibus, quàm rubro, & albo, videlicet veſte talari alba, quam *ſubtanam* vocant, ſupra quam induitur rocheto, & caputio, ſeu mozetta, & birreto rubro, ac calceamentis rubris cum cruce aurata deſuper; octo tantùm diebus exceptis, videlicèt à Sabbato ſancto poſt Miſſam, uſque ad Sabbatum in Albis, etiam poſt Miſſam, quia tunc utitur etiam birreto, mozetta, & calceamentis albi coloris, & ſtola ejuſdem coloris. Qualitas autem veſtium, quibus Papa utitur, eſt in duplici differentia, nempe ex ſerico, vel ex lana: ex ſerico diverſæ qualitatis, nam hyeme Papa utitur caputio, ſeu mozetta, & birreto levioribus ex ſerico rubro, quod raſum vocant, ſine pellibus. Infra octavam verò Paſchæ reſurrectionis octo ſupradictis diebus utitur mozetta, & birreto ex ſerico Damaſceno albo, pellibus albis Armellinis circumdato. Veſtes etiam laneæ, quibus Papa utitur in diebus jejunii, & in diebus in infraſcripta regula expreſſis, ſunt diverſæ qualitatis. Hyeme namque utitur caputio, & birreto ex panno laneo rubro, & graviori, pellibus Armellinis circumfuſis; æſtate verò utitur eodem habitu ex lana leviori, quam *ſajettam* vocant, ſine pellibus. Veſtis autem talaris, quam *ſubtanam* vocant, ſupra quam Papa utitur rocheto, ſemper erit alba, ſed juxta temporis qualitatem, & conditionem, vel ex ſerico leviori, ſeu graviori, vel ex panno graviori, ſeu lana leviori, vel alia ſimili materia albi coloris.

Verùm toto tempore Adventus, inchoando à prima Dominica, & poſt Adventum à Dominica Septuageſimæ per totam Quadrageſimam, ac ſingulis ſextis feriis, vigiliis quæ jejunantur, & quatuor anni temporibus, & in die commemorationis Defunctorum, & quandocunque celebrantur, vel fit officium pro defunctis Papa utitur veſtibus laneis cum pellibus, vel ſine pellibus, juxta temporum qualitatem, non autem ſericis. Excipiuntur tamen quatuor tempora, quæ incidunt immediatè poſt Pentecoſten, & omnia feſta duplicia etiam in ſextis feriis extra tempus Adventus, Septuageſimæ & Quadrageſimæ, & feſtum Annunciationis B. MARIÆ Virginis, etiamſi venerit in Quadrageſima. Similiter excipiuntur aliquot alii dies, videlicet à vigilia Nativitatis Domini Noſtri JESU CHRISTI per totam octavam Epiphaniæ, à Sabbato ſancto poſt Officium & Miſſam, uſque ad Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis incluſivè. Per totam octavam feſtivitatis ſanctiſſimi Corporis CHRISTI. Per totam octavam Aſſumptionis glorioſæ Virginis Mariæ. Per totam octavam ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & per totam octavam feſtivitatis omnium Sanctorum. In aliis autem octavis, videlicet Nativitatis B. Mariæ Virginis, S Joannis Baptiſtæ, & Sancti Laurentii excipiuntur dies octavæ tantùm. Excipiuntur etiam feſtum Cathedræ Romanæ, ſi venerit intra Septuageſimam; necnon alii dies alicujus feſti ſolemnis ob aliquam publicam lætitiam, vel victoriam, aut ſimilem cauſam in quibus quidem temporibus exceptuatis Papa veſtibus ſericeis utitur. Hæc omnia à Clemente octavo, & à ſacra Rituum Congregatione ſub die 30. Auguſti 1602. approbata, & ſemel atque iterum diluciditis à Paulo V. & ab eadem ſacra Rituum Congregatione declarata, & confirmata fuerunt ſub die 31. Martii 1618. ut colligitur ex libello Romæ impreſſo in Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ ſub eodem anno. 122

Sed quando Religioſus ad Summum Pontificatûs apicem evehitur, licèt non teneatur habitum Regularem ampliùs portare, ut advertunt Sot. *de Inſtit. lib.*10. *q.*5. *art.*7. Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.*2. *c.*15. *n.*27. Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. q.*8. *n.*23. *p.*222. *in fine.* Tapia *in Auth. Ingreſſi*, *verb. ſua. c.*6. *n.*60. *C. de Epiſcop. & Cleric.* nihilominus Redoan. & Tapia *n.*65. *dictis locis* affirmant Pium V. & Sixtum V. habitum ſuæ Religionis non mutaſſe, niſi exiſterent in Conſiſtorio, prout hoc refert Soſa *in d. libello de la obligacion conque quedan los Religioſos Obiſpos*, *n.*43. 123

CAPUT II.

De poteſtate, & auctoritate Romani Pontificis.

SUMMARIUM.

1 *Papa dicitur admirabilis, quia vices Dei in terris gerit.*

2 *Papa ſecundùm alios à Patris Patria titulo dicitur.*

3 *Papa, ut alii volunt, dicitur à voce græca πάπας, id eſt, Pater Patrum.*

4 *Papam adminiſtratione, & auctoritate eſt major omnibus Sanctis, excepto Petro.*

5 *Paulus*

5 *Paulus cur aliquando depingatur à dextris, & Petrus à sinistris, ostenditur.*
6 *Summus Pontifex dicitur Papa, quia est supremus, & super omnes dignitates.*
7 *Pontifex Maximus.*
8 *Sanctissimus.*
9 *Beatissimus.*
10 *Episcopus.*
11 *Episcopus Romæ.*
12 *Episcopus universalis Ecclesiæ.*
13 *Episcopus totius Orbis.*
14 *Episcopus Episcoporum.*
15 *Ordinarius Ordinariorum.*
16 *Diœcesanus omnium exemptorum.*
16 *Vicarius Christi.*
18 *Princeps Principum, & Dominus dominantium*
19 *Nomina omnia quæ Romano Pont. tribui solent, referuntur,* & n. 20.
21 *Papa quanto major & excelsior est, tanto humilior omnibus creaturis ostenditur.*
22 *Electus in Pontificem in sede forata collocatur, ut qui in sede gloriosa sedet, de humilitatis virtute non obliviscatur.*
23 *Stupa cur in summitate arundinis comburantur die coronationis Papæ, ostenditur.*
24 *Filius Ecclesiæ Catholicæ à subditis dicitur Papa, quoad fidem tamen & generationem, ac alia Ecclesiæ sacramenta, quibus ipse pascitur.*
25 *Imperatori, & Regibus Papa tanquam Ecclesiæ caput auferitur.*
26 *Papa est passus se aliquando appellari universalem.*
27 *Caput* Ecce 99. dist. *declaratur.*
28 *Gregorius Magnus fuit insignis humilitatis professor.*
29 *Papa non dominum, sed servum servorum Dei se ipsum nominare solet, & quare, ibidem ostenditur.*
30 *Damasus fuit primus qui se servum servorum Dei nominavit.*
31 *Papa licèt sit Pastor, forma tamen gregis fieri debet ex animo, non autem imperio dominari.*
32 *Petrus cum à Paulo redargueretur, humiliter cessit.*
33 *Petrus an dignus fuerit Pauli reprehensione? ostenditur.*
34 *Gregorius subditis redarguendi se facultatem præstat.*
35 *Papa debet præ cæteris esse sanctior.*
36 *Sanctitas semper præsumitur in Papa.*
37 *Papa si sua, & fraterna salutis negligens deprehenditur, hujus culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus.*
38 *Papa consideratus ut supremus Judex, & universalis Ecclesiæ Pastor, in definiendis iis quæ sunt fidei, habet infallibilem auctoritatem, itaut in publico fidei judicio minimè errare possit.*
39 *Papam in his, quæ sine Concilio universali decernit, errare posse tenent nonnulli, communiter reprobati.*
40 *Papa in decretis morum, quæ ad statum totius Ecclesiæ spectant, minimè errare potest.*
41 *Papa an errare possit in decretis, quæ non totius Ecclesiæ statum, sed certas personas, vel certam Ecclesiam respiciunt, ostenditur.*
42 *Papa non potest errare in Sanctorum canonizatione,* & n. 43.
44 *Augustini auctoritas,* Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna, *declaratur.*
45 *Papa non potest errare in approbandis, & confirmandis religionibus,* & n. 46.
47 *Papa quatenus persona privata consideratus secundùm aliquos antiquos in fide errare, & hæreticus esse potest. sed contrarium verius, ut* n. 49. *quamvis illius fundamentis responderi possit, ut* n. 50. & 51.
48 *Papa hæreticus statim desinit esse Papa, cùm primùm per legitimam Ecclesiæ jurisdictionem sententia declaratoria criminis in eum profertur, secundùm aliquos.*
52 *Petrus quando negavit Christum, nondum erat Pontifex.*
53 *Marcellinus dum thura Idolis metu mortis adolevit, hæreticus non fuit, cùm non fecerit pertinaciter.*
54 *Anastasius minimè Achacii erroribus consensit.*
55 *Liberius quamvis tædio exilii victus & metu tyranni coactus polluerit se hæreticorum communione, hæreticus ob id dici non potest.*
56 *Felix II. an fuerit verus Pontifex, ostenditur.*
57 *Honorius I. nec fuit hæreticus, nec Sergii hæresi consensu.*
58 *Joanne XXII. defenditur ab hæresi illi impositâ*
59 *Cœlestinus III. quando docuerit matrimonium de præsenti dissolvi per hæresim supervenientem alterius conjugis, ostenditur.*
60 *Gregorius III quomodo dixerit dissolvi matrimonium propter uxoris infirmitatem supervenientem,* in cap. proposuisti, 32. quæst. 7. *ostenditur.*
61 *Alexander III. qualiter referat quosdam Prædecessoris suos judicasse matrimonium ratum dissolvi per secundum consummatum, declaratur.*
62 *Alexander III. quo sensu dixerit,* in c. cùm esses, de testam. *le, i divina contrarias esse leges civiles, qua in testamentis septem testes requirunt, exponitur.*
63 *Nicolaus IV. seu III. dum* in cap. exiit, de verbor. signif. *docet Christum Dominum abdicationem proprietatis tam in particulari quàm in communi, verbo docuisse, & exemplo, interpretatur.*
64 *Referuntur plura, quæ Summis Pontificibus impii objiciunt novatores.*
65 *Platina Pontificio honori multùm detrahit, eo quod tentans aliquando à Paulo II. ad futurum Concilium appellare, in carcerem conjectus fuerit.*
66 *Antonius Rosellus, & Petrus Ferrariensis captis occasionibus odia aliquando in Papam disseminarunt.*
67 *Papa nomine est judicandus.*
68 *Papa sibi in causis propriis jus dicere potest.*
69 *Papa solus judicat de privilegiis Apostolicæ Sedis.*
70 *Sententiæ Papæ stabitur contra omnes, & nullus eam retractare potest, nisi ab eo sit lata ut valeat immutari, aut ipse judicio alterius eam submiserit reformandam.*
71 *Papa quod approbat, aut reprobat, nos similiter approbare, vel reprobare debemus.*
72 *Papæ auctoritas in iis, quæ à privatis personis, aut à Judicibus, vel etiam ab universo Concilio aguntur, semper excepta intelligitur.*
73 *Papæ omnes parère tenentur, tam Fideles, quàm etiam Ecclesiarum Prælati, ac omnes Principes seculares.*

74 *Papa*

74 *Papa etsi homo sit, & mortalis, ratione tamen officii, & potestate aliquid supra homines, & commune cum Deo habere dignoscitur.*
75 *Papa electus à nomine confirmatur.*
76 *Pallio Papa semper utitur, & ubique.*
77 *Crucem ubique terrarum ante se defert Papa.*
78 *Nomen Romani Pont.in Missa est semper,& ab omnibus recitandum.*
79 *Papa non tenetur, nec cogi potest ad Concilium accedere, cum per Legatos possit interesse.*
80 *Papa non adstringitur in tractandis negotiis habere Cardinalium consensum.*
81 *Gratia, quam Papa concesserit, eo mortuo non revocatur, etiamsi adhuc res integra maneat.*
82 *Ordinatus à Papa non potest ab eo absque licentia proficisci,nec ad altiorem Ordinem promoveri.*
83 *Delegatus à Papa est supra Ordinarium in causa sibi commissa.*
84 *Electus à Papa,cæteris paribus,est præferendus, & honorandus.*
85 *Provisus à Papa est præferendus in concursu, datâ in omnibus paritate.*
86 *Papa si excommunicato communicet,non incidit in excommunicationem.*
87 *Papa si excommunicatum sciens & volens salutaverit, eo ipso talis est absolutus.*
88 *Papa an & quomodo possit licitè absque peccato communicare cum excommunicato? remissivè.*
89 *Sacrilegus appellatur qui Papa mentitur.*
90 *Papa semper & ubique super cæteros lineis, & candidis vestibus utitur.*
91 *Papa nullum in terris habet superiorem.*
92 *Papa,& Christi unum dicitur esse Tribunal, & Consistorium.*
93 *Papæ judicium cœleste arbitrium appellatur.*
94 *Caput* Præterea 23. dist. *declaratur.*
95 *Papa omnimodam super jure positivo obtinet potestatem.*
96 *Caput* Contra statuta, 25. q.1.
97 *Papa valet adæquare quadrata rotundis & disponere ut facta pro non factis habeantur & ad validitatem actus fingere expressum quod non est.*
98 *Papa potest locare,administrare & pro libito suæ voluntatis disponere bona omnium Ecclesiarū.*
99 *Papæ de potestatem est facilè dispensandum.*
100 *Papa quædam exercet ex ordinaria potestate, quædam ex reservatis,quædam ex devolutione juris ad eum, quædam ex plenitudine potestatis.*
101 *Potestas duplex in Papa consideratur,ordinaria scilicet, & absoluta.*
102 *Potestas ordinaria & absoluta quæ dicatur, ostenditur,* & n.103.
104 *Papa quomodo dicatur omnia jura in scrinio pectoris sui recondita habere?*
105 *Papa sicut desiderat facta sua à suis successoribus servari,consequens est,ut sui Prædecessoris constitutionibus venerationem præstet, & custodiam.*
106 *Papa in novis Constitutionibus à se editis statuta, vel Consuetudines speciales tollere non intendit, nisi hoc exprimat.*
107 *Principis mens & voluntas talis præsumitur, qualem de jure esse oportet.*
108 *Princeps quod de jure est, cogitasse præsumitur.*
109 *Princeps semper justitiâ plenus præsumitur.*
110 *Papa juri alterius in rescriptis vel constitutionibus suis nunquam derogare intendit.*
111 *Rescripta Principis interpretantur, ut nemini injuriam faciant, quia præsumitur quod ejus intentis sit ut semper jus alterius sit salvum.*
112 *Rescripta motu proprio concessa nihil operantur in præjudicium tertii.*
113 *Princeps potius præsumitur circumventus quàm quod velit alteri præjudicare.*
114 *Papam non præsumitur velle præjudicare juri tertii.*
115 *Privilegia concessa, præsertim Ecclesiis, sine causa non tollit Papa.*
116 *Princeps potest suum privilegium gratiosum revocare sine causa, pro libito voluntatis suæ.*
117 *Papa in judicando servat ordinem juris.*
118 *Papam jura omnia continere, & supra jus esse, quomòdo intelligatur, ostenditur.*
119 *Papæ dispensatio in legibus divinis non admittitur, reprobatis citatis* n.120.
121 *Papa potest declarare,seu interpretari in aliquo casu particulari deficere obligationem juris divini, si justa subsit causa, ut* n.124.
122 *Jus naturale est immutabile in primis tantùm principiis, seu primis præceptis, ut* n.123.
125 *Papa contra Ordinationem Apostolicam validè dispensat dummodo non ladat fidem.*
126 *Papa potest cum bigamo ex causa dispensare, contra Apostolum.*
127 *Papa potest dispensare cum Neophyto, ut promoveatur ad Episcopatum.*
128 *Papa contra jus positivum ex causa indistinctè dispensat.*
129 *Constitutiones Conciliares de fide non disponentes potest tollere Papa.*
130 *Papa solus in quibus casibus dispenset? ostenditur.*
131 *Papa non dispensat contra vota essentia religionis.*
132 *Caput* Cùm ad Monasterium, in fine, de statu monast. *declaratur.*
133 *Papa secum in proprio voto dispensat.*
134 *Papa non dispensat in gradibus consanguinitatis divina lege prohibitis.*
135 *Papa à juramento obligatorio non absolvit in præjudicium tertii, nisi hoc urgens causa expostulet.*
136 *Papa proprio juramento obligatur, nec potest seipsum absolvere, vel absolvi sine causa, de iis quæ promisit cum juramento, & vovit, quando sunt licita.*
137 *Papa reservata cum generali mandato non transeunt nisi specialiter exprimantur.*
138 *Casus Papæ reservati non transeunt cum generali Legati à latere commissione.*
139 *Papa solus Ecclesiam erigit, & constituit in Cathedralem.*
140 *Episcopatum solus Papa dividit.*
141 *Episcoporum translationes, ac sedium mutationes solus Papa facit, ac majores Ecclesiæ causas instruit, dirimit, & componit.*
142 *Episcopatus renunciationem solus Papa recipit.*
143 *Episcopum solus Papa potest judicare, & condemnare.*
144 *Episcopum solus Papa restituit.*
145 *Coadjutores Episcopis solus Papa dat.*
146 *Coadjutorias cum futura successione quorumcunque beneficiorum solus Papa concedit.*
147 *Episcopatus duos unire solus Papa potest.*
148 *Dignitates novas in aliqua Cathedrali, vel Collegiata solus Papa creat.*

149 *Episcopus duos in uno Episcopatu solus Papa ponere potest.*
150 *Ecclesia Cathedralis administrationem solus Papa dat.*
151 *Curatorum Ecclesiæ Cathedrali solus Papa dare potest.*
152 *Visitatorem Ecclesiæ Cathedrali vacanti solus Papa deputare potest.*
153 *Episcopatus duos uni conferre solus Papa potest.*
154 *Degradatum restituere solus Papa potest.*
155 *Beneficium ad tempus & sub conditione etiam de futuro, solus ipse Papa conferre potest.*
156 *Jus ad vacatura beneficia solus Papa concedere potest.*
157 *Decimas laicis solus Papa concedere potest.*
158 *Causam Clericorum solus Papa laico, vel fœmina committere potest.*
159 *Confirmationis Sacramentum ut simplex Sacerdos ministret, solus Papa potest ex causa permittere.*
160 *Causas spirituales mero laico solus Papa delegare potest.*
161 *Exemptionem à jure & potestate Episcoporum solus Papa concedit.*
162 *Indulgentias plenarias, & pro defunctis solus Papa concedere potest.*
163 *Papa solus potest licentiam, & dispensationem concedere, ut extra tempora quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoveri.*
164 *Ordines sacros solus Papa dat illis, qui nondum ad legitimam ætatem venerunt.*
165 *Cardinales solus Papa creare potest, & eos deponere.*
166 *Regularis ut transeat ad regulam laxiorem, solus Papa permittit.*
167 *Irregularitatem provenientem ex eo quòd quis suspensione durante in divinis se ingesserit, solus Papa tollere potest.*
168 *Ordines Religiosorum, & instituta solus Papa approbare potest.*
169 *Pensiones annuas in beneficiis constituere, & constitutas transferre solus Papa potest.*
170 *Renunciationes beneficiorum ad favorem alterius, vel cum reservatione fructuum solus Papa ex causa admittere potest.*
171 *Alienationes, seu permutationes rerum Ecclesiasticarum graviorum solus Papa admittere potest.*
172 *Exemptus ut suæ exemptioni renunciare possit, solus Papa concedere potest.*
173 *Ecclesia ut in loco exemplo ædificetur, solus Papa permittere potest.*
174 *Monasterium de uno in alium locum sine Papa licentia mutari non potest.*
175 *Sanctos canonizare solus Papa potest.*
176 *Instituere in beneficiis Juris patronatus laicorum sine eorum præsentatione solus Papa potest.*
177 *Causæ Ecclesiæ majores, & in quibus præcipua Papæ auctoritas consistit, sine speciali ejus mandato permissa non intelliguntur.*
178 *Papa si quæ facit contra jus positivum, etiam absque rationabili causa, valida sunt.*
179 *Princeps solutus est legibus quoad vim coactivam, non directivam.*
180 *Papa secundum leges & canones se velle vivere profitetur.*
181 *Papa solus potest ardua quæcumque expedire sine Cardinalibus.*
182 *Papa non potest seipsum ligare legibus positivis, nec suos similiter Successores.*
183 *Papa dispensans sine causa in legibus positivis, validè dispensat; peccat tamen venialiter, secluso scandalo, & gravi alicujus damno.*
184 *Papa non potest excommunicari, aut aliis censuris legari à lege humana.*
185 *Papa cum excommunicato, nullâ etiam causâ subsistente communicans in humanis, vel etiam divinis, non incurrit pœnas contra violatores censurarum jure præscriptas.*
186 *Papa non potest se alterius jurisdictioni subdere.*
187 *Papa non tenetur vi præcepti humani, & constitut.* cap. omnis utriusque sexus, de pœnitent. *ad semel in anno confitendum.*
188 *Papa nunquam præsumitur uti plenitudine potestatis, sed potius legibus ordinata.*
189 *Ecclesiam aut Sedem Romanam ad aliam civitatem transferre non potest Papa de ordinaria potestate.*
190 *Privilegio exemptionis Clericorum à potestate seculari Papa in totum & generaliter derogare non potest.*
191 *Papa non potest facere legem per quam Clerici judicentur à Judice seculari, bene tamen in casu particulari.*
192 *Papa non potest characterem in anima impressum per degradationem tollere, nec percipere aliquid injustum, aut quod in se peccatum contineat, nec habet potestatem peccandi, nec seipsum à peccato suo absolvere potest.*
193 *Statuere non potest Papa ut excommunicato communicans non incidat in excommunicationem.*
194 *Papa non potest sine justa causa statuere talia, per quæ status generalis seu universalis Ecclesiæ mutaretur.*
195 *Papa an possit statuere contra Concilium? ostenditur.*
196 *Verba narrativa in litteris Apostol. super quibus fundatur gratia, vel intentio Papæ proprium factum, vel secum gestum narrantis, plenam fidem faciunt, adeo ut in contrarium probatio non admittatur, ut* n. 198.
197 *Papæ assertioni de his quæ vidit ante Pontificatum, standum est.*
199 *Papæ dicenti sibi fuisse à Tertio supplicatum, standum est.*
200 *Papa narrans beneficium vacare in Curia per mortem Titii, probat mortem, & mortis locum.*
201 *Papa narrans Titium sibi aliquid significasse, probat Titium loquutum sibi fuisse.*
202 *Papæ attestanti tale beneficium esse in ejus manibus resignatum, standum est.*
203 *Papæ attestanti de facto prædecessoris creditor, & probat.*
204 *Papæ creditur asserenti quando se fundat super asserto quod est facti proprii, in iis, quæ dependent à sua libera potestate.*
205 *Narrativa Papæ de facto proprio dicitur, quando est facta per verba,* censemus, arbitrantes, & nos attendentes, & ut asseritur, & numero 206.
207 *Narrativa Papæ non statur, quando est ad instantiam partis, & de facto alieno non secum gesto, etiamsi super eo fundetur intentio Papæ, ut* n. 208.
209 *Narrativa Papæ motu proprio facta statur.*
210 *Papæ assertioni in facto alieno ubicunque statur, bene admittitur probatio in contrarium.*

211 *Papa*

211 *Papa potest cedere & renunciare Papatui*
212 *Papa renunciatio apud quem sit facienda, ostenditur, & n.213. & 214.*

IN capite proximo est demonstratum quomodò Summus Pontifex à Christo Domino caput Ecclesiæ fuerit constitutus : nunc verò quomodò Christi Vicarius cum potestate, & auctoritate suprema, ac præeminentia super cæteros existat, latè est explicandum ; qua in re ea, quæ in sacris Canonibus, & Conciliis, ac Doctorum scriptis super hoc continentur, breviter, ac compendiosè sub certa methodo colligemus, cùm hac de re integri, & locupletissimi tractatus, & commentarii extent Joannis Paris. Augustini de Ancona, Batholomæi de Spina, B. Joannis à Capistrano, Hieronymi Albani, Francisci de Vargas, Stephani Auriarii, Petri Albiniani, Petri à Monte, Lelii Jordani, Alphonsi Alvarez Guerrero, Joannis Stephani *de adorat. pedum Pontificis*, & alii, qui habentur *inter tr. Doct. tom.13. part.1. & 2.* Albert.Pigh. *in tract de Eccles. Hierarch.* Joan. Stapleton. *in tr de magnit. Eccles. Rom.* Palat. Rub. *de obtent. Regni Navarræ, p.1.* Card.Paleot. *de sacro Consist.Card. in concl. operis, membr.5 p.363.* Ft.Petr.Ramon. *de primatu Petri*, Petr.Beltram à Guevara *in propug. contra Venetos, assert.2. §.1.* Valenzuel. *in monitor. contra eosdem Venet p.5. ex n.99. & p.6. ex n.50.* Suarez *de defens.Fidei, lib.3.c.14.& 29.& de fide disp.10.sect.1.* Ponte *in convenient. utriusque Monarch.lib.1.c.4. pag.18.*

1 Ut igitur ab ejus præeminentia,& superioritate sumamus exordium, & primò incipiendo à nomine PAPA, de quo latè Leonard. Duard. *in commentar. ad Bullam in Cœna Domini, lib.1. c.4. q.7. per tot.* ex professo Ignat. Bracc. *in tract. Italica lingua scripto, La etymologia de nomi Papa, e Pontifex*; dico secundùm aliquos illud derivari a dictione græca *Papæ*, quæ est interjectio admirantis,& verè admirabilis, quia vices Dei in terris gerit : ita Glossa *verb.Papa, in proœm.Clementin.* quæ allegat dictum Poëtæ Anglici,

Papa stupor Mundi, &c.

Navarr. *de spoliis Clericor §.2.n.1.& in cap.novit, notab.5.n.12. de judic.* Solorzan. *de jure Indiarum tom.1 lib.2.cap.23.n.84.* Isidor.Moscon. *de majest. militantis Ecclesiæ, p.1. c.1.p.22.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloss.1.n.33.* & Sylvest. *in sum. verb. Papa*, ita ait : *Papa dictus est, quasi admirabilis, à Papæ interjectione admirantis, eo quod Vicarius sit Christi, cujus est terra, & plenitudo ejus.* Francisc.Patriarch. *de vita solitaria, lib.2. sect.3. cap 18.* loquens de Celestino Pont. ita dicit : [Reliquerunt alii naviculas suas, ac retia, aliis possessiunculas, alii telonem, alii etiam regna, vel regnorum spem ; sequutique Christum Dominum, facti sunt Apostoli, facti sunt sancti, & amici Dei. Papatum verò, quo nihil est altius, rem tam exoptatam, tamque mirabilem, ut ab admiratione ac stupore dictum ferant, quis ulla ætate, præsertim ex quo tanto in pretio esse cœpit, tam mirabili, & excelso animo contempsit, quàm Cœlestinus iste, pristinum & nomen, & locum, & amicam bonis moribus egestatem appetens, atque dum cœlum suscipit, terræ immemor ?] Cujus rei rationem præstat Alberic. *in suo Dictionar verb. Papa*, dum ait : *Quia admirabilis est intelligentiâ, & efficacissimus eloquentiâ.*

2 Nonnulli tamen à *Patris Patria* titulo hoc nomen *Papa* deductum volunt, ex quorum numero sunt Panigarol. *nolle ragionamento 11. supra la Fassicne di nostro Signore*, Joan. Boëm. *de cor. Gent. lib.2.c.12.* Plat. *in suo lexic. verb Papa*, Guillelm. Durand. *in rationali divinorum Officiorum, lib.1. c.1.n.17.* & Paul.Middelb. Epist. Follambrun. *in epist. Leonem X* ita scribit: [Prisci Romani Patrem Patriæ significare volentes, duas dumtaxat primas syllabas scribere consuevetunt, ut in antiquis monumentis, & numismatibus videre licet : unde & Roman.Pont. hac tempestate vocatur Papa, hoc est Pater Patriæ, non ab interjectione admirantis, ut quidem autumant.] Et Volfang *lib.3. comm. Reip. Rom.c.27.* sic ait: [Quod cognomen, Rep.Romanâ ad Sacerdotium traducta Pontificibus Maximis nostra in Religione accessit, & cùm per abbreviationes Pa. Pa. scriberent, Papa vocula emersit]

Vel dicitur Papa, ut alii volunt, à voce græca 3
πάππος, id est, *Pater Patrum*, ut adnotarunt dicta Gloss. *verb.Papa, in proœmio Clement.* Isid.Moscon. *citato loco*, Sebast.Cov. *in Thesauro linguæ Hispan. verb. Papa, & verb. Pontifice*, Solorzan. *de Jure Indiarum tom.1 lib.2 cap.23.n.85.* Gonzal. *d gloss 1. n.49.* Azor. *instit.moral p.2.lib.4 cap 4 q.1.* Seu, ut aliis placuit, id est, *Pater panperum*, si ut tradunt *l.4. tit.5. part.1.* & Joan. Hugo *in tract. de officio quatuor Prælator. p.1. §. commiss.n.1.*

Denique secundùm aliquos Papa, hoc est, major 4
dicitur, quia omnibus est major, *c. solita, de major. & obed.* & in administratione,& auctoritate major est omnibus Sanctis, excepto Petro, *cap.1. dist.20.* Henric. Bottæ. *in tract.de Synodo Episcopi part.1. n.27.* Chass. *in catal. gloriæ mundi, p.4. consid.7. in fine.* Et quamvis nonnulli contenderent non esse Petrum majorem Paulo, eo quòd Paulus, secundùm consuetudinem Ecclesiæ, depingitur à dextris Christi, & Petrus à sinistris, ut etiam in Bullis Papalibus observatur ; tamen hoc non est verum, juxta ea, quæ diximus *de officio, & potest. Episcopi, p.2. tit.3. cap.8. ex n.61. & in collect.ad d. cap. solita, n.7. cum seq.* & omissis multis ad hoc propositum per Doctores piè adductis, potest etiam dici nihil Petri dignitati, auctoritati, aut primatui derogari, cùm Paulo dextera tribuitur, nec Pauli mirificæ electioni, sapientiæ, ac meritis, cùm eandem Petro assignamus, sed ea utrisque aptissimè convenit, in quibus inest mirabile inter ipsos æqualitatis mysterium. Quemadmodùm enim cùm ipsum Deum Patrem ad dexteram Filii esse Propheta ait *Psalm.15.* divinitatis, humanitatisque differentiam intelligimus ; cùm verò Filium ad dexteram Patris sedere ex eodem propheta legimus *Psal.109.* æqualitatem divinitatis inter Patrem & Filium interpretamur ; ita etiam cùm Petro Paulum præponimus, Pontificiæ dignitatis culmen ; cùm verò Paulum ad Petri dexteram collocamus, æqualitatem gloriæ, quâ ob æqualia merita ambo in cœlis fruuntur, significari rectè dicere possumus.

SUMMUS PONTIFEX dicitur Papa, quia est 5
supremus, & super omnes dignitates. Alexand. *cons.72. Videtur, n.12. in fine, vers. quia idem est summa, quod suprema, quod nihil amplius datur :* refert Card. Tusch. *tom.6. lit.P, concl.40. n.11.* Fulv. Pacian. *de probat. lib 2. cap.18. n.6. & 8.* Duard. *in comment. ad Bullam in Cœna Domini, lib.1. c.4. q.2. n.17.*

PONTIFEX Maximus appellari solet, licèt 6
hoc nomen Episcopo attribuerit Isidor. *in cap. clericos, vers. Pontifex. 21. dist.* quem refert Durand. *in ration. divinor. Offic. lib.2. cap.11. n.3.* interpretando, id est, Maximus Sacerdos, eo quòd efficit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Sacerdotes, atque Levitas, ipséque officia, & Ecclesiasticos Ordines distribuit. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi*, p.1. *tit.*1. *cap.*2. *n.*4. ubi *num.*3. observo particulam, *Summum*, convenire quoque Episcopo, quia Episcopatus est major Ordo quàm sit in Ecclesia, Gloss. *verb. Episcopus, in proœm. Sexti, & verb. de Episcopis, inc. quia periculosum, de sent. excom. lib.*6.

8 Sanctissimus nominatur, ut omnibus notum, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.*8. *q.*7. *n.*41. & 42. Duard. *d. q.*2. *n.*1. quia talis præsumitur, *cap.*1. *dist.*40. ibi: *Quis enim sanctum dubitat esse, quem apex tanta dignitatis attollit, in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci prædecessore præstantur?* Ideò Papa debet esse vir Apostolicæ sanctitatis, Bald. *in proœm. Decretal. in verb. Gregorius*, *n.*3. ac propterea illum adoramus, & osculamur in pede, Gloss. *verb. oscula, in Extravag.*1. *de verbor. signif. Ioan. XXII. & verb. osculandi, in l.*1. *C. de domest. & protect.* ubi Joan. de Platea, Castald. *de Imper. q.*64. *n.*3. Navar. *in c. humanæ aures*, 22. *q.*5. *n.*7. Joan. Stephan. *in speciali tract. de adoratione pedum, tom.*13. *tractatuum Doctorum*, *p.*2. *fol.*50. Marc. Anton. Mazarin. *de tribus Coronis Pontif. & de osculo pedis*, me citato, & laudato Doctiss. D. Solorzan. *in memor. seu discursu informativo, juridico, historico, & politico*, *n.*320. *fol.*151. latè Boët. Epo *in gloss. ad c. Constantinus*, *n.*44. *p.*296. ubi quod plurimi summi Principes Christiani, partim Imperatores, ut Justinianus I I. & Carolus Magnus, partim Reges alii, præ summa nimirum, justissimaque Christi, verorúmque Christi Vicariorum, denique Petri successorum, Pontificum nempe Romanorum veneratione, eorum pedes humiliter deosculati sunt.

9 Beatissimus quoque dicitur, ob eandem rationem, Ludov. Gom. *in c.*1. *n.*22. *de constit.* Troil. Malvet. *de canonizat. Sanctor. q.*1. *n.*17.

10 Episcopus aliquando simpliciter appellatur, ut *in c. dilect.* 12. *q.*1. Gloss. *verb. Episcopus, in proœm. Sexti*, Anastas. Germon. *de indultis Cardinal. verb. Episcopus*, Fulv. Pacian. *de probation. lib.*2. *c.*28. *n.*7. Duard. *in comment. ad Bullam, in Cœna Domini, lib.*1. *c.*5. *q.*2. *n.*3.

11 Episcopus Romæ interdum nominatur, ut in superscriptione textus *in c. statuimus dist.*4. Thelesphorus *Episcopus Romæ*, ut notavit *ibidem* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha, & in inscriptione textus *in c. transmarinos*, 98. *dist.* & nonnunquam Romanæ Ecclesiæ Præsul, ut in subscriptione *cap. Afros*, 98. *dist.*

12 Episcopus Universalis Ecclesiæ, ut per D. Thom. *opusc.*19. *de erroribus Græcor.* Cajet. *de Primatu Romanæ Eccles. cap.*13. *ad* 5. Seraphin de Freitas *de justo Imper. Lusit. Asiatico*, *c.*7. *num.*1. Turrecrem. *in c. in novo*, *n.*6. *dist.*21. Gemin. *cons.* 93. *n.*21. & 22. Joan. Selva *de benefic. p.*2. *q.*1. *n.*18. Card. Tusch. *tom.*6. *lit. P. concl.*40. *n.*2. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.*11. *q.*13. *n.*132. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.*8. *anno Christi* 595. *pag. mihi* 64. & 68. Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb. pragm. vers. ad tertium.* Boët. Epo *de jure sacro lib.*1. *cap.*4. *n.*284. *cum seqq.*

13 Episcopus totius Orbis, Gloss. *verb. privata, in c. felicis*, §. *fin. de pœnis, lib.*6. Card. Alexandrin. *in c. suspectus, & in c. sicut*, *n.*31. *q.*1. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.2. *proœm.* n.46. Et Diœcesanus totius Orbis. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi*, *p.*3. *alleg.*80. *n.*1. Et ideo dicitur habere pro propria diœcesi totum Orbem, Felin. *in cap. gratia*, *n.*2. *post med. vers. & hoc aliàs posse dici, de Offic. Ordin.* Ludov. Gom. *in cap.*1. *n.*34. *de constit. lib.*6. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.1. *proœm. n.*8. Card. Tusch. *tom.*6. *lit. P. concl.*47. *n.*2. quia est super omnes, & omnibus præest, *cap. cuncta per mundum*, 9. *q.*3. Gemin. *cons.*65. *n.*11. *vers. quoad primum, & n.*12. Card. Tusch. *d. concl.*42. *n.*6. Grilenzon. *cons.*59. *n.*2.

Episcopus Episcoporum, *c. Novatianus* 7. *q.*1. *c. loquitur*, 24. *q.*1. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.*8. *q.*7. *n.*110. 14

Ordinarius Ordinariorum, *d. cap. cuncta per mundum, cap. per principalem*, 9. *q.*3. Roman. *cons.*335. *n.*7. & 8. Staphil. *de litteris gratiæ, in prælud. n.*7. Ludov. Gom. *in proœm. Regul. Cancel. q.*2. *vers. considera etiam, sub n.*7. Franc. Marc. *q.*249. *n.*1. *p.*1. Caputaq. *decis.*282. *n.*3. *p.*1. Flamin. Paris. *d. q.*7. *n.*4. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.2. *proœm. n.*44. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tom.*1. *tit.*4. *n.*10. Grivel. *Dolana decis.*131. *n.*26. ac propterea concurrit cum omnibus Ordinariis. Gonzal. *ad d. reg.*8. §. *proœm. ex n.*32. Matth. *de Iurisd. p.*3. *c.*21. *à n.*15. 15

Diœcesanus omnium Exemptorum, Gemin. *cons.*83. *num.*8. Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl.*42. *num.*8. Carol. Marant. *tom.*1. *resp.*25. *num.*89. 16

Vicarius Christi dicitur Papa, *in cap. inter corporalia, & in cap. quanto, & in cap. licet, de transl. Episcopi*, & tradunt. Franc. Marc. *dec.*1311. *n.*1. *tom.*1. Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.*8. *q.*7. *n.*6. & *de consident. benefic. q.*11. *n.*10. Jacob. de Laureat. *in tract. de Iudice suspecto, c.*2. *n.*3. Natbona *de appellat. à Vicario ad Episc. p.*1. *n.*18. Solorzan. *de jure Indiarum tom.*1. *lib.*2. *cap.*23. *n.*71. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi*, *p.*3. *alleg.*54. *n.*47. quamvis à nonnullis Petri Vicarius sit vocatus, *in cap. quoties*, 1. *q.*7. & *in cap. Ego Ludovicus.* 63. *dist.* & *in cap. non quales*, 1. *q.*1. quæ impropria fuit loquutio: nam Episcopos quoque, & simplices Sacerdotes Christi Vicarios quandoque appellari legimus *in c. mulier debet*, 33. *quæst.*5. *in cap. inter hæc, de Pœnit. dist.*3. Gloss. *in cap... de transl. Episcopi.* Illud propterea est, quod etsi Dominus Petro primatum inter Apostolos, & plenitudinem dederit potestatis, aliis tamen Apostolis, & Discipulis dixit etiam, *Quæcumque ligaveritis super terram*, &c. & iterum, *Qui vos audit, me audit*; & iterum, *Ite, ego mitto vos.* Apostolorum verò sunt successores Episcopi, & cæterorum discipulorum Sacerdotes, *cap. in novo*, 21. *dist. cap. quorum vices*, 68. *dist.* In his igitur tantùm Vicarii Christi appellantur, quæ in ipsis sunt cum Petro communia; in principali verò regimine Ecclesiæ, & potestate suprema, solus Vicarius Christi Summus Pontifex dicitur. Itaut jam sit de Fide Pontificem Romanum, quem ut talem adorat, & cui obedientiam præstat Ecclesia, esse constantem Christi Vicarium, & certum Petri successorem, Valent. *tom.*3. *disp.*1. *q.*1. *punct.*7. §.38. Arag. 2.2. *q.*1. *art.*10. *de Concil. dub. princ.* Salmeron. *lib.*1. *in epist. Pauli, part.*2. *disp. de Ecclesia, à* §. *Angeli etiam*, Suar. *de Fide disp.*5. *sect.*8. *n.*12. & *disp.*10. *sect.*5. Ponte Hurtado *eod. tract. disp.*37. *sect.*12. Castr. Palao *tom.*1. *tract.*4. *disp.*1. *puncto* 5. §.1. *n.*8. 17

Princeps Principum, et Dominus Dominantium Papam appellat Bald. *consil* 388. *Si Princeps, lib.*4. quia primus est super omnes mortales, Zabarel. *consil.*137. *n.*7. Card. Tusch. *d. lit. P. concl.*40. *n.*12. Regnum Orbis & Urbis, 18

habet;

habet, Ægid. Bellam. *conſ.* 48. *n.* 37. *in fine*, & *n.* 38. ac ſummam vilificationem dignitatis Apoſtolicæ, & ſtatus Eccleſiaſtici. Zabarel. *conſ.* 136. *n.* 8. *in fine*, & *n.* 9. & *conſ.* 142. *n.* 3. Ob idque forſan corona ejus capiti imponitur, quæ triplex nunc eſt, quam *tiaram* triplici coronâ decoratam appellari vulgò Regnum, dicit Chriſtoph. Marcel. *lib.* 1. *Regnum Eccleſ. ſect.* 2. *cap.* 3. *prope med.* Regnum quoque nominat illam coronam Guilielm. Durand. *in rationali divinorum Offic. lib.* 3 *tit. de Mitra*, ſcribens Pontificem eo Regno non uti niſi certis diebus, & locis, nunquam intra Eccleſiam, ſed extra, idque in ſignum imperii. Mitrâ verò ſemper uti, & ubique Pontificem in ſignum Pontificatûs, eo quòd Pontificis auctoritas & prior ſit, & dignior, ac diffuſior Imperiali poteſtate. Addit Boët. Epo in *gloſſem. c. Conſtantinus*, *n.* 43. *pag. mihi* 2, 6. quod triplex occurrit conjectura de hac tiplicis hujus coronæ Pontificalis, quod in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis adhibeatur triplex, vel quod Imperialis corona poſt Caroli Magni tempora cœperit eſſe triplex, vel denique quod tres potiſſimùm ditiones ad Romanam pertineant ſingulariter Eccleſiam, Pontificémque, Romana, Sicula, Neapolitana.

19 Et demùm nomina omnia, quæ Romano Pont. tribui ſolent, vide latè per Prob. *ad Monach. ſuper proœmio Sexti*, *n.* 54. Gemin. *conſ.* 93. *n.* 21. & 22. Card. Tuſch. *d. concl.* 40. Card. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 2. *de Rom. Pont. n.* 31. Machado *en ſu perfetto Confeſſor*, *tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 7. *tract.* 4. *docum.* 1. *n.* 3. quæ ſunt quindecim, ſcilicet, PAPA, PATER PATRUM, CHRISTIANORUM PONTIFEX, SUMMUS SACERDOS, PRINCEPS SACERDOTUM, VICARIUS CHRISTI, CAPUT CORPORIS ECCLESIÆ, PASTOR OVILIS DOMINI, PATER ET DOMINUS OMNIUM FIDELIUM, RECTOR DOMUS DEI, CUSTOS VINEÆ DEI, SPONSUS ECCLESIÆ, PRÆSUL APOSTOLICÆ SEDIS, EPISCOPUS UNIVERSALIS: refert illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. ſtatuimus*, *n.* 2. *deſt.* 4.

20 *Agè indagemus adhuc quis ſit* (quærit S. Bernard. *lib.* 3. *de conſiderat. ad Eugen.*) *Quis eſt Sacerdos magnus, Princeps Epiſcoporum? Tu heres Apoſtolorum: Tu Primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus:* refert Seraphin. de Freitas *de juſto Imperio Luſit. cap.* 6. *n.* 101. & Solorzan. *de jure Indiarum tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 80. & idem S. Bernard. *in fine lib.* 4. cum nominat *Chriſtianorum Ducem, paſtorum plebium, ultorem ſcelerum, malorum metum, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, ſal terræ, Orbis lumen, Sacerdotem Altiſſimi Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, Deum Pharaonis:* refert idem Solorzan. *d. n.* 80.

21 Sed quantò major, & excelſior eſt Papa, tantò humilior omnibus creaturis oſtenditur, & ſe humilem profitetur, ex quo illud proceſſit ut electus Romanus Pontifex in ſede forata collocetur, ut
22 qui in ſede glorioſa ſedet, de humilitatis virtute non obliviſcatur, prout optimè contra Platinam obſervant Petr. Greg. *Syntagm. Juris p.* 2. *lib.* 15. *c.* 3. *ex n.* 22. Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. c.* 18. *n.* 12. *cum ſeqq.* Ex quo etiam
23 & illud proceſſit ſecundùm Ludov. Gom. *in rep. c.* 1. *n.* 45. *in fine*, *de conſtit. lib.* 6. ut in die ſuæ corona-

tionis, quo conditionis humanæ memor ſit, ante illum ſtupæ in ſummitate arundinis comburantur, & Stentorea voce inclametur, *Sic tranſit gloria mundi, Pater ſancte:* refert Nav. *in repet. cap. ſuper verba*, 11. *q.* 3. *concl.* 5. *n.* 77.

Ob idque filius Eccleſiæ Catholicæ, ac ſubditus 24
dicitur, quoad Fidem tamen, & regenerationem, & alia Eccleſiæ Sacramenta; quibus & ipſe paſcitur, ac nutritur, intelligere debemus, *cap. qui abſtulerit*, 12. *q.* 2. *cap. abſit*, 11. *q.* 3. Et cùm Impe- 25
ratori, ac Regibus tanquam Eccleſiæ caput antefe-tatur, & præſit: *cap. venerabilem, de elect. c. ſolitæ, de major, & obed.* cum ſimilibus, ac illi Imperatores obediant, & reverèantur, ſicut fecit Frideric. I. Imp. qui partim cenſuris Eccleſiaſticis, partim prælis adverſis fatigatus ac fractus culpam ſuam (ſicut Principem Catholicum decuit, & oportuit) & agnoſcere & deteſtari coactus fuit, atque Pontificis Alexandri II. pedibus conculcandum ſeſe proſtravit apud Venetos in ſancti Marci Eccleſia, Pontifice voces has edente: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Refert Boët. Epo *de Regal. lib.* 1. *n.* 200. Quandoque tamen Papa ſe Imperatori ſubditum profitetur, *c. ſatagendum*, & *ibi* Gloſſ. 23. *q.* 1. *d. c. ſolitæ*, in eo ſcilicet, de quo intelligitur illud Petri: *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum, ſive Regi, quaſi præcellenti, &c.*

Hinc etiam ſe Papa univerſalem aliquando ap- 26
pellari non eſt paſſus, ſicut B. Gregorius fecit, & titulum illum ab Alexandrino Patriarcha ſibi ſcriptum repulit, ut conſtat ex ejus epiſtola, *lib.* 7. *epiſt.* 30. *indict.* 1. refertur *in c. ecce* 99. *diſt.* cùm eo licitè, & jure uti potuerit, cùm ſit verè univerſalis, & princeps Patriarcharum, ut expreſsè contra Molinæum probat Raymond. Ruff. *pro Pontifice Max.* 27
n. 8. *verſ. Primatum, pag.* 19. & obſervat Bañes *in* 2. 2. *q* 1. *art.* 10. *ad* 3. *verſ. ad confirmationem*, Franc. Vargas *in tract. de auctoritate Pontif. Propoſ.* 5. *incip. Quoniam verò*, Anton. Aug. *in epit. veteris juris Pont. p.* 1. *de perſonis, lib.* 1. *tit.* 3. *per tot.* Card. Bellarm. *tom.* 1. *contr.* 3. *de Rom. Pont. lib.* 2. *c.* 31. *verſ.* 15. Ut autem titulum non admitteret ipſe Gregorius, duo quoque laudabiliter eum movere potuerunt. Primò, quia licèt aliquando laïci Principes voluerint ſe Dominos appellari, ut ex Suar. advertit Ludov. Gomez. *in repet. c.* 1. *n.* 41. *in fin. de conſtit. lib.* 6. tamen tunc temporis titulus ille univerſalitatis ſuperbus erat, & hominum malitiâ factos prophanus, eóque laïci Principes utebantur, ut in terminis expendit Ruff. *ſub d. n.* 8. *pag.* 27. *verſic. ubi tamen*, & Fiſcher. Roſſenſis Epiſcopus *in confutatione aſſertionis Lutheranæ, art.* 25. *verſ. impudentiam* 28
tuam. Fuit enim Gregorius inſignis humilitatis profeſſor; ad occurſum namque cujuſdam Joannis Abbatis primus ſe humi proſtravit, in ſe autem erigendo ultimus fuit, ut meritò commendavit *Pratum ſpirituale Sophronii, cap.* 151. Secundò moveri potuit, ut noſſet tunc Gregorius univerſalis appellari, ne aliquis deciperetur, exiſtimans quod immediatè unicuique ſic præeſſet civitati, & Diœceſi, includerétque in ſe omnes Epiſcopos, quaſi nihil ad alios de Eccleſia Domini pertineret; nam iſto modo Papa non eſt univerſalis, ut advertunt Alvar. Pelag. *de planctu Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 54. *poſt med. verſ. ſecundo Eccleſia*, *n.* 84. Rodulph. Cupeis *de ſacroſancta Eccleſia, ad cap. oportebat.* 79. *diſt. in* §. *dicitur autem Eccleſia*, *n.* 12. Paul. Griſald. *in deciſ. Catholicæ Fidei, verb. Papa, n.* 3. *in reſp. ad* 3.

objectionem. Card.Bellarm. *d. controv.5. lib.2.cap.31. verſ. reſpondeo duobus modis.*

29 Hinc etiam non dominum, ſed *ſervum ſervorum Dei* ſeipſum Papa nominare ſolet, ut videre licet *in c. relatum, in fine, de ſentent. excom.* & in ſuperſcriptione textus *in c. ex multis, 1.q.3.* Gloſſ. *verb.& per ſe, in c. quæritis, 1.q.7.* Gloſſ. *verb. ſervus, in proœm. Sexti Decretal.* Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardin. §. Servus ſervorum Dei, ex n.1.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.8. q.7. n.101* ubi ſubdit, quod Papa de ſtylo ita ſe ſervum ſervorum Dei appellat, ut ſi appareat Bulla ſine hujuſmodi inſcriptione, de falſo eſſet ſuſpecta, tanquam contra ſtylum, illud Chriſti Redemptoris attendens, *Qui vult veſtrûm major fieri, erit veſter ſervus*, Matth.20. quod & ipſius Pontificis nomen juxta Hebraïcam derivationem oſtendit; ſignificat enim, teſte S.Hieronymo, inclinationem, ut ſcilicet ipſi Pontifices, quamvis ſupra omnes mortales poſiti, meminerint tamen exemplo Chriſti interdum de ſtatu ſuo declinare, atque adò humiliter ſeſe cæteris Chriſti fidelibus ſubjicere, ac ſubminiſtrare; eo enim ipſo, quo ſe humiles declarant, majores cæteris eſſe dignoſcuntur, nec humilitas unius ſuæ quicquam detrahit ſublimitati. Unde Apoſt. Paulus 1. ad Corinth.9. *Cùm liber eſſem*, inquit, *ex omnibus omnium me ſervum feci.* In quo verè & realiter Jeſum Chriſtum imitatur, qui cùm eſſet coæqualis Patri Omnipotenti, & omnia Verbo, id eſt, per ipſum fecerit, *Joan.1.* nihilominus pro noſtra, omniúmque redemptione formam ſervi accepit, *ad Phil.p 2.*

30 Primum autem Pontificem qui ſe ſervum ſervorum Dei nominavit, fuiſſe ſanctum Gregorium referunt *additio ad gloſſ. verb. ſervus, in proœmio Sexti*, Alvar.Pelag. *de planctu Eccleſiæ, lib.2.c 13. verſ. iſte Gregorius*, Andr.Gammar. *in Extravag. Julii II. de ſimoniaca Papæ elect. in verb. Julius*, n.10. Dionyſ. Paul. *d. tract. de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.17. n.72.* Verumtamen prior omnium fuit Damaſus Papa, ut conſtat ex epiſtola ejuſdem ad Stephanum Archiepiſcopum, quæ invenitur inter opera Clementis Papæ, *& tom.1. Concil. in actu S. Damaſi Papæ, fol.229. verſo*, cujus veſtigia poſtmodum ſequutus fuit S.Gregor. Magnus in omnibus ſuis epiſtolis, ut refert Azor. *inſt. moral. p.2. lib.5. cap.3. verſic. Greg. Magnus.* Conſtat enim Damaſum eundem Gregorium præceſſiſſe annos 190. quia Damaſus floruit anno Domini 379. & fuit 39. Pontifex Max. à ſancto Petro, ut colligitur ex Platina *in vita ejuſdem Damaſi*, & ex Illeſc. *in hiſtoria Pontificali, lib.1. c.6.* Gregorius autem Eccleſiam Catholicam gubernare incœpit anno 591. & fuit 66. Pontifex à S.Petro, ut conſtat ex eodem Platina *in ejus vita*, & Illeſc. *lib.4. c.1.*

31 Papa enim licèt ſit Paſtor, forma tamen Gregis fieri debet ex animo, non autem imperio dominari, ut Petrus ipſe non ſolùm verbo docuit, ſed & confirmavit exemplo. Nam cùm à fidelibus ſubditis interrogaretur, cur ad Gentes intraſſet? non ex poteſtate, quâ potuiſſet eorum interrogationem expellere, ſed humiliter reſpondit, ejus rei rationem exponens, ut notat Gregor. *lib.9. epiſt.59.* relatus *in c. Petrus, 2.q.7.*

32 Sic etiam cùm à Paulo *ad Galat.2.* idem Petrus redargueretur, humiliter ceſſit, ut advertit Auguſt. *lib.3. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap.5.* relatus *in cap. qui contempta, diſt.8.* qua de re in commendationem Petri, atque ejus humilitatis, quæ in hac ferenda reprehenſione illuxit, multa eléganter adducit Franciſc. de Mend. *lib.1. Regum, cap.3. verſ.18. annot.6. ſect.3. n.9. &* 10. ex S.Cyprian, *in epiſt. ad Quirinum, de hæret. baptiz.* & ex Gregor.Magno *lib.18. cap.6. aliàs 12. & lib.2. homil 18. in Ezech.* ubi in hæc verba: *Petrus à Paulo minore ſuo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur, qua in re factus eſt ſequens minoris ſui, etiam ut in hoc præiret, quatenus qui primus erat in Apoſtolatus culmine, eſſet primus & in humilitate.*

Utrum autem Petrus fuerit dignus reprehenſione, ſolet in dubium revocari, multúmque ac diù de illius loci interpretatione inter Hieronymum, & Auguſtinum concertatum eſt, ut ex eorum epiſtolis apparet, ſcilicet 86. Hieronymi, octava verò Auguſtini, cum ſequentibus, & præc puè 19. Qua de re multa ſcripſerunt S.Thom.1.2.q.103. *art.4. ad 2.* S. Bonavent. *in 4. diſt.3. ar.2. q.2.* Scot. *ead. diſt. q.4. verſ. quantum ergo*, Sot. *de Juſtit. lib.2.q.5. art.4. ad 3. membrum primi argum.* Pigh. *de Eccleſiaſt. Hierarch. lib.3. c.11. verſ. ad 2.* Albertin. *in rub. de hæret. lib.6. n.23.* Vaſq. 1.2. *diſp.123. cap.3. n.27.* & latè *cap.4.5. & 6.* Hector Pintus *in Daniel. c.11.* Card.Baron. *annal. Eccleſ. tom.1. de Romano Pont. lib.1. cap 28. verſ. poſtremum, & lib.4. c 8. poſt princip.* Suarez *de legib. lib.9. c.20. ex n.19.* Et quamvis Auguſtinus *ubi ſupra* admittat in Petro aliquod peccatum reprehenſione dignum, illúmque ſequantur S.Thom. S.Bonav. & Scot. *dictis locis*, Durand. *in 4. diſt.1. q.9. n.7. &* 8. Palud. *q.6. art.5. concl.4.* Gabr. *q.4. art.3. dub.3.* Major. *diſt.3. q.2. verſ. circa illud*; nullus tamen dicit peccatum illud fuiſſe mortale, imò multi affirmant fuiſſe tantùm veniale; quia reverà uſus cæremoniarum non erat tunc omninò prohibitus, ſed quia incautè, aut intempeſtivè uſus fuerat Petrus cæremonus Legis. Ego quidem exiſtimo nullius peccati, neque venialis apud Deum ipſum Petrum reum fuiſſe, non mortalis, cùm jam Petrus eſſet in gratia confirmatus; non venialis, quia neque ex intentione operantis, neque ex objecto talis colligitur, fuit tamen ipſe Petrus rectè admonitus, & reprehenſus à Paulo, quia fecit aliquid, quod non expediebat, quamvis liceret; neque enim hæc duo inter ſe repugnant, juxta eundem Paul. 1.ad Corinth.4. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expedient*; & in hoc tantùm defecit, judicando ſcilicet magis expedire, quod minùs expediebat, quamvis ſemper ageret quod licebat; atque ob hunc defectum tam exiguum fuit à Paulo reprehenſus, & ipſe pro ſua magna humilitate illi ceſſit. Colliguntur hæc omnia ex latè adductis per Vaſq. 1.2. *diſp.182. cap.7. n.56. cum ſeqq.* ubi refert ita publicè docuiſſe in Collegio Complutenſi de anno 1582. 33

Quare & S.Gregorius ſubditis redarguendi ſe facultatem præſtat *in c. ſi quis ſuper his, 2.q.7.* & Leo IV. de quibuſdam rebus accuſatus, Imperatoris ſe ſubmittit judicio, *in c. nos ſi incompetenter, ead. cauſ. & q.* Hortatur autem præfatus Gregorius *in c. inter verba, 11.q.3.* ſeipſum & Paſtores omnem pacem habere cum omnibus, ſi fieri poteſt, & offendere neminem, aut ſcandalizare. *Si enim* (inquit idem Leo, *in d. c. nos ſi incompetenter.*) *nos qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, certè non veritatis diſcipuli, ſed erimus præ cæteris erroris magiſtri.* Quin potiùs debet Rom. Pontifex præ cæteris eſſe ſanctior, & majorem præ cæteris Chriſtianæ religionis, & divini honoris zelum tenere, ut ait Jul. Papa *in c. officii, 24. q.1.* & ſi minùs ſanctus aliquis haberetur, occaſione tamen ſanctæ converſationis prædeceſſorum ſuorum ſit ſanctior; unde 34

in

36 in Papa ſemper præſumitur ſanctitas. [Quis enim (ut Symmachus Papa *in cap. 1. diſt. 40.*) ait, ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo ſi deſint, inquit, bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur; aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat.]

37 Quòd ſi Papa ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehendatur, & talis ut magis ſibi, aliiſque officiat, hujus culpas redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe judicaturus, è nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur à Fide devius; ſed pro ejus converſione, & ſalute univerſitas fidelium tantò inſtantiùs orare debet, quantò ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animadvertit propenſiùs pendere, ut inquit Bonifacius Martyr *in c. ſi Papa, 40. diſt.* Unde nonnullos Romanos Pontifices legimus de objectis criminibus convocato Concilio ſic ſe jurejurando purgaſſe, ut tamen ſe ad id minimè teneri proteſtarentur. Sic Sixtus III. fecit dicens, non aliis ſucceſſoribus, ſi noluerint, idipſum faciendi ſe formam dediſſe, ut refertur *in cap. mandaſtis, 2. q. 5.* Sic etiam Leo IV. ſe ſimiliter purgans, dixit: *Hoc autem facens, non legem præſcribo cæteris, quæ id facere cogantur*, ſicut habetur *in cap. auditum, 2. q. 5. & in c. nos ſi incompetenter, 2. q. 7.* ubi Gratianus *in fine*, ſimilia exempla Damaſi, & Symmachi Summorum Pontificum adducit. Legimus quoque Pontificem Marcellinum ſeipſum accuſantem, Epiſcoporum Concilium judicare noluiſſe, dixiſſe autem, *Tuo te ore, non noſtro judicio damna; nam prima Sedes à nemine judicatur, ut habetur in c. nunc autem, 21. diſt. & in c. nemo 9. q. 3.* Aliorum enim hominum cauſas Deus voluit per homines terminari, Sedis verò Romanæ Præſulem ſuo reſervavit arbitrio: quod nonnunquam Deus ipſe manifeſti exemplis oſtendit, *c. aliorum, cum ſeq. 9. q. 3. c. ſi Papa, 40. diſt. c. Anaſtaſius, 19 diſt.*

38 Sed hac in re aliquantulum immorari oportet, & perquirere, an & quando Pontifex errare poſſit, & in hæreſim labi? Pro cujus dubii vera ſolutione, & majori omnium occurrentium dilucidatione ſciendum, Papam vel conſiderari poſſe tanquam ſupremum Judicem, & univerſalem Eccleſiæ Paſtorem, vel tanquam privatam perſonam: ſi primo modo conſideretur, certum eſt in definiendis iis, quæ ſunt fidei, habere infallibilem auctoritatem; ita ut in publico Fidei judicio minimè errare poſſit, ut poſt antiquiores Patres tradunt S. Thom. 2. 2. *q. 1. art. 10. & q. 11. art. 2. ad 3.* Cajet. *in apolog. de poteſt. Papæ, part. 2. c. 23. cum ſeqq.* Turrecr. *lib. 2. c. 19.* Pigh. *de Eccleſ. Hierarch. lib. 4. c. 3.* Can. *de locis Theolog. lib. 6. c. 3. propoſ. 3.* Carranza *in ſum. Concil. contr. 3.* Card. Bellarm. *lib. 4. de Roman. Pontif. c. 3. verſ. de cætero.* Suar. *de Fide, diſp. 5. ſect. 8. à num. 9.* Probatur primò auctoritate Chriſti Domini *Luc. 22.* ubi ad Petrum inquit, *Ego oravi pro te, ut non deficiat fides tua.* Quem locum licèt aliqui intelligant de tota Eccleſia, quaſi Dominus oraverit pro Petro, quatenus totius Eccleſiæ figuram gerebat, convincitur tamen hæc interpretatio, primò *ex Clem 1. in fin.* ibi, *perſona B. Petri, de re judic.* Deinde, quia non convenit verbis Chriſti ibi, *& tu converſus confirma fratres tuos*; non poteſt enim conſiderari converſio reſpectu ipſius Eccleſiæ, cùm nunquam in totum deficeret à Fide; deinde quia reſpectu Eccleſiæ nulli ſunt fratres, ſed potiùs omnes filii. Deinde repugnant particulæ illæ, *te, & tuos*, atque alia verba præcedentia, ubi Simon bis repetitur, & apertiùs, quia dixerat Dominus, *Satan expetivit vos, ut cribraret*, mox mutatâ loquendi ratione inquit, *Ego autem rogavi pro te*, &c. quæ omnia ſatis oſtendunt aliquid ſpeciale pro ipſo Petro Chriſtum Dominum impetraſſe: neque etiam dici poteſt auctoritatem illam perſonaliter ad Petrum pertinere, non verò ad ejus Succeſſores Romanos Pontifices.

Contrarium enim meritò declaravit Innoc. III. *in c. majores, in princ. de Baptiſmo*, ibi, *ad Petri Sedem referendas*, &c. atque alii ſex antiquiores Pontifices, & Patres, quos refert Card. Bellarm. *de Rom. Pontif. lib. 4. c. 5.* Probatur ſecundò ex auctoritate ejuſdem Chriſti, Matth. 16. *Tu es Petrus*, &c. Quam auctoritatem de Petro omnibuſque ejus ſucceſſoribus explicat Leo Pontifex *in cap. ita Dominus, diſt. 19.* Tertiò probatur ex auctoritate ejuſdem Chriſti, Joan. 21. *Paſce oves meas*, quo loco omnis poteſtas neceſſaria ad rectam Eccleſiæ gubernationem ſignificatur, modò per officium Paſtoris, quod ex maxima parte conſiſtit in pabulo veræ doctrinæ ſpiritualis exhibendo, modò per aliam metaphoram ligandi, & ſolvendi, ſeu clavium, tollendo ſcilicet impedimenta, quæ clauderent ingreſſum regni cœlorum. Et conſtat in primis neceſſariam eſſe poteſtatem reſolvendi dubias Fidei quæſtiones, ad tollendum ex parte intellectûs ignorantiam, ſicut neceſſaria ſunt ex parte voluntatis ſalubria præcepta ad tollendas pravæ voluntatis affectiones, cùm hoc duplex ſit impedimentum, quod ingreſſum Regni ſolet, & poteſt impedire. Ergo rationes, quibus convincitur poteſtatem Petro datam, non perſonalem fuiſſe, ſed in omnibus ſucceſſoribus duraturam, concludunt etiam infallibile judicium, quod Chriſtus Petro promiſit, ad ejus ſucceſſores pertinere. Quartò confirmatur *ex Deuteron. 17.* ubi difficile & ambiguum judicium jubet Dominus deferri ad Sacerdotes Levitici generis, & Judicem qui fuerit illo tempore, & addit, *Qui indicabunt tibi judicii veritatem*, & ex his quæ ibi ſequuntur; quibus Summi Pontificis poteſtatem depingi explicat Innoc. III. *in cap. per venerabilem, verſ. rationibus, qui fil. ſint legit.* junctus mulci traditis à Pigh. & Can. *citat. locis.* Ex quibus rectè ſequitur de Fide eſſe, Romani Pontificis, qui nunc eſt, & erit in futurum, infallibile eſſe judicium, & contrariam doctrinam hæreſim eſſe, quam uti talem meritò damnavit Sixtus IV. inter alios errores Petri Oxomenſis Salmanticenſis Primatii ſacræ Theologiæ, ut teſtatur ejuſdem Academiæ & Facultatis Primarius Bañes 2. 2. *q. 1. art. 10. dub. 2. concl. 5.* ubi quoque *per totum d. dub. 2.* meritò concludit, noſtram reſolutionem tenendam eſſe tanquam Apoſtolicam traditionem. Etiam ita definitum eſt à Leone X. in Bulla condemnationis Lutheri *art. 18.* in quo aiebat, quod etſi Papa, & major pars Eccleſiæ aliquid ſentiret, non eſſe peccatum, neque hæreſim oppoſitum tenere: quem errorem cum aliis ipſius Lutheri meritò damnavit Leo X. ut conſtat *ex tom. 2. Concil. pag. 706.* Vide Thom. Boz. *de ſignis Eccleſ. lib. 16. cap. 8. & lib. 18. cap. 6.* Suar. *de Fide, diſp. 5. ſect 8. n. 7.* Can. *de locis Theolog. lib. 6. cap 8. ad fin.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 37.* Machado *d. tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 4. docum. 13.*

Ex dictis igitur infertur primò falſam eſſe eorum ſententiam, qui docent in iis, quæ ſine Concilio univerſali decernit Papa, errare poſſe, quod hæretici omnes contendunt, & ex Catholicis tenuerunt Gerſon, Almain. & Adrian. *queſt. de con-* 39

ſi mat. ad fin. & alii, quos refert Can. *de locis Theolog. lib. 6. cap. 1. ad fin.* hoc ipſum tribuentes Gratiano *in c. ita Dominus, verſ. hoc autem,* 19. *diſt.* Ejuſdem autem ſententiæ videtur eſſe Abb. Panorm. *in cap. ſignificaſti, n. 3. de elect. & q. 1. n. 21.* Anton. de Roſel. *de Concil. q. 14. n. 13. & 17.* à quibus non multùm diſcrepat Caſtr. *de juſt. hæret. punit. lib. 1. c. 8.* dum tenere videtur Papam in quæſtionibus Fidei, quas decidit, ſolùm errare poſſe, non tamen Sedem Apoſtolicam, id eſt Papam cum Cardinalium Collegio. Convincitur enim ex omnibus prædictis, ex quibus conſtat ſoli Petro, non autem univerſæ Eccleſiæ, neque omnibus Apoſtolis ſimul conceſſum eſſe privilegium illud confirmandi fratres in Fide, ad quod pro ipſo Petro ſingulariter oravit Chriſtus Dominus, ne ejus Fides deficeret, & eſſet Petrus petra, & fundamentum, ſuper quo Eccleſia fundatur. Quæ omnia concludunt certitudinem & infallibilitatem illam in ipſo Petro, Romaniſque Pontificibus ejus ſucceſſoribus, non verò Concilio univerſali, nec in Cardinalibus, & Conſiliariis poſitam eſſe; atque meritò doctrinas prædictas reprehendunt Can. *d. c. 8.* Card. Bellarm. *d. lib. 3. c. 2. & 7.* Bañes *d. dub. 2. concl. 3.*

Non obſtat ratio, quam adducunt Anton. de Roſel. atque alii præcitati, quod ſcilicet Summus Pontifex homo eſt, & humanis infirmitatibus ſubjectus, ſicut alii omnes homines, dicente Paulo *ad Hebr. cap. 7. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus*, &c. & qui condolere poſſit his qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate: unde ſe errare poſſe Pontifex ipſe fatetur *in cap. à nobis 28. de ſent. excom.* quemadmodum in alia vitia avaritiæ, vel ſimilia poteſt incidere, ut apud omnes eſt indubitatum. Facilè enim reſpondetur, quod ſi ſolam perſonam Papæ per ſe conſideremus, ut homo eſt, facilè errare poteſt, non ita ſi ponamus divinam providentiam, & Chriſti promiſſionem, ſecundùm quam Eccleſia, & ejus ſupremus Princeps Spiritûs ſancti aſſiſtentiâ ita dirigitur, ut in Decretis ſtatum totius Eccleſiæ reſpicientibus errare minimè poſſit, ut benè notavit Turrecrem. *lib. 2. c. 112. n. 2.* Unde etiam evidens apparet differentiæ ratio, quare Papa peccare poſſit, & in alia vitia incidere; non ita errare in Decretis, quæ tanquam Pontifex edit, quia ſcilicet pro hoc oravit Chriſtus, non ita pro illis, ut ultra præcitatos optimè advertit Albertin. *de aſſertion Cathol. q. 9. à n. 12.* Card. Bellarm. *d. lib. 4. cap. 7. verſ. ultima ratio.* Nec etiam obſtat ſi replices ex textu *in d. c. per venerabilem, verſ. ſunt autem, qui fil. ſint legit.* juncto *c. fundamenta, §. decet, lib. 6.* quibus probatur in dicendis cauſis Fidei, aliiſque arduis debere Papam petere conſilium Cardinalium. Quia reſpondetur procedere jura illa, & ſimilia de honeſtate, non verò de neceſſitate, ut latè oſtendemus *infrà cap. 4. de dignit. & privil. Cardin. prope finem.*

40 Secundò, ex dictis infertur Pontificem in decretis morum, quæ ad ſtatum totius Eccleſiæ ſpectant, errare minimè poſſe. Probatur, nam licèt (ut ſuprà diximus) Summus Pontifex quà homo eſt, intra limites humanarum vitiorum ſit, ignorantiæ, aliiſque humanis infirmitatibus ſubjectus; in his tamen quæ ut ſummus Paſtor decernit, & neceſſaria ſunt ad ſpiritualem ſuarum ovium ſalutem, infallibili Spiritus ſancti aſſiſtentia ex Chriſti Domini promiſſione juvari, & gubernari certiſſimum eſt, juxta auctoritatem Joan. 4. & 16. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Quod ſanè in his decretis, quæ ad mores totius Eccleſiæ pertinent, omninò neceſſarium eſt; aliàs enim ſi in his Pontifex erraret; talis error totius Eccleſiæ error eſſet, ſubindéque in maximum totius Eccleſiæ damnum redundaret. Cùm enim omnes Fideles teneantur Summi Pontificis decreta, quæ ad mores pertinent, ſequi, & venerari, *c. 1. de conſtit.* ubi omnes, & ab illis recedere crimen eſſet graviſſimum, juxta regulam *cap. non decet. 12. diſt. & cap. cum non ſceat, de præſcript.* juncta prædicta auctoritate *Deuteron. 17.* & alia Chriſti Domini Matth. 23. *Super Cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæ dixerint vobis, ſervate & facite:* meritò ſequitur oportere Summi Pontifices auctoritatem in hujuſmodi decretis infallibilem eſſe, atque ita inter omnes receptum eſt, ut conſtat ex multis latè apud Can. *d. lib. 5 cap. 5* Menoch. *de arbitr. caſ. 458. n. 31.* Cald. Bellarm. *lib. 4. c. 5.* Bañes *d. art 10. dub. 6.* Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, tit 2. c. 21. verſ. nam Eccleſia, pag. 142.* Thom. Boz. *de ſignis Eccleſ. Dei lib. 16. c. 8 & lib. 18. c. 6.* Solorzan. *de jure Indiar. tom 1. lib. 2. c. 24. n. 62.*

In decretis verò, quæ non totius Eccleſiæ ſta- 41
tum, ſed certas perſonas, vel certam Eccleſiam reſpiciunt, ſolet inter Doctores dubitari, an Papa errare poſſit? Partem affirmativam ſecutè tuetur Can. *d. cap 5 concl. 3.* cujus rei ait eſſe rationem, quia hujuſmodi decreta reſpectu particularis Eccleſiæ, vel certæ perſonæ non nituntur certis principiis, ſed probationibus, quæ incertæ ſunt; ac proindè non immeritò falli poteſt Pontifex, ut in judiciis, & ſententiis particularibus manifeſtum eſt, & in excommunicatione probat textus *in cap. à nobis 28. de ſent. excom.* juncta ratione, quam reddit textus *in cap. 1. de Conſtit. lib. 6.* ibi: *Cùm ſint facti, & in facto conſiſtant, poſſit probabiliter ignorare*; junctis reſolutis per Albertin. *de aſſert. Cathol. q. 30. n. 22.* Card. Bellarm. *d. art. 10 dub. 6. concl. 4.* ubi tandem meritò ſic diſtinguit, vel enim agimus de judicio rerum geſtarum, ſeu forenſi, quando ſcilicet Pontifex ſententialiter inter duas Eccleſias aliquam quæſtionem definit, veluti ſi decidat controverſiam illam, & antiquam quæſtionem de Primatu Hiſpaniæ inter Toletanam, & Bracharenſem Eccleſias, de qua latè egimus *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 1. tit. 3. cap 8.* & tunc verum eſt errare poſſe, quia judicium nititur probationibus, quæ incertæ ſunt, ut ſuprà diximus, & procedit argumentum factum à Cano: vel agimus de decretis Pontificiis circa mores alicujus provinciæ, vel Eccleſiæ, condendo ſcilicet legem, & præſcribendo præcepta, quibus ſubditi regantur, & vivant; & hoc caſu nulla poteſt aſſignari congrua differentiæ ratio inter decreta pro Eccleſiæ univerſali, vel particulari; immò in omnibus Pontifex ſe gerit tanquam ſupremus Paſtor Legislator; utroque enim caſu decreta illa ad ſubditorum ſalutem, quibus præſcribuntur, neceſſaria ſunt, cùm ſecundùm illorum formam vivere debeant, eorúmque ſalus ſpiritualis periclitetur, ſi vel illis non obtemperent, vel obtemperando faciant id, quod Legi divinæ, aut naturali repugnat; vel aliàs illicitum eſt.

Ex illa generali regula ſuprà poſita, quod Sum- 42
mus Pontifex falli & errare poſſit circa quæſtionem facti, quæ ex probationibus dependent, putarunt nonnulli illum aliquando errare poſſe in alicujus Sancti Canonizatione; cùm enim hoc pendeat ex probationibus miraculorum, & ex multis aliis, quæ in facto conſiſtunt, quæ latè recenſet

Maſcard.

Maſcard. *de probat. concl.*261. *à princ.* non eſt mirum ſi aliquando in eo decipiatur Eccleſia, ut voluit Gloſ. *verb.Stdii, verſ.item inter alios*, ibi, *licèt occidere poſſit, in c.*1. *de reliq. & vener. Sanct. lib.*6. & alii adducentes authoritatem S. Auguſtini, *Multorum corpora honorantur in terris, quorum anima torquentur in gehenna.*

43 Verùm hujuſmodi ſententiam temeratiam eſſe, ſcandaloſam, & hæreſim ſapere, tradunt Recentiores contra Wiclephum, Lutherum, & alios hæreticos irridentes poteſtatem Eccleſiæ in Sanctis canonizandis. Ratio autem colligitur ex S.Thom. *quodl. qq. art.ult.* Quamvis enim hujuſmodi Canonizatio aliquo modo pendeat ex probationibus, eſt tamen quædam quaſi profeſſio, & proteſtatio Fidei, quâ Sanctorum gloriam credimus, ac ſubinde ad univerſalem totius Chriſtianæ Religionis ſtatum pertinet; & conſequenter credendum eſt divinum illum Spiritum, quem Chriſtus Dominus Eccleſiæ promiſit, *Joan.*4 *&* 16. eidem Eccleſiæ non defuturum in re graviſſima, & quæ in ipſius Eccleſiæ, divinique honoris vſlipendium redundaret, ſi viderent Dæmones Eccleſiam Catholicam pro Sanctis venerari eos, quos ipſi torquent in inferno. Quare poſt S.Thom. hanc eſſe veram & communem ſententiam, quod Eccleſia in canonizatione Sanctorum errare non poſſit, ex S.Anton. comprobant Viguer. *de inſtitut. c.*10. §.3. *verſ.*11. Covar. *lib.*1. *var. reſol. cap.*1 *n.*13. Auguſt. de Ancon. *de poteſt.Eccl.q.*14. *art.*3. Cajet. *de Indulg. c.*8. *verſ. ad id verò.* Driedo *de dogmat. c.*1. *fol. mihi* 207. Jacob. Caſtell. *de canonizat. Sanctorum, q.*9. *art.*3. Can. *ubi proximè.* Turrecrem. *in defenſ. revelationum S.Brigittæ, cap.ult.* Aragon.2.2. *q.*1. *art.*10. *tit. de ſumm. Pont. col. penult. in concl.*2. Maſcard. *de probat. concl.*261. *n.*56. Vivald. *in candel. b. aur. p.*3. *c.*17. *ex num.*15. Malvet. *in tract. de canoniz. Sanctor. dub.*3. *n.*47. Ang. Roch. in ſimili *tract. cap.*39 *&* 40. Joan. Baptiſta Sign. *in tract. de Reliq. & vener. Sanct. cap.*4. Domin. Anſoſſ. *de ſacr. Reliq. cult.*§.24. *num.*5. Cardin. Bellarm. *tom.*3. *controv.*7. *lib.*1. *cap.*9. Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom.*1, *anno Chriſti* 55. *c.*15. *pag. mihi* 488. Valent.2.2. *q* 1. *art.*10. Aloyſ. Tur. *in* 2. 2. *diſp.*16. *de poteſt. Pont. in ordinatione ad Fidei doctrinam, dub.*4. Carb. *in ſum. tom.*5. *lib.*1. *c.*16. Azor *inſtit.moral. p.*2. *lib.*5. *c.*1. *q* 5. Caſtr.Palao *tom.*1. *tract.*4. *diſp.*1. *p.*5. §.4. *in fine*, me citato in hoc loco, Machado *d. tom.*2. *lib.*4. *p.*7. *tract.*4. *docum.*14.

44 Ad auctoritatem verò S. Auguſtini pro contraria opinione ſuprà citata, variis modis reſpondent hi Doctores proximè relati, vel quod veneramur corpora, quæ putamus eſſe eorum, qui ab Eccleſia canonizati ſunt: cùm tamen ſint alicujus perditi hominis, non quod Eccleſia in canonizatione fallatur, ſed quia corpora mutata ſunt ob rerum viciſſitudinem. Vel etiam, quod non agat Auguſtinus de veneratione & cultu ab Eccleſia præſtito per canonizationem, ſed quia apud Gentiles, & barbaras nationes in honore, & pretio aliqui ſunt, quorum tamen corpora torquentur in inferno. Et confirmatur, quia ſi injuriam facit Martyri qui orat pro Martyre, *cap. cùm Marthæ, §.ult. de celeb. Miſſ.* multò majorem injuriam Sanctis irrogat, qui aliquem è Sanctorum catalogo rejicit, & non multùm diſtat ab illorum hæreſi, qui Sancto colendos eſſe negant, contra antiquiſſima Eccleſiæ decreta, de quibus *in cap. rogationes, de Conſecr. diſtinct.*3. & multis aliis, quæ commemorat textus *in cap.*1. *de canonizat. & vener. Sanct.* & quæ latè comprobat Conrad. Brun. *de cerem. lib.*3. *c.*1. *&* 6. Card Bellarm. *d. controv.*7. *à princ.* Azor. *Inſtit. moral. p.*1. *lib.*9. *c.*10. *q.*5. *cum ſeqq.* & plenè relati à Cened. *ad Decretal. collect.*52.

Ex eadem quoque generali regula ſuprà poſita 45
dicendum etiam videbatur Eccleſiam errare poſſe in approbandis, vel confirmandis Religionibus, cùm enim hujuſmodi approbatio fiat præcedentibus probationibus, circa virtutes & merita Inſtitutoris, & profitentium, ſequi videtur in eo decipi poſſe: quod planè fateri videtur Gregor. X. *in cap.*1. *in princ. de relig. dom. lib.*6. ubi referens Concilii Lateranenſis decretum *in cap. ult. eod. tit. in Decretalibus*, dum probat ex nimia Religionum diverſitate gravem in Eccleſia confuſionem indici, addit quod importuna petentium inſtatio illarum multiplicationem extorſit. Ex quibus ita concludit Can. *d. lib.*5. *c.*5. *ad fin.* adducens in confirmationem, quia videmus Religionem ab uno Pontifice approbatam, ab aliis deinde damnari, tanquam impiam, & errorum nutritivam, ut de ordine Fraticellorum conſtat: fuit enim à Papa Cœleſtino V. approbatus, & deinde à Joanne XXII. damnatus, qui declaravit approbationem illam infirmam, & invalidam fuiſſe, *in Extravag.*1. *de Relig. dom.* ejuſdem Joannis XXII.

Sed contraria ſententia verior eſt, & receptior, 46
ut poſt Bañez *d. art.*10. *dub.*8. *concl.*3. *&* 4. teſtatur Fr.Emman. *quæſt. reg. tom.*1. *q.*1. *art.*4. *ad medium*, Valent. 2.2. *diſp.*1. *q* 1. *punct.*7. §.41. Azor. *d. p.*2. *lib.*5. *cap.*7. *q.*2. me citato in hoc loco, Machado *d. tom.*2. *lib.*4. *p.*7. *tract.*4. *docum.*15. Et ut argumenta in contrarium adducta diluantur, advertere oportet, quod vel quærimus an Eccleſia falli poſſit in approbando plures Religiones, quàm expediebat? & faremur in eo aliquem errorem dari poſſe ex falſis informationibus, ex quibus, verbi gratia, conſtitit populum ſufficientem eſſe, ut majorem alere, poſſit Religioſorum numerum, quàm poteſt in rei veritate: vel quando tot ſunt Religioſorum Ordines ut ex nimia diverſitate aliqua oriatur confuſio in hac, vel illa civitate, quod tamen ſatis Summo Pontifici expreſſum non eſt, & hoc ſolùm concludunt rationes, quas adducit textus *in d. cap.*1. & Canon *d. loco.* Aut rurſus quæſtio eſt, an errare poſſit Eccleſia in confirmanda Religione in iis, quæ pertinent ad veritatem Doctrinæ, & Inſtituti, aut Legum, & Conſtitutionum; quibus Religioſi eam profitentes vivere debent? & reſolvendum eſt minimè in hoc errare poſſe Pontificem, ſeu Eccleſiam, tradendo ſcilicet leges ſacræ Scripturæ legibus divinis, aut bono ſpirituali animarum contrarias: cùm enim ex dictis certum ſit Eccleſiam, ſeu Summum Pontificem errare non poſſe in decretis Fidei, vel morum ad ſtatum totius Eccleſiæ ſpectantium, & in approbatione alicujus Religionis decernat ſtatum illum bonum eſſe & convenientem ad ſpiritualem ſalutem; & charitatis perfectionem, jam ſequitur valde pernicioſum fore Chriſti fidelibus hanc Eccleſiæ errorem, ut ſcilicet Religio, quam tanquam utilem bono ſpirituali approbavit, & ſequendam propoſuit, ſit bono ſpirituali contraria, vel noxia. Quod verò adducit Canus de ordine Fraticellorum, & aliis, quos ſemel ab aliquo Pontifice approbatos deinde alii damnarunt, reſpondetur juſtè hoc fieri, non tamen ex ea ratione, quo à principio Eccleſia, vel Pontifex in confirmando erraverit; ſeu quia poſteà Inſtitutor, ejuſque alumni, ſeu ſequaces non ſervant ſtatum Religionis

ligionis ut debuerunt, secundùm formam, & modum, sub quo à Pontifice fuit confirmatus.

47 Circa verò eundem Pontificem secundo modo, hoc est, quatenus persona privata consideratum (aliquando enim Pontifices Romanos tanquam privatos, & particulares Doctores respondere, aiunt Peña *in direct. Inquis. p. 2. ad q. 17. conc. 42. vers. rursus*, Paul. Grisal. *in resp. cath. fid. verb. Baptismus, n. 44. vers. dico tertiò*) sciendum est receptam esse Doctorum, præsertim antiquorum sententiam, quod in Fide errare, atque ita hæreticus esse possit, per textum *in cap. si Papa, 40. distinct.* in illis verbis, ibi, *nisi deprehendatur à Fide devius.* Et ultra ordinarios, ibi tenent Glos. 1. sic intelligenda *in cap. à recta, 24. q. 1.* refert multos ex nostris Rojas *de hæret. singular. 146.* quibus addo Turrec. *lib. 2. c. 112. n. 2.* Albert. *d. q. 9. n. 12. & q. 30. n. 20. & 24.* Jacobat. *de Concil. lib. 3. artic. 1.* Covar. *lib. 1. var. resolut. cap. 10. n. 11.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 52. n. 1.* Card. Tusc. *tom. 2. concl. 522. n. 26.* Ex Theologis verò certum hoc esse inquit Cajet. *de auctor. Papæ, cap 9. & in Apolog. p. 2. cap. 13.* Sot. *in 4. dist. 21. q. 2. art. 2. ad med.* Castr. *de just. hæret. punit. lib. 2. c. 23.* Corduba *in quæst. Theolog. lib. 4. q. 3. post princ. vers. respondeo ad primum, & q. 5. vers. hanc opinionem constanter.* Can. *lib. 6. cap. 8. ad 11. vers. hoc loco.* Turrian. *de Fide disp. 16. dub. 2.* ubi communiorem opinionem dicit, & hanc esse omnium, & Romanorum Pontificum, & Scholasticorum sententiam ex multis tuetur Bañes *d. art. 10. dub. 2. concl. 1.* multósque ejusdem sententiæ assertores refert Cened. *ad decretum, collect. 44. n. 1.* Quod præterea ea ratione confirmatur, quia Papa ut homo est, naturaliter errori, & ignorantiæ, aliisque humanis infirmitatibus est subjectis, ut satis probat prædicta auctoritas Pauli *ad Hebr. 7.* neque à Deo, nisi quatenus Pastor supremus, & Ecclesiæ caput in publicis morum & Fidei decretis præservatus est, ut constat ex dictis; & consequenter à cessante ratione non videtur inconveniens fateri posse errare ut privatam personam, quando scilicet doctrinam aliquam tradit, quam non vult ut universale decretum apud omnes censeri, obligando omnes fideles ad id recipiendum, aut credendum; sed tanquam particularis Doctor docet, aut scribit, ut fecerunt Innoc. III. & IV. Adrian. VI. atque alii; etsi enim in eorum scriptis aliquis error reperiretur, non ideo Papam quà Papam, aut Sedem Apostolicam errasse dicendum est, ut benè explicat Castr. *lib. 1. de just. hæret. punit. c. 6.* ubi refert elegans Innocentii IV. responsum, qui rogatus an vellet, quæ in jure Pontificio scripsit, pro lege teneri? Respondit id se minimè velle, quia ea non ut Pontifex, sed ut Doctor privatus scripserat. Confirmatur denique ex eventu, quia plures Romanos Pontifices, ut personas privatas errasse contendunt suprà citati ex historiis; & de Honorio I. dubitandum non esse, inquiunt Castr. Bañes, & plerique ex præcitatis, quia in sexta Synodo de hæresi damnatum esse constat: & negari non potest, nisi abrogando illius generalis Concilii auctoritatem, ac Leonis III. Pontificis, qui eam sextam Synodum confirmavit, & Honorium hæreticum vocavit, ut legitur *tom. 2. Concil. pag. 413.*

48 Unde suprà citati, & præcipuè Rosel. *de auctor. Imper. part. 3. princ. à n. 35.* Castr. *d. lib. 2. cap. 23. vers. an Papa, vel quivis alius*, Turrecr. *lib. 4. c. 18.* Castr. Jacobat. *lib. 3. art. 1. & lib. 9. in princ.* Driedo *de libert. Christ. c. 14.* Aragon. 2. 2. *q. 1. art. 10. in tract. de Eccles. pag. 64.* Decian. *d. lib. 5. c. 52. n. 3.* Bañes *d. art. 10. dub. 2. concl. 2.* Hieronym. de la Rua *in contr. Theol. controv. 3. schol. pag. 105. cum segq.* Perez *lib. 5. vers. quæritur 15. tit. 4. lib. 8. Ordin.* Mich. de Aninyon. *de unit. ovil. & past. cap. 15. n. 14.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Rom. Pont. c. 30.* & alii plures citati à Cened. *collect. 44. n. 2.* disputant an Papa hæreticus statim desinat esse Papa? cum quibus verior, & receptior sententia est, statim desinere esse Papam, cùm primùm per legitimam Ecclesiæ jurisdictionem sententia declaratoria criminis in eum profertur, de quo latè Suar. *in tract. de Fide, disp. 10. sect. 6. n. 6.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 7.* ubi concludit Pontificem in hæresim lapsum esse quidem jure divino privatum Pontificatu, sed Ecclesiæ sententiâ posteà judicari, & declarari, eum ob crimen hæresis Pontificiâ dignitate cecidisse: pro qua sua sententia citat August. de Ancon. Jacobat. Alphons. de Castr. & alios. Et quòd Papa etiam de hæresi occulta possit accusari, tenent Glos. *verb. à Fide devius, in d. cap. si Papa.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 52. n. 9.* Suar. *d. disp. 10. sect. 6. n. 11. ad fidem.* Non obstante, quod ipse legem condiderit, quod ille, aut alius quispiam Pontifex non possit de hæresi accusari, ut resolvit dicta Glos. *in vers. item nunquid Papa,* Decian. *d. cap. 52. num. 11.* Card. Tusch. *d. tom. 2. concl. 522. n. 27.* Et quot testes sufficiant, ut probetur Summum Pontificem esse hæreticum, tradit Spin. *in speculo testam. glos. 12. rub. n. 3.* An quando Pontifici opponitur quod sit hæreticus, & ille negat, possit admitti probatio opponentis? vide Castald. *de potest. Papæ n. 44.* Jacob. *de Concil. lib. 8. art. 1. pag. 514.* latè Decian. *d. cap. 52. n. 10.* Si Papa post mortem de hæresi accusetur, quis sit Judex competens? vide Dominic. *in cap. in fidei favorem, n. 5. de hæretic. lib. 6.* & *ibi* Anchar. *n. 2.* Decian. *d. cap. 52. num. 17.* Card. Bellarm. *de Rom. Pont. lib. 2. cap. 30. prope finem.* Azor. *d. p. 2. lib. 4. c. 7. vers. quæres cujus auctoritate*, ubi cum Archidiacono, Joan. Andr. & aliis resolvit, Papam jam defunctum, si constiterit eum mortuum esse hæreticum, condemnari debere auctoritate Successoris, non verò Concilii.

Verùm contrariam sententiam, immò Summum Pontificem etiam quatenus privatam personam non posse in Fide errare, nec hæreticum esse, multis rationibus constanter tuetur Pigh. *de Eccles. Hierarch. lib. 4. cap. 8.* quem non citatum sequitur Cardin. Bellarm. *d. lib. 4. cap. 6.* & in eandem partem magis inclinat Carranz. *in summ. Concil. contr. 4. vers. & omnibus prædictis*, quamvis deinde post longam disputationem succumbens argumento suprà facto de Honorio I. concludat non audere se hoc affirmare; & in hanc partem magis inclinat Machado *d. tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 4. docum. 19.* Suar. *de Fide disp. 10. sect. 6. num. 11.* dum ait, sibi magis pium, & probabilius videri posse quidem Papam privatam personam errare ex ignorantia, non tamen ex contumacia: refert Sanctarel. *de hæres. c. 31. in initio, n. 5.* Præcipuæ autem rationes, quibus moventur, tres sunt. 49

Prima, ex promissione illa Christi Domini ad Petrum Lucæ 22. *Oravi pro te*, &c. quam non personaliter ad Petrum, sed ad omnes Successores in ejus Cathedra pertinere ostendimus: & quia constat Petrum sic à Deo fuisse confirmatum, ut ejus fide etiam personalis minimè possit deficere, ut denotant illæ particulæ *pro te*, & *tua*, quas suprà expendimus.

Secunda

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Secunda ratio ex eo deducitur, quia cùm Pontifex regula ſit, quam omnes fideles ſequi, & præ oculis ſemper habere debent, oportet ſingulari aliquo muniri privilegio, quo ab errore in iis, quæ ſunt Fidei, non ſolùm Sedes ipſa, ſed etiam illius perſona præſervetur: aliàs enim ſi & ipſum Pontificem errare poſſe admittamus, nihil aliud ſperari poteſt, niſi quod cæcus ipſe nos cæcos ſimul in foveam trahat, ut in veteri proverbio eſt, de quo *in c.pen. in fin. de etate & qual.* Quòd ſi dicas à divina Providentia gubernari, quando Pontifex docet, vel leges condit, quas à ſubditis vult obſervari, non ita quando ut privatus credit, aut ſcribit, replicatur, quod etſi negandum non ſit poſſe Deum ex hæretico corde veram Fidei confeſſionem extorquere, ut patet in confeſſione Caiphæ *Joan.11.* & in aſina Balaam, *n.22.* & refertur *in cap. ſicut. 2.q.7.* hoc tamen violentum eſt, & non ità facile, ut expediebat ad optimam Eccleſiæ gubernationem, & alienum à more divinæ Providentiæ, quæ *omnia diſponit ſuaviter*, ut habetur *Sap.6.*

Tertia ratio eſt, quia hæc Romanæ Eccleſiæ præ omnibus aliis prædicatur excellentia ſingularis, quod omnes aliæ, non ſolùm hæreticos, verùm etiam hæreſiarchas habuerunt Epiſcopos, Antiochena videlicet Paulum Samoſatenum, Alexandrina Dioſcorum, Conſtantinopolitana Dioſcorum, & Macedonium, & ſic de reliquis, ut proſequitur Mendoza *d. p.4. ſcholaſt. §.4. arg.7.* Romana verò nunquam. Ab erroribus enim, qui aliquibus Pontificibus imponuntur, facilè vendicatur ab eodem Pigh. & Card. Bellarm. *cit. locis, & infrà n.60. cum ſeqq.* ſigillatim oſtendemus; & addit idem Pigh. *d.c 8. ad fin. d.cap. ſi Papa*, qui in contrarium ſolet allegari, in illis verbis, *niſi deprehendatur à Fide devius*, non eſſe textum alicujus Pontificis, vel generalis Concilii, nec alicujus ex primæ claſſis Eccleſiaſticis Scriptoribus, cujus nos premat auctoritas, ſed cuidam Bonifacio Martyri, vix noto illud tribui à Gratiano, incertúmque eſſe verè ne, an falsò tribuatur.

50 His autem rationibus non eſſet illi difficile reſpondere, qui priorem voluerit ſectari ſententiam. Nam ad primam dici poteſt in Petro duplex privilegium poſſe conſiderari, alterum perſonale, quod ad ipſius Petri excellentiam ſpectabat, ſcilicet, quod ejus fides perſonalis non deficeret; alterum quod ad officium Summi Pontificis pertinebat, ut ſcilicet in doctrina, & decretis Fidei, ut Prælatus non erraret. In hoc poſteriori ſucceſſerunt Summi Pontifices, ſicut etiam in officio, & poteſtate conſtat ſuccéſſe, non ita in priori, juxta regulam, *Privilegium, de reg. jur. lib.6.* optimè Can. *d.lib.6. ad finem.* Bañes *ubi prox. verſ. nunc verò.* Ad ſecundam reſpondetur, Summum Pontificem eſſe regulam, ſecundùm quam omnes credere debent, non in iis, quæ ipſe tanquam privatus ſcribit, aut docet, ſed in illis quæ decernit tanquam Summus Pontifex. Quare in iis tantùm ſequitur, oportere infallibile eſſe ipſius judicium, non verò in prioribus, quæ docet tanquam privatus; unde de uno caſu ad alterum non benè infertur conſequentia, ut explicat Turrecr. *d.lib.2. cap.112. verſ. ad ſextum.* Ad confirmationem verò de facilitate boni regiminis, quæ in hoc caſu videtur deſiderari, ſi Pontificis perſona labatur in hæreſim, & aliter doceat ut Pontifex, quam ipſe ut privatus credit, reſpondetur ſuppoſitâ divinâ promiſſione; & infallibi Spiritus ſancti aſſiſtentiam, ipſum Deum Opt. Max. ſumma cum facilitate, & ſuavitate omnia gubernare, & mentem Summi Pontificis, atque omnia media neceſſaria ad hunc finem ſuaviter diſponere, ne in doctrina & decretis Fidei, & morum, quæ omnibus Fidelibus tenenda & credenda proponit, errare poſſit, juxta illud Pſal.22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit:* juncto illo Sap.8. *Attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.* Ad tertiam reſpondetur, illam Romanæ Eccleſiæ excellentiam in eo conſiſtere, quod in aliis Eccleſiis ſederunt Prælati publicè docentes & profitentes hæreſim, ita ut error non ſolùm perſonalis fuerit, ſed ipſorum Prælatorum, quà talium: quod tamen de Romana Eccleſia nunquam dici poteſt, ut oſtendimus, & in hunc ſenſum illâ ratione utitur Mendoz. *dicto loco*, & Card. Bellarm. *d.lib.4.cap.5. ad fin.* Unde etiamſi verum eſſet, quod aliquis Romanus Pontifex in hæreſim lapſus eſſet ut privatus, non inde ſequeretur aliqua ex parte minui, vel offendi ſingularem illam Romanæ Eccleſiæ excellentiam.

Quapropter ex his omnibus videtur concludendum, primam communem ſententiam firmam conſiſtere, contrariam verò ſecundùm ſtrictam diſputationem non ſatis defendi: eſſet nihilominus valde probabile, piéque credi poſſet, ut Bellarm. inquit *d.cap.6.* Summum Pontificem in hæreſim non poſſe incidere, neque etiam ut privatam perſonam aliquid firmiter credere, quod Fidei, & Chriſtianæ religioni repugnet: cùm enim negari non poſſit hoc magis excellere Romani Pontificis dignitatem, & in majorem cedere Romanæ Eccleſiæ ſplendorem, benè etiam ſequitur majorem eſſe pietatem credere Chriſtum Dominum, qui mirificis donis Eccleſiam exornavit, & perfectiſſimam eſſe voluit, daturum hoc quoque quo Eccleſia ipſa ſpecioſior redditur, ut in aliis materiis Noſtri, & Theologi argumentari ſolent. Quod verò de facto nec ut Pontifex, nec ut privatus aliquando in hæreſim inciderit, apertiùs conſtabit, ſi percurramus omnes illos Pontifices, quibus impii hæretici, & alii Romanæ Eccleſiæ ſplendoris invidi, hæreſes, & alia crimina imponunt, & ab illis immunes fuiſſe oſtendamus. 51

Primò igitur occurrit primus ipſe Pontifex Beatus Petrus, pro cujus Fide Chriſtum orâſſe probatur Luc.22. *Ego oravi pro te, ut non deficiat fides tua*; & tamen Chriſtum negavit *Matth.16.* & à Paulo reprehenditur *ad Galat. cap.2.* Eo quòd gentes cogebat judaïzare. Sed primum nihil convincit; conſtat enim illo tempore, quo Petrus Chriſtum negavit, nondum fuiſſe Pontificem; nam quamvis Chriſtus claves Petro promiſerit, Matth.16. *Tibi dabo claves*; eas non tradidit, niſi poſt ſanctiſſimam reſurrectionem, cùm *Joan. ult.* dixit, *Paſce oves meas*; ac per conſequens, etiamſi argumentum illud concluderet B. Petrum in Fide errâſſe, minimè tamen concluditur fuiſſe errorem Pontificis. Deinde reſpondetur Petrum negando Chriſtum Fidei quidem confeſſionem amiſiſſe, non autem ipſam Fidem, ut ex Chryſoſt. Theoph. & Proſp. explicat Card. Bellarm. *d.lib.4. c.3. verſ. de primo*, & aliter Turrecr. *in ſum. lib.2. c.112. ad 1.* Quoad illud verò de Pauli reprehenſione, vide quæ diximus *ſuprà hoc c. verſ. ſic etiam.* 52

De Marcellini, & thurificationis, quam fecit idolis, hiſtoria, agitur *in c. nunc autem, 21. diſtinct.* & comprobat Albertin. *in tract. de agnoſcend. Aſſert.q.30.n.6.* Albert.Pigh. *lib.4.de Eccleſ.Hierarch. cap.8.* 53

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap 8. Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 6. Illam tamen negat Augustin. *de unit. Bapt. c.* 6. & nihil habere verisimilitudinis, & auctoritatis præter eam, quam refert antiquitas, scribit late Card. Baron. *Annal. Eccles. anno Christi* 303. Et quamvis hujus historiæ veritas esset indubitata, non tamen inde concluditur Marcellinum fuisse hæreticum: nam si benè advertatur, nihil aliud narrat historia illa, præterquàm quod sæviente maximâ illâ Diocletiani persequutione, quâ diuturnior, vel immanior in Ecclesia nulla fuit, ut post Platinam eleganter describit Card. Baron. *anno Christi* 392 cùm minis instarent carnifices, ut thura Diis Pontifex adoleret, metu mortis perterritus thurificavit; quo facto licèt peccatum gravissimum admiserit, idcóque ipse suâ sententiâ se à Pontificatu deposuerit, ut habetur *in tom.* 1. *Concil. pag* 187. Boët. Epo *lib.* 1. *de regalib. c.* 1. *n.* 215. *p.* 141. cùm potiùs omnia mala pati debuerit, quàm malo consentire, *ex reg. cap sacris, de iis quæ vi, cum simil.* hæreticus tamen non fuit, cùm non fecerit pertinaciter, in quo formalis ratio hæresis consistit, ut in propriis terminis docent Albert. *in rub. de hæret lib.* 6. *q* 13. *ex n* 67. Navar. *in manuali, c.* 11. *n* 24 *& in cap humana aures,* 22. *q* 5. *in q.* 7. *n* 16. Clar. §. *Hæresis, n.* 3. Decian. *tract. criminal lib* 5. *c.* 18 *vers* 18 Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Roman. Pontif. c* 8. *vers. decimus est Marcellinus*, Suar. *de fide, disput.* 10. *sect.* 6. *n.* 11. *&* 14.

54 De Anastasio II. quod Achacium hæreticum à Felice III. meritò damnatum revocavit, tradit Gratianus *in cap Anastasius,* 19 *distinct. & in cap. dictum* 1. *q.* 1. Sed hoc quam sit à veritate alienum, probatur in primis ex eo, quod constat Achacium vivente Felice III. obiisse, ut ex Niceph. & aliis probant statim referendi, Felicique successisse Gelasium, Gelasio verò post annos sex Anastasium, ut colligitur ex *tom.* 1. *Concil. pag* 958 *cum seqq.* & consequenter ineptum est dicere voluisse Anastasium revocare Achacium jam mortuum. Deinde ex *epistola* 1. *ejusdem Anastasii,* quæ integrè refertur *d. tom* 1. *pag.* 997 *ad Anastasium Imperatorem,* constat minimè Achacii erroribus consensisse Anastasium Pontificem; immò multis rationibus Imperatori eum defendenti ostendisse justissimè damnatum esse ob graves, & intolerabiles excessus, ex quibus multùm adversùs Gratianum excandescit Albert. Pigh. *lib.* 4. *de Eccles. Hierarch. c.* 8. ex professo Covar. *lib.* 4. *var. resol cap.* 13. *per tot.* & multis adductis Cened. *ad Decretum, collect.* 16. *n.* 1. quibus addo Melch. Can. *de loc. theolog. lib.* 6. *cap.* 1. *vers. nonò,* Cardin. Bellarm. *tom* 1. *de Roman. Pontif. lib.* 4 *cap.* 10. *vers.* 19. Mor. *in empor jur. tit. de leg q.* 3 *n.* 3. Suar. *de leg. lib.* 4 *c.* 3 *n.* 18. Quamvis Platin. Volater. Turrecrem. & alii Gratianum sequentes in eundem de Anastasio errorem inciderint; & licèt nonnulli eum excusandum censeant, eo quòd historiam hanc non approbaverit, sed tantùm dixerit apud Auctores legi, eamque transcripserit ex auctore Pontificalis, ut tradit Cardin. Bellarm. & Suar. *proximè citatis locis.* Cæterùm, si contentiosè quis asserere voluerit Anastasium propensiorem fuisse in restituendo Achacii nomine, sed morte præventum id præstare minimè valuisse, in hoc erit quod magis admiremur Dei providentiam erga Romanam Ecclesiam, cùm titubantem Apostolicæ Sedis Præsulem ex humanis subduxerit.

55 De Liberio, quod consensit hæreticis, ex Pontificali Damasi Papæ refertur *tom.* 1. *Concil. p* 346. & colligi videtur ex aliis inferiùs citandis. Unde illi hæresis ab aliquibus imponitur: in quo licèt versari difficultatem negandum non sit, non tamen multùm concludit; nihil enim certum traditur de hujus Pontificis errore: immò certum est usque ad tempus exilii, ad quod missus est ab Imperatore Constantino, acerrimum fuisse Christianæ fidei propugnatorem. Certissimum etiam est à reditu ab exilio usque ad ultimam vitæ periodum constantissimè in fidei confessione perseveravisse. Illud tantùm in controversia est, utrùm tædio exilii aliquando victus fuerit, & hæresis particeps? quod nonnulli asserunt ex quibusdam verbis Sancti Hieronymi in Chronico, ut per Platinam, Volater. & alios, quos etiam sequitur Cardinalis Baron. *anno Christi* 357. sed negant alii, ut elegantissimis Theodoreti verbis comprobat Pigh. *d lib.* 4. *c.* 8. Socrat. Sozom. & Niceph. *locis citatis* à Card. Bellarm. *d lib* 4. *c* 9. cum aliquibus. Advertendum est, quod etiamsi concedatur id, quod ex verba Hieronymi colligunt prædicti; quod tamen in aliquibus emendatis Chronicis non reperitur, non inde concluditur Liberium hæreticum fuisse quod enim tædio exilii victus, & metu tyranni coactus polluerit se hæreticorum communione, non sufficit ad hæresim constituendum; solum enim evincit à fidei confessione defecisse, non verò defecisse à fide, vel aliquid contra eam credidisse; ac proinde hæreticum fuisse non concluditur, ut tradit Carranz. *in actis Liberii, pag.* 70. deinde quia, ut advertit Card. Baron. *cit. loco,* licèt Liberius à crimine excusari non possit, quatenus subscripsit injustæ condemnationi Athanasii, & cum hæreticis communicavit, in nullam tamen hæresim incidit, vel aliud gessit, propter quod dici possit hæreticus.

Si verò aliquis replicet oportere quod fateamur fuisse Liberium hæreticum, ne aliàs ex Catalogo Pontificum rejiciatur Felix II. qui non aliter verus Pontifex esse potuit, nisi Liberius fuerit hæreticus, & ob eam causam à Pontificatu depositos, ut omnes advertunt in proposito. Fuisse autem Felicem II. verum Pontificem, probatur, tum quia à Beda, & à B. Gregorio, & aliis antiquissimis Patribus, 4. *Kal. Augusti,* id est 29 *Julii,* ponitur memoria & integrum Officium Felicis II. Papæ & Martyris: tum etiam ex illa fide dignissima historia: cùm enim hîc Romæ anno 1582. ambigeretur, deberetne hic Felix in Martyrologio collocari, casu inventa est arca marmorea in Basilica SS. Cosmæ & Damiani, cum hac inscriptione characteribus antiquissimis incisa: *Hic jacet corpus sancti Felicis Papæ, & Martyris, qui Constantium hæreticum damnavit;* inciditque hæc inventio 5 *Kalend. Augusti,* id est 28 *Julii,* atque ita pridie ejus diei, quo ejusdem sancti Felicis festum celebrari solebat; quod non immeritò divinitus contigisse credendum est, ut scribit Card. Bellarm. *d. cap.* 9. & Card Baron. *cit loc.* Respondetur etiam quod licèt verum Pontificem Felicem fuisse admittamus, tamen non satis constat, nec sanctus Hieronymus in Chronico, nec sanctus Augustinus *epist* 165. cum ponunt in Catalogo Pontificum; unde Pontificem fuisse, constanter negat Pigh. *d loco.* Adhuc argumentum nihil convincit si advertas, quod licèt Liberius nunquam verè fuerit hæreticus, ex dictis; quia tamen cum hæreticis communicaverat, & Athanasii damnationi subscripserat, non immeritò Romanus Clerus, qui 56

corda

UAB Biblioteca de Ciències Socials

corda interiùs scrutari non potest, *ex reg. c. erubescant. dist.* 32. judicans secundùm facta exteriora Liberium à Pontificatu deposuit,& ex illo tempore cœpit Felix esse verus Pontifex quousque vel sponte cessit,secundùm Theodoretum,& sanctum Antoninum ; vel eo mortuo idem Liberius ab Arrianus recedens Romanum Clerum iterum sibi reconciliavit, Catholicum se præstans Pontificem ; ut enim refert Socrat. *lib.*4.*c.*11. postquam ab exilio ,rediit, noluit ad Ecclesiam recipere Macedonianos, nisi apertè hæresim detestarentur. Quod verò de hæresi istius Felicis II. nonnulli asserunt, impudens est hæreticorum mendacium ; constat enim semper in Catholicæ religionis fide, & confessione constantissimè permansisse, & tanquam strenuum Christi militem pro ea glorioso martyrio ab hæreticis fuisse coronatum, eodémque loco, quo Theodoretus inquit, quod Felix II. cum hæreticis conjungi non verebatur, clarissimè profitetur ipsum fidem catholicam incorruptam semper servasse.

57 De Honorio I. quòd Sergii hæresi consensit, habetur *in vj. Synodo, act.*13. *in tom.*2.*Conc. p.*368. *&* 375. *& ex vij. & viij Synodo*, sub Agathone, Leone II. & aliis Romanis Pontificibus, & Patribus receptam esse sententiam, videbis apud Card. Bellarm. *d. lib.*4.*c.*11. Sed respondetur cum eodem Pigh. atque Hosio, & aliis recentioribus, minimè Honorium fuisse hæreticum ; non enim negavit duas operationes in Christo, sicut neque duas naturales,Dei scilicet,& nominis in una Christi persona; sed solùm prohibuit nomina duarum voluntatum, & geminarum operationum, quia tunc erant inaudita ; & prudenti quidem consilio,ne si duas operationes diceret, videretur cum Nestorio duas personas ponêre. Prohibuit etiam ne unius operationis nomen usurparetur, ne cum Eutychianis videretur unam naturam assereretur ; ut in prima epistola & secunda apertis verbis loquitur idem Honorius, sicut refertur *tom.*2.*Conc. p.*308. *in vj. Synodo sub Agathone, act.*12. Ad prædictam verò auctoritatem Synodi *dictis locis*, vel respondetur falsò ab hæreticis corruptam, & vitiatam esse,quod multis conatur ostendere Card.Bellarm. *ubi proximè*, vel Patres Concilii sequentes probabilior opinionem & communem eorum,qui dicunt Pontificem ut privatum errare posse, existimasse quoque ex falsis ductos probationibus errasse Honorium I. cum tamen in rei veritate non erraverit,ut melius & manifestius ejus sensum explicantes declararunt Summi Pontifices Joannes IV. Martinus I. Agatho, Nicolaus I. & universale Romanum Concil. sub eodem Martino,ut legitur *d. tom* 2.*Concil. ex pag.*234. in quo argumento videbis semper Card. Bellarm. qui plenissimè illud absolvit, satisfaciens argumento quod statim ex hac secunda solutione insurgit, quo scilicet saltem convincitur intellexisse Concilium Papam ut privatum errare posse ; respondetur enim Concilium id non decidere, sed supponere opinionem communem, quæ hoc asserit, & satis probabilem esse non negamus.

58 De Joanne XXIII. narratur in hæresim incidisse,eo quod dixerit vitam æternam non esse, & animam hominum ad instar brutorum simul cum corpore mori, & extingui. Sed hæc est mera impostura, & duobus modis refelli potest. Et primò hunc Joannem XXIII. non fuisse certum & indubitatum Pontificem, immò eo tempore tres fuisse simul Pontifices : neque facile constare potuisse, quis esset verus Pontifex ; ut constat ex longissima historia,quæ legitur in actis Concilii Constantiensis *tom.*2.*Concil.* & propterea justimè à Pontificia dignitate depositi sunt, & concordi Patrum consensu electus fuit Martinus V. qui diuturnum schisma feliciter sedavit, & Christianam Remp. prudenter deinceps in pace, & tranquillitate gubernavit. Secundò respondetur,quod licèt ex dicto Concilio Constantiensi *pag.*1060. probetur illum errorem objectum fuisse Joanni XXIII. minimè tamen constat illum fuisse probatum ; quinimò in principio accusationis annotantur articuli, qui probati sunt ; is verò qui penultimus est,inter eos ponitur, qui objecti sunt, non tamen probati, sed solùm vulgi rumore illud de Joanne dicebatur ; cùm enim viderent homines illum perditissimis moribus vivere, existimare cœperunt eum non credere vitam futuram : quàm autem inefficax sit hoc argumentum, experientia ipsa demonstrat ; passim enim cernimus multos, qui rectissimè credunt,& perditissimè vivunt : facit illud Matth.23. *Quæ dicun facite ; quæ faciunt,facere nolite.* Non desunt tamen qui asserant aliquos Romanos Pontifices tanquam tales publicè docendo,ac proinde in publicis fidei, & morum decretis errasse ; sed hæc sunt apertissima mendacia : quod ut patefiat, singula breviter percurremus.

In primis, inquiunt errasse Joann.XXII. dum publicè docuit animas etiam purgatas ante finale judicium Deum non visuras ; quod tanquam indubitatum tradit Adr. Papa *in* 4. *de Confirmat. ad finem :* sed plenè tam ipse, quàm alii id referentes totaliter falluntur ; nunquam enim reperitur hujusmodi Joannis XXII. decretum, neque unus Joannes Gerson, quem omnes ad id citant *in sermone de Pasch.* qui habetur *tom.*4 *pag.*93. id affirmavit : sed solùm postquam varia dixit, tandem colligit, *propter quod apparet falsitas doctrinæ Papæ Joannis XXII.* non tamen explicat in quo falsum docuit ipse Joannes, nec an id docuerit tanquam Pontifex, & lege latâ, secundùm quam voluerit tenere, & credere fideles omnes, an verò tanquam privatus ? Immò constat nunquam Joannem XXII. post Summum Pontificatum adeptum ea de re aliquid effinivisse, sed illud tantùm legitur, quod cùm ad ejus rei definitionem se pararet, morte præventus definire non potuit, ut expressis verbis asserit Benedictus II. ejusdem Joannis XXII. successor, *in sua Extravag. incip. Benedictus*, quam refert Castr. *adversùs hæreses, verb. Beatitudo* ; atque ita manifestissimum fit falsò à prædictis imponi Joan. XXII. quod tanquam Pontifex definierit illum articulum, ut bene considerat can. *de loc. theolog. lib.*6. *c.* 8. *in resp. primi argumenti.* Card. Bellarm. *de Rom Pont. lib.*4.*c.*14. *vers.*30. attestantes ex Joanne Villano *hist. lib.*10. *c. ultimo*, ipsum Pontificem pridie quàm moreretur, declarasse se nunquam cùm hac de re loquutus erat, quæstionem definire in animo voluisse, sed solùm dicere ad veritatem indagandam,& insuper addidisse,jamjam existimare probabiliorem esse sententiam, quæ ait Beatos frui visione divinâ ante diem judicii.

De Cœlestino III. inquiunt quod ille *in quadam Decretalem, incip. Laudabilem*, quæ habebatur in antiqua compilatione,cujus integram refert Ant. August. *collect.*1.*Decret. lib.*3.*tit.*20.*cap.* decernendo constituerat matrimonium de præsenti dissolvi per hæresim supervenientem alterius conjugis : quem errorem notavit Innocentius III. 59

in cap. quamvis, de divort. & damnat. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 5.* Sed videbatur poſſe reſponderi juxta Hoſtienſis doctrinam *in cap. ex parte, il 2. verb. copulari, de converſ. conjug.* dum reſolvit materiam de qua *in d. Extravag.* eſſe ab Eccleſia definibilem, hoc eſt, quod licèt hodie ab Eccleſia definitum ſit vinculum matrimonii non diſſolvi per hæreſim, juxta *d. cap. quanto, de divortiis*, & Conc. Trid. *d. can. 5.* potuiſſe nihilominus Eccleſiam, & Summum Pontificem contrarium ſtatuere, ut pro eo tempore videtur conſtituiſſe Cœleſtinus, quemadmodum etiam Eccleſia conſtituit matrimonium ratum diſſolvi per ingreſſum religionis, *diſt. cap. ex parte, cap. 2. cap. ex publico, eod. tit.* atque etiam quod conſummatum inter infideles diſſolvatur, ſi alter ad fidem convertatur, & cum infideli vivere non poſſit ſine contumelia Creatoris, id eſt; quia non patitur ipſum Chriſtianè vivere, vel à ſuſcepta fide dimovere conatur, *d. c. quanto, cap. ſi infidelis, 28. q. 2.* quemadmodum tandem conſtituit, quod ſi alter labatur in hæreſim, & qui in fide permanſit, velit ad religionem tranſire, non cogitur redire ad alterum, qui ex infidelitate revertitur, ut dicidit textus *in cap. ult. de converſ. conjug.* vel etiam ſi velit ſacros Ordines ſuſcipere, ex doctrina Gloſſ. *verb. Sacerdotii, in c. conſtitut. de converſ. conjug.* recepta, ut per Gutier. *can. lib. 1. c. 17. à n. 21. & c. 25. n. 5.* D. Barboſ. *in rub ff. ſolut. matr. p. 2. n. 20.* & ex aliis, de quibus Henriquez *in ſumm. lib. 11. cap. 8. §. 10.* Sed meritò illam Hoſtienſ. doctrinam improbat Abb. *in d. cap. ex parte, num. 7.* oſtendens minimè potuiſſe Eccleſiam propter fornicationem, vel hæreſim diſſolvere vinculum matrimonii conſummati inter fideles, quemadmodum neque per diſpenſationem, vel conſtitutionem ex quacumque alia cauſa graviſſima, veluti cum rege habente uxorem ſterilem, reſolvit idem Abb. *in d. cap. ex publico, n. 14.* & eſt receptiſſima reſolutio ex his, quæ eleganter reſolvit Cardinal. Bellarm. *tom. 2. lib. 2. de matrimon. cap. 15. cum ſequentib.* & plures, quos refert Henriq. *dict. lib. 11. cap. 2. §. 3.* Ratio verò ſumitur, tum ex auctoritate Chriſti Domini, qui Sacramenti excellentiâ contractum matrimonii illuſtrans, illud poſtquam conſummatum eſt, voluit eſſe omninò indiſſolubile, verbis illis ſanctiſſimis Matth. 19. *Quos Deus conjunxit, &c.* junctis præcedentibus ibi, *jam non ſunt duo, ſed una caro*, quæ de ſolo conſummato rectè interpretatur Pontifex *in d. cap. ex publico;* tum etiam ex generali ſignificatione illa matrimonii conſummati, de qua *in cap. debitum, de bigamis*, ſcilicet conjunctionis Chriſti cum Eccleſia per carnis aſſumptionem; quæ cùm omninò ſit individua, ita & matrimonium hoc, quod illam ſignificat, omninò individuum eſſe oportet; ac per conſequens nihil concludit ratio illa, quam ex matrimonio rato adducebamus: ſicut nec altera de matrimonio inter infideles; quod licèt legitimum ſit quatenus habet rationem contractûs, non tamen eſt ratum, nec Sacramenti excellentia, & ſignificatio illa in eo reperitur, & conſequenter per converſionem alterius prædicto caſu diſſolvitur, ut *in d. c. quantò, & in d. c. gaudemus, de divort.* explicant latè Sot. *in 4. diſtinct. 39 q. unic.* Valent. *tom. 4. diſp. 10. q. 1. puncto 7.* Card. Bellarm. *c. 17. verſ. ad tertium multi*, de quibus Henriq. *d. lib. 11. c. 8. §. 4.* ſic interpretantes dictum Gregorii III. *in cap. ult. 28. q. 2.* contumelia Creatoris ſolvit jus, id eſt, vinculum matrimonii. Ultimum verò *ex cap. final. de converſ. conjug.* ea enim ratione procedit, quia per hæreſim fit divortium quoad thorum in perpetuum; ita ut licèt hæreticus ad fidem revertatur, non teneatur fidelis, qui ab eo auctoritate Eccleſiæ ſeparatus eſt, eundem recipere, *c. de illa, de divort.* cum aliis, de quibus Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 5. §. 5. n. 5.* Gutier. & D. Barboſ. *dict. loc.* Unde ex his manifeſtum eſt contra Hoſtienſem, non potuiſſe Cœleſtinum conſtituere, ut vinculum matrimonii conſummati inter fideles per hæreſim diſſolvatur, ita ut poſſit fidelis relictus ſecundum matrimonium contrahere; immò ante eum contrarium ſtatuiſſe videtur Alexand. III. *in cap. 2. illo tit. de divort.* Quare faciliùs reſpondebis cum Can. *d. cap. 8.* Card. Bellarm. *d. lib. 4. c. 14. verſ. 33.* quod Cœleſtinus *in illa Extravag.* generale ſtatutum concedere noluit, quod Eccleſia obſervaret, ſed ſuam opinionem cuidam Epiſcopo conſultanti ſignificaſſe, ut in multis aliis Pontificum epiſtolis ſæpè legitur: notat Gloſſ. *verb. probabilior, in c. cum Martha, §. quaſiviſti, de celebr Miſſa*, & ex verbis ejuſdem Cœleſtini, quæ refert Anton. Auguſt. *citato loco*, clariſſimè apparet, dum inquit, *non videtur nobis, &c.* & conſonat Innocent. III. *in d. c. quanto*, ibi, *Licet quidam Prædeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur.* Quæ verba ſatis oſtendunt ſententiam fuiſſe Cœleſtini, ſeu opinionem tanquam privati Doctoris, non autem Decretum Pontificis, quà talis, ſicut etiam contra opinionem Principis vel Imperatoris liberum ſæpè fuit Jureconſultis reſpondere, ut *in l. Æmilius*, ibi *putabant benè judicatum*, &c. *ff. de min.* & apud Gutierrez *canon. lib. 1. c. 32. n. 59.* contra legem verò, vel Decretum ipſius, non ita.

De Gregor. III. inquiunt, quod *in c. propoſuiſti, 32. q. 7.* probat diſſolvi matrimonium propter uxorem infirmitatem ſupervenientem: ubi Gratianus planè fatetur Gregorium reſpondiſſe contra ſacros Canones, & Evangelicam veritatem: ſed hoc aſſerere de ullo Pontifice nefas eſt, præcipuè de ſanctiſſimo illo Papa, cujus dicta firmiter tenenda Leo Pontifex declaravit *in c. de libellis, 20. diſtinct.* Deinde quia verius eſt textum illum eſſe B. Gregorii I. reperitur enim in ejus epiſtola ad Auguſtinum, relata *tom. 2 Concil pag. 181.* licèt reclamet Card. Bellarm. *d. lib 4. c. 12.* Quare Covar. *d. §. 3. n. 5. in fine*, inquit Gregorium ibi non approbaſſe ſecundum matrimonium, ſed cum barbaris noviter ad fidem converſis diſſimulaſſe. Sequitur Cardin. Bellarm. *d. c. 12.* Alii intelligunt de matrimonio contracto inter infideles deinde ad fidem converſos. Alii quod prima fuerint ſponſalia de futuro; ſed omnes divinant, ut benè advertit Sot. *in 4. diſt. 35. q. 1. art. 3. ad fin.* Quare ipſe communem ſequitur, quod ſcilicet impotentia uxoris naturalis fuit, & præceſſit matrimonium, quamvis poſt illud contractum apparuerit; quemadmodum etiam intelligitur textus *in c. ex litteris, de frigid. & maleſic.* Eandem ſolutionem ſequitur Can. *d. c. 8.* Specul. Conjug. *p. 1. art. 38.* Valent. *tom. 4. diſp. 10. q. 1. p. 7. verſ. quintò objicit*, & ante iſtos Carranz. *in ſum. Conc 283.* & ſic priorem non fuiſſe legitimam uxorem ob impedimentum perpetuum, idque ſolùm declaraſſe Pontificem *in d. cap propoſuiſti.* Exiſtimant quoque Menoch. *de arbit. lib. 2. cent 5. caſ. 410 n. 95.* Card. Bellarm. *lib. 1. de matrim. c. 11. in fin. & lib. 4. de Pontif. c. 12. col. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 80. n. 16. verſ. ad 5.* Sed contra hunc intellectum faciunt verba ipſius textus, quæ aperriſſimè ſupponunt primum matrimonium validum

60

fuiſſe

UAB Biblioteca de Ciències Socials

fuisse ibi, *Non tamen subsidii opem ei subtrahat, quoniam infirmitas præpedit.* Quapropter dicendum videtur, non solùm tolerantiam in eo textu contineri sed approbationem Pontificis, ut scilicet voluit, & potuit ex justa causa dispensare in vinculo prioris matrimonii rati, ut scilicet vir propter supervenientem uxoris infirmitatem ante copulam possit contrahere cum secunda. Causa autem justa erat, scilicet periculum incontinentiæ in omnibus barbaris & recenter ad Fidem conversis, ut constat ex eodem Gregorio *d. epist.* ibi, *præsertim tam barbara gente.* Posse autem Summum Pontificem in matrimonio rato ex justa causa dispensare, probant, & concedunt nostri communiter post glossam ultimam *in d. c. ex publico*, ut constat ex multis, quos refert Gutier. *d. c.* 17. *in princ.* & omninò *n.* 12.

61 De Alex. III. inquiunt, quod *in d. c. licèt, de sponsa duor.* refert quosdam Prædecessores suos judicasse matrimonium ratum dissolvi per secundum consummatum, contra veritatem receptissimam, quam *ibi* confirmat Alex. Pont. & Innoc. III. *in c. ult. eod. tit.* Sed respondetur ex dicti Prædecessores Alexandri non edidisse generale Decretum, quod est nostræ disputationis intentum, sed tanquam privatos Doctores id asseruisse, ut ipse Alex. clarè significat ibi, *aliquando judicatum*; judicare enim idem significat atque sentire, seu opinari, ut benè interpretantur Can. & Bellarm. *prox. citatis locis*, & multis adductis Henr. *d. lib.* 11 *c.* 8. § 12. *juncta lit. P*, ubi post Cov. *d. p.* 2. *de sponsa. c.* 7. §. 3 *n.* 5. variis aliis modis conatur textum illum interpretari: sed vel divinant, vel falsum docent, ut alibi opportunius.

62 De eodem Alexandro III inquiunt errasse, quatenus dum *in cap. cùm esses, de testam.* reprobat leges civiles, quæ in testamentis septem testes requirunt, adducit rationem, quòd Legi divinæ contrariæ sint, cùm nulla reperiatur Lex divina necessariò obligans, quæ vetet ex justa causa plures testes exigere; illa enim Deut. 17. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum*, judicialis erat, quæ per adventum Christi Domini expiravit, ex regula *c. unic. de purificat. post part. & cap. translato, de constit.* Deinde justissima erat ratio, propter quam lex civilis septem testes in testamentis exigit, ut scilicet falsitatis occasiones evitaret, quibus morientium voluntates subjectæ sunt, *l. ult.* ibi, *ne quid falsitatis incurrat, C. de fideic.* optimus textus *in* §. 1. *in fine, Inst. de testam.* Sed omissa interpretatione Connan. *comm. Jur. civil. lib.* 9. *c. ad fin.* quàm merita reprehendit Conlusitanus noster Bart. Philip. *in tract. de Consil. Princ. discursu* 7. *privil.* 24. & omissis multis, quæ de illius textus materia & intellectu circa alias quæstiones tradunt ibi scribentes, quos latè congerit Cened. *ad Decretal. collect.* 159. Quibus adde Cevall. *comm. contr. comm q.* 310. & *q.* 700. Fachin. *controv. jur. lib.* 6. *c.* 47. Magdal. *de num. testium in testam. requisit. p.* 2. *c.* 8. & 9. *per tot. pag.* 436. *cum seqq.* Quod præsentem attinet difficultatem facilè respondetur, neque in decisione, neque in ratione doctissimum Pontificem de errore argui posse: minimè in decisione, quia secundùm receptam, & veram sententiam non generaliter abrogat Pontifex leges civiles, quæ in testamentis in suo foro, & inter suos subditos septem testes requirunt; sed solum negat illas esse observandas in terris temporalis Ecclesiæ dominio subjectis, qualem constat esse Episcopatum Ostiensem, de quo ibi sermo erat, ut patet ex subscriptione, juncto textu ibi, *In tuo Episcopatu.* Indéque colligitur in terris Principis sæcularis eam decisionem observandam non esse, ut concludunt Gloss. Joan. And. Card. Abb. & alii communiter, teste Covar. *n.* 12. ibi, & ultra proximè citatos Valasc. *cons.* 74. *n.* 4. Spin. *in specul. testam. gloss.* 31 *n.* 38. Menoch. *de præs. lib.* 1 *præsumpt* 80. *ex n.* 21. Rationes etiam optimè adaptantur; non enim inquit textus esse contra Legem divinam requirere plurium testium quàm duorum vel trium numerum, immò id in pluribus casibus licitum esse probat idem Alex. III. *in cap. licet universis, in fin. de testibus*, & unius exempli causâ nobis sufficit: de quo *in cap. Præsul.* 2. *q.* 4. & ex eodem textu *in d. cap. cùm esses*, ostenditur, dum ultra duos, vel tres testes necessariò requiritur Parochi præsentia, quam non requireret, si intelligeret, attentâ Lege divinâ obligante, plures quàm duos, vel tres exigi non posse, ut benè consideravit Fort. *de ult. fin. illat.* 15 *n.* 168. *Solùm ergo, ut ex littera apparet*, inquit Alex. *consuetudinem illam Episcopatus Ostiensis esse alienam, id est, diversam à Lege divina, quia scilicet nulla est Lex divina, quæ septem testes requirat*, ut advertit Can. *dict. cap.* 8. *verf. at quarti*, & latiùs Spin. *d. gloss.* 31. *à n.* 34. Quam rationem ex se sufficientem non esse ad annullandam consuetudinem, benè intellexit idem Pontifex, ideóque alias subjungit rationes, scilicet quod esset aliena à Sanctorum Patrum institutis, & generali Ecclesiæ consuetudine, quæ nunquam in tertis Ecclesiæ illam admisit solemnitatem Juris Civilis, de numero septem testium in testamentis, ac proindè indecens videbatur consuetudo Episcopatus Ostiensis subjecti in temporalibus Ecclesiæ, dum non observat generalem Ecclesiæ consuetudinem, contra regulam textus *in cap. quæ contra mores*, 8. *dist. cum similibus*, & difficultatem absolvit latè Magdalen. *d. tract. cap.* 1. *n.* 12. *cum seqq. p.* 1.

De Nicolao IV. seu III. (ut falsò alii) inquiunt 63
errasse, dum *in c. exiit, de verb. signific. lib.* 6. docet Christum Dominum abdicationem proprietatis, tam in particulari, quàm in communi verbo docuisse, pariter & exemplo, quod hæreticum declarat Joannes XXII. *in Extravag. Cùm inter, de verb. sign.* Sed omissis multis, quæ pro concordia adducunt Turrecr. *in sum. lib.* 2. *c.* 112. *verf. ad* 10. Can. *d. c.* 8. *verf. ad* 6. Card. Bellarm. *d. c.* 14 *verf.* 34. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 24. *q.* 8. quod ad præsentem attinet difficultatem, facilè respondetur, præmisso duplicis paupertatis gradu, quem pro diversis temporibus Christus Dominus verbo, & exemplo docuit: aliquando enim rigidam illam paupertatem verbo & exemplo approbavit, ut neque in communi, neque in particulari licitum fuerit aliquid proprium habere: verbo, cùm mittens Apostolos ad prædicandum, dixit Mat. 10. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, nec peram, &c.* Exemplo, cùm *Matth.* 8. dixit, *Filius hominis non habet ubi reclinet cap.* & cùm *Luc.* 8. fœminæ devotæ ipsum sequentes, eisdem, & Apostolis nihil in communi, vel particulari habentibus, necessaria tantùm ministrabant. Aliquando tanquam communis parens alteram paupertatem minùs rigidam docuit, infirmitatibus hominum condescendés, hoc est, pro illis, qui vitam illam perfectiorem sectari non auderent, loculos, ac proprium in communi habuisse legimus *Joan.* 13. *juncto c. habebat, & c. exemplum*, 12. *q.* 1. & quæ de consuetudine Apostolorum refert textus *in c. dilect. eod. q.* Hoc supposito jam apparet facilis sensus Nicolai IV. *in d. c. exiit*; ut enim concluderet licitam esse strictam illam paupertatem in particulari, & in communi, asserit Christum Dominum eam aliquando verbo, &

exemplo docuisse; minimè autem negat interdum etiam loculos, & alias res habuisse in communi, immo id expressè fatetur *in vers. nec hic.* Per contrarium verò Joann. XXII. *in d. Extrav. Cùm inter*, solùm, inquit hæreticum esse negare Christum Dominum ejusque Apost. in speciali, vel in communi aliqua habuisse; non verò damnat eorum sententiam, qui asserunt aliquando verbo & exemplo Christum docuisse paupertatem illam perfectam, & abdicationem proprietatis in communi, & in particulari; atque ita secundùm diversa tempora facilè conciliantur Pontifices, ut scilicet Nicolaus velit aliquando Christum docuisse paupertatem in particulari, & in communi, aliquando etiam loculos habuisse. At verò Joan. XXII. solùm decernat hæreticam eorum sententiam, qui absolutè negant Christum, & Apostolos loculos, vel alias res in communi, vel particulari unquam habuisse.

64 Multa alia præterea, quæ Summis Pontificibus impii objiciunt Novatores, quia vel ad præsens propositum non pertinent, vel apertissima sunt mendacia. Ad quæstionem enim præsentem non spectat historia illa, seu magis dissensio, & inimicitiæ Formosi Pontif. cum Steph. IV & Sergio III. ipsius successoribus, qui Formosi corpus ob antiquum odium à sepulchro eruere, contumeliis afficere, & in Tyberim projicere jusserunt; hujusmodi enim contentiones, etsi damnabiles esse non negemus; hæreticos tamen non faciunt Pontifices, qui pravas animi passiones sequentes, aliquando in hoc, aliquando in illud peccatum incidere posse jam suprà ex Paul. *ad Hebr.* 7. ostendimus, & post Turrecr. *lib.* 2. *c.* 112 *vers. ad novum*, notat Card. Bellarm. *d. lib.* 4. *cap.* 12. *vers.* 23 Quod verò de Martino II quod magis artibus Pontificatum adeptus sit, inquiunt Platina & alii Historiographi, qui id ipsum affirmat de Sylvestro II. quod scilicet adjuvante diabolo ad pontificatum fuerit promotus, eique fecerit homagium, quod post mortem illius esset, & ejus fraudibus tantam dignitatem fuisset adeptus; quod etiam fatetur Albertin. *de agnosc. assert.* 9. *n.* 12. Respondetur ad ea ambitionem & largitionem Martini II. ad obtinendum Pontificatum eum non facere hæreticum Pontificem, neque culpas ante adeptam pontificiam dignitatem posse imputari Pontificibus, ut sæpe diximus: eodem etiam modo responderi potest ad illud de Sylvestro II. quamvis enim concedatur malis artibus, id est, magicis pontificatum obtinuisse; iidem Authores, qui hoc asserunt, fatentur etiam sanctè obiisse, & commissæ culpæ veniam à Deo petiisse, & impetrasse, quod eleganti historiâ solent comprobare de ejus pœnitentia, & morte, quæ cernitur in templo sanctæ Crucis in Hierusalem, & describitur per Platinam. Respondetur deinde tum aliis Pontificibus, tum etiam huic Sylvestro II. impositum fuisse crimen hoc magiæ, non quòd magnus fuerit, sed quòd insignis Geometra, & Philosophus fuit; & ideò seculo infelici, & inerudità vulgi opinione magus putabatur; indeque fabula per imprudentes Scriptores divulgata est, ut post Onuphr. & Card. Bell. *d. cap.* 12. *in fin.* latè ostendit Mart. Delrio *d. quæst. Magic. lib.* 1. *q.* 12. § 9. De Gregorio VII. consultò non agimus; omnia enim quæ illi objiciunt hæretici, sunt ficta mendacia, conficta à Bennone quodam Cardinale facto ab Antipapa Clement. III. quem in odium ipsius Gregorii creavit Imperator Hericus IV. & si unum Bennonem excipias, apud reliquos omnes ejus temporis Scriptores certissimum est Gregor. VII. pium fuisse Pontificem, & christianæ religionis acerrimum defensorem, pro qua immanissimas persecutiones, & cum pessimo Imperatore inimicitias perferre non dubitavit, sed fortiter sustinuit, ut post Marian. Scot. Plat. Volater. & reliquos omnes prosequitur Card. Bellarm. *d. lib.* 4 *c.* 13. *per tot.* & constat ex forma electionis ejusdem Pontificis, quam refert Platina *in ipsius vita*, ubi Cardinales, & universus Clerus varias ejusdem Gregorii virtutes prædicant, & unanimem Patrum consensum in illius electione recensent.

Illud demùm benignum Lectorem monendum 65
esse volo, ut circa prædictas, & alias impostoras cautè legat Platinam; quippe quod aliqua in eo indignationis suspicio in Pontificium honorem posset timeri, ex eo quod tentans aliquando à Paulo II. ad futurum Concilium appellare, in compedes, tetrumque carcerem conjectus fuerit, ut ex ipso Platina refert Marc. Ant. Cuch *In inst. major, lib.* 2. *tit.* 3. *de Concil. n* 48. Sicut etiam similibus captis 66
occasionibus alii odia sua in Papam disseminarunt, ut de Ant. Rosello advertunt Joan. Nviz *in Syv. nupt. lib.* 1. *n* 132. & Lambert. *de jur. patr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 4. *art.* 13. *n.* 6. Et de Abbate Panormit. referunt Læl. Jordan. *in tract. de Rom. Sed. vrig. c.* 8. *n.* 2. & Paul. Grisald. *in decis. Cathol. Fid. verb Petrus, n.* 2. *in resp.* 1 & 39. *controv. Euth.* Et de Petro Ferrario post Petrum Rebuff observat Dionys. Paul. Lop. *in flos. aul. de Cleric. excell. p.* 2. *n.* 58. *vers. Petrus etiam.*

Cùm igitur Pontifex ex hucusque dictis à ne- 67
mine sit judicandus, *d. c. si Papa*, 40 *dist.* Dec. *in c. significasti, num.* 9. *de elect.* Felin. *in c. nihil, n.* 4. *de præscript.* Card. Bellarm. *de Rom. Pont. c.* 26. *in princ. & lib.* 2. *de Conc. auct. c.* 17. Card. Tusch. *pract. Conc. tom.* 6. *litt. P. concl.* 40. *n* 13. ipse sibi in causis propriis 68
jus dicere potest, ut notatur *in cap.* 1. *de imm. Eccl. lib.* 6.

Nam & ipse solus judicat de privilegiis Apos- 69
tolicæ Sedis, *c. cum remissione, de judic.* & ejus sententiæ stabitur contra omnes, Gloss. *in c. in istis* 4 *dist.* Nec ejus sententiam quisquam poterit retractare, 70
nisi ita ab eo sit lata, ut valeat immutari, *c. patet, cum seqq.* 9. *q.* 3. *c. nemini*, 17. *q.* 4. aut ipse judicio arterius eam submiserit reformandam, *c. Apostolicæ*, 35. *q.* 9. vel nisi successor ejus illam duxerit immutandam; quod non sine gravi ratione fieri posse Nicolaus Papa demonstrat *in c. sententia, eadem caus. & quæst.*

Similiter quod ipse Papa approbat, aut repro- 71
bat, nos similiter approbare vel reprobare debemus, Gloss. *in c. Roman.* 19. *dist.* si fidem Petri tenet, sicut & Sedem, ut docet sanctus Hieron. *in c. hæc est fides.* 24. *q.* 1.

Ejus quoque auctoritas in iis, quæ à privatis 72
personis, aut judicibus, vel etiam ab universali Concilio aguntur, semper excepta intelligitur, cap. significasti, de elect. c. venientes, de jurejur. c. cùm à nobis, de testib. Clem. 1. ut lite pend. Clement. quia contingit, circa princ. de relig. domib. Conc. Trid. sess. 7. de reform. in princ. & c. 6. & sess. 24. de reform. c. 1. & sess. 25. etiam de reform. c. ult.

Denique ei omnes parère tenentur, tam fideles, 73
quàm etiam Ecclesiarum Prælati, ac omnes principes sæculares, *c. ego N. de jurejur. Clem.* 1. *eod. tit.* Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 2. ac ita in temporalibus causis plenam habet potestatem ad finem supernaturalem assequendum, non solùm in attingentibus vassallos, sed etiam contra proprias ipsorum Regum & Principum personas, ut benè probat Petrus Barbosa Homen Regius

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gius Magistratus *en los discursos de la juridica y verdadera razon de estado, part. 1. art. 2. præsup. 6.* & refert quædam exempla ibi, *Por crimines de sacrilegio y heregia, privo y depuso el Papa Innocencio al Emperador Federico: Alexandro III. al Emperador Enriquez. Bonifacio VIII. al Felipe Rey de Francia, y Julio II. al Don Juan de Brit Rey de Navarra,* &c. Quinimò adeò debetur Papæ obedientia, ut neque cuiquam Apostolo refurgenti parendum esse contra eum affirment Panorm. & Doct. *in cap. quod translationem, de off. deleg.* quod & de Angelo insinuavit Apostolus *ad Galat. 1. n. 8.* dicens, *Licèt Angelus de Cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis,* &c. Et ideo licèt totus Mundus sentiret contra Papam, standum erit ejus sententiæ; & declarationi. Philip. Prob. *ad Monach. in c. super eo, n. 29. de haret.* ubi dicit Papæ sententiam prævalere sententiæ omnium Episcoporum Valenz. *in monit. contra Venet. p. 6. ex n. 91. & p. 7. ex n. 122.* ubi quod illud quod Papa approbat, vel reprobat, omnes approbare, vel reprobare debent, Solorzan. *de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. c. 14. n. 43. & 44.*

74 Papa enim etsi homo sit & mortalis, ratione tamen officii, & potestatis aliquid supra homines, & commune cum Deo habere dignoscitur; adeò ut quidam dixerit, quodammodò neque Deum esse, neque hominem, quasi neuter sit inter utrumque, Gloss. *in verb. homini, in c. fundamenta, de elect. in 6. & in proœm. Clem. in verb. Papa,* Joan. de Turrecr. *in summ. de Eccles. lib. 2. cap. 37.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 40. n. 9.* grandis est enim ejus potestas, Boët. *decis. 247. n. 4.* Castr. *cons. 188. Primum dubium, in princip.* quia est omnia & super omnia Afflict. *decis. 265. num. 14.* Abb. *in q. 1. col. 3. post prine.* Et major est jurisdictio Papæ, quàm Angelorum, Peregr. *de jure Fisce, lib. 1. tit. 1. n. 2.* Solorzan. *de jure Indiarum tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 78.* Quare præter potestatem hanc maximam & auctoritatem, quam infrà videbimus, multa habet præeminentiæ specialia privilegia, & prærogativas plurimas, quarum aliquas referemus.

75 Primò enim Papa electus à nemine confirmatur; cùm nullum in terris Superiorem agnoscat, ut proximo capite vidimus, *n. 112. & seqq.*

76 Secundò, pallio quo Patriarchis, & Archiepiscopis in solis Missarum solemniis, certis tantùm diebus, & in suis Ecclesiis dumtaxat uti licet, solus Romanus Pontifex semper utitur, & ubique, quoniam assumptus est in plenitudinem potestatis, quæ per pallium denotatur: alii verò in partem tantùm solicitudinis sunt vocati, *cap. ad honorem, de auct. & us. pall.* Sylvest. *in sum. verb. pallium, in prine.* Isidor. Moscon. *de Majest. Milit. Eccl. p. 1. lib. 1. c. 8. pag. 235. lit. C.* Illustrissimus D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. pallium, 6. n. 2. dist. 100.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 31. in princip.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 12. n. 20. & 21.* Machado *d. tom. 2. lib. 4. docum. 18. n. 2.*

77 Tertiò, crucem ubique terrarum ante se defert, quam tamen Patriarchæ, & Metropolitani, ac Apostolicæ Sedis Legati in suis tantùm Provinciis ante se ferunt, *cap. antiqua, de privil.* ubi dixi *n. 14.* Machado *d. docum. 18. n. 3.* Immò supra Prælatos cùm iter longius ad alias arripit civitates, sanctum Altaris Sacramentum secum præferre consuevit, ut in cæremoniali Romani Ecclesiæ, de cujus cæremoniæ usu & mysterio integrum librum edidit Angel. Rocha sacri Palatii Sacrista.

Quartò: nomen Romani Pontificis in Missa 78
semper, & ab omnibus recitandum, & ipse Domino commendandus, ut Clemens Papa I. instituit, & habetur *in Concil. Vasens, can. 4.*

Quintò: Non tenetur, nec cogi potest ad Con- 79
cilium accedere, cùm per Legatos possit interesse, Card. Bellarm. *lib. 1. de Conc. cap. 9. vers. Catholici omnes.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in com. ad cap. regula, n. 3. dist. 27.* ad quod cæteri Prælati omnes de jure tenentur, *cap. non oportet, 18. distinct.* ita ut si vocati venire negligant, præhibitâ admonitione, & citatione debeant declarari. Cardin. Jacob. *de Concil lib. 1. art. 5. in princip. fol. 114. col. 1.* Campeg. *cod. tract. c. 13.* Quarant. *in summ. Bullar. verb. Concil. n. 7.* Zerol. *in praxi Episcopi, p. 1. cod. verò, §. 5.*

Sextò: Non adstringuntur in tractandis negotiis 80
habere Cardinalium consensum, licèt consilium requirere debeat, *ut infrà hoc lib. c. 4. de dignit privil. & offic. Cardinalium,* latè dicemus. Prælati verò reliqui pleraque sine Capitulorum consensu agere nequeunt, ut infrà suo loco videbimus.

Septimò: Gratia, quam Papa concesserit, eo 81
mortuo non revocatur, etiamsi adhuc res integra maneat, *cap. si super gratia, de offic. deleg. lib. 6. cap si cui, de prebend. eod. lib.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 12. in princ. n. 31. & seqq.* ubi in pluribus exemplis hoc ipsum demonstrat.

Octavò: Ordinatus à Papa non potest ab ea 82
absque licentia proficisci, *cap. filium, 1. q. 1.* & est à proprio Episcopo in eo Ordine honorandus, *cap. per tuas, de major. & obed.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 3. proœm. n. 116.* nec potest cum Episcopus ad altiorem Ordinem promovere sine Papæ licentia, *cap. in distribuendis, de temp. ord.* Erasm. à Chokier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, p. 1. q. 21. c. 1.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 30. num. 22.* Galganer. *de jur. public. lib. 3. tit. 13. num. 15.* & ab ipso Papa solùm deponi potest, Gloss. & Doct. *in d. cap. filium,* Capell. Tholos. ubi Add. *decis. 295.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5 2. n. 25.* Aloys. Ricc. *in Collect. decis. p. 5. Collect. 1452. vers. infertur quartò.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 112. num. 12.* & convinci non nisi pluribus testibus potest, Erasm. à Chokier *d. q. 21. in princ.*

Nonò: Delegatus à Papa est supra Ordinarium 83
in causa sibi commissa, *c. sanè, de offic. deleg.* Sbroz. *de offic. Vic. lib. 2. q. 62. n. 10.* Bellenc. *de charis. subs. q. 91. n. 1.* Francisc. Molin. *de brach. secul. c. 6. n. 12.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 3. n. 65. cum seqq.* Bobadil. *in sua polit. lib. 2. c. 21. n. 59.* Gutier. *de matrimon. c. 63. n. 29.* Joseph Aldrete *de relig. disciplin. tuend. lib. 1. c. 3. n. 33.* Molin. *de justit. tom. 6. tract. 5. disp. 26. n. 1.* ubi etiam resolvit quod loci Ordinarius absolvere non poterit excommunicatum à Delegato Summi Pontificis, etiamsi is delegatus jam esset defunctus, aut aliâ ratione jurisdictio in illo expirasset.

Decimò: Electus à Papa, cæteris paribus, est 84
præferendus, & honorandus, *cap. per tuas,* ubi Glos. notabilis, *de major. & obed. cap. cum cui, de prebend. lib. 6.* Hoc Canonicum creatum à Papa cæteris paribus esse præferendum Canonico facto ab inferioti, resolvunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 3. proœm. n. 114.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. 5. p. 4. collect. 1430. vers. hinc infertur primò,* & provisus à Papa est præferendus in concursu, data in omnibus paritate, Gonzal. *dict. §. 3. proœm. num. 11. & gloss. 15. §. 2. n. 67.* Aloys. Ricc. *d. p. 4. collect. 1442.* ita ut si unus habeat collationem beneficii à Papa,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alius verò ab Ordinario, neutro possessionem obtinente, si non appareat de prioritate, præferatur qui à Papa impetravit, propter prærogativam concedentis: teferto Ego ipse *de effic. & potestat. Episc. p.3. alleg.67. n.14.* Hinc etiamsi provisus à Papa, & provisus ab Ordinario, sub eodem die, eodémque momento capiant possessionem, præferendus est provisus à Papa, Gonzal. *d. §.3. præam. num.13.*

86 Undecimò: Si Papa cum excommunicato communicet, non incidit in excommunicationem, Gloss. *in cap. si inimicus, 93. dist. & in cap. nulli, de sent. excom.* S.Anton. *p.2. tit.1. cap.5. §.2.* Covar. *in cap. alma mater, p.1. §.1. n.3.* Ugolin. *de censur. tab.1. c.3. §.8. n.3.* Anton. Ricciul. *de jure person. extragrem. Eccles. exist. lib.4. cap.42.* junctis latè traditis per me *in Collect. ad d. cap. si inimicus, n.1.*

87 *cum seqq.* quin potiùs si excommunicatum sciens, & volens salutaverit, eo ipso talis est absolutus, *Clem. fin.* ubi Gloss. & Doct. *de sentent excom.* Covar. *d. p.1. §.2. n.2. in princip.* Menoch. *de præsumpt. lib.2. præsumpt.20. n.30.*

88 An autem, & quando Papa possit licitè absque peccato communicare cum excommunicato, vide Covar. *d. part.1. §.2. n.8.* Ugolin. *de cens. tab.1. cap.4. §.1. à n.2. & tab.2. cap.13. §.12. n.3.* Suar. *tom.5. etiam de cens. disp.7 sect.9. à n.12.* Sayr. *in simil. tract. lib.2. cap.16. n.13.* Avil. *cod. tract. §.2. c.6. disp.9. dub.1. conclus.3. cum seqq.* Ricciul. *dict. lib.4. cap.41. ante n.14.*

89 Duodecimò: Qui summo Pontifici mentitur, sacrilegus appellatur *in cap. serpens*, ubi Gloss. *de pœnit. dist.1.* Pereg. *de jure fisci, lib.1. tit.2. n.2.* Solorzan. *d. tom.1. lib.1. cap.23. n.77.* talis enim non homini mentitur, sed Deo, ut Petrus Ananiæ dixit *Actor.5.* Denique Papa recusari non potest, nec ab ejus sententia appellari valet, Abb. *in cap. querelam, n.14. de elect.* Menoch. *de arbitr. casu 458. n.58.* Valenzuel. *in monit. p.6. n.89. & 90.* Quia quod ipse facit, videtur facere ut Deus, Præpos. *in cap. per venerabilem, n.145. qui filii sint leg.* Paul. Castr. *cons. 415. n.1. p.1.* Joan. de Salas *cons.68. num.14.* Et cùm sit Dei Vicarius, ejus facta Deo attribuuntur. Nevisan. *in sylva nupt. lib.1. verb. non est nubendum, n.155.* neque præsumitur, quod aliter judicet, vel faciat, quàm Deus ipse esset judicaturus. Valenzuel. *d. p.6. n.86. cum seqq.*

90 Alia sunt præeminentiæ signa in Romano Pontifice, quæ ad potestatem magis pertinere videntur, & ex his, quæ infrà videbimus, apparebunt: omittimus ea, quæ potiùs ex ipso usu ipsius Ecclesiæ, atque fidelium introducta, quàm ex jure scripto esse videntur, veluti utipse super cæteros semper, & ubique lineis, & candidis vestibus utatur, juxta illud Eccles.9. *Omni tempore vestimenta tua sint candida*, & quod publicè ac solemniter super humeros deferatur, ut sic in eo Deus, & B.Petrus honoretur, & similiter ut cuncti osculentur eum in pedibus, & similia. Machado *d. tom.2. lib.4. part.7. tract.4. docum.18. n.3.*

91 Quanta autem sit Papæ auctoritas & potestas, ex eo maximè percipi potest, quod nullum in terris habet Superiorem, Joan. de Capistran. *de auct. Pap §.3. in princ. n.66.* Castald. *de Imper. q.103. n.2.* Flam. Paris. *de resign. benef. lib.7. q.5. n.1.* Duard. *in Comment. ad Bull. cœn. lib.1. cap.4. q.2. n.13.* Carol. Marant. *tom.1 resp.25. n.53.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.1. lib.2. cap.23. num.74.* ubi ex aliis concludit quod Papa inter omnes mundi principes supremum obtinet principatum & monarchiam, & est major omnibus hominibus, & unus omnium princeps constitutus super reges & regna, causa causarum, dominos dominantium, vertex omnium dignitatum, omnia, & super omnia, quia ejus potestas super cæteras potestates, non ex hominibus, sed ex Deo est. Gratian. *in §. leges, dist.4. & in §. hinc etiam, dist.17.* & ideo in terris est Vicarius Christi, ut suprà dixi *hoc eodem c. n.17.* & tradunt plures 92
citati à Cened. *ad Decretum, collect.47. n.3.* Unde Summi Pontificis & Christi unum dicitur esse tribunal, & consistorium. Doct. *in cap.2. & 3. de transl. Episcop.* Troil. Malver. *de canonizat. Sanct. dub.2. n.10.* Selv. *de benef. p.3 q.8. num.26.* Castr. *cons.414. sub n.1. vers. his præsuppositis.* Barbat. *de præstant. Card. p.1. q.2. num.3. & q.8. n.5.* Alvar. Pelag. *de planct. Eccles. lib.1. cap.29.* Nav. *in repetit. c. novit, de judic. notab.3. n.12.* Cened. *d. collect.47. in fin.* Paris. *cons.5. n.26. & cons.68. n.162. lib.1.* Menoch. *cons.51. n.13. lib.1.* Franc. Marc. *q.1311. n.1. tom.1.* Jacob Laurent. *de Judic. suspect. cap.2. n.3.* Solorzan. *de jure Indiarum tom.1. lib.2. c.13. n.71.* & ideo hæresim sentire videtur, qui à sententia Papæ ad Christum appellat, quasi Papam Christi non esse Vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat, ut per Alexandrin. *in cap. perceptis, col.2. distinct.12.* Palat. *de justa obtent. regni Navar. p.1. §.4. in princ.*

Hinc etiam Papæ judicium, & cœleste arbitrium 93
appellatur *in l.1. in fin. C. de sum. Trin. & fide Cath.* Lotter. *de re benef. lib.1. q.21. n.14.* Abb. *q.1. col.3. n.3* Card. Tusch. *tom.6. litera P, concl.48. n.87.* omnia enim jura in scrinio pectoris dicitur habere recondita, *cap.1. de constit. lib.6.* ubi Ludovic. Gom. *in 1 notab.* Magdalen. *de numero testium in testam. requisito, p.1. cap.23. n.11.* Tiraq. *de nobilit. cap.20. num.41. & cap.31. n.537.* Valasc. *cons.51. n.6.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. §.4. præam. num.85.* & quamvis principaliter, ob mirabilem illam sibi à Deo concessam auctoritatem, idipsum intelligatur; sunt tamen viri graves ac Catholici, qui eam etiam extendunt, intelligúntque propter viros doctos Papæ consilio assistentes, ut speculatus fuit Abb. *in c. cùm ex literis, n.4. vers.5. nota, de restit. in integr.* Bellenc. *de charit. subsid. in q.66.* Ludov. Gom. *in repetit. d.c.1. de constit. n.100.* Conrad. *in templ. omn. judic. lib.1. c.1. §.3. n.12. & 13.* Thom. Act. *de lud. schaccor. q.6. & 7.* Unde inferunt citati à Magdaleno *d. p.1. cap.23. n.18. cum seqq.* quod non dicitur princeps habere omnia jura in scrinio pectoris sui propter scientiam, sed propter auctoritatem, & quia coram eo ob ejus majestatem, & auctoritatem semper assistere, & adesse solet copia nobilium, & peritorum. Et sic non obstat textus *in cap. preterea, 23. dist.* ex quo *gloss. ultima* ibi arguit, quod in Papam potest cadere oblivio, & ita quod non habet omnia jura in scrinio pectoris sui, quia intelligitur de oblivione exemplorum, non autem de oblivione juris, vide Mantuan. 94
dial.67. vers. quid tum. Tiraq. *de nobil. cap.31. n.537.* Setaph. *decis.168. n.4.* Theodos. de Rubeis *in singularib. Rotæ, p.2. verb. oblivio, §.1. pag.73.* dum dicit plures Rotam resolvisse, quod in Papa ob multitudinem negotiorum præsumitur oblivio, ubi *n.4.* intelligit circa ea, quæ sunt facti, non circa ea, quæ sunt juris, quia in eo non cadit juris ignorantia, Magdalen. *d. p.1. cap.23. n.23.*

Unde omnimodam super jure positivo obtinet 95
potestatem, *cap. innotuit*, ubi Doct. *de elect. c. per venerabilem, qui filii sint leg. cap. proposuit, de concess. præb.* Magdalen. *de numero testium in testam. requis.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

p.1. cap.23. num.1. Felician. de Vega *ad cap.4.§.de adulter. de jud. n.34.* & ideò ad libitum juris poſitivi conſtitutiones tollere poteſt, Albert. *de agnoſc.*
96 *aſſert. q.23. a n.30.* Borgaſ. *de irregul. tit. de homic. a n.3.* Dionyſ. Paul. *de vera quat. Patriarchal. Sed. erect. c.3. n.54.* Et ſuper eodem jure poſitivo diſpenſare, *c. propoſuit*, ibi, *ſupra jus diſpenſare, de conceſſ. prabend.* Covar. *lib.3. variar. c.6. n.1. verſ.2.* Menoch. *conſ.157. n.11.* Sayr. *in Clavi regia, lib.3. cap.10. n.6.* Felician. de Vega *ad d.c.4. §.de adulteriis, de judic. n.34.*

Nec obſtat textus *in cap. contra ſtatuta, 25. q.1.* ubi Zoſimus Papa ait nihil poſſe Romanum Pontificem contra Patrum ſtatuta definire; quia hoc dictum intelligitur quatenus illa ſtatuta jus naturale, vel divinum referunt, ut tenent Cov. *de ſponſal. part.2. cap.6. §.9.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib 5. cap.14. part.4. verſ. ſi objicias*, ubi ita reſpondet *ad c. violatores, c. prima Sede, c. qua ad perpetuam, c. nulli fas, c. à ſanctis, 25. quæſt.1.* quatenus in his juribus dicit ſe debere inſtituta Patrum uſque ad animam, & ſanguinem tueri, ut id locum habeat in iis, quæ ſunt Fidei, & juris divini; & ideò poſſumus dicere Papam omnia poſſe, ut nihil ſit excluſum ab ejus poteſtate, niſi quæ contra Fidem Catholicam facit, Card. Tuſch. *d. litt. P, concl.49. num.54.*

97 Quo fit, *ut valeat*, ſicut loquuntur Doctores, *adæquare quadrata rotundis.* Hoſtienſ. *in cap. novit, de judic.* quod tamen procedere in iis, quæ ſunt ſicut buccella panis, quæ poſſunt mutari de facili, ait Marian. Socin. *in cap. ad petitionem, n.28. de appellat.* quem refert Card. Tuſch. *d. littera P, concluſ.49. n.7.* Poteſt namque facere de nihilo aliquid, quia eſt lex animata. Bald. *conſ.272. Super eo, n.4. verſ. ſed hoc eſt in arbitrio, lib.1.* & facere aliquid de eo, quod eſt nullum, Lap. *alleg.131. n.2. verſ. ſimiliter*, Cardin. Tuſch. *ubi prox. num.8.* & ut facta pro non factis habeantur, diſponere. Gloſ. *in cap. quantò, de tranſl. Epiſc. & in verb. pro infectis, Clem. unic. de immun. Eccleſ.* Tuſch. *littera P, concluſ.49. n.1.* Cald. Pereira *in reſponſ. pro Sebaſtiano Limpo, num.43.* Tiraq. *de jure conſt. p.3. limit.7. n.47.* Sicut & quilibet princeps poteſt facere ut facta pro non factis, ac infectis, quantùm ad juris effectum, ac validitatem habeantur, *l. jubemus nullis, §.2. in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. non dubium, de legib.* plures per Jantz Fajardo *in tract. de legitimat. per ſubſequens matrimonium, num.97. fol.36.* Et poteſt ad validitatem actûs fingere expreſſum, quod non eſt, *cap. illa, de elect. cap.1. de tranſact. cap. ſi motu proprio, de prabend. in 6.* Butr. *conſ.2.* Ruin. *conſ.31. num.6. vol.1. & conſ.104. num.15. vol.3.* & habere pro expreſſo id, quod in individuo erat exprimendum, Rot. apud Zach. *poſt tract. de oblig. Camer. deciſ.93. n.18.* Quia in quibuſcumque voluerit, eſt ei pro ratione voluntas, Gemin. *conſ.8. n.6. & 7.* nec eſt qui poſſit ei dicere, *Cur ita facis?* Sic reſolvunt Capiſtran. *de poteſt. Papæ, part.3 fol.130.* Anton. Faber *in ſuo Codice, lib.1. tit.2. defin.10. num.7.* Hieronym. de Laurent. *Avenion. deciſ.153. n.18.* Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.1. tit.4. de ſum. Pontif. n.14.* & de quolibet alio principe loquentes tradunt Afflict. *deciſ.265. num.2.* Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. p.5. conſid.35. verſ. & ut ſemel.* Mench. *illuſt. lib.1. c.1. num.4.* Menoch. *conſ.103. n.38. & conſ.181. n.24.* Peregr. *de jure fiſc. lib.1. tract.3. num.4. & 64.* Farin.
98 *in praxi crimin. part.3. q.97. n.15. & 16.* Et poteſt locare, adminiſtrare, & pro libito ſuæ voluntatis diſponere tatione ſuprema Pontificalis potentiæ bona omnium Eccleſiarum, etiam in præjudicium alterius, ſubſiſtentibus cauſis: & quicquid ab eo procedit, ab ore Dei dicitur procedere, Bald. *conſ.24. Jus Abbatiale, per tot. lib.2.* Cardin. Tuſch. *littera P, concl.42. num.13.* Et in beneficialibus plenam & liberam habet diſpoſitionem, *cap. licet, de prabend. in 6.* Nicol. Gaiz. *de benef. p.5. c.1. num.1.* Valenzuel. *conſ.4. n.161. & conſ.63. n.94.* Sanchez *in opuſc. moralib. lib.2. cap.2. dub.36 n.7.* Filliuc. *de ſtatu Cleric. tract.41. cap 2. à num.2. & tract.45. cap.5. à n.14.* cùm pro libito ſuæ voluntatis poſſit in totum tollere jus poſitivum. Gemin. *conſ.53. in princ. verſ. quædam eſt*, ubi quod diſputare de poteſtate Papæ, eſt ponere os in cœlum, Bald. *conſ.477. lib.1.* Alex. *conſ.2. n.19. lib 1.* Sed quia cùm hæc & ſimilia dicimus, id à nonnullis adulationi adſcribitur; ideò an hæc omnia ſimpliciter vera ſint, & quomodo ſecundùm jura Canonica ſint intelligenda, planiùs exponemus, 99
non autem diſputare intendimus; quia de poteſtate Papæ, præſertim abſoluta, non eſt facilè diſputandum. Hoſt. *in cap. quantò, de conſuet.* ſicut nec de poteſtate alterius principis diſputare licet, Gozadin. *conſ.92. n.17.* Gutt. jun. *in leg. venia, n.5. C. de in jus voc.* Duen. *reg.43. fallent.5.* Bero. *conſ.367. num.8. & conſ.393. n.5* Bec. *conſ.56. num 53. vol.1.* quia hoc eſſet ſacrilegium. Decian. *conſ 588. n.2.* Jaſ. *conſ.101. vol.4.* Afflict. *deciſ.366 ex num.61.* Ferdinand. de Mendoz. *diſp. jur. lib.1. cap.5. num.2.* Hieronym. de Mont. *var. q.6. ex n.48.* Cened. *ad Decretum collect.24. num.18.* Cephal. *conſ.87. n.3. vol.1.* Socin. jun. *conſ.91. n.16. vol.1* Roland. *conſ.100. num.47. cum ſeqq vol.4.* Menoch. *conſ.103. num.38.* Solorzan. *de jure Indiarum tom.1. lib.2 c.23. n.72.* ubi dicit ſacrilegii inſtar eſſe eximiam & omnimodam Papæ poteſtatem & auctoritatem in dubium vocare.

Papa quædam exercet ex ordinaria poteſtate, 100
quædam ex reſervata, quædam ex devolutione juris ad eum, quædam eſt plenitudine poteſtatis, Caſtr. *conſil 467. Viſo puncto, col 3. in fin. & col.4. in princ. verſ. ſecundo, lib.2* quem refert Card. Tuſch. *d. littera P, concl 43. n.7.* Sed duplex quoad intentum in eo conſideranda eſt poteſtas, ordinaria ſcilicet, & abſoluta: qua quidem diſtinctione paſſim ad plures caſus V. I. Doctores utuntur, ut videri poteſt apud Covar. *variar. reſol. lib 4. c 6. n.8.* Poteſtas igitur ordinaria dicitur, quæ jus & æquitatem ſuper omnes exercere poteſt. Poteſtas verò principis abſoluta, ſecundùm aliquos dicitur arbitrii plenitudo, nulli neceſſitati ſubjecta, nulliúſque publici juris regulis limitata; & ſic facta mentione talis poteſtatis, nulla exceptio objici poteſt, nec dici, *Cur ita facis?* Ita Gloſ. *verb. veri, in cap. quantò, de auctor. & uſ. pall.* Bald. *in l.2 n.40. C. de ſervit.* Abb. *in cap. ad hæc, n.7. de reſcript. & conſ.84. lib.1.* Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum, n.98. & 105. de conſtit.* Angel. Albert. Alex. Hippol. Afflict. Capyc. Gozadin. & Caſtald. quos refert, ſed non ſequitur Pinel. *in rub. C. de reſc. vendit. p.1. cap.2. n.14. & 25.* Rojas *in epitom. ſucceſſ. c.23. num.75.* Natt. *conſ.512. n.19.* ubi ait, ſi aliquid etiam leve principem moveat, poſſe principem de plenitudine poteſtatis facere quicquid libet, juxta illud antiquum axioma, *ſi libet, licet:* & ad hoc tendit, quod affirmabat Caligula Alexandro Magno, ut refert Suet. *in Caligula, c.29. Memento tibi omnia, & in omnes licere*, eo quòd principes erant inſtar Deorum in terra.

101 Verùm hanc diſtinctionem poteſtatis ordinariæ, & abſolutæ in principibus ſic intellectam meritò vocant falſiſſimam Covar. & Pinel. *citatis locis*. Sarm. *lib.* 1. *Select. c.* 8. *num.* 10. Mendoz. *lib.* 1.
102 *de pact. cap.* 5. *num.* 35. Mench. *illuſtr. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. *cum ſeqq.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ.* 1. *rub. num* 25. Mattienzo *l.* 3. *gloſſ.* 12. *num.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *nova Recop.* quia quod princeps facere poteſt, etiam juri humano derogans, id ad ordinariam Principis poteſtatem pertinet: cùm enim ſit ſupra jus humanum, ex ſua ordinaria poteſtate, ſicut poteſt illud concedere, poteſt abrogare. Quod autem contra Jus naturale, & divinum poteſt de facto, non ad poteſtatem, ſed ad tyrannidem ſpectat; id enim poſſumus quod jure poſſumus, *l. ſed licet, ff. de offic. Præſid.* & poſſe quis non dicitur, quod contra jus poteſt, *l. quæro*, §. *inter locatorem*, *ff. locati*, *leg. nepos Procula*, *ff. de verb. ſignif.* Steph. Gratian. *March. deciſ.* 13. *n.* 34. Unde Rex Antigonus etiam lumine fidei deſtitutus, ut de illo refert Plutarc. *in apophthegm.* cùm ſibi diceretur, Regibus quicquid vellent licitum eſſe, reſpondit, inter Barbaros & Tyrannos ita cenſeri; cæteris autem ſolum juſtum & honeſtum licere. Et Corn. Tacit. *lib.* 3. *annal.* refert Cajum Seſtium diſſeruiſſe principes inſtar Deorum eſſe, ſed neque à Diis, niſi juſtas preces exauditi. Et Ariſtot. *lib.* 5. *Politic. cap.* 10. ſic inquit: *Et tyranno voluptas poſita, Regi honeſtas.*

103 Quapropter, ſicut Theologi dicunt, aliqua poſſe fieri à Deo de poteſtate ordinaria, quæ ſcilicet ordine ac naturali curſu rerum immutato poteſt Deus facere; alia verò de poteſtate abſoluta, quæ poteſt ſupra rerum ordinem univerſum: ita poteſtas ordinaria principis poteſt dici ea, quâ princeps utitur ſecundùm leges humanas, quibus quoad vim directivam adſtrictus eſt, quando ſcilicet diſpenſa ex cauſa juſta in jure humano: poteſtas verò abſoluta, quando non adſtrictus his legibus, validè diſpenſat jure humano, abſque cauſa: & ita dicitur non poſſe principem aliquid facere ex poteſtate ordinaria, quando non poteſt omninò licitè facere, ut diſpenſare in lege humana abſque cauſa, licèt ſi faciat, validum ſit; & dicetur poſſe de poteſtate abſoluta quando poteſt validè, non tamen juſtè, ut in eadem diſpenſatione in jure humano abſque cauſa contingit: ex neutra autem poteſtate dicitur poſſe facere, quod nec juſtè, nec validè facere poteſt, ut ſi in lege naturali diſpenſabili diſpenſet abſque cauſa.

Communis igitur illa regula ſuprà poſita *n.* 93.
104 quòd *omnia jura ſunt in ſcrinio pectoris Papæ recondita*, non eſt ita ſimpliciter intelligenda, ut omnia jura & condere poſſit, & mutare, & contra juris regulas, & ſtatuta procedere; quia ſicut ipſe deſiderat facta ſua à ſuis ſucceſſoribus ſervari, conſequens eſt, ut ſui prædeceſſoris conſtitutionibus
105 venerationem præſtet, & cuſtodiam, *cap. in Canone juſtitiæ*, 25. *quæſt.* 1. Roman. *ſingular.* 327. *Iſta ſunt rationes*, *num.* 3. *verſ. cùm igitur.* Card. Tuſch. *de littera P*, *concluſ.* 44. *num.* 19. Unde eſt notandum, quod Summus Pontifex novas in Eccleſia leges condere poteſt, ad divini juris obſervantiam, & ſupplementum; ſecus autem ad ejuſdem juris mutationem, aut deſtructionem; non enim poteſt Romanus Pontifex quicquam ſtatuere contra ea, quæ ad jus divinum, & Fidem Catholicam ſpectant, etiam ab hominibus, veluti Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris conſtituta. *Si ea enim*, inquit Gregor. Papa *in cap. ſi ea*, 25. *q.* 2. *deſtruerem, quæ Anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed everſor eſſe juſtè probarer, &c.* Steph. Pont. *in c. loci*, 35. *q.* 9. ait: [Loci noſtri conſideratio nos admonet, tationis auctoritate quæ à prædeceſſoribus utiliter deciſa fuerint, roborare. Eccleſiaſtici enim, inquit, vigoris ordo confunditur, ſi aut merè illicita præſumantur, aut non conceſſa impunè tententur.] Unde Papa non tollit ſtatuta Concilii circa fidem, Gloſ. *in cap. ſicut Sancti*, 15. *diſt.* immò decreta omnia Concilii univerſalis à Sede Apoſtolica confirmata ſe profitetur obſervaturum, textus notabilis *in cap.* 1. 25. *q.* 1. Aliis verò conſtitutionibus eccleſiaſticis, quæ fidei ſubſtantialia non continent, Papa poteſt derogare. Gloſſ. *verb. reſeratis*, *in præam. Decretal.* ſicut & ſententias eorum corrigere, & contra eorum decreta diſpenſare, ut *in c. licet*, *in fin. de ſponſ. duorum*, *& in c. quantò.* cum Gloſ. *de divort. & in cap. diſcretionem in fine*, *de eo qui cognovit conſang.*

Verùm in novis conſtitutionibus à ſe editis 106
ſtatuta, vel conſuetudines ſpeciales Papa tollere non intendit, niſi hoc exprimat, *cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. Nec in dubio juris obſervantiam tollere velle præſumitur. Gloſſ. *in cap. cauſam, de reſcript.* quia poteſtate ordinaria, quæ ſequitur ordinem juris poſitivi, in dubio ſemper utitur, ſi aliud non apparet, Gemin. *conſ.* 53. *Pro reſponſione*, *in princ. verſ. quadam eſt poteſtas ordinata.* Card. Tuſch. *d. littera P*, *concl.* 43. *n.* 5. veriſimile enim non eſt quod velit princeps legem diù exagitatam evertere, ad textum *in l. ſi quando*, *in fin. princ. C. de inoff. teſtam.* cujus mens & voluntas talis præſumi- 107
tur, qualem de jure eſſe oportet. Gloſ. *in l. relegati*, *ff. de pœn.* Gloſ. *in cap. paratus*, 23. *q.* 1. Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de conſtit. Princip.* Abb. *in d. c. cauſam quæ*, *n.* 1. & *ibi* Felin. *n.* 5. *de reſcript.* Jaſ. *conſil.* 236. *col.* 2. *vol.* 2. Grammat. *conſ.* 34. *num.* 3. *& conſ.* 45. *num.* 33. *in criminal.* Dec. *conſ.* 67. *num.* 7. *& conſ.* 380. *num.* 2. Gozadin. *conſ.* 101. *num.* 10. & illud quod de jure 108
eſt cogitaſſe præſumitur, Roland. *conſ.* 86. *n.* 58. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 411. *num.* 15. *& conſ.* 1156. *n.* 1. Carol. Tap. *in rub. ff. de conſt. Princip. cap.* 2. *num.* 1. cùm voluntate & auctoritate legibus ordinatâ ſemper in dubio uti voluiſſe præſumatur, Innoc. *in cap. innotuit*, *ſub n.* 5. *de elect. & in cap. innovavimus*, *ſub n.* 6. *de cenſib.* Bero. *in cap. quæ in Eccleſiarum*, *n.* 135. *de conſt.* Boſſ. *in tit. de Princip. n.* 193. Roland. *conſ* 86. *n.* 18. *vol.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 12. *n.* 1. Rodulphin. *de abſol. Princip. poteſt. c.* 3. *n.* 1. quibus rationibus princeps ſemper juſtitiæ plenus præſumitur, Cravet. *conſil.* 253. *n.* 4. 109
vol. 2. quem refert Menoch. *d. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 8.

Nec unquam juri alterius in reſcriptis, vel con- 110
ſtitutionibus ſuis derogare intendit, *cap. quod verò dicitis*, 25. *q.* 2. *cap. pervenit*, 11. *q.* 1. *cap. libet, de offic. ordin. c. dilecto, de verb. ſignif.* Gloſ. *verb. intentionis*, *in cap. ſuper eo, de offic. deleg. & in cap. ſi quis jam tranſlatus*, 21. *q.* 2. Xuar. *all.* 7. *n.* 4. Hippol. *ſing.* 295. *verſ. ſecundo ſcias*, Illuſtr. D. meus Rod. à Cunha *in com. ad* 4. *n.* 1. *diſt.* 99. Card. Tuſch. *tom.* 6. *litter. P*, *concl.* 687. *ex n.* 1.

Hinc eſt, quod reſcripta principis interpretan- 111
tur, ut nemini injuriam faciant, etiam cum impropriatione verborum. Dec. *conſ.* 11. *num.* 4. quia præſumitur quod ejus intentio ſit, ut ſemper jus alterius ſit ſalvum; idem Dec. *conſil.* 271. *&* 544. *& conſ.* 606. *n.* 17. Cutt. jun. *conſ.* 88. *n.* 8. *& conſ.* 172. *n.* 3. Hippol. *ſingul.* 440. Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.*

112 *præsumpt.* 11. in tantum, quod etiam rescripta motu proprio concessa nihil operantur in præjudicium tertii, quia non sunt de mente Principis rescribentis, ut resolvunt plures per me citati *in tractat. de clausul. usufreq. clausul.* 79. *n.* 42. secun-
113 dùm Lugdunensem impressionem. Unde potiùs præsumitur circumventus princeps, quàm quod velit alteri præjudicare: à Ponte *consil.* 59. *n.* 35. quod vendicat sibi locum, etiamsi de modico præjudicio agatur, Riminald. jun. *consil.* 6. *numero* 68. *volum.* 1.

114 Nec etiam præsumitur Papam velle derogare Juri tertii, Alex. *conf.* 3. *Ex iis, n.* 3. *lib.* 5. Card. Tusch. *lit. P, concl.* 53. *n.* 1. nec jus alteri jam quæsitum tollit, *cap. si is cui, de prabend. lib.* 6. Illud verò quod alicui nondum est quæsitum pro ejus libito voluntatis subvertere potest, Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 11. *n.* 8. Franc. Bec. *consil.* 56. *numero* 38. *cum seqq. vol.* 1. quod in terminis de jure collectandi modum quæsito voluit Sylvan. *consil.* 66. *n.* 9. quem refert & sequitur Surd. *cons.* 127. *num.* 8.

115 Item privilegia concessa, præsertim Ecclesiis, sine causa non tollit, ut inquit Leo Papa *in cap. privilegia, cum seqq.* 25. *q.* 2. his verbis: [Privilegia Ecclesiarum, & Monasteriorum SS. Patrum auctoritate instituta, nullâ possunt improbitate convelli, nullâ novitate mutari; in quo necesse est hujus sanctæ Sedis Pontifices perseverantem exhibere famulatum.] Beatus quoque Gregor. *in cap. quantò, in fin.* 63 *distinct.* ait Apostolicam Sedem proprium quidem vigorem retinere, à se autem concessa aliis jura nolle minuere. Debet enim Princeps esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo. Bald. *cons.* 377. *incip. Pridie, sub n.* 4. *vol.* 1. Boss. *in tit. de Princip. sub n.* 18. Jacob. de Leon. *consil.* 117. *n.* 75. *cum seq.* inter consilia Bruni. Rodulphin. *de absol. Princip. potest. cap.* 6. *n.* 186.

117 Quamvis speciale in principe aliqui ponant, ut possit suum privilegium gratiosum revocare sine causa pro libito voluntàris suæ, sicut per textum *in l. qui fundum. C. de omn. agr. desert. lib.* 11. tradunt Bald. *in l. qui se patris, n.* 14. *C. unde liber.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 61. *de constit.* Abb. *in cap. novit,* & *ibi* Felin. *n.* 10. & Dec. *n.* 15. *de judic.* Paul. de Castr. *in l. ligna vox, num.* 6. *C. de legib.* Roman. *sing.* 463. Paris. *cons.* 2. *num* 120. *vol.* 4. Gozad. *cons.* 3. *n.* 23. *& cons.* 69. *n.* 9. Ruin. *cons.* 130. *n.* 13. *vol.* 5. Roland. *cons.* 66. *n.* 8. *vol.* 2. *& cons.* 13. *n.* 5. *vol.* 3. Gramm. *decis.* 46. *num.* 5. Capyc. *dec.* 121. *n.* 16. *& dec.* 166. *n.* 1. Carol. Tap. *in l. fin. ff. de constit. Princip. cap.* 9. *n.* 56. quia aliàs merè gratiosa sunt ad nutum revocabilia, Gozad. *cons.* 5. *n.* 27. *& cons.* 14. *n.* 9. Menoch. *cons.* 103. *n.* 39.

117 Præterea in judicando servat Romanus Pontifex ordinem juris, licèt ex causa possit in quibusdam rebus dispensare, quæ ad eundem judiciarium ordinem spectant, *cap. ea quæ, de sent. & re judic. cap. ex parte, de offic. deleg.* Dispensare autem non posset quod stetur dicto unius testis in præjudicium tertii, *cap. judicat,* 3. *q.* 9. & si sententiam injustam contra Ecclesiam tulerit, restituitur Ecclesia læsa, *cap. cùm ex literis, de in integr. restit. cap. cùm olim, §. final. de sentent. & re judic.*

118 Quod enim Papa jura omnia in scrinio pectoris habere dicatur, & super jus esse, intelligitur primò quoad dispensationem, ut scilicet super omnes, qui dispensandi habent facultatem in pluribus, & majoribus causis, juri scripto valeat derogare, & æquitatem juris rigori præferre. Glos-

sa notabilis *in Extravag. novam, de dol. & cont. inter commun.* Secundò, Papa habere jura omnia in scrinio pectoris sui, intelligitur quoad interpretationem omnia enim jura ipse interpretari potest. Gloss. *verb. fallat, in cap. præterea* 23. *dist.* Tertiò, Papa jura omnia continere, & supra jus esse intelligitur, quoad correctionem, quia legem priorem per aliam posteriorem tollere potest, etiamsi de priori nullam fecerit mentionem, *cap.* 1. ubi Glossa *de const lib.* 6. Spino *in specul. testam gloss.* 30. *princ. n.* 8. Gonzal. *ad reg. Cancel. glos.* 9. §. 1. *n.* 15. Ita etiam intelligitur illud, quod Papa habet omnimodam potestatem super jure positivo, *cap. innotuit, de elect. cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* quia scilicet ipse super omnes potest juri, & consuetudini derogare; quod aut dispensando, aut interpretando, aut corrigendo perficitur; sicut in temporalibus Imperator, ac princeps sæcularis, qui in temporalibus non habeat Superiorem, facere potest, *l* 1. *C. de legib.* Et ideo inquit Innocent. III. *in cap. proposuit, de concess. prabend.* quod Papa de plenitudine potestatis, de jure potest super Jus dispensare; quia etsi Prælati inferiores in cæteris casibus valeant dispensare, non tamen in multis, & majoribus soli papæ reservatis, qui solus habet plenitudinem potestatis. Unde in quibus dispensare alii non possunt, ipse dispensat: & quos alii absolvere, vel restituere nequeunt, ipse absolvit, ac restituit: similiter in privationibus, vel depositionibus cæteros antecellit: in concessionibus quoque gratiarum, vele privilegiorum, aut beneficiorum, & revocationibus earum cunctos superat potestate; in eo tantùm, in quo non Deus, sed Dei Vicarius est, potestas ejus restringitur; sed ut inter homines solus ea omnia potest, quæ Deo reservata non sunt, aut cui nemo potest authoritatem minuere, dicitur plenitudinem potestatis habere, & omnia posse, ut est suprà demonstratum.

Videndum est autem specialiter quæ sit ejus 119
auctoritas supra alios in dispensando, & quæ in absolvendo, aut in aliis, in quibus diximus illum cunctis præstare Prælatis. Primò igitur de dispensatione sciendum est in legibus divinis non admiteti Pontificis dispensationem, utpote quia dispensando vinculum regis divinæ solvere non potest, ut probat Urbanus Papa relatus *in cap. sunt quidam,* 25. *quæst.* 1. cui similis ad textus *in cap. statuta, eod. caus. & quæst. cap. litteras, de rest. spoliat. cap. cùm ad Monasterium, in fin. de statu Monach.* tenetur enim usque ad animam & sanguinem legem divinam defendere, *cap. sunt quidam,* 25. *q.* 1. Abb. *in d. cap. litteras, in* 5. *notab.* Paris. *d. consil. quæst.* 3. *n.* 22. Ratio est, quia cùm dispensatio ab inferiore facta circa legem Superioris justam causam necessariò requirat, ut valeat, secundùm ea quæ dixi *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg* 34. *n.* 1. & in lege divina à Deo condita nulla possit dari causa justa, ob quam dispensatio fiat, quoniam Deus Opt. Max. omnes vidit casus & causas, qui sub illa lege divina cadere debebant, & divina voluntas à qua hujusmodi lex proficiscitur, sit omninò immutabilis; ideò planè sequitur, quòd si aliquo casu voluit legis præceptum manere, justissimum est ut maneat, & justum esse non potest, ut auferatur ab inferiore; ac per consequens propriè dispensatio, quæ vinculum legis tollit, circa præcepta divinæ legis à Summo Pontifice fieri non potest. Quare resolvunt S. Thom. *quodlib.* 4. *art.* 3. *in corpore, & ad primum,* 1. 2. *q.* 97. *art.* 4. *ad* 3. Sot. *in* 5 *sent. dist.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dist.18. q.1. art.5. & distinct.21. q.2.art.2. & de just. lib.1. q.ult. art.ult. Viguer. *de Just. c.5. §.5. vers.12. & c.15. in princ. vers.2. &* 3. Paris. *cons.68. vol.4.* Covar. *de sponsal. p.2. cap.6. §.9. n.4.* Nav. *cons.39. n.16. de sponsal. in antiq.* aliàs *cons.4. n.16. de desp. impub. in nov.* Valent.1.2. *disp.7. q.4 puncto 6.vers. & quod ad priorem, & q.8. punct.4. vers. dispensatio autem, &* 2.2. *disp.10. q.3. puncto 5. col.4. vers. certum est,* Suar. *tom.3.* ubi *de Eucharistia, q.74.art.2. disp.43. sect.4. vers. tertia sententia, & vers. quintò potest, & de legib. lib.10.c.6.n.7.* Magdalen. *de numero testium in testam. requisito, p.1. cap. n.19. &* 20. *& p.3. c.3. n.125. cum tribus seqq.* Hojed. *in tract. de Cler. & eorum exempt. p.2. amp.32. à n.42. & de benef. incompatibil. p.1. c.19. à n.13.* Flam. Paris. *de confident. q.7. n.61.* Duard. *in comment. ad Bullam Cœn. Domini, lib.1. cap.4. q.7.n.34.* D.Barbos. *in rub. ff. solut. matr. p.2. n.104.* Perez *l.1. vers. facit, tit.9. lib.8. Ordin.* Menoch. *de arbitr. cas.421.* plures apud Sanctarel. *var. q.1. n.5.*

120 Quamvis Juris interpretes affirment posse Pontificem in legibus divinis ex causa dispensare, ex quorum numero sunt Glos. *verb. Exempti, in cap à nobis, de decim.* ubi Abb. *n* 4. Doctores *in cap. proposuit, de concess. prabend.* Bero. *in c. quæ in Ecclesiarum, n.37. &* 89. *de constit.* & ibi Felin. *num.19.* & Dec. *n.13.* Mil. *in Repert. littera D, n.13. & verb. dispensatio,* ibi, *dispensare potest Papa,* Pinel. *in rub. de rescind. vendit. p.1.c.1. n.6* Menoch. *illustr. c.25. n.18. cum multis seqq.* & alii plures, quos refert, & sequitur Sanch. *de Matrim. lib.8. disp.6. num.5.* quia eorum sententia nullo bono nititur fundamento, nec asserenda est, cùm naturalis ratio dictet subditum non posse legem Superioris, etiam in casu particulari tollere, *c. cùm inferior. de major. & obed.* & eadem sit, vel minor præpositio Pontificis ad leges divinas, quàm habeut inferiores præpositi ad leges humanas, ut patet; inferiores autem Prælati in legibus humanis Superiorum non dispensant, ob eam solùm rationem, quòd inferiores sunt, *Clem. ne Romani, de elect.* Ergo nec Pontifices in Divinis. Accedit quia dispensatio relaxat vinculum legis obligantis in eo casu ex causa; nulla autem dari potest, ut lex divina, quæ semper justa est, & æqua, eo casu, quo obligat, relaxetur: ergo in ea dispensatio Pontificis admittenda non est.

121 Potest tamen Summus Pontifex declarare, seu interpretari, in aliquo casu particulari deficere obligationem legis divinæ, aut quia majus bonum ex ejus observantia impediitur, aut aliquod grave damnum sequitur: quæ quidem interpretatio Pontifici neganda non est; aliàs enim non dedisset Christus Dominus sufficientem potestatem ad suæ Ecclesiæ gubernationem, contra illud, *Deus & natura non deficiunt in necessariis.* Et licèt nonnulli Doctores, quos refert Suarez *de Relig. tract.6. lib.6. cap.9 n.2.* confundant hos terminos, nihilominus tamen inter se maximè differunt; etenim dispensatio tollit subditum, & eximit à legis obligatione: interpretatio verò per quandam æquitatem, seu epicheiam declarat cessare in tali casu obligationem legis, & ita Doctores Theologi hanc interpretandi, non verò dispensandi potestatem circa leges divinas tribuunt Summo Pontifici. Glos. 1. *in cap. non est, de voto* S.Thom.2.2. *quæst.54. art.5.* Rich. *in 4. dist.38. quæst.1. art 9. &* Major. *distinct. 24. quæst.* 13. Sylvest. *verb. Papa, quæst. 16. in fin.* Sot. *lib.1. de just. quæst.7. art. ult. ad fin.* S.Anton. *p.2.tit.17.§.20.* Albertin. *de agnosc. assert. quæst.21. num* 38. Hojed. *de incompatib. benef. p.2, cap.ult. in fin.* Mart. *de jurisd. p.2.cas.37. num.1, & p.4. cas 93. num.3. & cas.194. num.7.* Magdalen. *d. p.1. cap.1. num.20.* dum ait posse jus divinum, & pariter jus naturale per jus positivum suppleri, distingui, & limitari: & *num.* 33. addit, quod ea quæ sunt juris divini, non possunt nisi ex justa causa bonum commune, & utilitatem publicam concernente per jus humanum alterari. Ita citati à Sayr. *in clav. reg. lib.6. cap.11. num.4.* Quo fit ut cùm Pontifex aliquid etiam sub nomine dispensationis concedit, & primâ facie divinis præceptis videtur adversari, prout est in residentia Prælatorum; in pluralitate beneficiorum Curatorum, in matrimonio rato, in voto tam simplici, quàm solemni, in juramento, & aliis similibus, debemus intelligere dari ibi veram & propriam solummodò declarationem; quam licèt non faciat expressis verbis, facto tamen concessionis declarat generale præceptum legis divinæ in eo casu non habere locum, quamvis non desint qui teneant Papam verè & propriè dispensare in votis, & juramentis: ex quorum numero sunt Suarez *de relig. tom.2. tract. de voto, lib.6. cap.9. num.15. cum seqq.* Less. *de justit. lib.2. cap.46. dub.12. numero* 98. *cum seqq.* Sanchez *de matrimon. lib.8. disp.6. num.1. & in præcepta Decalog. tom.1. lib.4. cap.37. à num.5.* qui aliter rem explicant.

Non obstat quod jus naturale est immutabile, 122
§. sed naturalia, Instit. de jure nat. ac proindè nec in casu particulari potest illius obligatio aliquando deficere. Quia respondetur hoc procedere in primis tantùm principiis, seu primis præceptis legis naturalis; quæ quidem firma semper manent, nec ullam sive in communi, sive in particulari recipiunt mutationem, ut intelligunt Bart. & Balduinus *in d. §. Sed naturalia,* Fortun. *in lege veluti, num.25. & in l. manumissiones, num.8. ff. de just.* At verò conclusiones, quæ ex illis primis principiis, sive per necessarias consequentias, sive non necessarias deducuntur, non ita sunt immutabiles, quin aliquando aliquam recipiant mutationem, concurrentibus aliquibus scilicet circumstantiis, & causis, ob quas iniquum sit, & contra bonum commune ipsam legem naturalem observari, cessabitque præceptum tunc temporis: & in hoc casu diximus posse Summum Pontificem interpretari legem naturalem, id est, conclusiones ab ipsa deductas.

Et in primis, quoad priora (prout sunt præ- 123
cepta Decalogi) probatur; quia illa à jure humano interpretationem recipiunt, quod declarare potest actus, quos ipsa prohibent, vel imperant; lex namque naturalis, quæ in quinto Decalogi præcepto prohibet homicidium, tanquam rem intrinsecè malam, per leges humanas ita explicatur, ut constet per eandem legem naturalem homicidium in propriam defensionem commissum minimè prohiberi, *cap.2. de homic. Clem. si furiosus, eod. tit.* in quibus Juribus plures citavi Doctores. Aliud exemplum sit in furto, quod etiam intrinsecè malum est, *cap. esti Christus, vers. quædam, de jurejur.* & uti tale in opere prohibetur septimo præcepto Decalogi: in præcepto verò decimo, quod lex humana declaravit non obligare, datâ extremâ necessitate, *cap. discipulos, de consecr. dist.2. cap. si quis propter, de furt.* Circa præcepta affirmativa idem est resolvendum; quia potuit lex humana declarare tertium præceptum de diebus Dominicis observandis, non obligare in aliquibus casibus,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bus, juxta *cap. licet, de fer.* ubi optimè notat Abb. *n.3.* Quoad alias verò conclusiones, quæ non deducuntur per necessarias consequentias, idem etiam patet; quia libertas, & rerum communio inter jura naturalia censentur, *c. jus naturale, 1. dist.* quæ tamen jure etiam gentium mutata reperiuntur, *l. manumissiones, ff. de just. & jur.* ubi servitus est inducta ob bonum commune, ad evitandas mortes. Idem probat §. *Jus autem gent. Instit. de jur. nat. gent.*

124 Intellige autem omnia suprà scripta circa potestatem Summi Pontificis ad leges divinas interpretandas procedere, dummodo justa subsit causa; alias enim talis declaratio, seu impropria dispensatio non valebit; illi enim, quibus dispensandi facultas conceditur, ad dissipandum facultatem non habent, quia omnis dissipatio extra administrationem concessa est, *l. ult. ff de curat. furios.*, & generalis commissio ad perpendum nihil prodest, *l. filiusfamilias, ff. de donat.* Cùm ergo Romani Pontifices dispensatores sint, sequitur quòd si sine justa causa in iis, quæ sunt juris divini, dispensationem declarando concedant, non valebit, nec reddet tutum dispensatum in conscientia, si intelligat causam esse injustam, sicut resolvunt Innoc. *in c. cùm ad monasterium, n.4. de stat. monach.* Covarr. *de sponsal. p.2. c.6. §.9. n.11.* Hojed. *de incompatib. benef. part 1. c.19. num.17.* Navar. *in man. prael. c.9. n.13.* Mench. *illustr. c.18. à n.10.* Rebuff. *in prax. tit. de dispens. n.52.* Suar. *tom.1. de Relig. tract.2. lib.2. cap.33. num.3.* Sayr. *in clavi reg. lib.5. cap.8. n.12.* Less. *de Justit. lib.2. cap.40. dubit.12. n.101. cum seqq.*

125 Verùm quamvis contra ordinationem Apostolorum sine justa causa venire non possit Papa, *cap. sunt quædam, 25. quæst.1.* Roman. *cons.345. num.8. vers. Secundò patet*, Card. Tusch. *d. litt. P, concl.51. num.7.* ea tamen existente validè Papa dispensat, dummodo non lædat Fidem, *cap. Lector 34. quæst.1.* Ægid. *cons.16. num.12.* quia Apostoli erant etiam Episcopi, & ut Apostoli condebant sacram Scripturam, ut Episcopi verò leges Ecclesiasticas, ut *Act.15.* & consilia præbebant, ut 1. *ad Corinth.7.* vide Gloss. *verb. Apostoli, in cap. sunt quidam, 25. quæst.1.* Turrecr. *lib.3. sum. cap.34. & seq.* August. Triumph. *de potest. Ecclesiast. quæst.60.* Azor. *instit. mor. p.1. lib.5. c.15. quæst.4.* Sayr. *in clav. reg. lib.5. cap.10. n.6.* & ideo quamvis Apostolus 1. *ad Timoth.*

126 admoneat Episcopum debere esse unius uxoris virum, id est, non bigamum; potest tamen Papa cum eo ex causa dispensare, Anchar. *cons.124. Circa bigamos*, Ægid. Bellamer. *cons.28. num.5.* Cardin. Tusch. *d. littera P, conclus.69. n.36.* quia licèt hæc irregularitas fuisset inducta à D. Paulo, est tamen de jure humano, ut resolvit Sanch. *de Matrim. lib.7. disp.86. n.6.* ubi respondet ad textum *in cap.2. de bigam.* dum ait non licere dispensare, ut verbum, *non licet*, de quo *ibi*, importet difficultatem, non impossibilitatem. Eodem modo cùm prohibitio ejusdem Apostol. 1. *ad Timoth.3.* quod neophytus ad Episcopatum non promoveatur, non sit ex præcepto Christi, sed secundùm legem communem, quia ipse hoc pronunciavit tanquam Ecclesiæ Doctor, non uti præcipiens nomine Christi, *cap. neophytus, 61. distinct.* Turrecr. *in sum. 48. dist. n.4. vers. ad secundum patet*, Azor. *instit. moral. p.2. lib.4. c.6. quæst.12. vers. verius tamen;*

127 idcò eo ipso quòd Papa promovet neophytum ad Episcopatum scienter, videtur cum eo dispensasse, & multò magis si expressè, ut per Covar. *in Clem. si furiosus, p.1. §.2. n.7. vers. secunda conclusio.* Hojed. *de incompat. benefic. p.1. cap.24. num.5.* quos refeto Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.1. tit.2. gloss.17. num.8.*

At contra jus positivum ex causa indistinctè 128
dispensat Papa, *cap. proposuit*, ubi Gloss. & Doctores *de concess. prab.* ibi, *supra jus dispensare*, Covar. *lib.1. variar. resol. cap.6. n.1. vers secundò.* Menoch. *cons.157. num.11.* Sayr. *in clav. reg. lib.3. c.10. n.6.* Flamin. Paris. *de consid. q.3. n.25.* Machado *d. tom.2. lib.4. part.7. tract.4 docum.12.* quia super eo habet plenam potestatem: idem Flam. Paris. *de consid. q.31. num.39.*

Et non solùm potest tollere, quæ prædecessores 129
statuerunt, sed etiam constitutiones Conciliares de Fide non disponentes. Gloss. *verb. Concilium, in c. ubi periculum, de elect. lib.6.* Cardin. Paris. *cons.68. à n.397.* Flamin. *d.q.3. n.28.* me citato in hoc loco, Machado *d. tom.2. lib.4. part.7. tract.4. docum.11. n.5.* quia Papa non censetur tantum concessisse, quin majorem auctoritatem sibi, & successoribus reservaverit, *cap. dudum, c. quamvis, de prab. in 6.* Aym. *cons.116. n.4. vers. itaque si Papa*, Cephal. *cons.135. n.4. & cons.168 n.28.* Rot. *in Cracovien. Juris legend. 21. Maii 1627. coram Reverendissimo D. meo Coccino.*

Multi autem notantur casus in jure, in quibus 130
Papa solus super cæteros potest dispensare, qui ad hæc capitula rediguntur, scilicet circa suspensionem, irregularitatem, inhabilitatem ad beneficia, vel dignitates.

Primò cum apostata à Religione, qui in apostasia sit ordinatus, solus Papa dispensat, ut valeat ministrare in Ordinibus sic susceptis, *cap. fin.* ubi Gloss. *de Apostat.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.73. n.18.* Suar. *tom.5. de censur. disp.31. sect.3.* Sayr. *in simil. tract. lib.4. c.15. n.16.*

Secundò, cum eo, qui à schismatico Episcopo fuerit ordinatus, similiter solus Papa dispensat, *cap. quia diligentia, de elect.* Unde Nicolaum Garc. *de benef. p.11. c.10. §.1. n.161.* Sanch. *in præcepta Decal. tom.1. lib 2. c.36. n.18.*

Tertiò similiter cum eo, qui ab hæreticis fuerit ordinatus, *c. convenientibus, in fin. 1. q.7.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.2. alleg.48 n.7.*

Quartò, cùm simoniacè ordinato solus similiter Papa dispensat, ut valeat ministrare. Gloss. *in cap. ordinationes, 1. q.1.* Valent. *tom.3. disp.6. q.16. punct.6. ad fin.* Azor. *institut. moral. p.3. lib.11. de simon. cap.22.* & habilis fieri non solùm ad beneficium simoniacè obtentum, sed etiam ad alia beneficia obtinenda, ut resolvit Filliuc. *tract.45. c.15. q.12. num.38.* quamvis Navar. *cons.32. de simon.* Emman. Sà *in aphorism. verb. simonia, num.9.* Suar. *de Relig. tom.1. lib.4. de simon. cap.61. num.11.* existiment non esse opus dispensatione ad alia beneficia obtinenda.

Quintò, cum hæretico revertenti, ut in Ordinibus, quos habebit, possit ministrare, solus Papa dispensat, *c. salubertimum, in fin. 1. q.7.*

Sextò, cum eo, qui scienter fuerit rebaptizatus, præsertim si ipse præcipuus sit in culpa, & cum rebaptizante ut valeat ordinari, & in Ordinibus ministrare possit, solus Papa dispensat, *cap. quibus, & cap seq. de consecrat. distinct.4.*

Septimò, cum eo, qui Ordinem furtivè suscepit, quando promulgata erat excommunicationis sententia in tales, solus Papa dispensat ut ministret, vel ut ad majora ascendat, *cap.1. de eo qui ord. furt. suscep.* Bernard. *in pract. c.25. num.2.* ubi

Salzed.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Silzed. *in addit. lit. B*, Suar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. n. 54. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in prax. fori pœnit. lib. 32. tract 2. n. 71.*

Octavò, cum ordinario in excommunicatione ſcienter, vel etiam ignoranter; quamvis qui ſcienter id egerit, ſit de juris rigore deponendus, *c. sùm illorum, de ſent. excom.* Suar. *tom. 5. de cenſ. diſp. 31. ſect. 1. n. 19.* Ægid. de Coninch. *tom. 2. diſp. 15. n. 41.* Valer. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 30. n. 188.* Campan. *in diverſ. Jur. Canon. rubr. 11. c. 15. n. 4. & 5.*

Nonò, cum homicida voluntario, & illicito ad Ordines ſuſcipiendos, ſed non facilè, ut per Sylv. *in ſumm verb. homicidium 3. q 8.* Covar. *in Clem. ſi furioſus, p. 2. §. 3. n. 2.* Avil. *de cenſ. p. 7 diſp. 5. ſect. 5 dub. 3.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib. 1. tract. 5. p. 5. c. 9. n. 2.*

Decimò, cum illegitimo, ſeu naturali, ut ad ſacros Ordines promoveri, vel dignitates eccleſiaſticas, aut perſonatus, vel Cathedrales Eccleſias, aut beneficia Curata valeat obtinere, *c. 1. de fil. Presb. lib. 6.* ubi plures citavi Doctores *n. 2. & ibi* citatis addo Suar. *de cenſur. tom 5. diſput. 50. ſect. 5. n. 6.* Sayr. *in ſimil. tract. lib. 6. c. 11. n. 8.* Avil. *eod. tract. p. 7. diſp. 7.* Leſſ. *de juſtit. lib. 2. cap. 34. dub 18 n. 86.* Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in com. ad c. 12. n. 3. diſt. 56.*

Undecimò, cum illegitimo ad obtinenda ſimplicia beneficia, quæ pater habuit. Gloſ *verb tale, in d. c. 1.* ubi Gemin. *n. 8. verſ in gloſſ.* Staphil. *de lit. grat. tit. de qualit. & ſtat benefic. verſ. 1.* Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ, ſub rubr. de diſpenſat. ad benefic in Eccleſ. in qua Pater*, Camp. *in diverſ. Jur. Canon. rub. 11. c. 13. n. 87.*

Duodecimò, in pluralitate dignitatum perſonatuum, canonicatuum, & curatorum beneficiorum, in quibus ſolus Papa diſpenſat, *c. de multa in fine, de præbend.* ubi dixi *ex n. 12. & de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 62. n. 18.* Azor. *inſtit. moral. p. 2 l. 4. c. 35. verſ. 21.* Paul. Layman *in Theol. Moral. lib. 4. tit. 2. c. 8 n. 9.* & ego *in d. collect ad citatum cap. de multa, in addit. poſt n. 5.* hoc limito in caſu particulari.

Decimotertiò, in impedimentis ſolo jure pontificio dirimentibus matrimonium, ſolus ipſe diſpenſat, ut per Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 6. in princ. n. 15. & §. 10. n. 11.* Navar. *in Manual. c. 22. n. 85. verſ. tertiò dicendum*, Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 3. §. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp. 40. n. 1 & lib. 8. diſp. 6 à n. 14.* Nic. Garc. *de benef. p. 1 1. c. 15. n. 344.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib 1. tit. 19. l. 7. n. 28. & lib 4 tit. 15 l. 1. n. 98. & 99.* latè ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi p. 2. alleg. 35. à princ.*

Decimoquartò, in quinque juramentis, ſeu votis ſolemnibus ſolus Papa diſpenſat, Jacob. de Graff *in aureis deciſ. p. 1 lib. 2. c. 31 n. 21.* Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 11. c. 18. q. 4. verſ mihi videtur, & c. 19. q. 3.* Sayr. *in clav. reg lib. 5. c. 8. n. 9. & lib. 6. c. 11. n. 53. cum ſeqq.* Suar. *de relig. tom. 2. tract. de juram. lib. 2. cap 40. num. 4. cum ſeqq. & tract. de vot lib. 6. c. 21. n. 2. cum ſeqq.* Leſſ. *de juſtit lib. 2. c. 46. dub. 13. n. 104.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 37. à princ.*

Decimoquintò, cum corpore vitiatis ſolus ipſe diſpenſat, præcipuè ſi vitium, atque defectus eſt gravis, & enormis, ut notabilem deformitatem faciat. Mandoſ. *in tract. de ſignat. grat. tit. Diſpenſatio pro corp. vitiat. verſ. alius a Papa*, Covar. *in Clem. ſi furioſus, p. 1. in princ. n. 7. verſ. ſuper hoc*, Navar. *in Manual. c. 17 n. 98. & 100. verſ. 8.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. c. 8. n. 2.* Campan. *dict. rub. 11. c. 17 n. 202.* Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 3. q. 2.* Aloyſ. Ricc. *in prax. aur. reſol. 16.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 42. n. 57.*

Decimoſextò, in infamia juris, & in irregularitate, quæ ex ipſa procedit, ſolus Papa diſpenſat, Navar. *in Manual. c. 27. n. 204.* Ludov. Mirand. *d. quæſt. 8. art. 5 concluſ. 1.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 43. num. 31.*

Decimoſeptimò, cum convictis de crimine nefando, & juridicè condemnatis ſolus Papa diſpenſat, Lud. Mirand. *d. q. 8. concl. 1.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 44. n. 30.*

Decimooctavò, cum ſuſpenſis ob promotionem ante legitimam ætatem ad Ordines ſacros. Rebuff. *in prax. benefic. tit. de cleric. mal. prom gloſſ. 4. n. 5.* Gutier. *Canon. lib 1. c. 26. ſub n. 21* Ego ipſe *p. 2. alleg. 16. n. 15.* In his autem caſibus Papa de poteſtate ordinaria poteſt diſpenſare, & valida eſt diſpenſatio.

Alii verò ſunt caſus in quibus Papa non diſ- 131
penſat, maximè ſine graviſſima cauſa; nam apud Deum ſaltem non eſſet valida diſpenſatio; ſunt enim caſus, qui in jure divino conſiſtunt, contra quod Papa directè non diſpenſat, ſed interpretando, vel declarando, ut ſuprà diximus; veluti contra vota eſſentialia religionis, præſertim caſtitatis, & paupertatis, quia ſunt de ſubſtantia religionis, *cap. cum ad Monaſterium, in fin. de ſtat. Monach.* videlicet, cum Monacho manente Monacho; quaſi textus velit non poſſe Pontificem iſta duo componere, ſcilicet proprium retinere, caſtitatem non ſervare, cum ſtatu religioſi; id eſt, indulgere licentiam ut cum proprio, & ſine caſtitate vivens
Monachus ſit: non tamen negat quin poſſit cum 132
eo diſpenſare in ſenſu diviſo, id eſt, faciendo de Monacho non Monachum, & extrahendo eum à Religione. Ita illum textum præ cæteris interpretatur Palud. *in 4. diſt. 38. quæſt. 4. art. 3. concl. 12.* Leſſ. *de juſtit. lib. 2. cap. 40. dub. 19.* Franc. Baſil. Pont. *de impedim. matrim. c. 1. §. 3. verſ. ſed quamvis.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 98. verſ. neque*, Sanch. *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 5. c. 1. n. 16.* Barthol. à Sancto Fauſto *in theſaur. relig. lib. 3. q. 36 n. 12. & lib. 7. q. 48.* & quod ſecum in proprio voto poſſit diſpenſare, multis probat Duard. *in comment. ad Bullam Cœna, lib. 1. cap. 4. q. 7. ex n. 14.* Similiter contra alia vota ſine cauſa 133
non diſpenſat Papa. Gloſ. *in cap. non eſt, de vot.* aut ne quis teneatur ad horas canonicas, qui de jure tenetur, Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſt. 17. n. 3.* Cardin. *in clem. 2. de celebr. Miſſ.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 40. art. 5.* Reginald. *in prax. lib. 18. n. 341.* Felin. *in cap. fin. de Magiſtr.* Item in 134
gradibus conſanguinitatis divina lege prohibitis, vel quovis alio impedimento jure divino naturali matrimonium dirimente. Gloſ. *verb. non poteſt, in cap. literas, de reſt. ſpoliat.* Covar. *de ſponſal. p. 6. c. 6. §. 10. n. 10.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 6. n. 10. cum ſequent.* In his enim, quæ tendunt ad Deum, & ex quibus Deo acquiritur obligatio, non ſolet Romanus Pontifex ſine magna diſcretione diſpenſare, ſicut nec unquam ſine rationabili cauſa convenit eum diſpenſare, etſi poteſtatem habeat diſpenſandi, ut ſcribit Bernard. *lib 3. de conſider. ad Eugen.* dicens: *Non ſum tam rudis, ut ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem: ubi neceſſitas urget, excuſabilis diſpenſatio eſt; ubi utilitas provocat, diſpenſatio*

laudabi

Laudabilis eſt ; utilitas dico communis, non propria : nam cum nihil horum eſt, non plane fidelis eſt diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio. Hactenus S. Bernard.

Nunc verò de auctoritate Papæ in abſolvendo ; ſciendum eſt certos eſſe caſus in quibus ipſe ſolus ab excommunicatione, & à ſuſpenſione abſolvit, utpote Sedi Apoſtolicæ reſervatos : quos omnes recenſui *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.50.* ideo illos in præſenti tranſcribere non curavi.

135 Circa abſolutionem à juramento illud duxi advertendum, quod à juramento obligatorio Papa in præjudicium tertii non abſolvit, niſi hoc urgens cauſa expoſtuler. Gloſſ. *in cap. non eſt de voto :* nam ex cauſa abſolvit à juramento fidelitatis ſubditos propter delictum principis, *cap. alius 25. quæſt.6.* aut à ſubjectione Epiſcoporum ; qui auctoritate Apoſtolica deponuntur, *cap. auctoritate, cum ſeqq. 15. q.6.* Item abſolvere aliquem ab obligatione quæſita de jure gentium non poteſt, niſi contracta ſit tantùm ex fidei præſtatione ; id eſt, ex pacto nudo, vel ſimplici pollicitatione ; & hoc non ſine aliqua cauſa *cap. quanto*, ubi Hoſt. & Doct. *de jurejur.*

136 Cæterùm ipſemet Papa proprio juramento obligatur, nec poteſt ſeipſum abſolvere, vel abſolvi ſimiliter ſine cauſa, de iis, quæ promiſit cum juramento, & voluit, quando ſunt licita. Ita Dec. *in cap. ſuborta, num.4. & ſeq. de confirm. util. vel inut.* Felin. *in rubr. de conſtit. n.33.* idem Dec. *in cap. porrecta, n.4. de confirmat. util.* Anchar. *conſ.65. Pro declaratione dubiorum*, Selv. *de benef. p.3. q.8. num.19.* Quæ idem reſolutio procedit etiamſi in conclavi, antequam eſſet Papa, juraſſet, & voviſſet, quia tenetur obſervare, ſi confirmavit poſtquàm eſt Papa creatus. Dec. *in d.c. porrecta, n.1. in fin. verſ. priuſquam.* Felin. *in rubr. de conſtit.n.33.* Butr. *in cap.1. eod. tit. n.10.* ubi dat exemplum in Gregorio XII. & Benedicto XIII. qui juraverant & voverant non creare Cardinales, & obligati erant.

137 Præterea multa ſunt negotia, quæ ita Romano Pontifici reſervata ſunt, & ei adhærent, ut cum generali ejus mandato non tranſeant, niſi ſpecialiter exprimantur, juxta notata per Nicol. Boër. *in tract. de poteſt. Legat. à later. n.14.* Eraſm. Chokier. *de juriſd. Ord. in exempt. p.1. q.3. n.23. & p.4. q.3. n.1.* In generali enim commiſſione non veniunt reſervata principi. Pereg. *de jur. fiſc. lib.1. tit. de iis qui jur. fiſcal. hab. n.75.* & ideo in generali Legati

138 latere commiſſione non tranſeunt caſus Papæ reſervati. Nic. Boër. *in tract. de poteſt. Legati à latere, n.34.* Eraſm. à Chokier *de juriſd. Ord. in exempt. p.1. q.1 n.23. & p.4. q.3. n.1.*

139 Primò igitur ſolus Papa Eccleſiam erigit, & conſtituit in Cathedralem, *c. præcipimus, 16. q.1.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de erect. in Eccleſ. Cathedralem, n.1. & 5.* Azor. *inſtit. mor. p.2. lib.5. cap.29. q.25. in princ. & lib.6. c.30. q.2. & 4.* Gambar. *de offic. Legat. à later. tit. de var. Ordin. nominibus, n.260.* Nicol. Garc. *de benefic. part.12. cap.5. n.1.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.68. n.5.* Monet. *de commut. ult. volunt. c.11. n.251.* ubi *n.252.* idem dicit de erectione Eccleſiæ Cathedralis in Metropolitanam : latè Lotter. *de re benefic. lib.1. q.11. à princ.* ubi *n.28.* ſubdit cauſam erectionis ex quantitate & loco æſtimandam eſſe, nimirum ex quantitate animarum, quæ talis ſit, ut unus paſtor ei non ſufficiat.

140 Secundò, ſolus Epiſcopatum dividit Gloſſ. *verb. diviſis, in cap.1. diſt.10.* Hoſtienſ. *in cap. cùm con-*

tingat, n.11. de foro compet. ubi Butr. *num.11. verſ. conſuetudine*, Panormit. *num.18.* Bellam. *n.15. verſ. tamen certum eſt*, Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.1. c.14. num.12. & 14.* Rot. *deciſ.324. n.2.* apud Fatin. *part.1. recent.* Invito tamen Epiſcopo non poteſt dividere Epiſcopatum, prætetquam ex cauſa, ut per Abb. *in cap. ult. ſub n.12. de confirm. util. & inter ſuas quæſt. 1. n.17.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, n.42. ad fin. de conſtit.* Navar. *de ſpol. Cleric. § 3. n.2.* Si tamen dividat ſine cauſa, peccabit, factum verò tenebit. Sanch. *de Matr. lib.7. diſp.2. n.6.* Suar. *de leg. lib.2. cap.14. n.22.* Et quatenus Abb. *d q.1. n.11. verſ. conſilium tamen Collegii*, ait in nova conſtitutione Sedis Epiſcopalis, & diſmembratione, aſſignationéque Diœceſum requiri conſenſum collegii Cardinalium ; eſt intelligendus reſpectu neceſſitatis directivæ, & intrinſecæ, ut benè declarant Palcoth. *de ſacr. conſult. § 1. q.3. in reſp. ad 3. argum.* & Lotter. *de re benef. lib.1. quæſt.11. n.33. cum ſeqq.*

Tertiò, ſolus Epiſcoporum tranſlatione, ac Sedium mutationes facit, ac alias majores Eccleſiæ cauſas inſtruit, dirimit, & componit, *cap. frater noſter, 16. q.1. c. miſi, de officio Legati, cap.1. de jur. calum.* Azor. *inſt. mor. p.2. lib.4. c.35. verſ. ſecundum, & verſ.5.* Gard. Tuſch. *lit. P. concl.49. n.15.* & totius ferè Orbis diſmembrationes Epiſcopatuum, & Archiepiſcopatuum facit, Rhen. Choppin. *de ſacr. polit. lib.2. c.4. ex n.10.* 141

Quartò, ſolus agit de Epiſcopatûs renunciatione. Gloſſ. *verb. cauſatio, verſ. ipſe ſolus, in cap. præceptis, diſt 12.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.7. q.11. n.17.* Azor. *d. lib.4. c.35. verſ.12.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.50. n.12.* ſecundùm Lugdunenſem impreſſionem. 142

Quintò, ſolus poteſt judicare Epiſcopum, dicta Gloſſ. *verb. cauſatio, verſ. Solus enim Papa :* & vide quæ latè dixi *d p.3. alleg.111. per tot.* Card. Tuſch. *tom.6. lit. P, concl.41. n.65.* 143

Sextò, ſolus reſtituit Epiſcopum, dicta Gloſſ. *verb. cauſatio, verſ. ſolus Papa reſtituit.* Gonz. *ad reg.8. Cancel. gl.41. n.21.* Ego ipſe *d. p.3. alleg.50. n.11.* 144

Septimò, ſolus coadjutores Epiſcopis, vel eorum Superioribus dare poteſt, *c.1. de Cler. ægrot. lib.6.* Gambar. *de off. & poteſt Legat. à lat. tit. de Coadjutor. n.8.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.6. q.20. n.14.* Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n.9.* Campan. *in diverſ. jur. Can. rub.7. c.6. n.105. verſ. eſt tamen*, quos refero Ego ipſe *d. p.3. alleg 50. n.8.* 145

Octavò, ſolus coadjutorias cum futura ſucceſſione quorumcumque beneficiorum concedere poteſt. Conc. Trident. *ſeſſ.25. de reform. c.7.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.6. q.1. n.15. & lib.7. q.20. n.14.* Gonz. *ad reg.8. Cancell. gloſſ.1. §.9. n.92.* Monet. *de diſtribut. quotid. p.2. q.1. n.33.* Nic. Garc. *de benef. p.4. c.5. n.19.* 146

Nonò, ſolus poteſt duos Epiſcopatus unire, *ſic & temporis, cum ſeq. 16. q.1. c. ſicut unire, de exceſſ. Prælat.* Duaren. *de benefic. lib.5. c.6.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de union. à n.22.* Cened. *ad Decret. collectan. 87. n.1.* Nic. Garc. *de benefic. p.12. cap.2. n.60. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in prax. fori pœnit. lib.5. tract.3. n.299.* 147

Decimò, ſolus poteſt novas dignitates in aliqua Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata creare. Gloſſ. *verb. conceſſimus, in cap. cùm olim, de conſuetud.* Monet. *de conſervat. cap.5. num.96.* Sbroz. *de Vicar. Epiſc. lib.2. q.31. n.1. & 2.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. rer. Eccleſ. deciſ.392. in 1. edit. aliàs reſol.312. in ſe-* 148

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cunda editione, Zerol. *in prax. Epis verb. beneficia, vers. ad dignitates.* Massobr. *in prax. haben. concurs. prælud.* 21. *dub.* 1. *n.* 12. secundùm Romanam impressionem.

149 Undecimò, solus in uno etiam Episcopatu quandoque duos Episcopos ponere potest, *cap. non autem,* 7. *q.* 1. *c. quoniam de offic. Ordin.* Flamin. Paris. *de consid. q.* 18. *n.* 8. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P, concl.* 49. *n.* 18. *&* 19. sicut potest ex uno Episcopatu duos facere, Abb. *in q.* 1. *col.* 3. *n.* 5. *vers.* 3. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap.* 2. *n.* 4. *&* 5. *dist.* 80. nam uni civitati non licet binos habere Pontifices, Guilielm. Bened. *in quæst. de Episcopatu, numero* 24. *&* 25. Valenzuel. *consil.* 199. *num.* 17.

150 Duodecimò, solus Ecclesiæ Cathedrali administrationem dat, *c. is cui* 42. *de elect. lib.* 6. Azor. *d. lib.* 4. *cap.* 35. *vers.* 4. *il* 2. Rebuff. *in tract. nomin. q.* 8. *num.* 29. Ego ipse *d. p.* 3. *allegat.* 50 *n.* 7. & latè *alleg.* 133. *per totum*, secundùm Lugdunens. impressionem.

151 Decimotertiò, solus curatorem dare potest Ecclesiæ Cathedrali & ejus bonis, quoad effectum agendi. Gig *de pens. q.* 65. *n.* 5. *&* 6. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 7. *in fin.*

152 Decimoquartò, solus potest Ecclesiæ cathedrali vacanti visitatorem deputare, *cap. ult. de suppl. neglig. Prælat. lib.* 6. Paul. Fusc. *de visit. lib.* 1. *c.* 2. *sub n.* 20 Boër. *decis.* 2. *n.* 29. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 133. *num.* 1.

153 Decimoquintò, solus potest duos Episcopatus uni conferre, *cap. relatio,* 2. *q.* 1. *d. cap. is cui* 42. *de elect. lib.* 6. Flamin. Paris. *de consid q.* 18. *n.* 9. Abb. *quæst.* 1. *col.* 3. *n.* 6. Card. Tusch. *d. concl.* 49. *n.* 18 & dispensare quod quis obtineat duas Ecclesias Episcopales. Abb. *consil.* 101. *Videtur primò, n.* 6. *lib.* 2. Card. Tusch. *d. lit. P, concl.* 69. *n.* 46.

154 Decimosextò, solus potest degradatum restituere. Gloss. *in c. ideo,* 2. *q.* 6. Ego ipse *de offic. & potest. Epis.* 3. *p. alleg.* 50. *n.* 11.

155 Decimoseptimò, beneficium ad tempus, & sub conditione etiam de futuro, quæ non inest, alternativè, & copulativè solus ipse conferre potest, & non alius, *c. pastoralis* 7. *q.* 1. *c. si gratiosè, de rescript. in* 6. Covar. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 16. *n.* 12. Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 6 *cap.* 26. *quæst.* 1. Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *cap.* 2. *n. ult.* Flamin. Paris. *de consid. q.* 18. *ex n.* 4.

156 Decimooctavò, solus jus ad vacatura concedere potest, *cap.* 2. *de præb. in* 6. Abb. *n.* 1. *in princ.* Card. Tusch. *d. lit. P, concl* 69. *n.* 47.

157 Decimonono, solus decimas laïcis tradere potest, *c. cùm Apostolica, de his quæ fiunt à Pral.* ubi latè dixi *in collect. à n.* 3. Vide Cov. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 9. Gregor. Lop. per textum *ibi in l.* 23. *gloss.* 2. *tit.* 19. *part.* 1. D. Barb. *in l. Titia, ff. soluto matrim. n.* 40. Joseph. Sesse *decis.* 162. *n.* 8. Gilken. *de præscript. p.* 3. *cap.* 8. *n.* 18. Melch. Reynoso *observ.* 59. *à n.* 5.

158 Vigesimò, solus laïco, vel fœminæ causam clericorum committere potest, ut probat textus *in c. Mennam,* 2. *q.* 4. & similiter talibus beneficiorum collationem concedere, *cap. ad minus,* 63. *dist.* Panorm. *in c. novit, de judic.*

159 Vigesimoprimò, solus potest ex causa permittere, ut simplex Sacerdos Confirmationis Sacramentum ministret, aut Ecclesiam consecratam reconciliet, Gloss. *in cap. quanto, de consuetud.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 4. *vers. in primis, & lib.* 4. *cap.* 36. *vers.* 35. Armend. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 7. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episc. n.* 77. Bonacin. *de Sacram. disc.* 3. *q.* 1. *punct.* 2. *n.* 3. *vers. dixi.* Duard. *in comment. ad Bullam Cœnæ, lib.* 1. *c.* 5. *q.* 2. *n.* 16. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 30. *n.* 4.

Vigesimosecundò, solus mero laïco delegare 160
potest causas spirituales, ac certis casibus ei concedere jura spiritualia, hoc est, ut valeat excommunicare, beneficia conferre, ab excommunicationis vinculo absolvere, & his similia, ut per Bero. *in quæst. famil. quæst.* 7. Covar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 3. Navarr. *in man. c.* 27. *n.* 6 *& cons.* 1. *de sent. excommun. c. in nov. & in princ. de Pœnit. dist.* 7. *n.* 83. Henriquez *in sum. lib.* 13. *c.* 24. *in princ. lit. B.* Petr. Lenauder. *in tract. de privil. Doctor. p.* 2. §. 18. Carol. de Graff. *de effect. Clericat. effect.* 1. *n.* 30. ubi cum Anastas. Germon. *de sacror immunit. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 12. id limitat, quando delegatio esset generalis de omnibus causis spiritualibus. Quod etiam limitatur ut non possit Papa metè laïco delegare causas Ordinibus annexas, veluti quod Missam dicat, vel à peccatis absolvat, vel ordines conferat: quod Gloss. *verb. concedimus, in cap. pervenit,* 95. *distin.* Covar. *lib.* 1. *var. resol. c.* 10. *n.* 4. Morl. *in empor. jur. civilis, p.* 1. *tit.* 2. *de jurisd. q* 22. *num.* 9.

Vigesimotertiò, solus exemptionem à jure, & 161
potestate Episcoporum concedit, *c. nulla ratione,* 92. *dist.* Gloss. *in c. auctoritate, de privil. in* 6. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 35. *vers. quartum.* Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 50. *num* 13.

Vigesimoquartò, solus Indulgentias plenarias, & 162
ubique, & pro defunctis concedere potest. Ego ipse *de offic. & potest Episc. p.* 3. *alleg.* 88. *n.* 5. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 35. *vers.* 47.

Vigesimoquintò, solus potest licentiam, & dis- 163
pensationem concedere, ut extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoveri. Rebuff. *in prax. benef p.* 2. *tit. de Cleric. ad sacr. Ord. male promot gloss.* 1. *n.* 11. Maiol. *de irreg. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 9. Quarant. *in summa Bullarii, verb. Ordo, vers. devenio ad secundum,* Ugolin. *de offic. Episc. c.* 26. §. 25. *n.* 1. *in fin.* Azor. *d. lib.* 4. *c.* 35. *vers.* 29. Ego ipse *in simili tract. p.* 2. *alleg.* 17. *num.* 15.

Vigesimosextò, solus sacros Ordines dat illis, 164
qui nondum ad legitimam ætatem venerunt, *c. cùm in cunctis, de elect.* Ego ipse *d. tr. p.* 3. *alleg* 50. *n.* 15. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 35. *vers octavum.*

Vigesimoseptimò, solus Cardinales creare po- 165
test. Gloss. *in Clem. ne Romani, in verb. potestatis, de elect.* Joan. Andr. Panorm. *in cap. sane, de conversi. conjug.* Camil Borrel. *in summa omnium decis. tom.* 1. *tit.* 5. *n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 1. *quæst.* 7. Et eos deponere, *cap. ex gestis,* ubi Gloss. & Doct. *de Cleric. non resid. cap. unic. de schism. lib* 6.

Vigesimooctavò, solus permittit ut Regularis 166
transeat ad Regulam laxiorem, *cap.* 1. §. 1. & ibi Gloss. *verb. Ordinarios de religios. domib. in* 6. Gloss. *verb. canonice, vers. sed si transiret ad laxiorem, in c. cùm singula,* §. *prohibemus, de prabend. lib.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 421. *n.* 16. Sanchez *in precept. Decal. tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 67. Barthol. de Vecch. *in prax. observ. in admitt. ad relig. stat. novit. disp.* 15. *dub.* 5. *num* 1.

Vigesimononò, solus potest tollere irregularita- 167
tem provenientem ex eo, quod quis suspensione durante in divinis se ingesserit, ibi, *Nonnisi per Summum Pontificem, &c. de sentent. & re jud. lib.* 6. Farinac. *in praxi crimin. q.* 3. *n.* 72.

Trige

168 Trigesimò, solus sacros Religiosorum hominum Ordines, & institutа approbare potest, *cap. unic. de Relig. dom. lib. 6.* Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 3. q. 48.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 23. q. 5. & p. 2. lib. 5. c. 7. q. 1. & lib. 4. c. 35. vers. 45.* Valer. Regin. *in prax. fori pœnit. lib. 18. n. 364. vers. accedit*, Laurent. de Peirin. *in const. sui Ordin. Minim. tom. 2. constit. 1. Archiepiscopi Pyrrhi*, Ego ipse *d. p. 3. alleg. 50 n. 47.* secundùm Lugdunensem impressionem. Olim in his districtibus & diœcesibus Episcopi consuevetant Religiosas Congregationes approbare, quousque in generali Conc. Lateranensi tempore Innocentii III. auctoritas hoc faciendi fuit Summis Pontificiis reservata, *cap. fin. de Relig. domib.* Ant. August. *lib. 9. de jure veteri, tit. 2. cap. 3.* Valenzuela *cons. 1. num. 75.*

169 Trigesimoprimò, solus potest annuas pensiones in beneficiis constituere, & constitutas transferre, & jus eas redimendi concedere. Ego ipse *d. alleg. 50. n. 24.* Paul. Layman. *in Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 18. n. 3.* An, & quando eas imponere possit Episcopus, dixi *ead. p. 3. alleg. 69. n. 15.* Quicquid sit, hodie secundùm consuetudinem Curiæ Romanæ, id Episcopis licitum non est, ut per Less. *de just. lib. 2. cap. 34. dub. 38.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 85. in princ.* Binsfeld. *de simon. c. 9. q. 2. vers. de consuetudine.* Et multò minùs licitum esse poterit in eventu resignationis ad favorem alterius, quia sicut talem resignationem recipere non potest, ita nec resignanti in favorem pensionem designare valet, ut per Læl. Zech. *de benefic. & pension. c. 11. n. 5.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 4. de simon. cap. 33. num. 3.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 5. n. 340.* Paul. Laym. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 18. n. 3. vers. cæterùm.* Verùm in casibus specialibus, ac necessariis, verbi gratiâ propter paupertatem, vel senectutem resignantis, ob litis compositionem, aut coæquandos fructus in permutatione beneficiorum, adhuc hodie Episcopo competit pensionem beneficio imponere, quamvis non in perpetuum, nec cum facultate transferendi ad alterum, sed solùm ad vitam pensionarii, id est ejus, cui pensio designatur, sicut habetur *in c. nisi essent, de præb.* & docent Gig. *de pens. q. 6.* Caccialup. *cod. tract. q. 5.* Navar. *cons. 43. n. 4. de simon. in nov.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. n. 37. & c. 51. n. 18.* Nic. Garc. *d. c. 5. n. 309. & 334.*

170 Trigesimosecundò, solus potest renunciationes ad favorem alterius, vel cum reservatione fructuum ex causa admittere, *cap. deliberatione, cap. prohibemus, de offic. deleg. lib. 6.* Azor. *d. p. 1. lib. 4. c. 35. vers. 2. lib. 2.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 50. n. 23.*

171 Trigesimotertiò, solus potest alienationes, seu permutationes rerum Ecclesiasticarum graviorum admittere. Ego ipse *d. p. 3. alleg. 95. n. 2.*

172 Trigesimoquartò, solus potest concedere licentiam, ut exemptus suæ exemptioni renunciare possit. Abb. *in c. 1. n. 19. de re judic. & in c. si de terra, n. 5. de privil. & in c. significasti, 27. n. 8. in fin. & seq. de for. comp.* Armil. *in summa, verb. Exemptio, n. 8.* Castr. *cons. 432. incip. Dicendum videtur, n. 3. lib. 1.* Galerat. *de renunc. tom. 2. cent. 2. renunc. 140. n. 18.* Rot. *in una Ulisbon. Monasterii, 19. Novemb. 1625. coram Reverendiss. D. meo Coccino Decano.*

173 Trigesimoquintò, solus potest permittere, ut in loco exempto Ecclesia ædificetur. Ego ipse *d. p. alleg. 26. à princ.* & sine ejus quoque licentia non possunt erigi Regularium Monasteria, *cap. unic. de excess. Pral. lib. 6. cap. 1. de relig. dom. eod. libro.* Campan. *in diverf. jur. canon. rub 12. cap. 13. n. 80. in fin.* Ego ipse *d. alleg. 26. n. 5.* prout nec etiam sine ejus licentia Monasterium mutari potest de uno in alium locum, *d. c. 1. de excess. Pral. lib. 6.* F. Ludov. Mirand. *in man. Pral. tom. 1. q. 33. art. 2. concl. 2.* Ego ipse *d. alleg. 26. n. 9.* Rot. *in Novariensi Monasterii, 3. Decembris 1627. coram R. P. D. Ubaldo.* 174

Trigesimosextò, solus potest Sanctos canonizare, *cap. 1. de reliq. & ven. Sanct.* ubi Joan. Andr. *n. 1.* Butr. & Host. *num. 7.* & Joan. Andr. *num. 5.* August. Triumph. *de potest. Eccles. quæst. 14. art. 1.* Maivet. *de canoniz. at. Sanctor. dub. 1. numero 5. & sequentib.* Angel. Roch. *in simili tract. cap. 4.* Ludov. Carbo *in sum. tom. 3. lib. 2. cap. 17. vers. 3. dictum.* Dominic. Anfoss. *de sacr. reliq. cult. §. 23. num. 25.* Card. Bellarm. *de sanct. beatitud. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 8.* Mascard. *de probat. concl. 262. n. 50.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. Nap. cap. 51. in fin.* Turrian. 2. 2. *disp. 17. dub. 2.* Azor. *Instit. mor. p. 2. lib. 5. c. 6. quæst. 1.* Valer. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 19. n. 6. in fin.* Azor. *Inst. Moral. part. 2. lib. 4. c. 35. vers. 23.* 175

Trigesimoseptimò, solus potest in beneficiis Jurispatronatus laïcorum sine eorum præsentatione instituere. Gloss. *verb. Apostolicis, in Clement. 2. de prab.* Cherian. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. n. 16. pag. 168.* Perez *l. 2. vers. dubitatur tamen, tit. 6 lib. 1. Ordin. pag. 149.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. q. 4. n. 51.* Card. Tusch. *pract. conclus. litt. I, conclus. 596.* dummodo tamen juxta regulam 41. Cancellariæ Apostolicæ Jurispatronatus hujusmodi mentio dispositivè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat; etsi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, modò in litteris provisionis, vel mandati de providendo de dicto beneficio similis mentio facta sit. Ex quibus autem causis, & in quot casibus solent Papa laïcali jurispatronatus derogare, ponunt Mandos. *in tract. de signat. grat. verb. derogationes jurispatronatus*, latè Vivian. *in prax. jurispatr. p. 3. lib. 14. cap. 2. num. 8. cum seqq.* secundùm novissimam impressionem. Et de quibus beneficiis tantùm Papa, & non alius providere possit, utpote, quia reservata sunt ejusdem Pontificis dispositioni, dicemus *lib. 3. c. de collation. & reservat. benef.* 176

Hæc enim omnia, & similia, quæ aut jus divinum, aut universalem Ecclesiæ statum, aut maximum animarum periculum, vel præcipua Apostolicæ Sedis privilegia aliquatenus videntur concernere, quia majores Ecclesiæ causæ esse probantur, & in quibus præcipua Papæ auctoritas consistit, aliis sine speciali mandato permissa esse non intelligantur. Ea autem ipse de potestate ordinaria non sine magna animadversione, & rationabili causa exequitur, ut est in hujusmodi rebus suprema potestas, quæ nec toti Ecclesiæ, videlicet generali Concilio, sine ejus auctoritate liceret. 177

De potestate autem Papæ absoluta, de qua suprà diximus eum cuncta facere posse ad libitum, cùm nemo possit ejus resistere voluntati, sciendum est primò quod ea, quæ facit Romanus Pontifex contra jus positivum, etiam absque rationabili causa, nihilominus tenent, & valida semper existunt, donec ab alio Pontifice corrigantur, aut tollantur; quæ etsi dura videantur, ejus tamen est voluntati parendum, ubi nihil contra Fidem, vel universalem Ecclesiæ statum, aut animarum salutem præcipere comprobatur, 178

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. in memoriam, diſt. 19. Gloſſ. *in cap. olim, de verb. ſignific.* Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 51. *n.* 5. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract. de legib. reſolut.* 32. Nam quomodò ſupra jus eſſe intelligatur, jam ſuprà eſt declaratum.

179 Quod verò ſolutus eſſe legibus, aut canonibus dicitur, illud de lege meræ poſitiva communiter intelligi ſolet, & hoc quidem de vi legis coactivæ, non autem directivæ accipitur; quia cum Superiorem non habeat, à nemine cogi ad legis poſitivæ obſervantiam poteſt. Suar. *de legib. lib.* 3. *c.* 35. *ex n.* 15. Morla *in empor. jur. p.* 1. *tit.* 1. *q.* 1. *per tot.*

180 Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 2. & plures per me citati *in collect. ad c. juſtum, n.* 2. *diſt.* 9. Diana *d. tract. de legib. reſol.* 10. Unde ipſe ſecundùm legis, & canones ſe velle vivere profitetur *in cap. cum omnes, de conſtit. & in cap. juſtum, & in cap.* 1. 25. *q.* 1. *& in c. Baſilicas, de conſecr. diſt.* 1. *l. digna vox, C. de legib.* ne in eorum numero computetur, de quibus ait in Evangelio Dominus apud Matth. *c.* 24. & refertur *in c. ſi gant,* 26. *q.* 7. quod *dicunt, & non faciunt, & imponunt aliis onera gravia, & importabilia, digito autem ſuo nolunt ea movere.*

Quod igitur ad jus divinum, & ad Dei judicium attinet, Papa non eſt ſolutus legibus; leges autem humanas ſervare, non coactè, ſed voluntariè debet: & quamvis habeat plenitudinem poteſtatis, ut vidimus, eam tamen habet, ut ſecundùm rationem, & æquitatem exerceat, ſicut jura in ratione fundantur, *in c. conſuetudo,* 1. *diſt.* Unde ex rectitudine juſtitiæ, & æquitatis, non autem ex ſpeciali affectione procedere debet, & Chriſtum Dominum, cujus Vicarius eſt, imitari, qui dixit Matth. 5. *Non veni ſolvere legem, ſed adimplere:* refertur *in c. Magnum,* 11. *q.* 1. Sed licèt omnia poſſit, & valeat, non debet tamen prætermittere clavem diſcretionis, quia plenitudo poteſtatis in executione bonitatis, non in auctoritate pravitatis conſiſtit, ut inquit Hoſtienſ. *in c. quantò, de tranſlat. Epiſc.* Nec verò quid valeat, ſed quid debeat, attendere debet, ſicut monet Bernard. *lib. de conſid. ad Eugenium Papam,* dum eum pro quadam culpa alloquitur, inquiens: [Si factitando probatis vos habere plenitudinem poteſtatis, ſed juſtitiæ, fortè non ita facitis hoc, quia poteſtis, ſed utrum debeatis, eſt quæſtio. Non eſt decens tibi uti voluntate pro lege; & quia non eſt ad quem appellatis, poteſtatem exercere, negligere rationem: túne major es Domino tuo, qui ait: Non veni facere voluntatem meam, &c.] Quare dicebat Apoſtolus Paulus, *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*

181 Hæc autem ſemper attendere, ac ſervare Romanus Pontifex volens, conſilia Cardinalium & aliorum in rebus præcipuè arduis adhibet, *cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. c. auctoritate, de priv. lib.* 6. ſicut Epiſcopi canonicorum utuntur conſilio, *cap. novit. de iis quæ fiunt à Prel* Et ſpecialiter Martinus V. Romanus Pont. dum viveret eſt profeſſus ſe nunquam in arduis diſpenſaturum ſine Cardinalium conſenſu; & ideo non poſſe Papam ardua ſine eo explicare, tenet Zabarel. *d. conſil.* 137. *n.* 6. *&* 7. ubi ad id adducit duas rationes. Primò quia facti à Cœleſtino Papa ſine Cardinalibus fuerunt revocata. Secundò, quia negotia Papæ, vel Regni, dicuntur negotia univerſitatis, ideo requiritur conſenſus majoris partis Procerum: & idem tenet Abb. *in ſua quæſt.* 1. *Epiſcopus, n.* 12. *in fin.* ubi quod Collegium Cardinalium eſt in poſſeſſione, vel quaſi, quæ maiùs non operatur: allegatur textus *in c. per venerabilem, verſ. rationibus, qui fil. ſint legit.* ubi dicit poſſe ratione divina ſuſtineri, etiam ceſſantibus pactis. Contrarium verò, immò quod ſolus Papa poteſt ardua quæcumque expedire ſine Cardinalibus, tuetur Petr. de Bitz *in ſuo dir. elect. in* 1. *p. c.* 35. *n.* 9. Barbat. *conſ.* 1. *per tot.* & præcipuè *n.* 36. *lib.* 1. Troil. Malu. *de canoniz. Sanct. in* 2. *dub. n.* 31. *cum ſeqq.* & advertit Caſtr. *conſ.* 415. *In facto, n.* 6. *verſ. item non obſtat:* & quod licèt Papa ſoleat ardua explicare, ſive expedire cum conſilio Cardinalium, & in alienatione bonorum ſoleat intervenire ſubſcriptio, & conſenſus eorum; tamen Papa non obligatur, quia non eſt qui dicat, *Cur ita facis?* Niſi de ſtylo conſueviſſent annullari ea, quæ facta fuerunt ſine conſilio, & ſubſcriptione Cardinalium, quia tunc ſtandum eſſet ſtylo, vel conſuetudini. Sed verius eſt nec conſuetudine, nec juramento introduci poſſe, quod Papa nequeat ſolus ardua facere, & creare Cardinales, ut optimè tenet Jacobat. *de Conc. lib.* 7. *art.* 5. Joan. Ferdin. Lozes *in conſil. edito ſuper oppido de Mula, col.* 353. *cum pluribus ſeqq.* ubi loquitur de quibuſcumque arduis, videlicet creatione, & depoſitione Cardinalium, & canonizatione Sanctorum, depoſitione Regum, & Imperatorum, & aliis hujuſmodi, refert Card. Tuſch. *d. littera P, concl.* 50. *n.* 12.

Sed circa præmiſſa notandum eſt primò, quod 182
Papa non poteſt ligare ſeipſum legibus poſitivis, nec ſuos ſimiliter ſucceſſores, ut ſcilicet non poſſit ex cauſa à jure diſcedere, & ratione exigente diſpenſare, *c. innotuit, verſ. quamvis, de elect.* Solùm poterit id, quod ſervandum ſibi videatur in poſterum ſuis ſucceſſoribus indicare, *c. ult. in fin.* Gloſſ. *de reſcript. lib.* 6. Et quidquid ſit dicendum in Papa concedente, an poſſit ſibi ligare manus, ut non valeat diſpoſitio contraria abſque ſpeciali derogatione, ſecus eſt in ſucceſſore, qui abſque derogatione non habet manus ligatas. Prob. *ad Monach. in c.* 1. *n.* 11. *de conſtit.* Alphonſ. Sot. *ſuper reg.* 40. *n.* 4. *& reg.* 24. *n.* 4. & fuit dictum *in Comaclenſi, ſeu Ferrarienſi Præpoſituræ,* 5. *Decemb.* 1624. *coram bon. mem. Remboldo, & in Cracovienſi juris legendi,* 21. 1627. *coram R. P. D. meo Coccino Decano.*

Et ideò in hujuſmodi poſitivis legibus diſpenſans 183
etiam ſine cauſa validè diſpenſat, ſecundùm Suar. *de leg. lib.* 6. *c.* 19. *n.* 6. Salas *tod. tract. diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 32. Lorca *in p.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 27. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 41. *n.* 5. Pont. *de matr. lib.* [illegible] 14. *n.* 7. Dian. *reſol. moral. tract. de leg. reſ.* 32 Licèt tunc illum peccare mortaliter exiſtimaverint Valent. *tom.* 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 9. & Suar. *de legib. lib.* 6. *c.* 18. *n.* 9. Verius tamen eſt, ſcluſo ſcandalo, & gravi alterius damno, peccare tantùm venialiter. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 22. *n.* 15. Tanner. *in* 1. 2. *diſp.* 5. *q.* 7. *dub.* 2. *n.* 29.

Unde infertur, Papam excommunicari, aut aliis 184
cenſuris ligari non poſſe lege humana, ita ut ſi contingat hæreticum fieri, vel aliud crimen commictere, cui annexa ſit à lege excommunicatio, eam non incurrat, ut per Navar. *in cap. novit, de judic. not. ab.* 3. *n.* 78. *&* 142. *& in man. cap.* 27. *n.* 15. Ugol. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 17. §. 6. *à n.* 8. Suar. *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 5. *ſect.* 1. *à n.* 27.

Hinc etiam infertur Summum Pontificem cum 185
excommunicato, nullâ etiam causâ ſubſiſtente, communicantem in humanis, vel etiam Divinis, vel alio modo cenſuras Eccleſiaſticas violantem, non incurrere pœnas contra violatores cenſurarum jure præſcriptas. Gloſſ. *verb. expectare, in c.* 1. *diſt.* 93. Gloſſ. *verb. pari, in c. qui merito,* 11. *q.* 3. *& verb. ſalutaris, verſ. ſed pone quod Papa, in c. ſi aliquando, de*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de ſent. excom. & verb. vitare, in cap. nulli, eod. tit. ubi Joan. Andr. *n.*2. Anchar. *n.*5. Cardin. *n.*1. Butr. *n.*7. Boïch. *n.*4. Abb. *n.*7. & Felin. *n.*5. Gemin. *in c. ſtatuimus, n.*11. *de ſent. excom. in* 6. ubi Franch. *ante n.*5. *verſ. licèt aliud eſſet in Papa*, Covarr. *in c. alma mater, part.*1. §.1. *n.*5. Ugolin. *de cenſur. tab.*1. *c.*3. §.8. *n.*5. Anton. Ricciul. *de jure perſonarum extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib.*4. *c.*42. Et ſic non poſſe per cenſuras compelli, tenent Suar. *tom.*3. *de cenſ. diſp.*5. *ſect.*1. *n.*47. & Sayr. *in ſimili tract. lib.*1. *cap.*1. *n.*22. Ratio eſt, quia ſubſtantia, & effectus cenſurarum Juris eſt humani, ſecundùm Lap. *alleg.*48. *n.*2. Nav. *de orat. miſcel.*47. *n.*5. *& in c. inter verba. prælud.*3. *n.*4. Ugol. *d. tab.*1. *cap.*2. Suar. *tom.*3. *de cenſur. diſp.*2. *ſect.*1. Conſtat autem in his, quæ Juris humani ſunt, Papam aliòſque ſupremos Principes quoad vim coactivam non obligari, nullíſque pœnis juris humani adſtringi, ut notant omnes, per textum ibi, *in l. Principes, de legib.* & quia nemo ſibi ipſi imperare poteſt, *l. pen. ff. de arbit.* vel legem imponere, à qua non poſſit recedere, *leg. ſi quis* 22. *in princ. ff. de legat.* 3. Sot. *de juſt. lib.*1. *q.*6. *art.*7. *concl.*3. Corraſ. *hb.*2. *miſcel. cap.*25. *n.*4.

186 Secundò eſt notandum, non poſſe Papam ſe alterius juriſdictioni ſubdere, quia exemptio Papæ eſt privilegium non intuitu perſonæ, ſed in honorem Chriſti datum, cui non poteſt Papa renuntiare, ſicut nemo poteſt renunciare privilegio in favorem Communitatis concello: tum etiam, quia Pontifex non poteſt humanæ poteſtati quoad vim coërcitivam ſe ſubmittere, ut latè Card. Bellarm. *de Conc. lib.*2. *c.*18. Suarez *de defenſ. Fidei, lib.*4. *cap.*7. *n.*3. Quare hoc notabile tenent Joan. Andr. & Abb. *in cap. Eccleſia S. Maria. de conſtit.* Archid. *in c. ſi quis ſuperbus*, 8. *q.*11. Turrecr. *lib.*2. *ſum. c.*104. & alii, quos refert, & ſequitur Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*4. *c.*7. *q.*6. ubi contrariis reſpondet. Duard. *in comment. ad Bull. Cœn. lib.*1. *c.*1. *q.*2. *n.*38. Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*46. *n.*52. & 53.

187 Tertiò eſt notandum, Papam non teneri vi præcepti humani, & conſtitutionis, *c. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* ad ſemel in anno confitendum; vi, inquam, coactivâ, ſiquidem vi directivâ illius textus vigore tenetur ſub reatu peccati mortalis, ſaltem ſemel in anno peccata ſua mortalia ſemel confiteri; & idem de Euchariſtiæ ſumptione in paſchate dicendum eſt; tum ratione naturali, quæ docet principem legis humanis ſubditum eſſe, eo quòd præceptum illud de confeſſione annua, licèt aliqua ex parte humani juris ſit, non omnino divini, verè tamen eſt juris divini limitati per humanum. Vide Nav. *in princ. diſt.*1. *n.*32. *& in c. ſacerdos, n.*50. *de Pœnit. d. diſt.*6. Covar. *in c. alma mater, p.*1. §.1. *n.*5. Vivald. *in Candel. aur. p.*4. *c.*8. *n.*57. Hent. *in ſum. lib.*1. *de Sacr. Pœnit. c.*3. §.2. Flam. Par. *de reſig. benef. lib.*3. *q.*18. *n.*151. Sayr. *in clavi regia, lib.*5. *c.*4. *n.*14. Azor. *Inſtit. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*39. *q.*21. Paul. Comitol. *reſponſ. mor. lib.*1. *q.*101. Valer. Regin. *in prax. for. pœnit. lib.*6. *n.*49.

188 Plura ſunt præterea, quæ Romanus Pontifex de ordinaria poteſtate facere non ſolet, præter illa, quæ ſuperiùs vidimus; de abſoluta verò nonnulla quandoque feciſſe probatur, quia in dubio Papa nunquam præſumitur uti plenitudine poteſtatis, niſi exprimat. Felin. *in cap.*1. *n.*27. *de conſtit.* Card. Tuſch. *d. lit. P, concluſ.*43. *num.*10. Nec etiam præſumitur, quod Princeps eà uti velit, ſed potiùs legibus ordinata, ut inquit Innoc. *in cap. innotuit, ſub n.*5. *de elect. & in cap. innovamus, n.*1. *in fin. de cenſib.* Bald. *in l. ſi teſtamentum, num.*1. & ibi Paul. Caſtr. *n.*2. *C. de teſtam. mil.* Alex. *in l. Centurio, n.*3 *ff. de vulg. & pup.* Bero. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.*135. *de conſtit.* Roland. *conſ* 86. *n.*58. *vol.*1. Rimin. *ſen. conſ.*39. *n.*10. Eccleſiam namque, aut Sedem Romanam ad aliam civitatem transferre, non ſolere de ordinaria poteſtate videtur, ſecundùm ea, quæ ſuprà *cap. proximo* vidimus; quandoque tamen factum fuiſſe conſtat, & paſſim nobis referunt hiſtoriæ, quod per ſeptuaginta annos patum plus ſtetit ſancta Sedes Avenione, apud Francigenas, ut tradunt Illeſcas *in hiſt. Pont. lib.*6. *c.*1. *&* 7. Mexia *in ſylv. var. lection. lib.*2. *c.*6. S. Antonin. 3. *p. hiſt. tit.*21. *c.*1. Joan. Rich. *in compend. temp. & hiſt. Roman. Pontif. lib.*3. *cap.*9. unde & redire Romam Pontifex Gregorius XI. eſt admonitus, Læl. Zech. *de privil. Eccleſ. privil.*77. *n.*9. 189

Similiter cùm Clerici jure divino, & naturali exempti ſint à civilibus Principum legibus, ut ſentiunt Gloſ. *verb. diſcuti, in cap. ſi Imperator*, 96. *diſt. & in verb. divino, in cap. quanquam, de cenſib lib.*6. ubi Doct. & plures plenâ manu citati per me *in collect. ad cap. Eccleſia S. Mariæ, n.*19. *de conſtit.* ideo privilegio hujus exemptionis Papa in totum, & generaliter derogare non poteſt, Abb. & Doct. *in cap.*2. *num* 2. *de major. & obed.* Romano *ſing* 418. Grammatic. *deciſ.*61. *num.*10. *& ſeq.* Clar. 5. *ſin. q.*41. *verſ. ſed quid dicendum*, Roland. *conſ.*4. *n.*15. *vol.*1. *& conſ.*12. *n.*46. *& conſ.*43. *n.*11. *vol.*2. Covar. *pract. c.*31. *n.*4. *verſ. primum*, Bellet. *de quæſt. Cler. p.*1. *tit. de favor. Cleric. perſon.* §.3. *n.*7. Et ideo non poteſt facere legem, per quam Clerici judicentur à Judice ſæculari, Roman. *conſ.*414. Card. Tuſch. *d. littera P, concl.*49. *n.*95. Nec poteſt concedere, quod Rex in Regno ſuo habeat juriſdictionem in omnes Clericos, & poſſit cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ, n.*6. *de conſtit.* Card. Tuſch. *d. litt. P, concl.*69. *n.*6. Sed cùm facilius ſit limitare legem in uno, vel pluribus caſibus, quàm in totum abrogare, Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.*19. *de conſt.* Rot. *dec.*192. *n.*7. apud Farin. *p.*1. *recent.* poterit illud interpretari, mutare, declarare, reſtringere, remittere, & amplificare. Covar. *de ſponſal. p.*2. *c.*6. §.9. *n.*2. 3. *&* 4. Bald. *de præſcript. p.*5. *princ. q.*7. *n.*11. Monet. *de dec. in. cap.*3. *ex n.*87. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*4. *c.*18. & ſic in caſu particulari poterit deputare laicum, vel fœminam Judicem Clerici, ut tenet Card. Tuſch. *d. lit. P, concl.*50. *n.*18. *&* 20. 190 191

Sic etiam non poteſt Papa characterem in anima impreſſum per degradationem tollere, quia nec per mortem tollitur, Gironda *de priv. n.*185. nec præcipere aliquid injuſtum, aut quod in ſe peccatum contineat, *cap. inquiſitionis, de ſent. exc. cap. Julianus, & c. ſi Dominus*, 1. *q.*5. Nec ipſe habet poteſtatem peccandi, nec ſeipſum à peccato ſuo abſolvere poteſt, Panorm. *in c. fin. de inſtit.* Præterea non poteſt matrimonium conſummatum ullo unquam caſu diſſolvere, quia omnimoda hæc indiſſolubilitas competit matrimonio conſummato ex Chriſti divino præcepto, Matth. 19. *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*; ubi elevavit matrimonium ad eſſe Sacramenti, ut repræſentaret indiſſolubilem Chriſti cum Eccleſia per carnem unionem. Vide Covar. *de ſponſal. p.*2. *cap.*7. §.4. *n.*15. ubi reprobat aliquos Juriſperitos peſſimè exiſtimantes poſſe Pontificem ex cauſa diſpenſare in matrimonio conſummato. De matrimonio autem rato tenet communis Doctorum ſententia, poſſe Pontificem in eo diſpenſare, ut ſoluto ejus vinculo poſſint liberè conjuges aliud matrimonium inire, & 192

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſequuntur plures citati à Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 14. *n.*2. & à me *in collect. ad c. ex publico, n.*14. *de converſ. conjug.*

193 Item neque poteſt ſtatuere, ut excommunicato communicans in excommunicationem non incidat, *c. nulli* 8. §.1. ubi Panorm. *de ſent. excomm.* in quo probatur nullum ſe poſſe privilegio Apoſtolicæ Sedis tueri, quominus excommunicatos vitare debeat, ſicut ex eo colligit Mar. Alter. *de cenſur. tom.*1. *de excom. lib* 1. *diſp.*9. *cap.*1. *verſ. & quamvis*, Ricciul. *de jur. perſon. extr. grem. Eccl. exiſtent. lib.*4. *cap.*42. *n.*12. *in fin.* Sed rationem aliqui ex eo deducunt, quod præceptum de vitandis excommunicatis juris divini ſit; quod non eſt verum, niſi de poteſtate excommunicandi intelligatur, immò ex cauſa poſſ. Papam ſtatuere, ut excommunicato communicans non incidat in excommunicationem, colligitur ex latè adductis per me *in collect. ad d.c. nulli.*

194 Item nec poteſt ſine juſta cauſa ſtatuere talia, per quæ ſtatus generalis, ſeu univerſalis Eccleſiæ mutaretur, plenè Roman. *conſ* 380. *Quæſtio eſt, in principio*, ubi *n.*25. *verſ.*2. ſubdit non poſſe etiam ſtatutum facere, ex quo vehementer ſuſpicari poſſet univerſalem Eccleſiæ ſtatum perturbari: *& n.*4. *verſ. tertiò non poteſt*, nec per quod ſtatus univerſalis Eccleſiæ decoloraretur: *& n.*5. *verſ.*4 nec per quod cuncti Ordines Eccleſiæ ſcandalizarentur, ſeu Eccleſia periclitationem pati poteſt: refert Card. Tuſch. *lit. P, concl.*30. *n*33. *cum ſeqq.* & *n.*41. poſt Anton. de Butr. *conſ.*19. *n.*7. reſolvit, neque poſſe tollere Canonem, quod percutiens Clericum non ſit excommunicatus, quia illud reſpicit ſtatum Eccleſiæ.

195 An autem poſſit ſtatuere contra Concilium? videtur indagandum, & breviter reſpondendum, quod licèt Gloſſ. *verb. Concil. in cap. Anaſtaſius*, 19. *diſt.* peſſimè tenuerit Concilium majus eſſe Papâ, idemque exiſtimaverit Abb. *in cap ſignificaſti, n.*3 *de elect.* ubi Dec. *n.*7. Abulenſ. *in c.*18. *Matth. q.*108. Roman. *in tribus conſiliis ultimis.* Contraria tamen opinio veriſſima eſt, eamque expreſsè tuentur Gloſ. *in verb. Concilium, in c. ubi periculum, de elect. lib.*6. S. Anton. *p.*3. *tit.*22. *c.*10. §.4. *ſua hiſt.* Cajet. *in tract. de comparat. Papæ, & Concil. c.*7. Pelag. *de planct. Eccl. lib.*1. *art.*6. Jacobat. *de Concil. lib.*10. *q.*7. *fol.*660. *cum multis ſeqq.* Roman. *conſ.*345. *n.*8. Turrecr. *in ſum. de Eccl. lib.*2. *c.*94. *&* 104. *& lib.*3. *c.*64. *in fin.* Covar. *de ſponſ. part.*2. *c.*6. §.9. *n.*6. Sayr. *in clav. reg. lib.*3. *c.*10. *n.*6. Card. Bellarm. *lib.*2. *de Concil. auct. cap.*14. *in fin. &* c.17. Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom.*2. *lit. C. concl.*552.

Utrum verò Papa, cùm ſit ſupra Concilium, poſſit ſe Concilio ſubmittere? vide Turrecrem. *d. lib.*2. *cap.*104. Suar. *de fid. diſp.*10. *ſect.*6. *n.*9. Card. Bellarm. *d. lib.*2. *c.*14. *verſ. ſecunda opinio, & c.*18. *&* 19. *in princ.* Card. Tuſch. *d. concl.*552. *n* 4. *& tom.*6. *lit. P, concl.*80. *n.*11. ubi poſt Clar. *§. fin. q.*55. *n.*5. ait, quod non poteſt ſe ſubjicere Epiſcopo, neque Concilio, ut ab eis judicetur extra crimen hæreſis, & quod non valeat talis ſubjectio: *& n.*13. poſt Caſtr. *conſ.*420. *Viſo puncto, col.*3. *in fin. lib.*1. tenet, quod quando Papa committit crimen notorium, & eſt incorrigibilis, propter quod Eccleſia recipit ſcandalum, poteſt privari, & judicari à Concilio. Idem ſi ſunt plures Schiſmatici de Papatu contendentes, ſi non renunciant, vel concordant.

Hîc autem, quia incidit ſermo de ſchiſmate, commendo Lectori Zabarellam. *conſ.*150. agentem de ſchiſmate inter Innocentium III. & Benedictum XIII. qui ad tollendum omninò ſchiſma, ponit ſeptem remedia. Primùm, convocatio Concilii, & per quos poſſit fieri. Secundò quod compromittant in confidentem Judicem. Tertiò, quod compromittant de jure, & de facto. Quartò, quod uterque cedat, & eligatur alius. Quintò, quod compellantur cedere etiam manu armatâ. Sextò, quod ambo decernant ut uno moriente alter ſit Papa, & quod prohibeatur nova alia electio omnibus Cardinalibus. Septimò, quod alter alteri committat vices ſuas, donec vixerint; utroque in ſua obedientia perſeverante: & ultimum, *n.*29. per ſortes.

Reſtat nunc ut videamus an, & quando Papæ aſſertioni ſtandum ſit, vel non? Concluſio autem in hac materia certa eſt, quod verba narrativa in litteris Apoſtolicis, ſuper quibus fundatur gratia, vel intentio Papæ, proprium factum, vel ſecum geſtum narrantis plenam fidem faciunt: ita probat textus *in Clement.*1. *de prob.* & per illum reſolvunt Tiraq. *de retract. lig* §.1. *gloſſ.*14. *num.*49. Zabarel. *conſ.*413. *n.*3. Caſtr. *conſ.*341. *Venio nunc, in princip. lib.*1. *&* 415. *in princ. lib.*1. Oldr. *conſ.*258. *n.*6. *verſ. item non obſtat*, Feder. de Sen. *conſ.*117. *Caſus talis, in princ.* Raphaël Fulgoſ. *conſ.*148. Gemin. *conſ.*79. *in princip* ubi loquitur in aſſertione Papæ, quod proviſus eſſet ejus Cubicularius, *& conſ.*82. *n.*3. *verſ. reſtat nunc videre*, ubi loquitur de aſſertione Papæ, quod diſpenſaverit cum Epiſcopo, ne conſecraretur. Maſcard. *de prob. concl.*1139 *&* 621. *num.*3. Anton. Gabriël. *comm. tit. de probat. concl.*2. *n.*2. *&* 13. Fatinac. *in prax. crimin. q.*63. *n.*92. *& ſeq.* Card. Tuſch. *tom.*6. *littera P, concl.*62. *ex num.*2. Verall. *deciſ*286. *part* 2 Rot. *deciſ.*405. *ſub n.*1. *part.*1. *recent. & deciſ.*191. *n.*2. *&* 3. apud Farin. *p.*2. *in poſthum.* ubi etiam quod aſſertioni Papæ diſpoſitionem continenti, & dicenti ſe ita velle, ſtandum eſt. Cavalet. *deciſ.*135. *n.*1. & fuit dictum *in Farfenſi, ſeu nullius Monaſterii, & Prioratus*, 26 *Aprilis* 1624. *coram bon. mem. Ubald. ſen.* refert Ferentil. *in annotat. ad deciſionem* 621. Burate. *n.*17. Etiamſi Papa aſſerat de iis, quæ vidit ante Pontificatum. Roman. *ſingul.*118. Maſc. *concl.*139. *num* 6. Farin. *d. quæſt* 63. *à num.*79. Joan. Valer. *de differ. inter utr. ſyn. verb. teſtis, differentia* 5. *verſ. fallit in Papa*

Quòd adeò verum eſt, ut in contrarium probatio non admittatur, Gemin. *conſ.*79. *in princ.* Anch. *conſ.*599. *n.*3. Ægid. Bellam. *conſ.*53. *n.*39. Caſtr. *conſ.*416. *In facto præſenti, in princ. lib* 1. Socin. *conſil.*266. *In cauſa, verſ. abſolut i, lib.*2 Maſcard. *de probat. concl.* 149. *n.*41. Card. Tuſch. *d. lit. P, concl.*62. *n.*10. *ubi n.*41. ex Roman. *conſ.*350 *n.*18. *& ſeq.* id limitat in caſibus, in quibus non ſtatur præſumptioni juris, & de jure, vel quando conſtat de confeſſione contraria Papæ.

Factum proprium multipliciter dicitur. Et primò, ſi Papa narrat ſibi fuiſſe à parte ſupplicatum, ideò ſtatur narrativæ Papæ in hoc, quamvis contineat factum alienum ſupplicantis. Rot. *dec.*171. *n.*2. *p.*1. *diverſ.* Card. Tuſch. *d. concl.*62. *n.*20.

Secundò, ſi narrat beneficium vacare in Curia per mortem Titii, quia probat mortem, & mortis locum, Lap. *alleg.*7. *n.*44. *& allega* 24. *circa prine.* ubi dicit verum, dummodò iſta aſſertio facti alieni habeat relationem ad factum proprium: refert Card. Tuſch. *d. concl.*62. *n.*18.

Tertiò, ſi narret Titium ſibi aliquid ſignificaſſe, quia probat Titium loquutum eſſe cum Papa, Feder.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

der. de Sen.*conf.*217.*per tot.* ubi subdit quod volens probare quod Titius nihil significavit, non debet audiri, nisi de licentia Papæ, secus crederem, si Papa de mendacio non argueretur, quia tunc posset probari contrarium, Gem. *conf.*53. *n.*5. *vers. nec obstat.* Card.Tusch. *d. concl.*62. *n.*34.

202 Quartò, si attestetur tale beneficium fuisse in ejus manibus resignatum, ut per Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.*8. *q.*11. *n.*1. *cum seqq.* ubi *n.*16. limitat, si asserat renunciationem talis beneficii esse factam coram se in ejus manibus per procuratorem, quia tunc licèt probet hujusmodi assertio renunciationem, non tamen probat illum fuisse verum procuratorem, & habuisse legitimum mandatum.

203 Quintò, si attestetur de facto Prædecessoris, quia sibi creditur, & probat, ut per Imol. *col.pen. vers.idem per omnia*, & Card. *q.*9.*in d.Clem.*1. Paris. *conf.*99. *n.*3. *vel.*4. Roman. *conf.*191. *n.*4. *vers. non inducit*, Rip. *resp.*1. *n.*18. *lib.*1. Anton.Gab. *d.conclus.*2. *n.*17. Masc. *de probat. concl.*1227. *n.*48. Flam. Paris. *d. q.*11. *n.*10. & 11. Card.Tusch. *d. concl.*62. *n.*68. In iis enim, in quibus statur assertioni Papæ de facto proprio, statur etiam de facto prædecessoris, *cap. cum à nobis, in fin. de testib.* Roman. *conf.*350. *In casu, n.*17. & 18. *vers. quoad tertium.* Card.Tusch. *d. concl.*62. *n.*40.

204 Intellige suptadicta, ut credatur Papæ asserenti quando se fundat super asserto, quod est facti proprii in iis, quæ dependent à sua libera potestate, etsi sine ordine aliquo ageret, ut est reservare beneficia, admittere resignationem beneficii, excommunicare, vel alteri committere, quia hoc potest, etiam monitione non præmissâ, vel privare aliquem titulo beneficii ex mera sua voluntate, quod potest: secus si ob crimen, quia non probatur ordo privationis, & citationis, neque quod justè privavetit, quia ista, videlicet omissio citationis, non pendet ab eo: Gem. *conf.*53. *Pro responsione, numero* 14. *vers. tertiò posset dici*, Card.Tusch. *d.concl.* 62.*n.*83.

205 Sextò dicitur narrativa Papæ de facto proprio, quando est facta per verba, *Censemus, Arbitrantes, & Nos attendentes*, ut censuit Rot. *decis.*416. *n.*1. & *decis.*506. *n.*2. *p.*1. & *decis.*612. *sub n.*3. *in fin. p.*2. *rec.* quam refert Ferent. *in annot. ad d.decis.*621. Burat. *n.*18.

206 Septimò, dicitur quoque narrativa Papæ de facto proprio quando est facta per verba, *ut asseritur*, & similia Rot. *decis.*90. *n.*3. & *dec.*77. *de rescrip. in antiq.* Cassad. *dec* 4. *n.*8. *de probat.* & *dec.*7. *n.*6. *de jur. patr.* Rota *in Legion. præstim.*14. *Jun.*1595. *coram Card. Pamphil. sen.* & *in Mediolanensi Capellanie*, 27. *Maii* 1596. *coram eodem.* Calaver. *decis.* 533. *num.*5. Licèt secus sit, quando est facta per verba, *ut asserit*, ut distinguunt Rot. *d dec.*60. *n.*3. & *dec.*77. *de rescript. in antiq.* Cassador. *d. dec.*4. *n.*6. *de probat.* & *d.dec.*7. *n.*6. *de jure patr.* Felin. *in cap. ad aures*, *n.*10. *in* 7. *concl. de rescript.* Rota *in Paduan. pensionis*, 28. *Junii* 1581. *coram Rubeo*, apud Nicol. Garc. *de benef. p.*1. *cap.*6. *n.*406. Caval. *dec.*533. *n.*5.

207 Quando verò narrativa Papæ est ad instantiam partis, & de facto alieno non secum gesto, tunc illi non statur. Ruin. *conf.*41. *sub n.*23. *lib.*1. Tiraq. *de retr. lig.* §.1. *gloss.*14. *n.*49. Bellam. *dec.*158. *vers. patet tertium*, Veral. *dec.*23. & 239. *p.*2. & fuit dictum *in Sorana Jurispatr.*28. *April.*1603. *coram Card. Pamph. sen.* & *in Pactensi pensionis*, 5. *Decembris* 1595. *coram eodem.*

Quod etiam procedit, etiamsi super ea fundetur intentio Papæ, Aretin. *conf.*23. *n.*9. Aym. *de antiq. temp. p.*1 §.1. *n.*9. Alex. *conf.*112. *n.*2. & 5. *ad fin. lib.*7. Mynsinger. *centur* 5. *obser.*34. *n.*8. Veral. *decis.*33. & 241. *n.*2. *p.*2. Rot. *decis.*154. *n.*4. *p.*1. *diverf.* & *in d. Sorana Jurispat. coram Cardinali Pamphil.* & *in Segobiensi pensionis*, 12. *Mart.*1604. *coram Ortemb.* ubi quod talis narrativa nec etiam transfert onus probandi in adversarium: refert Beltram. *in addit. ad decis.*239. *Gregor. XV. sub lit. D, vers. aut verò.* Rot. *in Tullen. seu nullius Monasterii*, 22. *Maii* 1609. *coram Cardinali Sacrato*, in qua fuit resolutum, non fuisse probatam inhabilitatem coadjuri ex litteris Apostolicis coadjutoriæ, in quibus Papa narravit se ex processu maturè discusso deprehendisse coadjutum fore inhabilem: ex quo quando Papa narrat aliquem criminosum, indignum, & similia, tunc videtur asserere factum alienum, & consequenter talis narrativa non probat in tertii præjudicium, etiamsi Papa super ea fundet intentionem suam, Cravet. *conf.*48. *num.*1. Mohed. *decis.*26. *num.*1. *de restit. spoliat.* Cresc. *decis.*6. *de probat.* refert Ferent. *ubi suprà n.*21. 208

Intellige quando narrativa facti alieni est ad instantiam partis, secus si motu proprio sit facta, Mohed. *decis.*271. *in fin.* Jas. *conf.*8 *lib.*4. Card.Tusch. *d. lit. P, concl.*62. *n.*50. *cum seqq.* Parens *dec.*101. *alias* 100. *lib.*3. *in correctis.* 209

Illud tamen est advertendum, quod ubicumque statur assertioni Papæ in facto alieno, benè admittitur probatio in contrarium, quia probat donec contrarium probetur. Zabarel. *conf.*128. Menoch. *conf.*100. *n.*25. Ant.Gabr. *conf.*2. *n.*49. Mascard. *de probat. concl.*1227. *n.*64. & 67. Card. Tusch. *d. concl.*62. *n.*91. 210

Denique ad calcem hujus cap. notandum duxi, Papam posse cedere; & renunciare Papatui, abdicando à se potestatem jurisdictionis per modum voluntatis sufficienter expressum, *cap.*1. *de renunciat. lib.*6. Dec. *in c. ex parte, n.*20. *de rescript.* Alex. *conf.*224. *In re tam gravi, in fin. lib.*9. Pelag. *de planct. Eccles. lib.*1. *c.*18. Iacobat *de Conc. lib.*1. *art.*3. *n.*3. Gambar. *de simoniac. Pontif. elect. n.*98. S Anton. 3. *p. sue sum. n.*23. Albert. *de agnoss. assert.q.*30. *n.*6. Peregr. *de jur. fisc. lib.*1. *tit. hab. jur. fiscal. n.*10. & 11. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib* 2. *q.*1. *n.*4. & *à n.*19. & *lib.*7. *q* 5. *n.*3. Card. Tusch. *d. littera P, conclus.*48. *à princip.* Azor. *instit. moral. p.*2. *lib.*4. *cap* 6. *q.*1. Paul. Comit. *resp. moral. lib.*1. *q.*100. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell.* § 5. *præm. ex n.*16. ubi etiam enumerat aliquos Pontifices, qui Papatui renunciarunt: novissimè Machado *en su perfetto Confessor, tom.*2. *lib.*4. *p* 7. *tract.*4. *docum.*20. *n.*1. *post med.* & novissimè Martin. Giron. de Palazeda *in discursu, an sit licitum in vita Pontificis ei successorem dare, cap. ult. n.*104. *cum seqq.* Bonacina *de legitima elect. Summi Pont. quæst.*1. *puncto* 1. *prop. unic. n.*10. ubi tenet Papam posse Papatui cedere per modum simplicis renunciationis, sed non posse per modum resignationis propriè acceptæ, & nec posse seipsum deponere, seu cedere judicialiter per modum depositionis. Et si fuerit Summus Pont. Religiosus, non desunt qui teneant eum post renunciationem teneri ad Monasterium redire, ut inconsideratè protulerunt Aragon. *de Justit.* & *jure, quæst.*88. *art.*1. *ad* 3. *pag.*1036. Azor. *instit. moral. lib* 12. *c.*7. §. *rogabis, p.*1. quos meritò reprobat Sosa *in libello de obligacion conque quedan los Religiosos Obispos, n.*139. 211

212 Est tamen controversum apud quem prædicta resignatio facienda sit, cùm non detur Superior, qui illam possit acceptare? In quo videbatur dicendum ad Collegium Cardinalium spectare, cùm universam Ecclesiam repræsentet, ex Hostiensi *in cap. dilecti, n.2. de prabend.* Anchar. *in cap. cùm redemptor, 12. quæst.1.* & ad illos quoque Romani Pontificis electio spectet, juxta *cap. licet, de elect.* & latè diximus suprà *cap.1* Maximè cùm renunciatio Pontificatûs res gravissima, & ardua sit, ac proindè Collegio Cardinalium communicanda, ut colligitur *ex c. per venerabilem, vers. sunt autem, qui fil. sint legit.* tradunt Joan. Andr. *in c. super eo, de elect.* Azevd. *l.3. n.36. tit.10. lib.3. nova Recop.* tum ut deliberent, an id Christianæ Reip. expediat; tum ut ad alterius Pontificis electionem illicò procedant, ut rectè advertit Aut. *in d. cap.1. n.4. de renunc. lib.6.* & ita à Celestino, & aliis Romanis Pontificibus, qui Papatui renunciarunt, factum fuisse legimus, ut post Gem. *in dict. cap.10. n.10.* tradit. Flamin. Paris. *d. lib.8. q.5. n.11.* Juvat efficax ratio, nam inter Pontificem, & Ecclesiam universalem quidam quasi contractus tempore electionis celebratus censetur, per quem Ecclesia Pontificem alere, Pontifex verò Ecclesiam gubernare tenetur, prout in aliis beneficiariis ostendemus infrà suo loco. Constat autem Pontificem, & quemcumque alium supremum Principem per contractum cum subditis celebratum in utroque foro obligari, ut notant Doct. *in cap.1. de probat.* Igitur Cardinalium cœtus, per quem universa Ecclesia repræsentatur, ad prædictam obligationem remittendam videtur necessarius.

213 Quamvis autem hæc de urbanitate rectè procedant; de rigore tamen Cardinalium acceptatio necessaria non videtur, sed poterit Pontifex simpliciter declarare se velle Pontificali dignitati renunciare; cæteræ namque solemnitates, quæ in beneficiorum resignationibus requiruntur, juris humani sunt, quo Pontifex non adstringitur, & ita intelligendum est verbum *liberè*, quo utitur textus *in d. cap.* ut post Anton. *n.5.* Gemin. Franch. *n.1.* & alios ibi tradunt Bursar. *cons.342. n.20.* Jacob. *de Concil. lib.3. art.5. n.179.* Abb. *in sua q.1. col.4. in fin. n.9. vers. sextò*, Flam. Paris. *de resig. lib.5. q.1. n.13. & lib.7. q.5. n.5. cum seqq.* Azor. *d. p.2. lib.4. c.6. q.2.* Machado *d. docum.20. n.2.* Unde concludit Archid. *d. c.1. ad fin.* quod sicut Papatûs erectio soli Deo reservata est, juxta *c. ult. dist.79.* ita etiam resignatio soli Deo facta videtur. Et ita colligitur ex forma renunciationis Papæ Cœlestini V. quam ponit Catill. *in suis annalibus Chronol. lib.4. anno 1294. fol.373.* his verbis: [Ego Cœlestinus Papa V. motus ex legitimis causis, id est, causâ humilitatis, & melioris vitæ, & conscientiæ illæsæ, debilitate corporis, defectu scientiæ, & malignitate populi, & infirmitate personæ, & ut præteritæ consolationis vitæ possim reparare quietem, sponte ac liberè cedo Papatui, & expressè renuntio loco, & dignitati, oneri, & honori, dans plenam & liberam facultatem ex nunc sacro Cœtui Cardinalium eligendi, & providendi dumtaxat canonicè universali Ecclesiæ de Pastore.]

214 Neque obstat vera renunciationis definitio, secundùm quam in omni renunciatione Superioris acceptatio necessaria est, quia procedit in cæteris beneficiis, in quibus legitimus Superior reperitur, qui illam valeat acceptare; at Pontifex nullum in terris recognoscit Superiorem, ad quem recurrere possit, *cap. nunc autem, 21. dist.* Ideò non mirum si propter impossibilitatem rigor Juris relaxetur, juxta regulam textus *in c. indemnitatibus, § pen. cap. sicut, de elect. lib.6. proximè, ff. de his quæ in test. delent.* Peccabit tamen Pontifex si pastoralem curam à Christo Domino sibi commissam sine justa causa repudiaverit. Fundamenta verò in contrarium adducta solùm concludunt debere pontificem negotium hoc, & similia ardua Cardinalibus deferre, non verò teneri ex aliquo præcepto divino eorum definitionem expectare, aut sequi. Ratio de quasi contractu inter Ecclesiam, & Prælatum celebrato tollit, quominus datâ justâ causâ renunciare possit: unde cùm non detur Superior, qui illam examinare, admittere, aut rejicere valeat, Pontificis conscientiæ id erit relinquendum.

CAPUT III.

De Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Sacerdotes Levitici generis, figuram & typum Cardinalium tenuisse probatur, & Cardinales Sacerdotum illorum hodie typum gerunt.*

2 *Cardinales Apostolorum quoque exemplo instituti fuerunt, qui Christo Domino in terris tanquam Pontifici assistere videbantur.*

3 *Petrus in locum assistentium Apostolorum dicitur XXIV. quodammodo Senatores Romanæ Ecclesiæ ex Presbyteris, & Diaconis Romanæ Urbis instituisse.*

4 *Marcellus Papa XV. Titulos in Urbe instituit, quasi Diœceses quasdam Presbyteris, & Diaconis assignatas ad Baptismum, & Pœnitentiam, ac Martyrum sepulturam.*

5 *Cardinalium ordo quoad suam primordialem originem, & adumbrationem Juris est divini.*

6 *Cardinalis nomen ante tempora B. Sylvestri extitisse non constat, unde ab ipso creditur adinventum.*

7 *Dignitas Episcopi antiquitùs major fuit quàm Cardinalis, quia tunc Cardinales per humiliora charitatis opera se exercebant.*

8 *Innocentius IV. ipsis Cardinalibus cùm à Summo Pont. ad Terras Ecclesiæ regendas mitterentur, rubeum pileum dicitur tradidisse.*

9 *Paulus II. birretum purpureum omnibus Cardinalibus, non tamen Regularibus dedit.*

10 *Cardinales ex Ordinibus Regularium assumpti, cùm prius de antiquo more portassent birretum ejusdem coloris, cujus erat habitus Religionis in qua fuerant professi Greg. XIV. illis primùm concessit usum rubei birreti.*

11 *Cardinalium Ordo triplex est hodie, Episcoporum scilicet, Presbyterorum, & Diaconorum, latè n.43.*

12 *Cardinales à Summo tantùm Pontifice creantur.*

13 *Cardinales ex omni natione viri selectissimi eligendi sunt.*

14 *Sponsiones, seu excommissæ super Cardinalium promotione nullatenus sunt faciendæ.*

15 *Cardinalatûs ad dignitatem qui sint, vel non sint assumendi, ostenditur.*

16 *Filium cujuslibet sit sextus, etiam ex legitimo matrimonio*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

matrimonio, vel ex eo nepotem habentes, in Cardinales promoveri nequeunt.

17 *Cardinalis esse non potest frater ex uno parente germanus, vel patruelis consobrinus, aut amitinus alicujus Cardinalis viventis.*

18 *Patruus, aut avunculus nepotis ex fratre, vel sorore Cardinalis viventis prohibetur assumi ad Cardinalatum.*

19 *Episcopi an creari valeant Cardinales, ostenditur.*

20 *Cardinales, qui sunt Episcopi, non excusantur à residentia eo ipso quod sunt Cardinales, & assistunt Romano Pontifici.*

21 *Cardinales in Curia Pontificis assistere debent.*

22 *Cardinalis aliquis, nisi magis esset Ecclesiæ proficuus si Papæ assisteret, potest alteri Ecclesiæ dari Episcopus.*

23 *Cardinalatus cum aliis beneficiis Ecclesiasticis an sit incompatibilis, ostenditur.*

24 *Monachus, seu Regularis cum Cardinalis eligitur, non absolvitur ab iis, quæ sunt de substantia regulæ, & ita non acquirit dominium, nec testari potest.*

25 *Monachus in Cardinalem promotus tenetur portare habitum suæ Religionis sed illum deponens non incurrit excommunicationem.*

26 *Regularis in Cardinalem promotus potest in Baptismo, & Confirmatione esse susceptor.*

27 *Religiosus Cardinalis ac obedientiæ Superiorum Religionis liberatur & soli Pont. subjectus manet, & à reliquis observantiis Regularibus absolvitur.*

28 *Cardinalium in creatione exigenda sunt ea omnia, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus sunt constituta.*

29 *Cardinalis ad officium eligendus habere debet industriam singularem, fidem exploratam, & morum maximam gravitatem.*

30 *Illegitimi, etiam per sequens Matrimonium legitimati, ad Cardinalitiam dignitatem non sunt promovendi, &* n. 35.

31 *Inhabiles propter defectus, vitia aut impedimenta ad sacros Ordines non possunt in Cardinales ullo unquam tempore assumi.*

32 *Lectissimi, & præcellentes viri in Cardinalium collegium adscribi debent.*

33 *Ætas ad Cardinalatum requisita quæ desideretur, ostenditur.*

34 *Ætas in Cardinalibus secundùm communes regulas necessaria est, non tamen impedimento est quominus Papa minores ætate creare possit.*

35 *Illegitimatis à labe Cardinalium cœtus immunis esse debet.*

36 *Spurius per Eugenium IV. in Cardinalem electus, antequam galerem acciperet è vita discessit.*

37 *Cardinales non solent assumi nisi viri in scientia, ac rerum experientia excellentes, Magistri, seu Licentiati in jure Canonico, seu humano.*

38 *Scientia in Cardinalibus exigitur, quæ in eligendis Episcopis desideratur.*

39 *Bigamum ad Cardinalatûs celsitudinem non solet Papa promovere.*

40 *Antonius Rosellus & Joannes Lignanus quamvis Jurisperiti insignes, tamen quia erant bigami Cardinalatûs dignitatem nunquam obtinere potuerunt.*

41 *Cardinales in electione Papæ vocem habent, etiamsi galerus Cardinalitius eis traditus non esset. Neque os clausum; aut si clausum, nondum apertum fuisset.*

42 *Papa de plenitudine potestatis, etiam nullâ factâ propositione potest facere Cardinales, qui non habeant qualitates requisitas.*

43 *Cardinalium numerus Summor. Pont. arbitrio auctus, & diminutus fuit, prout & hodie augeri, minuive poterit, cùm res ita postulaverit.*

44 *Cardinalium veterum numerus qualis olim fuerit, & quis hodie, ostenditur.*

45 *Episcoporum Cardinalium tituli quæ olim fuerint, & hodie sint, ostenditur, &* n. 63.

46 *Presbyterorum Cardinalium Tituli olim erant 28. nunc verò 50. præscribuntur, &* n. 64.

47 *Diaconorum Cardinalium Tituli quot olim fuerint, & hodie sint ostenditur, &* n. 65.

48 *Constitutio Sixti V. circa Cardinalium Titulos refertur.*

ROMANUS Pontifex, quem Christi Vicarium, ac Beati Petri successorem *sub cap.* 1. ostendimus, sicut ipse Christus Apostolos, Petrus verò Coapostolos, ac Presbyteros; & Diaconos Fratres habuit, & Assessores; ita habet & ipse Fratres, & Consiliarios assidentes ei, & coadjuvantes in regimine Ecclesiæ, qui Cardinales S.R.E. nuncupantur. Quorum originem aliqui à Sacerdotibus Levitici generis descendere volunt, alii verò ab ipsis Christi Apostolis, & alii ex quorundam Summorum Pontificum institutione eos originem ducere existimarunt; & omnium quidem opinio probanda videtur, quoniam Sacerdotes Levitici generis figuram & typum Cardinalium tenuisse probatur; de eis namque sic legitur Deuter. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, veries ad Sacerdotes Levitici generis, & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, &c.* quæ verba ad Romanum Pontificem, & Cardinales Innoc. III. accomodat, dicens *in cap. per venerabilem, qui filii sint legit. Sunt autem Sacerdotes Levitici generis, Fratres,* inquit, *nostri, qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officii coadjutores existunt.* 1

Sic ergo Cardinales Sacerdotum illorum typum gerunt. Verùm Apostolorum quoque exemplo instituti fuerunt, qui Christo Domino in terris tanquam Pontifici assistere videbantur, ut notat Jacobat. *de Concil. lib.* 1. 252. quem refert Azor. *Inst. moral. p.* 2 *lib.* 4. *cap.* 1. *q.* 3. unde ipse Dominus fratres suos similiter appellavit, *Matth. ult.* & in tentationibus socios, *Luc.* 22. & amicos insuper, quibus arcana quoque exponeret, nominavit, *Joh.* 15. Post Ascensionem verò suam Petro assistebant, quare in Apostolorum locum Cardinales successisse videtur, quod licèt de Episcopis potiùs dictum videamus, ut suo loco dicemus; tamen Apostoli Cardinalium gesserunt officium, qui per Orbem divisi, Episcoporum munus assumerent: quod ubi factum est, Petrus sibi alios coadjutores adscivit, *cap. si Petrus* 8. *q.* 1. & post illum Cletus Summus Pontifex, de ejusdem præcepto in Urbe XXV. Presbyteros, & VIII. Diaconos ordinavit; ac deinde Pontianus, & Marcellus Pontifices Cardinales crearunt. Primùm ergo Apostolus Petrus in locum assistentium Apostolorum dicitur XXIV. quodammodò Senatores Romanæ Ecclesiæ ex Presbyteris & Diaconis Romanæ Urbis instituisse ad instar XXIV. Seniorum, quos in Apocalypsi *cap.* 4. Joannes super thronos in 2

conspectu

UAB Biblioteca de Ciències Socials

conſpectu Dei ſedere conſpexit; & ii cum Clero Romano Summum Pontificem eligebant, ut ſuprà *c.1.* eſt demonſtratum; horum autem præcipui erant Cletus, Linus, & Clemens, ut *in d. c. ſi Petrus*, qui poſteà ſinguli Romanam Sedem tenuerunt, & Cletus, ut diximus, ex ejuſdem Petri præcepto Preſbyteros, & Diaconos Cardinales inſtituit. Deinde Marcellus Papa dicitur XV. Titulos in Urbe inſtituiſſe, quaſi Diœceſes quaſdam Preſbyteris, & Diaconis aſſignatas ad Baptiſmum, & Pœnitentiam, ac Martyrum ſepulturam. Barbat. *de præſt. Cardin. q.1. n.5.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.2. q.1. n.34.*

4

5 Unde Cardinalium Ordinem, quoad ſuam primordialem originem & adumbrationem Juris eſſe divini, tenent Auguſt. Triumph. *in tract. de poteſt. Eccl. q.102.* S. Antonin. *part.3. tit.21. cap.1. & 2.* Turrecr. *in ſum lib.1. cap.80. & 83.* Barbat *in tract. de Cardin. præſt. q.1.* Martin. Laudenſ. *de Card. p.1. q.34. & p.2. q.7. & q.11.* Card. Alban. *in ſimili tr. p.5.* Duen. *reg.72. verſ. tertiò limita*, Camil. Bort. *in ſumm. omnium deciſ. tit.5. n.8.* Azor. *d p.2 lib.4. cap.1. q.2.* Machado *en ſu perfetto Confeſſor, tom.2. lib.4. p.7. tract.3. docum 1. n.2.* Jodoch. Lorich. *in theſ. Theolog. verb. Cardinalis*, §.10. Diana *mor. reſolut. part.5. tract.2. reſol.2.* Ex quo Lancel. *in templo omn. Judic. lib.2. cap.2. §.3. n.27.* & Cuch. *in inſtitut. Canon. lib.2. tit.4. n.53.* inferebant Pontificem non poſſe extinguere Cardinales: ſed contrarium videtur communiter receptum, ſecundùm Palacios *in 4. diſt.24. q.2.* Sanch. *in opuſc. moral. lib.7. cap.1. dub.10. n.2.* Diana *d.p.5. tract.2. reſolut.2.*

6 Cardinalis autem nomen ante tempora B. Sylveſtri extitiſſe non conſtat, unde ab ipſo creditur adinventum, qui in ſexta Synodo Romana, quam poſt Conſtantini Imperatoris converſionem celebravit, ita legitur ſtatuiſſe: *A Subdiacono uſque ad Lectores omnes ſubditi ſint Diacono Cardinali, viro Reverendiſſ. in Eccleſia, repræſentantes ei honorem, &c.* Et iterum in eadem Synodo: *Præſul* (inquit) *non damnetur, niſi cum LXXII. teſtibus: Presbyter verò Cardinalis, niſi cum LXIV. Diaconus verò Cardinalis Urbis Romæ, niſi cum XXVII. &c.* Boët. Epo *tom.1. de Regal. in benefic. Eccleſ. cap.16. n.190. & ſeq. pag.113.* Quintanad. *Eccleſiaſticon lib.3. n.102. pag.273.* Bonac. *de legitima Summi Pontif. elect. q.1. punct.1. §.2. n.1.* Campan. *in diverſ. Juris Canon. rubr.7. c.6. n.48* Sebaſt. Cæſ. *d. part.1. diſp.2. §.5. n.2.* Nam antè hanc Synodum, cùm converſus eſt Conſtantinus ad Fidem, nulla fit de Cardinalibus mentio in litteris donationis ipſius Conſtantini, ut *in c. Conſtantinus, 92. diſt.* ſed de his ita loquitur Imperator: *Viris etiam diverſi Ordinis Reverendiſſimis Clericis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſervientibus, illud culmen ſingularis poteſtatis & præcellentiæ habere ſancimus cujus ampliſſimus noſter Senatus videtur gloriâ adornari:* id eſt Patritios Conſules fieri, quos certè Patritios Conſules ſecundùm Leges, ut in ſumma dignitate conſtituros Imperator Patres ſibi elegit, & loco Patrum à ſe honorari affirmat. Ita Eugen. IV. *in ſua Conſt. 15 incipi. Non mediocri, §.8 in Bullario novo tom.1. pag.182.* Poſt Sylveſtrum verò Gelaſius Papa idem eis nomen attribuit, dum ſcribens Celeſtino Epiſcopo, prout refertur *in cap. Presbyteri, 24 diſt.* inquit: *Sciturus Viſitatores te nomine, non Cardinales creaſſe, &c.* Et Gregorius poſt ipſum Gelaſium eodem nomine ſæpius utitur, ſicut colligitur ex textu *in cap. relatio, & ſeq. & in c. paſtoralis, 7. q.1.* & deinceps Stephanus IV. *in c. oportebat, cum ſeq. 79. diſt.* & Nicolaus II. *in cap. In nomine Domini, 22. diſt.* & alii poſteriores. Azor. *Inſtit moral. part.2. lib.4. cap 1. q.4.* Marchin. *de ſacram. Ordinis tract.1. p.1. cap.12. n.13.*

Cùm ex præcedenti numero colligatur ex auctoritate B. Sylveſtri in ſexta Synodo Romana majorem teſtium numerum requiri in damnatione Præſulis, quàm Preſbyteri Cardinalis, datur intelligi illo tempore majorem fuiſſe dignitatem Epiſcopi, quàm Cardinalis: idem etiam colligitur ex *cap. cùm Apoſtolus, 6 de cenſib.* quatenus ait, Cardinales in viſitatione debere ducere pauciores equos, quàm Epiſcopos, & Archiepiſcopos. Unde Andr. Gambar. *de offic. & poteſt. Legati à latere, lib.2. ex n.97. & lib.7. ex n.126.* refert Cardinales antiquitùs per humiliora charitatis opera ſe exercuiſſe, & Panuin. *de viſit. part.1. q.1. num.18.* Fuſc. *eod. tract. lib.1. c.4. n.6.* Gambar. *d. lib.7. ex num.121.* Didacus Alaba *de Concil. p.2. §.2. verſ. olim ſanè, pag.64.* dicunt, quod uſque ad tempora Bonifacii VIII. nullus erat Epiſcopus, qui vellet fieri Preſbyter Cardinalis, quia putabant non licere deſcendere à majori dignitate ad minorem: quorum officium aiunt quod erat baptizare, & ſepelire mortuos: & Marſil. de Columna *de Eccleſ. reddit. orig. part 2 c.13 n.35.* aſſerit, quod uſque ad Clementem III. anno Domini 1190. ea dignitas non niſi Monachis, Abbatibus, Decanis, aut Prioribus conferebatur. Sed horum dictis reſpondet Lotter. *de re benef. lib.2. q.8. n.63.* prout apud illum videre poteris. 7

Innocentius verò IV. ipſis Cardinalibus, cùm à Summo Pontifice ad Terras Eccleſiæ regendas mitterentur, rubeum galerum dicitur tradidiſſe circa annum Domini 1244. ut ſub eodem anno adnotarunt Paul. Æmil. Robert. Gaguin. Platina, Volaterran. Genebrard. Coriolan. *in vita Innocentii IV.* Camargo *in ſua epitom. fol.256.* Carill. *in annalib. chronolog ſub eodem Innocentio, & in fine d anni 1244. pag.360.* ſic ait: *Concedio el Pontifice Innocentio quarto, que los Cardinales uſaſſen de ſombrero roxo; y ſe confirme eſte Decreto en el ſeguiente Concilio de Leon, oſtendoſe à la ſobrueſte y bonete roxo, &c.* Franc. Duar. *de ſac. Eccleſ. min. lib.1. c.13.* Marc. Anton. de Marſil. *de Eccleſ. reddit orig. part.2. cap.13. num.37.* Camill. Borrel. *in ſumma omnium deciſ tom.1. tit. c. n.15.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarchia part.1 diſp.2. §.2.* quod poſteà vel per conſuetudinem, aut per expreſſam conceſſionem omnibus Cardinalibus datum eſt. Paulus verò II. birettum purpureum omnibus Cardinalibus, non tamen Regularibus dedit, & ut panno ſimili mulas ſternerent, ſicut refert Platina *in ejus vita*, & Azor. *Inſtit. Moral. part.2 lib.4. cap.3. q.18.* De Cardinalium inſigniis meminit Joannes Papa *in cap. illud, 93. diſt.* decernens quod aliarum Eccleſiarum Clericis eis uti non liceat abſque Romani Pontificis conceſſione. Quod etiam tradunt Carol. de Graſſ. *de effectib. Cleric. in prælud. n.172.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.9. n.9. in fin.* 8 9

Cardinales verò ex Ordinibus Regularium aſſumpti, cùm priùs de antiquo more portaſſent birretum ejuſdem coloris, cujus erat habitus Religionis in qua fuerant profeſſi, Sanctiſſimus D. Gregorius Papa XIV. vocavit ad ſe DD. Cardinales, eiſque propoſuit de concedendo uſu rubri birreti DD. Cardinalibus ex Ordinibus Regularium aſſumptis, & ſententias eorum audivit die 10

16.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

16.Aprilis 1591.Romanæ apud S.Petrum in Conſiſtorio ſecreto. Poſtèà die Dominico 9. Junii feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, idem ſanctiſſimus Dominus Romæ in ædibus hortorum Quirinalium, antequam deſcenderet ad SS. Apoſtolorum proximam Baſilicam ad Miſſam celebrandam, dedit rubra birreta infraſcriptis DD. Cardinalibus ex Ordinibus Regularium, quæ perpetuò deferrent more aliorum, habitu in cæteris nihil immutato. Cardinales hi fuerunt Fr. Michaël Alexandrinus, & Fr. Hieronymus Aſculanus, ambo ex Ordine Prædicatorum. Fr.Conſtantius Sarnanus,ex Ordine Minorum Conventualium. Fr.Gregorius de Montelparo nuncupatus, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini.

11 Cardinales ergo, ut vidimus, originem videntur habere figuraliter quidem à Sacerdotibus Levitici generis, exemplariter verò ab Apoſtolis Chriſti, à Clero verò vel Marcello Pontifice quoad titulos Eccleſiarum, à B. autem Sylveſtro quoad nomen dignitatis; ſed quoad ornamenta, & alia Cardinalatûs inſignia,etiam ante tempora Innocentii IV. originem videntur habere: & quoniam hic Cardinalium titulus Preſbyteris, & Diaconis,& Epiſcopis etiam in ſacris Canonibus videmus attribui, ut *in d.cap.relatio*, propterea triplex hodie eſt ordo Cardinalium, ſcilicet Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, ut *in ſequenti cap.* oſtendemus.

12 Hi autem Cardinales ſicut creant Summum Pontificem,ut ſuprà *cap.1.n.56.cum ſeqq.* diximus, ita & ipſi ab eodem ſolùm creantur, ut per Andr. Barbat *de præſtant. Cardin. q.ult.* Martin.Laudenſ. *de Cardin. lib.2.q.1.* Ant.Pagan. *de Ordin juriſdict. & reſident.Epiſcop. ſect.2.* Joan.Corral. *in Sacerd. §.part.1. cap.8 ſub n.2.* Intrigl. *ſingul.130.num.1.* Marc.Anton. Cuch. *Inſt. Canon. major. lib.2. tit.4. n.21.* Bonacin. *de legitima elect. Summi Pont. q.1. puncto 1.§.2. n.3.* ubi quod creatio Cardinalium pertinet ad Papam, & non ad alios; & ſic quod Cardinales, ſeu Cardinalium Collegium,& quod magis eſt, Concilium generale non poteſt creare Cardinales,niſi fortè Concilium generale auctoritate Papæ cum hujuſmodi facultate congregatum ſit.

13 Et eligendi ſunt ex omni natione viri ſelectiſſimi, ut unaquæque natio ſuum habeat in Curia patrem tutelarem. Cuch. *Inſtit. Canon. lib.2. tit.4. n.112.* Quint. Mandoſ. *conſil.55. ſub n.22.* Alex. Raudenſ. *Piſana deciſ.35. num.188.* Ludov.Gom. *ſuper reg Cancell.q.1.de idiomate*, me citato in hoc loco, Diana *d. tract. reſol.18.* Flav. Cherubin. *in ſchol.1.ad Conſt.50. Sixti V.* quaſi protectore illius, ut hac ratione quiſque Populus habeat quem Romæ principaliter adeat,qui negotia ſua Pontifici Summo commendet, & expeditionem procuret; ſunt enim Cardinales omnes Pontificis Conſiliarii, tanquam totius Eccleſiæ Chriſtianæ Senatus quidam ſacroſanctus: quo fit ut ex omnibus propè nationibus à Pontifice ſeligantur. Ita Boër. Epo *lib.1. de Regalib.in benefic. Eccleſ. n.191. in fine.*

14 Nec ſuper eorum promotione ſponſiones, ſeu excommiſſæ ſunt faciendæ, quia eas omninò damnat Gregorius IV. *Conſtit.4. incip. Cogit, ſub dat. 12. Kal. Aprilis* 1591. ubi quoque quidquid in excommiſſis deductum fuerit, piis locis applicat, Eccleſiaſticiſque perſonis excommiſſas facientibus pœnam privationis beneficiorum imponit, & tam eis, quàm aliis huic prohibitioni contravenientibusexcommunicationis pœnam infligit.

Qui autem ad hanc Cardinalatûs dignitatem 15
ſint, vel non ſint aſſumendi, nihil ſpecialiter jure ſtatutum reperitur: nam Gloſ.1. *in clem.2. de ætat. & qualit.* & Hoſt. *in c.1.de offic. Archid.* exiſtimant nullum eſſe aſſumendum, qui non ſit in Diaconatûs ordine conſtitutus; alii verò ſatis eſſe affirmant, ſi ſit in minoribus conſtitutus; at poſteà compellendus ad ſuſcipiendos Ordines requiſitos, *arg. cap.cùm in cunctis, §.inferiora, de elect & c.1. de ætat. & qualit.* Verùm in poteſtate eſt Romani Pontificis etiam laïcos in Cardinales aſſumere,qui tamen non ſint conjugati, & poſteà clerici ordinentur. Verùm hac de re extat diſpoſitum *in conſtit.50. Sixti V incip. Poſtquam verus ille, ſub dat. tertio Non. Decembris* 1586. ubi *in §.15.* ſic habetur: [Ac proinde ne homines ſacrarum rerum planè imperiti, & rudes, atque Eccleſiaſticarum functionum ignari, quaſi in Eccleſia Dei hoſpites, & peregrini ſtatim hujuſmodi muneri præficiantur, juxta decretum jampridem à Nobis in prædicto Conſiſtorio noſtro ſancitum, quod pariter harum ſerie innovamus, diſtrictè interdicimus, ne quis ullatenus ad Cardinalatûs honorem aſſumi queat, niſi qui antea Clericali charactere fuerit inſignitus, & in quatuor minoribus Ordinibus per annum ſaltem Habitum,& Tonſuram geſtaverit Clericalem.]

Sunt quoque nonnulli, qui in eadem Sixti V. 16
Conſtitutione hanc Cardinalitiam dignitatem omnino prohibentur obtinere: & in primis filios cujuſvis ſexus, etiam ex legitimo matrimonio, vel ex eo nepotem habentes, in Cardinales promoveri nequeunt, ut ibidem habetur *in §.16.* his verbis: [Cum autem ad honorem adeò ſublimem promovendi omni virtutum,& præſertim caſtimoniæ laude ſuprà cæteros plurimùm eminere debeant, qui vero filios etiam legitimos ex uxore ſua aliàs cognoſcitur ſuſcepiſſe,nequeat ſuæ teſtimonium continentiæ exhibere,& pater erga proprios filios naturali affectu nimia quadam propenſione feratur; verendùmque ſit, ne propterea variis propriæ domus negotiis,ac multiplici liberorum curâ diſtractus Eccleſiæ negotia ſibi credita aut negligenter tractet,aut minùs ſolicitè,& fideliter,quàm par eſt, ejuſdem Eccleſiæ jura tueatur, prohibemus ne aliquis, qui utriuſlibet ſexus filium ſeu filios etiam ex legitimo matrimonio ſuſceptos, vel nepotes ex eis habeat, ullatenus in Cardinalem aſſumi, aut promoveri poſſit, &c.]

Item frater ex uno parente germanus, vel pa- 17
truelis conſobrinus, aut amitinus alicujus Cardinalis viventis, Cardinalis eſſe non poteſt, prout in eadem Conſtitutione Sixti V. ita ſtatuitur §.17. [Inſuper, ut factionum formitem, & ſimultatum anſam ex ſacro hoc cœtu, quantum cum Domino poſſumus,amputemus,Decretum piæ memoriæ Julii Papæ III. Prædeceſſoris noſtri in ſacro olim Conſiſtorio editum approbantes, & declarantes,ſimiliter perpetuò interdicimus, ne ullo unquam tempore aſſumatur aliquis poſthac in ejuſdem S.R.E.Cardinalem,qui frater ex utroque,vel alterutro parente germanus exiſtat alterius Cardinalis viventis,ita ut eodem tempore duo fratres germani in eodem Collegio nullatenus eſſe poſſint. Quinimò idem decretum extendentes, & ampliantes prohibemus quoque,ne patrueles,vel amitino,aut conſobrino Cardinale vivente,alter ejus patruelis,vel amitinus,aut conſobrinus ad Cardinalatum valeat promoveri.]

Item quoque patruus, aut avunculus nepotis ex 18
fratre, vel ſorore Cardinalis viventis prohibetur aſſumi ad Cardinalatum; & è converſo,talis nepos

patrui,

patrui, & avunculi, sicut habetur in præcitata Constitutione Sixti V. §. 18. his verbis: [Sed & pari ratione sancimus, ne patruo, aut avunculo Cardinale vivente, ejus ex fratre, vel sorore nepos; nec rursus nepote ex fratre, vel sorore Cardinale existente, illius patruus, aut avunculus; neque ullus denique illius, qui primo, aut secundo tantùm consanguinitatis gradu alicui Cardinali viventi conjunctus sit, quandiu is vixerit, in Cardinalem assumi possit, ita ut omnes, & singuli prædicti, tam pater filios aut nepotes habens, quàm fratres germani, patrueles, amitini, consobrini, patruus, avunculus, nepos ex fratre, vel sorore, & quivis, ut suprà, primo, aut secundo gradu conjunctus alter, altero Cardinali vivente, ad Cardinalatum inhabiles sint, & censeantur, neque eorum aliquis Cardinalis creari valeat, neque adversus hanc prohibitionem ex quacunque etiam urgentissima causa cum eis liceat dispensari. Et nihilominus erectio, creatio, ac pronunciatio Cardinalium hujusmodi contra præsentem prohibitionem, aut interdictum facta & attentata, nulla, irrita, & inanis sit eo ipso, ac eum omnibus inde sequutis nullius sit roboris vel momenti, &c.]

19 Illud autem quæsitum est sæpiùs, an Episcopi creari valeant Cardinales, aut Cardinalibus Cathedrales Ecclesiæ conferri? debent enim Episcopi apud suas Ecclesias residere, Cardinales, verò Romano Pontifici tenentur assistere: quare olim usque ad tempora Clementis V. Pontificis nullum Episcopum fuisse in Cardinalem assumptum refert Joan. And. *in c. cùm aliquibus, de rescript in 6.* videntur enim de Jure hæc duo incompatibilia censeri propter diversitatem muneris, & officii, ut resolvunt Doctores *in cap. bona memoria, il primo, de postul. Prælat.* Hosed. *de incompatib. benefic. p. 1. cap. 2.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 3 q. 1. num. 73.* exceptis iis sex Episcopis Urbi vicinis, quibus annexus est Cardinalatus; & ideò Cardinalis ad Episcopatum non eligitur, sed postulatur ut advertit Sanctarel. *d. q. 2. n. 1.* & probat *dict. cap. bona memoria*, & resolvunt Villadieg *in tract. de orig. Cardinal. q. 5. n. 17.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 15.* ubi subdit, quod ideò *in cap. Ecclesia vestra, il 1. de elect.* Cardinalis Canonicus eligitur, non postulatur, quia ille non erat Cardinalis S.R.E. sed Canonicus Cardinalis, id est principalis inter Canonicos illius Ecclesiæ. Posteà verò servare cœpit Ecclesia, ut Episcopi fierent Cardinales, nec Episcopatum dimitterent, sed à vinculo residentiæ absolverentur, ut Summo Pontifici valerent assistere; & talis commendata est consuetudo, quia tam in Cardinalatûs officio, quàm etiam in pontificatûs regimine, (ad quod Cardinales solent assumi) magis idoneæ Episcoporum personæ videntur, ob idque eos justam excusationem habere ut absint ab Ecclesiis, quarum sunt Episcopi tradunt Oldrad. *cons.* 48. Martin. Laudens. *de Cardin. q. 5. & in alio tract. etiam de Cardinalib. q. 68.* Andr. Barbat. *de præstant. Cardinal. q. 12.* Villadieg. *de orig. Cardin. q. 5. n. 11. & 22. & q. 13. n. 62.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 1. n. 74.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. glos. 24. n. 128.* ad quam tamen residentiam eos expressè nunc obligat Conc. Trid. *sess. 23. de reform. c. 1.* ibi, *Etiamsi S.R.E. Cardinales sint.* Ex
20 quo colligunt magis communiter noviores Doctores, Cardinales qui sunt Episcopi, non excusari à residentia, eo ipso quod sunt Cardinales, & assistunt Romano Pontifici, ut benè resolvunt Sot. *de just. & jur. lib. 10. q. 3 punct. 5. vers. post hæc utique.* Gajet. 2. 2. *q. 185. art. 5.* Valent. *tom. 3. disp. 10 q. 3. punct. 5. col. 3. vers. sed quærit aliquis*, Emman. Sà *verb. residentia n. 1.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. q. 7.* latè Sanctarel. *var. resol. lib. 1. q. 2. per tot.* ubi latè de materia, Diana *d. part. 5 tract. 2. resol. 8.* & exemplo suo confirmavit Card. Bellarminus, & litteris & virtute insignis; ex quo loco Concilii Trident. satis approbari videtur hæc consuetudo, ut Episcopatus in eadem persona cum cardinalatûs dignitate esse possit. Sicut idem Concil. in eodem quoque decreto de suscipiendo munere consecrationis Episcopalis infra tempus legitimum, etiamsi fuerint Cardinales, idem affirmare videtur *in cad. sess. 23. cap. 2.*

Quamvis enim Cardinales in Curia assistere 21
Pontifice debeant, ut per textum *in cap. bona memoria, il primo, de postul. Prælat. & in cap. 2. de cleric. non resi.* & expressè docet Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. tibi quoad vixeris, n. 18.* Gambar. *de potestat. Legati à latere, lib. 5. tit. An Legatus possit plura beneficia uni conferre, n. 227.* Sanctarel. *var. resol. q. 2. n. 6.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 1. q. 10. n. 9. & lib. 2. q. 1. n. 34.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 24. n. 123.* Camill. Borrel. *in summ. omn. decis. tom. 1. tit. 10. n. 14.* potest tamen Romanus Pontifex eorum operâ in aliis quoque civitatibus, aut provinciis uti, secundùm personarum qualitatem, & locorum indigentiam: unde nisi 22
Cardinalis aliquis magis esset Ecclesiæ proficuus, si Papæ assisteret, posset alteri Ecclesiæ dari Episcopus, ut Innoc. III. videtur innuere *in d. cap. bona, il primo, de postul. prælat.* Videtur quoque B. Gregorium propter easdem utilitatis, ac necessitatis causas hæc duo onera in eadem persona commendasse, dum de quodam Fundensi Episcopo, quem Tarraconensis Ecclesiæ constituit Cardinalem, ad eundem scribens, ut refertur *in cap. ult. 20. q. 1.* sic ait: [Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te prædictæ Tarraconensis Ecclesiæ Cardinalem esse constituimus Sacerdotem, ut & Fundensis Ecclesiæ Pontifex esse non desinas, nec curam, gubernationémque ejus prætereas.] Si ergo non absurdum omninò videtur, ut idem & Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, & alterius Ecclesiæ Episcopus esse valeat.

An autem Cardinalatus cum aliis beneficiis 23
Ecclesiasticis incompatibilis habeatur, similiter non est in jure dispositum, sed servat Ecclesia, ut beneficia illa, quæ residentiam requirunt, tanquam incompatibilia à Cardinalibus non retineantur: in quibus idem servatur quod de Episcopis est constitutum, ut scilicet per assumptionem alicujus ad Cathedralem Ecclesiam hujusmodi beneficia vacare intelligantur, ut videbimus in suo loco, & resolvunt Put. *decis. 438. alias 428 lib. 2. in correct.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 3. q. 1. n. 66.* quamvis in more jam positum sit, ut Cardinales Presbyteri, vel Diaconi priora beneficia retineant, quoniam generali Ecclesiæ deserviunt, & justam absentiæ habent excusationem, ac proinde tacitâ Romani Pontificis indulgentiâ privilegio donari censetur, ne priora, quæ habebant, beneficia amittant: ita Alban. *de Cardinalib. quæst 42. privileg. 20.* Martin. Laudens. *in eod. tract. at. quæst. 41.* Bertach. *de Episcop. part. 1. lib. 2. quæst. 21. vers. Ad Cardinalatum*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 5.* quorum tamen resolutionem intelligit in beneficiis inferioribus, non curatis, nec habentibus

tibus dignitatem, Put. *cit. loc.* Verùm hac de re extat Conſiſtoriale decretum incip. *Sanctiſſimus*, *ſub die* 16. *Martii* 1588. inter Conſtitutiones Sixti V. 79. *in Bullario novo tom.* 2. *pag.* 627. in quo ſic habetur: [S.D.N. Sixtus Papa V. decrevit, quod per promotionem ad Cardinalatum vacent omnes Eccleſiæ, & omnia beneficia, cujuſcumque nominis, & tituli ſint, ſi non fuerit data retentio, quæ conceſſa intelligatur, & data ad Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias, ad Monaſteria etiam commendata, ad Prioratus, & ad cætera omnia beneficia quæ videntur convenire dignitati Cardinalatûs. Ad alia verò, quæ videntur repugnare dignitati, & gradui Cardinalatûs, putà Archipreſbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & ſimilia beneficia non extendantur, cùm obtinentes hujuſmodi beneficia teneantur reſidere in Choro, & habere debeant locum poſt Epiſc. Cardin. dignitati non convenientem, &c.] refert Diana *d. p.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 11.

24 Monachus autem, ſeu Regularis, cùm Cardinalis eligitur, non abſolvitur ab his, quæ ſunt de ſubſtantia Regulæ, & ita non acquirit dominium, nec teſtari poteſt, ſicut reſolvunt Bald. *in Authent. Licentiam*, *n.* 1. *C. de Epiſc. & Cler.* & *ibi* Paul. *n.* 2. Guil. Bened. *in c. Raynutius*, *verb. mortuo itaque teſtatore*, *il primo*, *n.* 301. *de teſt.* Guilielm. Redoan. *de ſpol. cler. q.* 93 § *fin. n.* 14. & 15. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 19. *n.* 89. Garcia *reg.* 356. *n.* 2. Fulv. Pacian. *conſ.* 132. *n.* 49. 53. & 54. *vol.* 1. Carol. Tapia *in Auth. Ingreſſi*, *C. de ſacroſ. Eccl. verſ. ideoque nec de his*, *cap. unic. n.* 33. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 2. *q.* 54. *art.* 7. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *c.* 19. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 34. Lezan. *in quæſt. Regular. cap* 17. *n.* 5. Diana *d. p.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 64. & 25 tenetur portare habitum ſuæ Religionis, Franc. *in rubr. de teſtam. lib.* 6. *num.* 76. *q.* 15. Fulv. Pacian. *d. conſ.* 132. *n.* 39. & 40. Sot. *lib. ult. de juſt. q. ult. col.* 5. *verſ. circa ſecundum.* Angl. *in floribus Theolog. p.* 2. *q. unica*, *de voto*, *art.* 2. *poſt.* 13. *diffic. in dub.* 2. ſolum enim Romanum Pontificem ab hac obligatione eximunt: idem etiam docet F. Emman. *d. art.* 7. Cæterùm eum habitum deponens non incurret excommunicationem, Bonif. *in Clem.* 1. § *rurſus*, *n.* 33. & 34. *de ſtatu Monach.* me citato *in hoc loco*, Diana *d. p.* 5. 26 *tract.* 2, *reſol.* 66. Poteſt etiam in Baptiſmo & Confirmatione eſſe Suſceptor, & ſic Compater, quamvis ſimplicibus religioſis id ſit interdictum. Ita Gloſſ. *verb. abſolvit*, *in cap. unico*, 18. *q.* 1. & ibi Turrecr. *n.* 2. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 58. *art.* 3 qui ad probandum id licere Epiſcopo Religioſo, illud aſſerunt exemplo Gregorii, qui ex Monacho creatus Cardinalis id munus obivit. Diana *d part.* 5 *tract.* 2. *reſol.* 67.

27 Ab obedientia verò Superiorum Religionis ſoli Pontifici ſubjectus manet, & à reliquis obſervantiis Regularibus abſolvitur quoad debitum legale, ſolóque honeſtatis debito ad nullam culpam adſtringenti tenetur ad eas, quæ nec impediunt officium, nec dedecent dignitatem, ut clarè ſentit Azor. *Inſt. moral. part.* 1. *lib* 12. *cap.* 7. *q.* 4. ubi quæſtionem proponit, an Monachus in Epiſcopum, vel in Cardinalem promotus, liberetur Religionis oneribus, & ſtatutis: & quamvis in reſponſione ſolùm loquatur de Epiſcopo, videtur clarè idem ſupponere dicendum de Cardinale. Idem quoque videntur ſentire Doctores proximè allegati, cùm quoad vota, habitum, & poteſtatem tenendi in Baptiſmo loquatur eodem modo de Religioſo Cardinale, & de eodem Religioſo Epiſcopo; & praxis Eccleſiæ ita ſervat, & Franc. *in d. rub. de teſtam. in* 6. *n.* 76. *q.* 15. ac Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 58. *art.* 7. dicunt Religioſum Cardinalem eximi eodem modo à regulis, ſicut Epiſcopum Religioſum.

De qualitatibus eligendorum ad Cardinalatum 28
loquitur Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 1. dicens ea omnia, & ſingula, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate doctrina, & cæteris qualitatibus ſunt conſtituta (quæ infra ſuo loco videbimus,) etiam in creatione S.R.E. Cardinalium, & Diaconorum eſſe exigenda. Redon. *de ſpoliis Eccl. q.* 8. *n.* 20. Fr. Emman. *q. regul. tom.* 2. *q.* 58. *art.* 7. Franc. à Souſa *in libell. de la obligacion conque quedan los Religioſos Obiſpos*, *n.* 73. Subdit idem Concilium, Romanum Pontificem (ad quem ſolùm pertinet Cardinalium creatio) curaturum, ut ex omnibus chriſtianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, & prout idoneos reperierit, Cardinales aſſumat; quod ab Innoc IV. ſervatum fuiſſe traditur, qui ſedes Cardinalium propter diuturnam Sedis vacationem diù vacuas ex perſonis diverſarum mundi partium electis reſtauravit: & hoc idem S. Bernard. Eugenio III. ſcribens ſuadet: *Propter genera*, inquit, *linguarum*, *& mores Provinciarum*, *propter tot etiam graviſſima Eccleſiæ incommoda.* Addit prædictum Concil. *ubi ſuprà*, nihil magis Eccleſiæ Dei neceſſarium eſſe, quàm ut Beatiſſimus Romanus Pontifex eam ſolicitudinem impendat, ut lectiſſimos tantùm ſibi Cardinales aſciſcat, & bonos maximè, atque idoneos paſtores ſingulis Eccleſiis præficiat.

Ex dictis colligitur quanta, & quàm inſignis morum, ac vitæ ſanctitas in Cardinalibus requiratur qui ad tantam dignitatem evehuntur, ut ſint Chriſti Vicario à conſiliis in arduis totius Eccleſiæ negotiis agendis, expediendiſque. Bald. *in l.* 1. *ff. de offic. Prefect. Prator.* docet tria in eo requiri, qui ad id muneris, & officii deligitur; induſtriam ſingularem, fidem exploratam, & morum maximam gravitatem. S. Bernard. *lib. de conſider. ad Eugenium*, quales oporteat eſſe Cardinales inſinuat, cum ſic alloquens: [Itaque nec volentes, nec currentes aſſumito, ſed cunctantes, ſed renuentes etiam cogo, compello illos intrare. In talibus, ut opinor, requieſcet ſpiritus tuus, qui non ſint attritæ frontis, ſed verecundi, ſed timorati, præter Deum nihil timeant, nihil ſperent, niſi in Deo; qui adventantium non minas attendant, ſed neceſſitates; qui ſtent viriliter pro afflictis, & judicent in æquitate pro manſuetis Terræ; qui ſint compoſiti ad mores, probati ad ſanctimoniam, parati ad obedientiam, mites ad patientiam, ſubjecti ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram, catholici ad fidem, fideles ad diſpenſationem, concordes ad pacem, conformes ad unitatem; qui ſint in judicio recti, in conſilio providi, in jubendo diſcreti, in diſponendo induſtrii, in agendo ſtrenui, in loquendo modeſti, in adverſitate ſecuri, in proſperitate devoti, in zelo ſobrii, in miſericordia non remiſſi, in otio non otioſi, in hoſpitio non diſſoluti, in convivio non effuſi, in cura rei familiaris non anxii, alienæ rei non cupidi, ſuæ non prodigi, ubique & in omnibus circumſpecti.] Hactenus S. Bernardus. Et Patres illi Concilii Baſileenſis *ſeſſ.* 23. dixerunt Cardinales nullius criminis, aut infamiæ notâ aſperſos eſſe debere. *Caveat Cardinalis* (dicit Hoſt. *in ſum. tit. de Pœn. & remiſſ. verſ. cui Cardinales*) *ne exemplo Adæ*, *quantò eſt Deo propinquior*, *tantò magis delinquat. c. conſideret*, *de Pœnit. diſt.* 5. [Caveant Cardinales (inquit ille inidem) ne ſint dracones ſtantes juxta

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Arcam Domini: caveant, ne sint nebulæ, & nubes sine aqua devotionis lachrymarum, turbinibus Dæmonum agitatæ: caveant, ne ipsis malè agentibus eveniat illud, quod Petro Piperno S. Mariæ Novæ Cardinali contigisse legitur, qui, ut referunt post Paulum, Dom. & glos. cap. præsenti, de offic. deleg. in 6. deliciis, & voluptatibus luxurians, & vitiis deditus, dum in æde sacra sacrosanctum Christi corpus adoraret, omnibus videntibus à Dæmone interfectus fuisse dicitur.] Gard. Alban. *de Cardinal. lib. q. 8.*

30 Circa ætatem, natalitia scientiam, vitam, moresque requisita in eo, qui est Cardinalitiâ dignitate decorandus, extat Constitutio 50. Sixti V. incipiens *Postquam verus*, sub dat. tertio Nonas Decemb. 1585. cujus meminit Camp. *in diverf. juris Canon. sub. 5. c. 4. n. 5.* ubi sic dicitur: [Præterea, qui Cardinales creandi erunt, legitimis, & honestis sint exorti natalibus, neque ullâ prorsus labe, aut illegitimorum natalium suspicione quovis modo laborent, sed omni maculâ, & impuritate careant, alioquin ad tam eminentem dignitatis gradum penitus inhabiles, & illius incapaces sint, & esse censeantur. Quocirca considerantes, quod licèt tanta sit vis, & efficacia Sacramenti Matrimonii, quod Apostolo teste, magnum est in Christo, & in Ecclesia, ut qui antè geniti erant ex soluto, & soluta, post illud contractum legitimi habeantur; in nonnullis tamen Provinciis & Dominiis nobilitatis privilegiis non gaudent, nec ad sæcularia officia, honores dignitates, nec ad Nobilium feudorum, & statuum successiones admittuntur; quod multò magis indecorum videretur, & ab Apostolicæ Sedis dignitate alienum, si hujusmodi illegitimi per sequens matrimonium, ut præfertur, legitimati in Cardinales assumerentur; ac Cardinalatûs celsitudo, & splendor, qui dignitati Regiæ comparatur, facilè deprimi, commaculari, aut quodammodo inobscurari posset. Ideò, ut puriori dignitati puriores natales respondeant, quoscunque illegitimè natos, quorumcunque etiam magnorum Principum, etiam Ducali, aut majori, etiam Regiâ, & Imperiali authoritate fulgentium filios, quocunque gradu, dignitate, & præeminentiâ præditos, etiam genito ex soluto, & soluta, inter quos tunc matrimonium constare poterat, ac postea per subsequens matrimonium, etiam ritè, & solemniter in facie Ecclesiæ contractum, vel aliàs legitimatos, & quomodolibet habilitatos, & natalibus restitutos; ac quorunvis bonorum capaces effectos, etiamsi cum eis, ut hanc ipsam dignitatem obtinere valeant super defectu natalium fuerit expressè, & in specie auctorit. Apost. quomodolibet dispensatum, nihilominus prædictæ Cardinalatûs dignitatis prorsus incapaces, & ad eam obtinendam perpetuò inhabiles decernimus, & declaramus.

31 Sed & insuper prohibemus, ne ii, quos propter defectus, vitia, aut impedimenta quæcunque ad sacros Ordines, secundùm Canonicas Sanctiones promoveri fas non est, etiamsi cum ipsis dicta auctoritate Apostolica fuerit dispensatum, néve in alicujus criminis, aut infamiæ nota repetti, in Cardinales ullo unquam tempore assumantur.

32 Cæterùm, ut non solùm honore, sed etiam re ipsa cardines sint, super quibus ostia universalis Ecclesiæ tutò nitantur, divinaque, & humana ministeria sibi commista utiliùs exequi possint, statuimus, ut lectissimi, & præcellentes viri in ipsum Collegium adscribantur, & quorum vitæ probitas, morum candor, præstans doctrina & eruditio, eximia pietas, & erga salutem animarum ardens studium & zelus, in dandis consiliis sincera fides & integritas, in rebus gerendis singularis prudentia, constantia, & authoritas, & aliæ qualitates à Jure requisitæ, tam ipsi Pontifici, quàm universo Collegio cognitæ, & probatæ sint.]

Ætas igitur ad Cardinalatum requisita, licèt à 33
Summo Pontifice approbata non sit, tamen quia à Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 1.* statutum est, ut ea omnia, quæ de Episcoporum doctrina, ætate & cæteris qualitatibus ab eo constituta sunt, in creatione S. R. E. Cardinalium observanda sint; ideo illa erit, quæ requiritur ad Episcopatum, videlicet triginta annorum, sicut resolvunt Hojed. *de incompatib. benef. p. 1. cap. 24. n. 27.* Majol. *de irregul. lib. 1. cap. 30.* Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 6. c. 5 q. 14.* Squillant. *de privileg. Cleric. c. 4. sub n. 77.* Campan. *d. rub. 7. cap. 6. n. 47.* Massob. *in sua Praxi habendi concursum, requis. 10. dub. 11. n. 15. & seq.* Paleoth. *de consult. Sacri Palatii, p. 4. q. 1. vers. quoad ætatem,* Novar. *in sing. Canon. conc. 19.* Pere de Lara *in compend. vitæ hominis, c. 29. n. 18.* Monet. *de commut. altim. vol. c. 10. n. 112.* me citato in hoc loco, novissimè Didac. de Narbona *in tract. de ætate ad omnes actus humanos req. anno 30. q. 4.* Diana *moral. resol. part. 5. tract. 2. resol. 19.* Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 5. docum. 6. n. 4.* Quam quidem in Episcopis, & Presbyteris Cardinalibus tantùm requiri necesse est ut dicamus, cùm de Diaconis expressè decernat dicta Constitutio 50. Sixti V incipiens *Postquam verus ille,* hunc in modum § 6. videlicet: [Neque posthac quispiam in Diaconum Cardinalem assumi possit, nisi saltem in vigesimo secundo suæ ætatis anno fuerit constitutus: itaut omninò intra annum ad Sacrum Diaconatûs Ordinem valeat, & debeat promoveri; alioquin si anno elapso ad ipsum Diaconatûs Ordinem promotus non fuerit; eo ipso tam in consistorialibus, & omnibus aliis actibus, & negotiis Cardinalitiis, quàm etiam juxta Constitutionem fel. rec. Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri super reformatione Conclavis editam, in electione Romani Pont. voce activa & passiva omninò careat, ac privatus existat.] Cujus quidem Constitutionis meminerunt Paleoth. *ubi supra,* Campan. *d. n. 47. in fin.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 5. n. 51. in fin.*

Hujusmodi autem ætatem in Cardinalibus intelliges necessariam, secundùm communes regulas, non verò impedimento esse quominus Summus Pontifex minores ætate creare possit, ut sæpè fieri vidimus, & optimis rationibus, & authoritatibus licitum comprobant Paleoth. *part. 3. q. 4. vers. & eo magis,* Diana *moral. resolut. part. 5. tract. 2. resol. 1. in fine,* Illustr. D. meus Roderic. à Cunha *ad cap. Episcopus 6. n. 17. dist. 77.* me citato in hoc loco, Didac. Narbona *d. anno 30. q. 4. n. 4.* Quamvis enim Roma- 34
nus Pontifex annos supplere non possit, potest tamen illorum indolem, & prudentiam agnoscere in annis juvenilibus, juxta illud, *Cæsaris virtus contigit ante diem:* & quod de Tobia, *cap. 1.* legitur, quod cùm esset junior, nihil tamen puerile gessit.

Ad eandem quoque Cardinalitiam dignitatem 35
desiderantur ii, qui habent legitimos natales, & ex legitimo nati sunt matrimonio, in tantùm ut nec etiam legitimati per subsequens matrimonium veniant admittendi, attentâ dictâ Constitutione Sixti V. cujus meminerunt hoc ipsum resolventes Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 20. § 2.* Sayr. *de censur. lib. 6. c. 10. n. 13. & 14.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de discipl. cleric. § 3. n. 22.* Campan. *in diverf. juris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 128. in fin.* quos refero ego ipse *in collect. ad cap. tanta, n. 25. qui filii sint legitimi,*

&

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& illis addo Fusar. *de subst. q.* 409. *n.*8. Joannes Fajardo *de leg. per subseq. matrim. n.* 222. & ante illam Constitutionem Sixti Nicol. de Ubald. *in tract. de success. p.*1. *n.* 89. jam affirmaverat, dum ipse in Rota jus diceret, sibi Paul. II. dixisse à labe illegitimitatis Cardinalium cœtum immunem esse Mach. *d. tom.*2. *l.*4. *p.*7. *tr.*3 *dec.*6 *n.*1. & referunt idem Nicol. Ubald. *loco citat.* & Ludov. Gom. *in reg. de triennal. possess. q.*2.

36 prout eos citat Azor. *d. p.*2. *l.*2. *c.*7. *in fin.* sputiúmque quendam per Eugen. IV. in Cardin. electum, antequam Galerum acciperet, è vita decessisse.

37 Cardinales quoque non solent assumi, nisi viri in scientia, ac rerum experientia excellentes, Magistri, seu Licentiati in jure divino, vel humano, ut disponitur in Concil. Basileensi *sess.*23. *Sit* (inquit) *tertia vel quarta pars de Magistris, vel Licentiatis in sacra Scriptura.* Sed illius decreta omni prorsus carent auctoritate eáque revocavit Eugen. IV. Extat particularis hac de re dispositio Sixti V. *in d. sua Constitut. incip. Postquam verus ille*, ubi §.9. sic habetur: *Inter hos septuaginta Cardinales, præter egregios utriusque juris, aut Decretorum Doctores, non desint aliquot insignes viri in sacra Theologia Magistri, præsertim ex Regularibus, & Mendicantium Ordinibus*

38 *assumendi, saltem quatuor, non tamen pauciores.* Generaliter verò in eis requiri scientiam existimo, quæ in eligendis Episcopis requiritur, ut expressè docet Campan. *in div. jur. Can. rub.*5. *c.*4. *n.*5. *in princ.* Poterunt inter Cardinales esse aliqui perillustres admodum, filii scilicet, fratres, aut nepotes regum, seu magnorum principum, in quibus cum circumspectione, & maturitate morum competens litteratura sufficiat, ut edvertit Azor. *d. p.*2. *l.*6. *c.*6. *q.*10. *in fine.*

39 Item ad Cardinalatûs celsitudinem non solet Papa bigamum promovere, Machado *d. tr.*3. *doc.*6. *n.*2. unde refert Azor. *d. l.*6. *c.*7. *q. ult. prope fin.* quod ideò Antonius de Rosellis, & Joan. de Lignano, quamvis jurisperiti insignes, prædictam dignitatem nunquam obtinuere potuerunt. Illud est advertendum, quod quamvis Eugen. IV. *Const. sua, incip. In*

40 *eminenti*, sub dat. Romæ 17. Kal. Novembris, anno Incarnationis Dominicæ 1431. statuerit, quod S.R.E. Cardinales in Consistorio secreto pronunciati, non dicantur creati Cardinales quousque Cardinalatûs insignia susceperint, nec vocem habeant in eligendo Summo Pontifice, aut alio actu quousque licentiam Summus Pontifex eis impertiatur; tamen Pius V. die 26. Junii 1571. decrevit Cardi-

41 nales in electione Papæ vocem habere, etiamsi Galerus Cardinalitius eis traditus non esset, neque os clausum, aut si clausum, nondum apertum fuisset. Adverte tamen, quod Papa de plenitudine po-

42 testatis, etiam nullâ factâ propositione, potest facere Cardinales, qui non habeant qualitates requisitas, supplendo omnes defectus, & valet creatio, Alex. *cons.* 111. *Perspectus, n.*3. *& seq. lib.*6. Cardin. Tusch. *tom.*6. *litt. P, concl.*49. *n.*68.

43 Cardinalium gradus, & Ordo triplex est; alii enim sunt Episcopi Cardinales, alii Presbyteri, alii Diaconi, ex Gonz. à Villadiego *in tr. de orig. Cardin. q.*3. *n.*3. Manfred. *de Card. c.*4. *concl.*8. Flam. Paris. *de resignat. benef. l.*7. *q.*12. *n.*1. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. Hierarch. p.*1. *disp.*2. §.2. *in fin. &* §.4. Nec sine mystetio triplex hic Ordo institutus est; nam cùm Summus Pontifex vices Dei gerat in terris, decuit, quod quemadmodum Moïsi præceptum fuit, ut omnia ad exemplum faceret, sicut ei ostensum erat in Monte, ad instar illius cœlestis Hierarchiæ in hac nostra Ecclesia tres constituerentur Ordines assistentium Papæ, qui purgantium, illuminantium, & perficientium fungerentur officio, veluti Diaconi, Presbyteri, & Episcopi Cardinales; decuit etiam, cùm Summus Pontifex Christi repræsenter personam, ut quemadmodum Christo conversanti in terris assistebant Apostoli, ita etiam Cardinalium cœtus Apostolicum repræsentans, coram Papa assisteret; reliqui verò Episcopi ubique diffusi Apostolos repræsentant ad prædicandum per Orbem missos: ita Eugenius IV. *in sua Constit. incip. Non mediocri*, 15. *in ord.* §.6. *in Bullario novo, tom.*1. *pag.*182. Eorum autem numerus Rom. Pontif. arbitrio auctus, & diminutus fuit, prout & hodie augeri minuive poterit, cùm res ita postulaverit. Franch. *in cap. ubi periculum, de elect. lib.*6. Martin. Laudens. *in tr. de Card. p.*2. *q.*2. Card. Alban. *in simili tract. q.*41. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tom.*1. *tit.*1. *n.*7. Rectè nihilominus ille Christianæ Reipublicæ consulturus creditur, si nunquam majorem numerum Cardinalium habeat duobus & septuaginta, qui fuit numerus discipulorum Domini, secundùm Archid. *in d. cap. ubi periculum.* Alberic. *in rub. de sum. Trinit.* Barbat. *in tract. de Cardin. q.*1. *n.*1. Manfr. *eod. tract. c.*3.

De veterum verò Cardinalium numero investi- 44
gare veritatem non esse difficile ait Hieron. Plato *de Cardinalis dignitate, & officio, cap.*2. *in princ.* ex titulorum numero, quos ibi recensuerat; ob idque affirmat semper fuisse tres & quinquaginta usque ad tempus Honor. II. de anno Domini 1125. à quo sensim minui cœptum, cùm in demortuorum loco nemo substitueretur, sed eorum Tituli, vel ab Archipresbytero, vel ab altero Card. Pont. jussu administrarentur; & incertum est tunc, atque varium fuisse illorum numerum usque ad annum 1276. ex quo tempore Nicolai III. electionem septem tantùm extitisse Cardinales repertum fuit; sed ab eo tempore rursùs reflorescere, & augeri cœpisse. Onuphrius verò *in opusculo de Cardinalibus*, ita ait: [Erant enim ab antiquo tempore Romæ quatuordecim Regiones; & quamvis tunc fortassis singulis Regionibus singuli Presbyteri præficerentur, crescente tamen numero Christianorum, vel plures Ecclesiæ in singulis Regionibus erectæ sunt, vel duo in unaquaque regione Presbyteri sunt constituti, ac propterea facti sunt viginti octo Tituli.] Verùm, si Nostrates vera fatentur, eorum primordialem numerum fuisse unum & quinquaginta, apparebit ex relatione Alvar. *in cap.* 1. *An Episcopus, vel Abbas feudum dare possit*, & Franc. Marc. *dec.*192. *Quæritur de statu, n.*6. Deinde fuisse duodenarium probat Vestr. *in sua praxi Rom. Curiæ, lib.*1. *cap.*1. At Quintanad. *Ecclesiasticôn lib.*4. *n.*108. *pag.*177. *in princ.* refert post Leon. I. ad Honorium usque II. viginti & octo Cardinales presbyteros, non plures, nec pauciores Romæ creatos fuisse; additque exinde hunc Ordinem & numerum minui cœpisse, forsitan propter schismata, & seditiones, quæ ex Cardinalium, ad quos Pont. Rom. creatio jam delata erat, multitudine in Comitiis Pontificalibus oriebantur; & concludit quod Cardinalium numerus, qui antea ex presbyteris 28. Diaconis 18. Episcopis Cardinalibus septem fixus & constans fuerat, dilabi sensim, & ad mitam quandam paucitatem redire adeò visus est, ut cùm Nicol. II. Pont. renunciatus fuit, octo tantùm Cardinales fuerint, quatuor presbyteri, & totidem Diaconi. Illud tamen veritate nititur, quod Bonifacio VIII. sedente viginti fuêre, neque tamen usque ad Sixtum IV. trigesimum numerum attigerunt. Sixtus trigesimum supergressus est; Alexander

UAB Biblioteca de Ciències Socials

verò Sextus fere ad quinquagesimum perduxit. At Leo X. cùm una vice unum & triginta creasset, usque ad sexagesimum quintum pervenit. Paul. IV. quinque alios addidit, & habuit sub se vivos, valentésque septuaginta, novis nempe Cardinalium titulis ad hoc institutis, ut refert Boër. Epo *lib. 1. de reg. in benef. Eccles sub n. 191. in med.* Pius IV. usque ad sextum & septuagesimum habuit, quò neque ante, neque post perventum est. Postremò Sixt. V. *dicta sua Constit. incip. Postquam verus ille*, numerum septuagesimum definivit, ad instar illorum septuaginta Seniorum, quos Dominus *Num.* 11. Auditores Moysi dedit, in quos tanti onetis partem derivaret: sunt autem complures, tum rationes, tùm auctoritates quibus hunc numerum haud excedendum contendunt Cardin. *in Clem. ne Romani, §. scitum, n. 7. de elect.* & Petr. Gregor. *Syntagm. juris lib. 15. cap. 4. n. 9.* Perez de Lara *de compendio vitæ hom. c. 29. n. 20.* Diana *d. p. 5. tr. 2. resol. 22.* Paleoth. *de sacro Consist. p. 4. q. 1.* nec unquam vidimus ab Ordinatione ista Sixti in hac parte recessum, in qua sic disponitur *in § 4. post. med.* [Perpetuò statuimus, & ordinamus, ut in posterum connumeratis omnibus cujuscumque Ordinis Episcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui nunc sunt, quique in futurum creabuntur, cuncti simul numerum septuaginta nullo unquam tempore excedant, ac talis numerus quovis prætextu, occasione, vel causâ, etiam urgentissimâ minimè augeatur: quod si unum, vel plures à Nobis, vel pro tempore existente Rom. Pont. in futurum ultra dictum numerum eligi i Cardinalem aut creari, aut pronuntiari contigerit, decernimus hujusmodi electionem, creationem, & pronuntiationem nullam, irritam, & inanem fore, & censendam esse, nullúmque jus, seu Titulum re aut nomine sic electo, seu electis acquiri, nec eorum quemquam pro Cardinali haberi aut reputari posse aut debere; nec dictam electionem, creationem, pronunciationem ab initio invalidam, & ultra numerum factam, si postea ad præsens præscriptum numerum motiente uno, vel pluribus Cardinalibus ipsum Collegium redigatur, propterea ex post facto convalescere, sed uti à principio, sic deinceps in perpetuum nullius fore robotis, & momenti.]

45 Episcoporum Cardinalium Tituli olim octo fuerunt, videlicet Ostiensis, Veliternus, Sylvæ Candidæ, aliàs sanctæ Ruffinæ, Portuensis, Sabinus, Prænestinus, Tusculanus, Albanus; nunc verò sunt sex, eo quòd Ecclesia Veliterna Ostiensi, Eugenii III. auctoritate adjuncta est; & Ecclesia sanctæ Rufinæ, quæ aliàs dicebatur sanctarum Virginum Ruffinæ, & Secundæ, ante Eugen. III. Calix. II. tempore conjuncta est cum Ecclesia Portuensi, testibus Onuphrio *lib. de septem Urbis Ecclesiis, cap. 1.* Martin. Laud. *de Card. q. 88.* Panuin. *de visit. part. .. q. 2. n. 15.* Hi omnes, eo quòd Urbi Romæ finitimi, & vicini essent, ob negotia Curiam Romanam frequentare consueverunt, & honorari, & coli præ cæteris cœperunt, tanquam summo Pontifici, & Urbis Archiepiscopo subjecti, & ejusdem suffraganei; quo factum est, ut Cardinales Episcopis ante Leonis IX. tempora cœperint nominari, hoc est, Primarii, sive principales Episcopi, eo quod essent cæteris reliquarum Ecclesiarum Episcopis celebriores, & insigniores; & prædicti sex Episcopatus à sex antiquioribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteris Cardinalibus in Urbe præsentibus optantur, ex quibus, qui cæteris ratione suæ ordinationis antiquior erat, Prior & Decanus deinde Collegii Cardinalium dicebatur. Postremò Paul. IV. per suam Constitutionem 5. in ordine, incip. *Cum venerabiles*, sub dat. Romæ Kal. Sept. 1555. decrevit, quod Decanatus Collegii S. R. E. cum omnimoda præcedentia spectaret ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia tempore vacationis præsentem, aut ex causa publica absentem, & per Summum Pontificem extra eam destinatum.

Presbyterorum Cardinalium Tituli olim erant 46
viginti octo, quos enumerat Onuphr. *in opusculo de Cardinalib.* at per dictum Motum proprium Sixti V. Presbyterorum Tituli 50. præscribuntur, ut refert Flamin. Paris. *d. q. 12. n. 3.*

Diaconorum verò Cardinalium veteres Diaco- 47
niæ fuerunt 18. secundùm aliquos, sed Onuph. *in libello de septem Ecclesiis Urbis*, ait Diaconos usque ad annum millesimum non excessisse numerum septenarium. *Et cùm Urbis*, ut inquit ille, *quatuordecim regiones fuerint, singuli in duabus regionibus serviebant, postea juxta 14 regiones Diaconi 14. creabantur, ut singulis regionibus præfecti essent.* Aliquando tamen Diaconorum numerus fuit 18. qui numerus per aliquot annos continuatus est, postèà auctus per Paulum III. qui anno 1545. usque ad 19. Diaconos Cardinales auxit, & per Pium IV. productus est usque ad 25. Demùm Sixtus V. in Constitutione infrà referenda, eos ad 14. restituit, juxta veterem regionum Urbis numerum; & decrevit ne Presbytero Diaconia, aut Diacono Titulus in posterum daretur: Constitutio autem Sixti V. cùm plura statuat in hac materia scitu dignissima, est prout sequitur.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei. Ad per- 48
petuam rei memoriam. Religiosâ Sanctorum Pontificum Prædecessorum nostrorum providentiâ institutum olim fuit, & jam inde à vetustissimis temporibus, & posteris traditum, ut S. R. E. Presbyteris certæ in Urbe Roma Ecclesiæ, Tituli appellatæ, quasi quædam cujusque propriæ Diœceses, Diaconis verò Urbis regiones ad Christianæ Religionis propagationem, & conservationem assignarentur. Quæ quidem facta restitutio plurium sæculorum continuata serie, ac pro temporum varietate susceptis incrementis ad nostram usque ætatem servata ita viget, ut præter sex Episcopos Cardinales qui certis Ecclesiis Cathedralibus Urbi finitimis præsunt, singuli Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus propriæ in Urbe Ecclesiæ, Tituli videlicet, & Diaconiæ cum suis Clero & Populo, ac quasi spirituali jurisdictione in spiritualibus, & temporalibus regendæ & administrandæ committantur.

Proinde, Nos postquam per nostram nuper editam Constitutionem creandorum Cardinalium numerum, computatis sex Episcopis prædictis, quatuordecim Diaconis, reliquis verò Presbyteris Cardinalibus, ad septuaginta præscripsimus, nunc quoque ad Dei honorem, atque ad ipsius S. R. E. decus, & ornamentum, ac Romani Cleri, & Populi bonum regimen, salubremque directionem eisdem Presbyteris, Diaconis Cardinalibus totidem Titulos, & Diaconias ipsorum amplitudini, & dignitati maximè congruentes duximus assignandos. Ac licèt pleræque ex antiquis Ecclesiis in Titulos, & Diaconias concedi solitis, aut à Prædecessoribus nostris successu temporum additis, adhuc integræ, & illæsæ permaneant, tamen quia nonnullæ, tum diuturnitate, & injuriâ temporum, tum diversis, quæ olim contigerunt, ejusdem Urbis direptionibus, incendiis, & ruinis collapsæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lapsæ sunt. Nos antiquæ pietatis, & Relig. Christianæ monumenta conservare cupientes, sicuti sacrosanctas Basilicas, & angustiora templa, antiquitate ipsâ veneranda, nedum sarta tecta custodiri, sed & ingenti nostro sumptu refici, instaurari, & ornari in dies magis curamus, ita etiam primo quidem loco veteres, & nobiles Ecclesias priscis temporalibus in Titulos Presbyter. Cardin. ut præfertur, institutas deligimus, eásque omnes quæ adhuc extant, volumus omninò in Titulos pro modernis, & futuris Presbyt. Card retinere. Deinde ex iis, quæ recenti memoriâ in Titulos erectæ fuerunt, prætermissis quibusdam, propter loci incommoditatem, aut alias minùs idoneis, cæteras itidem retinere, ac demùm ne Titul. num Presb. Cardin. desit, exemplo nonnullorum nostrorum Prædecess alias partim antiquas, nondum tamen hujusmodi honore decoratas, partim verò recentiores, celebres tamen Ecclesias, dignitate Præsulum majorem in modum illustrare, & in similes Titulos erigere, & instituere, ac pro numero Presbyteror. Cardin. tot Titulos addere, & supplere; ex Diaconis quoque antiquitùs institutis quatuordecim magis insignes pro totidem Diac. Cardin. seligere, & congrua distinctione confusionem perpetuò tollere decrevimus, eosdem nimirum Titulos, & Diaconias proprios cujusque Ordinis certos, & distinctos assignando, ita ut nunquam in posterum, quod hactenus sæpe factum est, Presbyt. Diaconiæ, nec Diaconis Tituli Presbyterales, perturbato ordine, aut promiscuè concedantur. Quod quidem rationi consentaneum videtur, ut quemadmodum Summ. Pont. universali Ecclesiæ præsidens, & omnium Orbis Ecclesiar. solicitudinem gerens, specialiter tamen Urbis Romæ Episc. existit, & in ea divinâ dispositione supremum sacerdotalis potestatis Cardin. tenet, pari quoque ratione Cardin. quos uti specialiter S. R. E. filios in Apostolici muneris functione, atque in universæ Reip. Christ. administratione præcipuos, sibique maximè conjunctos habet consiliarios, & cooperatores in eadem Urbe Roma, quæ olim B. Petri Sede in ea constitutâ, ipsius, & Coapostoli ejus Pauli doctrinâ & martyrio consecrata, & caput christiani orbis, & religionis effecta est certa sedes, mansionem, & locum unicuique proprium assignet, cujus quidem loci concessione iidem Cardin. & sui officii admoneantur, & residentiæ quam assistendo ipsi R. P. servare debeat; & vel ex hoc magis tanquam in unum corpus compacta membra sacro Capiti connexa esse, & ab illo dependere clarius dignoscatur.

Habitâ igitur cum Ven. Fratr. nostris ejusdem S. R. E. Card. deliberatione maturâ, de eorum consilio, & assensu statuimus, & ordinamus in posterum perpetuis futuris temporibus, Presbyt. Cardin. has tantum, quæ infrà descriptæ sunt, Ecclesias, neque alias in Titulos assignari debere, videlicet ex antiquis sanctæ Crucis in Hierusalem, S. Marcellini, & Petri, sanctorum quatuor Coronator. sanctorum Joannis & Pauli, S. Anastasiæ, S. Sabinæ, S. Stephani in Cœlio Monte, S. Clementis, SS. Nerei, & Achillei, S. Susannæ, S. Pudentianæ, S. Sixti, S. Petri ad vincula, S. Martini in montibus, S. Eusebii, S. Priscæ, S. Vitalis, S. Marci, S. Marcelli, S. Laurentii in Lucina, Basilicæ duodecim Apostolorum, S. Laurentii in Damaso, quæ S. R. E. Vicecancellario pro tempore existenti perpetuò concessa, & assignanda est, S. Balbinæ, S. Cæciliæ, S. Chrysogoni, S. Praxedis, S. Mariæ trans Tyberim: Ex posterioribus verò sanctorum Quiririi, & Julitæ, S. Joannis ante Portam Latinam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentii in Palisperna, S. Thomæ in Parione, S. Sylvestri in campo Martio, S. Pancratii, S. Bartholomæi in Insula, S. Matthæi in Merula, S. Mariæ de Ara Cœli, S. Mariæ in Via, S. Mariæ super Minervam, S. Mariæ Angelorum in Thermis, S. Hieronymi Illyricorum, necnon quas supradictis antiquis, & posterius instituris addimus, & ex nunc in Titulos Presbyteror. Cardin. cum honoribus, insignibus, privilegiis, auctoritatibus, & præeminentiis debitis, & consuetis instar aliarum Ecclesiarum, quæ in similes Titulos per nostros Prædecessores antiquitùs erectæ, & institutæ fuerunt, sine alicujus præjudicio perpetuò erigimus, & instituimus, ac Titulorum nomine, & dignitate insignimus, & decoramus, S. Honuphrii in Janiculo, mutato illius statu, & Diaconiâ, quæ hactenus fuit in Titulum Presbyteralem S. Augustini, S. Mariæ de Populo, S. Alexii in Aventino, S. Basilii de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Salvatoris de Lauro, S. Petri in Monte Aureo, Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio, S. Mariæ Transpontinæ.

Ex Diaconiis verò antiquis, statuimus retinendas esse tantummodò quatuordecim infrascriptas, videlicet S. Mariæ in Aquiro, sanctæ Mariæ in Cosmedin, sanctorum Cosmæ & Damiani, S. Mariæ Novæ, S. Adriani, S. Mariæ in Via lata, S. Mariæ in Porticu, S. Angeli in foro Piscario, S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. Mariæ in Dominica, S. Eustachii, S. Viti in Macello, S. Agathæ, Jac S. Georgii in Velabro Ecclesias, quæ insigniores existunt, & præscriptum à nobis Diaconorum Cardinalium numerum exæquant.

Ita ut computatis Ecclesiis Cathedralibus, videlicet Ostiensi & Veliterna invicem unitis, Portuensi & sanctæ Ruffinæ itidem unitis, Albanensi, Sabinensi, Tusculana, & Prænestina, quibus sex Episcopi Cardin. præsunt, & Titulis Presbyt. superiùs designatis, numerum septuaginta Ecclesiar. constituant. Et aliter præterea Titulus supra numerum additus sit, ut si quando contingat Diaconum, vel Episc. Cardin. Vicecancellar. esse, & ideò eundem dictæ Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso, quæ Vicecancellar. pro tempore existenti per literas rec. fel. Clement. Papæ VII. prædecessoris nostri perpetuò, ut præfertur, concessa, & assignata fuit, præesse, alicui Presbyt. Cardin. proprius Titulus non desit.

Omnes verò illas Ecclesias, quæ per præsentem nostrum Constitut. Presbyt. Cardinal. etiam forsan ex dispensatione Apost. pro Diaconiis obtinentur; itidem omnes, & quascunque ex quatuordecim superiùs enumeratis Diaconiis, quæ Presbyt. Card. in Titulos simili dispensatione concessæ alias fuerunt, & ab iis obtinentur, demùm omnes, & quascunque Ecclesias superiùs non expressas, ipsis Presbyteris, aut Diaconis Cardinal. in Titulos, aut Diaconias commissas, & assignatas, ac per ipsos obtentas volumus, & decernimus per præsentes ex nunc eo ipso vocare, & quascunque illarum assignationes, concessiones, necnon dispensationes desuper etiam motu proprio, & consistorialiter, ac de simili Fratrum consilio expeditas, quæ à prædecess nostris, quæque à nobismetipsis emanarunt, Literasque Apostolic. desuper confectas, processúsque habitos per easdem, & inde sequuta quæcumque cassamus, irritamus, & annullamus, irritéque & nulla, ac nullius roboris, vel momenti esse nunciamus, mox assignaturi eisdem Cardin. ex quorum personis Ecclesiæ in Titulos, aut Diaconias, ex eos hactenus obtentæ vigore hujus nostri Decreti vacant, & eorum cuilibet alios Titulos, aut Diaconias ex supradicto num. proprio cujusque ordini congruentes.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In aliis verò, præterquam ſuprà nominatis Eccleſiis, etiamſi earum aliquæ in Titulos Preſbyterorum, aut denominationes Diaconorum Cardinalium concedi ſolita ſunt, & Cardinales iis præfici conſueverunt (quarum ſingularum ſituationes, & invocationes præſentibus haberi volumus pro expreſſis) nomina, inſignia, denominationes, & ſtatum hujuſmodi Titulorum, aut Diaconorum perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, ac diſtrictè etiam interdicimus, ne de cætero unquã perpetuis futuris temporibus alia quàm ex ſupraſcripto numero Eccleſia in Titul. aut denominationem Cardinal. cuipiam Preſbyt aut Diac. Card. concedatur, aut aſſignetur, neque aliis, quàm ſuprà nominatis Titul. aut Diacon. Preſbyt. vel Diac. Cardin. præficiantur, néve unquam aliqua ex ſupradictis Diaconiis Preſbytero, neque contrà ullus ex dictis Titulis Diacono Cardinali quomodolibet concedatur, vel aſſignetur, neque cum iis, aut eorum aliquo ex quavis cauſa deſuper diſpenſetur.

Sed & decreta aliàs in Conſiſt. ſuper hoc edita innovantes, & ampliantes, pars ratione etiam perpetuò prohibemus, ne in poſterum alicui Preſbyt. aut Diaconi Cardinali, qui alterum Titulum, aut Diaconiam quomodolibet aſſequutus fuerit, quive ex ordine Diaconorum ad Ordinem Preſbyteror. vel ad Epiſcopalem dignitatem tranſierit, aut ex ordine Preſbyteratûs in Epiſcopum pariter promotus fuerit, licentia & facultas retinendi priorem Eccleſiam ſui Tituli, vel Diaconiæ collatio, neque Palatii domus, vineæ, hortorum, aut fructuum, reddituum, & proventuum, aut jurium quorumcunque ad hujuſmodi Titulos, ſeu Diaconias pertinentium, ad tempus, ſeu ad vitam retentio, aut ulla alia reſervatio, quovis prætextu, occaſione, vel cauſâ, etiam melioramentorum, & ſumptuum in illarum reparationem, neceſſitatem, ſive utilitatem factorum concedantur, ſed volumus ut ipſi Tituli, & Diaconiæ cum illis annexis, juribúſque, & pertinentiis ſuis univerſis liberè dimittantur.

Inſuper præcipimus, & perpetuò ordinamus, ut de cætero in quibuſcunque litteris apoſtolicis, in quibus Cardinalium ſubſcriptio manu propriâ facienda erit, iidem Cardinales, etiam Tituli, ſeu Diaconiæ, vel Epiſcopatus, ſeu Cardinalatus nomine expreſſo ſe ſubſcribant.

Decernentes per hujuſmodi erectionem, & inſtitutionem decem prædictas per Nos in Titulos erectas Eccleſias tantummodo novis privilegiis & dignitate auctas, decoratas, & inſignitas, nihil autem omninò præjudicii cuiquam illatum, nihil alieni juris detractum, aut imminutum cenſeri poſſe, aut debere, ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Cardinales prædictos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis, eorúmve aliquo à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum ſupradictarum, & aliarum quarumcunque, necnon ordinum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavi, firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris apoſtolicis illis, ac quibuſvis perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Sic igitur ipſi Cardinales, quibus hujuſmodi Eccleſiarum regimen, cura, & adminiſtratio pro tempore commiſſa erunt, eas in ſpiritualibus, & temporalibus ſolicite, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Conſtitution. piæ memoriæ Leonis Papæ X. prædeceſſori noſtri in Conc. Later. noviſſimè celebrato editam, frequenter viſitent, circa cultum divinum invigilent, mores, ac vitam Cleri, & populi eis ſubjecti diligenter explorent, eoſque ad rectè, & honeſtè vivendum paterno moneant affectu, bonorum, ac temporaliumreddituum curam geram; ſicque ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem pia, & magnifica ſtructura, & fabrica, ſuas quique Eccleſias inſtaurare ſtudeant, & exornare, & tam in vita, quàm in mortis articulo, pro divini cultus augmento, & ſalute animarum ſuarum, ad congruè ſuſtentandum aliquem Preſbyterum, qui inibi in divinis deſerviat, ſive aliàs erga ipſas Eccleſias, ſi reparatione indigeant, vel aliâ ſubventione, de bonis ſibi à Deo collatis, prout cuique pro modo facultatum conſcientia dictaverit, munificos ſe exhibeant, & liberales, ut earundẽ Eccleſiarum decora, & ornamenta tantorum Præſulum reſpondeant dignitati, ac ipſæ Eccleſiæ, tam ſublimibus perſonis gaudeant ſe commiſſas, & eorum amplitudine illuſtratas; iidemque Cardinales exinde ipſius S. R. E. cujus nobiliſſ. membra ſunt, majeſtatem ſua pietate, ſolicitudine, & prudentia in dies magis extollant, & reverentiam omnium gentium erga illam exemplis bonorum operum inſigniter augeant, ac denique præter æternæ retributionis præmia, digna quoque laudum præconia à nobis, & Apoſtol. Sede valeant promereri.

Mandamus verò, ut præſentes Litteræ in quinterno Cancellariæ Apoſtol. de more deſcribantur.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, electionis, inſtitutionis, inſignitionis, decorationis, voluntatum, decretorum, ceſſationis, imitationis, annullationis, nunciationis, ſuppreſſionis, extinctionis, interdicti, innovationis, ampliationis, prohibitionis, præcepti, derogationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datæ Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1587. Idibus Aprilis, Pontif. noſtri anno 2.

Ego Sixtus, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego A. Card. Farneſius, Vicecancellarius, Epiſcopus Oſtienſis.

Ego Jacobus, Cardin. Sabellus, Epiſcopus Portuenſis.

Ego Joan. Anton. Card. S. Gregorii, Epiſc. Tuſculan.

Ego Jun. Avalus, Card. de Aragonia, Epiſc. Sabinen.

Ego M. S. Card. de Altaemps, Tit. S. Mariæ Trans Tyberim.

Ego Marc. Anton. Card. Columnia, Titul. S. Laurentii in Lucina.

Ego Gabriel, Card. Paleothus, Tit. S. Martini in Montibus.

Ego

Ego Fr. Mich. Bonellus, Cardin. Alexandr. Titul. S. Mariæ ſuper Minervam.
Ego Ludov. Card. Madrutius, Titul. S. Anaſtaſiæ.
Ego N. Card. S. Praxedis.
Ego Jul. Anton. Sanctor. Tit. S. Bartholomæi in Inſula, Card. S. Severinæ.
Ego Hieron. Card. Ruſticuccius, Tit. S. Suſannæ.
Ego Joan. Hieron. Cardin. Albanus, Titul. S. Joannis ante Portam Latinam.
Ego P. Card. Deza.
Ego Anton. Cardin. Titul. SS. Joannis, & Pauli.
Ego Joan. Anton. Card. SS. Quatuor Coron.
Ego Joan. Baptiſta Card. S. Marcelli.
Ego Julius Card. Cananus, Tit. S. Euſebii.
Ego Anton. Maria, Card. Salviatus.
Ego Auguſtinus, Cardin. Veronæ, Titul. S. Marci.
Ego Vincentius, Tit. S. Mariæ in Via, Card. Montis Regalis.
Ego Philippus, Titul. S. Sabinæ, Cardin. Spinula.
Ego Scipio, Card. Lancellotus.
Ego Vincentius, Card. Gonzaga.
Ego Federicus, Card. Cornelius, Tit. S. Stephani.
Ego Hippol. Card. Papien. Titul. S. Mariæ in Porticu.
Ego Decius, Card. Azzolinus, Tit. S. Matth. in Merula.
Ego Hippol. Card. Aldobrandinus, Titul. S. Pancratii, Major Pœnit.
Ego Hieron. Card. de Ruvere, Tit. S. Petri ad vincula.
Ego Fr. Conſtantius, Card. Sarnanus.
Ego Philip. Titul. S. Euſtachii, Diaconus Card. Vaſtavillanus, Camerar.
A. Card. Montaltus.
Ego Hieron. S. Hadriani Diaconus, Card. Matthæius.
Ego Benedictus, S. Gregorii Diaconus, Card. Juſtinianus.
Ego Aſcanius, SS. Viti, & Modeſti, & Creſcentiæ Diaconus, Cardin. Columna.

Eccleſiæ, Tituli, & Diaconiæ S. R. E. Cardinalium poſteà fuerunt deſignati à Clem. Papa VIII. & à ſacra Rituum Gongregat. approbati ſub die 30. Auguſti 1602. ac à Paulo V. confirmati de anno 1618. ut in libello impreſſo Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ, ſub eodem anno in hunc modum.

Eccleſiæ Cardinalium Epiſcoporum ſex, nempe

Oſtienſis.
Portuenſis.
Tuſculanenſis.
Sabinenſis.
Prænestinenſis.
Albanenſis.

Tituli Presbyterales L. I. videlicet

Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis.
Sanctæ Mariæ trans Tyberim.
Sancti Laurentii in Lucina.
Sanctæ Praxedis.
Sancti Petri ad vincula.
Sanctæ Anaſtaſiæ.
Sancti Petri in Monte Aureo.
Sancti Honuphrii.
Sancti Sylveſtri in Campo Martio.
Sanctæ Mariæ in Via.
Sancti Marcelli.
Sanctorum Marcelli & Petri.
Sanctorum Duodecim Apoſtolorum.
Sanctæ Balbinæ.
Sancti Cæſarei.
Sanctæ Agnetis in Agone.
Sancti Marci.
Sancti Stephani in Cœlio Monte.
Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ.
Sancti Euſebii.
Sancti Chryſogoni.
Sanctorum Quatuor Coronatorum.
Sanctorum Quiricii, & Julitæ.
Sancti Calixti.
Sancti Bartholomæi in Inſula.
Sancti Auguſtinis
Sanctæ Cæciliæ.
Sanctorum Joannis & Pauli.
Sancti Martini in Montibus.
Sancti Alexii.
Sancti Clementis.
Sanctæ Mariæ de Populo.
Sanctorum Nerei & Achillei.
Sanctæ Mariæ de Pace.
Sanctæ Mariæ in Ara Cœli.
Sancti Salvatoris in Lauro.
Sanctæ Crucis in Hieruſalem.
Sancti Laurentii in Pane & Perna.
Sancti Joannis ante Portam Latinam.
Sanctæ Pudentianæ.
Sanctæ Priſcæ.
Sancti Pancratii.
Sanctæ Sabinæ.
Sanctæ Mariæ ſuper Minervam.
Sancti Caroli.
Sancti Thomæ in Parione.
Sancti Hieronymi Illyricorum.
Sanctæ Suſannæ.
Sancti Sixti.
Sancti Matthæi in Merula.
Sanctiſſimæ Trinit. in Monte Pincio.

Diaconiæ xv. videlicet

Sancti Laurentii in Damaso.
Sanctæ Mariæ in Via Lata.
Sancti Eustachii.
Sanctæ Mariæ Novæ.
Sancti Hadriani.
Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.
Sanctæ Agathæ.
Sanctæ Mariæ in Dominica.
Sanctæ Mariæ in Cosmedin.
Sancti Angeli in Foro piscium.
Sancti Georgii ad Velum aureum.
Sanctæ Mariæ in Porticu.
Sanctæ Mariæ in Aquiro.
Sanctorum Cosmæ & Damiani.
Sancti Viti in Macello.

Notandum est, quod Ecclesia S. Laurentii in Damaso non est propriè Diaconia, sed datur semper Cardinali Vicecancellario, sive sit Diaconus, sive Presbyter, sive etiam Episcopus.

CAPUT IV.

De dignitate, privilegiis, & officio Cardinalium.

SUMMARIUM.

1 *Cardinales dicti sunt quasi Romanæ Ecclesiæ cardines, seu quia Sedi Apostolicæ, quæ axis est, & cardo aliarum Ecclesiarum, serviunt.*
2 *Ostium sicut cardine regitur, ita Ecclesia Cardinalium consilio roboratur.*
3 *Cardines Orbis dicuntur Cardinales.*
4 *Consiliarii quandoque appellantur Cardinales, quia Papæ in Ecclesia universali gubernanda assistunt.* [arduis Ecclesiæ negotiis.
5 *Cardinalium consilio utitur Papa, præsertim in*
6 *Cardinales fratres appellat Papa, cùm eos simul, & eorum Consistorium nominat; nam extra Consistorium singulos filios appellat, nisi sint Episcopi Cardinales.*
7 *Cardinales dicuntur*

Divi,	*Patres spirituales,*
Lumina Ecclesiæ,	*Maximi,*
Lucernæ ardentes,	*Columnæ Ecclesiæ.*

8 *Cardinales repræsentant Ecclesiam.*
9 *Regibus æquiparantur Cardinales, & in eis residet tota Majestas Christiana Reip.*
10 *Reges locum cedunt collegio Cardinalium.*
11 *Romanæ Eccles. speciales dicuntur Cardinales.*
12 *Vinculum indissolubile contrahitur inter Papam & Cardinales.*
13 *Cardinales familiares, & socii Papæ dicuntur.*
14 *Cardinales Patritiatus, & Senatoriam dignitatem habent.*
15 *Collegium atque Senatum constituunt Cardinal.*
16 *Card. electus statim à patris potestate solutus est.*
17 *Pars corporis Papæ dicuntur Cardinales ad instar Senatorum.*
18 *Cardinales dicuntur facere unum corpus cum Papa, sicut Canonici cum Episcopo.*
19 *Cardinales sunt latus Papæ, & ideo cùm mittuntur, Legati dicuntur de latere.*
20 *Papæ speciale caput est Cardinalium, & ipsi sunt specialia membra ejus.*
21 *Cardinales habent quandam communicationem cum Papa, sicut membra cum capite.*
22 *Officium Cardinalium est assistere Rom. Pontif.*
23 *Cardinales tenentur residere in Curia, ubi Papa residet, nec possunt ab illa recedere sine ejus licentia.*
24 *Episcopi præcedebant Cardinales, & arbitrabantur se gradu minui, si ex Episcopis facti fuissent Cardinales.*
25 *Cardinales sunt hodie Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis propter officium digniores.*
26 *Cardinalatus est cæteris Ecclesiasticis dignitatibus præstantior, & est major dignitas post Papatum.*
27 *Collegium Cardinalium membrum honorabilius est, quod habet Ecclesia.*
28 *Summum & excelsum dicitur.*
29 *Gremium Romanæ Ecclesiæ appellatur.*
30 *Fama restituit.*
31 *Appellatio non conceditur ab ejus sententia.*
32 *Papa à Cardinalibus non exigit fidelitatem sicut ab Episcopis.*
33 *Jurisdictionem Episcopalem habent Cardinales in Ecclesiis, quarum sunt Titulares, & in aliis eorum Titulis subjectis.*
34 *Matrimoniis interesse in suis Titulis, vel aliis interessendi facultatem concedere possunt Cardinales.*
35 *Insignibus Pontificiis uti, & solemniter benedicere in Ecclesiis suorum Titulorum possunt Cardinales.*
36 *Beneficia conferendi jus habent Cardinales in Ecclesiis Titularibus quando sunt in Urbe.*
37 *Visitare possunt Cardinales personas subjectas ratione Titulorum.*
38 *Cardinales possunt in personas sibi subjectas ratione titulorum excommunicationis, suspensionis, & interdicti pœnas irrogare.*
39 *Vicarii Cardinalium pro suis titulis possunt fulminare censuras ecclesiasticas, & reliqua facere, quæ sunt jurisdictionis episcopalis.*
40 *Ordines minores in propriis titulis suis subditis & familiaribus possunt conferre Cardinales Presbyteri, & Diaconi quamvis Episcopi non sint.*
41 *Cardinalem hostiliter insequi, aut in persona offendere qui ausus fuerit, plurimas, & gravissimas pœnas incurrit.*
42 *Cardinalium offendentes aut ladentes, sacrilegium committunt.*
43 *Infames perpetuò sunt.*
44 *Habentur pro bannitis, & diffidatis.*
45 *Testamenti factionem activam, & passivam amittunt.*
46 *Domus offendentium Cardinalem devastantur.*
47 *Bona offendentium Cardinalem confiscantur.*
48 *Locationibus, & feudis privantur offendentes Cardinalem, & liberè ad dominos revertuntur.*
49 *Officiis omnibus, & beneficiis spiritualibus, & temporalibus privantur.*
50 *Filii Cardinalem offendentes, ac nepotes offendentium Cardinalem privantur omnibus beneficiis & dignitatibus ecclesiasticis, & ad illas imposterum obtinendas efficiuntur inhabiles.*
51 *Testes quot requirantur at Cardinalis possit de crimine damnari, ostenditur.*
52 *Caput Præsul, 2. q. 4. hodie locum non habet.*
53 *Cardinalis à solo Romano Pontifice damnatur, vel deponitur, aut excommunicatur.*
54 *Cardinales an includatur sub regulis Cancellariæ & aliis Constitutionibus generalibus, ostenditur, & n. 55.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

56 *Cardinales renunciantes beneficiis comprehenduntur sub regula de infirmis, & Constitutione de publicandis resignationibus, & de non impetrando beneficio viventis.*

57 *Reservationes facta per Papam Cardinales ligant.*

58 *Caput* De multa, de præbend. *comprehendit etiam Cardinales.*

59 *Clementina* Auditor, de rescript. *comprehendi quoque Cardinales.*

60 *Dispositio generalis odiosa non comprehendit Cardinales, quia speciali notâ digni sunt.*

61 *Cardinales obviantes ei, qui ad supplicium ducitur, possunt illum veste, aut pileo tegendo liberare.*

62 *Appellatio non datur à sententia ex voto Cardinalium, seu consensu lata.*

63 *Cardinali asserenti se esse Legatum creditur circa Ordinariam potestatem, etiam si litteras suæ legationis testes non exhibeat, in iis, quæ jure communi Legato competunt, ut* num. 66.

64 *Cardinali attestanti de speciali mandato Sedis Apostolicæ, aut de mente Summi Pontificis creditur absque litteris sui mandati, nisi de seipso asserat.*

65 *Cardinalis dicto de consuetudine Curiæ standum in his, quæ dicta, vel facta sunt coram eo.*

67 *Cardinales soli Legati à latere nuncupantur extra Curiam missi.*

68 *Cardinales habent partem redditunm Cameræ Apostolicæ.*

69 *Suspensionis, vel interdicti sententiâ in Constitutione Pontificia promulgatâ Cardinales, non afficiuntur, nisi specialis eorum mentio facta sit.*

70 *Cardinalatûs ad dignitatem evectus eo ipso à patria potestate est solutus.*

71 *Cardinales in commissi sibi Ecclesiis à Sede Apostolica possunt beneficia conferre, & jurisdictionem exercere ante captam possessionem, & ostensionem litterarum.*

72 *Cardinalis dictum sine juramento aliquam facit præsumptionem.*

73 *Cardinalibus sine juramento testificantibus non creditur in præjudicium tertii.*

74 *Cardinalis assertioni standum, tribus simul concurrentibus, videlicet quando Papa est præsens, ad quem facilè recurri potest, & asserit rem directè non præjudicialem tertio, & verisimilia asserit.*

75 *Cardinali asserenti aliquid actum in præsentia Papæ, vel dicenti sibi viva vocis oraculo à Papa mandatum fuisse, credi debet.*

76 *Cardinales orto schismate, datâve contentione, Concilium congregare possunt.*

77 *Privilegia omnia Episcopis ob statûs dignitatem collata, ad Cardinales fermè extendi solent propter majorem eorum dignitatem.*

78 *Cardinales gaudent privilegio Episcopi concesso* in cap. quia periculosum, de sentent. excommunic. & in cap. ult. de pœnitent. & remiss.

79 *Lites, & causæ inter Cardinales quomodolibet vertentes à Papa, appellatione remotâ, decidendæ sunt.*

80 *Privilegio immunitatis ecclesiastica gaudent Cardinalium domus, in quibus extat Oratorium ubi divina officia celebrantur: quod in urbe non servatur.*

81 *Declarationes Cardinalium quam vim & auctoritatem habeant, latè ostenditur,* & n. 82. & 83.

84 *Beneficia familiarium Cardinalium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis patroni.*

85 *Cardinalis Legatus quamcunque facultatem habens conferendi beneficia, non confert vacantia per obitum familiaris Papæ.*
Familiares suos judicat privativè quoad alios Cardinales, ibid.

86 *Vestibus ex duobus tantùm coloribus, nempe rubro & violaceo utitur Cardinalis.*

87 *Titulus Eminentissimi, & Vestræ Eminentiæ, unà cum antiquo Reverendissimi sit proprius & peculiaris Cardinalatûs dignitatis.*

88 *Officium Cardinalium præcipuum quod sit, ostenditur.*

89 *Papa etiam in quæstionibus Fidei, atque reliquis arduis non tenetur Cardinalium consilium exigere de necessitate.*

90 *Clausula* De Fratrum nostrorum consilio, *decentiæ magis est, quàm necessitatis.*

91 *Collegium Cardinalium Sede Apostolica vacante exercere non potest, quæ ad Pontificis potestatem & jurisdictionem, dum vivit, pertinent, nisi urgeat necessitas.*

92 *Constitutiones Summorum Pontificum non possunt corrigi, immutari, vel modificari, nec eis quicquam addi, vel detrahi per Collegium Cardinalium, Sede Apostolica vacante.*

93 *Collegium Cardinalium Sede Apostolica vacante non potest creare Cardinales.*

94 *Pileus, vel alia insignia Cardinalitia non potest dari per Cardinales, Sede Apostolica vacante, nec clandi, vel aperiri os.*

95 *Vicecancellarius S. R. E. hodie est unus ex Cardinalibus, & quod sit ejus officium, ostenditur.*

96 *Camerarii Cardinalis officium quale, ostenditur.*

97 *Pœnitentiarii Summi officium circa quæ versetur, ostenditur.*

98 *Pœnitentiarius Major, & alii Pœnitentiarii minores, in quibus Sede Apostolica vacante retineant officium, & jurisdictionem, ostenditur.*

99 *Vicarius Urbis unus est ex Cardinalibus, quem Papa tanquam Urbis Episcopus populo, & Diœcesi suæ Vicarium dat.*

100 *Cardinalium appellatione veniunt tantùm S. R. E. Cardinales.*

101 *Cardinalium testandi facultas de rebus quæsitis intuitu Cardinalâtus, remissivè.*

CARDINALES dicti sunt, quasi Romanæ Ecclesiæ cardines, seu quia Sedi Apostolicæ, quæ axis est, & cardo aliarum Ecclesiarum, serviunt. Gloss. *verbo Cardinalibus, in Extravaganti Execrabilis, de præbend.* Joannis XXII. Molin. de Medrano *in allegat. Proregis extranei Regni Aragon. n. 73. cum seqq.* benè Solorzano *de jure Indiarum tom. 1. lib. 3. c. 1. n. 28.* Bonac. *de legitima Romani Pontif. election. quæst. 1. puncto 1. §. 1. numero 2.* Lezana *in summ. tom. 3. verb. Cardinalis, numero 1.* Hieronym. Roman. *lib. 3. de Republic. Christiana, cap 1. in princip. pag. mihi* 184. Marchin. *de Sacram Ordin. tract. 1. p. 1. c. 12. n. 12. pag. 21.* & secundùm aliquos Cardinales ita fuisse nominatos credit Boët. Epo *de* 1

Regali

Regalibus lib. 1. n. 191. in fine, quòd in illis, quasi
2 cardinibus quibusdam totius Ecclesiæ Christianæ gubernacula vertantur. Sicut enim ostium cardine regitur, ita Ecclesia Cardinalium consilio roboratur, *argum. cap. pastoralis, 7. q. 1.* Gloss. *in cap 2. de offic. Archipresb.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. C, concl. 96. num. 1.*

3 Unde cardines Orbis eos appellat Manfred. *de*
4 *Cardin. decis. 59. n. 12.* & Consiliarii quandoque dicuntur, *cap. Ecclesiasticis, 12. q. 2. c. in Parochia, 16. q. 1.* quia Papæ in Ecclesia universali gubernanda assistunt tanquam præcipui ejus Consiliarii, *cap. fundamenta, §. decet, de elect. lib. 6* Læl. Zech. *d. tit. de stat. Illustr. Cardinalium, n. 3.* Vasq. *in 3 part. tom. 3.*
5 *disp. 242. cap. 4. in prine.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccl. Hierarch. q. 1. præm. n. 2.* eorum enim consilio utitur, præsertim in arduis Ecclesiæ negotiis, ut infrà demonstrabimus *hoc eod. cap. n. 88. cum seqq.* & pro hujusmodi consilii expeditione sacrum fuit constitutum Cardinalium Consistorium, ut sic eorum operâ, & auxilio Summus Pontifex expediret quod in utilitatem spiritualis Reipub. consonum judicaret. Barbat. *de Cardinalib. q. 1. n. 23.* Martin. Laudens. *eod. tract. 1. quæst. 1. & tract. 2. q. 8.* Contard. *in templo omnium judic. lib. 2. c. 2. de Cardinalib. §. 3. num. 1.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 48. §. 3. num. 28.* Sebast. Cæs. *de Eccles. Hierarch. p. 1. disp. 1. §. 4. ex n. 8.* novissimè Gonzales de Salzedo *de lege Politica*
6 *lib. 1. c. 13. n. 16.* Et eos fratres appellat Papa *in c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Gloss. notabilis *verb. fratres suos, in c. fundamenta, de elect. lib. 6. & in c. 1. de offic. Legat, eod. lib.* Sanctarell. *var. q. 2. n. 8. in fin.* cùm scilicet illos simul, & eorum Consistorium nominat; nam extra Consistorium singulos filios vocat, nisi sint Episcopi Cardinales, *c. Raynaldus, de testam.* ibi: *Dilectus filius noster S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis*, Monet. *de decim. cap. 9. q. 3. n. 116.*

7 Dicuntur igitur Cardinales *Divi*, Manfred. *in tract. de Card. dec. 70. Lumina Ecclesiæ*, idem Manfred. *decis. 54. Lucernæ ardentes, dec. 69. Patres Spirituales, ibid. dec. 43. Maximi, ibid. dec. 53. Columnæ Ecclesiæ*, Mant. *de Concil. num 69.* Sanctarell. *var.*
8 *resol. q. 2. n. 17.* Repræsentant Ecclesiam. Hostiens. *in cap. dilectus, n. 2. de prab. & in cap. ex gestis, n. 3. de Cleric. non resid.* Cardin. Alex. *in c. quamquam, 12. q. 7. n. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 7. q. 5. num. 13.* Regibus æquiparantur, & in eis residet
9 tota Majestas Christianæ Reipublicæ. Clar. *§. final. q. 98. n. 5. in fin.* Duaren. *de Sacr. Eccl. minist. lib. 1. cap. 13.* Decian. *cons. 8. n. 63. volum. 1.* Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 1. n. 1.* Brunor. à Sole *in loc. commun. verb. Cardinalis, n. 4.* Surd. *cons. 453. n. 13.* Flamin. Paris. *lib. 7. q. 12. n. 18.* Camill. Borell. *dict. tit. 5. num. 26.* Cardin. Tusch. *tom. 1. in littera C,*
10 *concl. 100. num. 4.* Sanctarell. *d. q. 2. n. 17.* & Cardinalium Collegio Reges locum cadunt, Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 8. num. 75.* Vide Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 111. num. 6. & 7.* quem refert Hermosill. *in addition. ad Partitam 5. in prolog. gl. 2. num. 41.* ubi tradit Reges in suo Regno, vel extra præcedere Cardinalibus uti singulis, & in Consistorio post primum Episcopum, vel post antiquio-
11 rem Presbyterum Cardinalem locum obtinere. Bonac. *de legitima Summi Pontif. electi. q. 1. puncto 1. §. 2. n. 2.* Romanæ Ecclesiæ speciales dicuntur, *c. si quis ex Episcopis, 79. dist. consil.* Roman. 498. *n. 7. vers. dicuntur.*

12 Vinculum indissolubile contrahitur inter Papam & Cardinales, sicut inter virum & uxorem; & ideo Cardinales participant de privilegiis Papæ, sicut uxor participat de privilegiis mariti. Anchar. *cons. 295. num. 8.* Cardin. Tusch. *d. concl. 100. num. 15.*

Familiares Papæ dicuntur Cardinales, quia de- 13
bent participare de privilegiis familiæ, Anchar. *d. cons. 295. n. 8.* ubi etiam quod socii Papæ appellantur, quia sicut socius participat de privilegio socii, ita Cardinales participare debent jure communionis de privilegiis Papæ.

Habent quoque Cardinales Romanæ Ecclesiæ 14
Patritiatus, & Senatoriam dignitatem, *cap. Constantinus, vers. viris etiam, 96. dist.* Rom. *cons. 498. In casu, in prin.* Marsil. *de Ecclesiast. reddit. c. 13. n. 17.* Flamin. Paris. *d. quæst. 12. num. 17.* Card. Tusch. *d. littera C, concl. 100. num. 23.* me citato *in hoc loco*, Doctiss. D. Joan. de Solorzan. *in suo memoriali, seu discursu informativo, juridico, historico & politico, n. 347.* Quia sicut Patritios Imperator, sic eos sibi 15
Papa associat, & ipsi Collegium, atque Senatum constituunt; & propterea Cardinalis electus, statim à patria est potestate solutus, sicut patritii, 16
Gloss. *verb. communitatem, in Extravag. Execrabilis, de prab. inter comm.* Molin. *de Just. tract. 1. disp. 229. n. 8.* & ad instar Senatorum dicuntur pars corporis 17
Papæ, Joan. Monach. *in c. 1. n. 2. de schism. lib. 6.* ubi Prob. *ad illum, num. 3.* Jacobat. *de Concil. lib. 7. art. 55.* Bellencin. *de charitat. subsid. q. 66. num. 5.* Anchar. *cons. 295. n. 6. & 7.* Gig. *de pens. q. 59. n. 12.* Monet. *de decim. cap 9. q 3. num. 114.* Card. Tusch. *d. lit. C. concl. 100. n. 20.* Hermosil. *ubi suprà, n. 47.* Immò fratres Papæ appellantur, Host. *in c. ad liberandam, n. 3. de re judic.* Joan. Hentic. *de offic. Prælat. part. 1. tit. de Papa, num. 13.* & dicuntur facere 18
unum corpus cum Papa, sicut Canonici cum Episcopo Roman. *cons. 498. n. 10. & 11.* Martin. Laudens. *in tract. de Cardin. p. 2. q. 5.* Rodulph. Capets *in repetit. c. oportebat, 79. dist. §. explicatur de Cardinalibus, art. 1. n. 30.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. in Præl. n. 307.* & esse latus Papæ Host. *in c. dilectus,* 19
num. 2. de prab. & in c. ex gestis, num. 5. de Cleric. non resid. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 3. q. 1. n. 69.* & ideo cùm mittuntur Legati, dicuntur de latere, Roman. *cons. 458. num. 7.* Manfred. *de Cardin. p. 1. cap. 18.* Barbat. *tractat. de Card. Legat. in prælud. num. 3.* Et licèt Papa sit caput omnium, & omnes 20
tanquam membra Papæ sint; tamen Papa speciale caput est Cardinalium, & ipsi sunt specialia membra ejus, Roman. *in serm. suo, qui est post cons. n. 16.* Cardin. Tusch. *d. litter. C, concl. 80. ex n. 23.* & habent quandam communicationem cum Papa, tan- 21
quam membra cum capite. Villad. *de Card. Legat. num. 11.* Sarnens. *in præm. Reg. quæst. 4. col. 1. in fin.* Card. Tusch. *d. conc. 100. n. 22.* & ideò eorum offi- 22
cium est assistere Romano Pontifici, & illi consulere, & adjuvare in Sacerdotali officio, ut scribunt Barbat. *in tract. de præstant. Cardinal. q. 1. prima partis, n. 5.* Præpos. *in cap. quanquam 2. q. 7. num. 12.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 2. n. 35. & lib. 7. q. 12. n. 14.* & ob id tenentur residere in Curia, ubi 23
Papa residet, Flamin. *d. lib. 2. q. 1. n. 36. & lib. 1. q. 10. n. 9.* Hojed. *de incompatib. p. 1. c. 2. num. 6. & sub num. 15. & p. 2. c. 2. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 24. num. 123.* Card. Tusch. *d. littera C, concl. 101. ex num. 2.* Camil. Borel. *in summ. ann. dec. tom. 1. tit. 10. n. 8.* nec possunt ab ea recedere sine ejus licentia. Flam. *d. lib. 1. q. 10. n. 24.* Gonzald. *d. gloss. 24. n. 124. & 128.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 8. n. 49.* Sanctarel. *d. q. 2. n. 8.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 35. n. 12.*

Quamvis

24 Quamvis olim Episcopi præcederent Cardinales, & arbitrarentur se gradu minui, si ex Episcopis facti fuissent Cardinales, ut refert Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 28 n. 28. & 29.* nam improbitas Federici Primi Imperatoris infestissimi legitimorum Romanorum Pontificum persequutoris, fuit causa ut consuetus Cardinalium numerus vehementer imminueretur, nec tunc, nec anteà in debita habebantur æstimatione; tamen quia Alexander Papa III. adeò strenuè contra eundem Federicum libertatem defendit Ecclesiasticam, ut licèt ad illud usque tempus Cardinalitia per se dignitas inferior haberetur Episcopatu quocumque, exinde factum fuit, ut & honor Cardinalitius admirabiliter fuerit auctus, & ad eum cœperint aspirare non Episcopi tantùm, sed & Archiepiscopi. Ita Boët. Epo *d. lib. 1. n. 200.*

25 & sic hodie Cardinales sunt Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis propter officium digniores, sicut tradunt Bart. *in l. 1. §. si quis, ff. de appell.* Anchar. *cons. 195. n. 6.* Card. Tusch. *tom. 1 lit. C, concl. 100. n. 11.* Sigismund. Scacc. *de appellat. q. 2. n. 30.* Monet. *de conserv. c. 5. n. 37.* Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcoporum, verb. Cardinalis, n. 3.* quod eleganter declaravit Eugen. IV. *in sua Constit. 15. incip. Non mediocri, §. 14. in Bullario novo, tom. 1. pag. 282.* his verbis: [Quis enim non videat Cardinalatûs dignitatem Archiepiscopali esse majorem dignitate, quia cùm illa privatæ unius patriæ præsit utilitati, ista publicæ totius populi christiani; illa unam dumtaxat regit Ecclesiam, ista cum Sede Apostolica universas; & cùm à nemine, nisi solo Papa judicentur Cardinales, ipsi & Patriarchas, & Archiepiscopos, ac reliquos Ecclesiæ gradus cum Summo Pontifice judicant: quorum officio nomen ipsum consonat optimè; nam sicut super cardinem volvitur ostium domûs, ita super hos Sedis Apostolicæ, & totius Ecclesiæ ostium quiescit.] Nec inconvenit quod Cardinales quoad officium digniores sint Episcopis, quoad dignitatem verò per respectum ad Ordinem minores habeantur; quia sic Archidiaconus de jure communi dignior est Archipresbytero propter officium; & tamen in Ordine minor habetur. Gloss. *verb. subesse, in c. 1. de offic. Archid.* Felin. *in rubr. de major. & obed.* Boër. *de auct. Magni Consil. n. 73.* quicquid distinguant Joan. Garcia *de nobilit. gloss. 48. §. 3 n. 41. cum seqq.* latè Hermosil. *in d. proleg. Partita 5. gloss. 2. n. 50. cum seq.*

26 Est igitur Cardinalatus cæteris Ecclesiasticis Dignitatibus præstantior, ut statuit Eugenius IV. *in d. sua Constit. incip. Non mediocri,* & est major dignitas post Papatum, secundumque in Ecclesia gradum post illum tenet, sicut tradunt Cast. *cons. 420. n. 4. & cons. 421. n. 2. lib. 1.* Roman. *cons. 458. n. 11.* Alban. *de Cardin. q. 6. & 7.* Albertech. *de potest. Cardinal. mortuo, vel impedito Papa, cap. 1.* Mandos. *ad reg. de infir. q. 2. n. 4.* Læl. Zech. *d. tit. de statu Illustriss. Card. in princ.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 15. §. 2. & c. 27. §. 1.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 12. q. 4. n. 6. & 15.* Paul. Carrer. *in moral. Theolog. disp. 3. punct. 1. q. 2. à n. 17.* Card. Tusch. *d. concl. 100. n. 3.* Card. Baron. *tom. 1. annal. Eccles. anno Christi 881. vers. quod autem,* Sebastian. Cæsar. *in select. de Eccles. hierarch. p. 1. disp. 2. in princ. & §. 3.* Roussel. *in historia Pontif. jurisd. lib. 2. c. 10. n. 17.* Moneta *de Conservat. c. 6. n. 37.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 8. n. 57.* Hermosil. *ubi supr. n. 19.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 3. c. 11. §. 4. n. 6.* Ludov. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruc. disp. 1. c. 2. dub. 22. n. 15.* Sanch. *in opusc. moral. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 10. num. 8.* Diana *d. p. 5. tract. 2. resol. 1.*

Unde eorum Collegium est honorabilius membrum, quod habet Ecclesia Dei. Prob. *ad Monach. in c. 1. n. 4. de Schism. lib. 6.* Card. Tusch. *d. concl. 100. num. 1.* Summum, & excellum, Roman. *cons. 498.* 28 *n. 11.* & dicitur gremium Romanæ Ecclesiæ, *c. in nomine Domini, circa medium, 23. distinct.* Roman. *d. cons. 498. num. 10.* & meritò de eo dici potest 29 illud quod de Romanæ tunc supremæ Reip. Senatu, interrogante Pyrrho Epirotarum Rege Cyneam suum Legatum respondisse asserunt, *Urbem Romanam templum sibi visum, Senatum Regium, Senatores quos, tot Reges.* Quare restituit eum famæ Sena- 30 tus. Innoc. *in cap. cum te,* & ibi Felin. *de sent. & re judic.* Roman. *d. cons. 498. in princ. num. 2.* Card. Tusch. *d. conclus. 100. num. 24.* Martin. Laudens. *p. 1. q. 8. & p. 2. q. 32. & 33.* Alban. *q. 42. vers. quintum eorum,* Intrigl. *sing. 130. n. 8.* Nec à sententia 31 ejusdem Collegii appellatur. Gloss. *verb. Senatum, 16. q. 1.* Nec Papa ab eis fidelitatem, sicut ab Episcopis exigit: Host. & Butr. *in cap. antiqua, de privileg.* Roman. *d. cons. 498. n. 10.* Card. Tusch. *d. concl. 100. n. 5.* quamvis posteà idem in Basileensi Concilio aliàs reprobato, de Cardinalibus quoque fuerit constitutum.

Et ideo ob tantæ dignitatis præeminentiam 33 Cardinales quamplurimis privilegiis sunt condecorati, quorum præcipua referemus.

Primò: Cardinales jurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt Titulares, & in aliis eorum Titulus subjectis habent. *cap. his quæ 11. de major. & obed.* Jacobat. *de Concil. lib. 2. art. 2. n. 21.* Roman. *cons. 498.* Alban. *de Cardin. q. 46.* Villadieg. *de orig. Cardin. num. 7.* Mandos. *in Reg. 7. Cancell. q. 2.* Grilenz. *cons. 169. n. 1.* Anastas. Germon. *de indult. Card. §. tam ratione, num. 20. cum seqq.* ubi *n. 34.* tenet Cardinalem etiam non Episcopum posse cognoscere de causa criminali clericorum suæ Ecclesiæ Titularis. Franc. Leo *in Thes. for. Eccles. p. 2. cap. 1. num. 7.* Azor. *Instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2.* Sequill. *de privileg. Cleric. cap. 2. num. 2. in fin.* Æn. de Falcon. *de reservat. q. 2. princ. num. 10.* Scip. de Rubeis *in Aphorism. Episcop. verb. Cardinalis, num. 2.* Card. Tusch. *d. lit. C, concl. 100. num. 48. & seq.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 7. q. 13. n. 10.* ubi ampliat sive sint Presbyteri, sive Diaconi: novissimè Sebastian. Cæs. *in select. de Eccl. hierarch. p. 1. disp. 2. §. 1. num. 2.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 7. n. 24.* Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 1. p. 1. cap. 12. n. 4.* Machado me citato in hoc loco *ex su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum. 5. n. 2.* Lotter. *de re benef. tom. 1. lib. 1. q. 8. num. 50.* Layman. *in Theologia morali lib. 1. tract. 4. cap. 7. §. 7. n. 28.* Et possunt ibi matrimo- 34 niis interesse, & aliis interveniendi licentiam concedere, ut tradunt Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 7.* Diana *d. tract. 2. resolut. 35.* Basil. Pont. *de matrim. lib. 5. cap. 10. num. 6.* & uti insignibus Pontificiis, vel solemniter benedicere, Monet. *de Conserv. cap. 5.* 35 *num. 34.*

Unde in iisdem Ecclesiis Titularibus habent 36 jus conferendi beneficia, Gambat. *de offic. Legat. à latere, lib. 10. q. 455.* Ludov. Gomez *in reg. de triennali, q. 31. num. 17. vers. & eodem modo,* Grilezon. *consil. 63. per te.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancell. gloss. 13. n. 20.* ubi intelligit quando sunt in Urbe. Diana *d. part. 5. tract. 2. resol. 15.* Nam in absentia solus Papa confert, ut habetur *in reg. 7. Cancell.* Joan. à Gochier. *in reg. 1. Cancell. n. 13. vers. Secunda;* & distribuendi beneficiatos, Mandos. *d. reg. 7. Cancell.*

q. 1.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

q.1. num.5. Ludov. Gomez *d. q.11. n.16.* Flamin. Paris. *d. q.12. n.9.* ubi *num.8.* id resolvit eos posse recipere resignationes beneficiorum existentium in suo Titulo, de quo latè Diana *d. p.5. tract.5. resol.14.* & Sixtus IV. teste Felin. *in d. cap. hi quæ, num.1.* quem refert Azor. *d. quæst.2.* privilegium concessit amplissimum, ut conferre possint omnia beneficia sita in Ecclesiis, quas vel jure Tituli, vel Commendationis vel administrationis habent, non obstantibus expectativis, vel reservationibus. Utrùm beneficia simultaneæ collationis Episcopis & Capitulo, vacantia in mense Apostolico à Cardinali simul cum Capitulo provideri debeant, negativè cum Garcia *de benef. part.5. cap.1. n.628.* & Castro Palao *tom.2. tract.15. disp.2. puncto 22. §.4. num.4.* respondet Diana *d. tract.2. resol.27.* Et an Cardinalis Episcopus possit providere beneficia reservata vacantia tempore sui antecessoris non Cardinalis? Affirmativè respondent, si Cardinalis habeat indultum solitum ad conferenda beneficia etiam vacantia. Gonzal. *gloss.24. à n.108.* Garc. *d. cap.1. num.635.* Castro Palao *d. §.4. num.7.*

37 Ex quo etiam Cardinales possunt visitare personas subjectas ratione Titulorum, ut voluit Panuin. *de visit. p.1 quæst.2. n.16.* Flamin. *d. q.12. n.21.* ubi *n.12.* subdit ideò Vicarium Urbis non cognoscere de causis sub Titulis Cardinalium. Hinc etiam provenit ut dicant Host. & Joan. Andr. *in*
38 *cap.1. de suppl. neg. Prælat.* posse in eas excommunicationis, suspensiones, & interdicti pœnas irrogare, & benedicenti solemnem ritum more Episcoporum exercere: refert Azor. *d. c.3. q.2.* Et eorum Vicarios posse fulminare censuras ecclesiasticas, & reliqua facere, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, resolvunt Roman. *consil.498. n.11. cum*
39 *seqq.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib.1. q.3. n.23.* Et quod possint in eisdem suis titulis commutare ultimas voluntates in illis casibus quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum, probat Diana *d. p.5. tract.2. resol.57.* & *res.55.* quod possunt exigere à suis Ecclesiis titularibus charitativum subsidium: & *resol.59.* quod in suis Titulis gaudent privilegiis Episcoporum, ex Concil. Trid. *sess.24. de reform. c.6.* & *resol.71.* quod possunt in suis Titulis leges ferre ligantes in conscientia: & *resol.58.* quod possunt in suis Titulis dispensare in voto: & *resol.61.* quod possunt in suis Titulis derogare fideicommissis ad eas Ecclesias pertinentibus: & *resol.12.* quod possunt in suis Titulis excommmunicare, suspendere, & interdicere.

40 Secundò, Cardinales Presbyteri, & Diaconi, etiamsi Episcopi non sint, possunt conferre omnes Ordines minores in propriis Titulis suis subditis, ac familiaribus: Jacobat. *de Concil. lib.1. art.12. vers. item Cardinalibus*, Martin. Laudens. *in tract. de Cardinal. q.20.* Majol. *de irregular. lib.4. c.20. num.8.* quos refert & sequitur Paris. *de resignat. benef. lib.4. q.2. num.88.* Rot. *dec.731. n.10. p.1. diu.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part.2. alleg.3. n.15.* Squill. *de privileg. Cleric. c.4. n.173.* novissimè Sebast. Cæsar. *in relect. de Eccl. hierarch. p.1. disput.2. §.5. num.8.* Monet. *de conservat. c.5. num.31.* Machado *d. docum.5. num.3.* Jodoch. Lorich. *in thesauro, verb. Cardinalis, §.7.* Tambur. *de jure Abbatum tom.1. disp.11. q.4. num.4.* Campan. *in diverf. juris Canon. rub.6. c.2. num.11.* Diana *d. p.5. tract.2. resolut...* Lezana *in summ. qq. Regul. tom.3. verb Cardinalis, num.5.* Quicquid dubitent Anastas. Germon. *de indult. Cardin. verb. tam ratione, n.10. cum seqq.* & Azor. *d. q.2. vers. quæres aliquis.*

Tertiò: Qui Cardinalem hostiliter insequi aut 41
in persona offendere ausus fuerit, plurimas & gravissimas pœnas incurrit, & crimine læsæ majestatis tenetur, & non ipse tantùm, verùm etiam & qui consensum, vel auxilium præstiterit, aut quoquomodo hujus criminis particeps extiterit, ut habetur *in cap. felicis, de pen. lib.6.* ubi latè *in collectan.* plura adduxi, prout etiam latè de ejus materia agunt Intrigl. *sing.130. n.1.* Molin. *de just. tom.4. tract.3. disp.65. à princip.* Card. Tusch. *d. conclus.100. ex num.37.* Farinac. *in prax. crimin. p.5. q.112. num.73. cum multis seqq.* Machado *d.p.7. tract.3. docum.7. n.3. cum seqq.* Cujus quidem *c. felicis*, dispositio fuit à Leone X. extensa ad invadentes eorum domus, ut *in ejus constit.15. Temerariorum*, in Bullario novo *tom.1. pag.494.* Extenditur etiam contra scientes, & non revelantes, per Pium V. *Constit.93. incip. Infelicis, sub dat. Kal. Januarii 1569.* est in Bullario novo *tom.2. pag.295.* & hoc idem est prohibitum in Bullis, quas in die Cœnæ Domini Pontifices publicare consueverunt. Intellige de percutiente, etiam quod non occiderit, seu vulneraverit. Clar. *in §. final. q.77. n.21.* Farinac. *d. q.112. num.76.* & etiamsi Cardinalis nondum galerum habuerit, Diana *d. p.5. tract.2. resol.74. in fine*, & de capiente, seu carcerante Cardinalem cum effectu, id est reali capturâ sequutâ, Farinac. *d.112. num 80.* Sayr. *de censur. lib.3. cap.15. num.6.* & de mandante etiam effectu non sequuto Sayr. *de censur. lib.3. cap.15. n.9.* Anton. à Sousa *in select. de censur. Bull. in Cœn. Domini, c.12. disp.63.* Diana *d. p.5. tract.2. resolut.87.* & de ratificante offensionem ejus contemplatione, & nomine factam Gloss. *verb. Ratum habuerit, in d. cap. felicis*, Decian. *in tract. crimin. lib.7. c.34. n.8.* Sayr. *dict. c.15. num.11.* Anton. à Sousa *d. c.12. disp.64.* Farinac. *d. quæst.112. n.97.* Et de consulente fraudulenter, ut Cardinalis offendatur, Menoch. *de arbitr. cas.551. à prine.* Sayr. *d. c.15. n.12.* Anton. à Sousa *d. c.12 disput 62. num.5. cum seqq.* Farin. *ubi suprà, n.86.* Et de fautore doloso, qui aliquid operatur ad hujusmodi insecutionem, percussionem, &c. non verò de fautore nudo, & simplici, qui nihil adjicit ad peccandum, secundùm Sayr. *d. c.15. n.13.* Farinac. *d. q.112. n.90.* Et de receptante scienter, Menoch. *de arbitr. cas.551. n.5.* Farin. *d. q.112. n.94.* Cardinalem seipsum percutientem, aut vulnerantem non incurrere in excommunicationem *dict. cap.* contra Duardum resolvunt Bonacin. *tom.5. disp.2. q.12. puncto 3. num.3.* Diana *moral. resol. part.3. tract.5. resol.81. in fine*, & *p.5. tract.2. resol.84.*

Pœnæ autem statutæ *in d. cap. felicis* contra 42
Cardinalem offendentes, &c. plures sunt, & gravissimæ; illi enim committunt sacrilegium. Gig. *de crimine læs. majest. lib.1. rub. qual. & à quib. crimen læs. majest. com. q.5. num.1.* & *11.* Decian. 43
d. lib.7. c.5. num 8. vers. quinimò & hos offendens, Farin. *d. q.122. num.107.* Sunt perpetuò infames. 44
Idem Farin. *d. q.112. n 109.* Habentur pro bannicis, & diffidatis, Farin. *d. q.112. n.11.* Amittunt testamenti factionem activam, & passivam, Farin. *d. q.112. n.112.* Anton. Ricciul. *in tract. de jur. pers. extr. grem. Eccles. existent. lib.4. c.58. n.21.* Eorum domus devastantur, Farin. *d. q.112. n.16.* 45
cum seqq. & q.116. n.28. cum seqq. & eorum bona 46
confiscantur, Farinac. *d. q.112. n.113.* Privantur 47
locationibus, & feudis, si quæ habeant, & liberè 48
ad 49

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ad dominos revertuntur, Peregr. *de jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 108.* Farinac. *d. q. 112. n. 114.* ac omnibus officiis, & beneficiis ſpiritualibus, & temporalibus, Farinac. *d. q. 112. n. 113.* & eorum filii, ac nepotes privantur omnibus beneficiis, & dignitatibus Eccleſiaſticis, & ad illas in poſterum obtinendas
50 efficiuntur inhabiles. Decian. *de lib. 7. c. 41. n. 32.* Menoch. *deciſ. 151. n. 7. cum ſeqq.* Farinac. *d. q. 112. & ſeq.* Sanch. *in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 28. num. 20.*

51 Quartò: Cardinalis Romanæ Eccleſiæ damnari de crimine ſine 72. teſtium numero de jure non poteſt, ſi ſit Epiſcopus, aut ſine 64. ſi ſit Presbyter Cardinalis: ſi verò ſit Diaconus tantùm 27. requiruntur, Hoſtienſ. & Joan. Andr. *in cap. licèt univerſis, de teſtib.* per textum *in cap. Præſul. 2. quæſt. 4.* Ita Franc. Marc. *deciſ. 936. num. 13. vol. 1.* Menoch. *de præſ. lib. 2. præſ. 80. ſub num. 25.* Lorich. *in theſauro Theolog. verb. Cardinalis*, §. 10. Sebaſt. Cæſ. *de Eccleſ. hierarch. p. 1. diſp. 2. §. 5. num. 2.* Diana *d. p. 5. tract. 2. reſol. 24.* Camil. Borrel. *in ſum. omn. deciſ. tom. 1. tit. 5. n. 74.* ubi *n. 78.* poſt Ant. Scapp. *de jur. non ſcript. lib. 1. q. 10. ex n. 14.* tenet
52 hodie diſpoſitionem *d. cap. Præſul.* locum non habere; & hoc quidem ſtatutum eſt (præter alias cauſas, quas ponit Felin. *in cap. per tuas, de major. & obedient.*) propterea maximè, ut calumniis adverſariorum Romanæ Eccleſiæ occurreretur, ut
53 probatur *in cap. fin. 2. q. 4.* Damnatur autem, vel deponitur, aut excommunicatur Cardinalis à ſolo Romano Pontifice. Gloſſ. *in cap. 2. de Cleric. non reſid.* etiam non vocatis Cardinalibus, Bald. *conſil. 328. queritur, n. 9. verſ. & ſicut Papa, lib. 1.* Clar. *§. fin. q. 35. n. 11. & ſeq.* Card. Tuſch. *tom. 6. lit. P, concl. 41. num 64.*

54 Quintò: Cardinales regulariter non includunt regulæ Cancellariæ, nec aliæ Conſtitutiones generales, ex particulari diſpoſitione ipſius *reg. 67. nunc. 68. Cancel.* dum diſponit quod Cardinales non comprehendantur ſub regulis faciendis, & in futurum edendis: vide Mohedan. *d. deciſ. 23.* Lezan. *in ſum. tom. 3. verb. Cardinalis, num. 8.* Rom. *conſ. 498. num. 1.* Gig. *de penſ. q. 9. n. 7.* Barbat. *de præſt. Card. q. 12. col. 2. verſ. primò.* Faciunt Mandoſ. *in reg. de infirm. q. 2. n. 4. in fin.* Ludov. Gom. *in reg de idiom. q. 3. num. 6.* Rebuff. *in concord. rub. de coll. §. ſi quis verò, verb. Cardinalatus.* Card. Tuſch. *d. concl. 100. num. 28.* Monet. *de decim. cap. 9. q. 3. ex num. 113.* Seraphin. *deciſ. 1144. num. 3. & deciſ. 1148. num. 3.* Azor. *Inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap 11. q. 5.* Duran. *deciſ. 67. num. 24.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 8. num. 84.* quia, ut ipſe ait *num. 83.* Cardinalis perſona non cenſetur comprehenſa ſub generali perſona, & inter regulas Cancellariæ à Paulo V. editas, ipſe ſtatuit, & ordinavit, quod in quibuſcumque Conſtitutionibus & regulis in poſterum edendis non includantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel de eorundem Cardinalium, aut majoris partis eorum conſilio editæ fuerint.

55 Contrariam verò ſententiam videtur tenere Gambar. *de offic. Legat. à Later. lib. 4. num 114.* dum ait legem generalem ligare etiam Cardinales, niſi in certis caſibus, & quod ligentur ſub conſtitutione generali rationi, & præcipuè habente clauſulas prægnantes, vel concernentes bonum animarum, ſeu agentes de nullitate actûs, non de pœna imponenda, colliges ex Put. *deciſ. 189. num. 7. & 8. lib. 1. in correct.* Bellencin. *de charitat. ſubſid. q. 66.* Caſſad. *ſuper reg. Cancell. de-*

ciſ. 38. num. 5. Selv. *de benef. p. 3. q. 12. n. 6.* Sarnenſ. *in proœm. reg. q. 4.* Hentiq. *in ſum. lib. 7. cap. 24. §. 4.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 11. q. 4. num. 6. & lib. 12. q. 4. num. 7. cum ſeqq.* Sanctarel. *d. q. 2. num. 31.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 24. n. 13. cum ſeqq.* benè Mar. Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. ult. caſ. 61.* Diana *d. tract. 2. reſol. 17.* Rot. coram Duran. *deciſ. 67. num. 7.* ubi reprobat Anaſt. Germon. *de indultis Cardin. §. ali quin, num. 31.* Mohed. *deciſ. 10. de privil.* Achil. *deciſ. 7. eod. tit.* Put. *deciſ. 137. num. 2. lib. 2.* Verall. *deciſ. 81. p. 2.* diſtinguentes inter diſpoſitionem generalem per viam legis, & diſpoſitionem generalem per viam particularis proviſionis, ſeu privilegii, itaut ſub illa comprehendantur Cardinales, quando non continet odium irrationabile, non autem ſub indulto, quantumvis ſimpliciter, & verbis generalibus concepto.

Unde Cardinales renunciantes beneficia, comprehendi *ſub reg. de infirmis*, poſt alios reſolvit Flamin. Pariſ. *d. q. 4 n. 7.* & de publicandis reſignationibus, Aloyſ. Ricc. *in Collect. deciſ. §. 5. Collect. 1724. limit. 1.* Flamin. Pariſ. *d. lib. 11. q. 4. n. 5. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 24. num. 15.* & de non impetrando beneficium viventis, Gomez *in reg. 20. Cancell. q. 6.* Gonzal. *dict. gloſſ. 24 num. 17.* Necnon regulam revocatoriam facultatum circa legitimationes, & diſpenſationes comprehendere Cardinales, tenuit Rot. *dec. 248. & 252. part. 2. diverſ.* Theodoſ. de Rubeis *d. verb. Cardinalis*, §. 1. *num. 11.* Item reſervationes factas per Papam eoſdem quoque ligare, fuit ſæpè ſæpiùs tantum in Rot. ut videre eſt *deciſ. 3. de offic. Legat. in nov. & deciſ. 1. eod. tit. in antiq.* & apud Achil. de Graſſ. *deciſ. 1. in fin. de offic. ordin.* quas refert Aloyſ. Ricc. *collect. an. 1282. limit. 3. & 4. collect. an. 1724. cad. limit. 3. & 4.* Hinc diſpoſitionem capitis *de multa, de prabend.* comprehendere etiam Cardinales tradit Flamin. *d. lib. 12. q. 4. num. 11.* ubi *num. 12.* ſubdit idem eſſe dicendum de Clementina *Auditor, de reſcript.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 4.* ubi tamen advertit in Cardinales juſtam ſubeſſe cauſam, ut Romani Pontificis indulgentiâ ab hujuſmodi legibus ſoluti plura Eccleſiaſtica conſequantur beneficia, & *lib. 6. cap. 12. q. 5.* aſſerit, quod ſola Cardinalitia dignitas juſtam cauſam præbet, ut Cardinali plura beneficia conferantur. Sebaſtian. Cæſ. *d. p. 1. diſp. 2. §. 5. n. 12.* Diana *d. p. 5. tract. 2. reſol. 41.* ubi citat Extravag. *Execrabilis, de prabend.* Et in ſpecie, quod in facultate transferendi penſiones, quas ſolvunt Cardinales, comprehendantur ipſi Cardinales, fusè fuit reſolutum *in Firmana penſionis*, in quatuor deciſionibus, duabus *coram Remboldo*, & duabus *coram Durano*, quarum meminit Theodoſ. de Rubeis *d. verb. Cardinalis, §. 1. num. 8.* Ligantur ſtatutis Urbis, Mantica *deciſ. 238.* Theodoſ. de Rubeis *ubi ſuprà, num. 16.* in tantum quod ſi obligatio eſſet contracta antequam quis eſſet Cardinalis per ſupervenientem dignitatem, talis obligatio non diſſolvitur. Ferret. *conſ. 314. num. 11. & ſequent.* Mantic. *dec. 230. n. 4.* ubi *num. 7.* reſolvit, quod Cardinales ſunt exempti ab oneribus impoſitis, & imponendis penſionibus, quæ eis à Pontifice conceduntur. Quicquid abſolutè generales diſpoſitiones, odioſas, & pœnales, Cardinales non comprehendere teneant Joan. Monach. & Joan. And. *in cap. 1. de ſchiſm. lib. 6.* Jaſ. *conſ. 117. In cauſa & lite, col. 3. lib. 4.* Barbat. *conſ. 23. Scripſit Propheta, in 3. dub. num. 7. lib. 1.* Bellencin. *de charit. ſubſid. q. 66.* Gig. *de penſ. q. 9.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num.7. & 8. & q.59. n.13. & 14. Gom. *in reg. de valore, q.1. in princ.* Sanctarell. *d. q.2. n.22.* Mandoſ. *reg.19. de infirm. q.2.* Anchar. *conſ.295. Pro clariori, n.5. & 6.* ubi ſubdit Conſtitutiones Canonicas pœnales non comprehendere Cardinales, niſi expreſsè exprimantur : & quod non contineantur ſub revocationibus generalibus, niſi fiat de eis mentio ſpecialis, refert Tuſch *d. concl.100. n.39. & 40.*

61 S.xtò: Cardinales hoc privilegium ex conſuetudine introductum habere dicuntur, quod obviantes ei, qui ad ſupplicium ducitur, poſſunt illum veſte, aut pileo tegendo liberare : de quo vide Remig. *de immunit. Eccleſ. ampl.19. ex pag.184.* Lancell. Conrad *in templ. omn. Judic. lib.2. §.3. num.50.* Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit, §.1. num.155.* Plaz. *de deliſt.c.34. à princ.* Læl. de Zanch. *de privileg. Eccl. privil.154. num.11.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.4. c.3. q.20. verſ.1.* Sebaſt. Cæſar. *d. p.1. diſp.2. §.3. num.14.* Danza *in pugna Doctor. de qualit. official. cap.1. n.16.* Diana *reſol. moral. p.5. tract.2. reſol.29.* Machado *d. lib.4. p.7. tract.3. docum.7. n.2.* Lotich *in theſaur. verb. Cardinalis, §.7.*

62 Septimò: A ſententia ex voto Cardinalium, ſeu conſenſu lata minimè appellatur. Alban. *d.Cardin. q.42. verſ.3. hi Antiſtites,* Azor. *d. q.20. verſ.3.* Manfred. *deciſ.30.* Iattigl. *ſing.150.n.3.* pluresapud Decian. *d. p.5. tract.2. reſ.36.* per *c. Eccleſia habet Senatum, 16. q.1.*

63 Octavò : Cardinali aſſerenti ſe eſſe Legatum creditur circa ordinariam poteſtatem, etiamſi litteras ſuæ Legationis teſtes non exhibeat, *cap. nobiliſſimus.7. diſtinct.* Alban. *d. queſt.42.* Selv. *de benef part.2. q.3. num.46. octavum.* Joan. Valer. *de diff. inter utrumque forum, verb. obedientia, diff.4. num.1. verſ. limita,* Bero. *conſil.65. n.144. & ſeqq. lib.1.* Cardin. Tuſch. *d. lit.C, concluſ.103. num.5.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.33. ex num.66.* Azor.

64 *d. q.20. verſ.3. & lib.5. c.26. q.8.* Prout etiam creditur ſi atteſtetur de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, aut de mente Summi Pontificis, abſque litteris ſui mandati : ita Rot. *deciſ.33. de probat. in antiq.* Specul. *in tit. de teſtib. §. reſtat, n.10. & in tit. de Legat. §. Supereſt, num.16.* Ægid. *deciſ.185. incip. Aſſertioni,* Lap. *alleg.32. num.3. verſ. an credatur.* Abb. *conſ.18. col.3. verſ. primò enim, lib.2.* Et de actis coram eo geſtis, Alexand. *conſ.106. n.19. lib.2.* Jaſ. *in l. admonendi, ff. de jur. num.96.* aliàs 175. *verſ. tertiò movetur,* ubi limitat dictum Cardinalis, quando de ſeipſo aſſerat. Hippolyt. *ad l.1. §.1. num.7. verſ. & facit, de quæſt. & ſing.273. verſ. limito etiam,* Nav. *conſ.6. num.8. de teſtam.* Anton. Gabr. *comm. tit. de probat. concluſ.160. à num.1. & concl.492. num.10. & concl.1004. num.58.* Farin. *in prax. crimin. p.3. q.97. n.56. & part.4. conſ.60. n.118.* Rot. *deciſ.339. n.1. part.2. rec.* Nam & de

65 conſuetudine Curiæ ſtatur dicto Cardinalis de his, quæ dicta, vel facta ſunt coram eo, *cap. conſtitutis.* & ibi Hoſtienſ. *de appellat.* Abb. *conſ.18. Primò quod communitas, col.3. verſ. primò enim, lib.2.* Card. Tuſch. *d. lit.C, concl.103. n.8.* Diana *d. p.5. tract.2. reſol.31.* quod ſecus eſt in Epiſcopis, *cap.*

66 *fin.6.q.2.* Declara Cardinali Legato circa demandatam ſibi juriſdictionem credi in his, quæ jure communi Legato competunt ; ſecus circa ea, in quibus requiritur ſpeciale mandatum : ita Gemin. *conſ.62. num.8. verſ. nec obſtat.* Gaſpar. de Petuſ. *in tract. reſerv. in 15. vol. fol.127.* Bero. *conſ.65. num.143. & ſeq. lib.1.* quos refert Card. Tuſch. *d. lit.C. concl.103. n.18. & 19.* & ſubdit quod creditur, quando ſunt talia, quæ principaliter non diriguntur in præjudicium tertii, aliàs ſecus, de quo plures refert Doctores Octav. Glorit. *reſp.12.n.84.* latè Laurent. de Peyrin. *de privil. regular. ad conſt.3. Gregorii XV. n.3. cum ſeqq.*

Nonò : Soli Cardinales Legati à latere nuncu- 67
pantur extra Curiam miſſi, Alban. *de Cardina q.42. in privil.22. & 23.* Azor. *Inſt. moral. p.2. lib 4.c.3. q.20. verſ...*

Decimò : Cardinales habent partem reddituum 68
Cameræ Apoſtolicæ, *cap. ubi periculum, §. proviſiones, de elect. lib.6.* & traditur Nicolaum IV. eis conceſſiſſe medietatem fructuum Romanæ Eccleſiæ ratione unionis, quam cum ipſo capite habent, & laboris, quem prouniverſali Eccleſia ſuſtinent, qua de cauſa aliis etiam Papæ proviſionibus perfruuntur : ſi verò indigeant, debet Summus Pontifex eis ſubvenire, quia caput membris ſuis indigentibus ſuccurrit, Manfred. *deciſ.224.* Cardin. Alban. *d. queſt.42. de privil.* Azor. *d. queſt.20. verſ.9.* nam ex Bulla Pauli IV. quam citat Card. Tuſch. *d. concluſ.100. n.44.* conſtat quod habebant antiquitùs pro beneficiis Conſiſtorialibus, quæ expediuntur per Conſiſtorium, medietatem integræ annatæ, quæ ſolvitur, & appellatur ſervitium commune cum Papa. Hinc Satn. *in proœm. regul. queſt.4 verſ. tertiur caſus, in fine,* ait quod diſpoſitio generalis Extravag *Injunctæ,* Bonifacii VIII. dum diſponit neminem admitti debere ad adminiſtrationem Eccleſiarum litteris non expeditis, non comprehendit Cardinales, eo quia eſſet irrationabile, quod dicta generalis conſtitutio, quæ emanavit ob intereſſe burſale, afficeret Cardinales, qui particulari privilegio ſunt immunes à taxis officialium : refert & ſequitur Durand. *deciſ.67. num.9.* Theodoſ. de Rubeis *in ſing. Rota, p.2. verb. Cardinalis, §.1. n.10. pag.30.* Lavor. *var. lucubrat. tom.1. tit.4. cap.25. n.10.* Diana *d. p.5. tract.2. reſol.47.* Hinc etiam fit conſequens, quod cùm hodie Cardinales præfatam medietatem fructuum, ſeu annatæ non habeant, ſed tantùm certam partem palatii, ſi adhuc indigerent, teneretur Papa tanquam eorum caput, illi veluti membris indigentibus ſuccurrere. Ita Alban. *de Cardinal. queſt.42.* Manfred. *eod. tract. deciſ.146.* Lancellot. *in templo omnium Judic. lib.2. cap.3. §.1. num.21.* Lotich. *in theſauro, verb. Cardinalis, §.7.* Diana *d. part.5. tract.2. reſol.33.*

Undecimò : Cardinales ſententiâ ſuſpenſionis, 69
vel interdicti in diplomate Pontificio, vel Motu proprio, mandato, aut Conſtitutione generaliter promulgata minimè afficiuntur, niſi ſpecialis eorum mentio facta ſit, Alban. *d.q.42. priv.31.* Azor. *d.q.20. verſ.12.* pluresapud Dian. *d.tract 2. reſol.46.*

Duodecimò: Is qui ad Cardinalatûs dignitatem 70
evehitur, eo ipſo à patria poteſtate eſt ſolutus. Manfred. *de Card. c.8. priv.8.* Azor. *d. q.20. verſ.11.* Molin. *de juſtit. tract.2. diſp.229. num.8.* Zech. *de Republ. Chriſt. tit.3. de Card. n.9. privil 8.* Germon. *de indultis Card. §. quod tu Romanam, n.3.* Diana *d.p.5. tract.2. reſol.32.*

Decimotertiò : Cardinales in commiſſis ſibi 71
Eccleſiis à S. de Apoſtolica poſſunt beneficia conferre, & juriſdictionem exercere ante captam poſſeſſionem, & oſtenſionem litterarum, non obſtante deciſione Extrav. *Injunctæ, de elect. inter commun.* Ita Bellenc. *de charitat. ſubſid. queſt.46.* Selv. *de benefic. p.2. q.3. num.45. verſ. octavum,* Lud. Gom. *in proœm. Regul. Cancell. q.4. n.9.* Rot. *in Burg. Ca-*

nonicatus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

novicatus 5. *Jun.* 1583. *coram Cardinal. Lancell. sen.* Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. gloss.*21. *n.*7. Jul. Lavor. *variar. lucubr. tom.*1. *tit.*4. *c.*25. *num.*10. Seraphin. *decis.*1144. *n.*1. Diana *moral. resp.*5. *tract.*2. *resol.*13. Machado *d. tom.*2. *lib.*4. *p.*7. *tract.*3. *docum.*5. *n.*4. Idem Diana *d. tract.*2. *res.*14. ait quod Cardinales possunt recipere resignationes existentium in suo titulo. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.*3. *alleg.*111. *num.*55.

72 Decimoquartò : Cardinalis dictum sine juramento aliquam facit præsumptionem, ut per
73 Cardin. Tusch. *tom.*8. *lit. T. concl.*166. *n.*25. & 55. Farin. *in prax. crimin. p.*2. *q.*63. *n.*73. quamvis illis sine juramento testificantibus non credatur in præjudicium tertii : sic resolvunt Cotta *in memorab. verb. testis, vers. & ideo dicebat, pag. mihi* 870. Tiraq. *de pœn. temper. caus.*51. *n.*156. Rebuff. *in tract. de reprobat. test. n.*257. Card. Tusch. *d. lit. C, concl.*103. *num.*18. Fr. Emman. *quæst. Reg.* 2. *tom. q.*13. *art.*8.
74 Sed adverte quod Cardinalis assertioni standum, cùm simul concurrunt infrascripta, nempe quando Papa est præsens, ad quem facilè recurri potest pro certificatione, Anton. Gabriel. *commun. opin. tit. de prob. concl.*3. *n.*20. *cum seq.* Caputaq. *dec.*55. *p.*1. Item quod asserat rem directè non præjudicialem tertio, Glorit. *resp.*12. *n.*84. Zech. *de Repub. tit.*3. *de Cardinal. n.*9. Gabriel. *nbi suprà, n.*18. Tertiò, quod asserat verisimilia, prout omnia tradit Rota *in Lauretana Jurisdictionis*, 5. *Martii* 1618. *coram Cardinali Sacrato.*

75 Decimoquintò : Cardinali asserenti aliquid actum in præsentia Papæ, est credendum. Imol. & Felin. *in cap. quod super his de fid. instrum.* Barbat. *de præstant. Cardinal. in* 1. *quæst.* 2. *part.* Caputaq. *decis.*93. *p.*1. Put. *decis.*2. *vers. circa primum, lib.*1. *in utraque edit.* quod intelligit etiam, ubi tractetur de tertii præjudicio, refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*4. *collect.* 1459. *in prin.* ubi etiam subdit quod Cardinali dicenti sibi vivæ vocis oraculo à Papa mandatum fuisse, credi debet ; quod etiam tradunt Lap. *alleg.*53. *n.*4. Abb. *cons.*18. *n.*4. *lib.*2. Card. Tusch. *d. lit. C, concl.*103. *n.*2. Diana *d. tract.*2. *resol.*31.

76 Decimosextò : Cardinales orto schismate, datâve contentione, Concilium congregare possunt. Manfred. *de Card. c.*31. Sebast. Cæsar. *in select. de Eccles. hierarch. disp.*1. §. 5. *n. ult.*

77 Decimoseptimò : Privilegia omnia Episcopis ob status dignitatem concessa ad Cardinales fermè extendi solent, propter majorem eorum dignitatem, ut expressè tenet Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.*1. *tract.*5. *p.*3. *cap.*2. *n.*1. *in fine.* Machado *d. lib.*4. *p.*7. *tract.*3. *docum.*7. *n.*5 Diana *d. p.*5. *tract.*2. *resol.*48. & *p.*6. *tract.*8. *miscellan. resol.*40. *vers. tandem ratiocinatione.* Et ideò dicit Henriq. *in sum. lib.*13. *cap.*34. §. 2. *lit. X.* Cardinales gaudere privilegio Episcopis concesso, *in cap. quia periculosum, de sent. excommun. lib.*6. ut generali statuto vel sententia interdicti, aut suspensionis non includantur, nisi eorum expressa mentio fiat, quod etiam tenet Beller. *disquisit. Cler. p.*1. *tit. de discipl. Cleric.* §. 2. *n.*48. Cornejo *in* 3. *p. tract.*5. *de suspens. disp.*3. *dub.*1. *quæst.*2. Hurtado *de censur. tract. de suspens. diffic.*9. *n.*23. Diana *d. p.*5. *tract.*2 *res.*46. & gaudere quoque privilegio concesso Episcopis, & Prælati exempti eligendi sibi Confessores, quos voluerint, de quo *in cap. ultimo, de pœnit. & remiss.* ut per Henriq. *lib.*6. *cap.*13. §.3. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.*1. *quæst.*101. *num.*4. Azor. *inst. moral. p.*2. *lib.*4. *cap.*1. *q.*16. ubi *in vers. quæres an Cardinales*, subdit sacram Congregationem censuisse non posse jam eligere Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus ; quæsi innuens nunc post Concilium Tridentinum non posse Cardinales, qui nec sunt Episcopi, nec Legati, confiteri alicui qui non sit ab ordinario approbatus, quod etiam sentit Scip. de Rubeis *in Aphorism. Episcop. verb. Cardinalis, n.*5. Sed illos reprobant Nald. *in sum. verb. Cardinalis, n.*8. Ludov. à Cruce *in Bull. Cruciata, disput.*1. *c.*2. *dub.*22. *n.*11. *cum seqq.* Turrian. *de Pœnit. disput.*23. *dub.*3. Bossi. *de Jubilæo, sect.*4. *casu* 2. §. 4. *n.*11. citati à Diana *moral. resolut. p.*5. *tract.*2. *resol.*10. Et si sit Sacerdos quilibet ab antiquo Cardinalium designatus & electus, facultatem habet tam ad proprias eorum, quàm ad familiarium ac commensalium Confessiones audiendas, ut per Ludov. de san Juan *de sacram. Pœnit. quæst.*6. *art.*2. *difficult.*5. *concl.*2. Adam Tanner. *tom.*4. *disp.*6. *q.*9. *dub.*3. *n.*58. Diana *d. resol.*10.

Decimooctavò : Lites, & causæ inter Cardinales quomodolibet vertentes à Summo Romano Pontifice appellatione remotâ decidendæ sunt. Ita Paulus IV. suo motu proprio incipiente *Cum sapius*, sub dat. 9. Januarii, anno Incarnationis Dominicæ 1556. in Bullario novo *tom.*1. *pag.*714. Lotter. *de re benefic. lib.*1. *q.*8. *n.*48. me citato *in hoc loco*, Machado *en su perfecto Confessor, tom.*2. *lib.*4. *p.*7. *tract.*3. *docum.*5. *n.*2. me etiam citato Dian. *d. p.*5. *tract.*2. *resol.*23. 79

Decimononò : Cardinalium domus, in quibus extat Oratorium, ubi divina Officia celebrantur, gaudent immunitatis Ecclesiasticæ privilegio, ut resolvunt Clar. *§. fin. quæst.*30. *vers. Item adde*, Card. Tusch. *pract. concl. verb. Ecclesia, conclus.*9. *num.*12. Manfred. *in tract. de Card. decis.*147. & *c.*8. *privil.*14. Sanch. *in opusc. tom.*2. *lib.*6. *cap.*2. *dub.*7. *n.*2. Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib.*1. *c.*4. §. 9. *n.*22. Farinac. *cod. tract. n.*274. Pereg. *in simil. tract. c.*4. *n.*75. animadvertentes hujusmodi privilegium hac tempestate non servari in Urbe Roma, ut consulatur bono publico, & delinquentes puniantur, qui vix puniti possent, si hujusmodi privilegium in Urbe servaretur. Diana *resol. moral. p.*1. *tract.*1. *de immunit. Eccles. resol.*37. & *d. p.*5. *tract.*2. *resol.*34. Quamvis Duard. *in Bullam Cœnæ lib.*2. *can.*15. *q.*16. *n.*12. existimaverit hoc privilegium illis revocatum fuisse à Gregorio XIII. & Sixto V. 80

Vigesimò : Cardinalium declarationes consulto Sanctissimo factæ non solùm habentur ut probabiles, & doctrinales, sed etiam ut auctoritativæ, & necessariæ, tanquam si ab ipso Papa editæ fuissent, itaut habeant vim obligandi in utroque foro, non solùm pro illis personis, ad quarum instantium fiunt, seu in illo casu speciali, cui Congregatio respondet, sed ut leges generales in similibus omnibus. Notorium namque est ex particulari Pontificum auctoritate, & commissione constitutam esse hanc Eminentissimorum Cardinalium Congregationem Conc. Trid. Interpretum, ut ii specialiter præsint executioni, & interpretationi præcedentis Concilii, & dubia, difficultatesve circa illius statuta occurrentia, Sedis Apostolicæ nomine, eadem tamen consultâ resolvant, & interpretentur, prout facultates à diversis Romanis Pont. nominatim Greg. XIII. & Sixto V. eidem Congregationi in hanc rem concessæ palàm ostendunt. Ita Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*1. *q.*11. *art.*1. & 2. Gambat. *de casib. reserv. c.*3. *num.*6. Lazar. *in tract. de blasphemia, q.*10. *n.*39. Ludov. Mirand. *in man. Prælat.* 81

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tom. 2. q. 26 art. 11. Salas *de legib. tract. 14. diſp. 21.* Lezana *in ſum. tom. 3. verb ſacra Congregatio, n. 8.* Marchin. *de ſacram. Ord. tract. 1. p. 1. c. 12. n. 16.* latè Steph. Weys *poſt conſtitut. 24. ex antiquo jure deſumptas, & per Conc. Trid. innovatas, in corroride, verſ. quantum verò, pag. 290. cum ſeq.* ibi : [Difficeri equidem nemo poteſt, quin declarationes hujuſmodi à Papa editas recipere teneamur, ſicut uniuſcujuſque Legiſlatoris interpretationes, quæ ad veram legum ſuarum intelligentiam pertinent, acceptare obligamur ; ut ſic etiam prædictas Sacræ Congreg. declarationes ſuper decretis Conc. Trid. (quorum interpretatio extra controverſiam Papæ competit) tanquam ex Sedis Apoſtol. commiſſione deſcendentes reſpuere nullatenus poſſimus, dum decreta ejuſdem Concilii, pro quorum intelligentia & interpretatione proferuntur, agnovimus, & acceptavimus, &c.] Modern. *de ſupplicat. ad Sanct. p. 2. c. 2. n. 7. cum ſeqq.* me citato *in hoc loco*, Machado *d. lib. 4 p. 7. trad. 3. docum. 2.* Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol. 18. n. 12.* Peirinis *de ſubdito, q. 1. c. 25. in princ. prope fin.* Leon *in tract. de Jubil. part. 1. q. 5. n 207.* B lloch. *de caſibus reſerv. p. 1. q. 7. n. 82.* Cochier. *de permut. benefic. part. 2. c. 30.* Homob. de Bonis *de exam. Eccleſ. tract. 1. p. 1. c. 6. q. 29.* Narbon. *de appellat. à Vic. ad Epic. part. 1. n. 189.* Zip. *in analytica poſtrem. Jur. Eccl. enar. in epiſt. ad lect.* ubi ſic loquitur : Quibus (ſcilicet Cardinalibus) & ea auctoritas data eſt, quæ olim in Republica Romana Prudentibus, quorum reſponſa accipiebantur pro jure, ut illorum reſolutiones in utroque foro ſervandas, & juxta eas judicandum aſſeratur ; quippe, ut ipſi de ſe teſtantur apud Zerol. *in prax. p. 1. verb. auctoritas, & p. 2. verb. abſolutio*, habent poteſtatem inſtar Pontificiæ, ut amplitudo eorum Pontificiæ hodie proxima eſt. Nicol. Garc. *de benef. in penſat. tom. 1.* ubi ſic aſſerit : [Quod attinet ad Declarationes ſacræ Congregationi, certum eſt eas non eſſe declarationes doctrinales, ſicut latas à Doctoribus, & Jatiſpetitis, ut aliqui Theologi perperam dicunt, ſed eſſe declarationes definitivas, ſeu deciſivas, vim legis habentes, & ut leges recipiendas, utpote latas ex commiſſione Papæ, & à perſonis habentibus interpretandi, & reſpondendi facultatem à Principe, ut apparet ex Bulla Sixti V. quæ eſt in p. 2. Bullarii, 7. in ordine, ubi habetur facultas dictæ Congregationis ; & eadem ſacra Congreg. cuidam Abbatiſſæ Meſſanenſi ſic reſpondit. Et ratio habenda eſt de his quæ ſcribuntur à Cardinal. ſacræ Congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent ; & aliàs ſic cenſuit, Decreta, & Litteræ Congregationis Concilii, ſemotis litibus, ſunt executioni demandanda, nec ſuper his ſententia, nec decretum aliquod eſt facieudum. Et ita ſuper Declaration. ſacræ Congregat. Papa ſtatim dat Breve, & Auditor Cameræ monitorium in earum executionem, & Rota eas abſque ulla controverſia, & diſputatione amplectitur, ſuſcipit, & obſervat ut praxis oſtendit : & quamvis declaratio ſit facienda ad inſtantiam alicujus ſeu in caſu particulari, tamen facit jus quoad omnes, & in univerſum, ad l. ultimum, C. de leg. c. in cauſis, de re jud. &c.] Hactenus Garc. Univerſaliter Rota declarationibus hujuſmodi ſemper plurimùm detulit, nec eas in dubium ullo modo revocare ſolet, ut *in Panormit. Archipresb. 5. Junii 1620. coram bon. mem Buratt.* inter ejus impreſſas *deciſ 479.* ubi D. Ferentil. *in annot. n. 20. & in Nicienſi Parochialis, 30. Maii 1624. coram bon. mem. Ubaldo ſen. & in Tiburtina Parochialis, 27 Junii 1629. coram R. P. D. meo Pirouano*, & coram Cavalerio *deciſ 627. num. 8.* ubi quod ſolet reverenter ſuſcipere, & illis acquieſcere, cum aliis deductis per Ferentil. *in annot. ad deciſ. 479. Burat. n. 20. & 21.* Nec eſt neceſſaria earum productio in actus, ſed ſufficit illas allegare ad inſtar legis communis, juxta tectum *in §. reſponſa prudentum, Inſtit. de jure nat.* Rot. *in Averſana benefic. 3 Junii 1606. coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, ubi loquitur de declarationibus Congregat. Conc. Trident. *& in Metenſi Abbatia, 19 Junii 1628. coram R. P. D. Dunozetto*, ubi de his & aliis Congregation. ſuper conſultationibus Regularium, ſubdit quod hujuſmodi declarationes non debeant fieri de actis. Sed hujuſmodi Rotæ deciſionibus circa Concil. Trid. non eſt ſtandum quando in contrarium adſunt declarationes ſacræ Congregat. ut ex ipſamet Rota probat Theod. de Rubeis *in ſingular. Rota, part. 2. verb. Rotæ Rom. deciſiones, §. 9. pag. 93.*

Non deſunt tamen præſtantiſſimi Theologi, qui 82
contrariam ſententiam docere auſi ſunt aſſerentes hujuſmodi Eminentiſſ. Cardinal. declarationes eſſe tantùm probabiles, & doctrinales, nec aliquam habere vim, niſi poſt earum promulgationem, & in caſu illo particulari, ſuper quo Cardinales fuerunt Conſulti. Ita Veg. *in ſum. tom. 1. c. 62. caſ. 41.* Petr. de Ochagav. *tract. 2. de confeſſ. ſacram. q 40. n. 12.* Portel. *in dub. Reg. verb. Cardinal.* Bonacin. *de leg. diſp. 1. q. 1. punct. 8. n. 4.* Baſil. Pont. *de matrim. lib. 5. c. 43. §. 2 n. 7.* Joan. Valet. *de differ. inter utr. forum, verb. abſolutio, differ. 1 n. 20.* ubi ſic ait : [Sed obſerva tunc demùm obligare, ſi Auditor Cameræ ſub cenſura mandet eas ſervari ; ſic enim obſervat ſtylus Romanæ Curiæ. Cùm enim dicta reſponſa, & declarationes dirigantur Epiſcopis, vel quibuſvis aliis conſulentibus, ſive eas petentibus, nullo adjecto in eis mandato, ſed tantùm ſimpliciter conſultationibus reſpondendo, hinc dictus ſtylus obſervat, ut quoties partes impetrantes volunt ad eas aliquos adſtringere, præſentent litteras originales ſacræ Congreg clauſas Auditori Cameræ, ut eas faciat obſervari, qui tunc dat ſuas litteras, mandátque iis, quos ſupplicans nominat, ut omninò illis, tanquam literis Apoſtolicis obediant.] Petr. de Ledeſm. *in ſum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. c. 13. diffic. 7.* ubi ſic aſſerit : *Las determinaciones de los Señores Cardinales non hazen derecho, como es coſa cierta, y averiguada ; tam ſolamente tienen fuerza en el caſo particular, que los perguntan y es argumento grande en favor de aquella ſentencia, que pareſſe, que apruevan.* Idem docuit Sanch. *de matr. lib. 8. diſp. 2. n. 10.* dicens : Nec obſtat declaratio Cardinalium, quia de ea non conſtat authenticè, nec illi neceſſariò ſtandum eſt, quamvis magnam habeat auctoritatem, &c. Joan. Sanc. *in ſelect. diſp. 48. n. 1.* Merola *tom. 2. diſp. 4. c. 4. dub. 12. n. 173.* Hurtado de Mendoza *in 2. 2. vol. 1. diſp. 84 ſect. 2. §. 25.* Layman. *in Theologia morali, lib. 1. tract. 4. c. 7. § 7 n 28.* Torreblanc. *in practicalib Juris Eccl. lib. 13. c. 3. n. 19.* Boſſius *in tract. de triplici Jubilæo, ſect. 3. caſu 2. §. 7. n. 255.* hanc ſententiam probabilem putat Villalob. *in ſum. tom. 1. tit. 2. dub. 7. n. 5.* ubi ita loquitur : *Otros dicen, que las declaraciones de los Cardinales no obligan haſta que el Papa las promulgue, porque es de razon de la ley que ſe promulgue en eſpecial, y haſta a ora no ha permittido ſu Santidad que promulguen a la Yglesia en ſu nombre, y parece me probable.* Coriol. verò *de caſib. reſerv. p. 1. ſect. 1. art. 21. n. 5.* ſic hac de re cenſet : [Verùm circa hanc, & alias Cardinalium hujuſmodi

UAB Biblioteca de Ciències Socials

hujuſmodi Declarationes ſciendum, quod ut vim habeant obligandi in conſcientia, multæ conditiones requiruntur, ita ut unâ deficiente non obligent. Prima, ſit certa, & indubitata, ut conſtet ſufficienti auctoritate eſſe Declarationes S. Congreg. ſufficienter autem conſtabit, ſi ea ſubſcribatur, vel rubrica aliqua ſignetur per Secretarium S. Congreg. vel per aliquem Cardinalem ejuſdem Congregat. & cum ſigillo authentico, de cujus fidelitate, & veritate non poſſit dubitari, transferantur ex Declarationibus originalibus. Secunda conditio eſt, ut in ipſa Declaratione referatur eam fuiſſe pronunciatam conſulto Pont. quia Sixtus V. quando huic Congr. conceſſit facultatem interpretandi Concilium dixit, requirens conditionem neceſſariam, Nobis tamen conſultis. Tertia conditio eſt, ut ſolùm Cardinales declarent & interpretentur, non verò diſpenſent, reſtringant aliquid, aut amplient ultra vim verborum, & regulas juris, hanc enim formam Congreg. præſcripſerunt in ſuis Bullis Greg. XIII. & Sixt. V. Quod ſi aliquid ultra limites prædictos præſtet Congregatio, neceſſum eſt in ea explicari id ortum habuiſſe ex peculiari commiſſione, aut voluntate Pont. Quarta conditio, ut Declarationes prædictæ obligent in foro exteriori & interiori, eſt ut conſtent notitiâ publicâ, qualis eſt illa, quam Epiſcopus poteſt præbere in ſuo Epiſcopatu, declarando illas formâ juridicâ, & quæ oriri poteſt ex forma publica, & certa, derivata ex principio authentico. Hactenus Coriolanus.

83 Verùm his non obſtantibus à prima ſententia recedendum non eſt, nec Theologi proximè citati debebant hac de re tam audacter loqui; fundantur enim in eo quod ut lex obliget, neceſſe eſt ut promulgetur; ſed dictæ declarationes non promulgantur: ergo non obligant. Nam bene reſpondet Fr. Emm. *ubi ſuprà*, id procedere in legibus, quæ novum jus condunt, non autem quæ antiquum declarant; declarationes enim cum ipſa lege à principio inſunt. Cæteta verò reſponſionem non merentur, quia cùm totum pendeat ex facultatibus conceſſis, non eſt cur alia quæramus ſubtilizando. Noviſſimè hac de re extat peculiaris declaratio, cujus me citato, in hoc loco, meminerunt Anton. Diana *reſol. p. 5. tract. 2. reſol. 96.* Machado *d. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum 2. in fine*, de qua etiam mentionem facit Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſimum, p. 2. c. 30. §. 1. n. 4.* tenoris ſequentis, videlicet:

Verùm, cùm S. Congreg. Cardinal. Conc. Trid. Interpretum ſæpiùs, & noviſſimè ſub die 29. Aprilis 1621. inhærendo Conſtit. fœl. rec. Pii IV. quæ incipit, Benedictus Deus, &c. Decreverit Indici Librorum prohibitorum addendas eſſe omnes, & quaſcunque Declarationes, Interpretationes, ſeu Deciſiones ſub nomine ejuſdem Congreg. Concilii abſque illius auctoritate impreſſas, & imprimendas; cumque ad illius notitiam pervenerit, quam plures ex Declarationibus, Interpretationibus, ſeu Deciſionibus juxta contingentiam caſuum, illorúmque qualitates, & circunſtantias à ſe diverſis temporibus factas ſecundùm ea, quæ proponebantur, fuiſſe alteratas, imminutas, ac forſan aliàs mentito S. Congreg. nomine confictas, nullóque propterea authentico ſigillo munitas iſtáſque per Tribunalia tam in Urbe, quàm per Orbem circumferri, & imprimi; conſideránſque quantum detrimenti recipi poſſit, ſi aliqua fides illis adhiberetur: Ex ſpeciali S. D. N. Urbani divina providentia Papæ octavi juſſu mandat, & præcipit hujuſmodi Declarationibus, tam impreſſis & imprimendis, quàm manuſcriptis nullam fidem eſſe in judicio, vel extra à quoquam adhibendam, ſed tantùm illis, quæ in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejuſdem Congr. pro tempore exiſtentium munita fuerint. In quorum fidem hæc propria manu ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri impreſſione communiri, ac typis mandari juſſimus. Datum Romæ die 2. Auguſti 1631.

R. Card. Ubaldinus.

Locus † ſigilli.

Franciſcus Paulutius, S. Cong. C. Secr.

Vigeſimoſcundò: Cardinales habent privilegia quòd beneficia ſuorum familiarium non ſoleant confetri per Papam ſine eorum conſenſu. Ita Ægid. Bellam. *conſ. 19. n. 2. verſic. quinto*, ubi ſubdit, quod pari ratione Cardinalis Legatus quamcunque ampliſſimam facultatem habens conferendi beneficia, non confert vacantia per obitum familiaris Papæ, vel Cardinalis: refert Card. Tuſch. *tom. 1. litter. C, concl. 100. n. 47.* Diana me citato *in hoc loco, d. p. 5. tract. 2. reſol. 41. in fine.* §4

Vigeſimotertiò: Cardinales habent facultatem judicandi privativè quoad alios eorum familiares, ideò etiam Vicarius Papæ non judicat tales familiares, ſed eos remittit ſuo Cardinali, qui ad pœnam habet privatum carcerem. Ita de ſtylo Curiæ ſervari teſtatur Clar. *§. fin. q. 55. n. 17.* quem refert Card. Tuſch. *d. concl. 100. n. 52.* Carol. de Graſſis *de effect. cleric. effectu 1. n. 151.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2 q. 9. ſect. 2. n. 509.* Diana *d. p. 5. tract. 2. reſol. 25.* Ubi in hanc ſententiam citat Zech. *d. Republ. Chriſtiana, tit. 3. de Cardinalib. n. 9.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 2. c. 341. n. 16.* & alios, ac demùm idem Diana *d. reſol. 25. in fin.* addit ex Jacobatio, quo Cardinales poſſunt habere familiam armatam. §5

Vigeſimoquartò: Cardinales habent facultatem utendi veſtibus ex duobus tantùm coloribus, nempe rubro, & violaceo, exceptis Dominicâ tertiâ Adventus, & Dominicâ quartâ Quadrageſimæ, quibus diebus ſubtanis, mantelletto, & mozzetta utuntur coloris roſæ ſiccæ. Cardinalibus ſplendor quidam videtur acceſſiſſe myſticus, ait Boët. Epo *de Regalib. lib 1 n. 212.* à galero rubro per Innocentium IV. ipſis conceſſo, martyrii fortaſſe promptitudinem, ſi res ita ferat, efflagitante, quod etiam advertunt Turrecrem. *in ſum. lib. 1. cap. 80. in princ. & c. 83. in fine*, Læl. Zech. *de Republ. Eccl. cap. de ſtatu Cardin. n. 4.* Soſa *in libello de la obligacion conque quedan los Religioſos Obiſpos, num. 132.* & hoc colligitur ex formula, cum qua eis tribuitur galerus ruber, quæ reperitur *in Carem. S. E. R. lib. 1. ſect. 8. cap. 7. in fine*, in hæc verba: [Accipe galerum rubrum, inſigne ſingulare dignitatis Cardinalitiæ, per quod deſignatur quod uſque ad mortem, & ſanguinis effuſionem incluſivè pro exaltatione ſanctæ Fidei, pace & quiete populi chriſtiani, augmento, & ſtatu S. R. E. te intrepidum exhibere debes. In nomine patris, &c.] Qualitas verò veſtium eorumdem regularitet erit vel ex panno graviori, vel ex lana leviori, quam *Saiettam* vocant; vel ex cameloto undato, vel etiam in ſubtanis ex ſerico undato, vel ſine undis, arbitrio illorum, dummodò ſit ſimplex, videlicet ex eo quod armeſinum, ſeu Taby vocant; non autem eo quod raſum vocant, aut villutum appellant: quod intelligitur §6

de Cardinalibus non Regularibus; nam Regulares non solent uti vestibus sericis, & nunquam in habitu mutant colorem, sed semper retinent colorem habitûs suæ Religionis. Paul. Fusc *de Visitat. lib. 2. c. 15. n. 27. & 50.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. c. 18. n. 89.* Sot. *de justit. lib. 10. q. 5. art 7.* Redoan. *de spol. Eccles. q. 8 n. 25. pag. 222. in fine*, Sosa *in libello de la obligacion conque quendan los Religiosos Obispos, n. 45.* quorum tres ultimo loco citati affirmant Cardinalem Cajetan. habitum suæ Religionis nunquam dimisisse. In quibus autem temporibus Cardinales rubro, aut violaceo colore in vestibus uti debeant; & quid quando equitant collegialiter, pontificaliter, vel solemniter, fuit latè provisum per Clement. VIII. & Sacr. Rit. Congregat. sub die 3. Augusti 1602. & iterum, atque iterum dilucidiùs à Paulo V. & eadem Sacra Rituum Congregatione, sub die 31. Martii 1618. ut in libello de eodem anno Romæ impresso in Typographia R. C. A. ubi etiam figillatim ponitur quo colore capparum, vel sacris indumentis Cardinales ad singulas Capellas uti debeant; & ponitur quoque numerus, & ordo Missarum, Vesperarum, & Matutinorum pontificalium, & dicitur quando, ubi, & quo habitu Cardinales ad Capellas conveniant per totum annum, juxta antiquam consuetudinem, & modernum usum?

87 Vigesimoquintò habent privilegium, ut titulus Eminentissimi, & Vestræ Eminentiæ, unà cum antiquo titulo Reverendissimi imposterum esse debeat proprius, & peculiaris Cardinalitiæ dignitatis, prout in infrascripto Decreto continetur, cujus, me citato in hoc loco, meminit Machado *d. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum. 1 n. 3.* tenoris sequentis, videlicet,

Die 10. Junii 1630. in Consistorio Secreto

Fuit facta per Cardinalem Pium relatio Decreti Sacræ Congregat. Cæremoniarum S. E. R. Cardinalium, ut infrà.

Beatissime Pater,

SAcra Congreg. Cæremoniarum S. R. E. Cardinalium censuit, si Sanctitati Vestræ placuerit, loco Titulorum Illustrissimi, & Dominationis Vestræ Illustriss. quibus hactenus usi sunt Cardinales, Titulos Eminentissimi, & Vestræ Eminentiæ, unà cum antiquo Titulo Reverendissimi in posterum esse debere proprios, & peculiares Cardinalitiæ dignitatis; itaut præfati Tituli Eminentissimi, & Eminentiæ à nemine, præterquam ab Ecclesiast. Romani Imperii Electoribus, ac Magistro Hospitalis Hierosolym. usurpari possint, aut aliis attribui; eosdémque Titulos ab omnibus, & singulis Cardinal. præsentibus, & futuris omninò assumi, illisque inter se, tam voce quàm scripto perpetuò uti debere. Quod si contigerit aliquem cujuscumque dignitatis, gradus, & conditionis (Imperatore, ac Regibus exceptis) hujusmodi Titul. alicui Cardin. non tribuere, Cardinalis ille nullatenus cum eo coram agat, nec ejus litt. quoquo modo recipiat.

Insuper censuit supplicandum esse Sanctitati Vestræ, ut per suum Consistoriale Decretum præcipere dignetur cæteris omnibus, & singulis Ecclesiasticis cujuscunque conditionis, gradus, & dignitatis, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, seu Patriarchali dignitate præfulgentibus, ne præfatos Eminentissimi & Eminentiæ Titulos quoquo modo si usurpent, sub pœnis indignationis Sanctitatis Vestræ, & Romonorum pro tempore Pontificum, inhabilitatisque ad alias dignitates, & incapacitatis quarumcunque gratiarum, seu indultorum Sedis Apostolicæ, ac amissionis fructuum suarum Ecclesiarum, & beneficiorum quorumcunque ipso facto incurrendis.

Item censuit hæc omnia in præsenti Consistorio esse referenda, ut Sanctitate Vestrâ annuente, ab omnibus, & singulis Cardinalibus recipiantur; & super eorum perpetua, & inviolabili observatione juretur, debitæque executioni demandentur, à præsentibus quidem in Consistorio statim, ab existentibus verò in Curia post tres dies, & absentibus post duos menses in Italia, & post quatuor extra Italiam. Inter alia super his etiam omnes, & singuli Cardinales, qui in futurum creabuntur, jurare teneantur; præsentes quidem in receptione Pilei, absentes verò in receptione birreti.

Quâ relatione habitâ S. D. N. per hæc verba, Quid vobis videtur? omnium DD. Cardin. exquisivit suffragia, & singulorum auditis sententiis, non solùm unanimiter consentientibus, verùm etiam instantissime deprecantibus, atque S. Sanctit. supplicantibus, ut hujusmodi Decretum, & omnia in eo contenta approbaret; sicque probata per suum Consistoriale Decretum, cum auctoritate imprimendi, &c. & litteras etiam in forma brevis expediendi, cum solitis clausulis, &c. confirmaret, Sanctitas sua, ut sequitur, decrevit.

PEtitionibus vestris annuentes, proposita Nobis per vos omnia admittimus, & approbamus, & desuper litteras, etiam in forma brevis cum clausulis opportunis, & necessariis concedimus, & expediri mandamus, cum auctoritate imprimendi. In nomine, &c.

Absolutio Consistorio post discessum Pontif. in Congreg. Generali omnes & singuli Cardinales, qui Consistorio interfuerunt, tactis sacrosanctis Evangeliis jurarunt, & subscripserunt, ut infrà.

NOs miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardinal. supradictum Decretum Sacræ Congregat. Cæremoniarum S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. Dom. Nostro approbatum, & à nobis receptum perpetuò, ac inviolabiliter observare promittimus, & juramus.

Dominicus Episcopus Portuens. Cardinal. Ginnasius.
C. Card. Pius, Episcopus Albanen.
S. Cardinalis Burgensius, Episcopus Sabinen.
Ego M. Episcopus Tusculanus, Cardinal. Lantes.
Ego G. Card. Borgia, Presb.
Ego Rob. Card. Ubaldinus.
Ego I. Card. Sabellus.
Ego G. Card. Bentivolus.
Ego C. Card. de Torres.
Ego Fr. A. Card. S. Honuphrii.

Ego

Ego Aloyſius, Card. Caëtanus.
Ego Laudivius Preſbyter, Card. S. Sixti nuncupatus.
Ego Berlingerius Preſbyter, Cardin. Gypſius.
Ego F. Preſbyter, Cardin. Veroſpius.
Ego Gregorius Preſbyter Cardinalis Narus.
Ego Lucas Antonius Preſbyter Cardin. Virilis.
Ego Franciſcus Diaconus Cardinalis Barberinus.
Ego P. Maria Burgheſius Diaconus Card. S. Georgii.
Ego Hieronymus Diaconus, Card. Vidonus.
Ego L. Diaconus Card. Biſcia.
Ego M. Cardinalis Ginettus.
Ego A. Diaconus, Card. Cæſarinus.
Ego H. Diaconus Card. Columna.
Ego Theodorus Card. Trivultius.

Denique Eminentiſſimus D. Franciſcus Maria Cardinalis Brancatius, apud Dianam *reſol. moral. p.6. tr.8. miſcell. reſol.40.* de Capella Palatii, Cardinalium plura ſcitu digniſſima cumulat, & reſolvit Capellanos Cardinalium poſſe in Capella Palatii ante auroram, & poſt meridiem, tam pro dominorum ſuorum ſervitio, quàm familiæ ſeorſim celebrare, non ſolùm unam Miſſam, ſed etiam plures à diverſis Capellanis. Reſolvit etiam, ſi Cardinalis ſit abſens, & extra Urbem, in qua degit, durante ejus abſentiâ, poſſe nihilominùs eoſdem Capellanos in eodem Palatii ſacello ſacrificium offerre, & quod exteri, & non domeſtici Cardinalium familiares, ſi Sacris intereſſint, in Capella prædicta diebus feſtis, præcepto ſatisfaciant.

88 Cardinalium officium præcipuum eſt Reipublicæ Chriſtianæ conſulere, & Romano Pontifici aſſiſtere, & ei in negotiis arduis rectum conſilium præbere, & cuncta, quæ eis ab eodem Summo Pontifice pro utilitate Eccleſiæ injunguntur, fideliter adimplere, *cap. per venerabilem, verſ. ſunt autem, qui fil. ſint legitim. c. fundamenta,*
89 *§. decet, de elect. lib.6.* Ex quibus juribus probatur in decidendis cauſis Fidei, aliiſque arduis debere Papam petere conſilium Cardinalium, ut uſus obſervat; paſſim enim videmus in reſcriptis apponi clauſulam, *De S. R. E. Cardinalium conſilio.* Proſequuntur Doct. *in rubr. de conſtit.* ubi Dec. *num.*20. Rip. *num.*14. & Bero *num.*42. Card. Paleoth. *de conſult. ſacri Conſiſtorii, p.1. q.3. art.3. cum ſeqq.* Mench. *illuſtr. quæſt. c.*23. D. Solorzan. *de jure Indiar. tom.1. lib.2. cap.*24. *n.*92. Verùm quamvis conſentaneum quidem ſit, quòd Pontifex Cardinalium conſilium in arduis exigat, non tamen ita eſt neceſſarium, ut ſine eo decidere non poſſit; & ideò meritò Pontifex *in d. §. decet*, loquitur per verba honeſtatis, ſcilicet *decet*; non verò neceſſitatis. Ex quo colligitur, Pontificem etiam in quæſtionibus Fidei, atque reliquis arduis non teneri Cardinalium conſilium exigere de neceſſitate, ut per Chaſſ. *in catalogo glor. mund. p.3. conſid.*47. Marc. Ant. Guch. *de inſt. major. lib.2. tit.2. de ſumm. Pontif. n.*59. Cardinal. Jacobat. *de Concil. lib.7. art.5.* Maſcard. *de probat. concl.*262. *n.*56. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.3. q.*18. *n.*124. *& lib.7. q.*5. *n.*14. Joan. Garc. *de nobil. gloſ.*48. §.3. *n.*55. Cevall. *comm. contra communes*, q.645. *n.*3. Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sed. erect. cap.*20. *n.*18. quorum plerique advertunt clauſulam 90
illam, *De Fratrum noſtrorum conſilio*, decentiæ magis eſſe, quàm neceſſitatis.

Collegium autem Cardinalium Sede Apoſto- 91
lica vacante, quicquam poteſtatis, vel juriſdictionis ad Romanum Pontificem dum vivit, pertinentis exercere minimè poteſt; niſi fortè ita urgens neceſſitas incideret, quod eos oporteret de terra ipſius Eccleſiæ defendenda, vel ejus parte aliqua providere, vel niſi aliquod tam grande, vel tam evidens immineret periculum, quod omnibus & ſingulis Cardinalibus præſentibus videretur illi celeriter occurrendum: ita habetur *in Clem. ne Romani, de elect. & in Conſtit. Pii IV. incip. In eligendis, ſub Dat. Romæ, Idib. Octob.*1562. *ut in Bullario nove tom.2. pag.*91. Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.4. c.3. q.*1. Campanil. *in diverſ. jur. Canon. rub.7. cap.6. ex n.*76. latè Jul. Lavor. *var. lucub. tom.1. tit.3. c.5.* noviſſimè Machado *en ſit perfetto Confeſſor, tom.2. lib.4. p.7. tract.3. docum.3.*

Unde per Collegium Cardinalium non poſſunt 92
corrigi, immutari, vel modificari Conſtitutiones Summorum Pontificum, nec eis quicquam addi, aut detrahi, præſertim circa illa, quæ de electione futuri Pontificis diſponunt, ut apertè probat *dicta Clem. ne Romani, in princ.* Manfred. *de Cardin. deciſ.*261. Nec creari Cardinales: idem Manfred. *deciſ.*259. *num.*386. Azor. *d. q.*1. Campan. *d. cap.6. n.*78. Lavor. *d. cap.*3. *num.*11. ubi *num.*13. quod nec etiam poſſunt mitti Legati per Sedem Apoſtolicam: & *n.*14. ſubdit, quod nec è converſo poſſunt revocari tranſmiſſi à Pontifice defuncto, niſi neceſſitas urgeret. Et quod nec etiam poteſt per 93
eos dari Pileus, vel alia inſignia Cardinalitia, & ſimiliter claudi, vel aperiri os Cardinalibus de recenti creatis, ut per Lavor. *d. cap.*3. *n.*15. Quicquid dicat Camp. *in diverſ. juris Canon. rub.7. c.6. n.*83. Et an poſſint per eos habilitari Cardinales privati à Papa, vide Capyc. *deciſ.*114. quem refert Ricc. *collect.*120.

Specialiter autem pletique Cardinales ſingula 94
gerunt officia: alius eſt enim S.R.E. Vicecancellarius, alius Camerarius, major quoque Pœnitentiarius, & Papæ Vicarius, Bibliothecarius, & Præpoſiti officio ſacræ Generalis Inquiſitionis, & alii aliis officiis præpoſiti ad libitum Romani Pontificis: ſed eorum ratione non fortiuntur aliquam prærogativam in iis, quæ ſpectant ad officium Cardinalium in eorum Collegio, ut per Seraphin. *deciſ.*716. *n.*6.

Vicecancellarius tempore Bonifacii VIII. cœ- 95
pit unus ex Cardinalibus creari, antè enim erat privatæ ſortis homo, ſed probitate & eruditione ſpectatiſſimus, ut advertit Joannes à Chokier *in proœm. regularum Cancellariæ.* Præponitur adminiſtrationi juſtitiæ; ad ejus namque officium pertinet cura, gubernatio, & directio Audientiæ ſacri Palatii, ſpecialiter circa expeditionem Bullarum, & literarum Apoſtolicarum ſuper collationibus beneficiorum, & aliis gratiis à Sede Apoſtolica impetratis; & ipſe intereſt examini publico, & privato ejus, qui aſſumendus eſt in Rotæ Auditorem, & pleraque alia ad ejus officium pertinent, quod inter Cardinales præcipuum eſt; & Vicecancellarius dicitur, quia ſolus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Papa Ecclesiæ est Cancellarius, ut quidam volunt. Vide Lancell. *in templ. omn. judic. lib.* 2. *cap.* 1. Azor. *Instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 36. Petr. Gregor. *Syntagm. jur. p.* 2. *lib.* 51. *cap.* 42. *n.* 1. Chassan. *in catalog. glor. mundi, p.* 4. *consid.* 13. Zech. *de Repub. Eccles. cap.* 4. Ejus officium Sede vacante videtur cessare, saltem quoad jurisdictionem sibi tributam per regulas Cancellariæ, cùm eo tempore cessent omnes reservationes, & regulæ: Bullæ tamen, quæ jam plumbatæ reperiuntur in vita Pontificis, per officiales subscribuntur, & expediuntur, Jul. Lavor. *variar. lucubr. tom.* 1. *tit.* 3. *c.* 3. *num.* 43.

96 Camerarii autem officium est ærario, seu fisco Romani Pontificis, & patrimonio Romanæ Ecclesiæ præesse. Gloss. *verb. expirare, & verb. Camerarium, in Clem. ne Romani, de elect.* Chassan. *in catalogo glor. mundi, p.* 4. *consid.* 14. Zech. *de Republica Eccles. c.* 5. *de Camerario*, Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. C, concl.* 16. Joan. à Choc. *ubi suprà, n.* 19. ubi quod Camerarius Vicecancellario non est antefferendus, Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 27. cujus officium etiam Sede vacante exercetur. Jul. Lavor. *dict. cap.* 3. *ex num.* 36.

97 Pœnitentiarii summi officium versatur circa officium curæ pœnitentialis, id est, in casibus conscientiæ, dispensationibus, aut absolutionibus circa hos à Sede Apostolica gratiam obtinere, qui utitur ópera aliorum Pœnitentiariorum minorum, quorum est pœnitentium Confessiones audire, & eos à censuris Ecclesiasticis, & pœnis, ac delictis absolvere, juxta delegatam sibi à summo Pœnitentiario auctoritatem. Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 38. me citato in hoc loco, Machado *d. tract.* 3. *doc.* 3. *n.* 2. De summo Pœnitentiario agunt Chassan. *in catalog. glor. mundi, p.* 4. *consid.* 17. Zech. *de Repub. Eccles. cap.* 3.

98 Sede Apostolica vacante retinet suum officium, & jurisdictionem. Pœnitentiarius major, & alii Pœnitentiarii minores quoad forum tantùm conscientiæ, ad vitandum periculum animarum; in dispensationibus verò matrimonialibus, & aliis, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibuscunque aliis expeditionibus forum, ut aiunt, fori, mixtum, vel separatim quomodolibet concernentibus, penitùs conquiescit. Jul. Lavor. *d. c.* 3. *n.* 39. & 40.

99 De Vicario Urbis, quem unum ex Cardinalibus Romanus Pontifex tanquam Urbis Episcopus populo, & Diœcesi suæ Vicarium dat, vide *cap. tua nobis, de offic. Vicar.* Vestr. *in prax. Roman. Cur. lib.* 2. *c.* 6. Hojed. *de incompatibil. benef. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 1. Azor. *Instit. moral. p.* 2. *lib.* 5 *cap.* 39. Galganet. *de jur. public. lib.* 3. *tit.* 39. *n.* 7. Et cùm ejus deputatio fieri soleat ad vitam ipsius Vicarii, per mortem Pontificis, non expirat ejus officium. Gambar. *de offic. Legat. à later. lib.* 9. *n.* 78. Jul. Lavor. *d. c.* 3. *n.* 45. me citato *in hoc loco*, Machado *d. tract.* 3. *docum.* 3. *n.* 3.

De Bibliothecario S. R. E. fit mentio *in cap. Adrianus*, 23. *dist.* & semper est unus ex Cardinalibus, Petr. Gregor. *Syntagm. juris p.* 2. *lib.* 18. *c.* 42. *num.* 15.

100 Notandum est, quod Cardinales, de quibus hucusque egimus, vocantur S. R. E. Cardinales; Præsules scilicet Romanæ Ecclesiæ purpurati, consiliis Summi Pontificis assistentes, & ad Papæ electionem deputati: hi enim appellatione Cardinalium comprehenduntur, non autem Ravennates, Compostellani, & similes, ut observant Abb. *in cap. accedentes, n.* 2. & ibi Addit. *in verb. Cardinales, de prescript.* Joan. Vasæ. *in Chronic. Hispaniæ, c.* 21. *vers. Compostellanus*. Stephan. de Gaët. *in repetit. c. ad limina*, 30. *q.* 1. *in præm. n.* 13. Andr. Grammat. *in Extravag. Jul. II. de Simoniaca Papæ elect. num.* 70. *& seq.* Anastas. Germon. *de sacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 13. & 14. Anton. Scap. *in respons. de birret. rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regularibus, num.* 3. Bonacina *de legitima Summi Pont. electione, q.* 1. *puncto* 1. § 1. *n.* 1. Nam Cardinales illi Ravennates, & Compostellani sunt abusivè Cardinales, ad instar Regis Sibaccorum, qui non propriè dicitur Rex, sed abusivè, Gloss. *verb. principem Mundi, cap. pudor*, 32. *q.* 2. Ludov. Gom. *in regul. de annal. q.* 47. *n.* 5. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 24. *n.* 162. Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *q.* 3. *vers. Quæstio igitur est, & lib.* 4. *cap.* 1. *prope finem*, Monet. *de Conserv. cap.* 5. *num.* 122.

Circa testandi facultatem Gardinalibus con- 101
cessam à Papa de rebus quæsitis intuitu Cardinalatûs, vide Barbat. *de Cardinal. q.* 4. *num.* 7. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *q.* 6. Diana *d. p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 50. Et quod habeant privilegium testandi jure militari, resolvunt Zech. *d. tit.* 3. *de Cardinal. num.* 9. *privil.* 11. Germon. *de sacror. immun. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 66. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 312. *num.* 1. Bagn. *de dignitatibus S. R. E. tract.* 11. *fol.* 182. Diana *d. tract.* 2. *resol.* 51. ubi *res.* 52. post Azor. *q.* 7. & Bagn. *fol.* 180. *citatis locis* tenet Cardinales testantes ex facultate Pontificis teneri adhibere formulam juris Canonici: & *resol.* 53. post Azor. *d. cap.* 3. *q.* 10. ait facultatem à Pontifice Cardinalibus concessam per primum testamentum non expirare: & *resol.* 54. post Sanch. & plures ab eo citatos, *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 28. *num.* 82. docet licentiam testandi Cardinalibus à Papa concessam non expirare mortuo Papa, qui illam concessit. Qui verò de Cardinalibus plura scire cupiat, consulere poterit Hieronym. Manfred. *in suo tract. de Card. inter tract. Doctor. tom.* 13. *part.* 2. *pag.* 86. & 96. alium tractatum ejusdem, de Cardinalium sacrosancto Collegio, Martin. Garratum *in simili tract. de Cardinalibus, tom.* 14. *p.* 2. *pag.* 94. Cardinal. Barbat. *de Cardinalium præstant. tom.* 13. *p.* 2. *pag.* 63. & *de Cardinalib. Legat. à latere ibid. pag.* 131. Gondisel. Villadieg. *de Card. orig. dig. ac potest. eodem tom.* 13. *part.* 2. *pag.* 57. Hieronym. Alban. *de Cardinalatu, ibidem pag.* 105. Hieron. Plat. *de Cardinal. dignit. & offic. ad Flamin. Platum Card. Fratrem*, Gasp. Ferdinan. Toletan. *de stat. & offic. Cardinalium S. R. E.* Bagnum *de dignitatibus S. R. E. tract.* 11. Joseph. Auria *de institut. Cardinal.* Chrystophor. Sylvestr. *de potestate Cardinal.* Petr. de Aliaco *in opere*, Gerson. *p.* 1. *in fine*, Anton. Possevin. *in apparatu sacro, Cardinal.* Jodoch. Lorich. *in thesauro novo Theologico, eod. verb.* Petr. Cresp. *in sum. Cathol. Fidei, eod. verb.* Lancellot. Conr. *in templ. omnium Judicum, lib.* 2. *c.* 2. §. 1. *cum duobus seqq.* Duaren. *de Sacr. Eccles. Ministr. cap.* 13. Didac. ab Alaba *de Concil. part.* 2. §. 2. Chassan. *in catalog. glor. mundi, p.* 4. *consid.* 10. *cum seqq.* Turrec. *in sum. lib.* 1. *cap.* 80. *cum quatuor seqq.* Alvar. Pelag. *de planct. Eccl. lib.* 2. *cap.* 16. Quintilian. Mandos. *in gloss. facultatum*, §. *Considerantes, verb. Cardinal.* Rodulph. Cupers *in cap. oportebat*, 79. *dist.* §. *sequitur textus, cum seqq.* Hieronym. Roman. *de Repub. Christ. lib.* 3. *cap.* 1. & 2. Majol. *de irregular. lib.* 2. *cap.* 3. Cotta *in memorab. verb. Cardinales*, Fratet Joseph. de Seguenza *in vita S. Hieronymi, lib.* 3. *cap.* 6.

Anastas.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Anastas. Germon. *de indult. Cardinalium, in descr.* §. *Episcopus, à n.7. & sacr. immunit. lib.3. cap.6.* Læl.Zech.*de Republ.Eccles.tit.de stat.Illustr.Card.* Joan.Garc.*de nobilit gloss.*48.§.3 *n.*26.*cum multis seqq.* Cardin. Bellarm. *in suis controv.cathol.tom.*1. *de Cleric. lib.*1. *c.*26. *& in Apolog. contra Regem Anglia, cap.*4. Henriq. *in sum. lib.*10.*cap.*27. *de Cardinalium dignitate.* Anton.Scap. *de biret. rub. dand.respons.*1. Petr.Gregor. *syntagm. jur. lib.*15. *c.*4. Card. Paleot. *de consult. Sacr.Colleg. quæst.*3. Quintanad. *Ecclesiast. lib.*4. *à n.*102. Flamin. *de resignat. lib.*2. *q.*1. *n.*34 *cum seqq. & lib.*7. *q.*12. Zerol. *in prax.episcop. p.*1.*verb.Cardinales,* Azor. *instit.moral. p.*2.*lib.*6 *c.*7. Gonzal.*ad regul.*8.*Cancellar glos.*14.Molin.de Medrano *in alleg Proregis extranei Regni Aragon.n.*73. *cum seqq.* Fr. Joan. à Ponte *in convent. utriusque Monarchiæ, lib.*1. *c.*3. §.2.*pag.*97. Mich.Naucler, *de Monarch Eccl.p.*2. *lib.*4. *c.*11. *&* 12. Card.Tusch. *pract. concl. tom.*1. *lit.C, concl.*48. *cum seqq.* Vasq. *de Sacram.Ordin. disp.*242. *c.*1. *cum seq.* Paul. Carrar. *in Canon. ac moribus theolog. q.*3. novissimè Diana *moral. resol. part.*5. *tract.*2. Machado *en su perfetto Confessor, tom.*2 *lib.*4. *p.*7. *tract.*3. Sebast.Cæsar. *in select. de eccles. hierarch. p.*1. *disp.*2. Paul.Laym *in Theolog. moral. lib.*1. *tract.*4. *c.*7.§ 7.*de jurisd Cardin Eccl. Roman.* Anton.Fabric. *de re benef.a n.*27. Monet. *de Conservat. c.*5. *ex n.*34. Duard. *in comment ad Bull.Cœna, lib.*2. *in canon.*12. *q.*6. Sanctarell.*var. resol.q.*2. *per tot.* Et de Cardinalibus Regularium protectoribus, eorúmque facultatibus, juribus, & privilegiis, latè Lezana *in summ.quæst.regul.tom.*2. *cap.*9.

CAPUT V.

De Legatis, & Nunciis Apostolicæ Sedis,

SUMMARIUM.

1 *Legatus Apostol. Sedis is dicitur, cui à Summo Pontif. certa civitas, vel provincia committitur gubernanda, & ibi vices Papæ gerit, ac ordinariam obtinet potestatem.*

2 *Legatorum Apostolicæ Sedis tres sunt species.*

3 *Cardinales soli non mittuntur à Papa, sed dicuntur Legati de Latere.*

4 *Concessio facta Cardinalibus Legatis de Latere, non extenditur ad alios Legatos de Latere, non Cardinales.*

5 *Clausula* Cum potestate Legati à Latere, *de stylo Curiæ Romanæ consuevit apponi mandatis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt.*

6 *Legati qui non remanent, sed constituuntur, illi sunt, quibus specialiter aliquid committitur exequendum.*

7 *Nuncius appellatur ille, quem non Cardinalem mittit Papa cum potestate legationis, aut pro certo negotio ad alios Principes.*

8 *Gubernator dicitur qui à Papa ad civitatem, vel Provinciam Ecclesiæ regendam dirigitur absque potestate Legati, qui nec sit Cardinalis.*

9 *Commissarius Apostolicus nominatur qui ad certam causam mittitur terminandam, aut ad quadam minora negotia.*

10 *Legati nati dicuntur, qui officium habent dignitati connexum & cum dignitate, quam acquirunt, fiunt ipso jure Legati.*

11 *Legatus Apostolicæ Sedis eligi potest quicunque Summo Pontifici visus fuerit idoneus.*

12 *Papa in Legatis de Latere mittendis consilium Cardinalium requirere consuevit.*

13 *Legatus de Latere mittendus est, qui Papæ sit valde notus, & in quo sit Spiritus Dei, & scientia legis.*

14 *Legati & Nuncii Apost.Sedis sunt ab omnibus honorandi, & digne recipiendi, tanquam Summi Pont. vices gerentes, & in eundo & redeundo in suis necessitatibus adjuvandi.*

15 *Procuratio adeò debita est Legatis Apostol. ut contra eam nullo modo admittatur præscriptio.*

16 *Privilegio quis potest eximi à procuratione debita Legatis Apost.*

17 *Præscriptio quando æquiparetur privilegio, ostenditur.*

18 *Cardinales Legati habent privilegium utendi insigniis Apostolicæ dignitatis.*

19 *Legato de Latere præsente, Legatus alius Officium legationis exercere potest.*

20 *Legati de Latere sunt majores, & digniores Legatis natis; & ideo nati non utuntur suis insigniis, nec exercent officium legationis, præsente Legato de Latere.*

21 *Episcopus in civitate, vel diœcesi, cui præest, non potest præsente Legato de Latere benedicere populum, & deferre vestes scilicet Mozettam significare jurisdictionem illius ordinariam.*

22 *Insignia Legati à Latere quæ sint, referuntur.*

23 *Legati à Latere cum suis insigniis processionalibus intrant civitates, & oppida sub pallio; & sic ingredientes Clerus & Populus solemni supplicatione & pompa excipiunt; Archiepiscopi, & Legati minores, Crucis signum, quod ante ipsos deferri solet, deponunt.*

24 *Legati de Latere potest in sua Provincia quicquid Episcopi in suis Diœcesibus.*

25 *Legati de Latere in generali commissione non transeunt casus Papæ reservati, in signum specialis privilegii.*

26 *Legatus de Latere non venit appellatione Rom. Pont. nec facit idem tribunal cum Papa.*

27 *Legati de Latere possunt absolvere excommunicatos pro violenta manuum injectione in Clericos, etiamsi atrox sit injuria.*

28 *Beneficia in Provincia sibi decreta existentia conferre potest Legatus de Latere.*

29 *Legatus de Latere potest concurrere cum quolibet Ordinario sicut Papa, nullo ad hoc requisito Episcopi consensu.*

30 *Beneficia spectantia etiam ad collationem exemptorum conferre potest Legatus de Latere in Provincia sibi decreta existentia.*

31 *Beneficia exempta conferre potest Legatus de Latere.*

32 *Beneficia, quorum collatio sit ad Sedem Apostolicam devoluta, potest conferre Legatus de Latere, etiamsi sint devoluta ad Papam ex propria negligentia, ut* n.33.

34 *Beneficia ad Episcopum devoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, qua Episcopus confert auctoritate Apostolica, non potest conferre Legatus de Latere.*

35 *Legatus potest conferre beneficia suæ Provinciæ, quamvis devoluta ad Prælatum extra suam legationem.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

56 *Legatus non potest conferre non beneficia, quæ essent extra Provinciam, & per devolutionem, vel alias spectarent ad collationem alicujus Prælati de Provincia.*

57 *Beneficia intra Provinciam existentia conferre potest Legatus, etiamsi spectarent ad collationem Clericorum alterius Provinciæ.*

58 *Beneficia Jurispatronat. Ecclesiastici, seu Clericorum conferre potest Legatus de Latere.*

59 *Juspatronatus Ecclesiasticum dicitur, quod fundatur ex bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis.*

40 *Legatus de Latere etiam extra Provinciam existens potest beneficia in Provincia sibi decreta existentia conferre.*

41 *Ecclesias Cathedrales, vel Regulares aut Collegiatas, seu ipsarum Cathedralium majores post Pontificalem electivas, conferre non potest Legatus de Latere.*

42 *Beneficia servata, etiam in sex mensibus alternativæ Episcopi vacantia, conferre non potest Legatus de Latere.*

43 *Legatus vigore facultatis sibi conferendi beneficia qualitercumque vacantia, non habet facultatem conferendi beneficia reservata.*

44 *Beneficia Jurispatronatus laicorum conferre non potest Legatus de Latere.*

45 *Beneficia Jurispatron. mixti Legatus de Latere conferre non potest.*

46 *Beneficia Jurispatr. laicorum ex privilegio vel præscriptione bene potest Legatus conferre, nec oportet aliter derogare tali Jurispatron. nec de eo facere mentionem.*

47 *Beneficia, quæ ad Episcopi collationem spectant jure speciali, seu delegato non potest conferre Legatus.*

48 *Beneficia litigiosa non potest Legatus conferre.*

49 *Beneficii collatio facta à Legato ei, qui tacet se habere aliud beneficium, est subreptitia, & nulla, sicut illa, quæ fit à Papa.*

50 *Provisus ab Ordinario nihil tenetur probare ad justificationem suæ gratiæ.*

51 *Legatus de Latere an possit conferre beneficium cum clausula* motu proprio, *absque eo quod de alio in gratia mentio reperiatur, ostenditur.*

52 *Legati missi, sive nati conferendi beneficia nullam habet potestatem, nisi hoc eis specialiter sit indultum.*

53 *Nunciis cum potestate Legati de Latere missis conceditur facultas restricta ad beneficia ecclesiastica simplicia per obitum extra Romanam Curiam vacatura, quæ non excedunt valorem 24. ducatorum auri de Camera.*

54 *Beneficia reservare potest Legatus de Latere, quorum conferendorum jus, & potestatem habet, dummodo pendente una reservatione in aliqua diœcesi non faciat aliam.*

55 *Beneficia vacatura Legatus de Latere sua potest reservare collationi, etiam pro certa persona; sed ei nullum jus quæritur.*

56 *Reservationes per Legatum à Latere facta expirant finito legationis officio.*

57 *Legationis officio finito, omnia quæ ad reservationem exequendam gesta fuerint, expirant, si beneficium collatum non est.*

58 *Commendare ad tempus Parochias potest Legatus de Latere.*

59 *Parochiale seu aliud quodvis beneficium commendare non potest Legatus de Latere, nisi hoc habeat in facultatibus.*

60 *Ecclesias Regulares Clericis secularibus commendare non potest Legatus de Latere, nec è converso.*

61 *Unire beneficia sua provinciæ potest Legatus de Latere, absque tamen præjudicio Episcopi.*

62 *Beneficia Regularia si electiva non sint, unire potest Legatus de Latere.*

63 *Ecclesiam unius Diœcesis Ecclesiæ alterius unire potest Legatus de Latere, si subsit justa, & debita causa, & dummodo Episcopo Ecclesiæ unitæ sua jura non adimantur.*

64 *Unire Ecclesiam secularem Monasterio potest Legatus de Latere, concurrentibus nonnullis, de quibus ibi.*

65 *Ecclesiam sibi subjectam jure Legationis Legatus de Latere unire non potest Ecclesiæ immediatè Papæ subjectæ.*

66 *Ecclesias Cathedrales, Collegiatas, Regulares, vel dignitates, quæ sunt electiva, unire non potest Legatus de Latere.*

67 *Ecclesiam Jurispatronatus laici non potest Legatus de Latere unire sine patroni consensu.*

68 *Resignationes beneficiorum coram Legato de Latere fieri possunt.*

69 *Permutationibus beneficiorum auctoritatem præstare potest Legatus de Latere.*

70 *Resignationes beneficiorum simpliciter recipere potest Legatus de Latere, non autem in favorem, nec cum pensione.*

71 *Legatus de Latere habet auctoritatem in pensionibus imponendis, non tamen in beneficiis reservatis, vel quæ ad ejus provisionem non spectant.*

72 *Dispensationibus in concedendis tantum potest Legatus in sua Provincia, quantum Episcopus in sua Diœcesi.*

73 *Matrimoniis interesse potest Legatus de Latere intra suam Provinciam, & aliis interessendi licentiam concedere.*

74 *Electiones Episcoporum & exemptorum confirmandi licentiam habet Legatus de Latere.*

75 *Causas judiciales committere potest Legatus de Latere, & Delegatus ab eo jurisdictionem exercere valet, antequam sit Provinciam sibi delegatam ingressus.*

76 *Legatus duarum Provinciarum propter connexitatem territoriorum poterit expedire negotia unius Provinciæ in alia.*

77 *Legatus de Latere potest cognoscere de causis contra exemptos.*

78 *Papa eximendo à jurisdictione cujuslibet Ordinarii non videtur eximere à potestate Legati de Latere.*

79 *Jurisdictionem in exemptos exercere non potest Legatus natus.*

80 *Eximere non potest Legatus de Latere.*

81 *Causa alteri à Papa specialiter delegata non potest Delegatus se ingerere, nisi ut sententiam justam confirmet, vel exequatur.*

82 *Papa ubi apposuit manum, Legatus de Latere non potest intromittere, nisi ex magna causa.*

83 *Causa à Legato de Latere ad Superiorem remissa non potest Delegatus se ingerere.*

84 *Statuta facere potest Legatus de Latere.*

85 *Indulgentias concedere potest Legatus de Latere in Provincia sibi commissa, quæ durant etiam legatione finita,* ut n. 86.

87 *Conc. Trid. qua circa Legatos statuat, ostenditur.*

88 *Legatio quatuor modis finitur.*

89 *Papa non censetur revocare primum Legatum eo ipso quod creat secundum.*

90 *Iurisdictio Legatorum non expirat per mortem Papæ.*

APOSTOLICÆ Sedi non solùm Cardinales inserviunt, ut proximè vidimus, sed etiam Legati, & alii, quos Nuncios ipsa Sedes appellat, quorum operâ utitur, & auxilio: de iis igitur hoc in loco tractabimus.

1 Legatus Apostolicæ Sedis secundùm Goffred. is dicitur, cui à Summo Pont. certa civitas, vel Provincia committitur gubernanda, & ibi vices Papæ gerit, ac ordinariam obtinet jurisdictionem, *cap. Legatos, de offic. Legat. lib. 6.* Nav. *in cap. cùm contingat, de rescript. remed. 5. n. 2. de Indulg. notab. 28. num. 19.* Gutier. *Can. qq. lib. 1. cap. 11. n. 4. cum seqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 28. num. 8. & lib. 8. disp. 28. num. 4.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1974. in princip.* Narbon. *de appell. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num. 90.* Sebast. Cæs. *in select. de Eccles. hierarch. p. 1. disp. 3. §. 2. num. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 21. n. 37. & gloss. 24. num. 36.* Molin. *de Iustit. tom. 6. disp. 9. n. 3.* Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 27. q. 5.* qui omnes expresè tenet Legatos Sedis Apostol. esse Judices Ordinarios.

2 Legatorum autem Apostolicæ Sedis tres sunt species; quidam enim ab ipso fonte emanant, veluti Cardinales, qui de latere Papæ, cui semper
3 assistunt, mittuntur, ac propterea à Legati de latere nuncupantur, *cap. decreto, cap. si quis Episcopus. 2. q. 6.* & ita solos Cardinales cùm mittuntur à Papa, dici Legatos de latere, tradunt Gloss. *verb. Legationes, cap. 1. de offic. Legati, & verb. commissum, in cap. excommunicatis, eod. tit.* Specul. *tit. de Legat. §. sequitur, n. 1. & 2.* Boër. *de potest. Legati à latere, num. 12.* Ludov. Gom. *ad reg. de infirmis resignant. q. 3. post princ.* Villadiego *in tract. de Legato, p. 1. q. 3.* Nav. *de datis & promiss. notab. 6. n. 11.* Menoch. *cons. 190. n. 14.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 8. q. 13. num. 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 27. q. 2.* Sebast. Cæs. *in select. de Eccl. hierarch.*
4 *p. 1. disp. 3. §. 1.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 10.* Sanctarel. *var. resol. q. 2. num. 8.* Machado *en su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 2. docum. 2. n. 1.* Erasm. à Chokier *de Iurisdict. Ordin. [in exemptos], p. 2. q. 2. n. 5.* ubi *num. 6.* cum Rocho *tract. de consuetud. n 323.* resolvit concessionem factam Cardinalibus Legatis à latere non extendi ad alios Legatos de latere non Cardinales, quippe quod aliquoties Summus Pontifex mittit inferiorem (qui non Legatus, sed Nuncius nominatur) adjec-
5 tâ in ejus facultatibus hac clausulâ, *Cum potestate Legati à latere*, quæ de stylo Curiæ Romanæ consuevit adjici mandatis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt, seu qui ab eo mandatum vivæ vocis oraculo receperunt. Specul. *d. §. sequitur, in princ.* Host. *in sum. de Legato, post princ.* Ludov. Gom. *d. q. 3.* & Cardinali asserenti se esse Legatum creditur, etiamsi litteras non exhibeat suæ Legationis testes, ut dixi *cap. precedenti, num. 63.*

6 Alii sunt Legati, qui non emanant, sed constituuntur, & eis specialiter aliquid committitur exequendum, *c. volentes, de offic. Legati.* Ille enim quem non Cardinalem mittit Summus Pont. cum potestate Legationis, aut pro certo negotio ad
7 alios Principes, Nuncius appellatur. Exemplum sit in Nunciis Hispaniarum, Franciæ, Poloniæ, Venetiarum, Neapolis, Sabaudiæ, & Florentiæ, & olim Apocrisiarius dicebatur Græco vocabulo, quasi Secretarius, ut *in cap. septuaginta, 16. dist. & in cap. significasti*, ubi Gloss. *de elect.* qui eo in loco in multis negotiis personam gerit, & auctoritatem Romani Pont. *cap. 1. dist. 94.* qui & Presbyter de latere à Concilio Sardicensi, *cap. 7.* nominatur, prout refertur *in cap. si quis Episcopus, 2. q. 6.* 8 Sed qui à Summo Pont. ad civitatem, vel Provinciam Ecclesiæ regendam dirigitur, absque potestate Legati, qui nec est Cardinalis, non habet Legati nomen, aut Nuncii, sed dicitur Gubernator, & habet Ordinariam tantummodò jurisdictionem quoad regimen civitatis. Qui verò ad certam cau- 9
sam mittitur terminandam, aut ad quædam minora negotia, Commissarius Apostolicus dicitur & omnes isti largè possunt vocari Legati, quia omnis ab alio missus Legatus dicitur, *in l. 1. & 2. ff. de legationib.*

Tertii sunt Legati, qui nec emanant, nec con- 10
stituuntur, sed officium hoc habent dignitati connexum, & Legati nati dicitur, quia cum dignitate, quam acquirunt, fiunt ipso jure Legati, qualis est Cantuariensis Archiepiscopus, de quo *in cap. 1. de officio Legati*; item Eboracensis in Anglia, de quo *in cap. 1. de appellat. & in cap. 1. ut lite pend.* & Bituricensis in Aquitania superiori, de quo *in cap ult. de majorit. & obed. & in cap. exposuit, de dilat.* & Rhemensis in Francia, de quo *in cap per venerabilem, §. verùm, qui filii sint legit. & in cap. dilectus, pen. de filiis Presbyt.* Gambacurt. *de immunit. Eccl. lib. 10. c. 8. n. 19.* Hanc triplicem Legatorum speciem satis agnoscunt, & latè explicant Gloss. communiter recepta *in verb. Legati, in c. 1. de officio Legati, lib. 9.* Gambar. *in tract. de officio & potest. Legati à latere, in initio, n. 7. & 8.* Gondis. *eo tract. q. 3.* Læl. Zech. *de Repub. Eccl. tit. de statu Illustriss. Legati*, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 7. q. 13. à princ.* Azor. *instit moral. part. 2. lib. 12. c. 17. statim in princ. q. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 237. cum seqq.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 33.* Molin. *de Iust. tom. 6. disp. 9. n. 2.* Erasm. à Chokier *de jurisd. Ord. in exemptos, p. 2. q. 2. n. 1.* Nicol. Garc. *de benef. p. 2. cap. 3. n. 3.* Moscon. *de majest. Milit. Eccl. lib. 1. cap. 6.* Parlad. *diff. 129. ex n. 3.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 7. n. 22.* Machado *d. tract. 2. docum. 1. n. 1.*

Eligi autem potest Apostolicæ Sedis Legatus 11
quicunque Summo Pont. visus fuerit idoneus. In Legatis tamen de Latere mittendis consilium Car- 12
dinalium requirere consuevit, argumento textus *in cap. novit. de his quæ fiunt à Prælat.* & quandoque Subdiaconus Apostolicæ Sedis fuit ejusdem Sedis Legatus electus, ut testis est Symmachus Papa *in cap. 1. dist. 94.* & nonnunquam Diaconus Cardinalis, ut in VIII. Synodo apparet, de qua *in cap. Adrianus, 95. dist.* Est autem mittendus 13
Legatus, qui Papæ sit valdè notus, & in quo sit spiritus Dei, & scientia legis; ubi enim Papa præsens esse non potest, ejus per eum, qui mittitur, repræsentatur auctoritas, *d. cap. 1. dist. 94. cap. si ergo, in fine, 8. q. 1.*

Habent autem Legati omnes, & Nuncii privi- 14
legium à Jure communi, de quo *in cap. accedentes, de præscript.* quod sunt ab omnibus honorandi, ac dignè recipiendi, tanquam Summi Pontificis vices gerentes, & in eundo ac redeundo in suis necessitatibus adjuvandi, *cap. cum instantia, 17. c.*

procuratio

UAB Biblioteca de Ciències Socials

procurationes, 23. *de cenſib.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.5. cap.42. q.ult. verſ. ſecundo.* Sard. *de aliment. tit.4. q.22. num.10.* Bellet. *diſquiſit. cler. part.1. tit. de bonis cleric. §.11. num.12.* qui verò contra tyrannicè præſumpſerit, eſt pœnis Canonis puniendus, & ipſo jure excommunicationem incurrit, & terræ illius interdicto Eccleſiaſtico ſubjiciuntur, *Extravag. Super gentes, de conſuetud. inter commun.* Navar. *in man. cap 27. num.149. verſ. quinquageſima prima*, Gambar. *de caſibus reſerv. c.12. num.2.* Jul. Lavor. *de Indulgent. p.2. cap.13. n.8.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.3. alleg.50. num.234.* ſecundùm Lugdunenſem impreſſionem. Epiſcopi autem cùm conſecrantur, prædicta erga Apoſtolicæ Sedis Legatos ſe ſervaturos jurejurando promittunt, ut *in cap. Ego N. de jurejur.* Secundùm verò leges civiles, qui Legatos offenderit, aut impedierit, tradendus eſt hoſtibus, ut ſit ſervus, *l. fin. ff. de legation.*

15 Et eſt adeò debita procuratio Legatis Apoſtolicis, ut contra eam nullo modo admittatur præſcriptio, *cap. accedentes, de præſcript. c. cum inſtantia, de teſtib.* Gloſ. *verb. exemptione, in Clem. 1. illo tit. de cenſib.* Abb. *conſ.26.* Bellet *diſquiſ. Cleric. p.1. tit. de clerico debitore, §.11. n.12. & 14.* Ratio eſt, quia in Legationibus Sedis Apoſtolicæ vertitur utilitas publica omnium Eccleſiarum, & agitur de recognitione ſubjectionis, & de compenſatione ſolicitudinis, quam omnes Eccleſiæ debent Apoſtolicæ Sedi, quæ aliundè non poteſt commodè ſuos Legatos ſuſtentare, ac ſubindè ne Legationes impediantur, meritò ab omnibus Eccleſiis procurationes ſolvuntur, ut intendit textus *in d. cap. accedentes*, ibi, *Quod omnibus imminet, &c.* Nec poteſt aliquis excuſari præſcriptione, quæ in iis terminis prohibetur in præjudicium Sedis Apoſtolicæ. Quam rationem ſatis expreſſit Pontifex *in d. cap. cum inſtantia, in fine princip.* obſervant Abb. *num.5.* & Felin. *num.6. in dict. cap. accedentes*, Non obſtat, quod privilegium, & præſcriptio æquiparantur, itaut ea quæ poſſunt privilegio acquiri, acquirantur etiam præſcriptione, *cap. ſuper*
16 *quibuſdam, § preterea de verbor. ſignific.* Sed privilegio quis valet eximi à procuratione debita Legatis Apoſtolicis, ut probatur *dict. cap. accedentes, & d. cap. cum inſtantia*: ergo & præſcriptione. Quia rejecta reſponſione Butrii, Abbat. *n.3.* & aliorum *ind. cap. accedentes*, & ejuſdem Abbat. *conſil.94. n.2.*
17 *lib.1.* dicentium præſcriptionem æquiparari privilegio, ubi præſcribitur cum ſcientia Principis, qui privilegium potuit concedere, argumento legis *alienationis 28. verſ. vix enim, ff. de verbor. ſignificat.* æquiparationem tamen non habere locum ubi præſcribitur ignorante Principe, ſed admitti privilegium, licèt præſcriptio improbatur & procedere textum *in dict. cap. accedentes*: meliùs reſpondetur ex mente aliorum dici poſſe præſcriptionem, & privilegium æquiparari in iis, in quibus præſcriptio ſpeciatim non reperitur prohibita; & ita procedere dictum caput *ſuper quibuſdam, verſ. præterea*, & jura ſimilia. Ubi verò præſcriptio ſpeciatim prohibita eſt, ut *in dict. cap. accedentes*, admitteretur privilegium, quia eſt actus emanans à Superiore cum cauſæ cognitione, in quo prohibitio locum non habet; non tammen admitteretur præſcriptio, quippe quæ contra prohibitionem non ſubſiſtit juxta *l. non dubium, C. de legibus.*

18 Habent Cardinales Legati privilegium utendi inſignibus Apoſtolicæ dignitatis, *cap. antiqua, de privileg.* dummodò exeat è territorio civitatis, ubi Pontifex reſidet: quæ licèt olim Legatis tantùm de latere mare tranſeuntibus concederentur, Cardinal. Jacobat. *de Concil. lib.1. art.1. n.258.* tamen hodie illis utuntur, etiamſi non tranſeant mare. Gambart. *de officio, & poteſtate Legati à latere, lib. . n.4.* ubi teſtatur ita vidiſſe ſervari pluries: refert Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib.7. q.12. n.7.* Machado *d. tract. 2. docum.2. num.3. verſ. el tercero.* Verùm ſi Cardinalis Monachus mittatur trans mare, poterit uti his inſignibus, Gambart. *dict. tract. lib.2. §. illud, n.24.* Flamin. Pariſ. *d. q.13. n.8.*

Hæc namque, præſente Legato de latere, Le- 19
gatus alius deferre, aut talibus uti, aut etiam Legationis officium exercere non poteſt, *cap. denique, 21. diſtinct.* Speculat. *n. §. ſequitur videre, n.4. de Legato*, ubi quod Legati de latere ſunt majo- 20
res, & digniores Legatis natis; & ideo nati non utuntur ſuis inſignibus nec exercent officium Legationis præſente Legato de latere: refert Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.19. n.5.* Hinc etiam 21
Epiſcopus in civitate, & Diœceſi, cui præeſt, non poteſt præſente Legato de latere benedicere populum, & defere veſtes, ſcilicet Mozzettam ſignificantem juriſdictionem illius ordinariam, quia in præſentia majoris deponitur poteſtas reverentialis minoris, licèt contentioſa non amittatur. Ita Firman. *de Epiſcopo, lib.4. part.1. num.4.* Stephan. Gratian. *d. deciſ.29. à princip.* ubi *num.14.* dicit quoad hoc ſufficere Legatum eſſe præſentem in civitate, cùm verbum *præſens*, etiam intelligatur de præſentia in loco, non autem ſolùm de præſentia temporali; & atteſtatur ſic fuiſſe mandatum obſervari per S. Congregationem Rituum.

Sunt autem inſignia hæc veſtis purpurea cum 22
veſte linea, ſive byſſina ſuperiori, pælafredus albus, frænum, & calcaria de aurata, ut tradunt Doctores *in d. cap. antiqua* & præcipuè Hoſtienſ. *n.12.* Butr. *n.10.* & Abb. *n.4.* Barbat. *de Cardin. Legat. q.1. num.4.* Gondiſalv. *in tract. de Legato à latere, cap.5. num.1.* Gambar. *d. lib.2. §. illud, n.21.* Læl. Zech. *de Repub. Eccleſ. tit. de ſtatu Illuſtriſſ. Legati, n.4. verſ. ulterius*, Guid. Pancirol. *var. lect. lib.1. cap.19.* Joan. Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcopum, p.2. fundament.1. n.23.* Flamin. Pariſ. *d. q.13. num.6.* Et cum his inſignibus proceſſiona- 23
liter intrant civitates, & oppida ſub pallio, ut refert Gondiſ. *loco proximè citato*, & ſic ingredientes clerus & populus ſolemni ſupplicatione & pompa excipiunt, Archiepiſcopi, & Legati alii minores crucis ſignum, quos ante ipſos deferri ſolet, deponunt, *dict. cap. antiqua*, Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ.18. auctoritas eſt, in fine*, Azor. *d. p.2. lib.5. cap.27. quæſt.7. verſ. ingreſſus.*

Legatorum auctoritas partim in jure commu- 24
ni continetur, & partim per comparationem cognoſcitur, quia Legatus à latere poteſt in ſua Provincia quicquid Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, Cuch. *in inſtit. major. lib.2. tit.5. n.83.* Nicol. Garc. *de benefic. part.1. cap.5. n.283.* Sanch. *de Matrim. lib.8. diſp.9. num.25.* Mandoſ. *reg.54. q.50. num.5.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſſ.25. num.15.* partim verò ex virtute litterarum Apoſtolicarum dependet, quæ eis in legatione traduntur: quæ quidem litteræ non Cardinalibus, ſed Legatis inferioribus dari ſolent, in quibus præcipua legationis cauſa apponitur, *cap. in primis, 2. q.1.* nec ſine litteris

debent

debent ad legationem proficiſci, ut eis fides adhibeatur, *cap.ſcitis*, 63.*diſt.c.Lugdunenſis* 9.*q.*2. Quæ ergo hujuſmodi Legatis, ſeu Nunciis committuntur, in ſuis litteris, ut dictum eſt, continentur: ſed ſi cum poteſtate Legati de latere dirigantur, ea auctoritas, quæ de jure communi Legatis de latere competit, eadem talibus conceſſa intelligitur.

25 Eſt igitur Legatorum de latere maxima auctoritas, & poteſtas, atque juriſdictio, in cujus tamen generali commiſſione non tranſeunt caſus Papæ reſervati, præcipuè in ſignum ſpecialis privilegii, *cap. quod tranſlationem*, & *b.* Gloſſ. *verb. reſervata*, *de offic. Legat.* Nicol. Boër. *in tract. de poteſt. Legati de latere*, *n.*24. Eraſm. à Chokier *de Juriſdict. Ordin. in exemptos*, *part* 1. *q.*3. *num.*15. & *p.*4. *queſt.*1. *num.*1. Anton.Monach. *Bonon. dec.*28. *num.*11. Non enim Legatus de latere venit appellatione Romani Pontificis, Gutier. *de Juram. confirm. p.*1. *cap.*5 .. *n.*6. 26 Nec facit idem tribunal cum Papa, Sbroz. *de Vicario Epiſcop. lib.*2.*q.*175. *n.*15. Narbona *de appellat. Vicarii ad Epiſcopum*, *p.*1. *n.*153. At ſi quæ erant ſpecialiter ſolita concedi Legatis, ea utique venirent in generali Legati mandato, quamvis eſſent de Papæ reſervatis, ut per *d.cap. quod tranſlationem*, tenet Gambar. *d. tract. lib.*2. *num.*121. ubi *n.*140. & 141. ſubdit, quod illæ facultates ſolitæ veniunt ipſo jure, nec eſt opus oſtendere proprias facultates; nam illæ æſtringuntur, ſecundùm quod communiter conſueverunt eas Legati exercere, ex eodem Gambar. *lib.*10. *n.*191. & 195. verùm ejus poteſtas, atque juriſdictio conſiſtit præcipuè in octo caſibus, vel negotiis, in quibus cæteros Legatos antecedunt, quamvis Legatorum natorum magna videatur auctoritas.

Primò enim, in abſolutionibus excommunicatorum, 27 maximè pro violenta manuum injectione in Clericos, Legati de latere poteſtatem ſuper cæteros obtinent; poſſunt enim tales etiam undecumque venientes abſolvere, quod aliis eſt denegatum, *cap. quod tranſlationem*, *cap. ex numeratis*, & ibi Gloſſ. *verb. mittitur*, *de officio Legati*, *cap. ad eminentiam*, *de ſent. excom.* Gambar. *de officio Legati de latere*, *lib.*8. *de poteſt. Legati in abſolvendo ab excommunicatione*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.*2. *cap.*49. *num.*58. Machado *d.tract.*2.*docum.*3. *num.*2. *verſ. el primero*, Pacian. *de probat. lib.*2. *c.*33. *n.*24. Azor. *Inſtit. moral. p.*2. *lib.*5. *c.*32. *q.*6. ubi ampliat etiamſi atrox ſit injuria, vel læſio enormis; & addit *per d.c. ad eminentiam*, *de ſent.excom.* quod Legatus poteſt abſolvere ab aliis excommunicationibus Papæ reſervatis, & ulteriùs declarat per *Clem.gravis*, *illo tit.* niſi fuerit excommunicatio ita Papæ reſervata, ut in ipſa Conſtitutione expreſsè dicatur, quod à nullo alio niſi à Papa poſſit abſolvi.

28 Secundò, in collationibus beneficiorum, quia Legatus de Latere beneficia in provincia ſibi decreta exiſtentia poteſt conferre, *cap* 1.*cap.preſenti*, *de offic. Legati*, Gig. *de penſion. q.*6. *n.*18. *cum ſeqq.* Rebuff. *in praxi benef. tit. forma Vcariatûs*, *num.*70. Gambar. *de officio Legati à latere*, *lib.*3. *n.*31. Læl. Zech. *de benef & penſion. Eccleſ. cap.*2. *verſ. Legati etiam*, Azeved. *ad rub. tit.*8. *n.*2. *lib.*6. *nova Recop.* Azor. *inſtit.moral. p.*2. *lib.*5. *c.*28. *q.*1. & *lib.*6. *c.*25. *q.*6. Gonzal. *ad reg.*8 *Cancell. gloſ.*23. *n.*2. Machado *d. docum.*3. *n.*3. *verſ. el ſegundo*, Rot. apud Farinac. *deciſ.*624. *in* 1. *collect. noviſſim. aliàs p.*4. *diverſ.* & 29 poteſt concurrere cum quolibet Ordinario, ſicut Papa, itaut inter eos ſit locus præventioni, *cap. ſi à Sede Apoſt. de prabend. in* 6. Gloſſ. finalis *in d.cap.*1. *de offic. Legati lib.*6. Petr.Gregor. *de re benef. cap.*38. *n.*6. Quintanad. *lib.*1. *Eccl. cap.*5. *n.*3. Rebuff. *in tract. nomin. q* 17. *num.*16. *verſ.*2. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* § 2. *proœm. n.*54. & § 3. *proœm. n.*7. Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *cap.*1. *n.*40. Azor. *d. lib.*6. *c.*25. *q.*6. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.*2. *c.*5 *n.*9. Eraſm. à Chokier *d. p.*2. *q.*2. *à num.*18 Scip. de Rubeis *in aphor. Epiſc. verb. Legatus*, *n.*4. nullo ad hoc requiſito Epiſcopi conſenſu, *c. dilectus*, *de offic. Legati*, Gig. *de penſion. q.*6. *n.*18. Mandoſ. *reg.*13. *Cancel q.*5. *n.*2 Gom. *in reg. de non judicando*, *n.*2. Rebuff. *in praxi*, *tit. de collat. n.*3. Verùm illud eſt advertendum, quod Rota non conſuevit ſtare proviſionibus Legatorum, & aliorum privilegiatorum factis ſine teſtibus in concurſu Apoſtolici, propter præſumptionem antedationis, Mohed. *dec.*1. *n.*1. *de offic. deleg.* Theodoſ. de Rubeis *in ſingularib. Rota p.*2. *verb. Proviſio*, *§.*1. *pag.*86.

Amplia primò, procedere in beneficiis ſpectantibus etiam ad collationem exemptorum, ut per 30
Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collat §. item circa verba Legatorum.* Gamb. *d. lib.*3. *n.*11. Selv. *de benef p.*9. *q.*66. Corraſ. *de benef. c.*5. *n.*4. Nicol. Garc. *d p.*5. *c.*1. *n.*19. ubi *n.*20. cum Gamb. *d lib* 2. *n.*94. ſubdit 31
procedere, quamvis ipſa beneficia ſint etiam exempta, quod etiam reſolvit Eraſm. à Chokier, *de juriſdict Ordin. in exemptos*, *p.*4. *q.*26.

Amplia ſecundò, procedere etiam in beneficiis, 32
quorum collatio ſit ad Sedem Apoſtolicam devoluta, *cap. pen. de prabend. gloſſ. fin. in d.cap.*1. *de offic. Legati*, *in* 6. ubi Archidiac. Domin. & Franch. *n.*6. Villad. *de Legat. q.*9. *à n.*3. Gamb. *d. lib.*3. *n.*13. & 614. Petr. Greg. *de benef. cap.*2 *n.*4. Selva *de benef. p.*2. *q.*3. *n.*17. Læl. Zech. *de Repub. Eccl. tit. de ſtatu Illuſtriſſ. Legati*, *ſub n.*4 *verſ. tertiò poteſt*, & *de benef. c.*2. *verſ. Legati etiam.* Nicol. Garc. *d.p* 5. *c.*1. *n.*21. Azor. *d. p.*1. *lib.*5. *c.*28. *q.*14. Sebaſt. Cæſ. *p.*1. *diſp.*3. *§.*2. *n.*7.

Intellige etiamſi beneficia devoluta ſint ad Papam ex propria negligentia, Put. *deciſ.*266. *aliàs* 33.
258. *in correctis*, *lib.*2. Card. *in Clem. ſi de beneficio*, *in* 5. *q. n.*54. *verſ. concludo*, *de prabend.* Selv. *d. q.*3. *col. fin. verſ. item iſtum articulum*, Theodoſ. de Rubeis *ſingul. Rota tom.*2. *p.*3. *ſub tit. Bonfacius de Vitalinis*, *pag.*160. Et ratio eſt, quia ſicut quando devolvitur ad Archiepiſcopum ex propria negligentia, Legatus concurrit cum eo; ita quando devolvitur ad Papam etiam Legatus jure legationis concurret cum Papa, ut notat additio marginalis *ad dict. deciſ.*258. *Putei.* Cùm ergo Legatus poſſit conferre beneficia devoluta ex propria negligentia, verum eſt non currere ſibi tempus ſex menſium ad conferendum, ſicut currit aliis Ordinariis, ut *in cap.*1. *de conceſſ. prabend.* Ita Gambar. *d. lib.*3. *n.*14. & 622. Nicol. Garc. *dict. cap.*3. *ex num.*22.

Intellige etiam ut Legatus non poſſit conferre 34
beneficia ad Epiſcopum devoluta ex negligentia Prælati Regulatis exempti, quæ Epiſcopus confert auctoritate Apoſt. *Clem.*1. *de ſuppl. neglig. Prælat.* Selv. *d. q.*66. *n.*2. Rebuff. *in praxi*, *tit. de devolut. n.*37. & *in reper. cap.*2. *de conceſſ. prabend. circa fin. verſ.*14. *queritur.* Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcopal. verb. Legatus*, *num.*8. Nicol. Garc. *d.p.*5. *c.*1. *n.*32. 33. & 34. affirmantes, poſſe tamen Legatum illa beneficia conferre ante devolutionem ad Epiſcopum, & poſt devolutionem ab Epiſcopo ex ejus negligentia factam ad Papam.

35 Intellige tandem poſſe Legatum conferre beneficia ſuæ Provinciæ, quamvis devoluta ad Prælatum extra ſuam legationem, ut contra Mochedan. *deciſ. 3. de offic. deleg. aliàs 266.* & Rebuff. *in concord. tit. de Regia ad Prælaturas nominat. §. 1. verb. intra ſex menſes, verſ. Legatus verò*, benè reſolvunt Gambar. *d. lib. 3. num 22.* Azor. *d. cap. 28. q. 12.* &
36 Nicol. Garc. *d. p. 5. n. 7.* ubi *n. 20.* ſubdit è converſo Legatum non poſſe conferre beneficia, quæ eſſent extra Provinciam, & per devolutionem, vel aliàs ſpectarent ad collationem alicujus Prælati de Provincia. Ratio verò deſumitur ex infrà dicendis *ampl. 3.*

37 Amplia tertiò, procedere etiamſi beneficia intra Provinciam exiſtentia ſpectarent ad collationem Cleticorum alterius Provinciæ, ut per Roman. *conſ. 361.* ubi Mandoſ. *lit. A*, Selv. *d. p. 2. q. 5. n. 38.* Lambert. *de Iurepatron. 3. p. l. 2. q. 8. art. 5.* Roch. *in ſimili tract. verb. honorificum, num. 11.* Læl. Zech. *d. tit. de ſtatu illuſtr. Legati, n. 4. verſ. quinto poteſt*, Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 7.* Azor. *d. lib. 5. c. 28. q. 13.* & rationem ex aliis aſſignat Garc. *d. loco, num. 28.* quia in materia collationis attenditur locus ubi ſitum eſt beneficium, & non locus ubi eſt perſona, ad quam ſpectat collatio, & attenditur beneficium, non perſona negligens.

38 Amplia quartò, procedere in beneficiis etiam Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſeu Clericorum, *cap. dilectus, de offic. Legati, cap. cum dilectus, de Iurepatron.* Lambertin. *de Iurepatron. 1. p. 1. lib. q. 1. art. 6. n. 3 & 4. p. 2. lib. q. 8. art. 1. & q. 9. art. 1. n. 2.* Paul. de Citad. *eod. tract. p. 7. n. 16.* Roch. *in ſimili tract. verb. honorificum, q. 5. n. 10.* Rebuff. *in praxi, p. 3. ſignat. verb. necnon Juriſpatronatus, num. 6.* Gambar. *lib. 3. num. 9. & 239.* Covar. *pract. cap. 36. n. 1. col. 3.* Cuch. *inſtit. major. lib. 2. tit. 5. n. 68.* Læl. Zech. *de Repub. Eccleſ. tit. de ſtat. illuſtriſſ. Legati, n. 4. verſ. ſecundò poteſt, & de benef. & penſion. cap. 1. verſ. Legati etiam*, Azor. *d. p. 2. lib. 5. cap. 28. q. 2.* Sebaſt. Cæſ. *d. p. 1. diſp. 3. §. 2. n. 6.* Nicol Garc. *d. p. 5. c. 1. n. 17.* ubi *n. 18.* poſt Covar. Rebuff. & alios, hoc intelligit etiam non factâ mentione, nec derogatione Juriſpatronatus. Dicitur autem Juſpatronatus Eccleſiaſticum, quod fundatur ex bonis intuitu Eccleſiæ quæſiti. Gloſſ. *verb. in conceſſione, verſ. ſi verò pertinet, in d. cap. dilectus*, Covar. *d. c. 36. n. 5. verſ. 2.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 2. q. 4. à num 39.* Gonzal. *ad reg. Cancel. gloſſ. 8. n. 5.* & infrà latiùs ſuo loco.

39

40 Amplia quintò, ut poſſit Legatus de latere iſta facere exiſtens etiam extra Provinciam. Gloſſ. *in c. nemo, de offic. Legati*, Selv. *p. 3. q. 63. n. 1.* Gambar. *d. lib. 5. n. 24. & 610.* Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 1. n. 3.* Azor. *d. lib. 5. c. 28. q. 19.*

41 Limita primò, ſupradictam ſecundo loco firmatam concluſionem, ut Legatus de latere non poſſit conferre Eccleſias Cathedrales, vel Regulares, aut Collegiatas, ſeu ipſarum Cathedralium majores poſt Pontificalem electivas, *cap. deliberatione, de offic. Legati lib. 6.* Corraſ. *de benefic. cap. 4. n. 10.* Nicol Garc. *d. p. 5. c. 1 n. 42.* Azor. *d. cap. 28. q. 16.* ubi ſubdit ſecus eſſe ſi Collegiatæ ſint tantùm habitu, & non actu; vel ſi Collegium fuerit Superioris auctoritate ſublatum, *& in verſ. dubia*, poſt Gamb. *d. lib. 3. n. 95. cum ſeqq.* ſecus etiam dicit, ſi Eccleſiæ Collegiatæ, vel Regulares electivæ non fuerint.

42 Limita ſecundò, ut non poſſit conferre beneficia reſervata. Gloſſ. *fin. in d. c. 1. de offic. Legati, lib. 6.* Corraſ. *d. cap. 3. n. 7. & 10.* Gambar. *d. lib. 3. à n. 116.* Creſcent. *dec. 20. n. 3. de prabend.* Nicol. Garc. *d. c. 1. num. 53.* Azor. *d. cap. 28. q. 15.* Anaſtaſ. Germon. *de indultis Card. §. ac irritum, ex n. 44. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 2. ex num. 44.* Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 1974. verſ. 3* Sebaſt. Cæſ. *d. diſp. 3. § 2 n. 9.* etiam in ſex menſibus alternativæ Epiſcopi illam habentis propter decretum irritans, quod ligat Legatum etiam à latere, ut tenet Nicol. Garc. *d. cap. 1. n. 45.* Nam regula de menſibus, & alternativa dum præſervat Cardinales, intelligenda eſt de Cardinalibus, qui ſunt Ordinarii collatores, ut Epiſcopi; non de Cardinalibus Legatis. Gonzal. *d. gloſſ. 24. ex n. 38.* Monet. *de opt. Canon. cap. 3. quæſt. 3. n. 87.* Et addit idem Garc. *ubi ſup. num. 54. & 55.* quòd ſi Legato conceſſa ſit facultas conferendi beneficia qualitercumque vacantia, non poterit conferre beneficia reſervata, *ſive generaliter, ſive ſpecialiter*: & quod ſi Legatus habeat facultatem conferendi beneficia reſervata, non propterea poteſt conferre beneficia vacantia in Curia, niſi ſpecialiter, & expreſsè ſit conceſſum. 43

Limita tertiò, ut non poſſit Legatus à latere conferre beneficia Juriſpatronatus laïcorum. Gloſſ. *verb. Apoſtolicis, in Clem. per litteras, de prabend.* Paul. de Citadin. *d. p. 7. n. 16.* Roch. *d. verb honorificum, num. 8.* Rebuff. *in praxi 3. p. reſignat. verb. necnon Juriſpatron. n. 30.* Gambar. *d. lib. 5. num. 239. cum ſeqq.* Cuch. *inſtit. major. lib. 2. tit. 5. n. 77.* Cravet. *conſ. 63. num. 6. conſ. 82. n. 10.* Corraſ. *d. cap. 3. num. 11. & 12.* Azor. *d. lib. 5. cap. 29. q. 27.* Sebaſt. Cæſ. *diſp. 3. §. 2. num. 8.* Nicol. Garc. *d. cap. 1. n. 63.* ubi *n. 64.* poſt Lambert. & Gambar. reſolvit proviſionem beneficii Juriſpatronatus laïcorum factam à Legato ſine præſentatione, aut conſenſu Patroni eſſe nullam; ſuſtineri tamen illo non reclamante intra tempus ad præſentandum: *& n. 66.* ſubdit, quod rectè poterit Legatus conferre beneficia Juriſpatronatus laïcorum devoluta ad Epiſcopum ex negligentia Patroni. 44

Intellige limitationem etiam procedere in beneficiis Juriſpatronatus mixti, quia adhuc Legatus non poterit ea conferre. Selv. *p. 2. quæſt. 3. n. 39. & p. 3. q. 11. num. 17. & 18.* Gamb. *d. lib. 3. à n. 355.* Cov. *pract. cap. 36. num. 5.* Cevall. *commun. q. 613.* Nicol. Garc. *d. cap. 1. num. 67.* Cabed. *de Patron. Regia Corona, cap. 35. n. 5.* Azor. *d. p. 2. lib. 5. cap. 28. q. 2. & lib. 6. c. 25. q. 7.* Card. Tuſch. *lit. L. concl. 172. num. 10.* & idem Garc. *n. 69. citato loco*, id ipſum intelligit, quamvis Juſpatronatus eſſet commune Laïcis, & Clericis, & Clerici haberent plures voces. 45

Sublimita, ut non procedat in beneficiis Juriſpatronatus Laïcorum ex privilegio, vel præſcriptione; nam iſta benè poteſt Legatus conferre, nec oportet aliter derogare tali jutipatronatus, nece de eo facere mentionem, ex quo ceſſat ratio retractionis à fundatione, & dotatione. Ita Cravet. *dict. conſ 63. num. 6.* Roch. *dict. verb. honorificum, num. 12.* Gambar. *d. lib. 3. num. 245. & 251.* Covar. *d. cap. 36. num. 6.* Cevall. *d. quæſt 613.* Garc. *d. cap. 1. num. 72.* Azor. *dict. cap. 28. q. 2. verſ. cæterùm, & lib. 6. cap. 25. q. 7.* Card. Tuſch. *d. lit. L, concluſ. 169. num. 6.* 46

Limita quartò, ut Legatus non poſſit conferre beneficia, quæ ad Epiſcopi collationem ſpectant jure ſpeciali, ſeu delegato; cùm iſto in caſu major, & excellentior ſit ipſo Legato. Etaſm. à Chokier *de Iuriſd. Ord. in exempt. p. 2. q. 2. n. 22. per cap. ſtudui-ſti, de offic. Legati, cap. ſanè, de offic. deleg.* 47

Limita

48 Limita quintò, ut Legatus non possit conferre beneficia litigiosa, *cap. 1. & 2. ut lite pend. in 6.* Lancel. *de attent. p. 2. in præfat. n. 617.* Garc. *d. c. 1. n. 56.* Rot. *decis. 198. lib 3. p 3. divers.*

49 Beneficii collatio facta à Legato ei, qui tacet se habere aliud beneficium, est subreptitia, & nulla; sicut illa, quæ fit à Papa, *cap. collatio, ult. de offic. Legat, lib 6.* Cardin. *in Clem. 2. de offic. ordin. ex n. 1.* Staphil. *de litteris Gratiæ, tit. de offic. & potest. Legati de Latere, n. 38.* Rebuff. *in praxi, p. 3 signature, §. 9. n. 22.* Xuar. *alleg. 12. n. 34.* Menoch. *de arbitr. casu 20. n 50.* cùm secus sit in provisione facta ab

50 Ordinario, ille enim providet Motu proprio Ecclesiis; & idcò ab eo provisus nihil tenetur ad justificationem suæ gratiæ probare, ut benè resolvunt Fel. *in cap. ad aures, n. 15. de rescript.* Card. *in d. Clem. 2. n. 15.* Selv. *de benefic. p. 3. q. 23.* Seraphin. *dec. 1026. n. 3. & dec. 1467. n. 1.* Rot. *dec. 196. n. 1. p. 2. recentior. & in Placentina Canonic. 14. Januar. 1600. coram Card. Lancelloto, & in Leodiensi Canonicatus S. Dionysii. 27. Mart. 1625. coram R. D. meo Coccino Decano, & in eadem 25. Maii 1626. coram R. P. D. meo Pironano.* Ratio differentiæ est, quia Ordinarius magis deliberatus est, & certus in beneficiis quæ ad dispensationem suam spectant, quàm Pontifex in beneficiis totius Orbis, vel Legatus respectu totius Provinciæ suæ: ac proinde in Ordinario subreptio non præsumitur, sicut in Pontifice, & Legato, qui majoribus negotiis implicati non sic omnes subditos noros habent, sicut Ordinarius.

51 Utrùm autem Legatus conferre possit beneficium cum clausula *Motu proprio*, absque eo quod de alio in gratia mentio reperiatur? Domin. *num. 4.* Anchar. *in princip. cap. si Motu proprio, de prabend. lib. 6.* existimant non valere gratiam à Legato factam, cum Glossa *Motu proprio*: patet ibi, *Conferamus*; ac proindè videtur dicendum contrarium in Legato simili modo gratiam ad beneficium concedente, juxta doctrinam glossæ receptæ *vers. cùm se facultat, in cap. dilectus, 19. de prabend.* tradit Rebuff. *praxi, tit. requisita ad collationem, num. 41. & tit. dispensatio ad plura benef. num. 25.* & constat dari legem, quæ constituit non aliter valere gratiam ad beneficium factam à Legato, nisi de beneficio obtento specialis mentio in gratia habeatur, pro ut expressè probat textus *in d. c. ult. & in d. Clem. 2.*

Contrariam tamen sententiam tenuit glossa *verb. mentio, in d. cap. ult.* quam sequuntur Abb. *in cap. tuam, num. 1. de etate & qual.* Card. *in d. Clem 2. n. 3.* Mandos. *in reg. 16. Cancel. q. 8. n. 3* & est verior. Pro qua facit textus *in d. cap. tuam*, ubi Legatus clausula *Motus proprii* usus est, & à Romano Pontifice approbatur. Facit rursus, quia non debet esse deteriotis conditionis Legatus, quàm alius Ordinarius inferior, juxta textum, *in cap. 2. de offic. Legati, lib. 6.* & constat alios Ordinarios posse beneficia conferre illis personis, qui alia obtinent beneficia, ut suprà ostendimus. Igitur cùm per clausulam *Motus proprii* nihil aliud ostendatur, quàm quod vult beneficium conferre, licèt aliud obtineatur; meritò dicendum est Legatum cum tali clausula posse gratiam ad beneficium concedere. Non obstant in contrarium suprà adducta: ad primum enim de textu *in d. cap. si Motu proprio*, dicendum est, quod licèt textus ille in Pontifice loquatur, non tamen Legatum excludere censetur, qui similiter per prædictam clausulam, vel aliam potest suam voluntatem ostendere. Ad secundum *de d. Clem. 2.* dicendum est, verum quidem esse, quod in collatione Legati mentio desideratur, eo quòd sicut Papa, ita Legatus ob negotiorum multitudinem notitiam habere non censetur; quæ quidem notitia datur, quando in gratia prædicta clausula illa continetur, eo quòd stante illa concedit, licèt aliud obtineatur beneficium.

Hucusque dicta de potestate Legati à Latere 52
circa beneficia conferenda, ad alios, sive missi, sive nati sint, extendi non debent; quippe quod conferendi beneficia nullam habent potestatem, nisi hoc eis specialiter sit indultum, *cap. litteras, de supp. neglig. Prel. d. c. 1. de offic. Legati, lib. 6.* vel nisi sint missi cum potestate, seu auctoritate Legati à Latere; tales enim sine alia speciali facultate possunt beneficia conferre. Dec. *cons. 128. licèt in casu, n. 1.* Gig. *de pension. quæst. 6. num. 19* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 25. n. 15.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 1. n. 81.* Hodie tamen hujusmodi Nun- 53
ciis cum potestate Legati à Latere missis conceditur facultas restricta ad beneficia ecclesiastica simplicia per obitum extra Romanam Curiam vacatura, quæ non excedunt valorem 24. ducatorum auri de Camera, computatis distributionibus; extra tamen Metropolitanas, & alias Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias, ut per Cæs. de Grassis *decis. 7. & 9. de prabend.* Nicol. Garc. *dict. c. 1. num. 84.* ubi ponit tenorem facultatum Nuncii Hispaniarum circa collationes beneficiorum, *& eiusmodi sequentib.* circa intellectum hujusmodi facultatum plura scitu dignissima adducit, vide apud illum.

Tertiò, magna est potestas Legati de Latere in 54
reservandis sibi beneficiis, & in eis commendandis, uniendis, resignandis, & pensionibus imponendis.

In primis, quoad reservationem sciendum est Legatum beneficia reservare posse, quorum conferendorum jus, & potestatem habet, *cap. deliberatione, de offic. Legati, lib. 6.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib 5. cap. 29. q. 1.* Sebast. Cæl. *d. disp. 5. num. 10.* itaut pendente una reservatione in aliqua Diœcesi, non faciat aliam, *cap. præsenti, eod. tit.* & notat Azor. *d. c. 29 quæst. 5.* primam reservationem tandiu pendere, quandiu non est beneficium collatum, quia tandiù prima reservatio extincta non est, quandiù effectum non est sortita; si tamen lis super beneficio reservato, & jam collato moveatur, cum finalis sententia inspicienda sit, juxta regulam textus *in cap. fraternitatis, de frig. & malefic.* adhuc illa prior reservatio dicitur pendere, ut advertunt Domin. *num. 2.* & Franch. *n. 1. in d. cap. præsenti.* Ratio autem principalis resolutionis est, quia quandiu plures pendent reservationes, impossibile esset ut Ordinarius conferre possit; imò totaliter, & penitùs facultas conferendi illi aufertur, quod non sic erit, quando una reservatio tantùm efficitur, quam finitâ, seu sortitâ effectum, licèt Legatus possit conferre, aut reservare, nihilominus tamen interim manet locus, seu tempus, in quo prævenendo futuram collationem, seu reservationem, potest Ordinarius beneficium conferre.

Amplia, ut etiam beneficia vacatura Legatus 55
suæ possit reservare collationi, ut benè resolvunt Simoner. *de reservation. q. 1. n. 7. & q. 64.* Æneas de Falconib. *in simil. tract. q. 2.* Corras. *de benef. cap. 3. num. 4.* Cuch. *instit. major. lib. 2. tit. 3. n. 73.* Læl. Zech. *cap. 2. de benef. & pension. vers. Legati.* Petr. Gregor. *de benef. cap. 24.* Azor. *d. cap. 29. q. 1.* Sebast. Cæs. *ubi proxim.* Nicol. Garc. *d. part. 5. cap. 1. ex num. 35.* Et quamvis possit Legatus reser-

beneficia vacatura suæ collationi pro certa persona, ut *in cap. dilectus, de jurepatron.* Sebast. Cæs. *d.p. 1. disp. 3. §. 2. n. 11.* ei tamen nullum jus in re, nec ad rem quæritur, quia non potest dare jus ad vacaturum, ut *in cap. dilectus, §. 1. de prabend.* & ideo potest variare, & alteri conferre. Abb. *in d. cap. dilectus, n. 3.* Nicol. Garc. *d. cap. 1. n. 38.* Azor. *d. lib. 5. cap. 29. q. 1.*

56 Verùm finito Legationis officio, reservationes per Legatum factas expirare tenet Glossa *verb. finitur*, per textum ibi, *in cap. præsenti, de offic. Legati lib. 6.* ubi Anchar. *n. 1.* Domin. *n. 4.* & Franch. *n. 3.* Selv. *de benefic. p. 3. q. 66. à n. 4.* Simonet. *de reservat. q. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 27. num. 11.* Ratio est, quia reservatio actus est nemini gratiosus, ex quo nulli jus aliquod acquiritur; imò Ordinariis maximè præjudicialis exitit, ac proinde nil mirum, si finito Legationis officio, veluti odiosa cessare debeat, juxta regulam *Odia, de regul. Juris, lib 6. & simil.* Non obstat regula legis *falso, Cod. de diverf. rescript.* ubi habetur, quod gratia maximè à Principe facta debet perpetuò permanere. Quia respondetur textum illum loqui in rescriptis, & mandatis, quibus Judices delegantur ad justitiam partibus ministrandam; quæ quidem rescripta licèt re integra finito committentis officio personaliter exspirent, nihilominus adhuc perpetua dicuntur, eo quòd ad certum aliquod tempus præfinita non sunt, juxta textum ubi notatur *in cap. si gratiosè, de rescript. lib. 6.* Sic aliàs beneficium ecclesiasticum ea de causâ perpetuum esse dicitur, ut est de ejus definitione, licèt per renunciationem, delictum, seu alios modos à possidente auferatur, juxta notata *in cap. cùm ad Monasterium, verf. nec alicui, de statu Monach.*

57 Unde provenit, ut omnia quæ ad reservationem exequendam gesta fuerint, si beneficium collatum non est, quocumque statu reperiantur, finito Legationis officio expirare dicantur, sive ab eodem Legato, sive ab illius executore processerint; ut tenent Doctores suprà citati. Nec refragatur textus *in cap. si super gratia 9. de offic. deleg. lib. 6.* ubi dicitur potestatem executoris ad gratiam exequendam non expirare, etiam re integra per mortem concedentis. Quia respondetur textum illum agere de gratia jam facta, in qua potestas executorialis data fuit: patet ibi, *ab Apostolica Sede facta*, quæ quidem etiam re integrâ morte concedentis non expirat, juxta suprà resoluta, ac subinde nec illius potestas executorialis expirare debet, tanquam illius accessorium, ut textus ille habet.

58 In commendandis verò beneficiis Legatus à latere non minimam habet potestatem, illa enim, si Parochialia fuerint, commendare potest ad tempus, videlicet ad sex menses, ut benè resolvunt Gambar. *de offic. & potestate Legati à latere, lib. 4. n. 143.* Azor. *d. part. 2. lib. 5. cap. 29. q. 6.* quoniam id juris, & potestatis habet Episcopus, *cap. nemo, de elect. lib. 6. collect. num. 4.* citavi plures Doctores, & dixi *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg 59. num. 15.* & finito uno semestri, si adhuc duret eadem necessitas, vel utilitas, poterunt hujusmodi beneficia per alium semestrem commendari, secundùm Gloss. *verb. durante, in d. cap. nemo.* Gonzal. *ad reg 8. Cancell. glos. 588. num. 55.* Azor. *d. cap. 29. q. 7.* Ego ipse *d. alleg 59. num. 14. in fine.* Et procedunt suprædicta, quamvis beneficia sint ad Papam devoluta, ut per Rebuff. *in praxi, part 1. titul. de commenda, n. 56.* Azor. *dict. cap. 29. q. 13.* nam & hæc conferre potest, ut dixi *suprà ampl. 2.* & quamvis sint Juris patronatus Ecclesiastici, etiam inscio, & posthabito Patrono, ex eodem Azor. *d. cap. 29. quæst. 11.* junctis iis, quæ suprà resolvimus *ampl. 4. limit. 4.*

In perpetuum autem Parochiale, seu aliud quodvis beneficium commendare non poterit Legatus à latere, nisi hoc habeat in facultatibus, Azor. *d. lib. 5. c. 29. q. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 4. cap. 4. n. 23.* quicquid dicat Læl. Zech. *de benefic. & pension. c. 7. n. 2.* quia solius est Papæ commendare beneficia in perpetuum, hoc est ad vitam Clerici, cui commendatur. Mandos. *reg. 32. q. 7. n. 5.* Gambar. *d. lib. 4. n. 162. & seq.* Garc. *citato loco, n. 22.* Azor. *d. q. 8.* Nec etiam poterit Ecclesias Regulares commendare Clericis secularibus, aut è converso, Gambar. *d. lib. 4. num. 197.* Azor. *d. c. 29. q. 9.* ubi subdit propterea in facultatibus, quæ solent concedi Legatis, contineri eam ut possit commendare beneficia Regularia secularibus, & sæcularia Regularibus. 59 60

In uniendis beneficiis Provinciæ, seu Legationis, facultatem habet Legatus à latere, absque tamen præjudicio Episcopi, quia omnia potest in sua Provincia, quicquid Episcopi in suis Diœcesibus. Quare ita resolvunt Specul. *tit. de Legato, §. nunc ostendendum, n. 4. verf. 5.* Abb. *in cap. sicut unire, n. 5. de excessib. Prælat. & in cap. fin. d. confirm. utili, num. 8* ubi Card. *n. 1.* Imol. *in fine dec. à num. 19.* Villadieg. *de Legato, q. 9. à n. 82.* Rebuff. *in praxi, tit. de unionibus, n. 14. & in reg de unionib. gloss. 11. num. 13. & à num. 14* Hojed. *de incompat. benef. p. 2. c. 3. n. 7. verf. ulteriùs Legatus*, Gambar. *de offic. & potestate Legati à latere, lib. 5.* ubi *de potestate Legati in uniendo beneficia, n. 40. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 2 lib 6. cap. 28. q. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. cap. 2. num. 65.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 158.* Joan. à Gochier. *in reg. 22. Cancel. de unionib. sub num. 33.* Quamvis contrarium tenuerit in dicto *c. fin.* Butr. *num. ult.* Host. *num. 1.* & Joan. Andr. *num. 2.* Marc. Socin. *in dict. cap sicut unire, art. 3.* Pro quibus non facit illud caput fin. dum ibi non approbatur unio facta per Legatum de latere. Quia respondetur hoc ideo factum fuisse, quia unio, de qua ibi mentio fit, præjudicabat juribus Episcopi; importabat enim plenam exemptionem in temporalibus, & spiritualibus, ut benè advertit Sanch. *citato loco.* 61

Hæc uniendi potestas concessa Legato à latere in multis ampliatur, & in aliis restringitur. Ampliatur ut possit unire beneficia regularia, si electiva non sint, Bonif. *in Clement. 1. §. ad hæc, de statu Monach.* Azor. *dict. part. 2. lib. 5. cap. 29. quæst. 22.* 62

Item ut possit unire Ecclesiam unius Diœcesis Ecclesiæ alterius, si subsit justa, & debita causa, & dummodò Episcopo Ecclesiæ unitæ sua jura non adimantur. Gambar. *dict. lib. 5. num. 106.* Azor. *dict. cap. 29. q. 21.* Item ut possit unire Ecclesiam secularem Monasterio, ita ut per Monachum regatur, ex causa tamen magni momenti, & vocatis, quorum interest, dummodò nihil detogetur juri Episcopi, Gambar. *dict. lib. 5. num. 105.* Azor. *dict. cap. 29. q. 20.* ubi *q. 17.* resolvit, an & quando Legatus unire possit beneficia Papæ reservata? Utrùm autem Ecclesiam sibi subjectam jure Legationis possit unire Ecclesiæ immediatè Papæ subjectæ, vide Etasm. à Chokier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, part. 4. q. 31. num. 8.* ubi negativè resolvit. 63 64

Restrin

66 Reſtringitur verò quoad Eccleſias Cathedrales, Collegiatas, Regulares, vel dignitates, quæ ſunt electivæ, quia *in cap. deliberationem, de offic. Legati in 6.* prohibetur Legato ne ſe in hujuſmodi beneficiis ingerat aliquando ordinando. Gambar. *dict. lib. 5. n. 62.* Azor. *d. cap. 29. quæſt. 15.* Item

67 quoad Eccleſiam in qua Laïcus habet Juſpatronatus ſine conſenſu patroni, Azor. *d. c. 29. quæſt. 16.* intelligendo ſecundum ea quæ dixi *ſuprà limit. 3. num. 44.*

68 In reſignationibus beneficiorum recipiendis, Legati à Latere habent auctoritatem, & ideo coram eis fieri poſſe reſolvunt Abb. *in cap. uit. n. 4. de renunc.* Rebuff. *in praxi, tit. de renunc. condit. num. 5.* Gambar. *de off. & poteſt. Legati de Latere, lib. 6. de penſionib. n. 163 & ſeq.* Flamin. Pariſ. *de reſig. benef. lib. 7. q. 13. n. 15.*

69 Hinc eſt, quod poſſit auctoritatem præſtare permutationibus beneficiorum, Bellam. *in tract. de permut. part. 1. q. 6.* Gambar. *lib. 5. tit. de permut. n. 2. cum ſeqq.* Flamin. Pariſ. *d. q. 13. n. 16.* Azor. *d. p. 2. lib. 7. c. 29. q. 4.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 4. n. 61.* dummodò fiat mentio de qualitatibus beneficii aliàs de jure, vel ſtylo exprimendis, ut obſervat Nicol. Garc. *d. cap. 4. n. 92.*

70 Declarat tamen Flamin. Pariſ. *d. q. 13. n. 17. & 18.* poſt Rebuff. & Gambar. *citatis locis*, ut Legatus à Latere poſſit recipere reſignationes beneficiorum ſimpliciter, non autem in favorem, vel cum penſione; & quod etiam non poſſit committere receptionem reſignationis, & collationem ipſius.

71 In penſionibus imponendis Legatus de Latere habet auctoritatem, ut per Gig. *de penſionib. q. 6. n. 18. & 19.* Læl. Zech. *de benef. & penſionib. c. 11. n. 5.* Nicol. Garc. *d. tract. de benef. part. 1. c. 5. ex n. 181.* Sebaſt. Cæſ. *d. p. 1. diſp. 3. §. 2. n. 14.* qui tamen reſolvunt, non poſſe penſionem imponere in beneficiis reſervatis; vel quæ aliàs ad ejus proviſionem non ſpectant.

72 Quartò, Legatus de Latere circa diſpenſationes concedendas tantùm poteſt in ſua Provincia, quantum Epiſcopus in ſua Diœceſi, ut per Covar. *de ſponſal. part. 2. cap. 6 §. 10. n. 11.* Henriq. *in ſum. lib. 12. c. 2. in princ.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 9. num. 25.* & quæ ſit ejus facultas in reſtituendo ſpurios, & alios illegitimè natos legitimis natalibus, latè tradit Azor. *dict. part. 2. lib. 5. cap 30. per totum.*

73 Unde reſpectu Provinciæ ſuæ legationis poteſt intereſſe matrimoniis, & aliis licentiam intereſſenti concedere, ut reſolvunt Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 18. n. 4.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſur. diſput. 27. n. 16. verſ. 7.* Gutier. *canon. qq. lib. 1. cap. 12. num. 6. & de matrimon. c. 66. num. 10.* Baſil. Pont. *de impediment. matrimon. cap. 26. §. 6. verſ. idem quod, & de Sacramento matrim. lib. 5. c. 18. n. 7.* Et poteſt monitoria concedere, Lazar. *de Monit. lib. 2. q. 5.* Gutier. *d. cap. 11. à n. 5.* Ugolin. *de officio, & poteſt Epiſcopi, c. 45. in princ. verſ. excipiuntur*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 235. n. 2.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 96. n. 11.*

74 Quintò, Legatus de Latere habet auctoritatem confirmandi electiones Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & exemptorum Abbatum, aut aliorum Prælatorum, & quorum confirmatio ad Romanum Pontif. pertineret, quod aliis Legatis, niſi ex ſpeciali conceſſione, non licet: textus *in cap. ſi Abbatem, de elect. in 6.* qui propter hoc dicit Legatum de Latere majus omnibus poſt Pontificem impe-

rium in Provincia ſua habere, Specul. *de Legato, §. nunc oſtendendum, verſ. 22.* Eraſm. à Chokier *de juriſdict. Ordin. in exemptos, p. 4. q. 5.* Et licèt ſecundùm Lap. *alleg. 14. n. 3.* decretum irritans Legati de Latere liget etiam ignorantes, tamen in hoc reprobatur per Caſſad. *deciſ. 3. in reſervat.* Theodoſ. de Rubeis *ſingular. Rota, tom. 2. part. 3. ſub verb. Lapus, §. 1. pag. 169.*

Sextò, Legatus à Latere in cauſis judicialibus 75
non minimam habet juris auctoritatem; poteſt namque illas committere, & delegatus ab eo juriſdictionem exercere antequam ſit Provinciam ſibi delegatam ingreſſus. Gambar. *d. lib 8. n. 56.* Azor. *d. p. 2 lib. 5 c. 31. q. 2.* Machado *d. tract. 2. documum. 5. num. 2. verſ. el tercero.* Per regreſſum tamen Provinciæ non poterit delegatus cauſam inchoatam perficere, ut per textum *in c. novit. de offic. Legati*, reſolvit Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 1. q. 11. num. 5.*

Legatus verò duarum Provinciarum propter 76
connexitatem territoriorum poterit expedite negotia unius Provinciæ in alia, probat *d. cap. novit*, & tradunt Capyc. *deciſ. 152. n. 8. & 9.* Daniel Venator *in analyſi methodi juris Pontificii, lib. 1. tit. 30. axiom. 5.* Gambar. *de officio Legati extra Provinciam, n. 2. & 3.* Azor. *Inſtit. moral. p. 2. lib. 5. c. 27. q. 4. verſ. quæres.* Ratio eſt, quia illæ duæ Provinciæ, in quibus conſtituitur unus Legatus, quoad ipſum cenſentur una Provincia, licèt aliàs ſint diſtinctæ quod limites, & prærogativas. Innoc. Hoſt. *n. 13.* & Joan. Andr. *n. 5. verſ. & nota, in d. cap. novit.* Bart. *in l. unic. C. de Metrop. Beryt. n. 11.* Jaſ. *in l. ult. n. 9. ff. de juriſd. omni. judic.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 54. n. 131.*

De cauſis contra exemptos poteſt cognoſcere 77
Legatus de Latere: ita Gloſſ. *verb. reſervata, verſ. ego credo, in cap. quod tranſlatione, de offic. Legati*, Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 62. artic 1.* Pariſ. *conſ. 28. n. 31. cum ſeqq. p. 4.* Villadieg. *de Legato, p. 1. q. 8. n. 20.* Eraſm. à Chokier *d. tract. part. 2 q. 2. n. 7.* Diana *reſol. moral. p. 1 tract. 2, reſol. 16.* Modern. *de ſupplicas. ad Sanctiſſim. part. 2. cap. 14. num. 33.* Ratio eſt, quia licèt ſit de reſervatis Papæ cognoſcere de cauſis exemptorum, tamen ſingulare eſt, 78
& ſpeciale, quod Legatus à Latere habeat juriſdictionem in exemptos, *cap. venient, de verb. ſignif. in 6. cap. ſi Abbate, de elect. eod. lib.* Tum quia (ut 79
inquit Joan. Monach.) Papa eximendo à juriſdictione cujuſlibet Ordinarii, non videtur eximere à poteſtate Legati de Latere. Navar. *de datis, & promiſſ. not ab. 4. num. 10. verſic. ſecundo per ea quæ.* Legatus autem natus non poteſt hujuſmodi in 80
exemptos Regulares juriſdictionem exercere. Eraſm. à Chokier *d. part. 2. q. 2. per tot. & quæſt. 50. num. 6. & part. 4. q. 26. n. 2.* Villadieg. & Diana *citatis locis.*

Licèt autem Legatus à Latere poſſit ſicut Papa 81
de cauſis exemptorum cognoſcere; eximere verò non poteſt, cùm nihil facere valeat quod tendat in violationem juris communis. Abb. *in c. fin. n. 2. cum addit. de confirm. utili*, Boër. *de poteſt. Legati de Latere, n. 44.* Villadieg. *d. tract. p. 1. quæſt. 9. n. 64.* eximere autem, & adverſatur juri, *cap. omnes Baſil. 16. quæſt. 7.* & plurimum præjudicat Eccleſiæ, Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 8. anno 676.* Pont. *Adeodato.* Quare ita reſolvit Eraſm. à Chokier *dict. tract. part. 1. q. 3. n. 13.*

Non poteſt tamen delegatus ſe ingerere cauſæ alteri à Papa ſpecialiter delegatæ niſi ut ſententiam juſtam confirmet, vel exequatur, *cap. ſta-* 82

UAB Biblioteca de Ciències Socials

duiſti, de offic. Legati, Daniel Venator *in analyſi methodica Juris Pontific. lib. 1. tit. 1. Axiom. 1.* Læl. Zech. *de repub. Eccl. tit. de ſtatu Illuſtriſſimi Legati, n 4. prope fin. verſ. 11.* Ratio eſt, quia cùm cauſa illa fuerit ſpecialiter delegato commiſſa, ob id Legatus ex generali commiſſione in ea ſe intromittere non poteſt, quia mandatum ſpeciale generali detrahit, quo fit ut cùm cognitio illius cauſæ Legato ſubtracta fuerit, & in ea delegatus eo major ſit effectus, non poſſit in ea quomodolibet ſe intromittere. Ita Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcopum, p. 1. n. 152.* Facit etiam, quia ideo Legatus non poteſt ſe intromittere de cauſa delegata, quia cenſetur privativè commiſſa.

82 Cabed. *Luſit. deciſ. 13. n 6. part. 2.* nam ubi Papa apposuit manum, Legatus à Latere non poteſt ſe intromittere. Gig. *conſ. 86. n. 2.* Honded. *conſ. 27. n. 15. vol. 2.* quos refert & ſequitur Anton. Monach. *Bonon. deciſ. 19. n. 40.* niſi ex magna cauſa, ſecundùm ea quæ reſolvit Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n. 34.* quem refert Stephan. Grat. *M rch. deciſ. 24. n. 16. in ult. impreſſ.* ubi *n. 18.* poſt Mandoſ. *in tract. de inhibit. q. 5.* ſubdit, quod Legati de Latere, qui aliquibus præſunt provinciis, ob eorum ampliſſimas facultates, inhibent delegatis Apoſt. ex quo repræſentant perſonam Papæ, ejuſque vices gerunt.

83 Nec etiam poteſt ſe ingerere cauſæ ab eo ad Superiorem remiſſæ, quia, deſinit eſſe Judex illius, *cap. licet, de off. Legati.* Daniel Venator *in analyſi methodica Juris Canon. lib. 1. tit. 30. axiom. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. diſp. 14. n. 8.* D. Barboſ. *in l. eum qui temerè, §. fin. de judic.*

84 Septimò, Legatus de Latere ſtatuta facere poteſt, quæ perpetuò durent, etiam finitâ legatione, *cap. ult. de offic. Legati.* Fr. Emman. *quaſt. Reg. tom. 2. q. 97. art. 1. verſ. circa primam.* Sebaſt. Cæl. *d part. 1. diſp. 3. §. 2. n. 30.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 5. c. 32. q. 1.* ubi *q. 2.* reſolvit illum poſſe ſtatuta facere circa ea omnia, quæ ad juriſdictionem ipſius ſpectant: & *q. 4.* quod poteſt condere ſtatuta contra ſtatuta aliorum Legatorum.

85 Octavò, Legatus de Latere poteſt Indulgentias concedere in Provincia ſibi commiſſa, quia in ea Ordinarius eſt. Ita Gamb. *de off. Legati à Latere, lib. 8. tit quid poſſint Legati carca Indulgent.* Azor. *inſtit. moral p. 2. lib. 4. cap. 32. q. 7.* Lavor. *de Jubil. & Indulg. p. 2. cap. 11. n. 16.* etiam quod non ſit Preſbyter, ut reſolvunt Azor. & Lavor. *citatis locis*, & quamvis in Indulgentiis concedendis deceret ut non excederet numerum 40. dierum, quia is numerus taxatus eſt in Concilio, de quo *in cap. cùm ex eo, de Pœnit. & remiſſ.* & præcipitur *in cap. ult. eod. tit. in 6.* ne alius quàm Papa conferat Indulgentias plurium dierum, quàm 40. tamen de conſuetudine eſt receptum, ut Cardinales Legati poſſint concedere Indulgentias centum dierum, Gamb. *ubi ſuprà, n. 8. d. q. 7. verſ. quicquid*, & Lavor. *d. n. 16. verſ. ratio.*

86 Hujuſmodi Indulgentiæ à Legato conceſſæ ſunt perpetuæ, & durante legatione finita. Gloſſ. *verb. ſtatuta, in cap. ult. de Offic Legati*, Gamb. *d. loco, n. 20.* Arg. l. *verb Indulgentia, §. 6.* Sylveſt. *eodem verb. n. 16.* Nav. *in cap. placuit, n 164. de Pœnit. diſt. 6.* Azor. *d. q. 7. verſ. Legatione*, & etiam poſt mortem concedentis. Nav. *in tract. de Jubileo, & Indulg. notab. 31. n. 25.* Paul. Comitol. *reſponſ. mor. lib. 1. q. 107. n. 1.* Coriolan. *de caſibus reſervatis, p. 1. ſect. 2. art. 8. n. 6.*

87 Præcipit autem Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.* omnibus Legatis etiam de Latere, & Nunciis, ac Gubernatoribus Eccleſiaſticis, ne Epiſcopos in cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus impedire, aut aliquo modo eorum juriſdictionem præturnpere, ſeu turbare præſumant, nec contra Clericos, & alias Eccleſiaſticas perſonas, niſi Epiſcopo requiſito, vel eo negligente procedant: & *ſeſſ. 22. de reform. cap. 7.* ut in appellationibus ad eos interpoſitis, & inhibitionibus concedendis ſervare debent formam, & tenorem, qui à jure communi ſtatuitur *in cap. Romana, de appellat. lib. 6.* Et denique Legati omnes ſe tales in his, quæ eis injunguntur, debent exhibere, ut fidem, integritatémque ejus, cujus curam ſuſcipiunt, imitentur, ut monet Hoſtiensis Papa *incap. ſervatis, 25. q. 2.*

Legatio verò finitur quatuor modis enumeratis à Gloſſ. *verb. finitur, in cap. præſenti, de offic. Legati, lib. 6.* Primò, finito tempore conſtituto, ſi ad certum tempus fuerat deſtinata. Secundò, morte ipſius Legati. Tertiò, quando Papa legatum revocat. Quartò, quando Legatus provinciam ſibi demandatam egreditur animo, & voluntate nunquam redeundi ad legationem, quando ſcilicet facultatem habet à Papa legationem finiendi: refert Azor. *diſt. p. 2. lib. 5. cap. 32. q. 10.* Sebaſt. Cæſ. *d. p. 1. diſp. 3. §. 2. n. 52.* ubi hoc intelligit de officio legationis perſonalis: additque cum Gloſſ. *verb. finitur, in c. 3. de offic. Legati, lib. 6.* legationis officium reale, ſcilicet annexum dignitati, ut in Legato nato nunquam expiret, etiam deficiente perſonâ, cùm conſervetur in dignitate. 88

Non cenſetur tamen Papa revocare primum Legatum eo ipſo quod creat ſecundum, ſicut reſolvunt Gambar. *de officio & poteſtate Legati à Latere, lib. 9. n. 14.* Boër. *deciſ. 347. n. 5.* Azor. *d. cap. 32. q. 11.* ubi *q. 13.* reſolvit legationem non finiri, Legato furioſo facto, quamvis revocetur ob furoris eventum. 89

Nec per mortem ipſius Papæ expirat juriſdictio Legatorum, niſi aliqua ex prædictis cauſi acceſſerit, *cap. Leg 2. de offic. Legati, lib. 6.* Mozz. *de contr. tit. quomodo annulletur mandatum, n. 20.* Azeved. *ad rub. tit. 8. n. 2. lib. 6. novæ Recop.* Pichard. *in §. rectè, n. 20. Inſt. de mandato*, Motl. *in emporio jur. p. 1. tit. 2. in fral. n. 105.* Azor. *d. c. 32. q. 14.* 90

De Legatis, qui plura ſcire cupit, conſulat Andr. Barbat. *tom. 13. tract. Doct. p. 2. p. 236.* ubi ſpecialiter de Legatis à Latere Cardinalibus: Nic. Boër. *eod. tom. 13 p. 2. pag. 142.* & Petr. Andr. Gamb. *ibid. pag. 150.* Gondiſ. Villadiego, & Joan. Brunell. ubi particulatiter de officio, & poteſtate Legati à Latere, Herman. Kirchner *in ſpeciali tract. de Legato, ejuſque jure, dignitate, & officio*, & plura vide apud Caniſ. *in ſum. Juris Canon. tit. 17. de offic. Legati*, Læl. Zech. *de Republ. Eccl tit. de ſtatu Illuſt. Legati*, Henriq. *in ſumm. lib. 14. cap. 34.* Greg. Lop. *l. 23. tit. 9. part. 1.* Zerol. *in prax. Epiſc. p. 1. verb. Legatus Apoſt.* Azor. *inſtit. moral. p 2. lib. 5. c. 27. cum ſeqq.* Valer Reginald. *in praxi fori pœni. lib 30. tract. 3. num. 237 cum ſeqq.* Etaſm. à Chokier *de juriſdict. Ordin. in exemptos, p. 2. q 2* Flamin. Patriſ. *de reſign. cenefic lib. 8 q 13* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. c. 33.* Nicol. Grac. *de benefic. p. 5. cap. 1.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 6. de juriſdictione Legati*, noviſſimè Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarchia part 1. diſp. 3.* Scip. de Rubeis *in aphoriſmis Epiſcop. verb. Legatus*, noviſſimè Machado *en ſu perfetto Confeſſor, tom. 2. lib. 4. p. 7. docum. 2. cum ſeqq.* 91

CAPUT

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CAPUT VI.

De Patriarchis, & Primatibus.

SUMMARIUM.

1 *Ordo, & digni ac Episcopalis post S. R E Cardinales. Legatos, & Nuncios primum locum obtinet.*
2 *Episcopatus est Ordo.*
3 *Episcopatus est sacramentum de per se, & sejunctim & novus per ipsum imprimitur character.*
4 *Episcopalis Ordo est quadripartitus, quantum ad gradum & jurisdictionem, non autem quoad Ordinem.*
5 *Gradus plures Episcopalis Ordinis ab ipsomet Petro Apostolo descendisse creditur.*
6 *Prælatorum Ecclesiasticorum gradus ad cœlestis hierarchiæ similitudinem instituti fuerunt.*
7 *Prælatorum, & dignitatum gradus ad Ecclesiæ institutionem, & jus humanum est differentialiter referendus.*
8 *Caput* 1. dist. 99. *declaratur.*
9 *Decimæ respectu congruæ sustentationis ad legis divinæ debitum referuntur; respectu quotæ ad consuetudinem.*
10 *Patriarchæ, & Primates lato sumpto vocabulo idem sunt, licèt differant nomine.*
11 *Patriarcha Græcâ linguâ Summus, & Princeps Patrum appellatur.*
12 *Patriarchæ præcipui, & veri, quatuor sunt post Romanum Pontificem, Constantinopolitanus scilicet, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus.*
13 *Isidorus* in cap. cleros, dist. 21. *reprobatur, dum ait Romanam, Antiochenam, & Alexandrinam Ecclesias tantummodo Patriarchales appellatas, & habitas fuisse.*
14 *Papa est superior omnium Patriarcharum, cùm sit hæreticum asserere contrarium.*
15 *Dignitas omnis, ac potestas, quam habent omnes Patriarchæ simul, habet ipse solus Dominus Papa.*
16 *Caput* renovantes. 22. dist. *declaratur.*
17 *Patriarchales sedes ante tempora Sedis Constantinopolitanæ tres tantùm fuerunt, quas B Petrus fundaverat, Romanam scilicet, Alexandrinam, & Antiochenam.*
18 *Alexandrina Ecclesia quare primis temporibus præcederet Antiochenam, ostenditur.*
19 *Constantinopolitanus Patriarchatus quo tempore institutus, ostenditur, & n.* 20.
21 *Hierosolymitanus Patriarcha cur quartum Patriarchalis sessionis locum, & honorem haberet, ostenditur.*
22 *Patriarchæ quatuor principales cæteris Prælatis sunt majores non solùm dignitate verùm etiam potestate, atque jurisdictione.*
23 *Episcoporum omnium, & Archiepiscoporum negotia, & majores causæ post Apostol. Sedem ad principales Patriarchas sunt referendæ.*
24 *Patriarchæ principales post Romanum Pontificem primi sunt, & majores in ordine Episcoporum.*
25 *Patriarchæ sedebant, & incedebant immediatè post Papam ante Cardinales, secus hodie.*
26 *Metropolitanos, & Suffraganeos suos ex causa deponere possunt Patriarchæ.*
27 *Papa solus deponere potest Episcopos.*
28 *Patriarchis Romani Pontificis insigniis, & ornamentis uti fas est.*
29 *Patriarchæ Regibus, aliisque Principibus superiorem non habentibus æquiparantur.*
30 *Crucem ubique elatam præ se ferre liberè possunt Patriarchæ, & pallio uti, præterquam in Urbe Roma, aut ubicunque Summus Pontifex præsens fuerit, vel ejus Legatus utens insigniis Apostolicæ dignitatis.*
31 *Insigniis denotantibus superioritatem, seu potestatem in loco, nemo potest extra suam Provinciam absque speciali privilegio uti.*
32 *Insigniis denotantibus dignitatem persona potest uti Archiepiscopus, vel similis Prælatus extra loca sui territorii.*
33 *Archiepiscopi & Patriarchæ quomodo differant in præ se ferenda Cruce, ostenditur.*
34 *Pallium Archiepiscopis Suffraganeis suis tradere possunt Patriarchæ, postquam ipsi à Romano Pontifice illud acceperint.*
35 *Pallium à solo Romano Pont. universaliter dari potest.*
36 *Patriarchæ habent ordinariam jurisdictionem super omnes Episcopos, & Metropolitanos totius Provinciæ, & regionis, ubi eorum extenditur jurisdictio.*
37 *Patriarchæ tanquam Ordinarii super Metropolitanos, & eorum Suffraganeos in Provinciis suis omnes eorum Ecclesias, ac Diœceses visitant, & ipsorum Metropolitanorum negligentiam supplent.*
38 *Excommunicatos à Suffraganeis suis absolvunt Patriarchæ, licèt eis Suffraganei absolutionem concedere recusent.*
39 *Appellatur ad Patriarchas in Provinciis omnibus eorum jurisdictioni subjectis, cùm opus fuerit, etiam omissis mediis, salvis appellationibus ad Sedem Apostolicam.*
40 *Patriarchæ minores alii quatuor inter Latinos.*
41 *Aquileensis Patriarcha quis fuerit, ostenditur.*
42 *Gradensis Patriarcha, qui nunc suppresso antiquo titulo, Venetiarum Patriarcha dicitur, quis, ostenditur.*
43 *Patriarcha alius Indiarum, seu novi mundi, alius Æthiopiæ.*
44 *Primates dicuntur nonnulli Metropolitani, quia primas tenent civitates.*
45 *Bituricensis Archiepiscopus est Primas in Burdegalensi Provincia.*
46 *Pisanus Archiepiscopus vocatur Primas Sardiniæ, & Corsicæ.*
47 *Toletanus Archiepiscopus ex speciali indultu Martini V. fruitur privilegiis veris quatuor Patriarchis concessis.*
48 *Bracharensis Archiepiscopus Primas est Hispaniarum.*
49 *Primates respectu Provinciarum, in quibus constituuntur, plures referuntur.*
50 *Patriarcharum appellatione veniunt solummodò veri & præcipui quatuor Patriarchæ, non verò alii minores.*
51 *Doctores referuntur de Patriarchis agentes.*

POST Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales & Legatos, ac Nuncios, qui Apostolicæ Sedis repræsentant auctoritatem, primum locum obtinet Ordo, ac Dignitas Episcopalis; Episcopi enim locum tenent Apostolorum, qui per diversas mundi partes divisi & constituti fue- 1

UAB Biblioteca de Ciències Socials

runt Epiſcopi, *cap. in novo, 21. diſt. cap. fin. 63. diſt. cap. legimus, cum ſeqq. 93. diſt.*

2 De Ordine igitur Epiſcopali, in quo primum locum tenent Patriarchæ, & Primates, nobis eſt in præſenti agendum, & in primis, Epiſcopatum eſſe Ordinem, dicit Gloſ. *verb. Epiſcopus, in proœm. ſexti, & verb. de Epiſcopis, in cap. quia periculoſum, de ſent. excom. lib. 6. & verb. ſui Ordinis, in cap. quoties, de purgat. Canon. & verb. firmauit, in cap. provida, de elect. lib. 6.* Felin. *in cap. cum te, num. 8. de reſcript.* Zabarel. *in clem. 1. n. 12. de ætate, & qual.* & colligitur *ex cap. cleros, 21. diſt.* ibi, *Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt: & cap. nullum, 28. diſt.* & expreſsè ſentit Leo Papa *in c. 1. diſt. 32.* dum ait: [Nec Subdiaconibus carnale connubium quidem conceditur, ut etiam qui habent, ſint tanquam non habentes; & qui non habent, permaneant ſingulares, & innupti. Subdit, Quod ſi in hoc Ordine qui quartus extat à capite, id eſt ab Epiſcopo, dignum eſt cuſtodiri, quantò magis in primo, vel ſecundo, tertióve ſuadendum eſt?] Cui textui ſe haud reſpondere poſſe fatetur Nav. *in man. c. 22. n. 18. verſ. quare*, ubi etiam ſubdit pro hac parte ſtare expreſſum textum Concilii Trident. cui aſſerit ſe neſcire, nec poſſe reſpondere bona fide, *ſeſſ. 23. de Sacram. Ordinis, cap. 4.* ibi: [Proinde Sacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere.] Probant. Sot. *de Iuſtit. lib. 10. q. 1. art. 2.* Burſat. *conſ. 125. Quæſcriptum, à n. 1. lib. 1.* Valent. *tom. 4. diſp. 9. q. 1. punct.* Campanil. *in diverſ. Juris Canon. rub. 1. n. 7.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarchia, q. 3. proœm. §. 1. n. 4.* Non obſtat fundamentum Theologorum, quo contrarium tenent, videlicet quod cùm Ordo Eccleſiaſticus neceſſariò poſtulet, ut per illum aliqua tradatur poteſtas in ordine ad Sacratiſſimam Euchariſtiam, eo quòd hic eſt finis & effectus hujus Sacramenti, propter quem fuit inſtitutum, & in quo à reliquis diſcriminatur, ut videlicet per illa initiarentur miniſtri ad illud ſacroſanctum Sacrificium dignè adminiſtrandum, ut expreſsè colligitur ex Concil. Trident. *dict. ſeſſ. 23. cap. 1. & 2.* non tamen per Epiſcopatum, in quo licèt ſpiritualis poteſtas ſuſcipiatur, non tamen in ordine ad Euchariſtiam, ſed potiùs in ordine ad Eccleſiam; cùm actiones ad quas Epiſcopus deputatur ſuper Sacerdotem, nempe Conſecrare, Benedicere, & alia ſimilia, de quibus *in cap. perlectis, verſ. ad Epiſcopum, 25. diſtinct.* non ad Sacrificium Euchariſtiæ, ſed ad Eccleſiam ordinentur. Reſpondetur enim quod Epiſcopi multò magis, quàm alii quidam miniſtri deputantur in ordinem ad Sacerdotium, & celebrationem Euchariſtiæ; ipſi enim & Sacerdotium conferunt, & Altaria, atque templa ad uſum ipſius conſecrant, multaque alia faciunt, quæ quidem magis ad uſum Euchariſtiæ referuntur, quàm quædam aliam miniſteria, præſertim Ordinum minorum, ut benè reſpondet Valent. *d. num. 2.*

3 Unde provenit, ut Epiſcopatus non ſolùm ſit Ordo à Sacerdotio diſtinctus, ſicut tenent Medin. *lib. 1. de cœlibatu, cap. 16.* Nav. *in man. c. 22. n. 18.* Cardin. Bellarm. *de Sacr. Ord. c. 3. verſ. 3.* Duard. *in comment. ad Bull. Cœnæ, lib. 1. exp. 3. q. 2. n. 12.* & latè probavimus *infr. hic lib. c. 9. ſtatim poſt princ.* Sed etiam de per ſe, & ſejunctim ſit Sacramentum à Chriſto inſtitutum, prout colligitur ex Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 3. & canon 6.* & ex Paulo *1. ad Corinth. 4.* ac ex plurib. ſanctorum Patrum auctoritatibus Durand. *in 4. diſtinct. 25. n. 9.* & ibi Major. *q. 1. col. 2.* Petr. Sot. *de inſtit. Sacerd. lib. 4. de Sacram. Ordinis, § Ex his igitur*, Valent. *tom. 4. diſput. 9. q. 1. punct. 4. verſ. altera ſententia*, Vaſq. *tom. 3. diſp. 240. cap. 4.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. diſp. 20. de Sacram. Ordin. dub. 6. n. 44.* Campanil. *in diverſ. Juris Canonici, rub. 1. num. 7. & rub. 6. c. 4. num. 4.* latè Sebaſt. Cæſ. *in d. relect. q. 4. proœm. ex num. 11.* ubi contrariis benè reſpondet: ac proindè exiſtimo novum per ipſum imprimi characterem, ut concludunt Abb. *in cap. aqua, de conſecr. Eccleſ.* Jacobat. *de Concil. lib. 10. act. 7.* & alii quos refert Covar. *lib. 1. cap. 10. num. 16.* & Henriq. *in ſumm. lib. 10. c. 7. §. 1. in commento, lit. C*, licèt eos minimè ſequatur Sebaſt. Cæſar. *d. q. 4. proœm. num. 19.* Et probatur, quia attentâ Ordinis poteſtate, Epiſcopatum ſuperiorem eſſe Sacerdotio probavimus *d. cap. 9. num.* . nam Epiſcopus plures actus poteſt exercere, & Sacramenta quædam miniſtrare, quæ non poteſt ſimplex Sacerdos: planè poteſtas hæc per Ordinem Epiſcopalem refertur: ergo neceſſariò dicendum eſt, quod ſit per ſe Sacramentum, & characterem diſtinctum imprimat. Nec Sot. Durand. Paludan. & Vaſq. rem attingunt, dum aiunt ſolùm ad prædictos actus extendi characterem ſacerdotalem, qui anteà inditus erat: nam hoc fruſtrà dicitur, cùm conſtet in Ordine Epiſcoparûs dari aliquam diſtinctam, & peculiarem poteſtatem à poteſtate Sacerdotii, ut probat textus *in c. quamvis 68. diſt.* quæ quidem poteſtas novum characterem, & proinde Sacramentum requirit, quinimò conferre novam gratiam, probant Henr. *d. lib. 10. c. 1. § 3. in com. lit. R, & cap. 2. §. 1. lit. E*, Cardin. Bellarm. *d. c. 5. verſ. item quod Epiſc.* Campanil. *d. rub. 6. c. 4. n. 4.* Sebaſt. Cæſar. *d. q. 4. proœm. num. 21.*

Epiſcopalem Ordinem quadripartitum eſſe docet Iſidor. *lib. 7. Etym. c. 12.* relatus *in cap. cleros, 21. diſt.* quantum ad gradum epiſcopalem & juriſdictionem, non autem quoad Ordinem, quia Epiſcopalis Ordo quoad ſpiritualem poteſtatem, ac Pontificiam dignitatem, unus tantùm eſt, ut conſtat ex traditis per Anaclet. Papam *epiſt. 3. cap. 3. verſ. Epiſc. verò, & in c. 1 diſt. 95. & in cap. Novatianus, 7. quæſt. 1.* Jacob. Simanch. *in parvo libello de dignitate Epiſcopor. c. 4.* Marc. Ant. Cuch. *in inſt. major. lib. 2. tit. 6. in princ. & tit. 7 ante n. 1.* Duard. *in com. ad Bull. Cœnæ, lib. 1. c. 5. q. 2. n. 4.* Sebaſt. Cæſ. *de Eccl. hierarch. q. 2. proœm. n. 3. verſ. rurſus, & n. 6.* junctis iis quæ infrà *d. c. 9. verſ. Epiſcoporum quadripartitum, num. 11.* ubi latè explicavimus qualiter, & quo jure in Epiſcopis ſit Ordinis, & juriſdictionis poteſtas. 4

Sunt enim Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quorum gradus ab ipſomet Petro Apoſtolo deſcendiſſe oſtendit Clemens Papa, qui ipſius Petri diſcipulus extitit, ac ſucceſſor; is enim *epiſt. 1. ad Iacobum*, relatus *in cap. in illis, 80. diſtinct.* refert quod in civitatibus illis, in quibus olim apud Ethnicos Primiflamines eorum, ac primi legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates, vel Patriarchas ipſe Petrus conſtituit, qui aliorum Epiſcoporum cauſas, & majora Fidei tractarent negotia; ubi verò eorum erant Archiflamines poſiti, qui nihilominus minores prioribus habebantur, Archiepiſcopos præcepit inſtitui, in ſingulis deinde reliquis civitatibus ſingulos, & non plures Epiſcopos ordinavit. Idem affirmat Lucius Papa *in c. 1. eod. diſtinct. 1.* & Anacletus *in cap. 1.* 5

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap.1. distinct.99. refetunt Boër. *de auctorit. magni Concilii, n.54. ad fin.* Pettus Gregor. *syntagm. iuris lib.15. cap.11. n.1.* Hentiq. *in sum. lib.10. cap.50. in princip.*

6 Verùm Ecclesiasticorum Prælatorum gradus ad cœlestis Hierarchiæ similitudinem institutos fuisse, magis pium, & Christianæ Religioni consentaneum est ut dicamus; quemadmodum enim in Triumphante Ecclesia sunt Angeli, Throni, Principatus, ita congruentissimo ordine in Militante, Ministrorum Ecclesiasticorum officia distinguuntur per Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, ut animadvertunt Rufæus *in tract. de præeminentia Archiepiscopalis dignitatis, in præfat. à princip.* Pigh. *de Ecclesiast. Hierarchia, lib.3. c.1.* Ad auctoritates verò Clementis, Lucii, & Anacleti poterit responderi, D. Petrum ad abolendam idolorum memoriam ordinasse, ut in illis locis, in quibus impiè eorum flamines sacra faciebant, eisdem nominibus, diverso tamen, sanctóque Sacerdotio, veri, & sancti Sacerdotes constituerentur, sicut Romæ dejecto summo idololatriæ Pontificatu, subrogatum est caput totius terrestris sanctitatis, summus scilicet Christianæ Religionis Pontifex, ut eleganter ait D. Ambros. relatus *in cap. Beati, 2.q.7.* & Leo Papa *serm.1. de natali Petri*, quorum memini *de offic. & potest. Episcopi. p.1. tit.1. cap.7. n.3. cum seqq.*

7 Ex quo fit ut distinctio quoad prædictos Prælatorum, & dignitatum gradus ad Ecclesiæ institutionem, & jus humanum sit differentialiter referenda, ut expressè de Patriarchali dignitate referunt Guilielm. Redoan. *de simon. mentali, part.1. cap.16. n.15.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.4. num.4.* Unde quamvis fateri oporteat istos Prælatos quoad Episcopalem Ordinem, qui apud omnes unus est, ut suprà dixi, juris divini esse; quoad potestatem tamen jurisdictionis, seu regiminis, per quam distinguuntur, juris esse humani, ut ex Selv. Turrecr. & aliis tradit Butsat. *cons.125. num.45. vol.1.* cum quo *à num.16.* respondeti poterit ad auctoritates, quibus probari videtur harum dignitatum institutionem ad legem divinam esse referendam, ut scilicet loquamur de lege divina latissimè sumpta, juxta quatuor modos, quos ibi explicat, prout dicitur de Lege Canonica, ut *in cap. Scripturis, 19. dist. & in cap. nimis, de jurejur.* quæ in tantum juri divino inhæret, & in ratione naturali fundatur, Hippol. Rimin. *in repet. cap.1. n.46. de constitut.* quod plerumque jus divinum appellatur, ut advertit Ludov. Gom. *in repet. cap. ut animarum, n.19. de constit. lib.6.* & ex Jureconsultis explicat Melch. Can. *de locis Theolog. lib.5. c.5. vers. tertio vero.*

8 Hinc tamen explicandi modus quamvis communiter receptus sit, convincitur expressè per textum *in cap.1. distinct.99.* ibi, *Leges divinæ, & Ecclesiasticæ poni, &c.* Ex quo Pigh. *de Ecclesiast. hierarchia lib.3. cap.1.* majores Prælationes Primatuum, & Archiepiscoporum ad jus divinum refert. Si igitur in illo textu particula *divinæ*, ad Pontificias leges referatur, frustrà adjungitur hæc *Ecclesiasticæ*, esseturque inutilis repetitio. Quare considerandum est in Patriarchis, seu Primatibus duo distincta reperiri, Episcopalem scilicet Ordinem omnibus communem, ex ipsius Christi institutione, & regimen Prælationis ex Apostolorum ordinatione. Non impropriè igitur Patriarchas leges divinæ poni jusserunt, si Ordinis potestatem respiciamus, atque solicitudinem Episcopalem, quæ omnibus Episcopis communis est; atque etiam Ecclesiasticæ, quatenus ad Prælationem spectat. Nec novum est, quod idem nomen Patriarchæ, seu Primatis ex eadem ratione, juxtà diversos respectus diversimodè accipiatur, scilicet respectu legis divinæ, quoad Episcopatûs Ordinem; respectu Ecclesiasticæ quoad Prælationem, sicut *in cap. in aliquibus, § ille quippe, de decim.* Decimæ respectu congruæ sustentationis ad legis 9
divinæ debitum referuntur, respectu quotæ ad consuetudinem, ut post Cov. *var. lib.1 cap.19. n.2.* testatur tenere Theologos omnes. Gutier. *can. lib.1. cap.21. n.9.* Gilken. *in Auth. quas actiones, à n.11. C. de sacrosc. Eccles.* Reinoso *observ.30. n.1.* Castill. *tom.7. de tert. cap.10. n.8.* Didac. de Britto *ad cap.2. de locato, c.2. à n.30.* Felician. de Vega *in cap. clerici, de judic. n.43.* & in multis aliis, quæ omittimus, facilè posset demonstrari.

Patriarchas & Primates, licèt differant nomine, 10
idem esse, & nullam inter eos dari differentiam, colligitur ex textu *in cap.1. & 2. dist.99.* & ex *cap. duo simul, de off. Ord.* Unde Gloss. *in cap. coram, de in integr. restit.* auctoritate *a. cap.1.* notavit inter Primates, & Patriarchas non dari realem differentiam, sed vocalem, quod etiam tradunt Chassan. *in catalog. glor. mund. p.4. consid.9 in princ.* Lancell. *instit. Can. lib.1. tit.5. in princ.* Bover. *cens. parænet. p.1. cap.10. pag.495. vers. quæro*, novissimè Illustr. D. Roderic. à Cunha *in tract. de Prim. Bracharensis Ecclesiæ, cap.3.* & priùs *in histor. Episcop. Portugalens. p.1. cap.6. pag.72. in fine.* Et quod saltem latè sumpto vocabulo idem sit Primas quod Patriarcha, Flam. Paris. *de resign. benef. lib.4 q.1. n.46.* Dionys Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.7. n.9.* At verò strictè loquendo, non omnes Primates verè sunt Patriarchæ, nec idem habent officium, eandémve auctoritatem, ut ex infrà dicendis apparebit.

Patriarcha, Græcâ linguâ, Summus, seu Princeps 11
Patrum appellatur, ut ait Isidor. relatus *in cap. cleros, vers. Patriarchæ, 21. dist.* Gregor. *l.9 glos.1. tit.5. part.1.* Paul. Fusch. *de visit. lib.1. c.2 à n.9.* Lel. Zech. *de Rep. Eccl. tit. de statu Reverend. Patriarch. in princ.* Gambar. *de off. & potest. Legati à latere, lib.2. n.11.* Joan. Paul. Lancel. *in instit. Canon. lib.1. tit. de Episc. n. §. appellantur*, Henriq *in sum. lib.10. cap.29. §.1.* Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib.15. cap.10. in princ.* Paul. Grysald. *in decis. Cathol. Fidei, verb. Patriarcha, in princ.* Dionys Paul. *d. tract. c.2. n.43.* Galgan. *de jure publico, lib.3. tit.17. n.1.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.41. n.23.* Sebast. Cæs. *de Eccles. hierar. p.1. disp.4. §.1. n.1.* Castald. *in prax. carem. lib.1. sect.10. cap.11. n.1.*

Duplex autem videtur hodie Patriarchatum 12
divisio; quidam enim propriè & præcipuè Patriarchæ dicuntur, alii verò latè sumpto vocabulo Patriarchæ dicti, strictè Primates appellantur. Patriarchæ præcipui, & veri dicuntur, qui in tota Ecclesia quatuor tantummodò post Romanum Pontificem esse probantur, quorum primus est Constantinopolitanus, secundus Alexandrinus, tertius Antiochenus, & quartus Hierosolymitanus. Ita per *cap. revocantes, & cap. dissimus. 22. dist. cap. grave nimis, de prabend. cap. antiqua, de privileg. Extravag. sancta Romana, de elect. inter commun.* tradunt Host. *in sum. de auctor. & usu pallii, num.4.* Guillelm. *in speculo juris, lib.1. p.1. tit. de dispensat. in §.8. incip. Sunt quoque, num.1. & 2.* S. Antonin. *in sum. p.3. tit.10. cap.4. in princ.* Joan. Monach. *in*

cap.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. fundamenta, n.6. & ibi Archid. *num.8. de elect. lib.6.* Zabarel. *in Clem. in plerisque, eod. tit. q.8. n.9.* Chaſſan. *in cat. glor. mund. p.4. conſid.9.* Bertachin. *de Epiſcopo, in prælud. num.5.* Ludov. Gom. *in cap. cùm in multis, n.92. de reſcript. lib.6.* Alvar. Pelag. *de planctu Eccleſ. lib.2. cap.11. & 17.* Paul. de Ortano *in repet. l. 1. n.23. ff. de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio.* Joan. Selv. *de benefic. p.1. q.2. n.40.* Hieron. Gig. *in tract. de reſidentia Epiſcoporum, c ult. num.8.* Matc. Mant. *in tract. de Concilio, num.79.* Gaſp. Valaſc. *in repet. l. Imperium, num.100. ff de juriſd. omnium judic.* Guillelm. Redoan. *in tract. de ſimonia mentali, p.1. cap.16. num.2.* Lancel. Conrad. *in templo omnium Indic. lib.2. cap.2. §.3. num.2. & cap.3. num.4.* Rebuff. *in concord. tit. de collation. §. ſi quis vero, verb. Patriarchalis,* Cuch. *in inſtit. major. lib.2. tit.7. num.2.* Matc. Anton. de Matſil. *in tract. de Eccleſiaſt. reddit. p.1 cap.11. num.16.* Raim. Ruff. *contra Molin. pro Pontifice Max. ſub n.14. pag.75.* Andr. Gamb. *in tract. de offic. & poteſt. Legati à latere, lib.2. tit. de variis Ordinar. nominibus, num.13. & 14. & in repet. Extravag. Inlii II. de ſimoniaca Papæ elect. num.171.* Joan. Paul. Lancel. *in inſtitut. Can. lib.1 tit. de Epiſc. in §. Patriarchæ,* Sebaſt. Med. *in tract. de legib. & ſtatutis, p.1. q.12. n.1.* Rodulph. Capers *de ſacroſancta Eccleſia, ad c. oportebat, 79. diſt. in §. ad quam ſenſum, n.16. & in §. patet, n.2.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun. lib 3. cap.1. num.1.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.2. q.1. num.41.* Gonzal. *dict. gloſſ. 41. num.12.* Azor. *inſtit. moral. part.2 lib 3. cap.25. q.2.* Filliuc. *in queſt. moral. tract.41. cap.2. num.55.* Monet. *de Conſervat. cap.5.* Boër. Epo *lib.1. de Regalib. in benef. Eccleſ. num.181.* Machado *en ſu perfecto Confeſſor, tom.1. lib.4. p.7. tract.2. docum.1. n.3.* Quintanad. *Eccleſiaſtica lib.4. num.110.*

13 Non obſtat Iſidorus relatus *in d.c. cleros, diſt.21.* dum ait Romanam, Antiochenam, & Alexandrinam tantummodò Eccleſias Patriarchales appellatas, & habitas fuiſſe Apoſtoli Petri Sedes, quia loquitur adversùs aperta jura ſuprà citata, ac proinde ejus uti particularis Doctoris opinio nihil concludere poteſt, per ea quæ tradunt Sanchez de *Matrim. lib.9. diſput.12. num.3.* & alii citati per memetipſum *in collect. ad Decretum, in præm. n.7.* Nec etiam obſtat auctoritas Nicolai I. *ad conſulta Bulgarorum, reſp.92.* ubi apertè docet præcipuas Sedes Patriarchales veraciter illas tres tantùm eſſe, quia reſpondetur Nicolaum ibi loquutum fuiſſe ſecundùm priora tempora, in quibus Eccleſia ſacroſancta, & Romani Pontifices adhuc verè non aſſenſerant erectioni, & conſtitutioni Eccleſiarum Conſtantinopolitanæ, & Hieroſolymitanæ in veras Sedes Patriarchales, ut infrà demonſtrabimus.

14 Antequam ad Ordinem præeminentiæ, ſeu præcedentiæ prædictorum quatuor Patriarcharum devniam, vos ſcire volo, quod in quantum Romanus Pontifex inter Patriarchas hujuſmodi connumerari ſolet ab aliquibus, qui illum vel primo loco ponunt, vel priuſquam enumerent cæteros, eum excipiunt; non ſic eſt habendus primus in ordine aliorum quatuor Patriarcharum, ſicut eſt Conſtantinopolitanus reſpectu Alexandrini, & Alexandrinus reſpectu Antiocheni, & Antiochenus reſpectu Hieroſolymitani, quia in illo non eſt ſola prælatio rationis loci aliorum Patriarcharum, verùm etiam eſt vera majoritas, ſupremáque poteſtas, ut contra hæreticos advertunt Franc. Turrian. *in ſchol. ad can.39. Nicani Concilii*, Læl. Zech. *in tract. de Romano Pontifice, in hæreſi 3. in reſp.17.* Cardinal. Bellarm. *in controverſias Cathol. tom.1. controv.1. lib.2. c.18. verſ. argumentum tertium, & verſ. ſeq.* in tantum quod hæreticum ſit aſſerere Papam non eſſe Prælatum, ac ſuperiorem cæterorum Patriarcharum, ut in terminis poſt S. Thom. *contra errores Græcorum*, advertit Paul. Gyſald. *indiciſſim. Cathol. Fidei, verb. Papa, n.4. & 10. & verb. Patriarcha.* Unde allegando ſanctum Bernardum pulchrè dicebat Bald. *in l. reſcripta, n.7. C. de precibus Imper. offer.* quem refert, & ſequitur Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.4. conſid.6. in fine*, quod omnis dignitas ac poteſtas, quam habent omnes Patriarchæ ſimul, habet ipſe ſolus Dominus Papa: quinimò ſicut radii ad ſolem, fluvii ad fontem, & rami ad radicem, ſic ſe habent Patriarchæ ad Summum Pontificem, ut ex B. Cypriano relato *in cap. loquitur, 24. quæſt. 1.* tangit Nav. *de ſpol. cleric. §.2. n.1. verſ. Papa ſtupor mundi.* 15

Non obſtat textus *in cap revocantes, 22. diſt.* dum videtur probare Conſtantinopolitanam Eccleſiam parem habere dignitatem cum Eccleſia Romana; unde auſus fuit impius Carolus Molinæus ſcribere, Romanum Pontificem non eſſe ſuperiorem aliorum Patriarcharum, prout eum deteſtando refert pius Raymund. Ruffus *pro Pontifice Max. contra ipſum, ſub num.8. pag.19. in verſ. Primatum.* Quia reſponderi poterit auctoritatem Canonum, qui Trullani, id eſt, Sextæ Synodi appellantur (unde textus ille deſumptus fuit) probatam & certam non eſſe, neque legitimâ alicujus Romani Pontificis auctoritate approbatam, ſicut tradunt Dionyſ. Paul. *d. tract. cap.6. num.9.* & plures per me citati *in collect. ad cap. ſextum, num.4. diſt.16.* Sed melius reſpondeo in terminis illius textus ſimilia privilegia dari Epiſcopo Conſtantinopolitano poſt Romanum Pontificem ad effectum, ut ad ipſum detur appellatio, & habeat alia jura Patriarchalis Eccleſiæ, quæ commemorat textus *in cap. antiqua, verſ. ſervata, de privileg.* & deducitur *ex cap. conqueſtus, 9. q.3.* ita tamen ut Romana Eccleſia ſemper ſuperior maneat, ut ſatis conſtat ex verbis, quæ refert Carranz. *in ſum. Concil. fol.269.* ibi: *Æqualia privilegia cum antiqua Roma throno obtineat, & in Eccleſiaſticis negotiis, ut illa emineat, ſecundus poſt illam exiſtens.* Atque ita ex iis, multiſque aliis rectè concludit Cardin. Bellarm. *lib.1. de Concil. cap.34.* nullo unquam tempore ab ullo Romano Pontif. datum fuiſſe Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ privilegium æqualitatis cum Romana, neque etiam primum locum poſt hanc obtinuiſſe, niſi poſtquam Romani Pontifices ratum habuerunt. Quod confirmat auctoritate Nicephori *lib.17. cap.9.* dum narrat Joannem Papam, cùm Conſtantinopolim veniſſet, rogatum à Juſtiniano, ut Epiphanio Patriarchæ Conſtantinopolitano aſſideret, non antea voluiſſe, quàm ſibi pro prærogativa Sedis Apoſtolicæ thronus ſuper Epiphanium collocatus fuiſſet. 16

Ordo igitur inſtitutionis præcedentiæ, ſeu præeminentiæ inter Patriarchas hujuſmodi, ut rectè capi poſſit, ſciendum eſt à principio, & tempore primæ Synodi Conſtantinopolitanæ tres tantùm Eccleſias Patriarchales fuiſſe, quas B. Petrus fundaverat, ſcilicet Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam, quarum meminit *d. cap. Cleros, verſ. Patriarchæ, 22. diſt.* Romanam, quia ad eam jubente Domino ex Antiochenam Cathedram ſuam tranſtulit Petrus, ut refertur *in cap per venerabilem,* 17

lem, verſ. ſanè, qui ſi ii ſint legit. & quia Petri & Pauli glorioſo martyrio coronata eſt, *c. fundamenta, de elect. lib. 6.* Alexandrinam, quia B. Petri nomine à Marco Evangeliſta ejus Diſcipulo conſecrata eſt. Antiochenam, quia prima fuit B. Petri Sedes, & ideò ejus nomine eam celebrat Eccleſia, ibidémque primum Chriſtianorum nomen accepit initium: quæ omnia ex Anacleto ponit Gratian. *in cap. ſacroſancta, verſ. primo ergo Sedes, diſt.* 22. & deducitur ex antiquiſſimo Nicæno Concilio relato *in cap. mos antiquus, 65. diſt.*

18 Ratio autem, quare illo tempore Alexandrina Eccleſia præcedebat Antiochenam, cùm hæc erecta fuerit à Petro ante illam, quæ ejus nomine à Marco fuit inſtituta, ea eſt, quia præfectura Alexandrina, quæ Auguſtalis dicebatur, ab Auguſto ſuo nomine inſignita, magnificentiâ præ cæteris ab eodem fuit nobilitata, & ſex Ægypti Provinciis, & univerſo ejus Imperio jus dicebat, ut conſtat ex textu *in l. 1. ff. de offic. Præf. Auguſt.* quem diligenter exornat Cadio. Baron. *in Martyrologio, die 20. Octobris, in B. Arcenio*, & meritò ſuperior erat præfecturæ Syriæ, ad quam Antiochia pertinebat; & conſequenter eadem conſideratione primus etiam honor poſt Romanam Eccleſiam ejus Patriarchis à Summis Pontificibus datus eſt, ut explicat idem Card. Baron. *tom. 1. annal. pag.* 310. neque ſatis concludit alia ratio, quam ibi affert, anno Chriſti 46. *pag.* 407. quæ etiam placuit Card. Bellarm. *tom 1. de Romam. Pont. lib. 1. c. 24.* quod Alexandrina primum obtinet locum poſt Romanam, quia eam Marcus Petri nomine erexit: non enim ideo ſequitur, quod debuit præcedere Antiochenam, cui Petrus ipſe primò & principaliter præfuit.

19 Innuimus ſuprà tempore primæ Synodi Conſtantinopolitanæ nondum fuiſſe in rerum natura Conſtantinopolitanum Patriarchatum, ſed ſolummodò tres illos jam enumeratos, cujus tamen contrarium, immò & hunc Conſtantinopolitanum in præfata Synodo inſtitutum fuiſſe, referunt Raym. Ruff. *in Molinæum pro Pontifice Maxim. ſub num.* 8. *pag.* 62. *in verſ. præterea, & ſub num.* 19. *pag.* 161. *in verſ. cùm quatuor*, Mich. Aninyon *de unitate Ovilis, & Paſtoris, c.* 18. *n.* 9. Læl. Zech. *in tract. de Sacram. ubi de Sacram. Ordinis, cap. 1. verſ. octava propoſitio in fine*, id comprobantes ex textu *in cap. Conſtantinopolitanæ, 22. diſt.* deſumpto ex eadem prima Synodo *cap.* 3. qui nedum inſtitutionem dicti Conſtantinopolitani Patriarchatus, ſed etiam illi primum inter Patriarchales Sedes locum innuit, ac declarat. Verùm licèt Cardin. Baron. *annal. tom. 4. anno Chriſti* 381. *pag.* 447. *in verſ. ſed hic adverte, & in verſ. ſed felicius*, ex Sozomeno explicaverit, mentem dictæ Conſtantinopolitanæ Synodi fuiſſe diſcernere Catholicos Antiſtites ab hæreticis, non verò Patriarchatus dividere, atque inſtituere; attamen probatiſſimorum Autorum teſtimonio, ac fide obſervatum fuit præfatum Canonem 3. ex quo deſumptus fuit textus *in dict. cap. Conſtantinopolitanæ*, ſuppoſitium fuiſſe, adulterinum, ac falſum, ut conſtat ex iis, quæ refert Albert. Pigh. quem allegat Melch. Can. *de locis Theolog. lib. 3. cap. fin. in verſ. nunc ſextum argumentum, & lib. 6. cap. 8 in reſp. ad undecimum, verſ. loco.*

20 Poſteà ſuccedentibus temporibus (ut ad ordinem inſtitutionis, & præcedentiæ prædictorum quatuor Patriarcharum redeamus) Regia, ſeu Imperatoria Sedes ad Byzantium tranſlata fuit, quod nomine ſuo, pluribúſque privilegiis Conſtantinus exornavit, & non ſolùm Conſtantinopolim, ſed etiam novam Romam eſſe & appellari voluit, ideóque primum locum poſt Romanam ipſi Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ datum fuiſſe, in dicto ſuppoſito Canone dici cœpit, quod deinde in ſexta Synodo fuiſſe confirmatum colligi videtur *ex cap. renovantes, 22. diſt.* & ab eodem Juſtiniano *in Auth. de Eccl. tit. in princ. verſ. idcóque ſancimus.* Et quamvis uſu Romanæ Eccleſiæ multo poſt tempore hoc receptum eſſet, nihilominus Epiſcopi Conſtantinopolitani Imperatorum freti potentiâ aſſertum illud privilegium ſibi uſurpare contendebant, imò ſuperiores eſſe Romano Pontifice, ut ex Paulo Diacono, Platina & aliis comprobat Raymundus Ruffus *pro Pontifice Max. pag.* 50. *cum ſeqq.* & ſentit Card. Bellarm. *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 18. in fine ſecundi argum.* Denique pro bono pacis Innoc. III. in generali Concilio Lateran. de quo *in d. c. antiqua, de privil.* conceſſit idem privilegium Conſtantinopolitanis Epiſcopis, ut advertunt Patres, qui juſſu Gregorii XIII. emendationi Decreti præfuerunt, *in notis ad d. cap. Conſtantinopolitanæ*, qui etiam rectè advertunt *in d. c. renovantes*, legendum eſſe, *ſimilia privilegia, quæ ſuperior Roma habet, accipiat, necnon in Eccleſiaſticis rebus magnificetur ut illa*, quamvis in antiquis Codicibus legeretur *inferior Roma*, & non tantùm, *in Eccleſiaſticis rebus*, ut etiam antèà benè adverterat Ant. Auguſtin. *ad Decretum lib. 1. dial. 9.*

Hieroſolymitana Eccleſia, quæ inter Patriarchales ultimo loco ponitur, cùm mater omnium Eccleſiarum habita eſſet, eo quòd primus Epiſcopus in ea fuerit S. Jacobus frater Domini, & poſt eum Simon frater quoque ipſius Domini, per annos ferè quingentos non re, ſed nomine, non poteſtate, ſed honore dumtaxat uſque ad Juvenalem ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum, quarta Patriarchalis habita eſt, ex eo quia in Nicæna Synodo *canon.* 7. decretum fuerat, ut Hieroſolymitanus quartum quidem Patriarchalis ſeſſionis locum ac honorem haberet; non tamen propterea à ſubjectione Cæſareenſis, quæ Metropolitana erat, eximeretur; Juvenalis enim Prailio defuncto in Sede Hieroſolymitana ſubrogatus eſt anno Domini 429. in Concilióque Epheſino totius Syriæ Palæſtinæ Primatum quæſivit, ideò quòd cùm ſuſceptis ex toto Orbe peregrinationibus Hieroſolymitana Eccleſia frequentaretur, majori honore, officiiſque dignioribus, quàm Cæſareenſem Metropolitanam colendam eſſe ambitioſè judicaret. Reſtitit ille, qui Vicariam Pontificis præfecturam agebat Cyrillus Alexandrinus, ut notatur *in epiſt. 72. Leonis IX.* S. Hieronymus *epiſt. ad Pammachium contra Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum*, ſic eum alloquitur: [Tu qui regulas quæris Eccleſiaſticis, & Nicæni Concilii canonibus uteris, reſponde mihi: Ad Alexandrinum Epiſcopum Palæſtina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Paleſtinæ Metropolis Cæſarea ſit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæſareenſem Archiepiſcopum deferre debueras, cui ſpretâ communione tuâ nos noveras; aut ſi procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ. Sed novi cur Cæſaream, cur Antiochiam malueris mittere. Maluiſti occupatis auribus moleſtiam facere, quàm Metropolitano tuo honorem reddere.] Nihil ergo magna Synodus Hieroſolymorum Eccleſiæ contulit, niſi ut honor, qui ex antiquo uſu ei deferri 21

ſolebat

ſolebat, juribus, & ſubjectione Metropolitani ſalvis eidem deferatur, idque propterea quod Hieroſolymitana Eccleſia mater omnium Eccleſiarum (ſic enim nominatur *in epiſt. Synodali Concilii Conſtantienſis Oecumenici ad Damaſum*, quæ extat apud Theodoret. *lib. 5. cap. 9.*) appellata fuerit, adeoque non immeritò ipſius civitatis Epiſcopum eum honorem, ut inter Apoſtolicarum Eccleſiarum Antiſtites ſederet, & in litteris quoque ita nominaretur, antiquitùs conſequutum fuiſſe judicatur, & poſteà id declaratum extitit in octava Synodo generali, prout habetur *in cap. fin. diſt. 22.* ac demùm ab Innocentio III. confirmatum, ſeu innovatum in Lateranenſi Concilio, de quo *in d. cap. antiqua.*

22 Ex his ergo colligitur hujuſmodi Patriarchas cæteris Prælatis eſſe majores, non ſolùm dignitate, verùm etiam poteſtate, atque juriſdictione, argumento dicti capitis *antiqua*, & *cap. exigit*, & *cap.* 23 *felicis, de cenſib. lib. 6.* Ad ipſos namque Epiſcoporum omnium & Archiepiſcoporum negotia, & majores cauſæ poſt Apoſtolicam Sedem ſunt referendæ, *c. 1. diſt. 80.* ſalvâ tamen in omnibus ipſius 24 Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ut *in eod. cap.* dicitur. Unde ipſi poſt Romanum Pontificem primi ſunt, & majores in ordine Epiſcoporum, *cap. 1. in princ. 22. diſt.* & patet *ex cap. grave nimis, in fine, de prabend.* ac proindè illis plura & maxima ob eximiam, quâ fruuntur, dignitate, privilegia ad inſtar Papæ conceſſa ſunt.

25 Primum igitur privilegium eſt, ut ſedere, & incedere deberent immediatè poſt Papam ante Cardinales. Abb. *in d. cap. antiqua, n. 6.* Præpoſ. *in cap. definimus, 22. diſt.* Hieron. Gig. *in tract. de reſidentia Epiſcoporum, cap. 18. n. 7.* Chaſſan. *in catalog. gloria mundi, part. 4. conſid. 9. in princ.* Machado *diſl. tract. 2. docum. 1. num. 2.* Joan. Garcia *de nobilitate, gloſſ. 48. §. 3. n. 41. cum ſeqq.* Hermoſil. *in addit. ad Partitam 5. Gregorii Lopez, in prolog. gloſſ. 2. num. 50. cum ſeqq.* adducentes textum *in cap. conſtitutis, tit. 2.* in inſcriptione, *de appellat.* Sed hoc privilegium receſſit ab aula; nam hodie Cardinales de conſuetudine & juris ratione eis præſunt ratione officii, cùm ſint unum corpus cùm Romano Pontifice, ſicut ſuperiùs eſt ſuo loco explicatum. Gonzal. *d. gloſſ. 41. num. 22.* Quoad Patriarchas verò reſpectu Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, ſciendum eſt quod Patriarcha ſubeſſe debet ei, qui eſt in ſuo territorio. Fontanel. *de pactis nupt. clauſ. 9. gloſſ. 10. part. 2. n. 70.* Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. Epiſcopus*, Joan. Garc. *d. gloſſ. 48. §. 3. num. 54. verſ. ſi verò*, Hermoſil. *ubi ſupra, num. 59.* ubi ex Fontanel. *d. loco, num. 71.* tenet in concurſu plurium Epiſcoporum ad conſecrationem alterius Epiſcopi præferri diœceſanum, etſi ſit minùs antiquus.

26 Secundum privilegium eſt, ut Metropolitanos, & Suffraganeos eorum ex cauſa deponere poſſint, *cap. non antiquus*, cum Gloſſ. *65. diſt. cap. quod ſuſpectis, 3. q. 1. gloſſ. 1. in c. renovantes, 21. d. ſt.* Niceph. *lib. 13. hiſtor. Eccleſ. cap. 9.* ut ait de Joanne Chryſoſtomo Patriarcha Conſtantinopolitano, Card. *in Clem. in plerisque, in princ. num. 16. de elect.* Sed & hoc privilegium evanuit, quia ultra quod ante Concil. Trident. hoc minimè licebat Patriarchis, 27 ut docet Andr. Gambar. *in tract. de offic. & poteſt. Legati à latere, lib. 2. n. 16. & 18.* poſt Concil. Trid. caret difficultate, quia ſolus Papa poteſt deponere Epiſcopos, ut *in ſeſſ. 13. de reformat. cap. 8. & in ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5.* junctis iis, quæ reſolvimus *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 3. allegat. 112.*

Tertium privilegium eſt, ut eis Romani Pontifi- 28
cis inſigniis, & ornamentis uti fas ſit, ſiquidem veſtes rubeas induti incedere, & equo albo phalerato ſimul, atque freno, & calcaribus deauratis uti liberè licet. Ita Abb. Panorm. Hoſt. & alii ſcribentes *in d. c. antiqua*, & Card. Jacobat. *in tract. de Concil. lib. 1. n. 184.* Gambar. *d. lib. 2. tit. 1. de variis Ordin. nomin. n. 21.* nam & iis inſigniis Legatus de latere uti poteſt, ut ſuprà dictum eſt.

Quartum privilegium eſt, ut illi Regibus, aliiſve 29
Principibus Superiorem non habentibus æquiparentur, cùm eorum inſtar redacti ſint, quòd multarum Provinciarum regimina ſubeant, ut per Chaſſan. *d. conſid. 9. verſ. & iſti.* Jacobat. *d. lib. 1. n. 137.* Gamb. *ubi ſub. n. 15.* Læl. Zech. *d. tit. de ſtatu Illuſtr. Patr. n. 2. circa fin.* Sebaſt. Med. *in tract. de legib. & ſtatut. p. 1. q. 11. n. 9.* Gaſp. Valaſc. *in rep. l. Imperium, n. 100 ff. de juriſd. omn. jud.*

Quintum privilegium, ut ubique crucem ela- 30
tam præ ſe ferre liberè poſſint, & pallio utantur, præterquam in Urbe Roma, aut ubicumque Summus Pontifex præſens fuerit, vel ejus Legatus utens inſigniis Apoſtolicæ dignitatis, *d. cap. antiqua*, ubi Ant. & Abb. *in princ.* Chaſſan. *d. p. 1. conſ. 4.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 15. c. 9. n. 6.* Læl. Zech. *d. loco, num. 2. ad fin.* Gonzal. *d. gloſſ. 41. num. 25.* Henriq. *d. lib. 10 c. 29. §. 3.* Sebaſt. Cæſ. *d. p. 1. diſp. 4. §. 4. ex n. 18.* noviſſimè Illuſtr. D. Roder. à Cunha *in tract. de Primatu Bracharenſis Eccleſ. cap. 6.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 33. num. 26.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 1. cap. 10 §. habent & aliud*, malè notans dicere Abb. *in cap. 2. ut lite non conteſt. num. 7.* quod Patriarchæ ſolùm intra Pro- 31
vincias ſui Patriarchatus poſſunt deferre crucem, quia Abb. apertè loquitur de Archiepiſcopis, in quibus veriſſimam tradit, & utilem atque receptam diſtinctionem, quam etiam repetit *in d. cap. antiqua, n. 10.* quod ſunt quædam inſignia denotantia ſuperioritatem, ſeu poteſtatem in loco, & iſtis uti nemo poteſt extra ſuam Provinciam abſque ſpeciali privilegio. Idem erat dicendum in Patriarchis, niſi jure communi eis conceſſum reperiretur *in d. cap antiqua*, ut ubique, id eſt, quocumque loco, uti liceret; quod ulteriùs magis apparet ex limitatione, quam inferiùs facit textus ille ibi, *niſi in Urbe Romana*, &c. quæ exceptio regulam firmat in contrarium quoad omnia alia loca, in quibus Romanus Pontif. præſens non reperitur, juxta regulam textus *in l. nam quod liquidè, §. ult. ff. de pen. leg.* cùm aliis per me adductis *in tract. axiomatum juris uſufr. axiom. 85. num. 4.* Quædam autem ſunt inſignia dignitatem perſonæ 32
denotantia, & his uti poteſt Archiepiſcopus, vel ſimilis Prælatus extra loca ſui territorii, veluti portare annulum, vel celebrare cum Mitra, & Baculo, ut notat Gloſſa, quam ſequuntur omnes ibi *in Clem. Archiepiſcopi, de privileg.* ubi etiam quod poſt ſe caudam portari faciat; pertinet enim hoc ad perſonæ dignitatem, & inceſſûs decentiam: notat idem Abb. & ex eo Pancirola *citato loco*, advertens habitum hunc fuiſſe cujuſdam palatinorum principis Conſtantinopolitani; ſed ad Græcos recurrere non oportet, & ſatis eſt dicere illos ex noſtris ſumpſiſſe.

Ex quibus circa hoc privilegium ferendi cru- 33
cem, inter Archiepiſcopos, & Patriarchas illa apparet differentia, quod Patriarchis jure communi datum eſt ubique, Archiepiſcopis verò intra

Provin

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Provinciam, juxta textum *in d. Clem. Archiepiscopo*, Læl. Zech. *d. tit. de statu illustriss. Patriarch. n.6.* nam extra Provinciam Archiepiscopi crucem deferre non possunt, nisi illi quibus speciali Sedis Apostolicæ privilegio fuerit concessum, ut probat textus *in d.c. 1. ut lite pend.* Alia quoad hoc inter eos est differentia, quia Patriarchæ crucem ligno transversario gemino constantem præ se ferunt, cujus lignum superius transversum brevius est, inferius longius. Archiepiscopis verò intra suas Provincias unius duntaxat transversi ligni crucem præferre permittitur, ut optimè observarunt Cujac. *in parat. ad tit. de foro compet. in cap. sanè 3. in fine*, Just. Lips. *in notis ad suos de cruce libros*, Jacob. Gretser. *de ortu S. Crucis, p.3. in descriptione Crucis Uverdeana, vers. verum cùm circa.* Jaym. Bleda *in tract. sanctæ Crucis, c.7.* Hieron. Roman. *p.3. de Repub. Christiana, lib.2. c.6. ad fin. & lib.3. cap.6. etiam ad fin.* Sebast. Cæs. *d. §.4. num.22. in fine*, ubi *num.23.* quærit & resolvit, an licitum sit Patriarchis ubique benedictionem solemnem, aut aliam dare extra territorium?

34 Sextum privilegium est, ut ipsi Pallium Archiepiscopis Suffraganeis suis tradere possint, postquam ipsi à Romano Pontifice illud acceperint, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ juramento; cùm verò ipsi illud Archiepiscopis tradunt, ab ipsis pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia obedientiæ sponsionem recipere debent, *dict. cap. antiqua*, Abb. *in rub. de auct. & usu Pallii, n.2.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium Judic. lib.2. c.3. n.19. & c.4. per tot.* Sebastian. Cæs. *d. §.4. num.2.* Christoph. Marcel. *in Cæremon. Roman. lib.1. c.8. per tot.* ubi dicit se vidisse Sixtum IV. manibus propriis dedisse Pallium Patriarchæ Constantinopolitano, Hieronymo Lando Veneto, quod tamen indecens Pontifici judicavit Azor. *Instit. Moral. p.2. lib.3. c.34. quæst 4.* ubi dicit, quod licèt olim Archiepiscopi quatuor illis Patriarchis subjectis à suo Patriarcha Pallium petere consuevissent, juxta *d. cap. antiqua*; non verò Archiepiscopis Pallium Romani Pontificis beneficio, & auctoritate confertur: refert Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c.2. num.4. dist.100.*

35 Non obstat quod Pallium à solo Romano Pontifice universaliter dari possit, juxta textum *in cap. nisi de auctorit. & usu Pallii*; ideò dicitur accipi de corpore B. Petri *in cap. novit.3. dist.100.* secundùm Læl. Zech. *d. tit. de statu illustriss. Patriarch. num.5. vers. traditur*, Vasconcel. *in harmon. rubr. sub tit. de auctorit. & usu Pallii, n.7.* quamvis meliùs alibi id explicaverim, cùm detur in signum plenitudinis potestatis, & Pontificalis officii, *d. c. antiqua. c. ad honorem, illo tit. c. quanto, de translat. Episcopi, c. nihil, §. cæterùm, de elect.* cum aliis citatis ab Illust. D. meo Roderic. à Cunha *in comment. ad c. non solum, 7. n.1. dist.100.* quæ potestatis plenitudo ab alio dari non potest, nisi ab Apostolica Sede, ejusque Præside Romano Pontifice Petri successore, à quo tanquam à capite in alios Prælatos tanquam membra omnis profluit Ecclesiastica jurisdictio, *cap. in novo, 21 dist.* Respondetur enim Patriarchas ex auctoritate ab ipso Romano Pontifice concessa Pallia Archiepiscopis concedere, ac subinde dici non posse quod ab alio accipiunt quàm à Romano Pontifice, & de ipsius B. Petri corpore, juxta prædictum sensum, juxta regulam, *Qui per alium facit, lib.6.*

36 Septimum privilegium est, ut habeant ordinariam jurisdictionem super omnes Episcopos & Metropolitanos totius Provinciæ, & regionis, ubi eorum extenditur jurisdictio, *dict. cap. antiqua*, Sebast. Cæs. *d. p.4 §.4. num.3.* Gonzal. *d. gloss.41. n.25.* Machado me citato *in hoc loco, d. p.7. tract.2. docum.1. num.1.* & ideo tanquam Ordinarii super Metropolitanos, & eorum Suffraganeos in Provinciis suis omnes eorum Ecclesias ac Dioeceses visitant, & ipsorum Metropolitanorum negligentiam supplent, *c. cùm ex officii, de præscript.* quin olim ex causa ipsos & Suffraganeos eorum deponebant, de quo suprà meminimus. Dispensant quoque cum Episcopo, vel alio beneficiorum collatore sibi subjecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à Concilio suspensus, *cap. grave nimis, ad fin. de prebend.* Scipio de Rubeis *in aphorismis Episcopal. verb. Patriarcha, n.5.* 37

Item 38 excommunicatos à Suffraganeis suis absolvunt, licèt eis Suffraganei absolutionem concedere recusent, ut docent communiter Doctores, per textum *ibi in cap. ad reprimendam, num.8. de offic. Ordin.* Matth. Vigon. *de præstantia Patriarchali, vers. ita quandoque.*

Octavum privilegium est, ut in provinciis omnibus eorundem jurisdictioni subjectis appelletur 39 ad eos cùm opus fuerit, etiam omissis mediis, salvis appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum, ut inquit Innocentius III. *in d. c. Antiqua*, Sebastian. Cæs. *d. §.4. n.8.* me citato *in hoc loco*, Machado *d. tract.2. docum.1. n.2.* Ratio autem formalis hujus privilegii in eo consistit, quia secundùm ordinarias regulas appellatio gradatim, non verò omisso medio est interponenda, *l. Imperatores, 21. in princip. ff. de appellat.* ubi omnes, & ultra Ordinarios Socin. *reg.39.* Marant *de ordine judic. p.6. c. de appellat. à num.368.* de quibus Alphan. *collect.892.* Quibus addo Garc. Falcon. *reg.32.* & plenissimè Sigism. Scacc. *d. appell. q.7. à princ.* ita scilicet, ut inter Ecclesiasticos Judices ab Archidiaconis, & aliis inferioribus Prælatis ad Episcopum, & ab Episcopo ad Archiepiscopum, & sic ab inferiori ad Superiorem immediatum Judicem interponatur appellatio, *c. dilecti, 66. de appellat. c. Romano, in princ. & §. ab Archidiaconis, & §. debet, & §. ult. eod. tit. lib.6.* prosequitur Petrus Gregor. *de appellat. lib.4. c.2.* Sigism. Scacc. *d. quæst.7. à numer.32. & 86.* Patriarchis tamen ipso jure singulis hæc prærogativa indulgetur, ut ad eos omisso medio in omnibus suarum Provinciarum locis licita sit appellatio; atque ita textus *in d. c. antiqua*, est intelligendus, quia aliàs nullum concederet privilegium Patriarchis, contra illud, quod in ejus principio habetur, *renovantes privilegia*, &c. & hanc esse communem sententiam, computatis Auctoribus, post Innoc. & Hostiens. concludit *ibi* Abb. *n.7. & 8.* sequuntur Lancel. Conrad. *in templo omnium Judic. lib.2. c.3. num.9.* Ugon. *in tract. de præstantia Patriarchali, col.20. vers. dixi jam quadam.* Marant. *d. loco, num.371.* Gambar. *de offic. & potest. Legati à latere lib.8. quæst.22. num.106.* Petr. Greg. *Syntagm. Iuris lib.55. c.9. num.6.* Læl. Zech. *de statu illustriss. Patriarchar. num.4. ad fin.* Scacc. *d. q.7. n.104.* Nec contrarium insinuant ejusdem textus verba illa, *salvis appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis*, quatenus hoc quod appelletur omisso medio, soli Romano Pontifici concedere videtur, quod etiam jure sancitum erat *in cap. si duobus, de appellat. lib.6.* Quia respondetur textum illum in præci-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tatis verbis non loqui taxativè, neque impedire quod etiam quatuor Patriarchis ſpecialiter concedatur, quia ſi gradatim ad Patriarchas eſſet appellandum in Provinciis ſibi ſubjectis, nihil eis ſpecialiter concederet ille textus contra mentem Pontificis proœmialibus verbis, ibi: *Patriarchalium Sed um privilegium renovantes, &c.* Quare audiendi non ſunt Butr. *in d. cap. antiqua n.11.* Card. *n.4. verſ. nota quod ad quatuor*, & alii, quos refert, & ſequitur Hentiq. *d. lib.10. c.19.* §.3. contrarium exiſtimantes, idque; colligentes ex Gloſſa ultima *in d. cap. antiqua.*

40 Præter quatuor Primarios, & maximos Patriarchas, de quibus hucuſque egimus, alii ſunt minores inter Latinos, qui vel Romani Pontificis indulgentiâ, vel inveterata conſuetudine Patriarchale nomen hodie retinent, ſeu olim vendicarunt; videlicet Aquileienſis, Gradenſis, Patriarcha Indiarum, & Patriarcha Æthiopiæ, cum aliis, de quibus Gloſſ. *verb. Archiepiſcopis, in d. c. Cleros, diſt.21.* Specul. *tit. de diſpenſat. §. ſunt quoque, n.2.* Gambar. *d. lib.2. num.14.* Ugon. *de præſtantia Patriarch. lib.4. c.7.* Gonzal. *d. gloſſ.41. ex num.14. cum ſeq.*

41 De Aquileienſi Patriarcha, qui alius eſt à Gradenſi, ut aliquid breviter dicamus, te ſcire volo, quod ante Longobardorum in Italiam adventum, qui accidit anno ſalutis 566. Aquileienſis Archiepiſcopus more Græcorum & Orientalium Patriarcha nominabatur, & ut alii dicunt, occaſione cujuſdam ſchiſmatis erectus circa annum Dom. 570. ſicut ex Cardin. Baron. teſtatur Caſtald. *in praxi carem. lib.1. ſect.10. cap.11. num.2.* Irruentibus verò Longobardis, primo adventu Alboinus eorum Rex Aquileiam cœpit, propter quod Aquileienſis Patriarcha Sedem hinc inde mutavit, & tandem in Urbe Venetiarum permanſit, ubi hodie retento Patriarchæ nomine reſidet, & ad hunc Patriarcham ſcripſit Sthephanus Papa, de quo *in cap. nunc verò, 9. quæſt.3.*

42 De Gradenſi Patriarcha fit mentio in inſcriptione capitis *erubeſcant, 32. diſt.* & capitis *ex Litteris, de officio deleg.* Fuit autem Gradenſis civitas brevi ambitu, paludibus, & flumine circumſcripta, in quâ Patriarcha iſte reſidebat: verùm cùm propter hujus civitatis aëris intemperiem reſidentia difficilè inibi fieri poſſet, Nicolaus V. de anno 1441. tranſtulit Gradenſis Eccleſiæ dignitatem in inclytam Venetiarum civitatem, cujus Epiſcopus Caſtellanus dicebatur, eo quod ejus Epiſcopalis Sedes erat in Inſula Caſtellana, quæ Olivolus appellabatur; & ſic ſuppreſſo utroque titulo, & Gradenſi, & Caſtellano, primum Venetiarum Patriarcham creavit Laurentium Juſtinianum, qui vivens, morienſque multis claruit miraculis: ita Bernardus Juſtinianus *in ſua de Venetiarum geſtis hiſtoria, lib.12.*

43 Patriarcha Indiarum, ſeu novi mundi dignitas erecta fuit à felicis recordat. Paulo III. ut refert Gonzal. *d gloſſ.45. num 14. in fine*, & his noſtris temporibus creatus fuit Patriarcha Æthiopiæ

44 Joannes Nonius Barretus Luſitanus, ut refert Sebaſtianus Cæſar. *d. p 1. diſp.4. §.3. n.2.* Et quatuor iſti ſolùm retinent hodie Patriarchæ nomen, cæteri verò infra referendi Primates dicuntur, non Patriarchæ eo vel maximè, quia primas tenent civitates. Gaſp. Stat. *de antiq. Luſitan. c.64. n.7.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.2. n.1. diſt.99.*

45 De Bituricenſi Archiepiſcopo fit mentio *in cap. conqueſtus, 9. q.3.* ubi quod apud Nicolaum Papam querebatur Narbonenſis Archiepiſcopus, quòd Bituricenſis tanquam Primas & Patriarcha, ipſo invito, Clericos ad tribunal ſuum venire compelleret: unde Alberic. *in rub. de ſtatu homin, col. ult.* dicit Archiepiſcopum Bituricenſem eſſe Primatem in Provincia Burdegalenſi: & Cardin. Alexandrin. *in cap. diffinimus. 22. diſt.* Bituricenſem ponit primum Patriarcham poſt quatuor Primarios: & Nicolaus Boër. *in addit. ad tract. de auctoritate, & præeminentia magni Conſilii p.1. n.14.* dicit Bituricenſem eſſe Primatem in Burdegalenſi Provincia, id comprobans ex textu *in cap. ult. de majorit. & obed.* & ex cap. ult. *de dolo, & contumacia.* Vide Sebaſt. Cæſ. *d. diſp.4. §.3. num.7.* D. Acuña *in hiſtoria Eccleſiaſtica Epiſcoporum Portugalenſium, p.1. c.6. pag.73. in fine.*

De Piſano Archiepiſcopo, quod ſit Primas, tractant additio marginalis *ad gloſſ. in d. cap. diffinimus, 22. diſt.* ubi Archid. & Domin. Idem Domin. *in cap. Cleros, n.20. diſt.22.* Præpoſ. *in cap. Concilia, §. Epiſcopos, ſub n.5. diſt.17.* Turrecr. *in cap. Provincia, verſ. ſed inſurgit quæſtio, diſt.99.* Petr de Monte in Monarchia Concil. *p.1. art.1 n.254. & ſeq* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi. p.4. conſid.19. in fine*, Boër. *de ordine & precedentia gradnum, p.1. num.13. & de auctoritate magni Conſilii, n.54.* Panuin. *de officio & poteſt. Capituli Sede vac. prat.6. n.13.* Calefat. *de equeſtri dignitate, n.94.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.15. c.10. n.30. in fine*, Gig. *de reſident. Epiſcop. q.10. n.10* March. Anton. Cuch. *in inſtit. major lib.1. tit.3.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi, p.1. q3 n.24. & 25.* Anaſtaſ. Germon. *d.c.7 n.8.* Gonzal. *d gloſſ.41. n.14.* D. Acuña *d. c.6. pag.75.* Reverendiſſ. D. Vivian. Epiſcopus Saloneuſ. amicus noſter, *in ſua praxi juriſpatron. p.1. lib.3. cap.2. n.67. cum multis ſeqq. in ult. impreſſ.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.1. tit.3. cap.7. n.10. cum ſeqq. & in collectan. ad cap. ſi diligenti, ex n.3. de præſcript.* quibus in locis rationes plures adduxi, quas referunt Piſani contra Calaritanos & Calaritani contra Piſanos, pro hujuſmodi Primatia obtinenda. 46

De Toletano Archiepiſcopo, quod non ſolùm ſit Primas, ſed etiam Patriarcha dici, ac privilegiis veris quatuor Patriarchis conceſſis frui poſſit, & valeat, habet ille ex ſpeciali indulto Martinii V. incipiente *Martinus*, ſub dat. Kalendis Aprilis 1422. cujus memini *d c.n.11.* & de eo mentionem faciunt Garſia de Loayſa *in collect. Concil. Hiſpaniæ, in Decreto Gundemari Regis, pag.296.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, part.2. fundam.1. n.33.* ubi illud refert de verbo ab verbum. 47

De Primatu autem Hiſpaniæ contentio magna eſt inter Toletanum & Bracharenſem Archiepiſcopos, cujus meminit textus *in cap. coram, de in integr. reſtitut.* Pro Toletano expreſsè ſcripſit mirâ ingenii, & eruditionis ubertate D. Thomas Tamayo de Vargas in ſuo libro inſcripto, *Novedades antiguas de Eſpaña*, cujus meminit Machado, *d. lib.4. p.7. tract.2. docum.1. n.4.* Pro Bracharenſi D. Maur. Ferret. *in hiſtor. B. Jacobi, lib 1. c.14. pag 53.* Fr. Bernard. de Britto *in Monarchia Luſit. p.2. lib.6. c.14.* Stat. *de antiq. Portug. cap.57.* noviſſimè egregiè decertavit Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarchia, p.1. diſput.4. §.5.* & aliqua pro ingenii mei imbecillitate primus omnium cumulavi *d. tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.1. tit.3. cap.8. per tot. & in collect. ad d. cap. coram*; & omnes ſuperavit ut inde forſan nullus ambigendi locus maneat, Illuſtriſſ. D. meus Rodericus à Cunha ejuſdem Bracharenſis 48

UAB Biblioteca de Ciències Socials

charensis Ecclesiæ dignissimus Præsul *in suo tract. de hac Brachara Augusta Primatia*, quem pro firmanda & stabilienda sui Primatus auctoritate in lucem edere promittit *in comment ad cap. 1. num. 1. dist. 99.* Sed jam promissa adimplevit, ut post hæc scripta vidi, dum Romæ sub die 15. Julii 1632. ad manus meas pervenit elegans, & nunquam satis laudandus tractatus iste, quem de Primatu Bracharensis Ecclesiæ scripsit, & Bracharæ Augustæ sub eodem anno imprimi curavit, in quo quicquid hac in re desiderari potest, diligenter est enucleatum, & præcipuè *à cap. 9. cum sequentib.* multa adducit non vulgaris eruditionis fundamenta & auctoritates, quibus sui Primatus jus firmissimè stabilitur: & *cap. 26.* plures Summos Pontifices commemorat, qui Bracharenses Archiepiscopos Primates, appellarunt: & *cap. 27.* exempla nonnulla refert, & tandem catalogum Auctorum conficit, qui Primatiæ Bracharæ detulerunt, inter quos citat Gabr. Pereira *de manu regia, p. 2. c. 22. n. 5.* Gald. Pereira *cons. 8. n. 54. & consil. 31. n. 15.* Padil. *in Historia Eccles. centur. 6 cap. 32. pag. 72.* Anton. de Sousa de Macedo *in libro, cui titulus est, Flores de Hespaña, c. 9. excellent. 13. per tot.* Emman. de Faria *in epitom. histor. Regni Portugal. part. 4. c. 13.*

49 Plures alii sunt Primates, unusquisque respectu Provinciæ, seu Regni, ubi est constitutus. Hiberniæ igitur Primas est Armacanus Archiepiscopus, Angliæ Cantuarensis, Africæ Carthaginensis, Hungariæ Strigoniensis, Poloniæ Gnesaensis, Scotiæ Archiepiscopus S. Andreæ, Germaniæ olim Magdeburgensis, nunc verò Salesburgensis. In Galliæ verò Provinciis Primates se appellant Archiepiscopi Bituricensis, Rhemensis, Lugdunensis, Arelatensis, & Viennensis. Sebast. Cæsar. *dict. disp. 4. §. 3. in fine*, D. Acuña *d. cap. 6. pag. 73. cum seqq.*

50 Illud demùm advertere oportet, quod ubicunque Patriarcharum fit mentio diffinitè loquendo, veniunt solummodò quatuor supradicti veri, & præcipui Patriarchæ, non verò alii minores, sicut tradunt Doctores per me citati *in tract. de appellat. verborum utriusque juris significat. appell 189. num. 1.*

51 De Patriarchis & Primatibus qui plura alia scire cupit, consulat Chassan. *in catal. gloriæ mundi p. 4. consid 9.* Matth. Ugon. *in tract de Patriarch. præstantia, tom 13. Doctor part. 2. pag 282.* Dionys. Paul. Lopis *de vera quatuor Patriarc. Sedium erect.* Greg. Lop. per textum *ibi in l 9. verb. Primado, tit. 5. p. 1.* S. Antonin. *in 3. p. tit. 20. c. 4.* Covar. *in reg. possess. p. 2. §. 10. n. 5. & 6. & var. lib. 4 c. 14. num. 13. vers. secunda autem Sedes.* Alvar. Pelag. *de Planctu Ecclesiæ, lib. 2. c. 17.* Rebuff. *in concord tit. de collation. § si quis verò, verb. Patriarchalis.* Cuch. *in inst. major lib. 2. tit. 7.* Joan. Paul. Lancel. *in instit. Canon. lib. 1. tit. de Episcop. in §. Patriarch* Lancel. Conrad. *in templo omnium Jurisc. lib. 2. c. 3.* Anton. Augustin. *in epit Juris Pontificii veteris lib. 2 de Patriarchis, & Primatibus*, Paul. Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 2. ex numero 9.* Andr. Gambar. *de officio, & potestate Legati à Latere, lib. 2. in rub. de variis Ordin. nomin. ex n. 11.* Sebast. Medic. *de legibus & statutis, part. 1. q 12.* Hippolit. Marsil. de Columna *de Eccles. reddituum origine, part. 2. c 11. ex n. 15.* Altamiran. *in tract. de visitat.* circa textum Concil. Trident. *sess. 34. de reform. in verb. Patriarcha, & Primates*, Didac. ab Alaba *de Concil. part 2. c. 6.* Rodulph. Cupers *in repet. cap. oportebat, 79. distinct.* §. *Papam, ex num. 40. &* § *ad quem sensum, ex numero 16.* Petr. Gregor. *syntagm. juris, lib. 15. cap 11.* Anastas. Germon. *de sacram. immunit. lib 3. p. 1.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. glos. 41.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 35. & 36.* Nathona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 2.* Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia, p. 1. disput. 4.* Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcop. verb. Patriarcha*, novissimè Machado *en su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 2. pag. 345.* D. Roder. à Cunha *in Histor. Eccles. Episc. Portug. part 1. c. 6.*

CAPUT VII.

De Archiepiscopis, seu Metropolitanis.

SUMMARIUM.

1 *Archiepiscopus dictus est quasi Princeps Episcoporum, quia omnibus suæ Provinciæ Episcopis præest.*

2 *Metropolitanus dicitur à mensura civitatum, secundùm aliquos: at verò secundùm alios à matrice civitate.*

3 *Metropolis civitas est, quæ caput Provinciæ existit, & Metropolitani Sedes, ac Diœcesis.*

4 *Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sunt.*

5 *Dictio* videlicet, *declaratoria est ejusdemmet rei, & personæ.* [ratur.

6 *Caput* Clericos, vers. Ordo, 21. distinct. *declara-*

7 *Archiepiscopus aliquis nonnunquam Metropolitanus non est, veluti si nullum habuerit Suffraganeum.*

8 *Ordinis respectu in substantia, id est respectu characteris, nihil plus habet Archiepiscopus quàm Episcopus.*

9 *Metropolit. majorem sollicitudinem habet quàm Episcopus, respectu executionis & exercitii.*

10 *Archiepisc. præcellit cæteros Episcopos honore, & est persona magis privilegiata.*

11 *Archiepiscopi præstantia aliquando appellatur auctoritas Metropolitana, nonnunquam jus Metropolitanum, interdum Archiepiscopalis dignitas.*

12 *Metropolitana Ecclesia est grandioris honoris titulo Suffraganei.*

13 *Provincia tota est jurisdictionem Metropolitanæ Ecclesiæ.*

14 *Archiepisc. in Diœcesi sua habent omnia jura, potestatem, & obligationes, quas cæteri Episcopi in suis Diœcesibus obtinent.*

15 *Metropolitanus à tribus Episcopis Suffraganeis consecrari debet, omnibus aliis Provinciæ vel præsentibus, vel saltem si non potuerint, per litteras consentientibus, adhibitoque etiam consensu Primatis.*

16 *Metropolitanus licèt rectè consecratus fuerit, & possessionem acceperit, non potest ante Pallium acceptum se Archiepiscopum nominare, nec ea munera obire, quæ sunt potestatis, ordinis, & jurisdictionis.*

17 *Archiepiscopus si ea faciat, quæ sibi proveniunt ex Pallio, an absque illo valida, & firma sint, ostenditur.*

18 *Electos in Episcopos Suffraganeos confirmat Archiepiscopus.*

19 *Archiepiscopus in consecratione sui Suffraganei electi & confirmati in Episcopum, intervenire debet vel eam committere; nec alii Episcopi sine ejus mandato consecrare debent: sed hodie non servatur.*

20 *Archiepiscopus vocare potest Suffraganeos pro consecratione alterius Suffraganei, qui per illum vocati accedere tenentur.*

21 *Archiepiscopus potest Suffraganeis injungere, ut servari faciant quod servatur in Metropolitana.*

22 *Archiepisc. singulis saltem triennii ad Synod. Provinc. Suffraganeos convocare potest, in qua est Praesidens, & Judex principalis.*

23 *Archiep. curare debet ut Suffraganei sui apud suas Ecclesias residcant, & probare in scriptis eorum absentiam, & absque legitimis causis illis non residentibus applicare fructus fabricae Ecclesiae aut pauperibus locis, & crescente contumacia denunciare Papae*

24 *Archiep. potest compellere Suffragan. justitiam subditis ministrare, & facere id, quod debent.*

25 *Suffraganeum ad faciendam Synod. quotannis compellere potest Archiepisc. & eum cogere ut constituat œconomum, & Archipresb. ruralem, & ad erectionem Seminarii, si negligens fuerit.*

26 *Archiepisc. quandoque potest suspendere, interdicere, & excommunicare Suffraganeos.*

27 *Episcopus omittens congregare Synodum, est suspendendus ab executione officii, & poterit suspendi per Archiepiscopum cui subest.*

28 *Vicarius Archiepiscopi, illo absente potest Suffraganeum suspendere, interdicere, & excommunicare.*

29 *Archiepiscopus potest excommunicare Vicarium, vel Officialem Episcopi Suffraganei subsistente causa rationabili.*

30 *Causa rationabiles quae sint, ut possint Archiep. excommunicare Vicarium Episcopi Suffraganei, ostenditur.*

31 *Archiep. potest supplere Suffraganeorum negligentiam circa id, quod facere debent.*

32 *Episcopus si noluerit instituere praesentatum, ipsum institutis superior proximus, id est Archiepiscopus.*

33 *Devolutio fit ad Papam ab Episcopo exempto.*

34 *Episcopus si negligat ponere œconomos, ejus negligentia per Metropolitanum suppletur.*

35 *Episcopo negligente in executione ultima voluntatis, Archiepiscopus exequitur.*

36 *Metropolitanus adiri potest ut Episcopum cogat Judici saculari auxilium, quod abnegavit, exhibere.* [*Episcopus.*

37 *Archiepisc. absolvit quem non vult absolvere*

38 *Episcopo denegare dispensationem quando est debita, Archiep. dispensare potest.*

39 *Dispensatio dicitur debita ratione personae, atatis, loci, temporis, pietatis, necessitatis, & utilitatis Ecclesiae.*

40 *Archiep. potest cogere Episc. ut constituat sibi Vicarium, quando non est idoneus ad regendum, vel commodè regere non potest.*

41 *Exempti Episcopi negligentiam supplere non potest Archiep.*

42 *Archiepiscop. non potest supplere negligentiam Episcopi Suffraganei in non praestando consensum alicui actui, in quo consensus ad validitatem necessario desideratur.*

43 *Archiep potest Episcopum Suffraganeum ad consentiendum cogere.*

44 *Archiepisc. est Judex Ordinarius Suffraganeorum suorum.*

45 *Archiepisc. in ipsos Suffraganeos nullam habet potestatem, nisi quatenus expressum in jure reperitur.*

46 *Archiep. de civilibus tantum causis Suffraganeorum cognoscere potest, sed contrarium censuit S. Congreg.*

47 *Episcopi in causis criminalibus non possunt hodie conveniri, citari, aut moneri, nisi ob causam ex qua venirent deponendi, aut privandi, & tunc etiam à solo Romano Pontifice terminandam.*

48 *Dispensare in votis, & juramentis Episcoporum Suffraganeorum potest Archiep.*

49 *Metropolitanus potest cogere ad concordiam Episcopos Suffraganeos, quando inter eos est discordia super perceptione jurium Episcopalium in Ecclesia, quae est sua in finibus duarum Diœcesum.*

50 *Sententias in subditos Suffraganeorum latas potest Archiep. corrigere, & confirmare.*

51 *Archiepiscopi extra ea, quae à jure communi specialiter illis demandantur, aut appellationem devolvuntur, aut dum visitat, competere dignoscuntur, nullam in subditos Suffraganeorum potestatem habent.*

52 *Archiep. in subditos Suffraganeorum in causis appellationis jurisdictionem exercet.*

53 *Appellari potest ab Episcopis ad Archiepiscopos.*

54 *Episcopos si post interpositam ab eo appellationem promoveatur in Archiepiscopum, ex debito tenetur alteri illam causam delegare.*

55 *Appellari potest ab Episcopo ad Archiepiscopum, non solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus.*

56 *Appellari potest ad Archiepiscopum, etiamsi jurisdictio Episcopi fuerit à Papa excitata in causa, in qua Episcopus protulit sententiam.*

57 *Archiepiscopus potest cognoscere inter illos, qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est appellatum, non autem inter eos invitos.*

58 *Archiepiscopus in causa appellationis ab interlocutoria pronunciationis* Benè appellatum, *remanet Judex in toto negotio principali.*

59 *Archiepiscopus debet cognoscere, vel delegare causas appellationum, quae ad ipsum deferuntur jure Metropolitico in sua, vel in illius Diœcesi, à quo est appellatum; & non potest alibi nisi de consuetudine hoc illi competat.*

60 *Archiepiscopus potest in Diœcesi Suffraganei habere Judicem, aut tribunal erectum pro appellationibus audiendis, propter commoditatem litigantium, absque consensu ipsius.*

61 *Archiepiscopus praestare potest consensum non exhibitum ab Episcopo, supplendo ejus negligentiam in eo praestando, ubi actum fuerit remedio appellationis.*

62 *Licentiam assistendi Matrimonio si Episcopus injustè deneget, potest Archiepiscopus eam praestare per viam appellationis.*

63 *Devolutio juris ad Archiepiscopum ubi locum habet, operatur ut ad eum tanquam ad immediatum Ordinarium recurri possit per viam simplicis querelae; quod tamen secus est ubi non ex jure devoluto, sed mediante remedio appellationis Archiepiscopus adeundus est.*

64

64 *Metropolitanus per viam nullitatis absque appellatione de causis inter subditos Suffraganei cognoscere non potest.*

65 *Fidei in causis propter earum grævitatem appellatur ad Papam.*

66 *Archiepiscopus non potest compellere subditos Episc. ad perhibendum testimonium in causa appellationis, nisi aliud sit de consuetudine.*

67 *Archiepiscopus non potest cognoscere de nullitate sententiæ inter subditos Suffraganeorum absque appellatione.*

68 *Restituere integrum adversus sententiam Episcopi non potest Archiepiscopus.*

69 *Appellatio non datur à delegato Episcopi ad Archiepisc. sed ad Episcop. delegantem, nisi Episcopus delegaret causas in fraudem.*

70 *Archiepiscopus quando convenit subditum sui Suffraganei Episcopi coram ipso, tunc non appellatur ab Episcopo Archiepiscopum, sed appellatur ad superiorem Archiepiscopi.*

71 *Metropolitana Ecclesia ritum Suffraganeorum subditos in divinis officiis non servantes corrigit Metropolitanus.*

72 *Archiepiscopus jurisdictionem habet in subditos Suffraganeorum circa concernentia totam Provinciam.*

73 *Archiepiscopus jurisdictionem habet in subditos Suffraganeorum, si ipsi nunciis, & familia sua injuriam irrogaverint.*

74 *Metropolitanus ad querelam Episcopi procedit contra Canonicos absque causa rationabili & manifesta à divinis cessantes.*

75 *Crimina notoria subditorum Suffragan. liberè punire potest Archiepisc. omni tempore absque appellatione, & extra visitationem.*

76 *Consuetudinis pratextu Metrop. jurisdictionem habent in subditos Suffraganeorum.*

77 *Caput 1. & 2. de foro compet. lib. 6. & cap. duo simul, 9. q. 3. declarantur.*

78 *Quæstores eleemosynarum per totam Provinciam mittere potest Archiepiscopus pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ.*

79 *Edicta per totam Provinciam mittere potest Archiepisc. in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus.*

80 *Indulgentias per totam Provinciam concedere potest Archiepisc. etiamsi non sit in actu visitationis, dummodo statutum generalis Concilii non excedat.*

81 *Prædicationis officium per totam Provinciam aliquibus intercedere potest Archiepiscopus.*

82 *Exulere à tota Provinc. potest Archiep. delinquentes in sua Diœcesi.*

83 *Archiepisc. potest judicare subditum Suffraganei in sua Diœcesi delinquentem.*

84 *Abbates & Regul Prælatos negligentes compellere potest Archiep. ut Prædicatio Evangelii fiat in Ecclesiis Parochial. subjectis Monasteriis in nulla Diœcesi existentibus.*

85 *Archiepiscopus convocare potest Regulares, in cujus Provincia Monasteria sub immediata Sedis Apostol. protectione sita sunt, negligentes exequi Decretum Concil. Trid. sess. 25. de Regul. c. 8.*

86 *Metropolitanus potest Congregationes generalium Capitulorum exemptorum convocare, si quolibet triennio sese in Congregationes redigere contempserint.*

87 *Archiepisc. receptâ juratoriâ cautione poterit absolvere subditum Suffraganeum, se ab Episc.*

suo injustè excommunicatum querelantem, nec absolutionem monente Archiepiscopo obtinere valentem.

88 *Archiepiscopus potest visitare Provinciam, & procurationem à subditis Suffraganeorum suorum exigere.*

89 *Archiepiscopus dum actu visitat Diœceses Suffraganeorum, potest absolvere illorum subditos, tam per se, quàm per alios.*

90 *Dispensare in foro conscientiæ potest Archiepiscopus audiendo in confessionem in pœnitentialibus, dum actu visitat Diœcesim Suffraganeus.*

91 *Visitare Diœceses Suffraganeorum non potest hodie Archiepiscopus, nisi causâ cognitâ & probatâ in Concilio Provinciali.*

92 *Archiepiscopus dum visitat Provinciam, non poterit Ordinare, nec concedere litteras dimissorias, nec Chrismare, nec exercere jurisdictionem fori contentiosi in subditos Episcopi Suffraganei, nisi in criminibus notoriis, & contra impedientes ejus jurisdictionem.*

93 *Archiepiscopus vocat Episcopos Suffraganeos ad Concilium Provinciale.*

94 *Metropolitanus in Synodo Provinciali cognoscit, si Clericus cum Episcopo suo criminalem, aut civilem causam habeat.*

95 *Metropolitanus cum Synodo Provinciali dijudicat, si dubius aliquis, aut difficilis abusus, vel gravis quæstio exoriatur circa imagines, reliquias, aut miracula.*

96 *Metropolitano cura est facere, ut Provinciales Episcopi in suis Ecclesiis commorentur, & super eorum absentia inquirere.*

97 *Metropolitanis cum judicio Suffragan. suorum in Provinciali Synodo plura demandantur à Conc. Trid.*

98 *Metropolitano, & ejus Concilio Provinciali parendum est ab Episcopis Suffraganeis.*

99 *Episcopo mortuo, excommunicato, aut in captivitatem redacto, Ecclesiæ administratio ad Capitulum Canonicorum pertinet.*

100 *Ecclesia ubi idoneos ministros non habere probatur, poterit Metropolitano auctoritate Ordinario illius administratio incumbere.*

101 *Archiepiscopus poterit deputare Vicarium, seu Officialem in Ecclesia Suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non providerit, vel non idoneum elegerit: sed eo mortuo, Capitulum potest infra octo dies creare alium, ut n. 102.*

103 *Pallium est speciale ornamentum Archiepisc.*

104 *Pallio utuntur ex speciali privilegio Episcopi qui sequuntur, videlicet Ostiensis, Papiensis, Lucensis, Bambergensis, & Quinque Ecclesiar.*

105 *Pallio uti tantùm potest in Ecclesiis suæ Provinciæ in Missis, certis temporibus, Patriarcha seu Metropolitanus.*

106 *Missarum in solemniis tantùm Archiepiscopi utuntur Pallio, vel si Episcopos contigerit Ordinare, & in Ordinationibus Clericorum.*

107 *Episcopus factus Archiepiscopus, an possit Ordines conferre ante receptum Pallium, ostenditur.*

108 *Caput ult. de auct. & usu Pallii, declaratur.*

109 *Archiepiscopus, qui renunciavit Episcopatui, & sic loco & non dignitati, non potest exercere pontificalia in diœcesi, & provincia renunciata, etiam cum consensu Archiepiscopi successoris, & Suffraganeorum.*

UNIVERSITAT AUTÒNOMA DE BARCELONA – BIBLIOTECA – FACULTAT DE DRET

110 *Archiepiscopus qui renunciavit, non potest amplius uti Pallio, sed debet retinere penes se, & cum illo sepeliri.*

111 *Archiepiscopus ante receptionem Pallii nihil de proventibus Ecclesiæ recipere potest.*

112 *Archiepiscopus sine Pallio non potest ea munera obire, quæ sunt potestatis, ordinis, & jurisdictionis.*

113 *Archiepiscopus ante Pallium acceptum potest Suffraganeum suum electum per alios Suffraganeos consecrare, & alia Pontificalia per alium exercere, dummodo non sit in mora petendi Pallium.*

114 *Archiepiscopus infra tres menses à die Consecrationis, vel Confirmationis, tenetur à Romano Pontifice Pallium petere.*

115 *Pallium non datur, nisi instanti, petenti, & exigentibus meritis.*

116 *Formula tradendi Pallium Archiepiscopis, ponitur.*

117 *Pallium dignè & honorificè asservari debet serico obvolutum in capsula intus, & extrà pulchrè ornata.*

118 *Pallium non potest commodari, neque in morte alicui relinqui.*

119 *Archiepiscopus cum Pallio quomodo intra, & extra Provinciam sit sepeliendus, ostenditur.*

120 *Archiepiscopus ad aliam Ecclesiam translatus uti non potest Pallio prioris Ecclesiæ, neque Pallio sui prædecessoris defuncti.*

121 *Archiepiscopus si renunciaverit Archiepiscopatui exercens Pontificalia, tam in Provincia, quam alibi, non potest uti Pallio, etiamsi Episcopi permitterent.*

122 *Pallium qui semel habuit unius Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indiget novo Pallio.*

123 *Archiepiscopus qui sponte sua suo se Episcopatu abdicavit, si iterum ad eandem Ecclesiam eligatur, alio indigere Pallio ostenditur.*

124 *Archiepiscopus si perdat Pallium à Papa acceptum, vel casu igne comburatur, poterit absque illo Pontificalia munia exercere.*

125 *Archiepiscopus transeundo per totam Provinciam etiam in locis exemptis, potest ante se deferri facere Dominicam Crucem, etiam extra visitationem, nisi esset præsens Legatus Papæ, vel Cardinalis non Legatus.*

126 *Archiepiscopus ante Pallium acceptum non facit ante se Crucem deferri, quia statim illo accepto ad benedictionem elevatur Crux.*

127 *Crux Archiepiscopi in Cathedrali recepti à Canonicis præcedit, itaut inter Crucem & Archiepiscopum nemo sit nisi Dignitates, & Canonici.*

128 *Mozzetta violacea supra Rochettum apertum utitur Archiepiscopus in tota Provincia.*

129 *Archiepiscopus occurrentes per totam Provinciam benedicit dexterâ elevatâ & extensâ, signum crucis formans etiam in loco exempto, tam solemniter, quàm privatim.*

130 *Archiepiscopus potest in tota Provincia divina Officia in Pontificalibus celebrare, & ab aliis in sua præsentia celebrari facere.*

131 *Archiepiscopus in tota sua Provincia pro celebratione in Pontificalibus potest collocare Sedem.*

132 *Jurisdictione, vel officio non utitur Archiepiscopus in sua Provincia sine licentia Episcopi loci, vel superioris exempti.*

133 *Doctores referuntur de Archiepiscopis, & Metropolitanis agentes.*

ARchiepiscopus dictus est quasi Princeps Episcoporum, quia omnibus suæ Provinciæ Episcopis præest, secundùm Isidorum *lib. 7. etymol. cap. 12.* relatum *in capite Cleros, vers. Archiepiscopus, distinct. 21.* Homobon. de bonis *de humanæ vitæ statibus, part. 1. c. 6. vers. hi dicuntur*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 33. q. 1. in princip.* Galganet. *de jure publico lib. 3. tit. 38. num. 1.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 7. n. 10. & tit. 4. num. 1. secundùm Lugdunens. impress.* Sebast. Cæs. *in select. de Eccles. hierarch. p. 1. disp. 5. §. 1.* Layman. *de Pralat. Ecclesiast. elect. c. 14 q 15 1.* Oviedo *in praxi Regular. part. 2. tract. 1. disp. 1. q 2. n. 53.* 1

Metropolitanus verò secundùm eundem Isidor. *citato loco*, dictus est à mensura civitatum, quia decem, aut undecim civitates, & totidem Episcopos sub se continere solet, ut ait Pelagius Papa II. *epist. 1. Omnibus Episcopis*, relatus *in c. scitote, 6. q 4* & tradit Rebuff. *in concord. tit. de collation. §. 1. verb. Metropolitana.* Sed melius secundùm alios, Metropolitanus dicitur à Matrice civitate, quia Metropolis dicta est, quasi mater civitatum; est enim civitas illa, quæ caput Provinciæ existit, & Metropolitani Sedes, ac Diœcesis: unde contra Isidor. ita animadvertunt Covar. *pract. c. 19. n. 2.* Forcat. *dialog. 61. n. 4.* Alciat. *lib. 2. disjunct. c. 23. ad fin.* Gambar. *de officio & potestat. Legati à latere, tit. de variis Ordinariorum nominibus, ex n. 34.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. c. 1. n. 23.* Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 1. docum. 1. num. 1.* Ego ipse *dict. cap. 6. num. 12.* Nec est verum, quod Archiepiscopus debet sub se habere decem, aut undecim civitates, quia constitutio *dict. cap. scitote*, hoc probantis non fuit perpetua, sed nutu Principum, annorumque curriculo numerus Episcoporum fuit constitutus in unaquaque Provincia, prout singulis magis expedire videbatur, ut benè notat Petrus Gregor. *syntagm. juris lib. 15. c. 11. num. 3.* 2 3

Archiepiscopus igitur, & Metropolitanus idem sunt, ut innuit Ordo Romanus *tit. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur*, & expressè tradunt Bart. *in l. unic. num. 2. de constit. lib. 6.* Franc. de Panuin. *in tract. de offic. & potest. Capit. Sede vacante, prælud. 6. num. 14.* Raban. Maur. *de instit. Cleric. lib. 1. c. 5. de Ordine tripartito Episcoporum*, Rebuff. *in Concord. tit. de collationibus, §. 1. in princ. in gloss. verb. Metropolitana*, Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 11. n. 2.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 33. q. 4.* me citato *in hoc loco*, Mendez de Castro *in praxi Lusit. part. 2. c. 1. num. 30.* Ego ipse *dict. c. 6. n. 12.* Nam hoc benè colligitur ex *cap. Pastoralis, in princ. de offic. Ordin. Extravag. Salvator, de præbend. inter commun.* & probat textus *in cap. referente, de præbend.* ibi: *Ad Metropolitanum, videlicet Rhemensem Archiepiscopum.* Natura siquidem illius particulæ *videlicet*, declaratio est ejusdemmet rei, & personæ, ex textu *in l. videlicet, ff. de pactis, & in c. transmissa. de eo, qui cognovit consang.* cum aliis per me addactis *de diction. usufreq. dict. 423. n. 1. secundùm Lugd. impress.* 4 5

Non obstat quod Isidor. *in d. cap. Cleros, vers. Ordo,* 6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ordo, videtur aſſerere Archiepiſcopum, & Metropolitanum differre, quia ſumpſit ipſe Archiepiſcopi nomen pro Patriarcha, vel Primate; Metropolitanum verò pro Archiepiſcopo poſuit. Nec obſtat, quod Juſtinianus contrarium ſentire videtur *in Authent. de privileg. Archiepiſc. in princ.* ibi: *Non ſolùm Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat.* Quia præferenda eſt in hoc Juris Canonici deciſio, ex notati *in cap. 1. de novi oper. nunciat.* Sed advertere oportet, quod fieri poteſt ut aliquis Archiepiſcopus non ſit Metropolitanus, veluti ſi nullum haberet Suffraganeum, ſicut non habent Roſſanenſis, & Lancilanenſis Archiepiſcopi.

8 Quamvis reſpectu Ordinis in ſubſtantia, id eſt reſpectu characteris, nihil plus habeat Archiepiſcopus, quàm Epiſcopus, quia Epiſcopalis Ordo quoad ſpiritualem poteſtatem ac Pontificiam dignitatem unus tantùm eſt, ut *cap. præcedenti in princ.* diximus; tamen reſpectu executionis, & exercitii majorem ſolicitudinem habet
9 Archiepiſcopus. Cardinal. Zabarell. *in Clem. Archiepiſcopo, num. 7. de privileg.* & præcellit cæteros
10 Epiſcopos honore, Gemin. *in cap. per ſingulas, il 2. 9. quæſt. 5.* & eſt perſona magis privilegiata,
11 *c. ſervatis, & cap. igitur, 25. quæſt. 2.* Cujus præſtantia aliquando appellatur auctoritas Metropolitana, *cap. ſolicitudinem, de appellat. cap. de his 12. diſt. cap. fin. 50. diſt.* Alibi dicitur Metropoliticum jus, *cap. cùm à nobis, de probat. & in Auth. de Eccleſ. tit. in princip.* & Archiepiſcopalis dignitas, *cap. fin.*
12 *de purgat. Canon.* Unde Metropolitana Eccleſia eſt grandioris honoris titulo Suffraganeâ, quæ eſt ſub juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Metropolitanæ, Panui. *de offic. & poteſt. Capituli Sede vacante, part. 2. quæſt. 6. ſub*
13 *n. 6.* Imò & Provincia tota eſt ad juriſdictionem Metropolitanæ Eccleſiæ, ut dicitur *in c. ſuper eo, de cenſib.* Et ideo Archiepiſcopo datur manutentio in quaſi poſſeſſione juris Metropolitici adversùs omnes Epiſcopos, & Eccleſias ſuæ Provinciæ, contra quos habet intentionem fundatam in jure communi. Rota apud Tambur. *in fine, tom. 3. de jure Abbatum, deciſ. 56. n. 1.* ubi *num. 27.* dicit, quod quaſi poſſeſſio juris Metropolitici acquiritur ex cognitione cauſarum appellationum introductarum in Curia Metropolitani. De hac quidem præſtantia, auctoritate, poteſtate, ac dignitate eorum ſupra Epiſcopos, agere breviter debemus.

14 Eſt igitur ſciendum, quod Archiepiſcoporum auctoritas conſideratur, aut circa ſuos ſubditos, & in ſua tantùm Diœceſi; aut circa Epiſcopos ſibi ſubditos, qui eorum Suffraganei dicuntur, aut circa ipſorum Suffraganeorum ſubditos: item in Synodo Provinciali, & in Epiſcopali, Sede vacante Suffraganei ſui.

Quoad Primum dico, quod in Diœceſi ſua habent omnia jura, poteſtatem, & obligationes, quas cæteri Epiſcopi in ſuis Diœceſibus obtinent, de quibus infrà agendum eſt, & ſunt veluti quilibet alii Epiſcopi, ſolúmque in duobus ab illis
15 diſcriminantur. Primò, in conſecratione; debet enim Metropolitanus à tribus Epiſcopis Suffraganeis conſecrari, omnibus aliis Provinciæ vel præſentibus, vel ſaltem ſi non potuerint, per litteras conſentientibus, adhibitoque etiam conſenſu Primatis, *cap. quia 64. diſtinct. cap. 1. diſt. 66.* & diximus infrà *hoc eodem libro, c. 9. n. 35. cum ſeqq.* Epiſcopus verò aliter, ut eodem loco notavimus.

Secundò, quia Metropolitanus licèt rectè conſe- 16
cratus ſit, imò etiamſi poſſeſſionem acceperit, non poteſt antequam Pallium à legitimo Superiore ſuſcipiat, ſe Archiepiſcopum nominare, nec ea munera obire, quæ ſunt poteſtatis, ordinis, vel juriſdictionis: proindè nec convocare Concilium, nec Chriſma conficere, nec dedicare Baſilicas, nec ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare, *cap. niſi ſpecialis, de authorit. & uſu Pallii*, Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 32.* Sebaſt. Cæſ. *in reflect. de Eccleſ. hierarchia, l. diſp. 5. §. 2. num. 4.* Marchin. *de Ordin. tract. 4. cap. 9. num. 6.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. q. 5.* ubi *q. 6.* quærit, an ſi Archiepiſcopus 17
faciat ea, quæ ſibi proveniunt ex Pallio, abſque illo valida & firma ſint? Et ita reſpondet ſub diſtinctione. Vel enim ante Pallium acceptum Epiſcopus conſecratus erat, vel non: in primo caſu rata, & firma manent, quæ fecit circa poteſtatem Ordinis, & Chriſmatis, &c. ſed tamen peccat contra Canones, & Jura: ſi verò non fuerit conſecratus, inania & fruſtratoria opera exercet: refert Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in commentar. ad cap. non ſolùm 7. diſt 100.* non ita Epiſcopi, qui Pallio uti non poſſunt, de quo latè agimus in fine hujus capitis.

Quoad Secundum, auctoritas, & poteſtas 18
Archiepiſcopi circa Suffraganeos ſuos conſiſtit primò in confirmando electos in Epiſcopos, *cap. 1. diſt. 64. cap. innotuit, cap. cùm dilectus, de elect. & cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi, c. quâ fronte, de appellat.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi, lib. 2. q. 70. n. 1.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 3. verſ. 1.*

Secundò, in conſecrando hujuſmodi electos; 19
ille enim in conſecratione ſui Suffraganei electi & confirmati in Epiſcopum intervenire debet, vel eam committere, nec alii Epiſcopi ſine ejus mandato conſecrare debent, ut habetur *64. & 65. diſt. c. qui in aliquo, 51. diſt. c. Suffraganeis, de elect. cap. ſi Archiepiſcopus, de temporibus ordinat.* cum aliis adductis per Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 3. verſ. 4.* ubi obſervat Metropolitanos hodie hac auctoritate non uti, quia proviſio fit à Papa, & ſic ab ipſo Pontifice promotum infectores non poſſunt conſecrare ſine ejus licentia, quæ datur in ipſis litteris promotionis, vel vivo vocis oraculo, ſi conſecrandus fuerit in Curia, & conſecrator ſit Cardinalis, ut dixi infrà *hoc cod. lib. c. 9. n. 45.*

Tertiò, in vocatione Suffraganeorum pro con- 20
ſecratione alterius Suffraganei, qui ab Archiepiſcopo ſuo Metropolitano ad hoc vocati tenentur accedere, *cap. non debet, cum ſeq 65 diſt. cap. ſi Archiepiſcopus*, Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 4. verſ. ſeptimò*, Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 70. n. 27.* obſervantes, quod ubi vult Metropolitanus, ibi conſecrare debet. Ego ipſe *in collect. ad d. cap. ſi Archiepiſcopus, n. 6.*

Quartò, in injungendo illis, ut ſervari faciant 21
quod ſervetur in Metropolitana, *cap. dilectus, il 2. de fer. on.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num. 7. verſ. decimum*, Marc. Ant. Genuenſ. *d. c. 70. n. 21.* ubi obſervat textum illum *in d. cap. dilectus*, procedere, ut poſſit injungere quæ de Jure ſervanda ſunt, nempe ut ſubditi caveant à labe ſimoniaca, juxta terminos illius textus.

Quintò, in convocando eos ſingulis ſaltem 22
triennii ad Synodum Provincialem Concil.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 2.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. c. 70. n. 22.* Machado *d. part. 7. tract. 1. docum. 3. n. 4.* in qua ipſe eſt Præſidens, *cap. placuit, 18. diſt.* Gloſſ. *verb. exemptis, in cap. Paſtoralis, de offic. Ord. & Capit.* Abb. *in cap. grave, num. 8.* & Imol. *n. 10. de prabend.* Card. Alex. *in cap. ſi quis Epiſcoporum,*
23 *17. diſt.* ac omnibus Epiſcopis, Prælatis & Clericis Provinciæ præeſſe dicitur, Bero. *in cap. 1. de judic.* & eſt Judex principalis in Concilio, *cap. 1. diſt. 34.*

Sextò: in curando ut apud Eccleſias ſuas reſideant, & ſuper eorum abſentiam inquirendo, Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 1.* Ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p. 3. allег. 3. n. 5. in fine,* Sanctarel. *var. q. 4. n. 7.* Machado *d. part. tract. 1. docum. 3. n. 2.* item & probando in ſcriptis eorum abſentiam. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 7. verſ. undecimum.* Et abſque legitimis cauſis, illis non reſidentibus applicando fructus fabricæ Eccleſiæ, ut pauperibus loci: & creſcente contumacia, denuntiando Summo Pontifici, juxta prædictum Decretum Concil. Trident. & Conſtitutionem Pii IV. incipientem *De ſalute Gregis*, ſub dat. pridie Nonas Septemb. 1560. Quarant. *ubi ſup. verſ. 12.*

Septimò, in compellendo eos juſtitiam ſubditis miniſtrare, & ad faciendum id quod debent.
24 Gloſſ. *in ſum. quæſt 3. & verb. provocaverit, in cap. conqueſtus, ead. quæſt.* Abb. *in cap. ſi quis contra Clericum, n. 40. de foro compet.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 90. verſ. 14.* Marc. Ant. Genuenſ. *d. c. 70. num. 3.* Sebaſt. Cæſ. *d. diſp. 5. §. 2. num. 19.*
25 Unde poterit compellere Suffraganeum ad faciendam Synodum quotannis, *cap. ſicut, de accuſat.* & cum cogere ut conſtituat œconomum, *c. in nova, 16. q. 7. c. cùm ſimus, 9. q. 3.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi, lib. 1. q. 46. n. 4.* & Archipreſbyterum ruralem, *c. fin. de offi. Archiep.* Et denique poterit cogere Suffraganeum negligentem in erectione Seminarii, ſecundùm Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. c. 18.* & ſic de ſimilibus.

26 Octavò, in eos ſuſpendendo, interdicendo, & excommunicando, *c. 1. §. fin. de offic. Ord. in 6. c. venerab. lis*, ubi Abb. *de ſent. excommun.* Machado *d. docum. 5. num. 2. in fine* Lancel. Conrad. *in templo omnium Judic. lib. 2. cap. 4. ſub num. 18.* Bottæus *de*
27 *Synodo, p. 1. n. 43. 46. & 47.* ubi ait, quod Epiſcopus omittens congregare Synodum, eſt ſuſpendendus ab executione officii, & poterit ſuſpendi per Archiepiſcopum, cui ſubeſt. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 8. verſ. 13.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap. 70. n. 5.* ubi obſervat in coërcitione Suffraganeorum debere Archiepiſcopum ſervare formam capitis 2. *de offic. deleg. lib. 6.* ſcilicet, quod primò debet prohibere ingreſſum Eccleſiæ, vel Sacerdotale miniſterium interdicere: deinde poterit ſuſpendere ab officio, ultimo loco excommunicare: Additque idem Genuenſ. cum Joan. Andr. & Domin. *in d. c. 1.* hoc ita ſervari debere, ut licèt Epiſcopus adhuc non fuerit conſecratus, excommunicationem tamen in Suffraganeum latam contra talem formam tenere.

28 Amplia primò in Vicario Archiepiſcopi, ut poſſit Suffraganeum ſuſpendere, interdicere, & excommunicare, ſed abſente Archiepiſcopo, non præſente, *d. §. fin.* Bettachin. *de Epiſcopo, p. 7. lib. 4. tit. de Vicario Epiſcopi, q. 10.* Richard. *inter conſilia Menoch. conſ. 52. n. 187.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi, lib. 2. q. 58 n. 3.* niſi Epiſcopus non fuerit conſecratus, quia tunc à Vicario etiam præſente Archiepiſcopo excommunicari poterit, Archid. Domin. & Franch. *in d. §. fin.* Cuch. *inſtit. major. lib. 4. tit. de conſecrat. Epiſcopi, n. 6. & tit. de Vicario Epiſcopi, n. 123.* Sbroz. *d. n. 5.*

Amplia ſecundò, ut Archiepiſcopus poſſit ex- 29
communicare Vicarium, vel Officialem Epiſcopi Suffraganei, ſubſiſtente cauſa rationabili, *cap. 1.* & ibi Gloſſ. *verb. rationabili, de offic. Ordin. lib. 6.* Archid. *in cap. 1. in verb. Juriſdictione, de officio Ordin. eod. lib.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p. 2. lib. 2. c. 1. n. 31. verſ. poteſt*, Machado *d. p. 7. tract. 1. docum. 3. num. 5.* Cauſas autem rationabiles excommunicandi Vica- 30
rium recenſet Gloſſ. *in d. c. 1.* & ibi Archid. & Gemin. *n. 6. in prine.* videlicet quando Vicarius impedit cauſam appellationis delatam ad Archiepiſcopum; vel ſi deliquit circa officium commiſſum, ſi peccaret in iis, quæ ſunt juriſdictionis; ſi uteretur juriſdictione Epiſcopi ſui excommunicati; ſi non ſervat Sedis Apoſtolicæ privilegia, & ſit criminoſus, & incorrigibilis: refert Sbroz. *loco proximè citato.*

Nonò, in ſupplendo eorum negligentiam circa 31
id, quod facere debent, *c. cùm ſimus, 9. quæſt. 3. c. 1. §. notoria, de cenſib. in 6.* in ratione decidendi: & eſt communis, de qua teſtatur Felin. *in c. Paſtoralis, n. 6. de offic. Ordin.* dicens ſic tenere univerſum mundum. Refert & ſequitur Marc. Ant. Genuenſ. *d. c. 70. n. 4.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num. 21.* Gambar. *de officio, & poteſt. Legati à latere, lib. 2. tit. de variis Ordinar. nomin. num. 23.* Ego ipſe *in collect. ad cap. Paſtoralis, 11. n. 8. de offic. Ordin.* Quicquid dicat Abb. *in c. ſi quis contra Clerium, num. 7. & in repet. à num. 40. de foro compet.* Sebaſt. Cæſar *in relect. de Eccleſ. Hierarch. diſp. 5. §. 2. num. 19.* Advertit tamen Proſp. de Auguſt. *in addit. ad Quaant. citato loco, n. 21. lit. M*, poſt Panuin. quem refert *de Viſitat. p. 2. q. 5.* quod propter negligentiam ſolùm non devolvitur juriſdictio ad Archiepiſcopum; quando tamen crimina non ſunt notoria: & vide quæ ad utramque partem diſputavimus *de offic. & poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 126. n. 9. & 10. ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ.*

Ex quibus colligo primò, quod ſi Epiſcopus 32
noluerit inſtituere præſentatum, ipſum inſtituet Superior proximus, id eſt Archiepiſcopus. Abb. *in cap. ex parte, de conceſſ. præb.* Roch. *de Jurepatron. verb. Pro eo quod de Diœceſani conſenſu, q. 5. n. 12.* Mandoſ. *conſ. 7. ſub n. 13.* Campan. *in diverſ. Juris Canon. rub. 11. c. 13. num. 475.* Ego ipſe *in collect. ad cap. nullius 17. n. 2. de Jurepatron.* ab Epiſcopo 33
tamen exempto ad Papam ſit devolutio, Campan. *d. c. 13. n. 484.* & in beneficiis Curatis debet inſtituere infra duos menſes, aliàs patroni poſſunt adire Archiepiſcopum, vel Papam, ſive viciniorem Epiſcopum, qui inſtituet, ex Conſtit. Pii V. incipiente *In conferendis*, ſub dat. 16. Maii 1567. quam refert Quarant. *verb. beneficiorum Parochialium collatio.* Sic etiamſi Epiſcopus negligat ponere 34
œconomos, ejus negligentia per Metropolitanum ſuppletur, *cap. cùm ſimus, 9. q. 3.* Sebaſt. Cæſ. *dict. diſput. 5. §. 2. num. 19.* Secundò colligo, Epiſcopo 35
negligente in executione ultimæ voluntatis Archiepiſcopum exequi, ut per Abb. *in c. Paſtoralis in princip.* Lancel. Conrad. *in templo omnium Judicum, lib. 2. c. 4. ſub num. 22.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. num. 4.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 28. num. 42.* Franciſc. Caſp. *de execut. teſtam. lib. 1. c. 22. num. 77.* Ego ipſe *dict. num. 8. verſ. veluti.* Tertiò colligo, 36
Metropolitanum adire poſſe, ut Epiſcopum cogat

Judici

Judici ſeculari auxilium, quod abnegavit, exhibere, ut per Covar. *pract. c.*10. *ſub n.*10. quem
37 refero ego ipſe *d n.* 8. Quartò colligo, Archiepiſcopum abſolvere quem non vult abſolvere Epiſcopus, *c. ad reprimendam, de offic. Ordin.* de quo
38 infrà latè. Quintò colligo, Epiſcopo denegante diſpenſationem quando eſt debita, Archiepiſcopum diſpenſare poſſe, ut per Borgaſ. *de Regular. in 2. part. princ. in princ.* quem refert Marc. Anton.
39 Genuenſ. *d. n.* 4 *poſt med.* obſervans diſpenſationem dici debitam ratione perſonæ, ætatis, loci, temporis, pietatis, neceſſitatis, & utilitatis Eccleſiæ. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 38. *n.* 12.
40 Sextò colligo Archiepiſcopum poſſe cogere Epiſcopum ut conſtituat ſibi Vicarium, quando non eſt idoneus ad regendum, vel commodè regere non poteſt, ut per Abb *in c. quoniam, de offic. ordin.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi, p.* 1. *q.* 57. quos refero
41 ego ipſe *in collect. ad d. c. Paſtoralis, n.* 9. Septimò colligo, Archiepiſcopum non poſſe ſupplere negligentiam Epiſcopi exempti, ut probat *d. c. nullius*, ubi Epiſcopi Adonenſis negligentia Papæ nunciatur, quia non recognoſcebat alium Superiorem, niſi Papam, ac proinde cùm fuerit exemptus, ejus negligentiam Metropolitanus ſupplere non poterat, ut advertunt Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 2 *art.* 10 *n.* 9. Stephan. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num.* 21. *in fine*, Marc. Anton. Genuenſ. *d. n.* 4. *etiam in fine*, Ego ipſe *in collect. ad d. c. nullius, n.* 2 *& de officio. & poteſt Epiſcopi. p.* 3.
42 *alleg.* 126. *n.* 79. *ſecundum Lugdun. impreſſ.* Octavò colligo, Archiepiſcopum non poſſe ſupplere negligentiam Epiſcopi Suffraganei in non præſtando conſenſum alicui actui, in quo ipſe conſenſus ad validitatem neceſſariò deſideratur; tunc enim cùm talis conſenſus debeat præcisè, & in ſua forma ſpecifica, non per æquipollens adimpleri, juxta *cap. per veſtras*, juncta Gloſſ. *verb. mandantibus, de re judic. lib.* 6. non poterit per Metropolitanum ſupplerì, ſed tunc ad Summum Pontificem neceſſariò erit recurrendum, juxta quæ jam procedit & intelligitur textus difficilis *in cap. nullus, de jurepatron.* ibi: *Romano Pontifici nuncietur.* Cùm enim agat de conſenſu Epiſcopi circa res Eccleſiæ in Religioſum locum transferendas, qui quidem pro ſolemnitate actus deſideratur, *cap cùm Apoſtolica, de his quæ ſunt à Prælat.* meritò aſſerit, quod nolente Epiſcopo, non Metropolitanus, ſed Summus Pontifex adiri debet, ut latè probavi *de offic. Epiſc. p.* 3.
43 *alleg.* 126. *n.* 35. Illud tamen adverte oportet, quod licèt Metropolitanus non poſſet ſupplere hujuſmodi conſenſum, poterit tamen eundem Epiſcopum ad conſentiendum cogere, & ad hunc effectum rectè adiri poterit. Joan. Andr. Abb. & communis *in d. cap. nullus.* Sebaſt. Cæſ. *d diſp.* 5. §. 2. *n.* 22. Ego ipſe *loco proxtmè citato*, ſicut etiam poteſt per viam appellationis, ut infrà videbimus.
44 Decimò, in cognoſcendo eorum cauſas, cùm videlicet ab aliquo civiliter, vel criminaliter conveniuntur: Archiepiſcopus enim eſt Judex ordinarius Suffraganeorum, *c. quia cognovimus* 10. *q.* 3. *c. Paſtoralis, in princ.* ubi Abb. *n.* 2 *de offic. Ord. c. ſolicitudinem, de appellat.* Sbroz. *de Vicario Epiſcopi lib.* 2. *q.* 58. *in princ.* Bottæus *de Synodo, p.* 3. *art.* 2. *ſub n.* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 42. *n.* 16. Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *pralud.* 1 *n.* 47. Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 70. Gamb. *de officio & poteſt. Legati à latere, lib.* 2. *tit. de variis Ordin. nominibus n.* 51. Ego ipſe *in collect. ad d. c. Paſtoralis, n.* 4. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n.* 10. *verſ. decimaſexta*: ubi tamen in fine ejuſdem *n.* 10. per Gloſſ. *verb. menſa ſua, in Clem. ſi una, de rebus Eccl. non alien.* & Hoſt. *in c.* 2. per textum ibi *de tranſl. Epiſcopi*, obſervat Archiepiſcopum in ipſos Suffraganeos nullam habere poteſtatem, niſi quatenus expreſſum in jure reperitur; & ideo illi procedere volenti reſponderi poſſe, quia ſufficit, quod
45 46 caſus iſte non inveniatur expreſsè conceſſus. Unde pro declaratione materiæ adverto primò, Archiepiſcopum de civilibus cauſis tantùm Suffraganeorum cognoſcere poſſe, ut per Abb. *in d. c. Paſtoralis, num.* 2 Sbroz. *d q.* 58 *n.* 6. Quarant. *d. n.* 10. Læl. Jordan. *in tract. de Romana Sedis orig. c.* 13. *& ult n.* 7. *tom.* 13. *tract. Doctor p.* 1. *fol.* 18. Verùm Scacc. *de appell. q.* 8. *n.* 98. *verſ. in hac contrarietate*, citans Abb. *in c. Paſtoralis*, 11 *ſub n.* 2 *de offic ordin.* concludit, quod Archiepiſcopus indifferenter cognoſcit de cauſa civili, etiamſi ſubditus Epiſcopi conveniat Epiſcopum; nam debet eum convenire coram Archiepiſcopo, à quo appellabitur ad Patriarcham: ſecus tamen dicit, ſi Epiſcopus ageret contra ſuum ſubditum, quia non decet ut Epiſcopus conveniat cum coram Archiepiſcopo; cùm Archiepiſcopus non ſit Judex ſubditorum Epiſcopi, neque Epiſcopus debeat eſſe Judex in cauſa propria, & ideo eligi debent arbitri auctoritate juris, & à ſententia arbitrorum appellatur ad Papam, omiſſo medio. Gemin. *in c. Romana* 3. § *Archidiaconis, ſub n.* 4. *de appellat. lib.* 6. ubi Franc. *ſub n.* 4. *limit.* 4. Bredetod. *de appellat. p.* 1. *tit.* 18. *in verb. ab arbitris, col.* 202. Scac. *d. tract. q.* 7. *n.* 107. Quidquid autem ſit, inveni ſacram Congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum reſcripſiſſe Epiſcopo Regienſi ſub die 31. Maii 1588. Archiepiſcopum non poſſe eſſe Judicem in cauſis civilibus, quæ agitantur contra Epiſcopos Suffraganeos: in cauſis verò 47
criminalibus non poſſunt hodie Epiſcopi conveniri, citari, aut moneri, ſive ex officio procedatur, ſive per denunciationem, vel accuſationem, niſi ob cauſam, ex qua venirent deponendi, aut privandi, & tunc etiam à ſolo Summo Pontifice terminandam, ex diſpoſitione Concil. Trid *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 6. *& 7. & ſeſſ.* 24. *etiam de reform. c.* 5. notant Sbroz. *d. q.* 58. *n.* 7. Quarant. *loco proximè citato*, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neap. deciſ.* 142. *part.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloſſ.* 41. *n.* 5. Erasm. à Chokier *de Juriſd Ord. in exemptos, part.* 1. *q.* 41. Scacc. *d. tract. de appellat. q.* 8. *n.* 98. *verſ ſecus.* Secundò adverto, Archiepiſcopos poſſe 48
diſpenſare in votis, & juramentis Epiſcoporum Suffraganeorum, ut cum Palud. S. Antonin. Henriq. Avil. Sayr. & aliis reſolvit Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 38. *n.* 16. ſequitur Molineſ. *in Sum. Theologiæ Moral. tract* 11. *c.* 15. *n.* 111. licèt Suar. *de Relig. lib.* 6 *de voto, c.* 11. *n.* 3. dicat in hoc
48 caſu conſulendam eſſe conſuetudinem. Tertiò adverto, quod quando eſt diſcordia inter Epiſcopos Suffraganeos ſuper perceptione jurium Epiſcopalium in Eccleſia, quæ eſt ſita in finibus duarum Diœceſum, poteſt Metropolitanus eos cogere ut concordent, Bellencin. *in tract. de charitativo ſubſidio, q.* 52. Proſper de Auguſt. *in addit. ad Quarant. in Sum. Bullarii, verb. Archiepiſcopi auctoritate, verſ.* 40.

Undecimò, in corrigendis, & confirmandis eorum ſententiis in ſubditos ſuos latis, quia ab 50
Epiſcopo, aut ejus Officiali ad Archiepiſcopum appellatur, *cap* 2. ubi Gloſſ. *de conſuet. in* 6. *c. ut litigantes, de offic. Ordin. lib.* 6. *c. Romana, de appellat.*

cod.

eod. lib. cap. Romana, de ſent. excom. eod. lib. & hujuſmodi cauſas appellationis aliis cognoſcendas in ſuis Diœceſibus, aut ubi eſt appellatum, vel ubi cauſæ ipſæ conſiſtunt committere poſſunt: de qua materia infrà latiſſimè agemus.

Duodecimò, in viſitandis eorum Diœceſibus, *de quo infrà.*

51 Quoad tertium, Archiepiſcopi auctoritas circa ſubditos Suffraganeorum ſuorum ſimiliter conſiſtit in pluribus, quæ videlicet ei à jure communi ſpecialiter demandantur, aut per appellationem devolvuntur ad ipſum, aut ei dum viſitat, competere dignoſcuntur: extra quos caſus nullam in ſubditos Suffraganeorum poteſtatem habet, ut probant textus *in c. 1. de ſuppl. negl. Prælat. cap. Paſtoralis, in princ. de offic. Ordin. c. Romana, cap. venerabilibus, de ſent. excom. in 6.* Scacc. *de appellat. quæſt. 8. ſub n. 98.* Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. Archiepiſcopi auctoritas, num. 12.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. c 70. n. 7.* Sebaſt. Cæſ. *d. diſp. 5 §. 1. n. 10. in princ.* Ego ipſe *in collect. ad d. cap. Paſtoralis, n. 3.* etiam ipſis volentibus, niſi accedat conſenſus Suffraganeorum, Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 2. num. 54 & q. 17. limit. 48. memb. 3. num. 11.* Sunt autem hi caſus ſpecialiter à jure expreſſi, qui ſequuntur.

52 Primus, quando ſubditorum cauſæ ad Archiepiſcopum devolvuntur per viam appellationis, tunc enim inter ſubditos Suffraganeorum in cauſis appellationum jurisdictionem exercet, ut expreſsè probatur *in d. cap. Paſtoralis, de offic. Ordin. c. duo ſimul, eod. tit. c. 1. eod. tit. lib. 6. c. conqueſtus, 9. q. 3. c. 1. de foro comp. lib. 6. cap. Romana, de appellat. eod. lib.* Cov. *pract. cap. 9. n. 2* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 18.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap. 70. n. 7.* Sebaſt. Cæſ. *dict. diſput. 5. §. 2. n. 10.*

53 *verſ. primus.* Ab Epiſcopis ad Archiepiſcopos appellari poſſe tradunt Petr. Greg. *de appellat. lib. 4. cap. 2. ſub n. 1. verſ. ab Epiſcopi*, Scacc. *eod. tract. q. 8. n. 86. cum ſeqq.* Greg. Lop. per textum ibi *in l. 24. gloſſ. 7. tit. 9. p. 1.* Suar. de Paz. *in pract. tom. 2. prol. 2. n. 14.* Valenz. *conſ. 125. n. 3. tom. 2.* Machado *en ſu perfetto Confeſſor, lib. 4. q. 7. tract. 1. docum. 6.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p. 2. c. 5. §. 2. à princ.*

54 Amplia primò, ut ab Epiſcopo in tantum appelletur ab Archiepiſcopum, ut ipſemet Epiſcopus, ſi poſt interpoſitam appellationem promoveatur in Archiepiſcopum, ſit Judex appellationis à ſententia, quam ipſe protulit, dum erat Epiſcopus, ex debito tamen teneatur alteri illam cauſam delegare, & ipſe abſtinere ab illius cognitione: ita Franch. *in cap. ad hæc 6. col. ult. q. 4. ſub num. 7. de appellat.* Petr. Greg. *d. lib. 4. c. 17. a n. 9.* Scacc. *d. tract. de appellat. q. 2. n. 15. & q. 8. n. 86. verſ. extende primo.*

55 Amplia ſecundò, ut nedum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum appellari poſſit, Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, n. 13. verſ. ampliatur tamen*, Scacc. *d. q. 8. ex n. 90.* hinc inferens Archiepiſcopum eſſe Judicem appellationis in iis, quæ exercet Epiſcopus, etiam ex jure accedentali; ſeu non ſolùm in iis, quæ exercet de jure communi, ſed etiam in his, quæ exercet de jure ſpeciali, & ex privilegio. Et *n. 91.* ſubdit hoc eſſe verum, quando juriſdictio temporalis eſt totaliter tranſlata in Eccleſiam, adeo quod pro illa non recognoſcit ſuperiorem temporalem. Et *numeris ſeqq.* hoc multipliciter declarat, & reſtringit.

Amplia tertiò, ut poſſit appellari ad Archie- 59
piſcopum, etiamſi Epiſcopi juriſdictio fuerit à Papa excitata ex cauſa, in qua Epiſcopus protulit ſententiam; quia Papa committendo cauſam Epiſcopo, quam ipſe Epiſcopus poterat cognoſcere ex juriſdictione ſua ordinaria, regulariter dicitur excitaſſe ejus juriſdictionem, & non delegaſſe cauſam; & conſequenter eſt appellandum ad Archiepiſcopum, ut per Scacc. *d. q. 8. n. 87. verſ. Extende ſecundò*, & faciunt adducta per me *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 92. a n. 12.* & per Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num. 18. verſ. Item ſi Papa.* Secus eſt ſi non excitaret, ſed delegaret, qui tunc Epiſcopus reputaretur delegatus, non Ordinarius: cui delegatur cauſa, quam ipſe potuiſſet cognoſcere jure ordinariæ juriſdictionis, & efficitur in ea delegatus. Bertachin. *de Epiſcopo, lib. 4. p. 4. num. 78. tom. 13. tract. Doct. p. 2. fol. 351.* Albert. Brun. *tract. de augmento, in 3. concl. princ. ſub n. 21. verſ. & primo*, quos refert, & ſequitur Scacc. *d. tract. q. 8. n. 86. verſ. ſecus eſt, & de judic. cauſar. civil. lib. 1. cap. 6. n. 5. in fin.* ac proinde appellandum eſt ad delegantem, ex citatis per eundem Scac. *d. q. 8. n. 14.*

Amplia quartò, ut Archiepiſcopus poſſit cog- 57
noſcere etiam inter illos, qui ſe ſponte offerunt liti ſuper illa re, de qua eſt appellatum, non autem inter eos invitos. Gemin. & Franch. *in d. c. Romana, §. in alium, de appell. in 6.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. c. 70. n. 7. in princ.*

Amplia quintò, ut Archiepiſcopus in cauſa 58
appellationis ab interloquutoria pronunciationis *Bene appellatum*, remaneat Judex in toto negotio principali. Mendez de Caſtro *in praxi Luſit. p. 2. lib. 2. c. 1. n. 31. in fine*, Scac. *d. tract. de appell. q. 17. limit. 47. membr. 3. num. 7.* ubi *n. 9. & 11.* diſputat, an omiſſo articulo appellationis de conſenſu partium poſſit procedere in negotio principali? Et *n. 13.* quid ſi Epiſcopus horum detulerit appellationi.

Amplia ſextò, ut non ſolùm Archiepiſcopus 59
per ſe de iſtis cauſis poſſit judicare, ſed illas etiam ſubdito cuicumque Suffraganei ſui in ejus Diœceſi delegare, ut probat *d. c. Paſtoralis, d. c. 1. de offic. Ord. lib. 6.* Machado *d. p. 7. tract. 1. docum. 5. num. 2.* & quamvis illum invitum cogere non poſſit ad delegationem acceptandam, *d. c. 1. §. de foro comp. lib. 6. d. c. Paſtoralis*; Epiſcopus tamen Suffraganeo præcipere poterit, ut illum acceptare compellat, ut notat Gloſſ. *verb. nullam, in d. c. Paſtoralis*, Henriq. *in ſum. lib. 20. cap. 30. §. 3.* Sebaſt. Cæſ. *d. diſp. 5. § 2. num. 10.* At attentâ novâ Bonifacii Conſtitutione, de qua *in cap. ut litigantes, de offic. Ordin. lib. 6.* Archiepiſcopus debet cognoſcere, vel delegare cauſas appellationum, quæ ad ipſum deferuntur Jure Metropolitico in ſua, vel in illius Diœceſi à quo eſt appellatum, & non poteſt alibi niſi de conſuetudine hoc illi competat. Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum, & uxor. not ab. 2. §. 1. num. 29.* & ſic poteſt in Diœceſi Suffraganei 60
habere judicem, aut tribunal erectum pro appellationibus audiendis, propter commoditatem litigantium, abſque conſenſu ipſius, *d. c. 1. de offic. Ordin. lib. 6.* Sebaſt. Cæſ. *d. §. 2. n. 12.* præcipuæ ſi id antiquiſſimâ conſuetudine ſit obtentum, Suar. de Paz *in pract. tom. 2. pract. 1. ex num. 14.* ubi refert magnam exortam fuiſſe litem, & controverſiam quando Compoſtellanus Archiepiſcopus Metropolitanum Judicem, & Tribunal in civitate Salamantina conſtituit. Felician. de Vrga *in rubr. de*

fora

UAB Biblioteca de Ciències Socials

foro comp. n.8. cum ſeq. Solorzan. *de jure Indiar. tom.2. lib.3. cap.9. n.42.* Machado *dict. part.7. tract.1. docum.5. n.2.*

61 Amplia ſeptimò, ut Archiepiſcopus præſtare poſſit conſenſum non exhibitum ab Epiſcopo, ſupplendo ejus negligentiam in eo præſtando, ubi actum fuerit remedio appellationis, & ſuper ea pronunciatum contra Epiſcopum ſententiâ tranſeunte in rem judicatam, quaſi in his terminis ex natura appellationis ſuſpendentis, & devolventis, juxta regulam capitis *Paſtoralis, §. verum, & c. ut debitus*, cum aliis, *de appell. & cap. Romana, §. ſi verò, & cap.cùm appellat, & in cap.non ſolùm, eod.tit. lib.6* quæ poſt alios proſequitur Rebuff. *in concord. tit. de frivolis appell. in princ. & tom.3. ad leges*

62 *Galliæ, tit. de appell. art. ult. gloſſ.un. n.21.* Duen. *reg.24.* Cov. *pract. c.23. n.1.* ad eundem Archiepiſcopum ſit delata poteſtas negligentis Epiſcopi, & in illum tranſfuſa, ut in terminis licentiæ, ut alienus Sacerdos aſſiſtat Matrimonio, non concedente Epiſcopo, qui injuſtè negligit eam concedere, poſt Spin. Segur. & Fr.Emman. benè reſolvit Sanch. *de Matrim. lib.3. diſput.28. num.4.* Quorum tamen reſolutio ita cautè accipienda eſt, ut intelligatur negligentiam Epiſcopi in his terminis præbere quidem ſufficientem cauſam ad juſtificandam prædictam appellationem, itaut eâ probatâ coram Archiepiſcopo, ſit ab eo pronunciandum contra Epiſcopum negligentem, & poſt hujuſmodi pronunciationem ſit in ejus defectum prædictæ licentia per Archiepiſcopum concedenda; non vero eidem præbere jus devolutionis ante prædictam pronunciationem, cùm hoc in jure

63 expreſſum non ſit, juxta ſuprà reſoluta: nam devolutio juris ad Archiepiſcopum ubi locum habet, operatur, ut ad eum tanquam ad immediatum Ordinarium recurri poſſit per viam ſimplicis querelæ; quod tamen ſecus eſt, ubi non ex jure devoluto, ſed mediante remedio appellationis Archiepiſcopus adeundus eſt, ut conſtat ex textu *in cap.7. in princ. de foro comp. lib.6. & in cap.venerabilibus, in princ. verſ. neutra, de ſent. excommun. eod. lib. & in cap.1. de off. Legati:* poſt alios proſequitur Cov. *pract. c.9. n.2.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. cap.34. q.10.* Sebaſt.Cæſ. *d. diſp.5. §.2. n.13.*

64 ubi *n.14.* reſolvit Metropolitanum per viam nullitatis abſque appellatione de cauſis inter ſubditos Suffraganei cognoſcere non poſſe.

65 Limita primò in cauſis S. Fidei, „in quibus appellari ad Papam propter gravitatem negotiorum tenent Peña *in direct. Inquiſ. p.3. commento 31.* Marc. Anton. Genuenſ, *d.cap.70. n.4. verſ. Limita tertiò*, Scacc. *d. q.8. num.88* & ita cenſuit ſacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcopotum, & Regularium præpoſita, ſub die 23. Novembris 1581.

66 Limita ſecundò quoad alios, qui partes non fuerunt, ac proindè in compulſione aliorum ſubditorum recurrendum eſſe ad Epiſcopum, obſervant Abb. *in cap. Paſtoralis, num.12. de offic.Ordin.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.70 num. verſ. declara primò:* ubi hinc infert, non poſſe Archiepiſcopum compellere ſubditos Epiſcopi ad perhibendum teſtimonium in cauſa appellationis, niſi aliud ſit de conſuetudine; eo tamen caſu poſſe Archiepiſcopos, quando Epiſcopus nollet compellere.

67 Limita tertiò, ut Archiepiſcopus non poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ inter ſubditos Suffraganeorum abſque appellatione. Ita Franch. *in cap.1. §. poſthac, ſub num.7. verſ. ſed adverte, de appellat. in 6. & in cap. dilectio 64. ſub n.67. verſ. ſecundus caſus, eod. tit. in antiq.* dicens, quod non poteſt aditi Archiepiſcopus per viam querelæ, ſeu nullitatis ſententiæ Epiſcopi: & *ibid.* Card. Alexand. *n.58. prope fin. de off. deleg.* Marc. Ant. Genuenſ. *d. cap.70. n.7. verſ. limita quartò*, Scacc. *d. tract. de appellat. q.19. remed.1. concl.6. n.85.* Sebaſt. Cæſ. *d. §.2. n.14.*

Limita quartò, ut Archiepiſcopus non poſſit 68
reſtituere in integrum adversùs ſententiam Epiſcopi, quia Archiepiſcopus aditi non poteſt, niſi per viam appellationis, ut per Abb. *in c. ult. in fin. de reſt. in integ.* Scacc. *d. concl.6. n.85. in fin. & remed.2. n.61. verſ. ad quartum.*

Limita quintò, ut à delegato Epiſcopi non 69
appelletur ad Archiepiſcopum, ſed ad Epiſcopum delegantem: ita Franch. *in cap. dilectus, il 3. de appell.* Marc. Anton. Genuenſ. *d.c.70.n.7. verſ limita ſecundò*, ubi reſtringit, niſi Epiſcopus delegaret cauſas in fraudem, ut non appellaretur ad Archiepiſcopum.

Limita ſextò, quando Archiepiſcopus convenit 70
ſubditum ſui Suffraganei Epiſcopi coram ipſo, quia iſto caſu non appellatur ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, quia eſſet appellare ad adverſarium; & ideò omiſſo Archiepiſcopo Judice ſuperiore, proximè appellatur ad ſuperiorem Archiepiſcopi, ut ſcribunt Gemin. *in cap. Romana 2. §. ab Archidiaconis, ſub n.3. caſ.2.* ubi Franc. *n.4. limit.8. de appellat. lib.6.* Soc. *reg.23. fallent.8.* Bredet. *de appellat. p.1. tit.18. in verb. ab Archiepiſcopo, col.202. & in verb. Epiſcopo, col.103.* quos refert & ſequitur Scacc. *d. tract. q.7. n.107.*

Secundus caſus, in quo Metropolitano licitum 71
eſt ordinariam poteſtatem in ſubditos Suffraganeorum exercere, eſt ubi aliqui Suffraganeorum ſubditi in divinis Officiis Metropolitanæ Eccleſiæ ritum non ſequuntur; ſic enim inquit textus *in cap. de iis, 12. diſt.* Juſtum eſt ut inde unuquiſque ſumat regulas magiſterii, unde honoris conſecrationem accepit, & ſedes, quæ uniuſcujuſque ſacerdotalis dignitatis eſt mater, Eccleſiaſticæ dignitatis vel rationis ſit magiſtra. Quapropter à Metropolitano tales tranſgreſſores corrigendos eſſe decrevit *d. cap. de iis*, cui ſimile *in cap. quicumque*, 26. *q.5.* Silv. *in ſum. verb. Archiepiſcopus, ſub num.2.* Ego ipſe *in collect. ad d. cap. Paſtoribus, n.6. de offic. Ordin.* Scip.de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc.verb. Archiepiſcopus, num.5. verſ.1.* Machado *d. part.7. tract.1. doc.6. n.5.* Quarant. *verb. Archiepiſcopi auct.verſ.12.* ubi obſervat hodie hanc de re attendendas eſſe Conſtitutiones Pii V. ſuper recitatione Romani Breviarii, & Miſſalis.

III. Caſus eſt in concernentibus totam Pro- 72
vinciam, ut in tollendo pravam conſuetudinem, *cap. ad extirpandas, cap. fin. de filiis Presbyt. cap.ex frequentibus, de inſtit.* Abb. *in d. cap. Paſtoralis, in princ. de off. Ordin.* ubi Felin. *num.7.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num.23. verſ.10.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.70. n.10.* Scip. de Rubeis *ubi ſuprà, verſ.13.* Machado *d. part.7. tract.1. doc.6. num.2.*

IV. Caſus eſt, ubi ſubditi Suffraganeorum ſibi, 73
nunciis, & familiæ ſuæ injuriam irrogaverint, cùm ipſe Archiepiſcopus juriſdictionem ſuam in Provincia exequitur, tam ſi ob id ſua juriſdictio impediatur, quàm non, *cap.1. de pœn. lib.6.* Quarant. *dict. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ.21.* ubi Proſp. de Auguſtino *in add.* cùm Hoſt. &

Archid.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Archid. *in cod. cap.* 1. obſervat poſſe Archiepiſcopum injurias etiam occultas punire, dummodò de illis conſtare poſſit, Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 70. *num.* 12

74 V. Caſus eſt circa Canonicorum exceſſus injuſtè contra ſuum Epiſcopum à Divinis ceſſantium, contra quos abſque cauſa rationabili, & manifeſta ſic ceſſantes Metropolitanus ad querelam Epiſcopi, tanquam delegatus Papæ procedit, *cap. irrefragabili*, §. *caterum*, *de off. Ordin.* ubi *in collect.* n 14. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, *verſ.* 23. Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 70. *n.* 13. Sebaſt. Cæſ. *d. diſput.* 5. §. 2. *n.* 70. ubi animadvertit, quod juriſdictio in hoc caſu conceſſa Metropolitano, non in eo conſiſtit, quod poſſit injuſtam Canonicorum ceſſationem revocare; hoc enim Romano Pontifici reſervatur, juxta textum *in cap. quamvis*, *de offic. Ordin. lib.* 6. ſed ut poſſit Canonicorum exceſſus injuſtè ceſſantium vindicare, & metu pœnæ coercere, ut planè colligitur ex verbis *dicti*, §. *caterum.*

75 VI. Caſus eſt in puniendis criminibus notoriis ſubditorum Suffraganei, *cap.* 1. §. *ſanè*, *verſ. notoria*, *de cenſib. lib.* 6. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, *verſ.* 24. Marc. Ant. Gen. *d. c.* 70. *n.* 11. Sebaſt. Cæſ. *d.* §. 2. *n.* 21. Machado *d. p.* 7. *tract.* 1. *docum.* 6. *num.* 4. & Archiepiſcopum notoria crimina ſubditorum Suffraganei liberè punire poſſe omni tempore, abſque appellatione, & extra viſitationem, aſſerit Abb. *in cap. ex frequentib. n.* 10. *de inſtit.* quod tamen admittit Genuenſ. *loco prox. citato*, dummodò Epiſcopus non prævenerit in puniendo: ſed Syiv. *in ſum. verb. Archiepiſcopus*, *ſub n.* 3. *in fin.* quem videtur ſequi Quar. *d. verſ.* 24. illud intelligit, quod Epiſcopus fuerit negligens, immò talis credendus, quia ſcilicet in illis puniendis ejus negligentia notari poteſt, cùm ſint notoria, ut advertit Sebaſt. Cæſ. *loco proximè citato.* Immo Solorz. *d. tom.* 1. *de jure Indiarum*, *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 33. & Felician. de Vega *in cap. caterum*, *n.* 33. *de judic.* quos refert & ſequitur Machado *d. tract.* 1. *docum.* 6. *n.* 1. reſolvunt, quod ubi Suffraganeus fuerit ſufficienter requiſitus, poterit Archiepiſcopus per ſe, & tanquam judex competens hujuſmodi notoria delicta punire.

76 VII. Caſus eſt, quando prætextu conſuetudinis Metropolitani in ſubditos Suffraganeorum juriſdictionem exercent, hoc enim conſuetudine poſſe operari conſtanter affirmant Peruſ. *num* 2. Prob. *ad fin. in d. c.* 1. *de foro comp. lib.* 6. Capell. & Addit. *deciſ.* 75. Marc. Ant. Gen. *d. cap.* 70. *n.* 13. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, *verſ.* 25. ubi Proſp. de Auguſt. *in addit.* limitat, ut non poſſit Archiepiſcopus, ſive alius Prælatus, conſuetudine acquirere, quæ communiter non conceduntur Eccleſiis ſine privilegio Apoſtolico, *per cap. contra morem*, 100. *diſt.* Cujus quidem caſus principalis reſolutio primò probatur ex textu *in cap. duo ſimul*, ibi, *Vel priſca illa conſuetudo*, & *cap.* 9. *q.* 3 Deinde ex eo, quia conſuetudo juriſdictionem poteſt tribuere non habenti, *cap. cùm contingat*, juncta Gloſſa *de foro comp.* cum multis, de quibus Cov. *in reg. poſſeſſor*, *part.* 2. § 3. *n.* 1. Et hanc eandem reſolutionem procedere ait Sebaſt Cæſ. *d.* § 2. *n.* 17. in illis cauſis, quæ de jure ad ipſum Archipiſcopum ſpectant, utpote appellationis, & cæteris majoribus, ita ut in eis conſuetudo poſſit operari, ut ipſe Archiepiſcopus, ſeu alius ſuperior juriſdictionem habeat in aliquibus caſibus, præter illos, in quibus de jure id expreſſum reperitur: hoc enim licèt etiam prohibitum reperiatur, per eoſdem tamen veluti in quandam conſequentiam permiſſum videtur, juxta regulam capitis *præterea*, *de offic. de leg.* ſic procedunt textus *in d. c.* 1. & 2. *de foro comp. lib.* 6. *c.* 1. *c. litigantes*, *de off. Ordin. eod. lib.* dum conſuetudinem permittunt tribuentem juriſ- 77
dictionem Archiepiſcopis in ſubditos Suffraganei; agunt enim de cauſis, quæ jam de jure ad illos pertinebant. At verò in illis cauſis, quæ attento jure communi ad Archiepiſcopos, ſeu alios majores Prælatos non ſpectant, ut v.g. cauſa Suffraganeorum in prima inſtantia, non potuerunt ipſi prætextu conſuetudinis de illis cognoſcere, & judicare; talis enim conſuetudo, utpote offendens regulas SS. Patrum, & Canonum antiquorum de quibus *in cap. nullus*, 9. *q.* 2. & *in cap. per ſingulas*, 1. & 2. *cap. conqueſtus*, *cap. Archiepiſ.* 9. *q.* 3. nullo modo erit tanquam valida obſervanda, juxta regulam textus optimi *in c. cum ſatis*, *de off. Archid.* & ſic procedunt *d. cap. duo ſimul*, *in fine*, & *d. cap.* 1. *de foro comp.* in argumento ab ſpeciali. Nec contra ſupradicta facit quicquam textus *in d. c. duo ſimul*, ibi, *Vel priſca illis conſuetudo*, quia eſt intelligendus de conſuetudine præterita à tempore Apoſtolorum quâ eiſdem Prælatis juriſdictio conceſſa fuit; ut patet ibi, *priſca*; non verò de conſuetudine poſteà introducta, nec tandem de regula *d. c. cùm contingat*, quia ſecundùm textum *in d. c. cùm ſatis*, non procedit in conſuetudine contra SS. Patrum Decreta, qualis cenſetur hæc, de qua agimus: & ratio eſt, quia licèt illa Decreta jus humanum continere dicantur, quod conſuetudinem vincere poteſt, *c. ult. de conſuet.* in tanta tamen apud noſtros Pontifices habentur veneratione, ut nullâ temporum varietate mutationem recipere patiantur, *c. igitur*, *verſ. inſtitutionis*, cum aliis, 25. *q.* 2.

VIII. Caſus eſt in mittendis Quæſtoribus 78
eleemoſynarum per totam Provinciam pro Fabrica Eccleſiæ Metropolitanæ quibus tamen ſi à ſubditis Suffraganeorum reſiſtitur, vel non pateat, non poſſunt eos citare, *cap.* 1. *de Pœnit. & remiſſ. lib.* 6. ubi Franch. dicit procedere pro quolibet opere pio. Imol. *in Clem. abuſionibus*, *num.* 18. & Zabar. *n.* 9. *eod. tit.* Machado *d part.* 7. *tract.* 1. *docum.* 6. *num.* 1. *verſ. el primero.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, *verſ.* 26. ubi etiam obſervat, quod licèt Archiepiſcopus punire poſſit ſubditos Suffraganeorum impedientes eum, vel ejus officiales in juriſdictione contentioſa, vel quaſi *dict. cap.* 1. non tamen poterit juriſdictionem exercere contra ipſos ſubditos Suffraganeorum impedientes eum, vel ejus Officiales circa charitatem, & exhortationem; ſed benè poterit coërcere ipſos Suffraganeos, & eorum Officiales, ſi abſque cauſa juſta non permittunt, cùm poteſtas ipſorum Archiepiſcoporum circa exhortationem eſſet aliàs eluſoria.

IX. Caſus eſt in mittendis edictis per totam 79
Provinciam in caſibus ad ſuam juriſdictionem pertinentibus. Gemin. & Franch. *in cap.* 2. per textum ibi *de ſuppl. negl. Pral. lib* 6. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, *verſ.* 17. Marc. Ant. Genuenſ. *d. cap.* 70. *n.* 14.

X. Caſus eſt in Indulgentiis concedendis per 80
totam ſuam Provinciam, etiamſi non ſit in actu viſitationis, dummodò ſtatutum generalis Concilii non excedat, *cap. noſtro*, *de Pœnit. & remiſſ.* Henriq. *in ſum. lib.* 7. *cap.* 32. §. 1. Stephan. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas verſ.* 31. ubi limitat in loco exempto. Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.* 70. *num.* 15.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

*n.*15. Bonacin. *de Sacrament. disput. 6. de Indulg. q.1. puncto 3. n.2. vers. observat.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.*55. *q.*6. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.1. c.7. n.*18. Jul. Lavor. *de Indulgent. part.2. cap.*11. *num.*28. & dixi *de officio, & potest. Episcopi p.*3. *alleg.*88. *n.*15. & 16.

81 XI. Casus est interdicendo aliquibus prædicationis officio per totam suam Provinciam, ut probatur *c. nuarum, de privileg.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.*34. Marc. Ant. Genuens. *d. c.*70. *n.*16.

82 XII. In faciendis exulibus à tota Provincia delinquentes in sua Diœcesi, *cap.*2. *de arbitr. cap. nuarum, de privileg.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.*39. Marc. Anton. Genuens. *d. c.*70. *num.*17.

83 XIII. Si subditus aliquis Suffraganei in Archiepiscopi Diœcesi deliquerit; poterit namque talem Archiepiscopus judicare, quia causa ibidem agenda est, ubi crimen committitur, *cap.*1. & per tot. 5. *q.*6 *cap. placuit.* 6. *quæst.*3. idem dicitur si in ejus Diœcesi contractus sit initus aut res consistat, quam reus conventus possideat, *cap. fin. de for. compet.*

84 XIV. In compellendo Abbates & Regulares Prælatos negligentes, ut prædicatio Evangelii fiat in Ecclesiis Parochialibus subjectis Monasteriis in nulla Diœcesi existentibus. Concil. Trid. *sess.*5. *de reform. cap.*2. Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.*37.

85 XV. In convocando Regulares in cujus provincia Monasteria sub immediata Sedis Apostolicæ protectione sita sunt, negligentes exequi Decretum Concilii Trident. *sess.*25. *de Regularib. c.*8. refert Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.*37. *in med.*

86 XVI. In convocando Congregationes generalium Capitulorum exemptorum, si quolibet triennio sese in Congregationes redigere contempserint, ut Concil. Trident. constituit *Sess.*25. *de Regular. cap* 8. & in tribus præcedentibus casibus Metropolitanus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedit.

87 XVII. Si subditus Suffraganei se ab Episcopo suo injustè excommunicatum queratur, nec absolutionem, monente Archiepiscopo, valeat obtinere, tunc ipse Archiepiscopus receptâ cautione juratoriâ, eum absolvere poterit; & si is non satisfecerit, iterum in excommunicationem revocare, *cap. ad reprimendam, de offic. Ordinar. cap. quæ fronte, de appell.* Si verò ei constet quod Suffraganei sententiam in subditum latam si evidenter injustam, poterit auctoritate Metropolitana declarare eum fuisse irrationabiliter innodatum, *cap. sollicitudinem, de appellat. c. per tuas, de sent. excom. c. venerabilem, eod. tit. in* 6. ubi Glos. & Doctores. Vide de hac materia latè resoluta per Sebast. Cæsar *d.* §. 2. *n.*22. *cum seqq.*

88 XVIII. In visitando Provinciam, & procurationem à subditis Suffraganeorum suorum exigendo, *c. cùm Apostolus*, ubi Glos. *verb. Archiepiscopi, cap. sopita, & cap. super eo, de censib. c. cùm ex officii, de præscript. c.*1. *& fin. de censib. lib.*6. ubi dicitur, quod Archiepiscopus dum visitat Provinciam, potest confessiones subditorum Suffraganeorum audire, & absolvere à casibus Episcopo reservatis, & à censuris. Panorm. *de visitat. part.*2. *quæst.*4. Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.*33. Marc. Anton. Genuens. *d. cap.*70. *n.*9. Henriq. *in sum. lib.*11. *cap.*5. §.5. Marian. *de visitat. num.*7. *vers.*3 & *n.*8. *vers.*4. Rufæus *de præeminentia Archiepiscop. privileg.*16. Sebast. Cæs. *d. disp.*5. §.2. *n.*11. Machado *d. p.*7. *tract.*1. *docum.*4. Et posse Archiepiscopum dum actu visitat Diœceses Suffraganeorum, absolvere illorum subditos, tam per se, quàm per alios, probant Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*1. *n.*34. Molfes. *in sum. Moralis Theologiæ, tract.*7. *cap.*14. *n.*74. Machado *d. docum.*4. *n.*4. Suar. *tom.*4. *disp.*25. *sect.*1. *n.*14. ubi etiam agit, an jurisdictio in hoc casu sit Ordinaria vel delegata, etiam ab hæresi, & casibus concessis Episcopo in Decreto Conc. Trid. *sess.*24. *de reform. cap.*6. quia tempore, quo visitat censetur illa Diœcesis tanquam sua; & habet in ea jurisdictionem quasi Episcopalem Episcopo superiorem. Suar. *d. tom.*4. *disp.*50. *sect.*2. *num.*8. & *tom.*5. *disp.*24. *sect.*2. *num.*12. ubi subdit hoc esse verum quoad forum pœnitentiæ, & sic quoad absolutionem reservatam, secus autem quoad dispensationem, ut de irregularitate idem dicit *tom.*2. *de Relig. tract. de voto, lib.*6. *cap.*10. *n.*9. sequuntur Sayr. *in clavi Regia, lib.*6. *cap.*11. *num.*8. Marc. Anton. Genuens. *d. num.*9. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *cap.*38. *num.*14. contra Henriq. Anton. Gom. & Avil. citatos per Sanch. existimantes posse in hoc casu Archiepiscopum dispensare. Nam Archiepiscopus 90
dum actu visita Diœcesim Suffraganei, audiendo confessiones in pœnitentialibus potest dispensare in foro conscientiæ, ut per Gambar. *de officio Legati, lib.*2. *tit. de variis ordin. nomin. n.*33. Abb. *in cap. ad extirpanda, de filiis presb.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap.*70. *num.*9. Borgas. *de irregul. p.*3. *in tit. de dispens. Archiepiscopi*, advertens quod quando in foro interioti dispensatio est debita ratione causæ, & personæ, debet remittere ad Suffraganeum ejus subditum, ut dispenset cum eo, quod recusante, vel negligente, ipse Archiepiscopus dispensabit: additque quod ubicumque Suffraganeus culpâ suâ jus dispensandi perdidisset, potest Archiepiscopus dispensare: adjungit denique ipse Borgas. quod quando Episcopus est suspensus ad tempus, & dispensatio pro magno bono fiendo, vel magno scandalo vitando celeritatem requireret, tali casu sit devolutio ad Metropolitanum: refert Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, post vers.*40. Hodie verò 91
attentâ novâ dispositione Concil. Trid. *sess.*24. *de reformat. cap.*3. Archiepiscopus non potest visitare Diœceses Suffraganeorum, nisi causâ cognitâ, & probatâ in Concilio Provinciali, ut animadvertit Sebast. Cæs. *d.* §.2. *n.*312. *ad fin.* Machado *d. docum.*4. *n.*2. & tunc visitando habebit easdem facultates, quas ante Concil. de jure communi habebat, ex citatis juribus, nec non alia quæ à Concilio Provinciali in specie ei committerentur, juxta facultatem quam habet à jure ipsum Provinciale Concilium, ut observant Henriq. *lib.*6. *de Pœnit. cap.*14. §.9. *in textu, & commento, lit. Z*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*2. *cap.*11. *n.*6. *in fine.* Non poterit tamen Archiepiscopus dum 92
visitat ordinate, nec concedere litteras dimissorias, quia non reperitur à jure ei permissum, Franc. & Gemin. *d. cap. fin.* neque chrismare. Petr. Hubert. *in tract. de cultura vineæ Dei, p.*1. *cap.*9. Machado *d. tract.*1. *docum.*4. *n.*6. neque poterit exercere jurisdictionem fori contentiosi in subditos Episcopi Suffraganei. Quarant. *d. vers.*33. nisi in duobus casibus, videlicet in criminibus notoriis, & contra impedientes ejus jurisdictionem, ut suprà est notatum.

93 Quoad quartum, auctoritas Archiepiſcoporum circa Synodum Provincialem celebrandam, & in ipſa Synodo, conſiſtit in pluribus. Primò, quia Archiepiſcopus vocat Epiſcopos Suffraganeos ad Concilium Provinciale, ut ſuprà oſtendi *hoc eod. cap. 9. n. 12.*

94 Secundò, ſi Clericus cum Epiſcopo ſuo criminalem, aut civilem cauſam habeat, Metropolitanus in Synodo Provinciali cognoſcit, *c. ſi clericus 11. q. 1. c. 1. 6. 9 2.*

95 Tertiò, ſi dubius aliquis, aut difficilis abuſus extirpandus, vel gravis quæſtio exoriatur circa imagines, reliquias, aut miracula, & alia ſimilia, Metropolitanus cum Synodo Provinciali dijudicat, ſalvâ tamen Sedis Apoſtolicæ auctoritate circa quæ dam nova & inuſitata decernenda, ut in Conc. Trident. conſtitutum eſt *ſeſſ. 25. de invocat. & venerat. Sanctor. in fine.*

96 Quartò, idem in eadem Synodo judicat de licentia abſentiæ Suffraganeorum ſuorum, ut idem Concil. ſtatuit *ſeſſ 23. de reform. c. 1.* ad Metropolitanum etiam pertinet curare ut Provinciale Epiſcopi in ſuis Eccleſiis commorentur, & ſuper eorum abſentia inquirere, prout deciſum referunt Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 2. tit. 23. l 2. §. 2. ſub rub. utrum Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, n. 5. & 7.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 53. n. 3. in fine,* me citato Sanctarel. *var. rejol. q. 4. n. 7.*

97 Et alia plura ex eodem Concil. Trident. Metropolitanis cum judicio Suffraganeorum ſuorum in Provinciali Synodo demandantur, veluti pœnæ impoſitio iis, quæ in viſitando plus debito aliquid nomine procurationis acceperint, ut habetur *ſeſſ. 24. de reform. c. 3. in fine.* Difficultates quoque exortæ pro unionibus, & aliis aſſignationibus fructuum ſeminario Clericorum faciendis, *ſeſſ. 23. de reform. c. ult. in fine.* Item præſcriptio formæ examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ in Provincia ſua de iis, qui Cathedrali Eccleſiæ ſunt præficiendi, *ſeſſ. 25. de reform. c. 1.* Præterea examinare quid expediat pro reddituum tenuitate Cathedralium Eccleſiarum, & Papæ referre, *eod. ſeſſ. de reform. c. 15.* judicare de locationibus rerum Eccleſiaſticarum ad locum tempus factis, *ſeſſ. 25 de reform. c. 11.* Et alia nonnulla, quæ facienda in Provinciali Synodo ſuo loco dicemus. Nam & minores cauſæ Epiſcoporum criminales in Synodo tantùm Provinciali ſunt terminandæ, & non niſi Metropolitanis, aut ſaltem Epiſcopis ſunt committendæ. Concil. Trid. *ſeſſ 24. de reform. c. 5.* quæ quidem minores cauſæ criminales poſſunt in Conciliis Provincialibus tractari, non exiſtentibus duodecim Epiſcopis, quia prædicta Concilia ex minori numero Epiſcoporum ut plurimùm conſtant, ut per Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, n 80.* Navar. *in ſingul. Canon. concl. 90. n. 5.* Meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 112. n. 15.*

98 Ipſi autem Metropolitano, & ejus Concilio Provinciali parendum eſt ab Epiſcopis Suffraganeis, ut inquit Arelatenſe Concil. II. ad quod tamen accedentes Suffraganeos non poteſt Archiepiſcopus cogere, ut quid ei ſolvant, *cap. quoniam, in fine, 18. diſt.* Per ſingulas Provincias Epiſcopi Metropolitanum ſuum cognoſcant, qui eis præeſt, & curam totius Provinciæ gerit, ac propterea nihil abſque ejus conſilio, vel auctoritate inuſitatum, vel inſolitum agant. Ipſis tamen Metropolitanis etiam mandatur *in cap. 1. cum ſeqq.* ut nihil præſumptivè abſque conſilio Epiſcoporum ſuorum aſſumat, nec alicujus ex ipſis ſine cæterorum omnium comprovincialium Epiſcoporum audiant cauſas, alioquin & quod egerint, irritum maneat, & ipſi ab omnibus fratribus valeant coërceri, *c. ſalvo, cum ſeqq. eod. q.* Nec aliquid in eorum Diœceſibus proprio Diœceſano inconſulto agere permittuntur. Unde *c. ſi fortè, cum ſeqq. & c. conqueſtus, eod. q. c. ſicut, unire, in fine, de exceſſ. Prælat.* Si verò Metropolitanus ipſe à Suffraganeis exigat juramentum ultra formam ſtatutam à Canone, ipſi non tenentur ad id, quod ultra debitum ſub tali juramento promiſerunt, *c. dilecti, de major. & obed.* Nec poteſt in Diœceſibus Suffraganeorum ſuorum ſibi conſtituere Officiales pro futuris cauſis, quæ ad ipſum per appellationem devolvuntur, ſed pro præſentibus tantùm, cùm ſcilicet fuerit appellatum, niſi aliud de conſuetudine ſpeciali obtineatur. Unde *c. 1. de offic. Or. in 6. & c. Romana, de ſent. excom. eod. lib.* Si autem ipſe non reſideat, aut in aliis negotiis extiterit negligens, ſubditur judicio Suffraganei antiquioris in Synodo, ut in Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. c. 1.*

99 Quintò, & ultimò, Archiepiſcopi auctoritas conſideratur Epiſcopali Sede vacante Suffraganei ſui. Nam etſi mortuo Epiſcopo, ſive excommunicato, aut in captivitatem redacto Eccleſiæ adminiſtratio ad Capitulum Canonicorum pertineat, *cap. non liceat alicui. 12. q 2. c. 1. & pen. & fin. de ſupp. negl. Prælat. lib. 6.* in duobus tamen caſibus poteſt Metropolitanus, & debet auctoritate ordinaria adminiſtrationi Eccleſiæ incumbere. Primus eſt, 100
ubi Eccleſia idoneos miniſtros non habere probatur, *d. cap. non liceat alicui*, veluti ſi non habeat Capitulum actu, ſed habitu, vel quando nullus Canonicus eſt in Sacris. Panuin. *de offic. & poteſt. Capituli Sede vacant. part. 1. q. 10. ſub n. 5.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. d. verb. Archipiſcopi auctoritas, poſt verſ. 40.* Secundus ubi qui exiſtunt, 101
fuerint negligentes; nam poterit eo caſu Archiepiſcopus viſitatorem, ſeu adminiſtratorem, aut œconomum inſtituere, prout opportunum videbitur, niſi à Romano Pont. extra prædictos caſus valeat deputari, *d. c. ult. de ſuppl. negli. Prel. lib. 6.* & vide quæ latè notavi *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 133. in princ.* ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ. & tangit Sebaſt. Gæſ. *d. cap. 5. §. 2. n. 31.* & poterit Archiepiſcopus deputare Vicarium, ſeu 102
Officialem in Eccleſia Suffraganea, ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Capitulum non providerit, vel non idoneum elegerit. Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. c. 16.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 36.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. c. 70. n. 6.* Ragac. *d. voce Canonic. in Capitulo, q. 37. n. 1.* ubi *n. 8.* cum Gemin. *in cap. fin. n 8. de ſuppl. neglig. Prælat.* obſervat, quod ſi moreretur Vicarius creatus à Metropolitano, vel alio Superiore ob negligentiam Capituli, Capitulum poteſt infra octo dies creare ut priùs, quia pro prima vice tantùm amiſit jus.

Reſtat de dignitate Archiepiſcoporum ſuper 103
Epiſcopos breviter agere. Habent enim quædam inſignia ſpecialia, quæ tum auctoritatem, tum etiam ſuper cæteros dignitatem quandam oſtendunt. Primò autem pallium obtinent, quod eſt ſpeciale ornamentum Archiepiſcoporum, ut aſſerunt Doctores inſtà citandi, quamvis aliquibus Epiſcopis ex ſpeciali privilegio concedatur, his tantùm, & non aliis, videlicet Oſtienſi ad oſtia Tiberis fluvii, ſacri Cardinalium Collegii Decano,

no, quia Papam conſecrat: Papienſi in Lombardia: Lucenſi in Tuſcia: Bambergenſi in Germania: Quinqueeccleſienſi in Ungaria, ſicut referunt Moſcon. *de majeſt. Milit. Eccleſ. part. 1. lib. 1. cap* 8. *pag.* 236. *lit. C.* Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſiæ, lib. 2. c. 9. n.* 43. Marchin *de ſacram. Ordin. tract. 4.*
104 *c. 9. n.* 1. quo in Miſſarum ſolemnis ſuper veſtem ſacerdotalem utuntur: quod Patriarchis etiam & Romano Pontifici eſt commune, ſed diverſimodè; nam cùm per eam veſtem ſignificetur, & conferatur Pontificalis Officii plenitudo, juxta caput *niſi de auctor. & uſu Pallii*, Romanus Pontifex ſemper, & ubique in Miſſarum ſolemniis Pallio uti poteſt, *c. ad honorem, de auctor. & uſu Pallii*, Henriq. *in ſum.*
105 *lib. 10. c. 51. in princ.* Moſcon *d. c. 8. pag.* 235. Patriarcha verò, ſeu Metropolitanus ſolummodò in Eccleſiis ſuæ Provinciæ in Miſſis eo uti poteſt, *c. 1. c. cùm ſit, c. ex tuarum, eodem tit. c pallium, 100. diſt.* etiam in loco exempto, *Clem. Archiepiſcopi, de priv.* Durant. *in ration. divinor. Officior. lib. 3. c. 17.* Ruſæus *de prærogativis Archiep. dignit. privil.* 21. Petr. Gregor. *Syntag. juris lib. 15. c. 9. à n.* 6. Steph. Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ.* 32. Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Archiepiſcopus, §.* 2. Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 5. c. 34. q. 7.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. c. 70. n.* 18. Stephan. Durant. *de ritib. Eccleſiæ, lib. 2. c. 9. à n.* 41. Sanch. *in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 16. n.* 4. Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 12. n. 2. cum ſeqq.* Novar. *in praxi variat. fori, q. 11. n. 6. ſect. 1.* Machado *d. p. 7. tit. 1. docum. 2. n. 2.* Frater meus Simon Vas Barboſa *de ſignificatis myſterioſis officii divini, c. 22. n. 11.* Guid. Pancirol. *in theſauro variarum lectionum, lib. 1. c. 20. à principio*; non autem ſemper, ſed in certis tantùm diebus, *c. ad honorem, c. ult. de auctor. & uſu Pallii.* Qui autem hi dies ſint, licèt ſatis in jure expreſſum non eſſe advertat Gloſſ. *in d. c. ult.* eos tamen recenſent Durant. *d. cap. 17. n. 13.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 34. q. 2. verſ. quares quinam ſint*, Moſcon. *d. c. 8. p. 236. lit. B.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 4. in praxi crimin. tit. 4. de Viſitat. c. 14. n. 10.* Quarant. Zerol. & Marc. Anton. Genuenſ. *proximè locis citatis*, Illuſtriſſ. D. meus Rodetic. à Cunha *in comment. ad c. Pallium, n. 1. diſt. 100.* Caſtald. *in praxi cæremon. lib. 1. ſect. 20. c. 10. n. 10.* Sanch. *d. dub. 16. ex n. 3.* Alzed. *de præſtantia Epiſcop. dignit. part. 1. cap. 13. num. 72.* Machado *d. p. 6. tit. 1. docum. 2. n. 4.* Sed melius eſt recurrere ad formam privilegii, ut in diebus tantùm in conceſſione pallii expreſſis eo uti licear, ſicut expreſſit textus *in d. c. ult.* & advertit Gloſſ. ultima *in d. cap. 1.*

106 Nec etiam eo utuntur Archiepiſcopi in omnibus actionibus, ſed tantùm in Miſſarum ſolemniis, *c. Pallium, 100. diſt.* Vel ſi Epiſcopum contigerit conſecrare, ut ex Gregor. *epiſt. 2. ad Bonif.* notat Durant. *d. c. 9. ad fin.* Vel etiam in Ordinationibus Clericorum, juxta textum *in c. quod ſicut, 28. §. ſuper eo, de elect.* Ex quo & textu *in cap. bona 4. in fine, de*
107 *poſtulat. Prælat.* negativè decidenda videtur quæſtio, de qua jamdiù vidimus dubitari, utrùm ſcilicet Epiſcopus factus Archiepiſcopus ante receptum pallium Ordines conferre poſſit; nam *in d. §. ſuper eo*, decidit Pontifex, quod non tanquam ſimplex Epiſcopus, ſed tanquam Archiepiſcopus Ordines conferre videtur, & ideo ante acceptum pallium eos conferre, & alia Pontificalia exercere non poteſt. At verò *in d. cap. bona*, decidit fortiùs Archiepiſcopum tranſlatum in aliam Eccleſiam, antiquo Pallio uti non poſſe, nec ſuâ uti poteſtate ante novum acceptum, quod intra proprium Provinciam ſuos ſubditos ordinando de plano procedit. Si verò invitatus ſit ab aliquo Epiſcopo, ut in ſua Diœceſi Ordines conferat, videtur admittendum quod Ordines conferre poſſit ante Pallium acceptum, velut Epiſcopus nullius Diœceſis, & ne Archiepiſcopus factus deterioris conditionis ſit quàm quando erat Epiſcopus. Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. d. verſ.* 32. In proceſſionibus autem quando proceſſionaliter Archiepiſcopum Eccleſiam exire contigerit, pallio uti non poſſe decidit textus *in d. c. 1.* licèt aliquando ex privilegio id à Romano Pontifice aliquibus conceſſum legamus, ut in proceſſionibus utantur pallio, ſicut advertit Durant. *loco proximè citato.*

Non obſtat text. *in d. c. ult.* ibi, *Ubicumque fueris,* 108
unde alicui deducebant, Archiepiſcopum etiam in aliena Provincia uti poſſe Pallio de conſenſu ejus, ad cujus Provinciam declinat, juxta textum *in d. c. ex tuarum, in fine*; repugnat enim ipſe textus, ſi advertas procedere ſuppoſito ſpeciali privilegio. Quare melius reſpondetur cum gloſſa ibidem, quam ſequuntur Doctores communiter, teſte Ruſæo *d. privil. 12. verſ. ſtud tamen*, quod verba illa generalia, *ubicumque fueris*, reſtituuntur ad terminos habiles, ſcilicet intra provinciam, juxta doctrinam Gloſſæ 1. *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Gloſſ. ult. *in c. 1 de conſtit.* Advertit Proſp. de Aug. *citato loc.* Ar- 109
chiepiſcopum, qui renunciavit Epiſcopatui, & ſic loco, & non dignitati, non poſſe exercere Pontificalia cum Pallio in Diœceſi & Provincia renunciata, etiam cum conſenſu Archiepiſcopi ſucceſſoris, & Suffraganeorum; ſed tantùm poſſe exercere Pontificalia ſine Pallio cum conſenſu prædictorum, quemadmodum in aliis Diœceſibus de conſenſu Diœceſanorum; quia illo Pallio amplius uti non 110
poteſt, ſed debet retinere penes ſe, & cum eo ſepeliri. Item addit ante receptionem Pallii nihil interim de Eccleſiæ proventibus recipere poſſe, ut *in* 111
Extravag. 2. in fine, de elect. inter commun.

Ex quibus conſtat, Archiepiſcopum non poſſe 112
ſine Pallio ea munia obire, quæ ſunt poteſtatis, ordinis, vel juriſdictionis; & indè ſequitur, non poſſe ſe Archiepiſcopum nominare, nec convocare Concilium, nec Chriſma conficere, nec dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare, nec Pontificalia exercere, quamvis ſit conſecratus Epiſcopus, nec alia ſui officii perſolvere munia, quæ non tanquam Epiſcopus ſimplex, ſed ut Archiepiſcopus facere videretur, *cap. quod ſicut, §. pen. in fine, de elect.* Caſtald. *d. c. 10. n. 3.* dixi ſuprà *num.* 16. *cum ſeqq.* Alia autem poterit exercere, ſi fuit confirmatus, *c. tranſmiſſa, de elect.* Suffraganeum tamen ſuum electum poteſt per 113
alios Suffraganeos conſecrare, *cap. Suffraganeis, eod. tit.* & alia Pontificalia per alium exercere, dummodò non ſit in mora petendi pallium. Caſtald. *in praxi cæremon. lib. 1. ſect. 10. cap. 10. num. 3.* quod 114
quidem intra tres menſes à die conſecrationis, vel confirmationis petere à Romano Pontifice, vel à ſuo Patriarcha tenetur, *c. 1. diſt. 100.* Moſcon. *de majeſt. Milit. Eccl. lib. 1. c. 8. pag. 236. lit. C.* Azor. *d. lib. 3. c. 34. q. 3.* Stephan. Durant. *de ritib. Eccl. lib. 2. c. 9. n. 41.* Hodie verò ex Trident. *ſeſſ. 7. de reform. c. 9.* 115
alii tres menſes dantur ad petendam conſecrationem, qui etiam ad petendum Pallium conſequenter dati cenſentur; nec enim datur niſi inſtanti, petenti, & exigentibus meritis, *cap. priſca, 100. diſt.* quæ pallii petitio his verbis fieri ſolet. *Ego N. electus Eccleſiæ N. inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè peto mihi tradi, & aſſignari pallium de corpore S. Petri*

ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officii. Et traditur ſic petenti ſub hac forma: [Ad honorem
116 Dei omnipotentis, & Beatæ Virginis, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & Domini Papæ N. Eccleſiæ Romanæ, & Eccleſiæ N. tibi commiſſæ tradimus tibi pallium de corpore B. Petri ſumptum in plenitudinem Pontificalis dignitatis, ut uteris eo intra Eccleſiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in privilegiis Eccleſiæ tuæ conceſſis à Romana Eccleſia.] De his formis vide Azor. *d. tib. 5. c. 34. q. 2.* Moſcon *d. c. 8. verſ. Ego N.* ubi ponit non ſolùm formam, quâ quis nomine proprio Pallium petit, ſed etiam quando per procuratorem ſuum, quod ſemper multis precibus eſt petendum, latè March. *d. tract. 4. c. 9. n. 4.* Vide pluta de cæremoniis, quibus traditur hujuſmodi pallium, & alia ad hanc materiam pertinentia, per Caſtald. *in praxi caremon. lib 1. ſect. 10. c. 10.* Chriſtoph. Marcel. *in carem. Rom. lib. 1. c. 8.* ubi dicit ſe vidiſſe Sixtum IV. manibus propriis dediſſe pallium Patriarchæ Conſtantinopolitano Hieronymo Lando Veneto; quod tamen indecens Pontifici judicavit. Non retardatur autem pallium per objectum criminis, vel alium defectum, niſi objiciens jurejurando fidem præſtiterit de objectis, ſicut plenius continetur in Extravag. *Multorum, de auctor. & uſu palli, inter comm.* Cùm autem traditur, novum Eccleſiæ privilegium datur, aut ſaltem confirmatur antiquum, *cap. pen. & fin. diſtinct. 100.* nec ante fidelitatis præſtitum juramentum alicui datur, *cap. ſignificaſti, de elect. c. antiqua, de privil. c. optatum, diſt. 100.* Sebaſt Cæſ. *in elect. de Eccleſ. hierarch. diſp. 5. §. 2.*
117 *n. 6. prope fin.* Ipſum itaque Pallium, in quo tanta eſt antiquitatis veneratio, & auctoritas, dignè, & honorificè aſſervari debet ſerico obvolutum in capſula intus, & extra pulchrè ornata, ut ipſo uti poſſit Archiepiſcopus temporibus ſuis. Caſtald. *d. c. 10. n. 9.*

118 Et quia Pallium eſt perſonale, non poteſt commodari. Durant. *in ration. divin. Offic. lib. 3. c. 7. n. 11.* Sylveſt. *verb. Pallium, ad fin.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 32.* Azor. *d. p. 2. lib. 3. cap. 34. q. 8.* Layman. *de Prael. Eccleſ. elect. c. 14.*
119 *q. 159.* neque in morte alicui relinqui, ſed cum eo Archiepiſcopus ſepeliri debet: in ſua Provincia ipſum habebat circa humeros infra planetam; ſi verò extra Provinciam ſepeliatur, ponendum erit Pallium ſub capite Archiepiſcopi defuncti. Caſtal. *d. c. 10 n. 12.*

120 Archiepiſcopus ad aliam Eccleſiam tranſlatus uti non poteſt pallio prioris Eccleſiæ, neque pallio ſui prædeceſſoris defuncti; neque tranſlati; ſed opus eſt, ut iterum pro nova Eccleſia, in quam eſt tranſlatus, aliud obtineat, nec antea poteſt exercere Pontificalia. Caſtald. *d. c. 10. n. 12.* Layman. *d. c. 14 q. 160.*

121 Archiepiſcopus ſi renunciaverit Archiepiſcopatui, exercens Pontificalia, tam in provincia ſua quàm alibi, non poteſt uti pallio, etiamſi Epiſcopi permitterent, quia, ut notant Doctores, illo pallio ampliùs uti non poteſt: debet tamen illud apud ſe retinere, & cum eo ſepeliri ſub capite ipſum tenendo. Caſtald. *dict. cap. 10. num. 13.* nam Archiepiſcopus extra ſuam provinciam non poteſt uti pallio etiam de licentia Ordinarii illius Diœceſis in qua reperitur. Majol. *de irregul. lib. 2. c. 2. n. 7.* Ruſæus *de præemin. Archiepiſc. privil. 31. verſ. iſtud tamen*, Proſp. de Auguſt. *in addit. ad ſum. Quarant. verb. Archiepiſcopus, num. 23. auctor. 32.* Diana *moral. reſolut. p. 1. tract. 6. reſol. 37. verſ. adde*: unde ex Venero *in exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 10. n. 12.* tenet Archiepiſcopum, ſi fiat Epiſcopus, non poſſe uti pallio.

Tres quæſtiones hac de re diſputat eleganter 122
Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comm. ad c. Pallium, 10. diſt. 100.* Prima eſt, utrùm qui ſemel habuit pallium unius Archiepiſcopatus, ſi ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indigeat novo Pallio? Et affirmativè reſpon- 123
det. Altera eſt, utrùm Archiepiſcopus, qui ſponte ſua ſuo ſe Epiſcopatu abdicavit, ſi iterum ad eandem Eccleſiam eligatur, alio indigeat Pallio? Et reſpondet cum hac diſtinctione; ſi enim poſt factam renunciationem, priuſquam de alio Archiepiſcopatu provideretur, antequam factam renunciationem Papa acceptaret, litteræque cum pallio eſſent expeditæ, ille iterum cogeretur redire ad ſuam Eccleſiam, cui jam de alio paſtore proviſum erat, novum pallium eſt petendum. Ultima 124
eſt, ſi detur eventus in quo aliquis Archiepiſcopus ſuum perdat pallium à Pontifice acceptum, vel caſu igne comburatur, poteritne abſque illo Pontificalia munia exercere? Et reſpondet affirmativè, ex fundamentis per eum latè adductis. Refert Diana *moral. reſolut. p. 1. tract. 6. reſolut. 37. verſ. notandum eſt.*

Aliud Epiſcoporum inſigne eſt, Crucem Domi- 125
nicam ante ſe deferre tranſeuntes per totam provinciam, etiam in locis exemptis, *cap. antiqua, de privileg. Clem. Archiepiſcopo, eod. tit.* Ruſæus *de prærogat. Archiep. dignit. privil. 1.* Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. tit. de ſtatu Illuſtriſſ. Patriarch. n. 6.* Quarant. *dict. verb. A chiepiſcopis auctoritas, verſ. 28.* ubi ampliat etiam extra viſitationem, & limitat niſi eſſet præſens Legatus Papæ, vel Cardinalis non Legatus, ſeu Nuncius cum facultate Legati de latere.

Intellige poſt ſumptum Pallium, antea verò mi- 126
nimè, quia ſtatim illo accepto ad benedictionem elevatur crux. Caſtald. *d. c. 10. n. 17.* ubi ſubdit, quod ſemper cùm Archiepiſcopus in ſua provincia dat ſolemnem benedictionem, ante ipſum defertur crux, & tunc ipſe erit ſine mitra: & quod in ingreſſu Archiepiſcopi ad ſuam Eccleſiam obſervantur omnia, quæ dicta ſunt ſuprà de Epiſcopo; advertendo tamen quod Archiepiſcopus ſtatim ac ſuam provinciam intraverit, facit ante ſe deferri crucem per aliquem ex ſuis Capellanis, imagine ſanctiſſimi Crucifixi ad ſe converſa; & cùm in Cathedrali recipitur à Canonicis, crux præcedit, itaut 127
inter Crucem & Archiepiſcopum nemo ſit, niſi dignitates & Canonici.

Archiepiſcopus in tota provincia ſua mozzettâ 128
violaceâ ſupra rochetum apertum utitur. Caſtald. *d. tit. cap. 10. num. 18.* & ſubditos occurrentes per
totam provinciam benedicit dexterâ elevatâ, & 129
extenſa ſignum crucis formans, *ibid. n. 19.* etiam in loco exempto, *d. Clem. Archiepiſcopo, de privileg.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 29.* ubi intelligit tam de benedictione ſolemni per illa verba, *Sit nomen Domini benedictum*, quàm de ſimplici, quæ iterando præſtatur: & etiam, ut habetur *in dict. Clem. Archiepiſcopo*, poteſt ibidem divi- 130
na officia in Pontificalibus celebrare, & ab aliis in ſua præſentia ſine Pontificalibus celebrari facere. Quarant. *dict. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 30.* ubi advertit, quod pro celebratione in Pontificalibus poteſt collocare Sedem, quia ſpectat ad honorem Epiſcopalem, & eſt de acceſſo- 131
riis ad celebrationem, & his Pontificalibus utitur

ſine

UAB Biblioteca de Ciències Socials

132 sine jurisdictionis exercitio, vel officio, ut Missam celebrando, vel prædicando: sed si jurisdictione, vel officio uti vellet, id non poterit sine licentia Episcopi, vel Superioris loci exempti, ut Ordinare, Chrismare, Degradare, vel similia faciendo. Gloss. est celebris, & magistra *in d. Clem. Archiepiscopo*, Panuin. *de visitat p. 2. q. 4.* Covat. *pract. c. 9. sub n. 2.* ubi intelligit, etiamsi vellet illa exercere in subditum suum, non solùm in loco exempto, sed etiam in Diœcesi sui Suffraganei.

133 De Archiepiscopis, seu Metropolitanis, eorúmque privilegiis, & prærogativis, vide Rusæum *de prærogativis Archiepisc. dignit.* Quarant. *in summ. Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas*, Marc. Ant. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol. c. 70.* Homobon. de Bonis *de humana vita statib. p. 1. c. 6.* Azor. *instit. moral p. 2. lib. 5. c. 33.* Galganet. *de jure publ. lib. 5. tit. 18. num. 1.* Scip. de Rubeis *in aphorism. Archiep. verb. Archiepisc.* Sebast. Cæs. *in relect. de ecclesiast. hierarchia, p. 1. disp. 5. §. 1.* & alios in discursu citatos.

CAPUT VIII.

De Episcopis, & eorum electione.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus nomen antiquissimum est in sacra Scriptura.*

1 *Episcopi nomine usi sunt Ethnici pro certo Magistratu, cujus cura erat provisio panis, & caterorum ad cibum, & victum pertinentium.*

3 *Episcopi nomen cur in lege gratiæ ad sacros Ecclesiæ Præsules, & Antistites sit translatum, ostenditur.*

4 *Episcopi rectè Superintendentes nominantur.*

5 *Isidorus magnus etymologiarum magister.*

6 *Ecclesia sub nomine Episcopi semper eos intellexit, qui super Presbyteros, & omnes Clericos, ac Laicos in spiritualibus constituti supremam in regimine Ecclesiæ obtinuerunt, & obtinent potestatem.*

7 *Ordinem Episcopalem eundem esse cum Ordine Presbyterali contendunt impii hæretici.*

8 *Episcopatum in potestate jurisdictionis, quàm in potestate Ordinis Sacerdotibus, seu Presbyteris superiores sunt.*

9 *Apost.* 1. ad Philip. & ad Tit. cap. 1. *declaratur.*

10 *Caput* legimus, 23. dist. & *caput* olim, 97. dist. *declarantur.*

11 *Ordinis potestas in Episcopo est, ut sciat & possit omnia Sacramenta conferre, Chrisma consecrare, Prædicationis munus exercere, alios Ordinare, ad Eucharistiam sumendam præparare, & Sacerdotes creare.*

12 *Episcopus finis unus est cum Sacerdotibus communis, qui est sanctiss. Eucharistiæ consecratio, & offerre Domino verum sacrificium.*

13 *Episcopalis Ordinis potestas ad Eucharistiæ consecranda & offerenda finem non ita proximè ordinatur ac Sacerdotium, sed remotius.*

14 *Episcopalis Ordinis ad potestatem tria propriè, & insolidum pertinent, scilicet Ordinare, Consecrare, & Confirmare.*

15 *Consecrare Ecclesias, & Calices, quamvis annexum sit Ordini Episcopali, cùm tamen sit Sacramentale, potest à Papa Sacerdoti committi.*

16 *Sacramenta, quæ ex sola potestate Ordinis conferuntur, non possunt ministrari ab ullo, qui Ordinem ad illa requisitum non habet, nec Papa potest Episcopo prohibere ne Ordines valide conferat.*

17 *Jurisdictionis potestas in Episcopo ad mysticum fidelium corpus spectat.*

18 *Episcopalis jurisdictio ut ordinaria, & ex officio considerata, saltem in generali fuit instituta à Christo Domino ad effectum ut Petrus, & successores Ecclesiam ejus per Episcopos gubernarem.*

19 *Episcopale munus, & jurisdictio si sumatur in particulari, prout scilicet est in hoc, vel ille subjecto, respectu horum, vel illorum subditorum, non est de jure divino, sed totum pendet à Summo Pont.*

20 *Episcopus in sua Diœcesi, sicut Pontifex in toto orbe, habet potestatem ordinariam in iis omnibus, in quibus per Papam non reperitur limitata ejus jurisdictio.*

21 *Causæ majores, & ad primum gradum meri Imperii pertinentes, sanctæ Sedi in signum specialis privilegii reservatæ sunt.*

22 *Dispensare potest Episcopus in omnibus casibus, qui Sedi Apostol. specialiter non reservantur.*

23 *Jurisdictio non est necessario conjuncta ut naturalis proprietas cum consecratione Episcopi.*

24 *Episc. nullatenentes non sunt minùs venerandi.*

25 *Abusus eorum improbatur, qui Episcopos divites venerantur, & colunt; pauperes verò despiciunt.*

26 *Caput* 1. de privileg. *declaratur.*

27 *Episcopus propter suæ dignitatis maximam præeminentiam quibus nominibus, & titulis honoris causâ appelletur, ostenditur & numeris sequentibus.*

28 *Episc. propter tantæ dignitatis præeminentiam appellatur, Reverendissimus, Religiosissimus.*

29 *Præsul.*

30 *Antistes.*

31 *Pontifex.*

32 *Pastor.*

33 *Summus Sacerdos.*

34 *Papa.*

35 *Princeps Ecclesiæ.*

36 *Illustris.*

37 *Egregia persona.*

38 *Legatus Christi.*

39 *Sanctissimus.*

40 *Præco.*

41 *Sal terræ.*

42 *Lucerna super candelabrum posita.*

43 *Oculus universi.*

44 *Angelus.*

45 *Diœcesanus Episcop. dicitur respectu suæ Diœcesis.*

46 *Suffraganeus dicitur quoque Episcopus uni Archiepiscopo subditus.*

47 *Ordinarius appellatur Episcopus, quia ordinariam in sua Diœcesi habet jurisdictionem.*

48 *Ecclesia Episcopalis dicitur Cathedralis, quia ibi Cathedra Episcopalis, & Sedes fixa est, & quia ejus ratione Episc. recipit Cathedraticũ.*

49 *Ecclesia Cathedralis semper intitulanda est sub nomine Diœcesis, non autem Sancti.*

50 *Cathedralis expressis sub nomine Sancti non vitiat provisionem ex causa resignationis.*

51 *Cathedralis appellatione an & quando comincatur Metropolitana*, remissivè.

52 *Episcopus est Pater, Princeps, Dux, & Rex.*
53 *Episcopum depingentes SS. Patres illum multis epithetis honoris gratiâ appellare solent.*
54 *Episcopus attributa reperiuntur tot ferè nomina, quot sunt necessitates hominum.*
55 *Episcopi officium habent Ducis.*
56 *Medici.*
57 *Magistri.*
58 *Prafecti Vigilum.*
59 *Militis armati.*
60 *Gladiatoris.*
61 *Agricola.*
62 *Correctoris.*
63 *Episcopus an teneatur Episcopatûs circumstantiam explicare in quocumque peccato mortali?*
64 *Episcoporum in electionibus, secundùm varia tempora varii modi ab ipso Summo Pontifice prascripti fuerunt.*
65 *Episcoporum electiones primùm totius Cleri, & Populi auctoritate fiebant, deinde constitutum est, ut Clerus erigat, populus verò consentiat.*
66 *In electionibus Episcoporum magna varietas reperitur circa auctoritatem Principum secularium.*
67 *Potestas Laicis attributa circa Episcop. electiones quomodo, & quando cœperit abrogari, ostenditur.*
68 *Eligendi Episcopos potestate Laicis abrogatâ, ea penes omnes Clericos & Religiosos Diœcesis remansit, deinde Clerici à Religiosis sunt separati, demùm ad Canonicorum collegium redacta, & devoluta est.*
69 *Caput* Sacrorum, 62. dist. *declaratur.*
70 *Caput* 1. de elect. *declaratur.*
71 *Eligendi Episcopos potestas duravit in Capitulis, & Canon usque ad tempora Bonif. VIII. & Clementis V.*
72 *Ecclesias Episcopales Summi Pontifices sub certis restrictionibus reservarunt, & demum simpliciter & generaliter quoad omnes reservatio facta fuit* in reg. 3. Cancel.
73 *Electionis Canonica vetus consuetudo per Capitula facienda observatur tantùm in Germania.*
74 *Reges Hispania Episcopos nominant, designant, eligunt, & offerunt Romano Pontifici, ut eos in Ecclesiis instituat.*
75 *Reges Hispania ante, & post, usque ad Arabum adventum in Hispaniam, jus habuerunt nominandi, vel eligendi Episcopos; quod deinde immutatum fuit, eligendi potestate in Capitula vel Collegia translata, qua postea eam Regi exhibebant, idque ex permissione Romani Pontificis.*
76 *Romana Ecclesia auctoritatem Ecclesia Hispania summo jure venerata sunt.*
77 *Garsia Loaysius Philippi Hispaniarum Regis Catholici, dum Princeps & in ephebis esset, praceptor fuit, & institutor.*
78 *Hispaniarum Reges Cathedrales Ecclesias ferè omnes erexerunt, construxerunt, & ampliss. redditibus exornarunt.*
79 *Hispania Reges jus omne circa electiones Cathedralium sibi quomodolibet competent postremò à se abdicarunt, & in Ecclesiarum Capitula liberè transtulerunt: sed per Papam electionibus Capitulorum sublatis, inter illum & Reges hujusmodi crebra exorta sunt lites.*
80 *Sixtus IV. Hispania Regibus privilegium concessit, ut quos ipsi expetiissent, ii omninò, & non alii Episcopi praficerentur.*
81 *Adrianus VI. concessit Carolo V. Imp. & Hisp. Regi, ac ejus successoribus jus, presentandi Episcopos Hispania, qui antea providebantur ad supplicationem Regum.*
82 *Lusitania Reges habent jus presentandi, & nominandi ad Archiepiscopatus & Episcopatus illius Regem, quod cœpit à tempore Regis Alphonsi V.*
83 *Francia Regibus jus nominandi Episcopos Summi Pontificis indultu concessum est.*
84 *Boëtius Epo vir impensè doctus, deque jurisdictione, ac potestate ecclesiastica optimè meritus.*
85 *Capitulum mortuo Episcopo tenetur ejus mortem Regi denuntiare, ut Rex nominet personam Summo Pontif. ad providendum de Episcopatu vacante.*
86 *Custodia bonorum Episcopi defuncti pertinet ad Regem.*
87 *Ecclesia Pastore viduata sub Regis protectione sunt.*
88 *Inventarium bonorum Episcopi non est faciendum à Judice Laico.*
89 *Conc. Trid.* sess. 24. de reform. cap. 1. *circa concessiones factas Regibus nominandi Episcopos nihil duxit innovandum.*
90 *Jus patronatus ad Reges & alios Principes spectant non comprehenditur sub reservationibus Regul. Cancel.*
91 *Ordinandus in Episcopum antequam ad hoc dignitatum culmen ascendat, qua cogitare debeat, ostenditur.*
92 *Episcopatum desiderans secum cogitare debet ad quos, & quam magnos labores vocatur; deinde videat diligenter, an eos sustinere rectè possit.*
93 *Episcopus nemo sapiens lato animo creatur.*
94 *Joannes Hurtado Dominicanus Archiepiscop. Toletanum Carolo V. deferente constantissimè recusavit.*
95 *Bartholomaus de Martyribus præcepto obedientia coactus fuit Bracharensem Archiepiscopatum acceptare.*
96 *Episcopatum appetere præsumptuosum est, & ad cupiditatem, & ambitionem pertinet.*
97 *Primatus fugientem se desiderat, desiderantem se horret.*
98 *Ambitio est inordinatus appetitus honoris terreni, & amplitudinis dignitatis.*
99 *Episcopatum si quis appetat, non propter officii dignitatem, sed propter annexum laborem bonum opus desiderat.*
100 *Episcopatus potest appeti absque peccato veniali ab illo, qui est eo dignus, dummodò principaliter appetatur ut prosit, licèt minùs principaliter appeteretur ob honorem & fructus ejus.*
101 *Episcopi graviter peccant ambientes alios Episcopatus, ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, ut per ea possit suis cognatis & familiaribus providere.*
102 *Votum, vel juramentum non procurandi Episcopatum est omninò licitum, & obligat, nisi intelligatur de in nullo casu resistendo superiori acceptare jubenti.*
103 *Religionis superior non potest præcipere Regulari voventi, vel juranti de non acceptando Episcopatum, ut illum acceptet.*

104 *Papa si vellet, ut jurans, vel vovens non acceptare Episcopatum fiat Episcopus, tenetur illi obedire.*

105 *Ætas triginta annorum completorum requiritur in Episcopo.*

106 *Episcopus consecratus ante annum trigesimum expletum, an fiat irregularis, ostenditur.*

107 *Natus ex legitimo matrimonio debet esse, qui promovetur ad Episcopatum.*

108 *Legitimatus per subsequens matrimonium habilis censetur ad Episcopatum.*

109 *Promovendus in Episc. debet in omnibus sacris Ordinibus ante sex menses constitutus esse.*

110 *Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel Jure Canonico, aut saltem publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos, debet in Episcopum promoveri.*

111 *Diligentia peculiaris circa doctrinam promovendi ad Episcopatum adhiberi debet, secundum Constit. Gregorii XIV.*

112 *Parentibus Catholicis procreatus debet esse qui in Episcopum promovendus est.*

113 *Promovendus in Episcop. debet esse in Ecclesiasticis functionibus diu versatus, fide, puritate, innocentia vitæ, prudentia, rerum usu, integrâ famâ, & doctrinâ præditus.*

114 *Laicus non potest in Episcopum eligi.*

115 *Laicus cùm ex merito suæ perfectionis clericalem vitam transcendit, ejus potest rata haberi electio in Episcopum.*

116 *Dispensari potest cum laicis, & neophytis, ut possint Episcopi fieri propter merita personarum & Ecclesiæ utilitatem, vel necessitatem.*

117 *Dispensatio debet fieri in specie ad dignitatem Episcopalem.*

118 *Filius habens an possit in Episcopum promoveri, ostenditur,* & n. 119.

120 *Caput* priusquam, 28. dist. & c. de Syracusanæ, eod. dist. *declarantur.*

121 *Religiosus potest in Episcopum eligi, dum tamen suus superior consentiat.*

122 *Religionem vovens non potest Episcopatum acceptare antequam sit Religionem ingressus, nisi dispensetur in voto.*

123 *Papæ licentia an desideretur ad dimittendum Episcopatum semel acceptatum, transeundumque ad Religionem gratiâ prioris voti implendi,* remissivè.

124 *Episcopatui renuncians ob crimen commissum, & ob id Religionem intrans, non potest amplius in Episcopum eligi.*

125 *Episcopatu depositus, & in Monasterium detrusus ad pœnitentiam peragendam, non potest iterum ad Episcopatum revocari.*

126 *Episcopus si ante Episcopat. erat Monachus, & postea relicto, aut depositio Episcopatu, redeat ad Monasterium, in ea Religione non potest habere dignitates, neque officia.*

127 *Episcopus an, & quando, & de cujus licentia possit Religionem ingredi,* remissivè.

128 *Religiosus etiam in novitiatu existens, & nondum professus potest in Episcopum eligi.*

129 *Episcopus Religiosus etiam ticularis, non potest ad observantias regulares servandas pœnis contra illarum transgressores inflictis obligari*

130 *Religiosus ad dignitatem episcopalem evectus omninò absolvitur, etiam quoad culpam a Religionis observantiis, quæ officio episcopali obstant, aut ejus dignitati non congruunt; ad cæteras verò, quæ pontificium munus non impediunt obligatur solum ex quadam honestate, & decentiæ debito, ut n.* 131.

132 *Religioso facto Episcopo licitum est tenere in Baptismo & contrahere compaternitatem, licèt monachis id esset interdictum.*

133 *Religiosus creatus Episcopus potest licitè carnibus vesci feriâ sextâ in qua Natale Domini incidit, etiamsi esset ex Religione S. Francisci de Paula.*

134 *Religiosus factus Episcopus non tenetur divinum officium juxta sua religionis ritum persolvere.*

135 *Episcopus Religiosus privilegiis suæ religionis non gaudet.*

136 *Religiosus creatus Episcopus à voto castitatis non absolvitur, sed eo tenetur sicut antea tenebatur; nec a voto obedientiæ, quia etsi à sui Prælati subjectione eximatur, Romano tamen Pontifici subditur peculiari voto.*

137 *Religios. factus Episc. non absolvitur à paupertatis voto, nec efficitur dominus redditumm Ecclesiasticorum, sed solùm administrator.*

138 *Episcopus nullus dari debet subditis invitis.*

139 *Eligendus in Episcopum non est, qui Principi seculari minùs favorabilis dignoscitur.*

140 *Processus inquisitionis super qualitatib. eorum, qui promovendi sunt ad regimina Cathedralium seu aliarum superiorum Ecclesiarum, quomodo conficiendus, ostenditur,* & num. seqq.

141 *Legati Sedis Apostolicæ, & Nuncii Provinciarum in locis in quibus commorantur, & illis non existentibus, Ordinarii debent conficere processus personarum promovendarum ad Episcopatum.*

142 *Consanguineus, vel affinis usque ad tertium gradum inclusivè illius, qui promovendus est ad Episcopatum, non potest ejus processum conficere.*

143 *Qui tenetur conficere processus personarum promovendarum ad Cathedrales si sit legitimè impeditus, ea cura transfertur ad alium Prælatum viciniorem Prælato impedito.*

144 *Munus conficiendi processus in Curia personarum promovendarum ad Cathedrales si Ecclesia, vel Monasterium, cui est providendum, sit ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, spectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apostolicam est protector illius Provinciæ, in qua est Ecclesia, vel Monasterium.*

145 *Processus faciendus est in Curia per Cardinalem a Romano Pontifice deligendum, si Ecclesia, vel Monasterium non sit ad nominationem, seu præsentationem alicujus Regis.*

146 *Processus de qualitatibus Archiepiscopi, vel Episcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab una ad aliam Ecclesiam sit transferendus, à quo conficiendus, ostenditur.*

147 *Prælatus inquirens de qualitatibus ordinandi in Episcopum, non potest universam inquisitionem, sed partem super aliquo articulo alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ subdelegare.*

148 *Processus pro habenda informatione status Ecclesiarum conficiendus est ab eo Prælato, qui processum de qualitatibus promovendorum confecturus est.*

149 *Processum inquisitionis qualitatum promovendi debet per seipsum deputatus conficere.*

150 *Testes à quo vocandi, & per quos articuli sint*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

conficiendi super inquisitione qualitatum promovendi ad Episcopatum, ostenditur.

151 *Testes excommunicandi in processibus personarum promovendarum ad Cathedrales, quibus qualitatibus præditi esse debeant, ostenditur.*

152 *Prælatus inquirens de qualitatibus promovendi ad Cathedrales, procedere potest per viam inquisitionis, quando non habet notitiam personæ promovendæ.*

153 *Interrogatoria quæ necessaria sunt ad inquirendum in omnes qualitates, quæ in promovendis ad Cathedrales requiruntur.*

154 *Inquisitio personarum ad Ecclesias Cathedrales promovendarum ut perfectè fiat, quæ requirantur præter ea, quæ ex textibus habeantur, ostenditur.*

155 *Promovendi ad Ecclesias Cathedrales, si orti sint in Provinciis, in quibus non sunt universitates studiorum, nec consuetum est suscipi gradum aliquem, quid servandum quoad probationem doctrinæ, ostenditur.*

156 *Promovendus ad Ecclesiam Cathedralem, si sit regulari, quid servandum, ostenditur.*

157 *In translatione alicujus Episcopi ad alteram Ecclesiam, quid servandum, ostenditur.*

158 *Inquisitio qualiter facienda circa qualitates eorum, qui in Consistorio promovendi sunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales & Prioratus, ac regimina Monasteriorum, vel alias Regularium Prafecturas, ostenditur.*

159 *Fidei professio quomodo emittenda à promovendis tam ad Ecclesias Cathedrales, quàm ad dignitates regulares.*

160 *Interrogatoria pro habenda informatione status Ecclesiæ quando aliquis ad Cathedralem, vel Metropolitanam promovendus est, ponuntur.*

161 *Interrogatoria dantur pro habenda informatione status alicujus Monasterii.*

162 *Inquisitione perfectâ circa qualitates personæ promovendæ ad Ecclesiam Cathedralem, quid agendum, ostenditur.*

1 NOMEN EPISCOPUS antiquissimum est; nam David jam illud agnoverat, quandoquidem *Psalm.* 108. dicit, *Fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter.* Quod interpretandum videtur de præsidentia, & præfectura, aut superintendentia, juxta illud Nehemiæ *c.* 1. *vers.* 23. *Hanza filius Benani Levitarum Episcopus*, cum aliis plenè adductis per

2 Ant. de Fuentes *can. lect. lib.* 2. *c.* 17. Ethnici quoque hoc nomine usi sunt pro certo magistratu, cujus officium erat panis & cæterarum rerum ad cibum, & victum pertinentium curam habere: quo sensu accipitur textus *in l. munerum*, §. *Irenarchæ*, *ff. de muner. & honor.* ubi Arcadius Jurisconsultus recensens munera personalia, sic ait: [Episcopi, qui præsunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, personalibus muneribus funguntur.] Vide Petr. de Bollo *in œconomia Canon. classe* 3. *c.* 1. §. 1. *p.* 313. *cum seqq.*

3 Nunc verò vocabulum istud factum est quodammodo proprium christianæ religionis, veteri plenè sensu servato, translatum vel à præsidentia, & præfectura, quam in veteri lege significabat, vel à profano illo civili Magistratu ad sacros Ecclesiæ Præsules, & Antistites, eo quòd illorum præcipuum munus sit gregis sibi commissi mores, & vitam explorare, & inspicere; quia enim Episcopi super eos, quorum animæ sunt eis demandatæ, & super divinum cultum, ac religionem intendunt, rectè *Superintendentes* nominantur, *in c. qui Episcopatum* 8. *q.* 1. vel *Speculatores*, ex verbo græco dicuntur, ut interpretatur magnus ille etymologiarum magister Isidor. *lib.* 7. *c.* 12. relatus *in cap. Cleros, vers. Episcopus autem, dist.* 21. quem sequuntur Alphons. Alvar. 5 Guerter. *in speculo Jur. Pont. lib.* 1. *c.* 4. Durand. *in ration. divin. offic. lib.* 1. *c.* 11. *ex n.* 1. Greg. Lop. *l.* 1. *gloss.* 1. *tit.* 5. *p.* 1. Albert. Trott. *de vero, & perfecto Clerico lib.* 1. *c.* 13. *n.* 7. Hier. Gig. *in tract. de resid. Episc. c.* 1. *à num.* 1. Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *c.* 8. *à princ.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 42. *n.* 18. Azor. *instit. moral p.* 2. *lib.* 3. *c.* 27. *q.* 1. Magdal. *in epist. ad Tim.* 3. *sect.* 1. *ann.* 2. latè Sotomajor ibi, *super vers. fidelis sermo*, *pag.* 402. & 403. Durand. *in comment. Bull. Cœn. lib.* 1. *c.* 5. *quæst.* 2. *n.* 1. Franc. de Mendoza *in lib.* 1. *Reg. c* 7. *sect.* 2. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *c.* 2. *ex n* 1. & me citato *in illo loco*, Sebast. Cæs. *in relect. de ecclesiastica hierarch. p.* 1. *disp.* 6. §. 1. *ex num.* 1.

In Ecclesia igitur Episcopi nomen antiquissi- 6 mum esse comprobant S. Aug. *de Civit Dei lib.* 18. *c.* 19. Vasq. *de Ord. disp.* 236. *c.* 1. *n.* 112. & *c.* 9. *n.* 101. *vers. Porrò*, Cardin. Baron. *ann. eccl. tom.* 1. *anno Christi* 68. *n.* 8. & 9. quæ semper sub hoc vocabulo eos intellexit, qui super Presbyteros, & omnes clericos, ac laicos in spiritualibus constituti supremam in regimine Ecclesiæ obtinuerunt, & obtinent auctoritatem.

Quamvis impii hæretici contendant eundem 7 esse ordinem episcopalem & presbyteralem, & proinde inter eos nullam dari differentiam, cujus hæresis auctor fuit Arrius, ut docet Epiph. *hæres.* 57. Augustin. *lib.* 2. *de hæres. c.* 53. & postea hunc errorem secutos fuisse Vald. & alios, testatur Castr. *adver. hæreses, verb. Episcopus*, & Balthen. Aret. *in expunction. de Papatu Romano, c.* 2. *expunct.* 4. Scribon. *an theosimia de Ordine, c.* 7. *quæst.* 4. moti auctoritate Apostol. 1. ad Philip. 'cum *Episcopis, & Diaconibus*, quasi nomen *Episcopis*, pro *Presbyteris* ponatur; aliàs enim, ut ipsi inquiunt, de Presbyteros quoque Paulus fecisset mentionem; & deinde, quia in plurali numero dicit *Episcopis*, qui tamen in eadem civitates plures esse non possunt, juxta ea quæ notantur *in c. quoniam, de offic. ordin.* Item ex auctoritate ejusdem Apostol. ad Tit. c. 1. ibi, *Constituas per civitates Presbyteros*; & inferiùs, *Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse*, &c. quasi illi, quos superiùs Presbyteri nomine significabat, idem sint, atque illi, quos modò Episcopos appellat. Tandem ex Hieron. *in dict. c.* 1. *epist. ad Titum*, relato *in c. olim*, 96. *dist. & ad Evagrium Episcopum, epistol.* 85. *tom.* 2. relato *in cap. legitimus, dist.* 83. quibus in locis apertis verbis dicit eosdem esse Presbyteros, atque Episcopos, sed ex diaboli instinctu propter schismata inductam inter eos fuisse differentiam; & hunc errorem jam olim excitavit Arrius', qui cùm Episcopatum fiustrà & impotenter ambivisset, ab Ecclesia divertit, eam impugnans dignitatem, quam consequi non potuit: quem deinde errorem ex eadem causa permotus suscitavit Wicleph. cùm Episcopatum Vigorniensem summoperè appeteret.

Verùm his minimè obstantibus, de fide tenen- 8 dum est Episcopos, tam in potestate jurisdictionis, quàm in potestate ordinis Sacerdotibus, seu

Presby

Presbyteris Superiores esse: quamvis enim Christus Dominus ad Ecclesiasticæ gubernationis, seu Monarchiæ Evangelicæ perfectionem Petrum constituerit caput, & Principem Ecclesiæ suæ, aliquos tamen distinxit inferiorum Ministrorum gradus, qui Petro subessent, & cum eodem præessent ovibus, & Pastorali officio fungerentur. Primùm enim Apostolos constituit, *Luc. cap.* 6. & secundò Discipulos, *Luc. cap.* 10. In locum verò Apostolorum Episcopi, & in locum Discipulorum Presbyteri successerunt, *cap. in novo, 11. dist. cap. quorum vices, 68. distinct.* Unde hos duos majorum, & minorum Sacerdotum gradus ex divina institutione distinctos esse comprobat, & definit Concil. Trident. *sess. 23. c. 3. & can. 7.* Sot. *in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. & de Iust. lib. 10. quæst. 1. art. 4.* latè Cardin. Bellarm. *tom. 1. contr. 5. lib. 1. c. 14. cum seqq.* Probatur deindè, quia comprobatissimum est, tam Ordinis, quàm Jurisdictionis potestatem competere Episcopis in suis Diœcesibus: de qua duplici Episcoporum potestate, Ordinis videlicet, & jurisdictionis, agit Fr. Mich. Agia *de exhibendis auxil. fundam.* 4. Sacerdotibus verò esse communem Ordinis potestatem cum Episcopis, excepta ordinandi, confirmandi, nonnullisque aliis ministeriis. Ergo fit consequens manifestissimum, quoad potestatem jurisdictionis Episcopos superiores esse Presbyteris, cùm constet hos nullam, illos plenam in suis Diœcesibus habere jurisdictionem. Quoad potestatem verò Ordinis idem ostenditur, siquidem Sacramentum Confirmationis conficere, Ordines conferre, multaque alia Ordinis ministeria solis Episcopis fuêre reservata, & Presbyteris omninò denegantur, ut de Sacramento Ordinis probat *cap. 1. de ord. ab Episcopo*, Concil. Trident. *sess. 23. can. 7.* Covar. *lib. 1. var. c. 10. n. 7.* Vivald. *in cand. aureo, tit. de Sacram. Ordin. ex n. 170.* & de Sacramento Confirmationis probat *c. quando, de consuet.* & Concil. Trident. *sess. 7. de Confirmat. Can. 3.* Vivald. *ubi suprà, tit. de Confirmat. n. 23.* & ideo hanc Catholicam veritatem ita definit Concil. Trident. *sess. 23. c. 4. & Can. 6. & 7.* Confirmant latè Card. Bellarm. *d. c. 14.* & alii, quos plenè refert Henriq. *in sum. lib. 7. c. 7. § 2. lit. L*, qui fatentur inter Episcopos, & Presbyteros discrimen esse, & eleganter confirmant. Petr. Sot. *de iustit. Sacerd.* ubi *de Sacr. Ordin. lect. 1. vers. & ipsa Scriptura*, Valent. *tom. 4. disp. 19. q. 1. punct. 2. vers. 4. certum est, cum seqq.* Ægid. de Coninck *de Sacram. disp. 20. de ord. dub.* Magal. *in epist. 1. ad Tim. c. 3. lect. 1. à n. 1.* Soromaior *super verb. fidelis sermo, pag. 408. cum seqq.* Scribon. *in theosimia de Ord. c. 7. q. 8.*

9 Quare hac sententiâ retentâ, ut auctoritates Apostoli in contrarium adductæ intelligantur, & ad nostrum sensum reduci possint, advertere oportet universum Clerum, omnésque Ordines ad duo primaria genera revocari, ad Sacerdotes scilicet, & ministros, quorum priores, scilicet Sacerdotes, subdividuntur in majores, & minores; posteriores verò, scilicet ministri, in sex alias species, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Lectores, Exorcistas, & Ostiarios, quibus nostri addunt Psalmistas, ut habetur *in cap. Cleros, 2. distinct.* Et quamvis nomen Episcopi principalibus tantùm Sacerdotibus tribui soleat, & nomen Diaconi principaliori tantùm ministro, utcumque tamen suo modo aliis convenit; nam etiam Presbyteri superintendunt populo. Volens igitur Paulus Apostolus ad Philippenses universum populum salutare, seu magis Clerum, ne cogeretur singulos Ordines numerare, generaliter id fecit nomine Episcopi, comprehendens omnes Sacerdotes, nomine Diaconi omnes ministros. Eodem modo *ad Tit. citato cap. 1.* usus est verbis quibusdam tanquam generalibus, non verò tanquam distinctis, ex ratione suprà dicta. Vel etiam potest dici initio Ecclesiæ omnes Presbyteros communiter participasse aliquo modo jurisdictionem, & officium Episcopale: tum quia tanquam ejus Consiliarii, unà cum Episcopo Ecclesias regebant in illis locis, ubi erant Episcopi: tum etiam, quia iis magna ex parte communicabatur jurisdictio Episcopalis, præsertim in locis, ubi Episcopi non erant: unde omnes promiscuè vocabantur modò Presbyteri, modò Episcopi; Episcopus enim significat eum, qui alicui rei, tanquam director præfectus est, sive cui incumbit aliorum regimini invigilare, ut suprà diximus. Unde fit, ut Apostolos sæpè nomine Presbyteri, aut Episcopi promiscuè, tam Episcopos, quàm Presbyteros intelligat: quamvis enim sæpè utrumque nomen distinguat, ut patet *ex epist. 1. ad Timot. 5. & ad Tit. cap. 1.* ubi Apostolus apertè ostendit Episcopos, quales Timotheus, & Titus erant, esse Judices, Correctores, ac Rectores Presbyterorum, quæ satis demonstant distinctionem, superioritatem, & eminentiam: crescente tamen posteà, tam fidelium, quàm etiam Episcoporum, & Presbyterorum, multitudine, ut vitetur confusio, & fortè etiam ob aliquorum presbyterorum superbiam suâ potestate insolenter abutentium, & contra Episcopos superbientium, tam nomina, quàm gubernandi officia fuerunt magis distincta, & Presbyterorum potestas restricta: ita ex Ægid. de Coninck, Magal. & Sotom. docet Sebast. Cæs. *d. part. 1. disp. 6. §. 1. n. 12.* Ad Hieronymum verò *in dict. cap. legimus*, & *in d. cap. elim.* variè respondent Doctores: sed Medina *de sacr. hom. cont. lib. 1. cap. 1.* ausus est affirmare Hieronymum cum Aëtio sensisse: sed meritò reprehenditur à Cardin. Bellarm. *dict. loco.* Alii aliter sentiunt, ut videre est apud Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 7. §. 2. & cap. 22. §. 2.* quibus omissis Pigh. & Cardin. Bellarm. Valent. *dict. loco, vers. explicabo igitur*, post alios advertunt Hieronymum, aliósque Patres non negare hanc inter Episcopos, & Presbyteros distinctionem ex Apostolorum, & Ecclesiæ traditione institutam, sed solùm contendere à Christo Domino institutam non esse: qua in re illis temporibus non perspicua deceptum fatentur Hieronymum, potiúsque universalis Ecclesiæ decreto esse adhærendum, quàm Hieronymi, & aliorum Patrum opinionibus. 10

Episcoporum quadripartitum ordinem suprà 11
ostendimus, *cap 7. n. 4.* in hoc verò loco explicandum reservavimus, in ipsis Episcopis aliam esse potestatem Ordinis, aliam jurisdictionis. Ordinis ea est potestas, ut sciat, & possit omnia Sacramenta conferre, Chrisma consecrare, Prædicationis munus exercere, alios ordinare, ad Eucharistiam sumendam præparare, & Sacerdotes creare. Finis 12
verò unus est illis cum Sacerdotibus communis, qui est sanctissimæ Eucharistiæ consecratio, & offerre Domino verum sacrificium, in quo universi Presbyteri pares sunt, quandoquidem eorum auctoritas à Deo ipso dependet. Episcopalis tamen 13
Ordinis potestas ad hunc Eucharistiæ consecrandæ, & offerendæ finem non ita proximè ordinatur ac Sacerdotium, sed remotiùs, quatenus hoc perficit, & potestatem consecrandi per Sacerdotum institutionem confert. Unde ad potestatem 14

Episco

Epiſcopalis Ordinis tria propriè, & inſolidum pertinere, ſcilicet Ordinare, Conſecrare, & Confirmare tradit Gloſ. *verb. de talibus, in cap. tranſmiſſum, de elect.* Verùm conſecrare Eccleſias, &
15 Calices, quamvis annexum ſit Ordini Epiſcopali, cùm tamen ſit Sacramentale, poteſt à Papa Sacerdoti committi. Henriq. *in ſum. lib. 6. cap. 3. §. 6.*
16 *in commento, littera K.* Sacramenta verò quæ ex ſola poteſtate Ordinis conferuntur, non poſſunt miniſtrari ad ullo qui Ordinem ad illa requiſitum non habeat, nec Summus Pontifex poteſt Epiſcopo prohibere ne Ordines validè conferat; quia circa Ordinis poteſtatem, quam præhabent Epiſcopus, vel Papa ordinans, habent ſe ut inſtrumentum liberum, ſed ab alio motum, nempe à Chriſto; & ea poteſtas pendet à Papa conſecrante in fieri tantùm; quam quidem Ordinis poteſtatem immediatè à Deo Epiſcopi accipiunt: nam reſpectu illius omnes Apoſtolos pares fecit, ac in hoc illos æqualiter ordinavit, itaut nullatenus quæ Ordinis Epiſcopalis eſſe dixi, poſſint infetioti Prælato, qui Epiſcopus non ſit, nec conſuetudine, alióve jure ſpeciali competere. Abb. *in cap. accedentibus, n. 2. de exceſſib. Prælat.* ubi Addit. Alex. de Nevo clarioribus id explicat verbis, & facit textus *in cap. quanto, de conſuet. cap. aqua, de conſecr. Eccl. vel Altar.*

17 Juriſdictionis autem poteſtas ad myſticum fidelium corpus ſpectat, quibus toto orbe terrarum diffuſis, oportuit pro locorum amplitudine, Regnorúmque frequentia illis aſſignati Antiſtites, ac Præfectos, quorum alii majorem, alii minorem juriſdictionis poteſtatem ad leges condendas haberent, prout neceſſitas, aut utilitas poſtulare
18 videbitur. Epiſcopalis hæc juriſdictio, ut ordinaria, & ex officio conſiderata, ſaltem in generali fuit inſtituta à Chriſto Domino, ad effectum ut Petrus, ut ſucceſſores Eccleſiam ejus per Epiſcopos gubernarent, ut conſtat ex Apoſtolo *ad Epheſ. 4. & 1. ad Corinth. cap. 12.* dicente, poſuiſſe Chriſtum in Eccleſia Paſtores, id eſt Epiſcopos. Et poſt Hieronym. & alios exponit Suar. *tom. 4. de Pœnit. part. 2. diſput. 25. ſect. 1. a num. 7.* & ex loco *Act. 20.* ibi, *Poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam.* Quem locum in idem adducit Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 4.* Card. Bellarm. *lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 15.* & Suar. *citato loco,* ubi id etiam probat ex auctoritate plurimorum Patrum, & ex ratione perfectæ monarchiæ in Eccleſiæ per Chriſtum Dominum inſtitutæ; inde meritò ex omnium conſenſu reſolvens, non poſſe totam etiam Eccleſiam hunc modum regiminis mutare: quod etiam poſt alios anteà tradiderat Covar. *in reg. peccatum, part. 2. §. 9. n. 6.* Verùm
19 ſi Epiſcopalis juriſdictio, ſicut etiam munus ipſum Epiſcopale ſumatur in particulari, prout ſcilicet in hoc, vel illo ſubjecto, reſpectu horum, vel illorum ſubditorum collocatur, non eſt de jure divino, nec ab eo habet certos Juriſdictionis gradus, qui augeri, vel minui nequeant, ſed totum pendet à Summo Pontifice, per quem idem munus immediatè habetur in particulari, & à quo ipſius Juriſdictio immediatè conceditur, & derivatur. Ita Covar. *ubi proximè*, Gig. *de penſion. quæſt. 2. n. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 6. cap. 5. §. 5.* Suar. *d. ſect. 1. num. 10 cum ſequent.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 10. punct. 2. pag. 1. & 2.* Cardin. Bellarmin. *tom. 1. controverſ. 5. generali, lib. 4. de Roman. Pont. cap. 24. & 25.* Camill. Borrell. *in ſumm. omn. deciſ. tit 6. à n. 1.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30.* latè Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 4. ex n. 1.*

Verùm cùm Epiſcopus ſit Paſtor Ordinarius in 20
ſua Diœceſi, ſicut Pontifex in toto orbe, licèt ſit ipſi ſubjectus, habet poteſtatem Ordinariam in iis omnibus, in quibus Pontifex non limitat ejus Juriſdictionem; ac proindè poteſt in ſua Diœceſi quidquid poteſt Pontifex in univerſo orbe, ſi ea excipias, quæ ad univerſæ Eccleſiæ ſtatum pertinent, niſi ei ſpecialiter per Pontificem aliquid reſervetur, ut reſolvunt Abb. & alii *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, de judic.* Cott. *in memorabil. verb. Epiſcopus*, Victor. *de matrim. part. 1. num. 7.* Pelag. *de planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 30. verſ. in his*, Gambar. *de offic. Legati à latere, lib. 10. num. 466. & 476.* poſt Soc. Abulenſ. & alios, Henriq. *in ſumm. lib. 10. de Sacram. Ord. cap. 3 5. §. 2. lit. D, & lib. 12. de matrim. cap 3. §. 2. in comment. lit. N*, Suar. *tom. 4 de Pœnit. part. 2. diſp. 25. ſect. 1. num. 13. & de legib. lib. 6. cap. 14. ſub num 3.* Sanch. *de matrim. lib. 1. diſput. 61. num. 3.* Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſ. hierarch. part. 1. diſp. 6. § 3. num. 11.* ubi id quoad Ordinis poteſtatem firmat. Paul. Laym. *in Theologia morali, lib. 1. tract. 4. cap 4. §. 2. num. 5. verſ. ex his omnibus*, ubi intelligit cum dependentia & ſubordinatione ad Papam, tanquam ſuperiorem, juxta *cap. quiſquis, cum ſequentib. 2. q. 6.* & de communi, 21
ac ordinaria gubernatione, excluſis cauſis majoribus, & ad primum gradum meri imperii pertinentibus, quæ ſanctæ Sedi, in ſignum ſpecialis privilegii reſervata ſunt, juxta textum *in cap. 1. & 2. de tranſlat. Epiſc. cap. tranſlationem, de eff. Legati, cap. majores, de Baptiſmo, c. quamvis, 3. q. 6.* Unde 22
provenit quod Doctores tradunt, videlicet poſſe Epiſcopum diſpenſare in omnibus caſibus, qui ſibi ſpecialiter non reſervantur, ut per Majol. *de irregul. lib. 5. cap. 51. n. 4.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. p. 2. q. 30. art. 10. concl. 2. arg. c. nuper, 29. de ſent. excom.* & ex ſequentia Gloſſæ *verb. diſpenſatum, in c. poſtulaſtis, de Cler. excom. & verb. moniti, in c. Clerici, eod. tit. & verb. Apoſtolicæ, in c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. verb. interdicta, in c. cùm illorum, de ſent. excomm.*

Advertere tamen oportet, quod hæc juriſdic- 23
tio non eſt neceſſariò conjuncta ut naturalis proprietas cum conſecratione Epiſcopali, ut videre eſt in Epiſcopo titulari, qui nullius Diœceſis eſt ordinarius Paſtor, & in Epiſcopis, qui cum licentia Papæ renunciarunt dignitati, aut ob crimen privati ſunt Epiſcopatu: quia benè poteſt Rom. Pont. Epiſcopalis Juriſdictionis plenitudinem ex ordinatione divina apud ſe radicatam habens, & à ſe tanquam à capite in aliquem pro aliquo loco derivatam coarctare, vel illi nullam demandare.

Nec hujuſmodi Epiſcopi nulla tenentes ſunt 24
minùs venerandi, quia ut benè ait S. Hieronym. ad Evagrium Epiſcopum *epiſt. 85. tom. 2.* relatus *in d. cap. legimus, verſ. ſi auctoritas, 93. diſt.* Ubicunque fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubii, &c. ejuſdem meriti eſt, & Sacerdotii, quia potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit, cùm omnes ſint Apoſtolorum ſucceſſores. Quibus verbis tradunt uterque Card. Alex. *in fin. n. 10. ibi*, Turrecr. ac Petr. Greg. *de benef. cap. 14. n. 4.* ſanctum Doctorem totum fuiſſe in improbando abuſum eorum qui Epiſcopos divites venerantur, & colunt; pauper- 25
es verò deſpiciunt. Ad quem abuſum alludere videntur Pontifices *in cap. Epiſcopi*, & *in cap. præcipimus*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

26 *cipimus*, 16 *q.1. & in cap.1. de privil.* dum aiunt, vilescere Episcopalem dignitatem in pagis, & villis, scilicet quoad populares, & vulgi æstimationem, non verò in rei veritate, & quoad doctos, apud quos Episcoporum dignitas ejusdem est meriti inter omnes Episcopos, ut dicitur *in d. cap. legimus.*

27 Unde Episcopus propter suæ dignitatis maximam præeminentiam variis nominibus, & titulis

28 honoris causâ appellatur. Dicitur in primis Religiosissimus, & Reverendissimus. Gloss. *verb. Religiosissimi, in c.1. dist.23.* ubi D.meus Cunha *in comment. n.13.*

29 Præsul, quoniam in Concilio præsidet, *c. quod translationem, de tempor. ordinat.* Durant. *in ration. divin. offic. lib.2.c.11.n.4.* Sebast.Cæs. *d.disp.6.§.1. n.4* vel quasi præ aliis saliens, secundùm Ignat. Braccium *in tract. de la Etimologia de nome Papa, & Pontifex, c.7. pag.85.*

30 Antistes, quia ante alios stantes præeminet populo; vel ab *ἀντὶ*, quod est *contra*, quoniam hæreticis contradicit, sicut Pastor lupis, Durant. *dict. cap.11. num.5.* Vivian. *in praxi jurispatr. lib.3. c.1. num.10.*

31 Pontifex appellatur *in cap. Pontifices 7. quæst.1. & in cap. Messena, de elect. & in cap. quia periculosum*, ibi, *Pontificalis officii, de sent. excomm. lib.6.* Isidor. *in d. cap. Cleros, verf. Pontifex*, vocat eum maximum Pontificem, hoc est, maximum Sacerdotem; ipse namque efficit Sacerdores, atque Levitas; ipse officia, & Ecclesiasticos Ordines distribuit, & disponit, & præordinator est in cunctis; ipse quod unusquisque facere debet, ostendit. Durant. *d. cap.11. n.3.* Azor. *d. cap.27. q.1. verf. quares.*

32 Pastor non impropriè dicitur, sicut & subditi ejus similitudine oves appellantur ab ipso Christo Domino, *Ioan.11. & 12.* non autem secundùm illum abusivam significationem, quâ dominus gregis Pastor dicitur, sicut filii Jacob ad Pharaonem dixerunt, *Pastores sumus*, quia per famulos ducebant gregem], & fœtus, lanaque fruebantur, sed potius officio, & curâ, quam bonus Pastor per se ipsum, non ut mercenarius debet exhibere, vigiliásque præferre, ut Episcopi nomen sonat, id est Speculator; & ut pascere sonat, id est per prata Scripturæ gregem deducere, ejusque fontibus potare, atque oleo scabiem inungere, docendo verbo, bonorum operum exemplo, Verbi Dominici prædicatione, ac Sacramentorum administratione, quæ omnia pastoralis officii esse propria docet, monet, ac sæpiùs inculcat Concil. Trident. *sess.6. de reform. cap.1.* prosequuntur Sot. *de justit. lib 2. q.3. art.1. ad med.* Fusc. *de visit. lib.1. cap.4. à num.25. & lib.2. c.23. n.20.* Faciunt multa quæ de *pascendi* verbo ex prædicta Christi Domini auctoritate explicat Card. Bellarm. *tom.2. de Rom. Pont. lib.3. cap.15.*

33 Summus Sacerdos nonnunquam vocatur, ut *cap.1. §. per frontis, de sacr. unct. & in cap.ult.3.q.1. & in cap. videmus*, 12. *q.1.* & in aliis relatis per Ioseph.Ludov. *Perus. decis.74. n.11.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.28. num.8.* & Azor. *d. c.27. quæst.1. verf. quares*, ad differentiam simplicium Sacerdotum, quia licèt sex sint, quæ communiter ad omnes pertinent Sacerdotes, videlicet Cathechizare, Baptizare, Prædicare, Conficere, Solvere, ac Ligare; tamen ad Episcopum novem specialiter spectant, scilicet Clericos ordinare, Virgines benedicere, Pontifices consecrare, Manus imponere, Basilicas dedicare, Degradandos deponere, Synodos celebrare, Chrisma conficere, Vestes, & vasa sacrare, in fronte Chrismare, & Benedictionem solemnem dare, *cap. perlectis, verf. ad Episcopum, 25. dist. cap. quamvis, 68. dist.*

Papa, id est Pater, priscis temporibus dicebatur 34
Episcopus, ut constat ex *lib.2. epist.7. S.Cypriani Episcopi Carthaginensis*, cujus sic habet inscriptio: *Cypriano Papæ Presbyteri, & Diaconi Romæ consistentes, Salutem:* & refertur *in cap. adsit, dist.50.* & annotarunt Pamel. *in anaotat. ad Cyprianum, tom.1 epist.31.* Petr.Gregor. *syntag. lib.15. c.2. n.13.* Rhenat. Chopin. *de sacra politia lib.3. tit.1. n.14.* Azor. *in instit. mor.* & Baron. citati per Ignat Bracc. *in libello inscripto, La etimologia de nome Papa, c.2.* ubi adducit ex illis verba hæc, videlicet: Posteà nomen illud cœpit esse peculiare Episcoporum, ut iidem Papæ dicerentur: sunt de his innumera exempla apud Cyprianum, Hieronymum, Augustinum Russinum, Prudentium, Sulpitium, Severinum, Sydonium Apollinarem, Venantium Fortunatum, & novissimè apud S. Eulogium Cordubensem, qui floruit anno Domini 850. usque enim ad illud tempus id nomen commune fuit omnibus Episcopis, licèt frequentiùs, ac peculiariùs tribui consuevisset Romano Pontifici, idque quisque facilè observare poterit in epistolis Cassiodori. At cùm obtinuisset communis usus, ut Papæ nomen tantummodò Romano tribueretur Pontifici, & schismatici illud sibi in odium ejusdem Romani Præsulis fastu superbo vindicarent, aliaque non concessa præsumerent, Gregor. VII. Papa anno à Christo Domino 1073. sui verò Pontificatu anno 3. 6.Kalend. Martii, indict.13. habuit Romæ Synodum adversùs schismaticos, ubi statuit inter alia plura, ut Papæ nomen unicum esset in universo Orbe Christiano, nec liceret alicui seipsum, vel alium eo nomine appellare. Hæc in registro epistolarum Greg. VII. quod asservatur in Bibliotheca Vaticana, ubi canones ejus Synodi scripti habentur.

Princeps Ecclesiæ vocatur nonnunquam Episco- 35
copus, Gloss.1. *in cap. Eccles.30. dist.* ubi Illustriss. D.meus Roder.à Cunha *in comment.n.4.* Columnæ Ecclesiæ, & pupillæ oculi Dei etiam dicuntur Episcopi. Pacian. *dict. lib.2. cap.38 n.12.*

Illustris etiam dicitur Episcopus, Bart. *in l. omnes* 36
populi, q.4. ff de just. & jur. Angel. *cons.276. Punctus talis*, Cardin. Tusch. *tom.3. littera E. concl.237. n.8.* Scipio de Rubeis *in aphorismis Episc. verb. dignitas, n.3.* quamvis Bald. *in l. ad similitudinem, C. de Episc. & Cleric.* velit Episcopum esse similem Illustri personæ, non tamen esse Illustrem: de quo tamen vide quæ latè tradit Pacian. *de probat. lib.2. cap.28. num.30.*

Egregia persona ad quem, si testis esse velit, 37
mitti debet instrumentum, ut in domo sua testimonium reddat, si velit. Gloss. *in l. ad egregias, ff. de jur.* Azor. *d. c.17. q.1. prope fin.*

Legatus Christi, *c. accusatio quoque, in fin. 2. q.7.* 38
Clem.1. de pœnis. Card. Tusch, *tom.3. lit. E. concluf. 237. n.17.* Spec. *in tit. de legatis, §.1.* Alph. Alvar. Guerr. *in speculo juris Pontificii, lib 1. cap.28. paulò post princ.* Sebast. Cæs. *d. disp.6. §.1. n.4.* Pacian. *d. cap.28. n.12.*

Sanctissimus, *in Auth. de Sanctiss. Episc. collat.9.* 39
d. Clem.1. §. nec super, Pacian. *d. c.28. n.12.* nam qui alios Sanctos efficere decet, necesse est ut sit Sanctissimus, & maximâ sanctitate præfulgere debet is, qui velut Sol quidam sanitatis in omnes alios

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alios tanquam sydera quædam sanctitatis suæ radios mittere tenetur. Hinc rectè *Eccles.24* dicitur, *Ab immundo qui mundabitur?* Cui simile est illud Gregorii *Moral.lib.7. Manus sordida aliorum non lavat, & oculus plenus pulvere maculam non considerat: ita mundus debet esse, qui vult aliena corrigere.* Ita Lancell. *in templo omnium Judic.lib.2.c.5.n.6.* Vital. *in d.Clem.1. n.88.* Hojed. *de incompatib. benef. p.1.c... n.5.* Dicitur etiam Apostolicus pater: constat epistola Patrii Episcopi, quæ est 8 *in l.2.epist.& epist.15. ad Æmium.* Filesac. *de sacra Episcoporum auctor. c.9. §.5.* Personam habet Christi, & Vicarius Domini est, *c.mulier, 33.q.5.* Gloss. *verb. Vicarium, in c. inter corporalia, de transl. Episcopi, l.1.tit.5.p.1.* Sicul. *de præst. ant. Card.p.1.* Basil. *lib.1.n.25.* Grysald. *in dec. verb. Episcopus, object.3.* Filesac. *d. tract. c.1. §.2 part.3.* Sot. *in 4. dist.21. q.1. art.3. col. penult.* ubi quod in terra Dei vices gerit. Dicitur Fundamentum, Columna, Pater, & Doctor Ecclesiæ, Oculus, & Minister Dei, Lapis Sanctuarii, Lux Mundi, & divinus Præco, secundùm Garc. *de nobil. gloss.48. §.5. n.55.* Filesac. *dict. p.3.* Agia *de exhibendis auxil. fundam.3.* Mar. Alter. *de censur. tom.1. lib.5. cap.1. disp.17. col.1. let.E,* ubi ait, quod est membrum præcipuum Reip. Christianæ. Cephal. *cons.1. num.57. lib.1. tom.1.* quod est persona magna: & *cons.[illegible] n.8. eod. lib.1.* quod est persona excelsa: & *cons.[illegible] incip. Illustr. n.41. lib.3.* quod est persona notabilis. Filesac. *d. tract. cap.9. §.9. pag.101.* ubi quod est eminentissima. Et de jure Hispaniæ vocatur *Seguoria*, quamvis sit titularis, *l.18. tit.1. lib.4. nova Recop.* ubi Narbona *gloss.11.* Garc. *d.n.55.* Valenzuela *cons.112.n.65.* Et est Regis Consiliarius, *l.31. tit.3. lib.2. Ordin. l.4. tit.4. lib.2. nova Recop.* Gregor. Lop. *l.6. tit.9. part.2. & l.11. tit.5. p.3.* Parlador. *differ.10. n.27.* Bobadil. *in sua politica, lib.2. cap.17. n.10. & 15. cap.18. n.61.* Fab. de Anna *cons.122. n.30.* ubi quod idem procedit etiam in Regno Neapolitano. Et est Advocatus, ut oret pro populo sibi commisso: *cap. quia Sacerdotes, 10. q.1. cap. ipsi Sacerdotes, q.1.* & Medicus animarum, quia omni curationis modo animæ morbum depellit, & ad salutem gratiæ reducit, *cap. disciplina, 59. dist. cap. accusatio, 2. q.7.* Montal. *in l.2. tit.5. p.1.* Agia. *d. fund 3.*

40 Præco, qui annunciat populo scelera eorum, prout dicitur, *Isai. cap.58.* & refertur *in cap. si Rector.45. dist.*

41 Sal terræ, quia condire debet aliorum mores sapientissimis institutis, & præceptis, *Matth. cap.5.*

42 Lucerna super candelabrum posita, *Matth. eod. cap.5.* ut omnium luceat probitatis & doctrinæ radiis.

43 Oculus universi, quo sano, & simplici totum corpus fit lucidum, quo de pravato, & lippiente, totum futurum est tenebrosum, *Matth.6.*

44 Angelus, *Luc.9.* quia mittitur ut Nuncius prædicaturus verbum Dei, & Sponsus Ecclesiæ suæ, quia dicitur sponsa, & uxor Prælati, *cap. sicut alterius, 7.q.1.* Cardin. Tusch. *tom.3. lit.E, concl.237. n.14.*

45 Diœcesanus simplex Episcopus dicitur respectu suæ Diœcesis, id est Civitatis, & Territorii Episcopalis, *cap... §. Diœcesani, de decim. lib.6. Clem. unica, de supp. neglig. Prælat. Clem.1. de jurepatr.*

46 Suffraganeus dicitur quisque Episcopus uni Archiepiscopo subditus, *cap. Pastoralis, in princ. de offic. Ordin. cap.1. de foro compet. lib.6.* vel quia suffragium in ejus electione præstare consueverant Episcopi, vel quia Provinciali Synodo pro regimine Ecclesiæ suffragantur, Joan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.113. ex n.1.* quamvis & Suffraganeus coadjutor Episcopi in Pontificalibus exercendis soleat appellari.

Ordinarius appellatur Episcopus, *d. cap. Pastoralis*, quia ordinariam in sua Diœcesi habet Jurisdictionem. Ordinarii verò appellatione qui veniant, latè dixi *in tract. de appellat. verbor. utriusque juris signif. appell.176.* 47

Ejus autem Ecclesia Episcopalis dicitur Cathedralis, quia ibi Cathedra Episcopalis, & sedes fixa est, Archid. *in cap. statutum, col.1. de rescript. lib.6.* Flamin. Paris. *de confident. q.15. num.3. & 4.* & quia ejus ratione Episcopus recipit Cathedraticum, *cap. conquerente, de offic. Ordinar. cap. Pastoralis, de donat.* Rebuff. *in Concord. rubr. de coll. §.1. super verb. Statuimus,* Flamin. Paris. *ubi suprà, n.5.* 48

Illa præ aliis hoc habet singulare, ut semper intitulanda sit sub nomine Diœcesis, non autem Sancti, sicut observant Franc. Marc. *decis.1123. num.5. vol.1.* Camill. Borell. *in sum. omn. decis. tom.1. tit.2. de sacrosanct. Eccles. n.44.* 49

Ex æquitate tamen fuisse resolutum refert Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.10. q.2. n.23.* quod scilicet expressio Cathedralis sub nomine Sancti non vitiat provisionem ex causa resignationis. 50

Cathedralis appellatione an, & quando contineatur Metropolitana, & pluta circa hanc materiam, dixi latè *in mio tract. de appellat. verb. utriusque jur. signif. appell.45.* 51

De illo autem Clemens *lib.2. const. Apost. c.30.* sic loquitur: *Episcopus est post Deum Pater vester, is Princeps, & Dux, & Rex vester, denique is terrenus Deus post Deum, cui à vobis honor debetur.* Et S.Ignat. epist.7. *Ego dico, honorate Deum auctorem omnium, & Dominum Episcopum tanquam Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, Principatum quidem secundùm Deum, Sacerdotium verò secundùm Christum.* Et Prosper Aquitan. *lib.2. de vita activa, & contemplativa, cap.2.* ait: [Episcopi per Dei gratiam fiunt divinæ voluntatis Judices, Ecclesiarum Christi post Apostolos Fundatores, fideles populi Duces, veritatis adsertores, pravæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, & malè sibi conscijs etiam ipso visa terribiles, vindices oppressorum, Patres in Fide Catholica regeneratorum, Prædicatores cœlestium præmiorum, exempla bonorum operum documenta virtutum, & forma fidelium: ipsi sunt Ecclesiæ Decus, in quibus ampliùs fulget Ecclesia; ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium; ipsi januæ Civitatis æternæ, per quas omnes qui credunt, ingrediuntur ad Christum; ipsi Janitores, quibus datæ sunt claves Regni cœlorum; ipsi etiam dispensatores Regiæ domus, quorum arbitrio in Aula Regis æterni dividuntur gradus, & officia singulorum.] 52

Episcopum depingentes sancti Patres, & præcipuè Basil. *epist.61.* & Nazianz. *in apologet.1. & in oratione de laudibus Athanasii, & in exhortat. ad Episcopos*, illum appellare solent, [Angelum Dei, candelabrum in Ecclesia Christi, Sacerdotem incruenta sacrificia offerentem, illustrem animarum custodem, magni Dei figmentum in manibus suis portantem, Deum hominibus conciliantem, immortalis vitæ Doctorem, magnam vocem, & tubam, sermonum Regalium vivificantem virtutem, columnam, & firmamentum in domo Dei, scopulum eminentem, qui omnes fluctus errorum, & persecutionum excipiat, frangat, & à populo 53

pulo Dei arceat ; terrorem hæreticorum, custodem patriarum legum , omnis novitatis hostem , securim petram scindentem , linguam flumini irriganti similem, cordis profunditatem , fulgur celeritatis, sacri consilii apicem , sermonum mysticorum interpretem , ignem malas & vitiosas materias purgantem , ventilabrum quo à gravibus dogmatibus levia discernuntur , gladium vitii tradices exscindentem , percutientibus adamantem , veteris vitæ & doctrinæ exemplum , ad quem item omnes necessitatum suarum nominibus confugientes , cum conjugis moderatorem, monachi legislatorem, simplicis itineris ducem , speculationi deditum Theologum, hilaris frenum , calamitosi consolatorem, cantici baculum , juventutis magistrum , pauperis suppeditatorem , divitis dispensatorem , viduæ patronum, pupilli patrem, peregrini hospitem, fratris fratrum amatorem , ægrotantis medicum, sanæ valetudinis custodem appellant.]

54 Denique cùm Episcopi se in omnes ferè causas, actiones , tempora , personas, ac Diœcesis suæ necessitates effundant , quot sunt necessitates hominum , tot ferè nomina eis attributa reperiuntur. Unde

55 Ducis officium habent , ut rectum iter subditis ostendant, ne (quod vetendum est) cæcus cæcum ducat, ac ambo in foveam cadant, *cap. post translationem , vers. Item si quis , de renunciat.*

56 Mendici , ut potint attemperare vinum oleo in curandis vulneribus , *cap. disciplina, dist.45.*

57 Magistri, cùm regimen animarum sit ars artium, *cap. cum sit, de stat. & qualit.*

58 Præfecti vigilum , ut sic caveant à negligentia, cùm pretiosissimæ omnium animæ sint eis commissæ , & culpa eorum sit , si oves auferantur, & ipse nesciat, *l. 2 ff. de offic. præfect. vig. cap. pen. de reg. jur.*

59 Militis armati , cujus tamen arma sunt lachrymæ , & orationes , *c. 1. & 2. 23. q. 8.*

60 Gladiatoris , cujus mucro est excommunicatio, *cap. visis, 16. q. 2.*

61 Agricolæ, ut evellant, dissipent & plantent, *cap. soluta , vers. potuisset , de majorit. & obedient.*

62 Correctoris , ut sic corrigant peccantes, *c. transmissa , de elect. cap. qualiter , 2. de elect.* unde cùm
63 Episcopus ratione proprii status teneatur ad perfectionem vitæ christianæ habendam , & huic perfectioni ex æquo repugnet quodcumque peccatum mortale, ideò ubi ipse pœnitens est Episcopus , tenetur Episcopatus circumstantiam explicare in quocumque peccato mortali , ut existimarunt Nugn. *in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. concl. 2. &* 3. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 2. lib. 4. cap 3. num* 8. sed contrarium meritò resolvit Diana *in resol. moral. tract. de circumst. aggrav. resolut. 6.* & Nos infrà sequimur, *hoc lib. cap. 11. vers. Tertiò.*

64 De electione autem Episcoporum est sciendum, quod Prælatorum omnium electio uno & eodem modo procedit, excepta Romani Pontificis electione, quæ in multis rebus diversa invenitur, ut suprà *cap. 1.* ostendimus : & sic omnia in hoc capite infrà dicenda, non solùm de Episcopis, sed etiam de Archiepiscopis , Primatibus , ac Patriarchis intelliguntur. Quapropter est primo loco notandum, quod secundùm varia tempora varii modi in electionibus Episcoporum ab ipso Summo Pontifice præscripti fuerunt , & juxta varias pro tempore occurrentes circumstantias , variis personis jus eligendi Episcopos ab eodem Pontifice concessum; sive permissum fuit, ut latè ostendi *de offic. & potest.*

Episcop. part. 2. tit. 1. cap 3. & post me Vivian. *in prax. juris. part. 1. lib. 3. cap. 1. ex n. 18. ib ubi impress.* Jul. Lav. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. cap 13. a princ.* Et in primis, omisso primo illo tempore , in quo Apostoli ex potestate accepta ab ipso Christo Domino Episcopos elegerunt, eis deinde vitâ functis duo tempora præcipua, ad quæ alia reducuntur, sunt distinguenda : prius est in quo totius Cleri, & populi auctoritate electiones Episcoporum fiebant : alterum in quo hujusmodi potestas laïcis abrogata, & omninò adempta , solis Clericis fuit reservata.

De priori constat ex auctoritate antiquissimo- 65
rum Pontificum , videlicet Stephani I. *in cap. nosse,* ibi , *convocato Clero & populo.* Cœlestini I. *in cap. Cleri.* Leonis I. *in cap. vota, cum seqq. dist. 63.* & est optimum Concilii Toletani Decretum *in cap. ult. §. sed nec, 51. dist.* qui mos & consuetudo ex D. Pauli juvatur auctoritate , 1. *ad Timoth* 3. dum in Ordinatione Episcoporum requirit , ut habeant bonum testimonium , etiam ab iis , qui foris sunt : atque etiam ratione , ut scilicet omnibus dicendi in eligendum esset facultas , & liceret cuique vitia palam , vel virtutes eligendi proferre , ut annuere videtur S. Hieron. relatus, *in cap. licet 8. q. 1* ibi, *Et populi præsentia,* junctis sequentibus, *Ne qua postmodum retractatio cuiquam , ne quis scrupulus resideret.* Et Gratian. *in cap. cùm longè, in fin 63. dist.* ibi : *Tunc enim in Ecclesia Dei ritè præficietur Antistes , cùm populus pariter in eum acclamaverit, quem Clerus communi voto eligit.* Explicant benè Petr. Greg. *ad Decretal. tract. de elect. c 5. n. 10. & 16.* Bursat. *cons. 16. à num. 8. tom. 2.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 17. q 3.* Vivian. *d. cap. 1. num. 25.* Jul. Lavor. *d. cap. 15. num. 1.* rectè advertentes non pariformiter , sed diversimodè hanc electionem Clero , & populo datam fuisse ; aliquando enim Clero, & populo pariter data fuit, itaut etiam eam ii , quàm illi Episcopum nominarent, designarent , & eligerent , *cap. Episcopos,* ibi, *post electionem Cleri, & populi, cap. lectis,* ibi, *Clerum, & Plebem ejusdem Ecclesiæ elegisse,* 62. *dist. cap. factus,* ibi, *de Plebis, quæ tunc affuit, suffr. 7. q 1.* Deinde verò in melius hoc more reformato , constitutum est , ut Clerus eligat , populus verò consentiat , ut optimâ ratione docuit Stephanus Papa *in d. cap. nosse,* ibi : *Sacerdotum quippe electio est , & fidelis populi consensus adhibendus , quia decendus est populus, non sequendus.* Textus optimus *in d. c. vota.* Bertachin. *de Episc. lib. 1. p. 3. n. 2. &* 33. Vasq. *de ordin. disp. 244. c. 4.*

Similis varietas reperitur circa auctoritatem 66
Principum sæcularium in hujusmodi electionibus : nam aliquando vel ipsi auctoritate propriâ eorum electionem , & nominationem faciebant, ut de Constantio Constantini Magni filio , & aliis ante Valentinianum , ex Socrate , Eusebio , Nicephoro & Theodoreto explicat Petr. Greg. *d. cap. 5. n. 5.* aliquando verò ipsa Romana Ecclesia aliquibus fecit potestatem eligendi , & nominandi Episcopos , atque etiam Romanum Pontificem , ut de Hadriano Papa constat , qui Carolo Magno remunerationis ergò ob insignia beneficia in ipsam Apostolicam Sedem, quæ referuntur *in cap. Hadrianus, 14. dist. 62.* & *in cap. hoc est, 16. q. 1.* hoc privilegium eidem indulsit. Sic etiam Hispaniarum Regibus *in d. c. cum longè ,* id concessum reperitur. Aliquando verò Principibus concessum est, ut electio à Clericis facta valida non sit , nisi Principis accedat assensus , *cap. quia igitur , 63. distinct.* ibi : *Totius Concilii unico consensu , & Serenissimi Principis voluntate.* Consonat *d. cap. nobis, d. cap. lecti, cap.*

Abbatem 18. *q.* 2. Textus optimus *in cap. quod ſicut*, 28. *in princ.* ibi, *debet Principi præſentari &c. de elect. cap. cum terra* 14. ibi : *Auribus Patriarchæ, vel Principis exprimendas, eod. tit.*

67 De poſteriori autem tempore, quo hujuſmodi poteſtas laïcis omninò noſcitur abrogata, conſtat quoad utramque partem populi, & ſæcularium Principum. Quoad populum, *ex cap. non eſt permittendum*, 61. *diſt.* & ex antiquiſſimo Sardicenſi Concilio ſub Julio I. circa annum ſalutis Dominicæ CCCXL. refertur *in c. Oſius* 2. *de elect.* ubi eam reddit rationem, ne ad clamorem populi fiat electio, quia manifeſtum eſt, potuiſſe plures eorum, qui ſinceram fidem non habent, pretio, & mercede corrumpi : junctis iis, quæ latè proſequuntur Petr. Gregor. *d. c.* 5. *n.* 8. & ex Platone, & aliis Philoſophis, Marc. Mantua *ſingul.* 194. Ex eadem etiam ratione jam apparet juſtiſſimè ſacris Canonibus revocatum eſſe privilegium illud Principibus ſæcularibus conceſſum eligendi Epiſcopos, aut ne valeat electio ſine eorum conſenſu; quia ſcilicet per impreſſionem, & metum facta cenſetur, *c.* 1. & 2. *c. ſi quis per ordinationem*, 62. *diſtinct.* Duplici præterea ex capite juſtitiæ privilegium hoc Principibus ſæcularibus ademptum eſſe notat idem Petr. Gregor. *dict. cap.* 5. *à numero* 16 vel quia iidem Principes ſponte ſua ei renunciarunt, ut de Valentiniano probat textus *in cap. Valentinianus*, *diſt.* 62. vel quia conceſſa ſibi poteſtate abutentes pro arbitrii temeritate indignos promovere, dignos vexare, & ejicere cœperunt, eoque facto privilegium amittere meruerunt, juxta regulam textus *in cap. privilegium* 11. *q.* 3. *c. tuarum* 11. *verſ. verùm de privil.* cum ſimilibus, de qua re latè Boët. Epo *in tract. de Regalibus, vel jure Princip. in beneficiis Eccleſiaſt. à n.* 56. *cum ſeqq.*

68 Abrogatâ ſic laïcis prædictâ poteſtate eligendi Epiſcopos, primò ea penes omnes Clericos, & Religioſos Diœceſis remanſit, ut auctoritate textus *in c. obeuntibus*, 62. *diſtinct.* ſcribunt Petr. Gregor. *dict. tract. de elect. c.* 6. *n.* 1. & 2. Burſ. *d. conſ.* 126. *n.* 26. *ad fin.* Deinde verò Clerici à Religioſis ſunt ſeparati, ut iidem Doctores reſolvunt, & conſtitutum fuit, ut Religioſi ſuorum Abbatum, Priorum, ſeu Præpoſitorum; Canonici verò ſuorum Epiſcoporum faciant electionem, *c. cùm terra, & per tot. de elect.* & ſic tota Epiſcopos eligendi facultas ad Canonicorum Collegium redacta, & devoluta eſt; ita ut ſoli Canonici Epiſcopum eligerent, excluſis non ſolùm laïcis, ſed etiam cæteris Eccleſiæ Clericis, quamvis Beneficiariis, quæ lex, & conſuetudo diù in Eccleſia duravit. Bertachin. *d. lib.* 1. *p.* 3. Azor. *d. q.* 3. *ad fin.* Covar. *in reg. poſſeſſor*, *p.* 2. §. 10. *num.* 5. *verſ. olim.* Vivian. *d. c.* 1. *ex n.* 32. Jul. Lavor. *d. c.* 16. *ex n.* 2. Card. Tuſch. *tom.* 3. *littera E, concluſ.* 159. *n.* 1.

69 Quam quidem doctrinam veriſſimam agnoſco, ſed temporum ſeriem ab eiſdem Auctoribus ediſcere cupiebam : Animadverto igitur hanc conſtitutionem, ut ſoli Canonici Cathedralium ſuos eligant Epiſcopos, à Fulgentio, & Gratiano *in cap. ſacrarum*, 62. *diſtinct.* tribui Nicæno Concilio II. quod aliàs ſeptima Synodus ſolet appellari, & celebratum conſtat circa annum Chriſtianæ Salutis DCC. LXXXVII. Auctorem verò textus *in dict. cap. obeuntibus*, apparet eſſe Innocentium II. in Romano Concilio circa annum MC. XXXI. & conſequenter antiquior videtur Conſtitutio quæ ſolis Clericis Cathedralium facultatem eligendi Epiſcopum concedit : recentior verò illa, quæ omnibus Clericis Diœceſis eam tribuit, ac ſubinde illam per hanc revocari videbatur, ex regula *in l. non eſt novum, & in l. ſed & poſteriores, ff. de legibus.* Sed facilè reſpondetur verba illa, quæ referuntur *in d. cap. Sacrorum, verſ. ex conſtitutionibus, uſque ad fin.* non eſſe alicujus Pontificis, aut Concilii, ſed Gratiani, quæ ſubindè nullam habent juris auctoritatem, aut neceſſitatem, ex iis quæ dixi *ad proœm. Decreti*, *n.* 8. Et quamvis ſemel, & iterum, ac ſæpiùs diligenter perlegerim, nihil ad hoc propoſitum potui reperire, tam in magnis Conciliorum tomis, in quorum *tom.* 1. *pag.* 297. *cum ſeqq.* Gangrenſe, & *tom.* 2. *pag.* 461. ad longum Nicænum reperiuntur, & omnia utriuſque Decreta, quàm etiam in ſumma eorundem Conciliorum apud Carranz. *pag* 47. *& pag.* 288. *cum ſeq.* Ex 70
texto verò *in d. c.* 1. *de elect.* nullum firmum argumentum quoad temporum computationem poteſt deduci, minimè enim conſtat quiſnam Pontifex illius fuerit auctor : vulgò Lucio Papæ tribuitur, ſed ab aliis Pio, vel Gregorio, vel Alexandro, ut conſtat ex Ant. Auguſt. *in notis ad collect.* 1. *Decretal. ſub eod. tit.* ubi ſimiliter teſtatur in libris Conciliorum verba illa non inveniſſe.

Duravit hujuſmodi poteſtas eligendi Epiſcopos 71
in Capitulis, & Canonicis uſque ad tempora Bonifacii VIII. & Clementis V. ut conſtat ex titulo *de elect. in Sexto*, & *Clementinis*, & dixi *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *n.* 27. & poſt me obſervarunt Vivian. *d. c.* 1. *n.* 34. & Jul. Lavor. *d. c.* 15. *n.* 22. Poſtea verò cùm magnæ orirentur diſcordiæ in hujuſmodi electionibus faciendis, ut advertit Joan. Paul. Lancell. *in Inſt. Canon. tit. qui eligere, eligive poſſint, in princ.* Vivian. *d. cap.* 1. *num* 34. ideò primùm Cathedrales Eccleſias, quæ apud Romanam 72
tantùm Curiam vacare contigiſſent, ſuæ diſpoſitioni reſervare cœpit Clemens V. *in Extrav. Etſi in temporalium, de prab. inter commun.* Deindè verò idem Clemens V. earum quoque Eccleſiarum proviſionem, quæ Clero & populo Chriſtiano carerent; Romani Pontificis diſpoſitioni reſervavit, *in Clem. In pleriſque, de elect.* Poſteà Benedictus XI. *in Extravag. Sancta Romana, de elect. inter comm.* ſtatuit quatuor Patriarchalibus Eccleſiis vacantibus illi non poſſe provideri Romano Pontifice inconſulto. Hinc Joannes XXII. *in Extravag. Ex debito, eod. tit. de elect. inter commun.* proviſioni ſuæ reſervavit Epiſcopales, & earum ſuperiores Sedes, quæ apud Sedem, illo vivente, vacare contigerint. At Benedictus XII. *in Extravag. Ad regimen, de prabend. inter commun.* diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervavit omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, &c. tunc apud Sedem Apoſtolicam quocumque modo vacantes, & in poſterum vacaturas. Denique per ſequentes Romanos Pontifices reſervatio facta fuit ſimpliciter, & generaliter quoad omnes Eccleſias Epiſcopales, tam apud Sedem Apoſtolicam, quàm extra Curiam vacantes, *in reg.* 3. *Cancellariæ* : & ita hodie Summus Pontifex providet omnes Epiſcopales, niſi quod Reges Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Galliæ, Poloniæ, & alii, ex ejuſdem Pontificis conceſſione poteſtatem nominandi Epiſcopos in ſuis Regnis habent. Ita ut in Germania tantùm vetus conſuetudo Cano- 73
nicæ electionis per Capitula faciendæ obſervetur, ut aſſerunt Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 14. *q.* 1. *in fin.* me citato. Jul Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 15. *num.* 23. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 3. *n.* 8. *diſt.* 22. Paul. Laym. *de Prælat. Eccleſ. elect. c.* 15. *q.* 161.

Unde

UAB Biblioteca de Ciències Socials

74 Unde nunc Reges Hiſpaniæ Epiſcopos nominant, deſignant, eligunt, & offerunt Romano Pontifici, ut eos in Eccleſiis inſtituat, ut per textum *in c. cùm longe, 63. diſt.* de quo benè Boët. Epo *de Reg. lib. 1. n. 131. pag. 71.* tradunt Greg. Lop. *l. 18. tit. 5. p. 1.* Palat. *de introd. de donat. inter vir. & uxor. n. 24.* Azeved. *lib. 1. n. 7. tit. 6. lib. 1. nova Recop.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacr. immun. l. 3. cap. 12. n. 40.* Azor. *d. 9. 3. in fin.* Humad. *d. l. 18. gloſſ. 1.* Camil. Borell. *de præſtantia Regis Catholici, c. 50. fere per tot.* Quintan. *Eccleſiaſt. lib. 1. c. 6. n. 4.* Bobadill. *in ſua politica, lib. 2. c. 18. n. 215.* Cened. *canon. q. 22. ex n. 27.* Vinc. Cabot. *var. lib. 1. c. 5.* Joan. Fileſac. *de ſacra Epiſcop. auctor. c. 7.* Joan. Balboa *ad c. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. n. 50* Salgado *de protect. Regia part. 3. c. 10. ex n. 123.* Solorz. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 2. n. 7. & 8. & c. 4. n. 18. & 29.* D. meus Laurent. Ramirez de Prado *in notis ad chron. Luitpr. n. 99.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. c. 1. n. 214. cum ſeqq.* noviſſimè Anton. de Fuertes *Canon. lect. lib. 2. c. 18. cum ſeqq.* noviſſimè etiam Gonzales de Salzedo *de lege politica lib. 1. c. 7. n. 17.* & latiſſimè *lib. 2. c. 11. per tot. & cap. 14. à n. 21. & c. 17. n. 46. cum ſeqq.*

75 Nam olim, ut à primordiis rem altiùs petamus, etſi Reges Hiſpaniæ temporibus Concilii Toletani relati *in d. c. cùm longe*, ante & poſt uſque ad Arabum adventum in Hiſpaniam jus habuerint nominandi, vel eligendi Prælatos, & Epiſcopos; attamen poſtmodùm hujuſmodi jus vel ceſſavit, vel immutatum fuit, eligendi poteſtate in Capitula, vel Collegia Canonicorum omninò tranſlata, remanente dumtaxat Regibus jure illo, quod à Caſtellæ Rege Ildephonſo commemoratur *in l. 18.* ubi Gregor. Lopez *tit. 5. part. 1.* & habetur *in l. 3.* ubi Didac. Perez *tit. 3. lib. 1 Ordin. & in l. 1. tit. 6.* ubi Azeved. *lib. 1. nova Recopil.* quod ſanè jus in eo collocatum erat, ut ſcilicet Canonicorum Collegium ſtatim mortuo Paſtore Regi ejus obitum nunciaret, ab eóque peteret licentiam, & facultatem eligendi Epiſcopum, quâ per Regem conceſsâ, ipſi Canonici eligebant Prælatum, quem ante miſſionem in poſſeſſionem Regi exhibebant, ut ab ipſo bonorum adminiſtrationem obtineret, prout ex prædictis legibus, & Auctoribus colligere licèt, & optimè ratiocinatur Antonius Arrianus Canonicus Cæſarauguſtan. *in ſua juris, & facti diſſertatione pro Eccleſia, Capitulo, & Archidiacono Cæſarauguſt. pag. 19.* Quæ omnia ante, & poſt Concilium prædictum Toletanum fiebant conceſſione Romanæ
76 Eccleſiæ, cujus auctoritatem Eccleſiæ Hiſpaniæ ſummo jure venetatæ ſunt, ut notat Gatſias Loayſa, olim piiſſimi, ac potentiſſimi Philippi II. Hiſpaniarum Regis Catholici, dum Princeps, & in
77 ephebis eſſet, præceptor, & inſtitutor, poſt Archiepiſcopus Toletanus, *in notis ad cap. 6. Concilii Toletani XII. in verſ. libera Principis electio*, qui hac de re ſic ſuam ſententiam poſuit. [Studium, & labor eligendi viros Epiſcopatibus præficiendos penes Reges tempore Gothorum erat, quod uſque Romanorum Pontificum indulgentiâ ad noſtra tempora penes Hiſpaniæ Reges reſedit. Et deinde: Unde conſtat ad Regiam curam pertinere nominare Epiſcopos, quod fiebat hoc pacto. Rex de ea re nominationem referebat ad Concilium, Concilium verò inquirebat, an nominatus dignus eſſet eo munere, ut ad Epiſcopatum eveheretur: quod ſi inventus eſſet moribus, & doctrinâ ornatus, ſtatim à Concilio confirmabatur. Omnia autem fiebant conceſſione Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis, cujus auctoritatem Eccleſia Hiſpaniæ ſemper majorem in modum coluit, & obſervavit.] Et *in not. ad Concil. Tolet. XII. c. 11.* Item præfati Reges hujuſmodi poteſtate utebantur ex generali juris communis conceſſione, quâ conſtruentibus, aut dotantibus Eccleſias conceditur poteſtas præſentandi ad eas: conſtat namque Hiſpaniarum Reges Cathe- 78
drales Eccleſias, ferè omnes erexiſſe, conſtruxiſſe, & ampliſſimis redditibus exornaſſe, ſicut referunt Thom. Boſſ. *de ſignis Eccleſiæ, lib. 10. ſigno 87. c. 6.* Valdeſ. *de dignitate Regum, Regnorumque Hiſpaniæ, c. 11. per totum.*

Poſteà iidem Hiſpaniæ Reges jus hoc à ſe abdi- 79
carunt, & in Eccleſiarum Capitula tranſtulerunt, ut de Rege Aragoniæ tradit Zurita his verbis: *Y juntamente con eſto tambien affirma, que el Rey cedio al Papa el derecho que tenia del patronazgo de todas las Igleſias de ſu Reino, y la concedio à los Prelados y Capitulos, que pudieſſen eligir libremente ſin ſu conſentimiento, lo que antes no ſe ſolia permittir.* Et juxta hujuſmodi abdicationem Canonicorum Collegium eo uſque in Hiſpania liberè ſuum elegit Epiſcopum quouſque Pontifices Romani, electionibus Capitulorum ſublatis & abrogatis, jus omne creandi Epiſcopos, & Epiſcopatus providendi per reſervatorias regulas ad ſe tranſtuletunt, ſibique privativè reſervarunt: unde factum fuit, ut inter Pontifices, & Reges crebræ exorirentur controverſiæ, ac contentiones, Regibus nominationem, vel præſentationem antiquam reſumentibus & expoſtulantibus; Pontificibus verò eam excludentibus, & aſpernantibus, ſibique vendicantibus, & aſſumentibus liberam, & abſolutam omninò diſpoſitionem, ac proviſionem, ex his forſan cauſis de quibus diſſeruit noſter Panorm. pro Pontifice concludens *in cap. cùm inter univerſas, n. 4. & 5. de elect.* quarum controverſiarum, ſive quæſtionum egregiam mentionem faciunt Zurita *annal. part. 4. lib. 20. cap. 23. & 31.* Mariana *de rebus Hiſpaniæ lib. 24. cap. 16.* cujus verba ſic habentur: [Et erat ea tempeſtate, moribus uſurpatum, ne Epiſcopi Eccleſiis Hiſpaniæ darentur, niſi quos Reges poſtularent, nominarenteque. Qua occaſione paulò poſt nova contentio de Turiaſonenſi Eccleſia orta eſt, cui Andrea Ferricio Cardinali defuncto Pontifex Andream Martinum Epiſcopum dedit. Reſtitit Rex Ferdinandus, & ut Hiſpaniæ Cardinalis, mutatâ ſententiâ daretur contendit, atque pervicit. Controverſia finem accepit, cùm Raphaële Galleotto quarto poſt anno Conchenſi Eccleſiæ tunc vacuæ à Sixto Pontifice propinquo præfecto, effecit Rex eo amoto, Alphonſum Burgenſem, Regiæ conſcientiæ procuratorem, è Dominicano Ordine Cordubenſem, Epiſcopum Rectorem Conchenſibus dari, Regibus Caſtellæ in perpetuum, ut quos ipſi expetiiſſent, ii Epiſcopi præficerentur, additâ prærogativâ.]

Ex quo apparet hanc omnem controverſiam omninò ceſſaſſe, cùm Sixt. IV. Pont. Max. Hiſpaniæ Regibus privilegium illud, ſive Indultum perpetuis futuris temporibus valiturum conceſſit, ut quos ipſi expetiiſſent, ii omninò, & non alii Epiſcopi præficerentur: & demùm Adrian. VI. conceſſit Carolo V. Imper. & Hiſpan. Regi, ac ejus ſucceſſoribus jus præſentandi Epiſcopos Hiſpaniæ, qui antea providebantur ad ſupplicationem Regum, ut atteſtatur Mariana *lib. 24. c. 16. ad fin. & lib. 25. c. 3.* Gil. Gonzales Davila *in ſua hiſtor. de Salamanca, lib. 3. c. 18.* Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 218.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comm. ad dictum c. cùm longe, n. 1.* Gonzal. de Salzedo *d. lib. 2. c. 14. à n. 21.* Modern. *de protect. Regia p. 3. c. 19. n. 9. & 235. & ſeq.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

82 Sic etiam Reges noſtri Luſitaniæ habent jus præſentandi, & nominandi ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus illius Regni, ut tradunt Navarr. *in c. novit, not ab. 3. n. 165. de judic.* Cabed. *de Patron. Regia Coronæ, c. 37. n. 1.* quod jus præſentandi cœpit à tempore Regis Alphonſi V. ſicut ait Cald. Pereira *de manu Regia tom. 1. pag. 234. n. 76. ad fin.* quem refert Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. 2. n. 8. diſt. 13. & ad dict. c. cum longè, n. 1. & in hiſt. Eccl. Epiſc. Portug. p. 2. c. 15. pag. 127.*

83 Regibus Franciæ idem jus nominandi Epiſcopos Summi Pontificis indultu conceſſum eſſe tradunt Palat. *ubi ſupr. n. 28.* Rebuff. *in concord. tit. de nomin. Regis ad Prælatur. gloſſ. vacancibus, pag. 84.* Carol. de Graſſal. *lib. 1. Regal. Franciæ, jure 3.* Guillielm. Benedict. *in c. Raynutius, de teſtam. verb. & uxorem nomine Adelaſiam, deciſ 2. ex n. 78* Petr. Greg. *in tit.*

84 *de elect. c. 5. n 23.* Boëtius Epo, vir impensè doctus, déque juriſdictione, ac poteſtate Eccleſiaſtica optimè meritus, *heroicar. queſt. de jure ſacro, lib. 1. tit. de Regalibus, & univerſo jure Principum in beneficiis, Eccleſiaſticis, ex n. 26. & 262.* Renat. Chopin. *de Domanio Franc. lib. 2. tit. 10. & de ſacra politia lib. 1. tit. 7. ex n 22.* qui de hac re ita eleganter ſcripſit: [Cognatum Regalibus quidam putant jus principalis in Callia nominationis ad Monaſteria, & Pontificatus. Quâ enim ex cauſa vacui Epiſcopatus jura occupantur à noſtris Regibus lege Regaliorum quoad novus Epiſcopus ab his fidelitatis Sacramento rogetur, eâdem quoque probabile aiunt nominare ab ipſis ſanctæ Sedis Epiſcopum oportere, quaſi Principis beneficiarium, juratumque clientem futurum. Ego verò contrà ſentio, talem nominationem ad ſacras Præfecturas, quam Reges noſtri exequuntur, novo jure, & pactitio introductam anno 1516. anteà quippe Sacrati Ordinis ſuffragiis cooptabantur Præfecti Cathedralium Eccleſiarum, ac Cœnobiorum, ſalvo eo quod novi Antiſtitis electio identidem nunciabatur Principi, qui eum laudabat, & approbabat; vel expreſſo Regio aſſenſu ibatur in comitia ſacrarum electionum, ac petitâ decenter à Rege eligendi veniâ honoratiâ, in Præſulis ſui electionem deſcendebant, tum Canonici, tum cuculati Sacerdotes.] Hactenus Renat. Chop. Idem de Regibus Poloniæ tradit Azor. *d. q. 3. in fin.* & de Regibus Angliæ firmant Palat. *d. loco, n. 29. ante med.* Anaſt. Germon. *d. c. 12. n. 31.* ubi *n. 30. & 32.* idem de Regibus Neapolis, & Hungariæ dicit, latè de omnibus Boët. Epo *lib. 1. de Regalib. vel jure Principum in benef. Eccleſiaſt. n. 267. cum ſeqq.* ubi de Regibus Apuliæ, Hiſpanorum, Francorum, Anglorum, Scotorum, Polonorum, Longobardorum, Moſcovitarum; & de Saxoniæ Duce, & Flandriæ Comite, Gonzalez de Salzedo *d. lib. 2. c. 11. n. 22.* D. Acuña *in d. hiſt. Eccl. Epiſc. Portug. p. 2. c. 15. p. 117.*

85 Capitulum igitur, mortuo Epiſcopo, tenebitur ejus mortem Regi denuntiare, ut Rex nominet perſonam Summo Pontifici ad providendum de Epiſcopatu vacante. Palat. *ubi ſupra, n. 25.* Cabed. *d. c. 37. n. 6.* ubi *n. 4.* ex Gregor. Lop. *d. l. 18. verb. an-*

86 *tigua coſtumbre,* & Azev. *d. lib. 1. n. 2.* ſubdit, quod non poſſunt his dignitatibus inſigniri, niſi qui fuerint à Regibus nominati, & præſentati. Cuſtodiam autem bonorum Epiſcopi defuncti pertinere ad Regem, tenent Palat. *ubi ſuprà, num. 28.* &

87 Cabed. *d. c. 37. num. 7. & Luſitana deciſ. 84. part. 1.* eo quòd Eccleſiæ Paſtore viduatæ ſub Regis protectione ſint, ſecundùm Afflict. *in conſt. rubr. 28. n. 1.*

88 *lib. 3.* Cabed. *d. c. 27. n. 8.* & quamvis inventarium bonorum Epiſcopi à Judice laïco faciendum eſſe minus benè exiſtimaverint idem Cabed. *dict. deciſ. 84.* & Cevall. *de vielentia, part. 2. q. 76. n. 13.* tamen debere tantùm confici à judice Eccleſiaſtico, magis probabile eſt, ad tradita per Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 105. part. 1.* Mart. *de juriſdict. part. 4. caſ. 122. n. 16.* ex ea ratione, quia Epiſcopi decedunt inteſtati, & eorum hæredes ſunt alii Epiſcopi, Eccleſia, vel Camera Apoſtolica, quæ omnes ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuper quibus nullam juriſdictionem habet ſæcularis, juxta vulgaria jura.

Circa quas conceſſiones factas prædictis Regi- 89
bus nominandi Epiſcopos, Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* nihil pro præſenti temporum ratione duxit innovandum, ſed omnes, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcumque jus obtinent, hortatur, & monet, ut bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant, quoſque digniores, & Eccleſiæ magis utiles judicaverint; non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfigi diligenter curent. Cùm ergo Renat. Chopin. *lib. 1 de ſacra politia, tit. 7. n. 27.* maximè doluerit, quòd abrogato Collegiorum arbitrio præfecturæ Eccleſiarum datæ ſint ex Regii animi ſententia aliquibus arduorum Eccleſiæ munerum captatoribus, & plures inhabiles licentiùs graſſari cœperint in majorum Ordinum Sacerdotia, inſurgit doctiſſ. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun. lib. 3. c. 12. n. 40.* ita loquens de prudentiſſimo Philippo II. [Utinam omnes tale jus habentes tales nominationes facerent, ut Philippus Hiſpaniarum Rex, & verè Catholicus; non enim ſtatim nominat, neque ad cujuſque preces, ſed maturâ adhibitâ deliberatione, habitóque perſonarum delectu, tales offert viros Pontifici Max. (non enim in Hiſpaniis ſolùm, ſed in Indiis, & Neapolitano, & Sicilienſi Regno) qui Epiſcopali dignitate meritò ab omnibus digni exiſtimentur; & ob hanc unam potiſſimam cauſam ſemper exiſtimavi, omnia illi potentiſſimo Regi feliciter cedere.] Refert Cevall. *commun. contra communes tom. 4. q. 897. n. 475.*

Quod quidem jus ex eiſdem conceſſionibus 90
competens comprehenditur ſub reſervationibus, quæ per Regulas Cancellariæ factæ ſunt de omnibus Eccleſiis Cathedralibus pro Summo Pontifice, ejuſque diſpoſitione, cùm in illis expreſsè exceptum ſit juſpatronatus ad Reges, & alios Principes ſpectans, ut per Lambert. *de jurepatr. lib. 2. part. 3 q. 9. art. 11.* Covar. *pract. cap. 36. n. 2.* Rebuff. *in praxi benef. part. 5. Sign. n. 61 cum ſeqq.* & plures alios citatos à Cened. *ad Decret. collect. 79. num. 2.* quibus addo Cabed. *de Patron. Regiæ Coronæ, c. 10. n. 3. & c. 35. n. 7.* Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſſ. 24. ex n. 155.* Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 1. n. 219.* Illuſtriſſ. D. Roder à Cunha *in comm. ad d. c. cùm longè, n. 4.* meipſum *de offic. & poteſtate Epiſcopi, part 1. tit. 1. cap. 3. n. 32.*

De qualitatibus autem, quæ in eo requiruntur, qui eſt eligendus Epiſcopus, eſt nunc videndum, & qui eligi poſſunt Epiſcopi, & qui minimè, & quomodo etiam hodie fiat Epiſcoporum aſſumptio?

Sed antequam de qualitatibus ordinandi in 91
Epiſcopum ſit à Superiore, cujus intereſt, ut infrà, cognoſcendum, ipſe ordinandus, qui ad hoc dignitatum culmen aſcendere, ejuſque munus ſubire curat, diligenter cogitare debet quæque tum facultates ſuppetant, tum difficultates offi-

ciant,

ciant, ne fortè cùm exiguæ staturæ sit, gigantum induat arma, quæ tum in cursu, tum in prælio impedimento sint; cùm in his permulti decipiantur, ea tentantes, quæ supra vires sunt. Ideo S. Gregor. Nazianz. de his loquens dicebat: [Quid in cœlum provolas, cùm pedes sis? quid turrim exstruis, cùm iis rebus careas, quæ ad eam perficiendam requiruntur? quid ipse quoque manu aquam metiris, & cœlum palmo; terramque omnem pugillo, elementa magna, & hujusmodi, ut ea Creator solùm demetiri possit? Si enim tunc primùm, inquit Bernardus, hæsitare incipias, id quidem serò: antè, juxta consilium Salvatoris Lucæ 14. sedisse debueras, antè æstimasse opus, metiri vires, ponderasse sapientiam, merita comparasse, sumptus computasse virtutum. Quis enim sanus, & sobrius, cùm perspexerit vix se ferendis oneribus suis sufficere, aliena quoque onera libenti animo suscipiat? quis cùm vix reddendis domesticis rationibus suis se parem agnoscat, in publicis, vel alienis sponte operam profiteatur? Quisnam æger, suorúmque vulnerum cunctorum non satis peritus, alterius morbis mederi aggrediatur? quid enim indignius est? quid majori pœna dignum, quàm in conspectu Dei, & Angelorum ejus, in conspectu Ecclesiæ universæ id se scire profiteri quod ignores, id velle quod nolles, id posse quod nullo modo possis? Non tunc igitur hæc talia cogitanda sunt, dum jam divino adstamus Altari; sed tunc dum ambitiosè discurrimus. Neque enim erit adeò desperatus, & perditus animus, qui si majestatem, & amplitudinem earum rerum secum diligentius consideraverit, & expedierit, non concidat, qui se dare præcipitem velit, qui sententiam futuri Judicis, quam veluti manu sua subscribit, non exhorrescat, ne illud exaudiat, Nescitis quid petatis, Matth. 20 &c.]

92 Si quis igitur Episcopatum desiderat, secum cogitet ad quot, & quàm magnos labores vocatur, deinde videat diligenter an eos sustinere rectè ipse possit: tum pericula animadvertat, quoniam adversarii & apertè, & occultè eum oppugnant, neque mente solùm reputet, quanta sit illa dignitas, verùm etiam quot se mortis periculis objiciat; nec delectationem contempletur, nec in otio se fore putet, sed dispiciat quæ insidiæ, quæ curæ, & sollicitudines sibi parentur, sciatque omninò, si quis in illo dignitatis gradu sit collocatus, eum ideò Episcopum creatum esse, ut legitimè ipse certet, non ut otiosus voluptatem capiat; qui enim solum honorem adeptus est, cæteráque omnia, quæ ad Episcopum pertinent, officia neglexit, ex ea quidem re in maximam reprehensionem incidet. Sciant denique Episcopi se non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse. Pastores sunt, non sui, sed gregis curam habentes: Episcopi sunt ad regendam Ecclesiam Dei, in qua posuit eos Spiritus sanctus. Pastores sunt opus naturæ attendentes, non dignitatem: laborem, non delicias: non crescere fastigio, sed humilitate decrescere, ut fiant servi, & ministri hominum propter Christum, ut intermissâ Rachelis decorâ facie ad Liam oculis lippam divertant: de Monte cum Moyse descendant ad campos, & de otio contemplationis ad laborem actionis.

93 Unde, ut rectè Greg. Nazianz. scripsit: [Nemo sapiens læto animo creatur Episcopus, qui pericula, & supplicia ei proposita consideret; atque adeò stultus videri potest, ac reprehensione dignus; cùm viam ingredi possit complanatam, & expeditam, sponte se in locum angustum, periculosumque tedegerit.] Quod elegantibus & horrendis verbis prosequitur S. Bern. *ad Espir. London. epist.* 24. dum ait: [Curritur ad Ecclesiasticas curas, tanquam fine curis jam quisque victurus sit, cùm ad curas pervenerit. Et qui nondum has curas experti sunt, videntes alios, qui jam humeros submiserunt huic sarcinæ, non solùm non gemere tanquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari, non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcati non vident? Quæ ista insania est? ubi timor Dei? ubi mortis memoria? ubi gehennæ metus? & terribilis expectatio illa Judicii? Quæ ascendis miser, ut ab altiori gradu sit casus gravior; neque enim paulatim decides, sed tanquam fulgur impetu vehementi (quasi alter Satanas) subitò dejicieris. Non cum tanta alacritate current ad honores, si esse sentirent & onera: & gravati profectò metuerent, nec cum tanto labore, & periculo dignitates affectarent: affectant autem, quia sola attenditur gloria, non pœna. Væ tibi Episcope, quia peccata populi comedis, ac si propria tibi minùs sufficere viderentur. Dic mihi, quantum desudas, ut gemitibus, orationibus, pœnitentiâ, prædicatione, &c. diluas peccata illorum, quorum bona comedis? Venies miser ante Tribunal Christi, & audietur gravis querela populorum, accusatio dura eorum, quorum vixeris stipendiis, neque diluveris peccata, quibus facti sunt ipsi duces cæci, & fraudulenti mediatores. Quid tibi insipiens deliciæ sapiunt? Quid divitiæ oblectant oculos? Quibus mercaris tam grave judicium, tam duræ temetipsum obligans rationi? Universa quidem usque ad quadrantem novissimum exigetis?]

Quapropter, quisquis sibi meritò timere debet, 94
ne dicam exhorrescere, cùm tantum munus assumit, quæ causa multis sanè, ac magnis in Ecclesia Dei vitiis fuit id muneris refugiendi, ut de SS. Brunone, Francisco, Bernardo, & multis aliis memini *de offic. & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 1. *ex n.* 14. *cum multis seqq.* & me citato *in illo loco*, Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tract* 1. *doc.* 2. *n.* 1. & addo quod refert Boër. Epo *de reg. in benef. Eccl. lib.* 1. *n.* 266. *pag.* 165. de Ferdinando Romanorum Rege, qui Archiepiscopatum Tergestinum in Istria tunc vacantem ultrò detulit piissimo, sanctissimóque viro Claudio Jaio, uni ex decem primis Societatis Jesu Patribus, sed reluctanti, respuentique, nec ullis ad hoc machinis induci se patienti, quantumlibet apud ipsum quoque Summum Pontificem res animis maximis ageretur, donec tandem Ferdinandus efficacissimis S. Ignatii rationibus per litteras persuasus, ac victus à postulato desisteret.

Plures hac nostra tempestate non defuerunt, qui 95
Episcopatus sponte oblatos vel recusarunt, vel inviti susceperunt, sanctæ memoriæ Viri, quorum duos referam, qui cùm Ecclesiarum omnium ferè aliarum opulentissimarum, atque nobilissimarum gubernacula constantissimè recusaverint, multorum poterunt esse aliorum instar, quorum unus fuit Joannes Hurtado Dominicanus (prout refertur in historia generali S. Dominici Hernandi del Castillo *in* 2. *p. lib.* 2. *c.* 26. *fol.* 202.) cui cùm Archiep. Tolet. Carolus V. Imperator secretò designasset, isque tum precibus, tùm lachrymis, ac omni denique conatu obsistenti inducias Imperator ad melius deliberandum indulsisset, perstitit Vir egregius constantissimè in priori proposito; cujus animi magnitudinem, stabilemque omnino sententiam, ac minimè fucatam, sed à Deo inditam, Imperator

admiratus, cum tam constantem virum in liberæ voluntatis proposito reliquisset, tunc ille summâ perfusus lætitiâ, novum munus à Cæsare postulavit, ut scilicet nemini, se vivente, quod ab eo gestum fuerat, patefaceret. Quod Cæsar fidelissimè præstitit; sed eo vitâ deinde functo, aliis minimè occultandum ad reliquorum exemplum esse putavit. Alter extitit D. Fr. Bartholomæus à Martyribus, ejusdem Dominicanæ Familiæ alumnus, qui præcepto obedientiæ coactus fuit Bracharensem Archiepiscopatum acceptare, ut de eo refert pius Vir Fr. Ludov. Gratanensis, qui ut Provincialis præceptum ad acceptandum illi imposuit, sicut ipsemet refert in epistola nuncupatoria ad D. Joannem Ribeiram Episcopum Dacensem, præfixam concioni, quam ipse Ludovicus Granatensis habuit in consecratione D. Antonii Pinarii in Episcopum Mirandensem, anno 1565. item Fr. Ludovicus de Sousa, nobilis actorum ejusdem Fr. Bartholomæi de Martyribus scriptor, *lib.* 1. *cap.* 8. Et qualiter præceptum illud strictissimum imposuerit Frater Ludovicus Granatensis, refert latissimè Ludovicus Muñoz *in ejus vita*, *lib.* 1. *cap.* 13. *per tot.* qui priùs eundem Archiepiscopatum Bracharensem à Regina Lusitaniæ Catharina oblatum repudiavit, ut refert Fr. Alphonsus Fernandez *concertationis prædicatoriæ p.* 2. ubi *de notitia Scriptorum Religionis sancti Dominici.*

96 *O vertigo morum pessima!* exclamat Petrarcha *de remedio utriusque fortunæ*, *lib.* 1. *dialog.* 107. *ad quod olim confugerant, & deberent cogi homines, inde nunc vetrabi non possunt.* Adverte quæso, ô prostitute frontis petitor, quod ad celsitudinem gradus, & sufficientiam bonorum appetere Episcopatum præsumptuosum est, ac ad cupiditatem, & ambitionem pertinet: unde contra Phatisæos Dominus dicit, *Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Et ipse Dominus arguit discipulos *Matth.* 20. Primatum quærentes, dicens: *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum.* Super quem locum Chrys *hom.* 66. ait per hoc Dominum ostendere voluisse, quod gentile est primatus cupere. Et eleganter idem Chrysost. *hom.* 35. hac de re loquitur: *Opus quidem desiderare bonum, bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat, desideratem se horret.* Ob id notat Chassan. *in catal. gloriæ mundi,*

97 *p.* 1. *consid.* 60. quod homo non debet gloriari appetendo honorem terrenum non sibi debitum, quo-

98 niam ad honores Mundi sine suffragio temporis, aut sine merito laboris velle promoveri, dicitur ambitio, quæ non est permissa, cùm sit inordinatus appetitus honoris terreni, & amplitudinis dignitatis, *c. miramur, in fin. dist.* 6. & ideò, ut dicit S. Thom. 2. 2. *q.* 131. *art.* 2. & Alex. de Alex. *in* 2 *p. sum. in tract. de amb.* est peccatum, quia cùm honor sit præmium virtutis, Arist. 4. *Ethic.* ambitiosus desiderat præsidentiam, & regimen, quod non debetur nisi virtuosis, & per consequens non sibi; imò etiamsi esset dignus, ex ambitione fit indignus, *cap. principatus* 1. *q.* 1. *Acceptatio enim Prælaturæ*, ut inquit S. Bernard. *serm.* 38. *super Cant. procedere debet ex quadam intima stimulatione sollicitante nos æmulari fraternam salutem, æmulari decorem domus Domini, incrementa lucrorum ejus, incrementa frugum justitiæ ejus, & laudem, & gloriam ejus, ut evellat, & destruat, ædificet & plantet.*

99 Unde si quis Episcopatum optet, non propter officii dignitatem, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad honorem Dei, & proximi salutem, bonum opus desiderat; quia optat prodesse, & non præesse, ut benè docent S. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 1. Alph. Alvarez Guerr. *in speculo jur. Pontificii, cap.* 4. *post. princ.* Azor. *instit. mor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 2. Sic intelligentes locum Apost. 1. *ad Tim.* 3. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Et hinc Nav. *consil.* 17. *num.* 7. *sub tit. de* 100 *sent. excom. in nov.* resolvit absque peccato etiam veniali posse appeti Episcopatum ab illo, qui est eo dignus, dummodò principaliter appetatur, ut prosit, licèt minùs principaliter appeteretur ob honorem & fructus ejus; & *de Orat. Miscell.* 42. *num.* 2. tenet graviter peccare Episcopos ambien- 101 tes alios Episcopatus, ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, ut per ea possint suis cognatis, & familiaribus providere. Refert Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib.* 4. *tract.* 2. *c.* 15. *num.* 10. ubi resolvit non esse illicitum Episcopatum, aliámve Prælaturam appetere principaliter propter Dei honorem, & salutem animarum promovendam, secundariò verò propter bona temporalia ei annexa, si aliquæ conditiones adsint. Prima, ut qui Prælaturam appetit, ea dignus sit. Secunda, ut alius non adsit ad regendum magis idoneus, ex cujus promotione Ecclesia majus commodum acceptura est; nam alioquin, qui Prælaturam appetit, non syncerè utilitatem Ecclesiæ, sed potiùs suum commodum spectare convincitur, quod tamen commodo Ecclesiæ posthaberi debet: tertia, ut sine scandalo, illicita largitione, &c. appetat, vel procuret.

Hinc etiam provenit, quod Doctores communiter resolvunt, votum scilicet, vel juramentum 102 non procurandi Episcopatum esse omninò licitum, & obligare; quia Episcopatum procurare est contra humilitatem, ac proindè illicitum: ita Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 30. Illustrissimus D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 1 *num.* 8. *dist.* 85. & ultrà supradicta probatur ex S. Augustin. *lib.* 19. *de civit. Dei, cap.* 19. relato *in cap. qui Episcopatum* 8. *q.* 1. dum ait locum superiorem (etsi administraretur ut decet) indecenter tamen appeti: & ex S. Greg. *lib.* 1. *epist.* 110. relato *in cap. fin.* 1. *quæst.* 6. qui asserit ultrò ambientem, vel importunè se ingerentem esse omninò repellendum: & ex S. Chrysostom. *hom.* 35. *in Matth.* dicente, *desiderantem primatum in terra inventurum confusionem in cœlo, &c.* Verùm si quis votum emiserit, vel juraverit non acceptandi Episcopatum in nullo casu, imò resistendi Superiori acceptare jubenti: tale votum, seu juramentum est omninò illicitum, & peccaminosum, ac proindè non obligat, quia necessitas proximi, & Ecclesiæ urgere potest, cui succurrere quis tenetur, & obedire Superiori, qui id valeat præcipere. Ita Sylvest. *verb. Episcopatus, quæst.* 3. *in fin.* Suar. *tom.* 1. *de Relig. tract. de juram. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. D. à Cunha *ubi supr. num.* 9. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 1. *q.* 1. *vers. quæres*, Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 37. *& tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 18. *n.* 3. ubi subdit sic esse intelligendum Gregorium *in regist. lib.* 6. *cap.* 169. relatum *in cap. in Scripturis* 8. *q.* 1. damnantem recusare Episcopatum, ut colligitur ex ejus verbis, ibi: *Quies itaque nobis appetenda ex corde, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda.* Econtrà tamen licitum, ac proindè obligatorium sub mortali erit votum, seu juramentum non acceptandi Episcopatum, quantum est ex parte voventis, vel jurantis (nisi ex præcepto aliquo, sive id præceptum sit ex jure naturali,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

naturali, ſive ex poſitivo Eccleſiaſtico) conſtringantur acceptare, ut benè reſolvunt S. Thomas 2.2. *quæſt.* 185. *art.* 2. *in corpore*, & *quodlib.* 5. *art.* 22. *in corpore*, & ad 2. Valent 22. *diſp.* 10. *q.* 3. *punctо* 2. *q.* 2. *concl.* 1. *in fine*, Sanch. *d. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 37. & *lib* 6. *cap.* 18. *n.* 33. & in hoc eventu procedere textum *in cap.* 1. *diſt.* 85. notavi Ego ipſe *in collect. ad ipſum, num.* 9.

103 Religionis Superior non poterit præcipere Regulari voventi, vel juranti non acceptare Epiſcopatum, ut illum acceptet, ex eo, quia cùm per Epiſcopalem dignitatem liber ſit Regularis à ſubjectione obedientiæ ſuæ Religionis, abſurdum eſſet ad hoc obligari poſſe, ſicut reſolvunt Valent. *d. q.* 3. *punctо* 3. *col.* 5. *concl.* 6. Sanch. *d. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 38. Paul. Layman. *d. cap.* 15. *n.* 12. D. à Cunha *ubi ſuprà, n.* 11 ubi ſubdit, nec quia de multis legamus ita obligatos fuiſſe,

104 credendum eſſe talem obligationem vim habuiſſe, Papa verò ſi etiam extra Eccleſiæ neceſſitatem, imò ex libera electione vellet, ut ſic jurans, vel vovens fieret Epiſcopus, teneretur illi obedire, quia in eo voto cenſetur ſemper excluſa auctoritas ipſius Summi Pontificis præcipere volentis. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 38. *verſ. ult.*

De multis autem (ut ad rem redeamus) quæ in Epiſcopo requiruntur, loquitur Apoſt. *ad Timoth. & ad Titum*, quæ omnino in ſequenti capite juxta Canonicas ſanctiones exponemus. Hoc autem in loco de iis tantùm agemus, quæ aut faciendam impediunt, aut ictitam faciunt electionem, vel ſaltem animadvertenda ſunt in ipſa electione Epiſcopi facienda.

105 Requiritur igitur primùm in Epiſcopo eligendo, ut eiſdem qualitatibus præditus ſit, quæ in Preſbytero quoque ſimplici neceſſariò exiguntur, quas ſuo loco videbimus; ſed ſupra illos, ac cæteros Clericos requiritur in Epiſcopo ætas xxx. annorum completorum, *cap. cùm in cunctis, in pr. de elect.* ibi, *Niſi qui jam trigeſimum ætatis ſuæ annum exegerit.* Greg. IV. Conſtitutione ſua incipiente, *Onus Apoſtolicæ, ſub dat. Romæ* 1. *Maii, anno Incarnat. Dom.* 1590. ibi, *Annum trigeſimum expleviſſe.* Rebuff. *de pacif. poſſ. num.* 184. Menoch. *de arbitr. caſ.* 427. *num.* 24. Henriq. *in ſum lib.* 10. *c.* 19. §. 3. & *lib.* 14. *cap.* 9. *in princ. verſ. ad Epiſcopatum*, Guttier. *canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 36. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p.* 5. *c.* 8. *n.* 7. Ludov. Mitanda *de ordin. judic. q.* 4. *art.* 2. *concl.* 3. Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 2. *l.* 1. *de ætat. n.* 18. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib* 6. *c* 5. *in princ.* Leſſ. *de juſt. lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 20. *n.* 105. Campan. *in diverſ. jur can. rub.* 7. *c.* 3. *num.* 3. & *c.* 6. *num.* 44. Valer. Reginald. *in prax. fori pœnit. lib.* 39. *tract.* 3. *n.* 163. *verſ.* 1. Vivian. *in praxi Iuriſpatr. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 188. *ſecundùm ult. impreſſ.* Jul. Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 16. *n.* 2. Anton. Novar. *in ſumm. Bullar. tit. de electione Epiſcoporum, n.* 1. *pag.* 616. Machado *in ſu perfecto Confeſſor, tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 1. *docum.* 3. *num.* 2.

106 Utrùm autem conſecratus Epiſcopus ante annum trigeſimum expletum fiat irregularis, incurrátque alias pœnas inflictas adversùs promotos ante ætatem, in dubium poterit à nonnullis revocari: & licèt ex aliquibus rationibus annuendum videatur, nihilominus tamen à negativa non eſſe recedendum probat Suar. *tom.* 1. *de cenſ. diſput* 31. *ſect.* 1. *n.* 29. quem refert, & ſequitur Campan. *in diverſ. jur. can. rub.* 7. *cap.* 4. *num.* 17. Infans verò ſi conſecraretur Epiſcopus, nihil ageret, ex S. Thom. *in ſupplem. ad* 3. *p. ſum. q.* 29. *art.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 1. *c.* 21. §. 4. & *lib.* 10. *cap.* 1. §. 3. nam requiritur ætas recipientis Paſtoralem curam animarum; & quemadmodum carens uſu rationis eſt inhabilis ad matrimonium corporale exigens interiorem conſenſum, ut ſcribit idem S. Thom. *in ſupplem. quæſt.* 45. *art.* 4. ita patitur ad ſpirituale, cùm perſona conſecranda in Epiſcopum fiat Sponſus ſuæ Eccleſiæ; licèt contradicant alii, aſſerantque quod validè etiam in cunis conſecraretur Epiſcopus, maximè Hoſt. *in ſum. de tempor. Ordin.* § *& cui, verſ. ſed etiam præter regulas*; ſed vide Borgaſ. *de irregul. rub. de tempor. Ordin. n.* 14. & 15. Aſtenſ. *part.* 2. *lib.* 6. *tit.* 15.

Secundò attendendum eſt, ut ſit ex legitimo 107
matrimonio natus, *d. cap. cùm in cunctis, c. innotuit, de elect.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *c.* 3. *num* 8. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 1. *num.* 31. & *in collect. ad d. cap. cùm in cunctis, n.* 18. & me citato *in illis locis*, Jul. Lavor. *d. c.* 16. *num.* 24. Navar. *d. tit. de electione Epiſcopor. num.* 3. Machado *d. tract.* 1. *docum.* 3. *num.* 3. Ex legitimo 108
matrimonio natus Juris fictione dicitur, ac proinde ad Epiſcopatum habilis cenſetur per ſubſequens matrimonium legitimatus, ut benè reſolvunt Covar. *de ſponſ. part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *n.* 30. Viv. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 101. *pag.* 17. Pereg. *de fideicom. art.* 24. *num.* 12. Menoch. *conſ.* 16. *num.* 5. & 17. & *conſ.* 799. *num.* 12. Suar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 5. *ſect.* 5. *à num.* 10. Bellet. *diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* §. 2. *num.* 18. Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 14. *q.* 14. Campan. *in diverſ. Juris Can. rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 127. ego ipſe *d. alleg.* 1. *num.* 33. & *in collect. ad d. cap. cùm in cunctis, n.* 19. me citato Jul. Lavor. *d. c.* 16. *n.* 61. Navarr. *ubi ſuprà, num.* 4.

Tertiò, quod in ſacro Ordine antea ſaltem ſex 109
menſium ſpatio fuerit conſtitutus, ut ſtatuit Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 2. & ex illo colligunt Franc. Leo *dict. cap.* 2. *num.* 9. Ugolin. *de off. Epiſcopi, cap.* 1. §. 2. *num.* 1. Machado *dict. docum.* 3. *n.* 1. Sed hodie attentâ novâ diſpoſitione dictæ Bullæ Gregor. XIV. cùm plurali numero utatur, ſicut priùs utebatur, *c. à multis, de ætat. & qualit.* requiritur, ut omnibus factis initiatus ſit ante ſex menſes, ut benè advertit Campan. *d. rubr.* 11. *c.* 7. *num.* 8. quem refero Ego ipſe *dict. alleg.* 1. *num.* 37. Si verò Sacerdotium non præceſſerit, valida tamen erit Ordinis Epiſcopalis collatio; etenim præpoſteratio in collatione Ordinum non vitiat, licèt executionem impediat, per Gloſſ. & Doctor. *in cap. ſollicitudo*, 31. *dict.* Rendin. *in prompt. recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 38. *n.* 6. Forn. *de ſacr. Ordin. c.* 6. *n.* 5. Campan. *d. rub.* 10. *c. unic. de Cler. per ſaltum promot.* Sylveſt. *in ſum. verb. Ordo* 2. *n.* 1. Borg. *de irregul. part.* 5. *ſub rub. de Cler. per ſaltum prom. n.* 3. Sà *verb. Ordo, n.* 25. Majol. *de irregular. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 3. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 7. §. 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 30. *q.* 9. Salzed. ad Bernar. *in pract. cap.* 24. *litter. A, verſ. inter promotos*, & alii citati ab Illuſtriſſ. D. meo *in comm. ad d. cap. ſollicitudo, num.* 16.

Quartò, quòd ſi Doctor, aut Licentiatus in 110
ſacra Theologia, vel Jure Canonico, aut ſaltem publico alicujus Academiæ teſtimonio idoneus ad alios edocendos repertus, ut diſponit Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 2. & per illud ita tradunt citati à Cened. *ad Decretum, collect.* 51. *n.* 4. *ad fin.* quibus addo Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *num.* 67. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib* 5. *c.* 28 *q.* 9. & *lib.* 6.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. 6. q. 1. Less. *de Just. lib. 2. c. 34. dub. 24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 171.* Campan. *rub. 3. c. 4. n. 1. cum seqq.* Bellet. *disquisit. Cler. p. 1. tit. de Cleric. disc. §. 4. à n. 33.* Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. part. 1. tract. 1. c. 9. q. 92.* Machado *d. tract. 1. docum. 3. num. 4.* meipsum *d.*

111 *alleg. 1. n. 24.* Postmodùm Gregorius XIV. *in d. sua Constit.* addidit, ut peculiaris circa doctrinam promovendi ad Episcopatum diligentia adhibeatur, ita quod privilegium Doctoratûs, aut Licentiaturæ nemini suffragetur, sed de eorum etiam doctrina diligens fiat inquisitio, nisi ex aliqua publica functione illud notorium esset. Denique Clemens VIII. in peculiari suo Decreto statuit, quod ad Episcopatus Italiæ assumendi, in Urbe coram ipso, & S. Congregatione Cardinalium, aliorúmque gravium, & peritorum Prælatorum, ac virorum; in Gallia verò, & Hispania coram, S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus, coram Sedis Apostolicæ Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & de speciali Papæ mandato assistentibus aliis Prælatis, & Jureperitis, ut hujusmodi negotii gravitas requirit, se examini subjiciant, qui approbati, & non aliàs, ad Ecclesiarum regimina admittantur. Refero ego ipse *d. alleg. 1. n 25. & in collect. ad d. cap. cum in cunctis, n. 20.* me citato Lavor. *dict. c. 16. n. 19.*

112 Quintò, quòd sit à parentibus catholicis creatus; ut statuitur in dicta Constitutione Greg. XIV. quam refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part. 1. tit. 1. c. 5. num. 40.* & me citato Jul. Lavor. *d. c. 16. n. 70.* ubi *num. 71.* post Sigism. à Bononia *de elect. dub. 72. n. 1.* subdit, quod arcentur illi, qui ab hæreticis procreati sunt in primo & secundo gradu lineæ paternæ, maternæ verò solùm in primo.

113 Sextò, quòd sit in Ecclesiasticis functionibus diù versatus, item fide, putitate, innocentiâ vitæ, prudentiâ, usu rerum, integrâ famâ, & doctrinâ præditus, ut expressè requiritur in dicta Constitutione Gregorii XIV. & latiùs patebit ex particulari instructione circa conficiendos processus inquisitionis super qualitatibus eorum, qui promovendi sunt ad regimina Cathedralium, ad calcem hujus capitis ponenda; & cujus vita prior, ac omnis ætas à puerilibus exordiis Ecclesiasticè ac laudabiliter acta testimonium præbeat, *c. miramur, vers. meritò, 61. dist.* Conc. Trid. *sess. 6. de reform. c. 1.* & denique cavendum est, ne ex iis sit, qui aliqua ex causa ab omni electione passivâ excluduntur, de quibus infrà de electione in genere videbimus, *hoc eod. lib. c. 19. n. 121. cum seqq.*

114 Ex his colligitur laïcum non posse in Episcopum eligi, ut habetur *in cap. hoc ad nos, 59. dist. & in c. miramur, 61. dist. & in c. statuimus, §. his omnibus, ead. dist. & in c. exigunt 1. q. 7.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. c. 3. num. 45. secundum Lugdunens. impress.* me citato Jul. Lavor. *d. tit. 4. c. 15. n. 14.* In plerisque enim Conciliis, & Decretis Pontificum habetur expressum, ut nullus ex laïco fiat Episcopus. Miserum est enim (inquit Innoc. Papa *in cap. miserum, 61. dist.*) eum fieri Magistrum, qui nunquam fuit discipulus; eúmque summum fieri Sacerdotem, qui in nullo gradu unquam obsequutus fuerit Sacerdoti. Et Cœlestin. *in cap quid proderit, ead. dist.* [Quid, inquit, proderit per singula stipendia, Clericos militasse, & omnem egisse in Dominicis castris ætatem, si ii, qui futuri sunt Sacerdotes, ex laicis requirantur, qui vacantes sæculo omnem Ecclesiasticum ordinem nesciunt, &c.] Et subdit Sacerdotium non debere inter cætera ministeria in hoc vilius reputari; & quod difficiliùs impletur, faciliùs tribuatur.

Verùm, cùm sanctus Nicolaus ex laïco fuerit in 115
Episcopum electus, & B. Severus ex lanificio fuerit in Archiepiscopum assumptus, & S. Ambrosius etiam ex neophyto fuerit Mediolanensis Archiepiscopus factus, & plures alii sanctissimi viri, dicit Gratian. *in d. c. statuimus, §. his omnibus, 61. dist.* quod cùm quilibet laicus ex merito suæ perfectionis Clericalem vitam transcendit (ut prædictis Sanctis contigit) ejus potest tota haberi electio, *c. Osius, cum seqq. 61. dist.* Unde Ambrosius *in cap. Neophytus, 61. distinct.* de sua ordinatione dicebat: [Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam; sed si non deest humilitas competens Sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur. Itaque ordinationem meam Occidentales Episcopi judicio, Orientales etiam exemplo probarunt.] Refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi, p. 1. tit. 2. §. 17. n. 7.* Martinus namque Tutonensis Episcopus, & Augustinensis Hipponensis, ac alii ex neophytis fuerunt Episcopi constituti.

Dispensatur cum laïcis, & neophytis, ut possint 116
Episcopi fieri propter merita personarum, & Ecclesiæ utilitatem, vel necessitatem, *cap. cùm nobis, in fin. de elect.* Ego ipse *d. gloss. 17. num. 9.* ubi refero ætate nostra Alexandrum de Franciscis, vulgò Hebraïnum nuncupatum, à Clemente VIII. ad Episcopatum Forolivienſem assumptum fuisse, qui quamvis esset in Hebraïsmo natus, & altus, ad Fidem tamen conversus, non solùm Christianam pietatem sinceris fuit amplexatus affectibus, sed sanctissimam Dominicanam Familiam ingressus, ibi evasit homo charitatis insignis, & Prædicator egregius, quod sufficere visum fuit illum Episcopale munus committeretur.

Quibus de causis etiam cum illegitimè nato dispenſatur, & cum eo, qui sit minoris ætatis, nec adeò eminentis scientiæ, *d. cap. cùm nobis*; & cum bigamo, vel cum eo, qui non castè vixit, si tamen longam postèà continentiam servasse probetur, ut habetur *in c. primò quam, 28. dist.* Dispensatio autem 117
debet fieri in specie ad dignitatem Episcopalem; nam licèt facta sit ad omnes, & quascunque dignitates, non extenditur ad Episcopalem, propter excellentiem, & culmen illius, ut per Abb. & Doct. *in cap. cùm Vintonienſis, de elect.* Hojed. *de incompatib. benef. p. 2. c. ult. n. 77.* Peregr. *de fideicomm. art. 23. num. 8.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. 6. n. 66.* quos refero *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 1. num. 17.*

Utrùm autem filios habens possit in Episcopum 118
promoveri, solet ab aliquibus in dubium revocari. In quo Gloss. *verb. parvulum*, per textum ibi *in cap. primò quam, 28. distinct.* ait hodie jure communi nullum tamen promovendum esse in Episcopum; quod quidem probatur ex textu *in c. de Syracusana, ead. dist. 28.* ibi, *per quam principalis Constitutio habentem filios, & uxorem, ad Episcopatus ordinem promoveri prohibet, &c.* Quæ principalis Constitutio est Authentica *de Sanctiss. Episc. in princ. collat. 9.* Idem est textus *in c. Catinensis, 61. dist.* ibi, *Qui nec uxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod Canonibus inimicum.* Non debent enim in Episcopos eligi, qui longam corporis sui continentiam non habuerunt, Sotomajor. *in epist. 1. ad Timot. c. 1. n. 9. verb. pudicum.* Facit, quia etsi nulla daretur prohibitio, in recto tamen gubernandi regimine satis

inordi

UAB Biblioteca de Ciències Socials

inordinatum videtur illos ad Epiſcopatum eligere, qui propter nimiam in filios affectionem, ut plurimum, & cupiditate, & avaritiâ miſerè detinentur. Hi ſunt Clerici, & Epiſcopi erga filios, & nepotes. Gloſſ.ult. *in cap.pervenit*,1. *quæſt.*3. Illuſtr. D. meus Roderic. à Cunha *in commment. ad cap. legant*, *n.*1. *diſtinct.*37. unde probabile reſultat periculum, quod bona per uxorem, filios,nepotes, & cæteros temerè diſſipabuntur,ut inſinuatur *d.cap. de Syracuſana*, & ideo hanc partem tenent Innoc. *in cap.*1. *de teſtam.* & *ibi* Abb. *num.*2. & dicit eſſe magis conſonam Juri, Navar. *de ſpoliis Cleric.* § 19. *num.*2.

119 Verùm quod filios habens poſſit in Epiſcopum promoveri, probat textus *in c.ſint manifeſtè*, *verſ. fortaſſe*, 12. *q.*1. ubi Gloſſa *verb. aut filios*, & *in cap. Epiſcopus qui filios*, 12. *q.*2. Apoſt. 1. ad Timoth.3. *Epiſcopum unius uxoris virum*; & deinde, *filios habentem*. Refertur *in cap.*1. *in princ.diſt.*26. Idque multis conſtat exemplis. Patet in S.Petro,qui uxorem habuit, & ex ea Petronillam. Clemens IV. tempore promotionis duas habebat filias ex uxore legitima, ut videre eſt apud Platinam *in ejus vita*: & idem de Alexandro III. refert, & cum hac ſententia tranſire Doctores communiter poſt Hoſt. fatetur Abb. *d. num.*2. & affirmat communem, & receptam Navar. *citato loco*, ubi teſtatur ſe pluries vidiſſe Epiſcopos, & alios Prælatos filios habentes, promotos fuiſſe à Sede Apoſtolica, nullâ factâ de filiis mentione, neque aliquâ ſuper eo habitâ diſpenſatione.

120 Quâ retentâ ſententiâ,non obſtant quæ pro prima ſuprà adduximus; in primis enim ad textum *in dict. cap. priuſquam*, reſpondetur non agere de habente uxorem, ſed de habente filiam, qui retro ante à longo tempore incontinens fuit: quod longè diverſum eſt à caſtitate conjugali. Ad *d. cap. de Syracuſana*, reſpondetur textum illum quoad intentum nihil de novo ſtatuiſſe, ſed retuliſſe ſe ad Imperialem Conſtitutione, de qua *in dict. Auth. in princ.* quæ in primis interdicere non potuit electionem ad Epiſcopatum, juxta regulam capitis *Eccleſia S.Maria*, 10. *de conſtit. c.ult. de reb. Eccleſ. non alien.* Deinde ſi rectè advertas, Juſtinianus ibi abſolutè non prohibuit talium promotionem, ſed ſolummodò quando promovendus uxorem habuit legibus interdictam, vel alio defectu laborantem, non verò ſi unicam, & primam, ut patet *ibidem in verſ. ſed & ſi prius*. Denique ad textum *in d. cap. Catinenſis*, reſpondetur cum Gloſſa pen. *ibi*, textum procedere propter præſumptionem, quæ eſt contra habentem filios, quod bona Eccleſia diſſipabit, & ut ceſſet labor faciendi inventarium, de quo *in d. cap. de Syracuſana*. Et tandem, quia datis paribus terminis, ad bene eſſe melius erit illum eligere, qui nullis occupationibus detinetur, & multò magis paratus eſt ad munus injunctum exequendum, juxta illud Pauli 1. ad Corinth.7. *Solicitus eſt quæ ſunt mundi, &c.*

121 Poteſt etiam Religioſus in Epiſcopum eligi, *cap. pen. in fin. de vit. & hon. Cler. c.nullus*, *de elect. in 6. cum ſim.* Covar. *c.*2. *de teſtam. num.*3. Henriq. *in ſumm. lib.*7. *de Indulg. c.*6. *num.*2. Tapia *Auth. Ingreſſi*, *verb. ſua*, *c* 6. *n.*58. *C. de Epiſc. & Cler.* Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.*2. *lib.*3. *cap.*19. *à num.*1. dum tamen ſuus Superior conſentiat ei acceptanti electionem de ſe factam, aliter Monachus non poteſt conſentire. Gloſſ. *in dict. c.nullus*, *& in cap. ſi Religioſus*, *& in cap. quam ſit*, *cod. titul. de elect.in* 6. Illuſtriſſim. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. bene*, *num.*2. *diſtinct* 61. Henriq. *d. num.*2. F. Emm. *Regul. qq. tom.*2. *queſt.*58. *art.*1. Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*2. *lib.*3. *c.*19. *n.*1. 16. & 17. Soſa *in tract. de la obligacion conque quedan los Religioſos Obiſpos*, *n.*6. ubi etiam quod conſenſus, ſive licentia obtinenda eſt à Prælato generali, qui in ſua Religione Superiorem non recognoſcat. Et Prælatus poterit Religioſum compellere, ut Epiſcopatum acceptet, juxta doctrinam S.Thom.2.2. *q.*185. *art.*2. *ad* 3. & *in* 4. *q.*29. *art* 4. *ad* 3. Henriq. *d.lib.*7. *c.*26. *gloſſ.*2. Fr.Emm. *d.q.*58. *art.*2. *in fin.* ſicut compellendus venit etiam Prælatus, ut licentiam præſtet, Jacob. de Graff. *d. p.*2. *lib.*3. *c.*19. *n.*1.

Verùm ſi aliquis voverit Religionem, non po 122
terit Epiſcopatum acceptare antequam ſit Religionem ingreſſus, niſi diſpenſetur in voto, *cap.per tuas*, *de voto*. Ratio eſt, quia acceptans Epiſcopatum admittit impedimentum Religionis promiſſæ, & ſic erit voti reus. Quamvis enim non repugnet ut Religioſus fiat Epiſcopus; repugnat tamen, ut Epiſcopus fiat Religioſus, quia oportet illum priùs fieri novitium, & in operibus humilibus verſari, quæ dignitatem Epiſcopi dedecent. Ita poſt Sylv. Abulenſ. Angel. Tabien. Cajet. & alios, docent Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.*1. *lib.*4. *c.*17. *n.*5. Barthol. à S. Faſto *in Theſauro Relig. lib.*1. *q* 191. & 334. & *lib* 5. *q.*41. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *n.*382. latè Fr.Barthol.de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novit. diſp.*2. *dub.*3. *ex num.*3. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*11. *c.*16. *q.*2. & *cap.*22. *queſt. ult.* & *part.*2. *lib.*3. *c.*32. *queſt. ult.* ubi reſpondet ad objectionem illam de ſtatu Epiſcopali; quod ſit perfectior ſtatu Religioſorum, nihil impedire, quia votum ſub præcepto cadit, Epiſcopatus verò conſilii, non præcepti opus eſt. Et ad illud quod licitus eſt tranſitus à Religione ad Epiſcopatum, reſpondet tranſitum hujuſmodi fieri auctoritate Summi Pontificis,non propria voluntate Religioſi. Oviedo *in praxi Regul. p.*1. *tract.*3. *c.*1. *q.*17. & *cap.*2. *q.*4.

Sed quando quis votum emiſit de intranda 123
Religione, & voto non adimpleto in Epiſcopum conſecratur, licèt peccet, ſecundùm Cajet.2.2. *q.*189. *art.*3. *ad* 1. *verſ. Ad cujus evidentiam*,*in med.* nihilominus jam votum adimplere non poteſt, cùm ampliùs non valeat ad Religionem convolare abſque Apoſtolica diſpenſatione. Henriq. *in ſum. lib.*10. *c.*32. *n.*5. *in fine*, *gloſſ.*1. Soſa *in d. tract.n.*90. Et licèt aliqui id in confirmato tantùm limitent, ut videre eſt apud Armil. *verb. Epiſcopus*,*n.*10 Sylveſt. *eod. verb.n.*11. §. *tertium*, & *verb. Religio* 2.*n.*10. Cordub. *in ſum.q.*153. Azor. *d.lib.*11. *c.*16. §. *quæres*. Verùm Soſa *ubi ſuprà*, *num.*92. in utroque idem dicendum exiſtimat.

Utrum autem deſideretur licentia Pontificis ad dimittendum Epiſcopatum illum ſemel acceptatum, tranſeundumque ad Religionem,gratiâ prioris voti implendi, vide Cajet.2.2. *q ult. art.*3. *circa ſolut. ad* 1. *dub.*2. Azor. *d. lib.*11. *c.*16 *q.*2. Suarez *de Relig. tom* 2. *tract. de voto*, *lib.*3. *cap.*4. *n.*8. & *tom.*3. etiam *de Relig. lib* 1. *c.*20. *num.*1. Oviedo *in praxi Regul. part.*1. *tract.*4. *c.*2. *queſt.*5. Sanchez *d. c.*17. *n.*6. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*1. *q* 335. ubi *queſt.*338. quærit, an Epiſcopus, cui talis licentia à Pontifice denegatur, ad aliquid faciendum ex vi voti teneatur. Barthol. de Vecchis *dict. dub.*3. *n.*5. reſolvit licentiam in hoc caſu deſiderari, niſi Epiſcopus eſſet tantummodò electos, ſed non confirma

confirmatus. Quando Religioſus Epiſcopus Epiſcopatui renunciavit, an ad Religionem redire teneatur, ſolet ab aliquibus in dubium revocari. In quo Abulenſ. *in Numer. c.30. q.109. verſ. quod pater, fol.156.col.2.* illum teneri affirmat ad Religionem redire, & ſubditum ramanere Prælato Ordinis. Atag. *de juſt. & jure q.88. art.11. ad 5.pag.* 1037. reſolvit etiam Summum Pontificem Religioſum, qui Pontificatui renunciavit ad Religionem redire debere: & Azor. *lib.12. c.7. §.rogabis*, in hanc opinionem deſcendere videtur. Sed ego cum Henriq. *d. lib.10. cap.32. n.4.* & Emman. Sà *in aphoriſm. verb. Epiſcopus, n.11. in fine*, & Soſa *d. tract. n.* 137. verius exiſtimo, talem renunciantem Religioſum Epiſcopum, ſi non fuerit ob crimen depoſitus, non teneri, nec obligatum eſſe ad Religionem redire: quod etiam probabile reputat Oviedo *in praxi Regul. part.1. tract.4. cap.3. quæſt.4.* ex ea ratione, quod cùm Epiſcopalis dignitas, & ſtatus, ſit omninò diſtinctus, & ſuperior ſtatui Religionis, videtur manere talem Epiſcopum exemptum omninò à priori præcedente Religionis ſtatu, intrinſecè ſcilicet, eo ſolùm quod conſecratus eſt: at *quæſt.5.* quærit utrùm Prælatus Regularis teneatur hunc Epiſcopum Religioſum, qui Epiſcopatui renunciavit, volentem iterum ad ſuum Monaſterium regredi, recipere.

124 Qui autem ob crimen commiſſum Epiſcopatui renuncians, Religionem introivit, non poterit ampliùs in Epiſcopum eligi, *cap. hoc nequaquam, 7. q.1.cap.poſt tranſlationem, de renunciat.* S.Thom.2.2. *q.185. art.4.verſ.ad 2.in fin.* Majol. *de irregul.lib.3. c.6. num.4.* Illuſtriſſ. D. meus *in comment. ad dict. cap. benè*, Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.1. q.13. n.52.* ubi loquitur de Epiſcopo renunciante, ut
125 Monachus fiat, cùm ulteriùs ad Epiſcopatum illum redire non poſſit: & *lib.5. q.3. num.242.* agit de illo, qui fuit ab Epiſcopatu depoſitus, & in Monaſterium detruſus ad pœnitentiam peragendam, quod non poſſit iterum ad Epiſcopatum revocari: & *n.243.* ſubdit ex quadam Pauli IV. Conſtitu-
126 tione, quod ſi Epiſcopus ante Epiſcopatum erat Monachus, & poſteà relicto, aut depoſito Epiſcopatu redeat ad Monaſterium, in ea Religione non poteſt habere dignitas, neque offi:ia: de quo etiam Soſa *in d. tract. num.144.* & Oviedo *in praxi Regul. p.1. tract.4. c.3.q.6.* latè Ricciul. *Eccleſ.lucub.*
127 *lib.2. c.12. cum ſeqq.* Epiſcopus an, quando, & de cujus licentia poſſit Religionem ingredi, vide Suar. *tom.3. de Relig. lib.1. c.20. à num.4.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novit. diſp.2. dub.3.* Ricciul. *d. lib.2. cap.13.*

128 Poteſt quoque eligi in Epiſcopum Religioſus etiam in novitiatu exiſtens, & nondum Profeſſus, *c. nullus Religioſus, de elect. lib.6.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7.c.4.n.20. in princ.* Barthol. de Vecchis *in d. praxi, diſp.11. dub.19. n.2.* Oviedo *d. p.1 tract.6. cap.2. q.6.*

129 Et quamvis deceat Epiſcopum Religioſum, qui ratione ſtatu ex diſcipulo in magiſtrum tranſiit, obſervantias Regulares ſervare, non tamen ita, ut inſtar aliorum Religioſorum puniendus ſit pœnis, quæ in illarum tranſgreſſores indicuntur, ſicut reſolvunt Cajetan. 2.2. *quæſt.185. art.8. dub.2.* Covar. *in cap.1. de teſtament. num.18.* Angles *in 4. tom.2. quæſt. de voto, dub.6. concl.1. in fine*, Soſa *in d. tract. num* 65. Valent. 2.2. *diſp.10. q.3. puncto 8. col.2.* Fr. Emman. *in ſum. tom.2. cap.10. n.4.* Azor. *Inſtit. moral. part.1. lib.12. c.7. q.4.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2. lib.6. cap.6. num.17.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.6. q.191.* & procedere in quocunque Religioſo Epiſcopo, etiam Titulari, vel munus Pontificium deponente, multis comprobat Sanch. *d. cap.7. n.27. & 28.* nam & iſti remanent, ſicut & illi, exempti ab obſervantia & obedientia Regulari, ut cum Suarez, Azor. & Sanchez reſolvit Ricciul. *Eccleſ. lucubrat. lib.2. cap.11.*

Quod adeò verum eſt, ut Religioſus ad dignitatem Epiſcopalem evectus omninò abſolvatur, etiam quoad culpam ab iis Religionis obſervantiis, quæ officio Epiſcopali obſtant, aut ejus dignitati non congruunt, qualia ſunt ſolitudo, clauſura, ſilentium, & alia hujuſmodi; ab aliis verò obſervantiis, quæ per ſe nec promovent perfectionem, nec impediunt, ſed in caſu ſolùm, juxta varias circunſtantias, poteſt talis Epiſcopus ſecum diſpenſare pro ratione loci, temporis, & perſonarum, cum quibus agit, ſicut potuiſſet Prælatus diſpenſare cum illo, ſi adhuc ſubditus maneret, ut per S.Thom. 2.2. *q.175. art.8.* Carol.Tapia *in Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. ſua, cap.6. n.71. cum ſeqq.* Laurent. de Franchis *de controv. inter Epiſc. & Regul. in quæſt. var. q.114.* Fr. Emman. *quæſt Regul. tom.2. q.58. art.3.* Fulv. Pacian. *conſ.132. num.31. vol.1.* Sanch. *d.c.6.n.18.* Barthol.à S.Fauſto *d.lib.6.q.193.* Turrecr. *in cap.carnem, n.7. q.4. de conſecrat. diſt.5. & in cap.de Monachis 16. q.1.pag* 86. Cov. *in c.1. de teſtam. num.18.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. c.15. num.51. & 80.* Vaſquez *p.2. diſp.165. cap.8. n.93. ad fin. & in opuſcul. de reddit. cap.5. dub.1.* Toler. *lib.5. cap.4. verſ.2. pag.455.* Graff. *dict. lib.2.c.57. n.11.* Sà *verb. Epiſcopus, n.11.* Cened. *de paupert. Relig. dubit.44. ex n.15.* Diana *moral. reſol. p.3. tract.2. de dub. Regular. reſol.50. verſ. ſed queret aliquis*, Sanch. *d. lib.6. c.6. ex n.16.* Soſa *en el tratado de la obligacion conque quedan los Religioſos Obiſpos, n.49.*

Quoad cæteras denique obſervantias, quæ Pontificum munus non impediunt, nec dignitatem dedecent, ſed per ſe, vel in caſu magis juvant ad perfectionem vitæ, dicendum eſt ipſum ſub peccato minimè obligari, ſed tantùm ex quadam honeſtate, ac decentiæ debito. Ratio eſt, quia ut obſervantia Regularis obliget aliquem ſub peccato, neceſſe eſt talem ſubjectum eſſe Regulæ, & Prælatis, lex enim obligat tantùm ſubditum. At Religioſus factus Epiſcopus libératur à jugo Regulæ, ut probatur *cap.unic. 18.q.1.* ergo tranſgrediens in nullam incidit culpam. Quare ita tenent Navarr. *conſ.15. num.11. de Regular. in antiq.* aliàs *conſ.6. num.11. de donat. in novis*, Valent. *d. q.3. puncto 8.* Azor. *d.cap.7.q.4.* Leſſ. *de juſt. lib.2.c.40. dub.14. num* 113. Sanch. *d. c.6. n.19.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.6.q.194.* Cened. *de paupert. Relig. q.44. ex n.15.* Vaſq. *in opuſc. de redditib. c.3. dub.10.* Diana *moral. reſol.p.3. tract.2. de dub. Regul. reſol.50.verſ. ſed quæret aliquis.*

Ex quibus primò infertur Religioſo facto Epiſcopo licitum eſſe infantem tenere in Baptiſmo, & ſic compaternitatem contrahere, licèt Monachis id eſſet interdictum *in cap.non licet, il 1.& in c.Monachi, de conſecr. dict.4.* Ita reſolvunt Gloſſ. *verb. abſolvit, in d.cap.unico, 18. q.1.* Turrecr. *n.6.* Greg. Lop. *l.65. verſ. Majoral. tit.5. p 1.* Fr.Emman. *qq. Regular. tom.2.q.58.art.5.* Sanch. *d.cap.6.n.24.* qui omnes aſſerunt exemplum Gregorii, qui ex Religione promotus in Cardinalem, factus eſt Mauritii Imperatoris compater.

Secundò

UAB Biblioteca de Ciències Socials

133 Secundò infertur, nullatenus peccare, sed posse licitè carnibus vesci feriâ sextâ, in qua Natale Domini incidit, Religiosum creatum Episcopum, cui juxta suæ Regulæ Constitutiones is esus interdictus erat. Ita Turrecr. *in d. cap. unic. n. 1. & in cap. carnem, de consecr. dist. 5.* Zabarel. *in Clem. 2. in princ. num. 7. q. 2. de censib.* Covar. *in c. 1. de test. num. 18.* Sot. *lib. ult. de Iust. quæst. ult. art. ult. col. 6. & 7.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 10. n. 4.* Cordub. *super reg. c. 2. quæst. 20. in 3. puncto.* Sosa *in dict. tract. Hispanico, n. 53.* Sanch. *d. lib. 6. c. 6. n. 20.* ubi ampliat etiamsi Religiosus ille Episcopis esset ex Fratribus Minimis S. Francisci de Paula, qui solenne à carnibus abstinentiæ votum emittunt. Cui resolutioni non obstat textus *in cap. ult. de observ. jejun.* dum privilegium in eo contentum denegat adstrictis regulari observantia ad carnium feriâ sextâ Natalis Domini abstinentiam, quia intelligitur de adstrictis debito legali, non autem de adstrictis solo morali debito, eo vel maximè, quod tunc hoc morale debitum cessat cùm consentaneum sit Episcopum in tanta solennitate cum cæteris populis conformari.

134 Tertiò infertur Religiosum creatum Episcopum non teneri divinum Officium juxta suæ Religionis ritum persolvere, quia ea obligatio ex regulæ præscripto insurgit, à quo liber est Episcopus: tum etiam, quia debet suæ Ecclesiæ ritum sequi; & ideò ita tenent Azor. *dict. cap. 7. quæst. 4.* Sanch. *d. c. 6. num. 25.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 6. q 194. n. 3. in fin.* Carol. de Tapia *d. verb. sua, c. 6. n. 77.* Turrecr. *in cap. quando ordinatur, num. 3. dist. 38. & in c. qui autem, num. 22. & 23. dist. 91.* Fusc. *de visit. lib. 2. c. 15. num. 81.* Jacob. de Graffis *lib. 2. c. 57. §. 11.* Sosa *in d. tract. num. 58.* ubi limitat, nisi Apostolica dispensatio obtineatur ad recitandum divinum Officium juxta Religionis ritum: & *n. 59.* cum Fusco & Turrecr. subdit Religiosos Episcoporum, seu Cardinalium socios posse Officium recitare eodem Breviario, & cum illis in dicendo Officio divino se conformare. Laurent. de Franchis *d. tract. de controvers. inter Episc. & Regul. quæst. 115.*

135 Quartò infertur Episcopum Religiosum privilegiis suæ Religionis non gaudere, cùm liber sit ab omnibus Regulæ observantiis, jugóque monasticæ disciplinæ, ut per Mandos. *d. prævil. ad instar. gl. 3. n. 11.* F. Emman. *qq. Regul. tom. 2. quæst. 58. art. 4. & q. 64. art. 3.* Sanch. *d. lib. 6. c. 6. n 35.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 6. q. 197.* licèt contrariam opinionem non improbabiliter defendat Sosa *in tract. de la obligacion conque quedan los Religiosos Obispos, num. 60. cum seqq.*

Quintò infertur Episcopum Religiosum posse aliquem Regularem sui Ordinis in socium assumere, argumento textus *in cap. quod Dei timorem 5. de statu Monach.* in illis verbis, ibi: [Exercens Plebani officium (si commodè fieri poterit) unum Canonicum Regularem tecum habeas ad cautelam, cujus in his, quæ Dei sunt, & regularis observantiæ, tam consortio, quàm solatio perfruaris.] Resolvunt Paul. Fusc. *dict. lib. 2. c. 15. n. 80.* Trull. *in tr. de Canonic. Regul. lib. 4. c. 10. n. 3. pag 602.* Sosa *in d. tract. n. 55.* Cajet. 2. 2 *q. 185. art. 8.* Sot. *de Iust. lib. 10. quæst. 5. art. 7. vers. In Italia quidem,* Azor. *lib. 12. cap. 19. q. 14.* Valent. 2. 2. *disp. 10. q. 3. puncto 8.* Tota autem controversia est, an id efficere possit ad suum velle sine Superiorum licentia? Henriquez *in sum. lib. 7. c. 16. n. 1.* ubi Gloss. & Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 64. art. 1.* affirmativam partem sustinent, quam ego in puncto Juris veriorem existimo; nam si licentia desideraretur, nullum privilegium Episcopo in hoc concederetur, & ideo nil mirum si asserat Sosa *dict. tract. num. 57.* id prohiberi in Religionibus Minorum, Prædicatorum, & Societatis Jesu.

Serò infertur Monachum Episcopum factum habitum suæ Religionis retinere debere, *cap. clerici el 2. de vita, & honest. cleric.* ibi: *Si Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem, &c. l. 5 9. tit. 5. part. 1.* Turrecr. *in c. Sanctimonialis, n. 2. 23. dist.* Paul. Fusc. *de visitat. tom. 2. c. 15 num. 27. & 50.* F. Emman. *question. Regul. tom. 2. q. 58. art. 7. in fine,* Tapia *d. verb. sua, c. 6. n. 60.* Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1 c. 2. dub. 4. vers. secundò sequitur,* Campan. *in divers. Iuris Canon. rubr. 12. c. 14 num. 11.* Sanch. *dict. c. 6. n. 22.* Castro Palao *in opere moral. tom. 1. tract. 6. disp. 2. puncto 8. num. 3. vers. probo,* Sosa *d. tract. num. 59. cum seqq.* latè & elegantèr Carol. Maranta *tom. 5. re p. 19. per tot.* Novissimè autem ex Cæremoniali Episcoporum Clem. VIII. *lib. 1. c. 1. p. 3. c. 3. pag. 21.* Religiosi in Episcopum promoti in vestibus retinent colorem sui habitus, & portant mozzettam ejusdem coloris, cum birreto nigro, & galero itidem nigro, cum cordulis & guarnitione coloris viridis, sine rochetto. Sosa *ubi suprà, n. 41.* Vidi dubitari, an ex devotione posset Religiosus in Episcopum promotus proprium habitum Regularem portare, contra formam in dicto Cæremoniali præscriptam. Consului id non licere ob Episcopalis dignitatis præeminentiam, licèt id non semel in aliquibus viderim sine scrupulo practicari, & audiverim à nonnullis practicatum fuisse; nam Sot. *d. lib. 10. q. 5. art. 7.* refert Cardinalem Cajetanum nunquam reliquisse suæ Religionis habitum, & idem de Cardinale Monelia affirmat Redoan. *de spol. Clericor. quæst 8. n. 23. pag. 221. in fine;* additque Pium V. in Summum Pontificem evectum habitum non dimisisse; & de Sixto V. idem asserit Tapia *dict. c. p. 6. n. 65* quod ego ex Apostolica concessione factum fuisse existimo in aliis, exceptis Summis Pontificibus. Rochetto tamen Episcopus Regularis uti non potest, ex *Cærem. Episcopor. lib. 1. c. 3. §. 11. col. 2. Hisp. 39. tit. 5 part.* Armil. *verb. Monachus, n. 8.* Henriq. & Azor. quos refert, & sequitur Sosa *d. tract. num. 47.* licèt Covar. *in dict. c. 1. n. 18. de testam.* & Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 58. art. 3. in fine,* existimaverint eo uti posse, licèt malè faciat.

Quoad tria verò substantialia Religionis vota 136
aliter dicendum remanet; ab his enim non liberatur Religiosus factus Episcopus: plures refert Sosa *in tract. de la obligacion conque quedan los Religiosos Obispos, num. 10. cum seqq.* Fulv. Pacian. *cons. 132. à num. 24.* Fab. de Anna *cons. 45. à num 82. vol. 1.* Laur. de Franchis *dict. tract. quæst. 112.* nam à voto castitatis non absolvitur, sed eo tenetur, sicut anteà tenebatur; nec etiam à voto obedientiæ, quia etsi assumpto eo statu à sui Prælati subjectione eximatur, Romano tamen Pontifici subditur, ut optimè resolvunt Carol. de Tapia, *d. verb. sua, c. 6. numer. 66. 67. & 68.* Antonin. Diana *dict. part. 3. tract. 2. de dub. Regul. resol. 61.* Sosa *d. tract. num. 10. in fine,* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 10. n. 4.* Henriq. *in sum. lib. 10. de sacram. Ordin. c. 32. §. 5. & c. 33. in fin.* Vasq. 1. 2. *q. 96. art. 4. disp. 165. c. 7. num. 93. in fin.* Azor. *d. c. 7. q. 1.* Less. *de Iust. lib. 2. c. 40. dub. 14 num. 113.* Fulv. Pacian. *cons. 132. num. 56. vol. 1.* Sanch. *d. lib. 6. q. 189.* non solùm generali illâ obedien-

obedientiâ, quâ omnes Christi Fideles tenentur ei obedire, & aliâ peculiari debitâ ratione juramenti obediendi ipsi, quod omnes Episcopi præstant; sed etiam peculiari voto Obedientiæ, quod omnes Religiosi in solenni professione emittunt, ut post Henriquez *d. lib. cap.* 33. *in fin.* & Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de voto, lib.* 6. *cap.* 7. *num* 10. tradunt Sanchez *dict. cap.* 6. *num.* 3. Barthol. à Sancto Fausto *dict. lib.* 6 *quæst.* 189. *num.* 6. ubi *num.* 7. subdit hinc posse Pontificem ratione illius voti præcipere Religioso ad Episcopatum promoto ea omnia, quæ sunt secundùm Religionis illius regulas; sicut ea potuissent præcipere Superiores Religionis antequam ad dignitatem Episcopalem ascenderet, posséque illum ad Religionem reducere.

137 Circa votum paupertatis totum est controversiæ dissidium. Quidam enim tenent Religiosum ad Pastoralem dignitatem evectum eximi à paupertatis voto, efficique verum dominum reddituum Ecclesiasticorum instar Episcoporum sæcularium, ex quorum numero sunt Sot. *lib.* 7. *de just. quæst.* 4. *art.* 2. *ad ult. & lib. ult. quæst. ult. col.* 4. Vasquez 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *disput.* 165. *cap.* 8. *num.* 91. *ad fin. & num.* 104. F. Joan. Marquez *en el origen de los frayles Ermitaños de la Orden de san Augustin, c.* 6. §. 4. & 6. Hurtado de Mendoza *de fide, spe, & charit. vol.* 2. *disp* 160. *sub sect.* 3. Diana *d. p* 3. *tract.* 2. *de dub. Regul. resol.* 10. Cæterùm alii meliùs tenent eum non absolvi à paupertatis voto, nec effici dominum reddituum Ecclesiasticorum, sed solùm administratorum; quia ejus voti obligatio est de intrinseca natura Religionis, ut probat textus *in cap. cùm ad monasterium, de statu Monach.* à qua non absolvitur Religiosus. Tum quia vota, quæ talis in Religione emisit, non laxantur, neque limitantur, nisi quatenus eorum observantia officio Episcopali obstat, tamque majori bono, cui minimè obstat abdicatio omnis dominii, dummodò talis Episcopus habeat plenam administrationem omnium bonorum Ecclesiasticorum, qualem jura illi permittunt. Tum ad suam sustentationem, tum ad causas pias. Quare sic resolvunt Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2 *quæst.* 28. *art.* 3. Jacob de Graff. *in aureis decis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 87. Carol. Tapia *in Auth. Ingressi, verb. sua, c.* 6. *n.* 85. *C. de sacros. Eccles.* Surd. *de alim. tit.* 8. *priv.* 74. *n.* 96. Azor. *inst. moral. part.* 2. *lib.* 12. *c.* 7. *q.* 2. *vers. profectò hæc quamvis*, Less. *de justit. lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 14. *n.* 113. Sanch. *dict. lib.* 6. *c* 6. *num* 8. Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. cap.* 2. *dub.* 4. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 6. *quæst.* 190. Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 33. *num.* 3. *lit. L.* Castro Palao *in opere morali tract.* 6. *disp.* 2. *punct.* 8. *ex n.* 3. Fab. de Anna *d. cons.* 45. *ex n.* 84. Pacian. *cons.* 132. *à num.* 24. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 28. Thadæus Piso *lib.* 1. *var. resol. cap* 8. *num.* 38. Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 75. *n.* 1. Mar. Cutell. *in tract. de donat. tom.* 1. *tract.* 1. *disc.* 2. *p.* 3. *num.* 135. & 150. Steph. Durant. *quæst. Iuris* 10. Petr. Rebuff. *cons.* 14. *per tot.* Laurent. de Petrinis *de Relig. subdito, tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 10. §. *unic.* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *c.* 10. *n.* 89. Cened. *de paupert. relig. dub.* 44. *n.* 5. & 32. *cum sequentib.* Hieron. Rodrig. *in compendio quæstion. regular. resolut.* 60. *num.* 9. Campan. *in diverf. Iuris Canon. rubr.* 22. *cap.* 14. Gregor. XV. *decis.* 109. *num.* 5. Sosa *in d. tract. de la obligacion conque quedan los Religiosos Obispos. n.* 20. *cum sequentibus*, & præcipuè *num.* 19. Unde provenit illum nuda solum bonorum post Episcopatum quovis titulo acquisitorum administratione fungi, proprietatem autem Ecclesiæ, cui præest, proculdubio quæri, *cap. statutum* 18. *q.* 1. *c. cùm olim*, 14. *vers. præterea, de privileg.* Covar. *in cap.* 1. *de testam. n.* 17. & 19. Molin. *dict. c.* 10. *num.* 28. Fab. de Anna *d. cons.* 45. *n.* 207. Cened. *dict. dub.* 44. *n.* 5. Gabr. Pereira *dict. decis.* 75. *n.* 3. Campan. *d. rubr.* 22. *c.* 14. *n.* 8. Less. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 11. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 8. & *lib.* 7. *c.* 32. *n.* 62. Sosa *d. tract. num.* 30. ubi ait Religiosum suorum bonorum patrimonialium, aliorúmque suâ industriâ acquisitorum dominum non esse: & *num.* 32. post Nav. Sot. Medin. & alios, resolvit etiam Summum Pontificem ex Monachismo ad Pontificalem apicem evectum non esse dominum, sed administratorem bonorum, quæ possidet. Et ideo de omnibus bonis etiam ex hereditate aut industria propriæ personæ provenientibus Episcopum Regularem testari non posse, tenuerunt S. Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 8. *ad* 3. Fr. Emman. *in summ. verb. Obispos, num.* 4. *in fine*, & *verb. testamentos, num.* 5. & *tom.* 2. *quæst. regular. q.* 58. *art.* 7. & 8. & *tom.* 3. *quæst.* 69. *art.* 4. Navarr. *de reddit. ecclesiast. quæst.* 1. *mon.* 9. *n.* 2. Covarruv. *dict. c.* 1. *de testam. num.* 18. *in fine*, Redoan. *de spol. q.* 3. *n.* 12. *pag.* 139. Tapia *d. verb. sua, c.* 6. *n.* 85. Jacob. de Graff. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 18. *à n.* 87. post Henriq. Sylvest. Sot. Abulens. & alios Sosa *dict. tract. num.* 10. Sanchez *dict. c.* 6. *num.* 10. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 363. *num.* 25. & *tom.* 5. *c.* 880. *n.* 10. Gregor. XV. *decis.* 109. *num.* 5. Gabr. Pereira *d. decis.* 75. *num.* 1. Cened. *d. tract. de paupert. relig. q* 45. Thadæus Piso *lib.* 1. *var. resolut. c.* 8. *n.* 53. Mar. Cutell. *dict. tom.* 1. *de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *p.* 3. *n.* 138. *cum seqq.* quicquid dicat Diana *moral. resol. p.* 3. *tract.* 2. *de dub. regular. resolut.* 50. *vers. attamen, in fine.* Itaut nec testamentum ante professionem factum revocare possit, Tapia *in dict. Auth. Ingressi, vers. ideoque nec de his, c.* 1. *num.* 67. Ceval. *commun. q.* 806. *n.* 10. Sanchez *d. lib.* 7. *c.* 11. *n.* 6. Mar. Cutell. *d. p.* 3. *num.* 145. solúmque illud declarandi potestatem putarem habitarum, ut eam habet in Monasterii claustris existens, post alios Antonin. Diana *d. tract. de dub. regular. resolut.* 75. Nihilominus in vita tam liberè de bonis propriâ industria & intuitu Episcopatûs acquisitis disponere poterit, ac alius quicumque Episcopus Clericus, ut cum multis resolvit Sosa *dict. tract. n.* 26. ubi *num.* 27. quod etiam poterit in vita dum sanus erit, modicè donare, plures quos refero *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *allegat.* 114. *num.* ... Et quicquid ante consecrationem acquisivit, ad Monasterium spectat; post consecrationem verò obtenta propriæ Ecclesiæ pertinent, *dict. cap. statutum*, ibi: Qui de Monacho Episcopus ordinatur, quod ante consecrationem habuit, Monasterio; quod verò post consecrationem acquisivit, propriæ Ecclesiæ relinquat, &c. Innoc. *in cap. ut unusquisque, de pecul. Cleric.* Tapia *d. verb. sua, cap.* 6. *num.* 84. Sosa *dict. tract. num.* 99. *cum seqq.* ubi *num.* 102. cum eodem Tapia *citato loco, num.* 78. intelligit illam primam partem in illis rebus, quarum jus & possessio ante consecrationem erat Monasterii. Acquirit etiam Episcopus Religiosus ex Ordine Minorum sancti Francisci jus succedendi in bonis paternis. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 58. *art.* 7. & *tom.* 3. *q.* 69. *art.* 4. *circa fin.* Molin. *de justit. tr.* 2. *disput.* 140. *vers. quando Religiosus*, & *vers. quando professus*, Azor. *d. lib.* 12. *c.* 10. *q* 5. Tapia *d. verb. sua, c.* 6. *num.* 49. Sosa *d. tract. n.* 371. post consecrationem scilicet, ut per textum *in d. c. statutum*, ibi: *Et sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit*,

velut

UAB Biblioteca de Ciències Socials

velut legitimus hæres, &c. resolvit Sosa *dict. tract. num.* 17. dummodò post consecrationem moriatur pater, & hæreditas tunc temporis illi devolvatur, & ideo à Monacho cui per Episcopatum supervenit capacitas acquirendi, scripsit Bart. recuperari non posse bona jam aliis acquisita *in tract. Minor. lib.* 4. *dist.* 3 *cap.* 2. exemplo Monachi, licèt efficiatur capax successionis in feudo ex Papæ dispensatione, Bald. *cons.* 275. *n.* 7. *lib.* 1. Curt. jun. *de feudis* 2. *p.* 1. *p. princ. q.* 10. *vers. Sextò limitatur, n.* 28. Afflict. *cod. tract. tit. si de feud. def. content in cap. qui clerici, num.* 3. Duen. *reg* 103. *n.* 5. Marc. Anton. Genuens. *in pract. cab. Eccl. q.* 263. Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 32. *num.* 22. *in princ.* non tamen succedit post mortem ultimi possessoris superveniente capacitate, cùm jam res non sit integra, & jus ad successionem sit alteri acquisitum. Guillielm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. in eodem testamento relinquens, el* 1. *num.* 127. *de testam.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. Sanch. *d. cap.* 32. *n.* 22 Murr. *de success. legali, tom.* 1. *p.* 3. *q.* 13. *art.* 2. *n.* 10. & 11. Mar. Gutell. *de donat. tom.* 1. *tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 6. *num.* 3.

138 Illud quoque est in electione Episcopi observandum, ut nullus invitis detur Episcopus subditis, ut dicitur *in cap. nullus*, 61. *dist.* & *in cap. fin.* 63. *dist.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib* 6. *cap.* 4. *quæst.* 25. *vers. & certè.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 48. *in princ. secundum Lugdun. impressionem:* nec emeritis civibus, qui concivium suorum benemerentur testimonium, in suis Ecclesiis extranei, & ignoti sunt præponendi, ut Cœlestinus Papa constituit *in cap. nec emeritis*, 61. *dist.* Rectissimè nihilominus Regi præstatur ab Episcopis feuda prorsus nulla, vel alia etiam prædia prorsus nulla possidentibus jusjurandum fidelitatis, propter tum suimetipsorum, tum populi Regii suæ curæ commissi, in Regis obedientia, quantum in se est, piè continendi regimen spirituale, ut optimè advertit Boët. Epo *de Regalib. vel jure Princip. in beneficiis Eccl. n.* 100. *pag.* 55. *in princ.*

139 Non est tamen eligendus Episcopus, qui Principi sæculari nimis favorabilis dignoscitur, ex Nicolai Papæ Decreto *in cap porro*, 63. *dist.* Est etiam maximè attendendum, ut Pastores boni, atque Ecclesiæ regendæ idonei assumantur; quia, ut inquit Innoc. III. in Concilio generali, de quo *in cap. nihil est, de elect. Nihil est, quod Ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prælati ad regimen animarum.* Quare in Concilio Carthaginensi relato *in cap. qui Episcopus*, 25. *dist.* traditus fuit modus, & forma examinis, & inquisitionis facien-

140 dæ de qualitatibus personæ, quæ in Episcopum eligenda esset. Novissimè autem emanavit instructio particularis circa conficiendos processus inquisitionis super qualitatibus eorum, qui promovendi sunt ad regimina Cathedralium, aut aliarum superiorum Ecclesiarum, vel Monasteriorum, jussu S. D. N. Urbani VIII. in hunc qui sequitur modum.

Circa personas, ad quas spectat dictos processus conficere.

141 SI processus Inquisitionis conficiendus sit extra Romanam Curiam, hoc munus spectat ad Legatos Sedis Apostolicæ, vel ad Nuncios Provinciarum in locis, in quibus commorantur: si non adsint Legati, neque Nuncii; spectat ad Ordinarios personatum promovendarum, & ipsis deficientibus, ad Ordinarios viciniores: qui ordo gradatim servandus est, nec quisquam debet sibi hoc munus arrogare præter ordinem supradictum, nisi Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo casu apparere debet de mandato speciali in principio processus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine supra- 142
dicto spectat processum conficere, consanguinitate, vel affinitate usque ad tertium gradum inclusivè promovendum contingat, ille excludatur ab hoc munere, quod eo casu deferatur ad illum, qui proximè sequitur, servato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam sit legitimè impeditus, ut per 143
se ipsum processum conficere non possit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferiùs scripto, qui incipit, *quicumque conficturus est*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem Prælato impedito.

Si processus sit conficiendus in Romana Cu- 144
ria, videndum est, an Ecclesia, vel Monasterium, cui est providendum, sit ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, aut Principis? Quo casu munus conficiendi processum in Curia spectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apostolicam est Protector illius Provinciæ, in qua sita est Ecclesia, vel Monasterium.

Quod si Ecclesia, vel Monasterium non sit ad 145
nominationem, aut præsentationem, ut præmittitur, processus conficiendus erit per Cardinalem à Romano Pontifice deligendum, qui de hujusmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel saltem vigore suæ assertionis aliquid narrari à Notario in principio processûs.

Quando contingat processum confici debere 146
de qualitatibus Archiepiscopi, vel Episcopi extra Romanam Curiam degentis, quia ab una ad alteram Ecclesiam sit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuncio Apostolico illius Provinciæ, vel Regni, ubi sita est Ecclesia, à qua aliquis transferendus erit, spectat ad Metropolitanum, si persona transferenda est Episcopus; si verò est Metropolitanus, spectat ad Episcopum ejus Suffraganeum antiquiorem residentem.

Si Prælatus inquirens ob locorum distantiam 147
non posset commodè per seipsum testes examinare super aliquo articulo, utputà super legitimis natalibus, ætate, aut aliquo ejusmodi, licebit ei partem illam alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem universam inquisitionem.

Quoad processus conficiendos pro habenda 148
informatione status Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus providendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui processum de qualitatibus promovendorum confecturi sunt. Si verò contingat in alia provincia, vel Regno esse Ecclesiam, & in alia promovendum, tunc Prælatus inquirens poterit subdelegare Episcopo, qui erit vicinior ipsi Ecclesiæ, vel Monasterio, munus conficiendi processum super statu dictæ Ecclesiæ, vel Monasterii.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quomodo conficiendi sint processus, ut dici possint & videantur confecti per viam inquisitionis?

149 QUicumque confecturus est processum inquisitionis in qualitates promovendi, etiamsi sit Legatus, non per suos Vicarios, Auditores, vel alios Ministros, sed per seipsum id munus exercere debet, licèt possit ab hujusmodi personis, vel aliis viris peritis adjuvari: hæc autem in specie servanda sunt.

150 Non recipiantur testes à promovendo, vel pro parte sua inducti, neque articuli ab ipso, vel nomine suo producti; sed Prælatus inquirens interrogatoria, & articulos per seipsum formatos habeat, & super eis examinet testes, quos de rebus inquirendis sincerum & fidele testimonium daturos esse existimet: ipse ex officio suo eos secretò vocari mandet, & secretò examinet: ipsemet recipiat in manibus suis singulorum testium juramentum, quod ab Episcopis præstetur tacto pectore, à cæteris verò inferioribus cujuscumque qualitatis sint, tactis sacris Scripturis: & ita respectivè referat Notarius processum scripturus, qui etiam asserat, testem fuisse ex officio vocatum, & examinatum à Prælato inquirente. Insuper Prælatus ipse testes interroget super unoquoque articulo: ipsorum autem testium dicta, unà cum reliquis hoc negotium tangentibus scribet aliquis Notarius publicus, qui debebit etiam tam dicta testium, quàm scripturas, & documenta producenda, ut inferiùs dicetur, in processum, & in publicum instrumentum reducere. Articuli autem & interrogatoria inferiùs describentur.

Circa qualitates testium vocandorum, & examinandorum quoad personam promovendi.

151 TEstes sint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectorum judicium ferre valeant, sincerúmque, ac fidele testimonium verisimiliter sint daturi: præsertim verò hujusmodi qualitates esse debent in testibus, qui interrogandi erunt de fide catholica, vita, moribus, doctrina, & aptitudine promovendi ad regendam Ecclesiam, scire enim debent ipsi testes, quæ requirantur in eo, qui recturus est Ecclesiam Cathedralem, ad hoc, ut sit idoneus ad alios docendum, aptus ad illam gubernandam, & dignus qui ad eam promoveatur.

Non sunt recipiendi in testes cognati, vel nimium familiares, aut inimici, sive æmuli personæ promovendæ.

In investigandis testium qualitatibus adhibenda est diligentia per Prælatum inquirentem, ut cognoscere possit quàm sint erga promovendum affecti, exindéque conjicere utrùm ex affectu, an ex veritate testimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur, testibus ad memoriam reducet vim juramenti, & gravitatem perjurii, admonebitque ipsos reos futuros apud Deum eorum omnium, quorum vel committendo vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur; si vel falsa narrando, vel reticendo vera, causa erunt ut homines indigni, vel minùs idonei Ecclesiis præficiantur.

Quomodò Prælatus inquirens procedere possit per viam inquisitionis, quando non habet notitiam personæ promovendæ?

SI contingat Prælatum inquirentem non habere sufficientem notitiam personæ promovendæ, ad hoc ut possit deligere, & vocare testes ex officio, absque scientia ipsius promovendi, & secretò, poterit curare, ut ipsemet promovendus, vel aliquis alius det ei schedulam, in qua sint ordine descripta nomen dicti promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, professio, functio, si quam is fortè exercuit, loca in quibus Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, amici, & familiares, aliæve personæ, quæ tam ipsum, quàm parentes ejus intimè norint. 152

Cùm autem hujusmodi schedula petenda sit tantummodò ad habendam quandam extrajudicialem notitiam eorum, quæ Prælatum inquirentem scire oportet pro inquisitione facienda, non debebit ipsa schedula inseri processui, neque de ea aliqua mentio in dicto processu fieri, sed separatim servari, donec inquisitio perficiatur, & eâ perfectâ, poterit lacerari, si Prælato videbitur.

Interrogatoria, quæ necessaria sunt ad inquirendum in omnes qualitates, quæ in promovendis requiruntur.

PRimò, An testis cognoscat promovendum, quomodo, à quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odiosus? 153

II. An sciat in qua civitate, vel loco, & diœcesi promovendus sit natus, & quæ sit causa scientiæ?

III. An sciat ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, atque honestis & catholicis parentibus, & quæ sit causa scientiæ?

IV. An sciat cujus ætatis sit, præsertim an expleverit annum 30. & quæ sit causa scientiæ?

V. An sciat eum esse in sacris Ordinibus constitutum, quibus, à quo tempore citra, præsertim an ante sex menses, & quæ sit causa scientiæ?

VI. An sciat eum esse in Ecclesiasticis functionibus, & in exercitio Ordinum susceptorum diù versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem, & devotum, & quæ sit causa scientiæ?

VII. An sciat eum semper catholicè vixisse, & in fidei puritate permansisse, & quæ sit causa scientiæ?

VIII. An sciat eum præditum esse innocentiâ vitæ, bonisque moribus, & an sit bonæ conversationis, & famæ, & quæ sit causa scientiæ?

IX. An sciat eum esse virum gravem, prudentem, & usu rerum præstantem, & quæ sit causa scientiæ?

X. An sciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu ipsi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, & an verè eâ doctrinâ polleat, quæ in Episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ?

XI. An sciat eum aliquo munere aliquando functum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiæ se exercuisse, & quomodò in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quàm quoad prudentiam, integritatem, & mores, & quæ sit causa scientiæ.

XII. An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, alióve Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralem promoveri, & quæ sit causa scientiæ?

XIII. An eum idoneum existimet ad benè regendam Ecclesiam Cathedralem, & præsertim eam, ad quam ipse est promovendus; an dignum qui ad illam promoveatur, & an ipsius promotionem eidem Ecclesiæ utilem, & proficuam futuram esse censeat, & quare ita existimet?

Depositiones testium seriatim, & per extensum scribantur: neque præcisæ affirmationes, seu negationes tantummodò admittantur.

Quæ requirantur ad perfectam inquisitionem, præter ea, quæ ex testibus habebuntur?

154 QUoad sacros Ordines petendæ sunt à promovendo, & processui inserendæ originales Bullæ, vel Litteræ testimoniales collationum ipsorum Ordinum, vel saltem earum exemplaria in forma authentica, præsertim si testes in sufficienti numero non deposuerint, se non modò vidisse eum cantantem Epistolam & Evangelium, vel celebrantem, sed etiam legisse dictas Bullas vel litteras testimoniales, vel interfuisse collationibus Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum similiter inserendum est processui privilegium originale, vel ejus exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti, vel promovendo videbitur, processui etiam adjungantur aliqua brevia, litteræ patentes, vel aliæ scripturæ, aut publica documenta, quibus major, aut melior probatio habeatur de natalibus, & functionibus promovendi, vel aliud ejusmodi, præsertim si testes circa ea sufficienter, & plenè non deposuerint, recipiantur, & adjungantur.

Si fortè promovendus nullum habet gradum in Sacra Theologia, vel in jure Canonico, necesse est, ut præter probationem aliunde habendam circa ejus doctrinam, juxta præinsertum decimum interrogatorium, pro parte promovendi exhibeatur publicum alicujus Academiæ testimonium, quo idoneus esse declaretur ad alios docendos, quæ populum Christianum scire oportet. Persona promovendi enuncietur hac notâ, videlicet si Prælatus, *Admodum R.P.* si verò non sit, *R.P.N Promovendus*, & nunquam vocetur *Electus*, neque ipse se talem vel nominet, vel scribat, nisi ubi præcesserit electio Capituli, aut Conventûs.

Quid servandum quoad probationem doctrinæ, quando promovendi orti sunt in Provinciis, in quibus non sunt Universitates studiorum, neque consuetum est suscipi gradum aliquem?

155 IN hujusmodi locis, & personis sufficiet, si testimonio virorum gravium, & sacræ Theologiæ, vel juris Canonici peritorum constet, promovendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum verè pollere, ut idonei sint ad ea docenda, quæ populum christianum scire oportet, ac munetis sibi injungendi necessitati valeant satisfacere: ideò formandum erit interrogatorium ad hunc sensum, juxta quem testes deposuerint se de scientia promovendorum certos redditos esse, ex eo, quod prædictos promovendos speciem suæ doctrinæ publicè, vel privatim dedisse cognoverint: hoc modo sufficiens causa scientiæ dici poterit, alias non plenè probabunt doctrinam ad mentem suprà dictæ Constitutionis Gregorii XIV.

Quid servandum, si promovendus sit Regularis?

OMnia, quæ servari debent in promovendo 156
ad Ecclesiam Cathedralem, si sit sæcularis, servanda etiam sunt, si sit regularis.

Sed quia Regulares non solent utplurimùm suscipere insignia Doctoratûs in Universitatibus studiorum, necesse est juxta Decretum Concilii Tridentini, ut promovendus Regularis à suis Superioribus Regularibus testimonium habeat sufficientis doctrinæ, & quod sit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi sunt dumtaxat, qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, sive ii cujusvis Ordinis Abbates, Magistri, Ministri, aut Præpositi Generales, vel quantumlibet Congregationum Præsidentes, sive Definitores, aut Visitatores, Capitulum Generale repræsentantes, sive alii quocumque vocabulo nuncupentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarii, seu Commissarii Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales Ordinum, aut Congregationum succedunt.

Animadvertendum tamen, quod præter suprascriptum Superiorum testimonium, est etiam aliundè inquirendum in hujusmodi Regularium doctrinam, quemadmodum dictum est de sæculari, qui habet suæ doctrinæ testimonium à publica aliqua Academia.

Quid servandum in translatione alicujus Episcopi ad alteram Ecclesiam?

SErvanda est eadem forma inquirendi ex officio, 157
quæ superiùs dicta est.

Si Episcopus transferendus promotus fuit post publicationem Concilii Tridentini, & constat in processu tunc temporis confecto, plenè probata esse omnia requisita, sufficiet inquirere, & testes examinare super infrascriptis articulis: si verò non constet de hujusmodi probatione in totum, vel in partem, expediens erit testes examinare super omnibus articulis superiùs descriptis, vel saltem super illis, de quorum probatione non constiterit; & præterea super articulis sequentibus erunt utroque casu omninò examinandi testes, & de contentis in eis facienda inquisitio ex officio, videlicet:

I. An testis cognoscat Episcopum transferendum, quomodo, à quo tempore città, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus?

II. An sciat ipsum consecrationis munus suscepisse, & quæ sit causa scientiæ?

III. An sciat per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ?

Biblioteca de Ciències Socials

IV. An sciat eum in sua Ecclesia, & Diœcesi assiduè resedisse ?

V. An sciat eum diligenter, & sæpè dictam suam Ecclesiam, & Diœcesim visitasse, opportunè omnibus necessitatibus occurrisse, & providisse, ejúsque decreta, & mandata debitæ executioni demandari curasse, & quæ sit causa scientiæ ?

VI. An sciat eum sæpè solemniter celebrasse, Ordinationes juxta necessitatum exigentiam habuisse, Confirmationis sacramentum ministrasse, cæteráque pontificalia exercuisse, & quæ sit causa scientiæ ?

VII. An sciat eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando specimen dedisse, ac verbo, & exemplo profeciſse, & quæ sit causa scientiæ ?

VIII. An sciat eum prudenter & ubilibet, & diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, & augendis jurisdictionibus spirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus suæ Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ ?

IX. An sciat verè eâ doctrinâ ipsum ad præsens pollere, quæ in Episcopo requiratur ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ ?

X. An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam N. & an censeat ejus translationem fore ipsi Ecclesiæ N. utilem, & proficuam, & quare ita existimet, & censeat ?

Quid servandum circa inquisitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Consistorio promovendi sunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, & regimina Monasteriorum, vel alias Regularium Præfecturas ?

158 EAdem omnia servanda sunt, quæ dictum est servari debere in promovendis ad Ecclesias Cathedrales, præsertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa est Monasterio jurisdictio spiritualis, vel temporalis in populum.

Ideò super ejusdem interrogatoriis examinandi sunt testes, mutatis tamen mutandis, respectu Ecclesiæ Cathedralis, & respectu Monasterii, vel dignitatis Regularis.

Addatur interrogatorium circa professionem Ordinis, & tempus, à quo eum emisit : circa verò ætatem sufficiat interrogare, & scire, cujus ætatis sit, non restringendo se ad trigesimum annum expletum ; posteà enim videbitur, an in hujusmodi promovendo sit ætas legitima respectu dignitatis, ad quam promoveri debet.

Quoad doctrinam, cùm promovendi ad hujusmodi dignitates Regulares, non sint ad Concilia generalia adstricti ad gradum Doctoratûs, sive Licentiæ, vel ad publicæ Academiæ testimonium; & nihilominus æquum sit, ut eâ doctrinâ polleant, quâ onus sibi imponendum sustinere valeant, Prælati inquirentes studiosè, ac diligenter scrutari debebuat super doctrina ejusmodi personarum, juxta modum, & formam superiùs notatam, ut Romanus Pontifex habitâ informatione, quæ nam sit promovendi doctrina, judicare possit, an sit talis qualem dignitas illa exigit, & requirit.

Circa Fidei professionem emittendam a Promovendis, tam ad Ecclesias Cathedrales, quàm ad dignitates Regulares.

FIdei professio debet emitti in manibus Prælati, 159
ad quem inquisitio (servato ordine superiùs dicto) pertinet, à quo si promovendus longà distet, poterit idem Prælatus subdelegare receptionem dictæ professionis Ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Prælatus recipiet professionem fidei à promovendo, præsente Notario publico, ac testibus; ipse autem promovendus eam emittet genibus flexis ante Prælatum, & in fine tangendo ambabus manibus sacrosancta Evangelia, & spondendo, vovendo, & jurando, prout in forma, ea deosculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen suum exprimendum erit, ea dumtaxat suâ propriâ manu describet.

Prælatus propriæ etiam manus subscriptione in fine exemplaris dictæ professionis testabitur, eam à se receptam fuisse, sub hac forma : Ego N. fidei professionem juxta suprà scriptam formam à R.P. D. N. in manibus meis ad verbum emissam recepi, & ita testor manu propriâ.

Demum Notarius, qui præsens fuit publico instrumento, in calce ejusdem exemplaris immediatè post subscriptionem Prælati inquirentis extenso, idem faciet de prædictæ professionis emissione, ac receptione, præsentibus testibus, quorum nomina & cognomina exprimet.

Maximè curandum est, ut exemplaria professionis fidei transmittantur absque mendis, ne levibus quidem, cùm nec in minimis liceat immutare formam à Sede Apostolica præscriptum, nimisque non modò Notarii scribentis, sed etiam præcipuè Prælati inquirentis incuria circa hoc notetur in Sacro Consistorio, quando in eo sit relatio processus, & mendotum in professione fidei repertorum, cùm necesse sit ea etiam nominatim referre ; ideò expediens erit ad tollendam occasionem errorum provenientium ex incuria scribentis, ut ubique imprimantur exemplaria, juxta formam Romæ impressam, & maxima diligentia adhibeatur, ne mendosè imprimantur; cùm verò transmittenda sunt instrumenta professionis fidei, hæc ipsa subscribantur à profitente, & à Prælato inquirente, & in eisdem Notarius extendat instrumentum, prout dictum est.

Interrogatoria pro habenda informatione status Ecclesiæ.

PRimò, an testis sciat in qua provincia sita 160
sit civitas N. cujus situs, qualitatis, & magnitudinis, sit, quot confletur domibus, & à quot Christi fidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus subjacet, & quæ sit causa scientiæ?

II. An sciat in illa civitate esse Ecclesiam Cathedralem, vel Metropolitanam, sub qua invocatione, cujus structuræ, & qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ ?

III. Si in Ecclesia Archiepiscopali, an sciat quot Episcopos Suffraganeos habeat, & qui sint : si est Episcopalis, an sciat Archiepiscopo sit Suffraganea, & quæ sit causa scientiæ ?

IV. Quot

IV. Quot, & quales ſint in dicta Eccleſia dignitates, Canonicatus, & alia beneficia Eccleſiaſtica; quis ſit numerus omnium Preſbyterorum, & Clericorum inibi in divinis inſervientium; quæ ſit dignitas major poſt Pontificalem; quales ſint redditus dignitatum, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum, & an adſint præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

V. An in ea cura animarum exerceatur, per quem; an ſit in ea fons Baptiſmalis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VI. An habeat Sacrarium ſufficienter inſtructum ſacrâ ſuppellectili, cæteriſque rebus ad divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda neceſſariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & cœmeterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VII. An ſint in ea corpora, vel aliquæ inſignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo aſſerventur, & quæ ſit cauſa illius ſcientiæ?

VIII. An habeat domum pro Archiepiſcopi, vel Epiſcopi habitatione, ubi, & qualem, quantum diſtet ab Eccleſia, & an reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

IX. An ſciat verum valorem reddituum menſæ Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, ad quam ſummam annuatim aſcendant, in quibus conſiſtant, an ſint aliqua penſione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta penſio ſit reſervata, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

X. Quot exiſtant in illa Civitate Eccleſiæ Parochiales, & an unaquæque habeat fontem Baptiſmalem: quot item in illa exiſtant Collegiatæ, quot Monaſteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hoſpitalia, & an ibi ſit Mons Pietatis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

XI. Quantum ſit ampla Diœceſis, quot, & quæ loca amplectatur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

XII. An in ea erectum ſit Seminarium, quot in eo pueri alantur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

XIII. An ipſa Eccleſia vacet, quomodo, à quo tempore citra, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

De ſtatu Eccleſiarum, quæ ſunt in partibus Infidelium, quantum fieri poterit, diligens examen inſtituatur, neque admittantur Tituli in Provinciali non deſcripti, vel qui in Scripturis Sacri Collegii reperiuntur.

Interrogatoriæ pro habenda informatione ſtatus alicujus Monaſterii.

161 PRimò. In qua Provincia, & Diœceſi ſit Monaſterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

II. Cujus ordinis ſit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

III. Quis ſit numerus Monachorum, & quis eos tanquam caput regere conſueverit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

IV. Sub qua invocatione ſit Eccleſia ipſius Monaſterii, cujus ſtructuræ, & qualitatis. An indigeat reparatione, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

V. Qui ſint redditus menſæ Abbatialis, vel Prioralis, qui redditus menſæ Conventualis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VI. An Monaſterium habeat aliquam juriſdictionem temporalem, aut ſpiritualem, quam, & in quos, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VII. An habeat curam animarum, per quem hæc exerceatur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VIII. An vacet, quomodo, & à quo tempore citra, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

Quid agendum perfecta Inquiſitione?

CUm totum examen, ſeu Inquiſitio de perſona 162
promovenda, & informatio de ſtatu Eccleſiæ, ſeu Monaſterii perfecta fuerint, Notarius eas, unà cum ſcripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Profeſſione Fidei in inſtrumentum publicum rediget.

Si proceſſus Inquiſitionis confectus fuerit extra Romanam Curiam, Prælatus qui eum confecerit, ad Pontificem, clauſum, & obſignatum tranſmittet, ſi Eccleſia, vel Monaſteria non ſint ad nominationem, vel præſentationem Imperatoris, vel alicujus Regis; ſi verò de hujuſmodi nominatione, vel præſentatione, tranſmittet proceſſum ad Cardinalem illius Regni, vel Provinciæ protectorem, in qua eſt Eccleſia, vel Monaſterium providendum.

Ipſe autem Prælatus, vel per litteras ſeparatas, ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel per ſubſcriptionem hujuſmodi proceſſus ſignificabit, quanta fides teſtibus examinatis, eorumque dictis, & ſcripturis productis ſuo judicio habenda ſit, ſimul etiam quid de promovendo ipſe ſentiat.

Proceſſus ſic formatus, & tranſmiſſus primùm à Cardinale, cui illum in Conſiſtorio referendi munus incumbet, deinde à tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum ſubſcribetur, & poſtea fiet relatio in Conſiſtorio.

Cardinalis relator monere debet promovendum, ſi præſens in Curia ſit, ut juxta Concilium Lateranenſe noviſſimè celebratum, omnes Cardinales, vel majorem partem Collegii adeat, antequam Eccleſia, vel Monaſterium proponatur, ut quæ à referente Collega ſunt audituri, oculatâ fide quantum ad perſonam ipſius promovendi attinet, cognoſcere poſſint.

CAPUT IX.

De Epiſcoporum Confirmatione, & Conſecratione.

SUMMARIUM.

1 *Electus in Epiſcopum debet poſtquam electioni de ſe factæ conſenſum præſtiterit, à Superiore ſuo confirmari.*

2 *Conſenſus electi intra menſem à præſentatione electionis eſt præſtandus, aliàs elapſo menſe, redditur electio nulla.*

3 *Confirmatio electionis debet peti infra tres menſes à conſenſu præſtito, aliàs electus privatur ipſo facto jure ſibi per electionem quæſito.*

4 *Menſis computandus eſt ſecundùm quod occurrit in Kalendario, quando lex, vel ſtatutum concedens menſem diſponit, à quo tempore menſis incipere debeat.*

5 *Confirmare electos Epiſcopos non ſolum Papa, ſed etiam Metropolitanus, vel Patriarcha ſuperior poteſt.*

6 *Papa de Jure eos tantùm Epiſcopos confirmat, qui in Eccleſiis Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectis electi ſunt, vel quorum confirmatio, & infirmatio ad eandem Sedem per appellationem devolvitur.*

7 *Electus Episcopus divinâ inspiratione non eget confirmatione.*

8 *Confirmans debet de electi vita, & moribus, ac qualitatibus requisitis diligenter inquirere.*

9 *Electio, & confirmatio omnium Episcopor. hodie non ab alio quàm à Rom. Pontif. fieri potest.*

10 *Professi fidei fit ab Episcopo electo, & confirmato juxta formam præscriptam à Pio IV.*

11 *Formula instrumenti professionis fidei factæ per Episcopum.*

12 *Professione fidei emissa, subscribitur processus à Cardinale ponente, & à tribus Cardinalibus Ordinum capitibus.*

13 *Præconizatio in primo Consistorio quomodo facienda, ostenditur.*

14 *Præconizatio in secundo Consistorio factâ transmittitur fides provisionis Apostol. à Cardinali ponente ad Cardinalem Vicecancellarium.*

15 *Dignus vocatur quicumque habet sufficientiam, & omnes partes ad munera, prout oportet, ministranda.*

16 *Dignissimus est destinandus ad Episcopale officium.*

17 *Cardinales non peccant, nec ad restitutionem tenentur, qui non impediunt nominatum, si alterum digniorem arbitrentur.*

18 *Episcopi in Consistorio ad Episcopatum promoti, quibus vestibus se induere debeant, ostenditur.*

19 *Promoti ad Episcopatum ex Regularibus Ordinibus retinentes colorem habitus suæ Religionis possunt se conformare cum Episcopis secularibus in forma, seu figura illius, deferentes mozettam ejusdem coloris, non tamen rochetū.*

20 *Assumpti ad Episcopatum ex Ordine Canonicorum Regularium, necnon Clericorum Regularium cujuscumque Ordinis, conveniunt in habitu cum aliis Episcopis.*

21 *Assumpti ex Religione Spiritus sancti in Saxia & ex Militaribus Ordinibus tantùm Crucem ejusdem Ordinis in collo pendentem deferunt supra habitum Episcopalem.*

22 *Episcopalibus vestibus indutus, si fuerit præsens in Curia, quamprimùm adibit Summum Pontificem, & ab eo rochetum accipiet.*

23 *Electus in Episcopum, & canonicè confirmatus habet ea quæ sunt jurisdictionis.*

24 *Episcopi ad commissas sibi Ecclesias absque litteris Apostolicis accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere, fructúsque percipere non possunt, nisi fuerint Cardinales.*

25 *Privilegio capitis quia periculosum*, de sentent. excom. lib. 6 *& capitis ultimi*, de pœnit. & remiss. *gaudent Episcopi electi, & confirmati, licèt nondum consecrati.*

26 *Hæresis causa in Episcopo electo, & confirmato, licèt nondum consecrato, reservantur Papæ.*

27 *Episcopatui sine Papæ licentia renunciare non potest Episcopus electus, & confirmatus.*

28 *Episcopo electo, & confirmato, non tamen consecrato, minimè competunt ea omnia quæ illi tribuuntur per Ordinem sibi collatum in consecratione Episcopali.*

29 *Inhabilis si fiat ante consecrationem Episcopus electus, & confirmatus, potest repelli ab Episcopatu.*

30 *Excommunicationem Bullæ in Cœna Domini non incurrunt percutientes Episcopum nondum consecratum.*

31 *Episcop. non consecratus minimè potest in Missa dicere*, Sit nomen Domini benedictum.

32 *Civitas quæ Episcopum non consecratum occidit, minimè privatur Episcopali dignitate.*

33 *Episcopus electus, & confirmatus, non tamen consecratus, potest suspendi, interdici, seu excommunicari à Vicario Archiepiscopi Metropolitani, etiam eo præsente.*

34 *Electus in Episcopum, & confirmatus tenetur in fratres menses à confirmationis munus consecrationis sua suscipere, sub pœna amissionis fructuum.*

35 *Consecratio Episcopo fieri debet de jure à Metropolitano electi, cujus electus ipse futurus est Suffraganeus, & præsentibus aliis ejusdem Provinciæ Suffraganeis, qui ad hoc per Metropolitanum vocati teneantur accedere.*

36 *Metropolitanus ubi impeditus fuerit consecrare aliquem in Episcopum Suffraganeum, id alteri Episcopo committere potest; sed tunc consecratus debebit ipsum Metropolitanum infra duos menses visitare.*

37 *Consecratio Episcoporum Suffraganeorum si fiat inconsulto Primate, seu Metropolitano, ipsi non reciperent executionem.*

38 *Comprovinciales Episcopi se consecrationi alterius adesse non possent, propriis litteris consensum suum exprimere debent.*

39 *Metropolitanus ab omnibus Provinciæ Episcopis congregatis in Sede Metropoleos est ordinandus; sufficiunt tamen tres, reliquis Suffraganeis per litteras saltem consentientibus.*

40 *Consecrationi Episcoporum Canones constituerunt peculiare tempus, scilicet diem dominicum, at ex dispositione Summi Pontificis die festivo fieri potest.*

41 *Consecratorem & electum pridie jejunare decet.*

42 *Presbyter factus die Sabbati, an possit sequenti dominica manè in Episcopum consecrari, non interveniente observatione jejunii, ostenditur.*

43 *Sacerdos factus in die dominica ex dispensatione Papæ, non potest eadem die consecrari Episcopus.*

44 *Locus idoneus pro Episcopi consecratione, si extra Curiam fiat, est Ecclesia, ad quam promoti fuerunt, aut in Provincia, si commodè fieri poterit, consecratio celebretur.*

45 *Consecratio Episcopi fit hodie extra Urbem de mandato Papæ per litteras Apostolicas consecratori sibi benè viso expeditas; si verò fuerit in Curia, per mandatum à Camera Apostolica emanatum; vel si consecrator fuerit S. R. E. Cardinalis, per commissionem vivæ vocis oraculo à Papa illi factam.*

46 *Consecratio cujuslibet Episcopi cum Missa fieri debet, in qua inter Epistolam, & Evangelium consecratur Episcopus.*

47 *Episcopus in die suæ consecrationis Ordines conferre non potest.*

48 *Papa in die consecrationis suæ Ordines conferre potest.*

49 *Missa in qua consecratur Episcopus non est de essentia consecrationis Episcopalis, sed solùm ad solemnitatem fuit instituta.*

50 *Consecratio Episcopi fit à tribus Episcopis, utrum autem si fiat à pauciores, nulla omninò sit ordinatio, ostenditur*, ibid. n. 51.

52 *Papa an solo verbo possit creare Episcopos, ostenditur.*

53

53 *Juramentum & examen fidei fit à consecrato in Episcopum*, & n. 54.

55 *Sandalia accipit Ordinandus in Episcopum, quibus calceantur ejus pedes ad annunciandum Evangelium pacis, ut eat, non stet; laboret, non otiosus deliteſcat.*

56 *Forma Sacramenti Episcopatûs sunt illa verba,* Accip. Spiritum sanctum.

57 *Caput electi in Episcopum quare in ejus consecratione inungatur sacro Chrismate, ostenditur.*

58 *Reges quare non in capite, sed in humero ungantur, ostenditur.*

59 *Consecrator manus electi in Episcopum ante se genuflexi inungit cum Chrismate.*

60 *Unctio Chrismatis, quo ponitur in capite, & manibus Episcopi, non est de essentia hujus Ordinationis.*

61 *Baculum in manibus Episcopi quid significet, ostenditur.*

62 *Annulus in manu Episcopus quid designet, ostenditur.*

63 *Evangeliorum librum tradit Consecrator novo Præsuli.*

64 *Panes duo, & barrilia duo vini cur offerantur in consecratione Episcopi, ostenditur.*

65 *Mitra Episcopi scientiam utriusque Testamenti designat.*

66 *Consecratus in Episcopum cur in editiori loco sedere jubeatur post consecrationem.*

67 *Consecratus ab assistentibus ducitur per Ecclesiam, omnibus interim benedicendo, ut omnibus innoteſcat.*

68 *Consecratus surgens cum mitra, & baculo in medio Altaris dat solemnem benedictionem.*

69 *Episcopi si plures simul consecrantur, qua duplicari, & fieri debeant, ostenditur.*

70 *Episcopus an per consecrationem contrahat vinculum cum Ecclesia, ad quam ordinatus est jure divino indissolubili, ostenditur,* & n. 71.

72 *Caput* inter corporalia, de translat. Episcopi, *declaratur.*

73 *Consecratus Episcopus extra Ecclesiam suam proficiſci quamprimum tenetur ad suam Diœcesim.*

Episcopus cùm primum civitatem suam ingreditur, quomodo à Clero, & populo excipiendus sit, ostenditur, ibid.

74 *Episcopus post ingressum suum ad personalem in suam Ecclesia residentiam tenetur.*

75 *Episcopus non residens quas pœnas incurrat, ostenditur.*

76 *Episcopus si brevi sit reversurus, potest sine Superioris licentia discedere ab Episcopatu.*

77 *Abesse non dicitur qui statim est reversurus.*

78 *Episcopus quantum temporis, & in quo à suo Episcopatu cum licentia Superioris abesse potest, ostenditur.*

79 *Episcopus cùm adest legitimum impedimentum seu justa, & rationabiles causæ, potest abesse absque peccato, & sine incursu pœnarum, quas incurrunt, qui ultrà tres menses absunt.*

80 *Episcopus potest abesse, si id exigat proximorum utilitas.*

81 *Episcop. excusatur à residentia, si residendo grave periculum vitæ incurreret, vel etiam propter aëris intemperiem seu persequutiones in ipsum ortas, modò Ecclesia sua detrimentum non patiatur.*

82 *E piscopus abesse potest cùm illum vocat Papa propter aliquod negotium.*

83 *Cardinalis Antistes alicujus Ecclesiæ an excusetur à residentia, si vellet Papa uti ejus consilio, sapientia, & industria, retinendo illum apud se, ostenditur.*

84 *Episcopus excusatur à residentia cùm abest ob defendenda sua Ecclesia universalis jura, seu si vocatus fuerit ad Concilium generale, vel ob Reipublicæ evidentem utilitatem, ut* n. 85.

86 *Episcopus residens in sua Diœcesi liber est à residentia suarum dignitatum, & beneficiorum simplicium, qua obtinet in aliena Diœcesi.*

87 *Causæ justæ, & rationabiles, propter quas Episcopus, excusatur à residentia, probari debent Romano Pontifici seu Metropolitano, & eo absente antiquiori Episcopi residenti, & an tunc requiratur licentia in scriptis, ostenditur,* & n. 88.

ELectus in Episcopum ab alio, quàm à Superiore, debet postquam præstiterit electioni de se factæ consensum, à Superiore suo confirmari, *cap. post quam, c. nihil est, de elect.* Consensus autem intra mensem à præsentatione electionis est præstandus, aliàs elapso mense redditur electio nulla, ne scilicet, diù differatur Ecclesiarum provisio, ut dicitur *in cap. quàm sit, eod. tit. lib. 6.* Rota *decis. 7. de elect. in nov.* Menoch. *de arbitr. cas. 477.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. n. 30.* Massob. *in praxi habendi concursum, requis. 1. dub. 2. n. 11. secundum Rom. impressionem.* Quare etiam statutum est *in d. cap. quàm sit*, ut infra tres menses à consensu præstito petatur confirmatio; quod ex eo colligunt Menoch. *dict. cas. 477.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 10.* Ludov. Mirand. *in man. Præl. tom. 2. q. 23. art. 9. concl. 4.* Jul. Lavor. *var. lucub. tom. 5. tit. 4. cap. 25. n. 45.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 4. n. 1.* In tantum, quod si electus in prædictos tres menses non petierit confirmationem, ipso facto privetur jure sibi per electionem quæsito, *d. cap. quam sit*, ibi, *Electio eadem eo ipso juribus vacuetur.* Petr. Greg. *de re bene benef. cap. 25. num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. n. 51.* Vivian. *in praxi jurisp. lib. 5. c. 5. n. 5. in ult. impress.* Joan. à Cochier *in reg. 8. Cancell. gloss. 7. num. 13. vers. septimus*, Ego ipse *d. tract. part. 3. alleg. 37. n. 213.* nisi forsan electi amicus ejus nomine, etiam absque mandato confirmationem petat, modò electus ratum habeat infra illos tres menses. Gloss. *verb. petere, vers. sed pone, in d. cap. quàm sit*, Tiraq. *de pœnis temper. causa 22. n. 37.* Azor. *d. cap. 29. q. 11.* quia ratihabitio omninò fieri debet intra terminum datum ad acceptandum. Covar. *var. lib. 5. cap. 16. n. 5.* qui quidem tres menses computari debent prout in Kalendario occurrunt; quando enim lex, vel statutum concedens mensem disponit à quo tempore mensis incipere debeant, v.g. à die electionis vel à die per Judicem assignanda, tunc accipitur mensis secundùm quod occurrit in Kalendario, & quod ex uno mense defuit, accipitur de sequenti. Gloss. *verb. mensem, in dict. cap. quàm sit*, Menoch. *de arbitr. cas. 50. numero 21.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disputat. 24. num. 15.* Gunzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 11. num. 7.* Nicol. Garc. *de benef. part. 10. cap. 2. n. 42. & seqq.* 1 2 3 4

Confirmare autem electos Episcopos non solùm Rom. Pontifex, verùm etiam Metropolitanus, vel Patriarcha superior potest, *cap. quoniam,* 5

Biblioteca de Ciències Socials

100. *dist. cap. cùm dilectus* 31. *de elect. cap cupientes, in princ.* per locum ab speciali, *eod. tit. lib.* 6. Biax. *in direct. elect. p.* 3. *cap.* 43. *n* 6. Corras. *de Sacerdot. part.* 2. *cap.* 5. *à num.* 3. Selv. *de benef. part.* 2. *q.* 22. *n.* 2. Mandag. *de elect. nov. Prælat. cap.* 56. Petr. Greg. *ad tit. de elect. cap.* 19. *anum.* 10. Layman. *de Ecclesiast. Præl. elect. c.* 15. *q.* 162. Nam Capitulum, cui jus eligendi suum Episcopum de jure communi spectat, ejusdem Metropolitano, seu alteri Superiori mittebat litteras sigillo suo, & singulorum manitas, ac per Canonicos subscriptas, quæ appellabantur *Decretum*, in quibus electio facta seriatim narrabatur, & confirmatio petebatur sub forma tradita à Speculat. *tit. de elect.* §. 1. *vers. celebrata igitur.*

6 Papa verò de Jure eos tantùm Episcopos confirmat, qui in Ecclesiis Sedi Apostolicæ immediatè subjectis electi sunt, ut probat textus *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr.* ibi, *Petentes ipsam electionem à Sede Apostolica confirmari*, ut *ibi* notant Gard. Imol. Rip. *n.* 6. & Rebuff. *n.* 12. vel quorum confirmatio, & infirmatio ad eandem Sedem per appellationem devolvitur, *d. cap. cupientes, in princ.* Regulariter autem electus Episcopus per Metropolitanum suum confirmatur, *arg. cap.* 1. *dist.* 64. *& cap. nosti, de elect. c.* 1. *de transl. Episcopi.* Gloss. 1. *in cap.* 1. *dist.* 100. Licèt secundùm aliquos ad solum Papam pertineat (attento jure communi loquimur) confirmatio Episcoporum, *arg. cap. Presbyteri*, 24. *dist. & cap. quia diversitatem, de concess. prab.* Sed certè confirmati à Metropolitano, vel Patriarcha intelliguntur auctoritate Apostolica confirmati, quam à Romano Pontifice cum Pallio acceperunt, quod de corpore Beati Petri sumitur, ut suo loco vidimus: & propterea confirmatus ab eis à solo Papa poterit revocari, secundum Angel.
7 *in Auth. de defens. civ.* §. *de catero.* Si quis autem divinâ fuisset inspiratione manifestè electus Episcopus, non egeret confirmatione; quia quæ Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, *cap. nisi cùm pridem*, §. *verùm, de renunc.* Sed si quis simpliciter ad clamorem populi eligeretur, si de divina inspiratione nihil appareat, nullo modo est confirmandus, nec habendus Episcopus, quia potuit populum pretio, vel mercede corrumpere, ut dicitur *cap. fuit, de elect.* junctis iis, quæ de populi falsa acclamatione, & mendace nonnunquam opinione refert Jul. Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4 *c.* 4 *ex n.* 38. quod nobis comprobat illius judicium erga Dominum Jesum, qui primùm eum excepit ut Regem, & acclamationibus benedicebat, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Matth. *c.* 20. Luc. *c.* 9. & paucis post diebus acclamavit, *Tolle, tolle, crucifige eum*; & electione sua prætulit illi homicidam latronem Barrabam, Matth. *cap.* 15. Marc. *cap.* 15. Luc. *c.* 23.

8 Confirmans autem debet de electi vita, & moribus, ac qualitatibus requisitis diligenter inquirere, ut habetur *in c. de Petro*, 47. *dist. & in cap.* 2. *& in cap. cùm à nobis, de elect.* cum similibus, quod si aliqua ei, antequam confirmetur, crimina objiciantur, purgare se debet cum requisito numero Episcoporum, ut traditum est in Concil. Carthag. IV. de quo *in c. illud*, 23. *dist.* quando verò coëlectus postulat confirmari cum alio, quomodo sit procedendum, declaratur in Constit. Bonifacii VIII. de qua *in cap. fin. de elect. lib.* 6.

9 Hucusque dicta in hoc capite procedunt de Jure antiquo, quando electio Episcoporum Canonicis Cathedralis Ecclesiæ competebat; hodie verò omnium electio, & confirmatio, non ab alio, quàm à Romano Pontifice fieri potest, vigore regulæ 2. aliàs 1. Cancellariæ, quæ Sedi Apostolicæ reservat provisionem omnium Cathedralium, quamvis in aliquibus Ecclesiis per eandem sanctam Sedem Regibus ac Principibus viris concessum sit jus præsentandi, quia etiam spectat ad ipsum Romanum Pontificem nominatos ab illis si ei videbitur, eligere, atque confirmare, ut observat Castald. *in praxi caerem. lib.* 1. *sect.* 10 *cap.* 2. *n.* 1. Quomodo autem attento hodierno Jure electio hæc, & confirmatio fiat, utile erit investigare & praxim, quæ hodie observatur, ostendere, quod ex infrà dicendis facilè apparebit.

Formato igitur processu de vita, & moribus 10
promovendi ac de statu Ecclesiæ, juxta interrogatoria in particulari instructione tradita, quæ ad calcem capitis præcedentis posuimus, fit professio Fidei juxta formulam præscriptam à Pio IV. in sua Constitutione incipiente *In Sacrosancta idibus Novembris* 1564. ut in Bullario novo *tom.* 2. *pag.* 128. & apud Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Fidei professio*, & Franc. Leon. *in the aure foro Eccl. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 15. Ugolin. *de offic. Episcopi, cap.* 1. §. 3. Navar. *in sing. Canon. concl.* 114. *n.* 4. Deinde fit instrumentum dictæ professionis Fidei à Notario subscriptum in hunc modum.

[In nomine Domini, Amen. Præsenti publico 11
instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod à Nativitate Domini, &c. coram Eminentissimo, & Reverendissimo D.N. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, &c. meque Notaro publico infrascripto, comparuit supradictus admodum R.N. omni meliori modo, &c. genibus flexis Professionem sanctæ, & Catholicæ Fidei juxta suprascriptam formam tactis sacrosanctis Scripturis ad sancta Dei Evangelia in manibus D. S. Eminentissimæ de verbo ad verbum emisit. Quam fidei professionem idem Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis accepit, & admisit, præmisso, & aliàs omni meliori modo. Super quibus &c. Actum Romæ in offic. &c. Præsentibus ibidem N. & N. testibus ad præmissa vocatis, habitis specialiter, atque aregatis. Ego Odoardus Tibaldescus, Clericus Spoletanæ Diœcesis, publicus Apostolica authoritate Notarius, & ad scribendos, & rogandos processus Reverendissimorum DD. Archiepiscoporum, Episcoporum & Monasteriorum Consistorialium, privativè quoad omnes alios specialiter à S.S.A. deputatus, de præmissis rogatus præsens Instrumentum subscripsi, & publicavi requisitus. Et subscribitur Cardinalis relator sic: Ego N.S.R.E. Presbyter Cardinalis N. Fidei professionem, à supra dicto R.N. de verbo ad verbum in manibus meis emissam recepi, & ita testor.

Finito examine testium, & emissa professione, 12
subscribitur processus ab eodem Cardinali Ponente in hunc modum: [Ego N.S.R.E. Presbyter Cardinalis N. relationem facturus in proximo Consistorio de præmissis censeo R.N. esse habilem, & idoneum, qui ad supradictam Ecclesiam N. promoveatur, illum ei præficiendo Episcopum, & Pastorem. Romæ ex nostro Palatio, die, &c. Ego N. Cardinalis N. qui suprà.] Et subscribitur idem processus à tribus Cardinalibus ordinum Capitibus scilicet à primo Cardinali Episcopo: à primo Cardinali Presbytero, & à primo Cardinali Diacono.

Hoc facto, præconizatio fit in primo Con- 13
sistorio

sistorio, quæ vicem electionis habet, cujus præconii formula pro Romano Pontifice sic se habet: *Beatissime Patr. Vacat Ecclesia N. per obitum N. &c. Ad jussum Sanctitatis vestræ Ego N. Cardin. N. proponam R. N. &c. Civitatis, &c.* Pro Cardinalem autem ita fit. *Illustriss. & R. D. In proximo Consistorio si S. D. N. placuerit, Ego N. Cardin. N. præconium faciam Ecclesiæ N. vacantis per obitum N. in personam R. N. &c. Civitatis, &c.* Et refert status Ecclesiæ, & promovendi justa formam Institutionis prædictæ.

14 Fit positura in secundo Consistorio, & transmittitur schedula pro reassumptione posituræ, transmissa in prima præconizatione, & hac secunda præconizatio habet vim confirmationis, & demùm transmittitur fides provisionis Apostolicæ à Cardinale ponente ad Cardinalem Vicecancellarium, facta in hunc modum. [Reverendiss. Domine, Hodie sanctiss. in Christo P. & D. N. D. Urbanus Papa VIII. in suo Consistorio secreto, ut moris est, ad relationem meam Ecclesiæ N. cui N. dum viveret, præsidebat, & per obitum ejusdem Pastoris solatio destitutæ de persona R. N. Diœcesis N. ex Catholicis ac honestis parentibus, & legitimo matrimonio nati, in utroque Jure Doctoris, in ætate legitima constituti, ac demùm cæteris omnibus qualitatibus à Jure, & Conc. Trid. Decretis requisitis præditi, qui Professionem Fidei juxta articulos pridem à Sede Apost. propositos in manibus meis solemniter emisit, de Reverend. DD. meorum Card. consilio, Apost. auctoritate providit, ipsúmque illi in Episcopum præfecit, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, absolvens eundem R. N. electum à censuris ad effectum, &c. In quorum fidem præsentem cedulam fieri, & mei parvi soliti sigilli impressione muniri jussi, eámque propriâ manu subscripsi. Dat. Romæ in ædibus meæ solitæ residentiæ, sub anno, &c. D. V. R. Humillimus servus N. Cardinalis N.]

15 De duobus hìc opportunè quæri poterit. Primum est, an ad Officium Pastorale dignus eligi possit, an verò dignior sit necessariò eligendus? Ad cujus quæstionis decisionem præmittendum est cum Rebell. *de oblig. just. part. 1. lib. 3. q. 2. n. 1.* quem refert Campan. *in diu. Iur. Can. rub. 7. cap. 6. num. 73.* dignum vocari quicunque habet sufficientiam, & omnes partes ad munera, prout oportet ministranda, licèt comparatione alterius majorem sufficientiam habentis (qui hoc casu dicetur dignior, utiliorque administrationi) minùs dignus existat. Quo supposito, relictis multis quæ ad hoc propositum adducunt ex fonte sacræ Scripturæ, & ex lege naturali, Alex. Raud. *Pisc. de is. 34.*
16 *in princ. & à num. 176.* Rebell. *lib. 3. q. 4.* videtur dicendum, quod quamvis alicui negotio præfectum eligere debens satis officio suo functus esse videatur, si dignum hominem pro negotii conditione præfecerit; ad Episcopale tamen Officium, cùm reliqua omni longè superet, non modò dignum, sed etiam dignissimum esse destinandum, & maximis rationibus comprobari, & sacrarum litterarum apertissimis testimoniis demonstrari satis potest. Natura enim ipsa dictare videtur, ut qui aliis officio, ac dignitate præferri debet, cæteros vitæ splendore anteat, & quemadmodum Pastor grege suo præstantior, & Dux milite suo fortior, & Rex subditis suis debet esse sublimior; ita Episcopus cæteros virtutibus, & sanctitate antecellere tenetur: nam qui majorem in Pastore, quàm in ovibus charitatem ante electionem requisivit, dum dixit, *Simon Joannis diligis me plus his?* apertè docuit dignioseм, sanctioremque subditis esse debere, qui eis regendis, atque dirigendis præficeretur. Unde Concil. Tridentin. *sess. 24. de reform. cap 1.* eos peccare moraliter, & peccatis alienis communicare asserit, qui digniores, & Ecclesiæ magis utiles Pastores præficere non curaverint. Quare pensandum est valdè ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque hunc ritè perveniens qualiter vivat, & benè vivens qualiter doceat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut præventioni vita contradicat. O Deus bone! jam nunc, ut prosint, Præsules fieri non cupiunt, sed magis ut divites fiant, & honorentur; suscipiunt enim sublimitatis culmen non pro Pastorali regimine, sed pro solius regiminis, vel honoris ambitione, atque abjecto opere dignitatis, solam nominis superbè appetunt dignitatem, nec facilè potest esse Summis Pontificibus homines cognoscere, nisi ex aliorum relationibus id sibi constare faciant. Sedent pii Patres in thalamo suo, veniunt ad eos nunc Cardinales, nunc sortis alterius homines, & modò hunc, modò illum laudibus cumulant, dignúmque gravi regimine adscribunt, adstruunt. Credit Apostolica pietas, hisque dignitates mandat, quos commendatos habet; & sic agnovi multos prostitutæ frontis petitores, qui ambiendo, efflagitando, sese venditando ita aulicos, obtendunt, ut quod impetrare non possunt, extorqueant; quod exorare aut mereri nequeunt, eblandiantur.

Secundum dubium est, an Cardinales peccato 17
commaculentur, ad restitutionémque vinciantur, qui non impediunt nominatum, si alterum digniorem arbitrentur? Cui perdoctè quidem respondet Paleoth. *in tract. de sacr. Consist. consul. part. 4. q. 1. vers. quo loco*, & ait ad Cardinalium authoritatem, & officium non propriè pertinere aliquem ad Episcopatum admittere, sed tanquam Papæ Consiliarios non ulteriùs obligari, quàm ut ad eas res, de quibus à Papa requiruntur, & consulunt, fidele præstent responsum, per textum *in cap. fundamenta, §. decet, de elect. lib. 6* Itaque cùm Pontifex in Episcoporum promotione non aliud ab ipsis Cardinalibus exquirat, quàm judicium, si propositum Episcopalis dignitatis dignum arbitrentur, ideò non ad aliud obligantur, quàm ad interrogata respondere, illumque approbare, si ita credant: immò & Cardinales omnes tutam respondendi ferendique suffragii rationem colligere posse addit ex testimoniis quatuor Cardinalium in publicam formam redactis, & ab eis subscriptis, quibus inquisitio committitur de promovendi qualitatibus.

Statim ac aliquis certior sit factus, se à Summo 18
Pontifice in Consistorio ad Episcopatum fuisse promotum sive in Curia degat, sive absens sit, priùs amplam coronam sibi in capite decenter formari curabit, statimque Episcopalibus vestibus talaribus violacei coloris se induet, cum mantelletto pariter laneo ejusdem coloris, birreto verò nigro, vel pileo nigro laneo cum chordulis viridi coloris ex serico confectis utetur; nam mozzetta coloris violacei supra rochetum nunquam utitur nisi intra Diœcesim: ex Regulatibus verò Ordinibus promoti retinente colo- 19
rem habitus suæ Religionis possunt se conformare cum Episcopis sæculatibus in forma, seu figura habitûs, ex rituali Clem. VIII. reformato,

tradit

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

tradit Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.*2. *lib* 6. *c.*6. *n.*22. *in fin.* & Tamburin. *de Iure Abbatum*, *tom.*1. *disp.*20. *q.*3 *num.*3. ubique tamen possunt deferre mozzettam ejusdem coloris: Rocheto verò nunquam utuntur, sed loco illius in divinis Officiis adhibent superpelliceum: in birreto & pileo cum
20 aliis Episcopis conveniunt. Assumpti ex ordine Canonicorum Regularium, necnon Clericorum Regularium cujuscumque Ordinis, conveniunt in habitu cum aliis Episcopis, & pariter utuntur rocheto; nam illa mutatio vestium non est ratione statûs, sed ratione habitûs suæ Regulæ, quam sunt professi; & ideò cùm isti tantùm in statu à Clericis secularibus differant, conveniunt cum illis in habitu. Castald. *in dict. prax. caremon. l.b.*1. *sect.*10. *cap.*1. *n.*3. & 4. Tamburin. *d. quæst.*4.
21 *num.*9. *cum seq.* Presbyteri sancti Spiritus, & ex Militiarum Religionum Ordinibus assumpti, putà sancti Joannis, sancti Jacobi, &c. tantùm Crucem ejusdem Ordinis in collo pendentem deferunt supra habitum, Episcopalem, Castald. *ibid. num.*5.

21 Episcopalibus vestibus, ut suprà indutus, si fuerit præsens in Curia, quamprimùm adibit Summum Pontificem, & eis gratias aget, seipsum & Ecclesiam sibi creditam commendabit, & ab eo rochetum accipiet. Deinde singulos DD. Cardinales in eorum domibus visitabit, eis gratias agens, & se, suámque Ecclesiam commendans: absens verò per litteras id præstabit, Castald. *dict. sect.*10 *c.*2. *n.*10.

23 Sic electûs, & canonicè confirmatus habet ea, quæ sunt jurisdictionis, velut excommunicare, suspendere, interdicere, visitare, corrigere, punire, Synodum convocare, beneficia conferre, Ecclesias minores conjungere, & annectere, dividere, voti, & juramenti vincula solvere, quorundam peccatorum absolutiones sibi reservare, *cap. transmissum, cap. nosti, cap. qualiter, de elect. cap. inter corporalia, de transl. Episcop.* Aloys. Ricciul. *in praxi aurea, resol.*136. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*3. *cap.*29. *q.*5. Sanch. *de matrim. lib.*8. *disp.*2. *n.*1. Molin. *de Just. tract.*3. *disp.*28. *n.*19. Jul. Lavor. *var. lucubrat. tom.*1. *tit.*4. *cap.*25. *n.*9. Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.*1. *tit.*1. *cap.*1. *num.*14 & *cap* 4. *n.*7. Sosa *loco infrà citando, num.*77. Et Indulgentias concedere, Felin. *in cap. cum te, num.*5. *de rescript.* Navar. *de Indulg. notab.*31. *num.*3. Greg. Lop. *l.*45. *glos. 1. tit.* 3. *part.*1. Sosa *in libello de la obligacion conque quedan los Religiosos Obispos, n.*70. ubi *num.*95. post Bonif. *in Clem.*2. *num.*98. *de censib.* Tap. *in d. Auth. Ingressi, verb. sua, cap.*6. *n.*68 Suar. *tom.*4. *disput.*27. *sect.*2. *n.*5. resolvit Episcopum Regula-
24 rem à confirmatione libertum fieri à jugo obedientiæ sui superioris. Verùm attentâ noviori dispositione *Extravagantis Injunctæ, de elect. inter communes*, tales Episcopi ad commissas eis Ecclesias, absque litteris Apostolicis accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere, fructúsque percipere non possunt, itaut interim sit irritum quicquid secus per eos actum fuerit. Capitulares verò ipsos recipientes, vel eis obedientes sine prædictis litteris, sunt suspensi à suis beneficiis: ita ex illa Extravaganti colligunt D. Barb. *in l. divortio, in princ. part.*2. *n.*30. *ff. solut. matrim.* Flamin. Paris. *de resig. benef. lib.*8. *quæst.*5. *num.*33. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*5. *c.*29. *q.*9. *vers. cæterùm, & lib* 7. *cap* 1. *quæst.*2. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*4. *collect.*1325. *vers. quia hodie*, Jul. Lavor. *d. cap* 25. *n.*9. *in fin.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.*3. *alleg.*54. *n.*141. Et quoad pœnas procedit decisio ejusdem Extravagantis in foro conscientiæ, Navar. *in cap. accepta, de restit. spol. oppos.*8. *n.*35. *vers.*11. quem refert, & sequitur Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. obedientia, differ.*4. Cardinales autem non obstante dicta Extravaganti, possunt conferre, & jurisdictionem exercere ante captam possessionem, & ostensionem litterarum. Selva *de benef. part.*2. *q.*3. *n.*46. *vers. octavum privilegium.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. glos.*21. *n.*7. Lavor. *d. cap.*25. *n.*10. Ego ipse *d. part.*3. *alleg.*111. *num.*35.

Et hinc resolvit, Suar. *de cens. tom.*5. *disput.*28. 25
*sect.*2. *n.*6. quem refert Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.*1. *tract.*5. *part.*3. *cap.*1. *n.*2. competere Episcopis electis, & confirmatis, licèt nondum consecratis, privilegium capitis *quia periculosum, de sent. excomm. lib.*6. ut generali statuto, vel sententiâ interdicti, aut suspensionis non comprehendantur, nisi eorum expressa mentio fiat, quemadmodum, & alia similia privilegia, ut illud de eligendo Confessore, *cap. ult. de pœnit. & remiss.* Suar. *tom.*4. *disp.*27. *sect.*2. *n.*5. Sosa *in dict. libello, n.*78. Item de usu Altaris portatilis, *cap. ult. de privil. in* 6.

Item causæ hæresis in Episcopo electo, & con- 26
firmato, licèt nondum Consecrato reservantur Papæ, & propterea non potest ab Inquisitoribus Fidei puniri, ut per Illustriss. D. meum Roderic. à Cunha *in tract. de Confess. sollicitant. mulieres in confess. q.*12. *n.*11.

Item Episcopus electus, & confirmatus, etiamsi 27
nondum consecratus, Episcopatui sine Papæ licentia renuntiare non potest, *cap.*2. ibi, *& sic electus, confirmatus, de transl. Episcop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib.*30. *tract.*3. *n.*331. Sanchez *in præcepta decalogi tom.*1. *lib.*4. *cap.*27. *n.*6. Suarez *tom.*3. *de Relig.*1. *cap.*20. *n.*1. Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum Novitiis, disp.*2. *dub.*3. *num.*5. Sosa *d. libello, num.*75.

Multa tamen sunt, quæ Episcopo electo, & con- 28
firmato, minimè tamen consecrato non competunt; & in primis ea omnia, quæ illi tribuuntur per Ordinem sibi collatum in Consecratione Episcopali, ut probatur *d. cap. transmissam*; & quæ sint, tradit gloss. ibi, *verb. talibus*, Rebuff. *in prax. benef. tit. forma Vicariatûs, à n.*3. Hentiq. *d. lib.*10. *cap.*34. *n.*4. Sosa *d. libello, n.*83. Cuch. *in instit. major. tit. de consecrat. Episc. à n.*9. *& tit. de Episcopo, à n.*21. *lib.*2. Bertachin. *de Episcop. lib.*4. *tit. de potest. Episcopi circa spiritualia, à num.*39. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.*2. *q.*2. Potest tamen Episcopus consecratus ea, quæ sunt ordinis delegare. Flores *var. q.*24. *n.*11. Sosa *d. loco, n.*79.

Potest repelli ab Episcopatu, si ante consecra- 29
tionem fiat inhabilis. Joan. Andr. Butr. Cardin. & Imol. *in cap. ex parte, de Cleric. ægrot.* Nav. *in cap. si quando, except.*10. *num.*13. *de rescrip.* Jul. Lavor. *d. cap.*25. *num.*77. Henriq. *lib.*10. *cap.*34. *n.*1. Cuch. *lib.*4. *tit.*4. *num.*48. & 49. *& tit.*5. *num.*29. Sosa *d. tract. de la obligacion conque quedan los Obispos Religiosos, n.*93. Et dum non est consecratis, quamvis sit confirmatus, Ecclesia vocatur vidua. Gloss. *verb. de talibus, in cap. transmissam, de elect.* Sosa *in dict. libello, n.*84. Et non dicitur propriè Episcopus. Cuch. *lib.*4. *tit.*5. *num.*38. Conrad. *in templo omn. Iudic. lib.*2. *cap.*4. *num.*16. *& cap.*5. *num.*6. Felin. *in cap. cum te, num.*1. *& de rescript.* Sosa *in dict. libello, num.*85. ubi *num.*86. ait Doctores asserentes

confirma

confirmatum esse verè Episcopum, esse intelligendos circa ea quæ sunt jurisdictionis.

30 Eum percutientes non incurrunt excommunicationem Bullæ in Cœna Domini. Navarr. *in Manual. cap.27.n.67. vers.octavò*, Lavor. *d.n.77. in fine*, Paul.Laym. *in Theolog.moral lib.4,tract.2. c.12.n.2. vers.quartò*. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part.1. tit.1. cap.4. n.10. & in tract. de appellat. verborum utriusque juris signif.appell.89. num.6.*

31 Non potest in Missa dicere, *Sit nomen Domini benedictum*. Imol. *in cap. Avaritia, de elect. lib.6.* & *ibi* Gemin. Jul. Lavor. *d. c 25. n.78.* Nec habet cognitionem negotiorum magni ponderis; præcipuè si pœnam degradationis mereantur, Abb. *in cap.transmissam*, per textum *ibi,n.4. de elect.* idem Abb. *in cap. at si clerici, n.20. de judic.* Sarmient. *lib.1. select. c.14. n.9.* Sosa *in d. libello, n.82.*

32 Nec civitas, quæ illum occidit, privatur dignitate episcopali, ut per Covar. *lib.2. var.c.8.n.10. vers.his omnibus*, Mandos. *ad reg.16 Cancell.q.19. n.13.* Gonzal. *ad reg.8.Cancell glos.9.§.5 n.27.* Ant.Ricciul *de jure person. extra gremium Ecclesiæ exist.lib.3.c.7. n.9.* quos refero ego ipse *de offic & potest. Episcop. part.3. alleg.57. n.237. secundum Lugdunens. impress.*

33 Et potest suspendi, interdici, seu excommunicari à Vicario Archiepiscopi Metropolitani, etiam eo præsente, quamvis id minimè posset efficere, si Episcopus Suffraganeus esset consecratus, juxta textum *in c.1. §. Officiales, de Offic. Ordin.* Ita ex aliis ego ipse *d.tract part.1. tit.4. n.16.*

34 Tenetur sic electus, & canonicè confirmatus intra tres menses à confirmatione munus consecrationis suæ suscipere, sub pœna amissionis fructuum, etiamsi sit S.R.E.Cardinalis; & si intra tres alios menses id non impleverit, Ecclesia, & Episcopatu ipso jure privatur, ut olim fuerat constitutum in Conc.Chaleed. ut habetur *in cap.quoniam, 75.distinct. & in c.1. distinct.100.* & hodie statuit Concil.Trid.*sess.7 de reform. c.9. & sess.23. etiam de reform. c.2.* docent Sylvest. *verb. consecratio 1. n.4.* Greg.Lop.*lib.27. verb. las mesas, tit.5. part.1.* Henriq. *in sum. lib.10. c.23.n.5. & c.34. num.2.* Sosa *in libello de la obligacion conque quedan los Obispos Religiosos,n.119.* Navar. *in Manual.c.25. n.118.vers.8.* Bertachin. *de Episc.tract.2.lib.3 q.1. pag.81.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. part.1. lib.2. c.97. n 52.* Rendina *in prompt. recept. sent. tit.38 n.13.* Gonzal.*ad reg.8.Canc glos.24.n.141.* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.32.tract.2. n.58.* Camp. *in divers. Jur. Can. rub.6. c.6. n.9.* Molfes. *in sum. Theolog. Moral. tract.6. c.7. n.47.* Filliuc. *tract 41. de benef.c.5.n.23. vers. & quidem primò.* Ugolin. *de offic Episc.c.2. in princ. à n.2.* Castald.*in praxi carem lib.1.sect.10 c.2 n.3.* Sebast. Cæs.*de Eccles hierarch.part.1.disp.6.§.2.n.11.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part.2. alleg.1. n.39.* quod quidem trimestre tempus, infra quod Episcopus confirmatus debet munus consecrationis accipere, incipit currere à tempore habitæ notitiæ confirmationis de sua electione factæ, Henriq.*d.c.23. n.5.* Sosa *in d. libello n.119.in fine*; aliqua tamen possunt occurrere impedimenta, quæ hujusmodi tempus prorogare licitè valeant, Cuch. *lib.4.tit.5. n.24.* Sosa *in d. libello, n.120.* Ego ipse *de Episc. p.1. tit.1. c.5. n.1.*

35 Hæc autem consecratio fieri debet de jure à Metropolitano electi, cujus electus ipse futurus est Suffraganeus, *cap.Episcopi, 24.distinct.* & præsentibus aliis ejusdem Provinciæ Suffraganeis, *cap. ordinatione, 2. dist.64.* qui ad hoc per Metropolitanum vocati tenentur accedere. Cardin. Alex. *in cap. si Episcopus, 18. distinct.* Quarant. *in summ. Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas,n.4. vers. septima*, Marc.Anton.Genuens.*in praxi Archiep. Neap.c.70 n.27.* sed si fuerit ipse Metropolitanus impeditus, id alteri Episcopo committere potest, *cap. quod sedem, de offic. Ordin.* Consecratus tamen sic absente Metropolitano debet eum infra duos menses visitare, ut tenet Præpos. per textum *ibi,in cap. si quis, distinct 65.* ubi illustriss. D.meus Roder. à Cunha *n.1.* nam si inconsulto Primate, seu Metropolitano consecratio Episcoporum Suffraganeorum fieret, ipsi non reciperent executionem, *cap. placet, dist.65.* Innoc. *in cap.nec Episc. de temp. ordin. n.2.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccl. hierarch. p.1. disp.6. §.2. n.9.* Et ideo Episcopus non est ordinandus sine consilio, & præsentia Metropolitani, & Comprovincialium etiam Episcoporum, qui saltem si adesse non possent, propriis litteris consensum suum exprimere debent, ut probatur *cap.non debet,65.distinct* tradunt Azor.*instit. moral.part 2.lib.3.c.30 q.3. in princ.* Paul. Comit. *resp. moral. lib.1. q.48 n.13.* Ego ipse *de offic. & potest.Episcop. part.1.tit.1.cp.5.n.5.* Metropolitanus verò ab omnibus Provinciæ Episcopus congregatis in Sede Metropoleos est ordinandus, ut decrevit Anicetus Papa *in c.1. dist.66.* & Lucius *in cap si Archiepiscopus, de temp.Ordin.* Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Archiepiscopi authoritas,n.4. vers.sexta*, Marc. Ant.Genuens.*in prax, Archiepisc. Neap.c.70. n.26.* Sufficiunt tamen tres, reliquis Suffraganeis per litteras saltem consentientibus. Henriq. *in summ.lib 10. c.24. §.1.* Paul.Comitol. *d. n.13.*

Consecrationi Episcoporum Canones constitutione peculiare tempus scilicet diem dominicum, *cap.qui in aliquo, 51 dist.cap ordinationes, cap quod die dominico, 57. dist.* Sebast.Cæsar. *d. disp 6. §.2. n.12.* Paul.Layman.*in Theolog.moral.lib 5.tract 9. c.8. n.3. & de Trad. Eccles. elect. c.15 quæst.166.* Campan.*in divers Jur.Can.rub 6.cap.4 n 1.* Castal. *in praxi carem.lib.1.sect.17. cap 3 n.1.* ubi subdit, quod die etiam festivo fieri poterit, si Summus Pontifex dispensaverit, semper tamen fit prævio jejunio: decet enim consecratorem, & electum ptidie jejunare. Pontif.Rom. *part.1.tit de consecr. elect. in Episcop. pag.75.* & Ritus Eccl. siæ habet, qui omninò observatur, ut Episcopus die dominica consecretur, tanquam legitimus ejus sponsus, sicut tradit Sot. *de justit. lib 10. quæst.1. art.1. concl.ult.vers.accedit*, quem refert Campan.*d.rub.6. c.3. n.6.*

Utrùm autem is, qui in die sabbati ordinationis generalis Presbyteratûs ordine insignitus fuit, possit sequenti dominica manè in Episcopum consecrari, non interveniente continuatione jejunii; Affirmant Gloss.1.*in fin. in c quod à Patribus, 75. distinct.* Innoc. *in cap litteras, vers. nec valet*, ubi Host. *n.4.vers sed non fingitur*, & Abb. *in fin. de temp.ordin.* Sylvest. *in sum. verb.Ordo,il 2.n.6. vers.Episcopatus autem*, Angel.*cod.verb.6. n.1. in fin.* Henriq.*in sum.lib.10 cap 12. §.2 in fine*, Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib 5. tractat.9. cap.8. num.6.* cujus affirmativæ sententiæ fundamentum est, quia hoc nullibi prohibitum reperitur, etenim Episcopatus quovis die dominico conferri potest,

ut

Biblioteca de Ciències Socials

ut suprà præcedenti numero vidimus; consequenter etiam eo, qui est post Sabbatum Ordinationis generalis. Neque Canones cùm aliquot dierum interstitium requirunt inter Ordines sacros eidem conferendos, de Episcopatu loquuntur, sed de iis Ordinibus tantùm, qui in Ordinatis generali Ordinatione conferri solent; additque Henriq. *d.* §. 2. *in comm. lit. Q*, rationem adjungens, quia idem character est Episcopi, & Sacerdotis, & ex utroque fit unus Ordo, nec novus imprimitur character, sed impressus per sacerdotalem Ordinem perfectione quadam addita extenditur. Verùm hæc ratio non subsistit secundùm nostram opinionem, quam firmavimus, *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 1. *num* 18. asserentes Episcopatum esse Ordinem à Sacerdotio distinctum; & post Navar. Petr. Sot. Bellarm. Valent. & alios resolvit Campan. *d. rub.* 6. *cap.* 4. *num.* 4. ubi videtur ex eo colligere: non esse veram communem sententiam, de qua etiam dubitat Suar. Imò contra illum scripsit *de censur. disp.* 32. *sect.* 1. *num.* 41. Quidquid tamen sit, illud verissimum judico, quod ex dis- 43
pensatione Papali ad Sacerdotium in die Dominica promotus, non utique potest eadem die consecrari Episcopus, ut per Innoc. *in d. cap. litteras*, Campan. *d. rubr.* 6. *cap.* 4. *num.* 5. quos refero *d. alleg.* 1. *num.* 46.

44 Locus autem idoneus pro illorum consecratione, si extra Curiam fiat, est Ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in Provincia, si commodè fieri poterit, consecratio celebretur, ut disponit Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 2. Henriq. *d. lib.* 10 *cap.* 25. §. 5. *in princ.* Less. *de just. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 103. Ego ipse *d. alleg.* 1. *n.* 4. Layman. *dict. cap.* 15. *quæst.* 166.

45 Hodie verò cùm omnes à Papa eliguntur, sicut suprà dixi, si sint extra urbem, solent de ejus mandato per litteras Apostolicas Consecratori sibi benè viso expeditas consecrari; si verò fuerint in Curia, per mandatum à Camera Apostolica emanatum; vel si Consecrator fuerit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, per Commissionem vivæ vocis oraculo à Summo Pontifice ipsi factam, ut ait Castald. *d. cap.* 2. *n.* 7.

46 Fieri autem debet cujuslibet Episcopi Consecratio cum Missa, *in qua inter* Epistolam, & Evangelium consecratur Episcopus, *cap. quod sicut*, §. 1. *de elect.* & idcò tunc non potest Ordines con- 47
ferre, quia Consecratus concelebrat pariter Celebranti: solus verò Papa in die Consecrationis suæ 48
Ordines conferre potest, quia ante Hymnum Angelicum consecratur; & ipse Missarum solemnia incipit, & perficit, ut inquit textus *in dict.* §. 1. & notat Durand. *in rational. divinor. off. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 12. Hæc tamen Missa, in qua consecratur Epis- 49
copus, non est de essentia Consecrationis Episcopalis, sed solùm ad solennitatem, & reverentiam fuit instituta, ut benè resolvunt Gloss. 1. *in d.* §. Turrecr. *in cap. Ordinationes*, *n.* 10. *distinct.* 75. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 34. §. 3. Sebast. Cæs. *dict.* 50
disp. 6 §. 2. *n.* 15. Fit etiam cujuslibet Episcopi Consecratio à tribus Episcopis, & non paucioribus, *cap.* 1. *cap. Comprovinciales, & cap. pen.* 64 *dist. cap. porrò*, 66. *dist. c. Archiepiscopus*, *c. nec Episcopi de tempor. ord.* Selv. *de benef. part.* 3. *q.* 38. *n.* 3. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 7. §. 3. *& c.* 24. § 1. Vasq. *de ordine, disput.* 243. *c.* 6. Marc. Anton. Genuens. *d. cap.* 70. *n.* 26. Fillinc. *tom.* 1. *tract* 9 *de sacr. Ordinis*, *c.* 5. *num.* 106. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 30. *q.* 3. *vers. quæret item quisnam.* Ego ipse *d. p.* 2. *allegat.* 1. *n.* 45. Qui & ratione, & exemplo requiruntur. Ratione, ne tantum beneficium videatur furtivè præstitum, & pro illo pariter preces ad Deum effundant. Et exemplo, quia & Jacobus frater Domini à Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis ordinatus fuit, *d. c. porrò.* Durand. *in ration. divinor. Offic. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 7. *&* 9. Anton. August. *in epit. Juris Pontif. veteris, lib.* 4. *tit.* 17. Ego ipse *p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *n.* 3.

Controversia tamen est, utrùm ad hanc ordina- 51
tionem ita tres requirantur, ut si fiat à paucioribus, nulla omninò sit ordinatio? de qua vide S. Antonin. *in summ. part.* 3. *tit.* 14. *cap.* 16. §. 9. *post. med.* Sylvest. *in sum. verb. consecratio*, 1. *in princip.* Armil. *eod. verb. n.* 2. Vasq. *dict. c.* 6. *n.* 59. *cum seqq.* Azor. *loco proximè citato.* Ægid. de Coninck. *disp.* 20. *dub.* 9. *concl.* 5. Layman. *in summ. Theologiæ moralis, lib.* 3. *tract.* 9. *c.* 3. *n.* 1. *versic. nota*; qui resolvunt, quod authoritate Summi Pontificis, sive generalis Concilii, seu Ecclesiæ concedi potest & institui, ut unus Episcopus justis de causis Episcopum consecret, eo quòd non Christus Dominus, sed Apostoli constituerunt, ut Episcopus à tribus Episcopis consecretur; ac Apostolorum Decretum, quando juris divini non est, potest Ecclesia mutare, cùm justa subest causa, uti in multis quoque Decretis Apostolorum id Ecclesiam fecisse constat: & patet, quia sæpè Pontifex ex causa in hoc dispensat, ut fecit Gregorius I. in Anglia, & Gregorius XIII. cum Patriarcha Æthiopiæ, sicut ex Henriq. refert Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. part.* 1. *disput.* 6. §. 2. *n.* 8. id multis confirmans, & respondet ad textum *in c. porrò*, 66. *distinct.* ibi, *formam nihil evincere:* quia forma ibi non accipitur pro substantia rei, sed tantùm pro ritu, seu cæremonia, quam Apostoli successoribus relinquere volebant. Neque semper forma censetur substantialis, sed illa tantùm, quæ vel ex materia subjecta, vel ex mente constituentis talis apparet, ex sententia Glossæ ultimæ *c. cùm consideres, de sent. excommun.* Jura verò, quæ aliquando asserunt aliter factam ordinationem irritam esse, ut *in cap. Archiepiscopus*, 66. *distinct. & alibi*, intelligi debent non quantum ad veritatem Sacramenti, sed quoad executionem officii Pastoralis, ut optimè declarat Gloss. *in dict. c. Archiepiscopus*, quidquid dicant Durand. *in ration. divin. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 7. *&* 9. & Ant. August. *in epit. Juris Pontificii veteris*, *lib.* 4. *tit.* 17.

Utrum verò solo verbo Papa possit creare Epis- 53
copos; quæstio est dubia. In affirmativam partem inclinant Felin. *in cap. meminimus*, *n.* 2. *vers. limita, de accusat.* Bursat. *cons.* 393. *num.* 4. *volum.* 4. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 8. *q.* 5. *num.* 34. Card. Tusch. *tom.* 3. *littera E*, *concl.* 233. *num.* 10. ubi alios referunt, & Scot. *in* 4. *dist.* 7. *q.* 1. *de confirmat. versus finem*, supponere videtur Papam absentem posse consecrare Episcopos solo verbo: quæ opinio mihi non placet, per ea, quæ dixi infrà *hoc eod. lib. c.* 34. *num.* 11. & suprà *c.* 8. *n.* 7. *cum seqq.* ubi probavi Episcopatum esse Sacramentum, & ordinem: Sacramenta autem omnia constant materia, & forma quæ pro libito variari non possunt, ut salva sit eorum substantia, sicut ait Conc. Trid. *sess.* 21. *c.* 2.

De forma consecrationis Episcoporum ne- 54
cesse est, ut aliquid in præsenti dicamus. In primis, consecrator sacris indutus in medio sedet vertens renes altari; electus verò cum birreto medius inter assistentes Episcopos paratos, & mitratos

tratos ducitur ad Conſecratorem ; quò cùm pervenerint, ei reverentiam faciunt , electus nudato capite : Aſſiſtentes verò cum Mitra caput tantùm inclinant. Sedent deinde omnes ante Conſecratorem; ubi aliquantulum quieverint, ſurgunt, electus ſine birreto , & Aſſiſtentes Mitris depoſitis ; ſenior rogat Conſecratorem formâ in Pontificali traditâ, & ſi legendum ſit mandatum , omnes ſedent tectis capitibus ; quòd ſi non ſi legendum , primo Aſſiſtente dicente , *Habemus viva vocis Oraculum*, Conſecrator reſpondet , *Deo gratias*. Electus coram celebrante genuflexus legit de verbo ad verbum juramentum , juxta formam præſcriptam, Aſſiſtentibus interim ſedentibus cum Mitris , & in fine electus ambabus manibus textum Evangelii in gremio Conſecratoris à Magiſtro cæremoniarum appoſitum tangens adhuc genuflexus dicit , *ſic me Deus adjuvet* , &c. Conſecrator ſubdit, *Deo gratias*.

54 Præſtito juramento electus & Aſſiſtentes in ſuis locis ſedent , Conſecrator verò proſequitur examen Concilii Carthaginenſis IV. *in cap. qui Epiſcopus ordinandus* , 25. *diſt.* quod legi debet ſemper in ſingulari , etiamſi plures examinentur. Aſſiſtentes verò ſedentes cum Mitris , eadem ſubmiſſa voce dicent, quæ Conſecrator : & electus ad ſingulas interrogationes detecto capite reſpondens aſſurgit ; & ſi plures ſint electi , ſucceſſivè quiſque reſpondebit. Ad hoc Fidei examen promovendus ſeſe confert , ſitque inquiſitio , An doctrinam veteris , & novi Teſtamenti , cujus Magiſter & interpres eſſe debet , rectè norit ? Et num prudentiam ſuam quantum illius capax eſt natura , divinæ Scripturæ ſenſibus accommodare velit? Hæc dum ſanctè profeſſus fuerit ; proponitur illi univerſæ Fidei ſumma , eorum præſertim capitum , quibus univerſa Religio Chriſtiana continetur : Summæ ſcilicet , ac Diviniſſimæ Trinitatis confeſſio , Incarnationis , ſalutiſque noſtræ œconomia, ſpes vitæ , & reſurrectionis futuræ , Sanctorum communio , ac unius ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ auctoritas. Interrogetur, num ea , quæ ex divinis Scripturis legit & intelligit plebem , cui ordinandus eſt , & verbis , & exemplis docere queat ? Num velit Traditiones Orthodoxorum Patrum , ac Decretales Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis Conſtitutiones veneranter ſuſcipere , docere, ac ſervare ? Num B. Petro Apoſtolo , cui à Deo data eſt poteſtas ligandi , atque ſolvendi , ejuſque Vicario Domino noſtro, ſuiſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus , fidem , ſubjectionem , & obedientiam ſecundùm Canonicam auctoritatem per omnia exhibere ? Num mores ab omni malo temperare , & quantum poterit, Domino adjuvante , ad omne bonum commutare, & ſobrietatem cum Dei auxilio cuſtodire , & docere , divinis ſemper negotiis mancipari , & à terrenis , vel lucris turpibus alienus eſſe ne ſcilicet oculos , qui moderandis greſſibus præeunt , cura pulveris obſcuret ? Num humilitatem , & patientiam in ſeipſo cuſtodire , & alios ſimiliter docere velit ? pauperibus item, & peregrinis, omnibuſque indigentibus propter nomen Domini affabilis , & miſericors eſſe? Quæ omnia , ubi ille ſanctè , & bona fide ſervaturum ſe , quantum humana fert conditio , promiſerit , ſumma ejus oneris , quod ſubeundum eſt , ad oculos illi, tanquam in compendium ponitur ; Epiſcopum oportere Indicare , Interpretari , Conſecrare , Ordinare, Offerre, Baptizare , & Confirmare.

Fidei abſoluto examine , ad Conſecratorem ductus electus ad Epiſcopis Aſſiſtentibus , genuflexus ejus manum oſculatur. Deindè Conſecrator deſcendens ante gradus Altaris , ibi depoſitâ Mitrâ facit more ſolito Confeſſionem , electo à ſiniſtris ejus aſſiſtente ; Epiſcopi verò Aſſiſtentes in ſuis ſcabellis cum ſuis miniſtris pariter faciunt Confeſſionem. Eâ completâ , Conſecrator Altare aſcendens , legit Miſſam uſque ad Alleluia , vel ultimum verſum Tractus excluſivè ; quibus dictis ſedet cum Mitra in faldiſtorio in Medio Altaris ſibi præparato ; electus verò cum Aſſiſtentibus ad ſuam Capellam accedens deponit Pluviale , & accipit ſandalia , quibus calceantur pedes ad annuntiandum Evangelium pacis, ut eat, non ſtet ; laboret , non otioſus deliteſcat. Deindè accipit Crucem pectoralem , & ſtola ei aptatur ; poſteà Tunicellâ , Dalmaticâ , & Caſulâ induitur , & ſic indutus in ſuo Altari medius inter Epiſcopos Aſſiſtentes Miſſam legit. 55

Dicto Graduali , vel Tractu, uſque ad ultimum verſiculum excluſivè , ut ſuprà , Aſſiſtentes ducunt electum ad Conſecratorem in faldiſtorio ſedentem , quò pervenientes , electus depoſito birreto caput profundè inclinat , ipſi verò cum Mitris aliquantulum ſe inclinantes Conſecratorem reverentur ; deinde ſedentibus omnibus , Conſecrator monens electum de ſuo munere, dicit: *Epiſcopum oportet , &c.* & ſurgentibus omnibus , Conſecrator ſtans cum Mitra eos hortatur , ut orent pro electo, dicens, *Oremus dilectiſſimi, &c.* Ad Litanias omnes procumbunt , quibus dictis ſurgunt omnes , & manus Conſecrando imponunt , dicentes , *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* & Conſecrator genibus flexis verſùs Altare , omnibus pariter genuflexis, incipit Hymnum , *Veni Creator Spiritus, &c.* aliis proſequentibus uſque ad finem. Et nota, quod impoſitio illa manuum tium Epiſcoporum eſt materia , quâ Epiſcopus conſecratur; illa autem verba , *Accipe Spiritum Sanctum* , forma ſunt hujus Sacramenti. Hentiq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 7. §. 3. Vaſq. *in* 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 240. *c.* 5. *n.* 58. Layman. *lib.* 5. *tract.* 9. *c.* 25. *num.* 1. Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch. p.* 1. *diſp.* 6 §. 2 *num.* 2. & 3. ubi *num.* 4 ſubdit, quod cæteræ ſolemnitates infrà referendæ ſubſtantiales non ſunt , ſed tantùm quædam cæremoniæ ad majorem reverentiam. 56

Sancto Chriſmate pollice dextero Conſecrator inungit caput electi coram ſe genuflexi, ut auctoritas , & dignitas ejus declaretur , cum ſcilicet eſſe caput , & Principem Eccleſiæ ſuæ , quomodò vir uxoris ſuæ caput dictus eſt ; ut oſtendatur eum eſſe Vicarium Chriſti ; ejuſque dignitatem , & auctoritatem gerere , qui eſt ſuper omnia , & quem conſtituit Deus caput ſuper omnem Eccleſiam. Ideò Reges non jam in capite , ſed in humero ungantur. Primùm , ut is proprius honor ſit illius, quem Deus conſtituit excelſum ſuper omnes Reges terræ , & quem oleo lætitiæ excellentiùs , & auguſtiùs unxit præ conſortibus ſuis. Deinde , ut oſtendatur , quod primò ante omnes Reges , & Principes perſona capitis Pontificali officio repræſentetur. Ungitur tamen & Rex in humero, ut neque ipſe planè excludatur à repræſentatione ejuſdem capitis ; *nam & hujus Principatus* , ut dicit Iſaias 9. *fuit ſuper humerum ejus* ; & ut ſciat ſe eſſe Miniſtrum ac portandam Crucem JESU-CHRISTI, laudem bonorum, vindictam autem malorum , Apoſt. *ad Rom.* 15. 57 58

Deinde Conſecrator manus electi ante ſe genu- 59

nuſiexi inungit cum Chriſmate; primùm propter officium, & miniſterium ejus, ut ſe ſciat dignitatem, non propter otium, ſed propter negotium ſuſcipere, ut ſciat ex illo ſe numero operariorum eſſe debere, qui ſuſtinent pondus diei & æſtum: tum etiam, ut illis manibus adſit virtus Spiritus ſancti, eas teneat, & dirigat, cum illis laboret & operetur, & quidquid benedixerit, benedicatur; quidquid ſanctificaverit, ſanctificetur. Demùm unguntur manus ejus ut operentur bonum ad omnes quidem, ſed maximè domeſticos Fidei, ut manus ſuas mittat ad fortia; ut panem otioſum non comedat, 60 ut manus ejus diſtillent myrrham; ut ſit beatus ſervus ille, quem cùm venerit Dominus, invenerit vigilantem, & operantem. Adverte tamen, quod ſupradictam unctionem Chriſmatis, quæ ponitur in capite, & manibus Epiſcopi, juxta textum *in c.1. de ſacr. Unct.* non eſſe de eſſentia hujus ordinationis, itaut ſine illa non valeat; ſed ſolùm pertinere ad ritum & ſolennitatem: nam per hujuſmodi unctionem non traditur aliqua Epiſcopalis poteſtas, ſed tantùm tradita ſignificatur, & tantummodò fit ob rationes, de quibus *in d.c.1. in princ.* unde non pertinet ad formam, aut materiam Ordinationis, ac proindè de ſubſtantia eſſe non poteſt. Ita Henr. *in ſum. lib.10. c.7. §.3.* Seb.Cæſ. *d.diſp.6 §.2 n.5.*

61 Peracto conſecrationis Sacramento, Conſecratus jam ad ſpiritualem œconomiam, ſanctæque prolis gubernationem ſeſe confert. Armatur igitur, & inſtruitur, accipitque regendæ, & gubernandæ familiæ inſtrumenta ac gubernacula. Traditur in primis in manus novi Antiſtitis conſecratum Baculum, auctoritatis ſcilicet, & diſciplinæ inſigne, ſuſtentaculum imbecillitatis humanæ, ut ſit in coërcendis vitiis piè ſæviens, judicium ſine ira tenens; in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens; in tranquillitate ſeveritatis cenſuram non deſerens: ut revocet errantes, regat juſtos, pungat, & ſtimulet ignavos, & inertes, repellat nocentes, ac juxta Ezech.c.34. *Attrahat vagum, ſuſtentet languidum, ſtimulet pigrum*; portet in humeris ſuis, exemplo Principis Paſtorum, ægros, & debiles. [Ut increduli (inquit Bernard. *lib.3. de conſid.*) convertantur ad fidem, converſi non avertantur, averſi revertantur, perverſi ordinentur ad rectitudinem, ſubverſi ad veritatem revocentur, ſubvertores convincantur, ut vel emendentur ipſi, ſi fieri poteſt, vel ſi non, perdant auctoritatem, facultatemque alios ſubvertendi. Negligenter paſcens toties commendatum Dominicum gregem (inquit Leo Magnus) convincitur ſummum non amare Paſtorem.] Quod verò Baculus eſt acutus in fine, rectus in medio, & retortus in ſummo, deſignat quod Pontifex debet pungere pigros, regere debiles ſui rectitudine, & colligere vagos, ut benè advertunt Durand. *in ration. divin. Offic. lib.3.c.15.n.4.* Hieron. Vieml. *de Epiſcopis titular.p.2.pag.13.* Barth.Gavant. *in comment. rubr. Miſſal. & breviar.tom.1.p.2.tit.1. n.8. & p.6. tit.3. § 3.* Moſcon. *in tract. de Majeſtate Militant. Eccleſiæ, p.1.lib.1.cap.8.verſ. Item Baculus,* Tamburin. *de Jure Abbatum tom.1. diſp.10 q.1.n.4. & q.2. in fine*, noviſſimè frater meus Simon Vas Barboſa *in tract. de ſignificatis myſteriosis Officii divini, & ſacrificii Miſſæ, cap.22. n.7.*

62 Verùm, cùm hoc regimen non tam timoris, quàm amoris ſit, non tam ſeveritatis, quàm charitatis; nam & Chriſtus Dominus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, *Joan.ult.* & cùm quem Vicarium loco ſui relicturus erat, prius quam illi deſponderet, ter interrogavit, Num ſe diligeret, & propter ſe Sponſam ſuam? quod cùm ille ſummâ aſſeveratione ter profeſſus fuiſſet, tunc demùm illud audivit, *Paſce oves meas, paſce agnos meos.* Ejus igitur in amoris, & charitatis ſymbolum facer Conſecrator novo Spoſo tribuit conſecratum Annulum, Fidei ſcilicet ſignaculum, quatenus Sponſam Dei, ſanctam videlicet Eccleſiam intemerata fide ornatus illibatè cuſtodiat. Durant. *d. lib 3. cap.14.* Frater meus Simon Vas Barboſa *d. tract. de ſignificatis myſteriosis Officii divini, & ſacrificii Miſſæ, c.12. n.6.* Moſcon. *d.c.8 verſ. Item annulus*, Tamburin. *d diſp.20.q.1.n.5. & q.2. in fine, verſ. annulus*, ubi ſubdit Sacrorum Rituum Congregationem cenſuiſſe ſub die 11. Februarii 1623. annulum in Miſſa geſtare prohibitum eſſe etiam Protonotarii non participantibus, & quibuſcumque Doctoribus.

Hinc Conſecrator novo Præſuli Evangeliorum 63
Librum tradit. *Accipe*, inquit, *Evangelium, & vade: prædica Populo tibi commiſſo, potens eſt enim Deus, ut augeat tibi gratiam ſuam.* Quaſi diceret, Ne putes, in Paulo & Petro, Tito & Timotheo, Chryſoſtomo, & Auguſtino munus, & functionem Apoſtolicam deſiiſſe: ne putes cœleſtem illam benedictionem & auxilium æterni Patris ſublatum eſſe, quo illi ſubnixi, profecti annunciaverunt Evangelium univerſo Mundo; potens enim eſt Deus etiam tibi dare gratiam ſuam, ac per te ſimilia operari. [Etſi enim illi plus omnibus (inquit Bernard. *lib.2. de conſid.*) laboraverunt, non tamen totum laboraverunt, & tibi adhuc locus relictus eſt. Neque te illud tantoperè terreat, quòd ſublimibus humanæ ſapientiæ verbis careas, quòd ſerius ad Sacratum Litterarum lectionem acceſſiſti, quòd nunquam Cathedram Doctoris conſcenderis. Audi, & fac aliquid, potens eſt enim Deus tibi augere gratiam ſuam, nihil agentem impoſſibile eſt benè operari, melius ſerò, quàm nunquam; nam, & undecim horæ operarii diurnum acceperunt denarium.] Matth.20. &c.

Poſteà accipiens novus Pontifex à ſuo Conſe- 64
cratore, ac reliquis Aſſiſtentibus oſculum Pacis, Conſecrator depoſitâ Mitrâ, & amoto faldiſtorio, ſtans ad Altare procedit ad Miſſam uſque ad Offertorium incluſivè, ac deinceps hoc tempore, quo Populus Chriſtianis dona, & munera ad Altare Dei, more veteri, eoque laudatiſſimo afferre ſolet, ipſe quoque Conſecratus ſuo Conſecratori tanquam ſpirituali Patri munera offert; ſunt autem ea ex antiquiſſima Melchiadis Pontificis inſtitutione, panis & vinum, duo ſcilicet panes, & duo barilia vini; quibus duæ anteferuntur faces accenſæ. Offert panem, & vinum, vel ut oſtendat ſe in ejus Sacerdotis functionem, & munus ſuccedere, cui ſine omni in futurum pœnitentia juravit Dominus eum eſſe Sacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech. Vel, ut quidem ego judico, ad deſignandam paupertatem Epiſcoporum primitivæ illius Eccleſiæ, in qua ſummæ opes, ſummæ divitiæ, panis, & vinum fuerunt. Dantur autem hæc munera clara luce, & amplius duabus facibus accenſis, ne quid inter hæc levia munera ſpecioſum colore, pondere pretioſum (ſcitis quid intelligam) ſubrepat, ac ſubjiciatur. Malè enim agitur cùm ea, quæ virtuti, & pietati debentur, aſino onuſto auro conferuntur. Aſſumitur demùm novus Antiſtes à ſuo Conſecratore in communionem, & participationem orationis, ac myſticæ Menſæ. Hoc modo Conſecratus proſequitur cum Conſecratore, Orationes ante communionem cum illo pariter dicens, *Panem Cœleſtem, &c.*

&

&, *Domine non ſum dignus.* Et dum Conſecrator Corpus, & Sanguinem Domini ſumit, ipſe ſtat profundè inclinatus. Priuſquam Conſecrator ſe purificets Conſecratus ad ejus dexteram inclinatus, priùs Corpus, deinde Sanguinem de manu Conſecratoris ſumit.

65 Sumptâ Communione, & proſequutâ Miſſâ uſque ad datam benedictionem incluſivè, reponitur faldiſtorium ante medium Altaris, & Conſecrator cum Mitra in eo ſedet, Conſecratus verò ante ipſum cum birreto in capite genuflectit, & Conſecrator, adjuvantibus Epiſcopis aſſiſtentibus, Mitram benedictam in capite conſecrati imponit. Mitra hæc ſcientiam utriuſque Teſtamenti deſignat; duo namque illius cornua duo ſunt Teſtamenta, anterius Novum, poſterius Vetus, quæ duo Epiſcopus memoriter debet ſcire, *cap. Epiſcopus* 23. *q.* 1. Armatus ſic novus Præſul hac ſacra cidari, bicornique galeâ cum Patris Omnipotentis invocatione Fidei inimicos ferire debet; nam & illâ armatus Petrus Neroni, Liberius Conſtantio, Ambroſius Theodoſio, Baſilius Valentino, Chryſoſtomus Arcadio, Leo Genſerico, atque Attilæ, aliique quamplurimi fortiter reſtiterunt, terribiléſque apparuerunt.

66 Conſecrator tunc ſurgens accipit dexteram manum Conſecrati, & primus ex Aſſiſtentibus ſiniſtram, & inthronizant eum ponendo ipſum ad ſedendum in faldiſtorio, de quo ſurrexerat Conſecrator: vel ſi in ſua Cathedrali fuerit, inthronizant eum in Sede Epiſcopali conſueta. Et ſic collocatur jam Epiſcopus, id eſt, *inſpectior omnium in editiori ſupra omnes loco* (inquit Ambroſ. *de dignit. Sacerdotali, cap.* 6.) *ut ita cunctos reſpiciat, & cunctorum oculi in eum reſpiciant.* Cujus loci conſideratio (inquit Bernard. *lib.* 2. *de conſiderat.*) facit honoris contemptorem in honore etiam ipſo. In alto poſitum non altum ſapere difficile eſt, & omninò inuſitatum; ſed quantò inuſitatius, tantò glorioſius. Timor de adepta jam altitudine tædere magis facit, quàm placere ipſam altitudinem. Nulla ſplendidor gemma in omni præcipuè ornatu Pontificis ipsâ humilitate; quo enim celſior cæteris, eo humilitate apparet illuſtrior, & ſeipſo. Blanditur Cathedra, ſpecula eſt, non domus: qui elevavit, dejicere poteſt: conſideras gradum, & caſum metuo: conſideras faſtigium dignitatis, & video faciem abyſſi deorſum; occupare enim locum, & non facere fructum, nec loco expedit, nec perſonæ.

67 Deinde Conſecrator Baculum tradit in ſiniſtra manu Conſecrati, & depoſitâ Mitrâ, converſus ad Altare incipit Hymnum, *Te Deum laudamus*, cæteris proſequentibus; & tunc Conſecratus ab Aſſiſtentibus Mitratis ducitur per Eccleſiam, omnibus interim benedicendo, ut omnibus innoteſcat. Commendator ſummo Paſtori, & Rectori omnium Deo, ut quem Eccleſiæ ſuæ præeſſe noluit, propitius reſpiciat; det illi verbo, & exemplo, quibus præeſt, proficere, & ad vitam unà cum grege ſibi credito ſempiternam pervenire.

68 Ad altare poſtmodùm reverſus, Conſecratus ſedet in faldiſtorio donec finiatur Hymnus, & dictâ Antiphonâ, *Firmetur manus tua*, per Conſecratorem, cum verſiculo, & Oratione, *Deus omnium fidelium, &c.* Conſecratus ſurgens cum Mitra, & Baculo in medio Altaris, dat ſolennem benedictionem, quâ datâ, genuflexus ante Conſecratorem dicit cantando, *Ad multos annos.*

69 Illud advertere oportet, quod ſi plures ſimul Epiſcopi ordinentur, ſinguli habeant ſuos Epiſcopos Aſſiſtentes, & reliquos Miniſtros diſtinctos, Capellanos ſcilicet, & Scutiferos: ſingulis ſigillatim juramentum præſtent: ſingulis interrogationibus quiſque ſigillatim reſpondeat. Ad Litanias omnibus ſimul datur benedictio, dicturque: *Ut hos præſentes electos*; & in Orationibus mutatur numerus ſingularis in pluralem. Singulis ſuus Liber Evangeliorum ſuper ſcapulas imponitur, ſingulis imponuntur manus à Conſecratore, & aſſiſtentibus, dicendo ſingulis, *Accipe Spiritum ſanctum.* Singuli ſeorſum unguntur, & verba Conſecrationis ſingulis repetuntur, tam in capitis, quàm manuum unctionibus ſigillatim: ſingulis traditur Baculus, & ſigillatim pariter imponitur Annulus cum debita verborum prolatione ſingulis repetita. Sigillatim ſingulis poſt conſecrationem datur pacis oſculum. Ad Offertorium ſinguli offerunt, primò ſenior, deinde junior, ſuo ordine. Ad altare Conſecrati in medio, Aſſiſtentes à lateribus ſemper adſtant ipſos adjuvantes, primi videlicet Aſſiſtentes à dextris, ſecundi à ſiniſtris. In Communionem ex eadem Hoſtia, & eodem Calice participant, primò ſenior, deinde junior: ſimiliter eodem ordine ſumptâ ſacrâ Communione purificant. Singulis ſua Mitra imponitur, ac pariter chirothecæ. Unus poſt alium inthronizatur, vel in eadem ſede; vel quo magis placet, in diſtinctis ſedibus. Simul procedunt per Eccleſiam, benedicendo omnes, & redeuntes quilibet ſedet in ſuo faldiſtorio, vel ſede: ſinguli unus poſt alium dant benedictionem populo. Singuli quoque acclamationes faciunt unus poſt alium genuflexi, dicentes, *Ad multos annos.* Utrùm autem Epiſcopus Conſecratus ab Epiſcopis excommunicatis, vel ſuſpenſis recipiat conſecrationem Epiſcopalem? Vide quæ dixi *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 48. *n.* 11.

Quæſtio eſt ſatis dubia in hac materia, utrùm 70
ſcilicet per hanc conſecrationem Epiſcopus contrahat vinculum cum Eccleſiam, ad quam ordinatus eſt, jure divino indiſſolubili, vel non? In qua rejecta Hoſtienſis diſtinctione *in ſum. de tranſlat. Epiſc. §. cujus autem, n.* 5. *in fine*, conſtituentis differentiam inter vinculum, quo ligatur Epiſcopus Eccleſiæ generali, & vinculum, quo ligatur Eccleſiæ Cathedrali, Vaſq. *in* 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 241. *c.* 1. 3. & 3. aſſerit vinculum, quo Epiſcopus ligatur ſuæ Eccleſiæ, jure divino, & naturali indiſſolubile eſſe, & hoc deducit ex variis Pontificum ſanctionibus agnoſcentibus hoc matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & ſuam Eccleſiam, ut ſunt Calixtus *in epiſt.* 2. *ad omnes Galliarum Epiſcopos, cap.* 3. relatus *in cap. ſicut* 7. *q.* 1. & Innoc. III. *in cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſc.* ib.: Cum ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quàm carnale, dubitari non debet, quin Omnipotens Deus ſpirituale conjugium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, ſuo tantùm Judicio reſervaverit diſſolvendum, &c. Ex his, & aliis Juribus ita tradunt Azor. *Inſt. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 29. *q.* 3. *verſ. quæſtio igitur eſt*, Valer. Regiuald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 257.

Verùm hæc ſententia non videtur poſſe defen- 71
di, cùm videamus fieri per Summum Pontifice quotidie tranſlationem Epiſcoporum, quæ utique fieri non poſſent, niſi vinculum cum priori Eccleſia diſſolveretur, alioquin non fieret tranſlatio, ſed multiplicatio Epiſcopatuum in eadem perſona, quod nullo modo eſt dicendum. Quare noſtri Juris Profeſſores *in d. cap. inter corporalia*, & *in c. licet, eod. tit.* ubi Card. *n.* 1. & 3. Imol. *n.* 2. Abb. *n.* 3. & 4. & ex Theologis Petr. Ledeſm. *de matrim. q.* 53. *art.* 5.

Biblioteca de Ciències Socials

post conclus. 3. 6 *vers. sed ut hæc*, Sanch. *eod. tract. lib.* 7. *disput.* 28. *n.* 13. Sanch. *de Relig. tom.* 3. *lib* 1. *c* 16. *per tot.* indistinctè tenent vinculum, quo Episcopus ligatur Ecclesiæ, jure tantùm humano, seu Pontificio confirmari; quia si hoc vinculum esset jure divino indissolubile, vel esset jure divino positivo, vel naturali: de primo non extat locus: de secundo etiam patet, quia ex sola ratione naturali fundamentum talis juris divini minimè ostendi potest, & ex traditione Ecclesiæ contrarium constat.

71 Non obstant jura illa, in quibus hæc unio Episcopi cum sua Ecclesia conjugium spirituale vocatur, quia respondetur hoc esse per quandam similitudinem ad matrimonium carnale; nam comparatio illa cum matrimonio non est per convenientiam univocam, sed per quandam proportionalitatem; idcò necessariam non est, ut in omnibus proprietatibus æqualitatem, aut similitudinem teneant, & maximè in naturali vinculi indissolubilitate. Ad textum verò *in d. c. inter corporalia*, dum ait Deum sibi reservare hujus vinculi Episcopalis dissolutionem, facilè respondetur, si hoc explices per verba quædam, quæ inferiùs subdit: [Non enim humanâ, sed potius divinâ potestate conjugium spirituale dissolvitur, cùm per translationem, depositionem, aut cessationem, auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Episcopus de Ecclesia removetur.] Ergo eo modo, quo dissolvitur illud vinculum auctoritate divina, eo modo vinculum factum est indissolubile auctoritate divina, id est auctoritate divinitùs datâ Vicario suo: nam sicut Deus solvit per suum Vicarium, ita per eundem reservavit; in quo sensu explicant Doctores hæc verba in eodem *cap. inter corporalia*: illa tria sunt reservata Romano Pontifici, non tam constitutione canonica, quàm auctoritate divina, quia ipsa constitutio canonica in auctoritate divina fundata est.

72 Sed remanet alia quæstio non minùs controversa, utrum si Generalis, Provincialis, seu alius Prælatus inferior in Episcopum eligatur, vacet Prælatura à tempore electionis, aut præsentationis, seu à tempore confirmationis, vel post consecrationem? Una opinio tenet statim vacare Prælaturam ubi primùm Episcopatum acceptaverit, Fr. Emman. *in summ. tom.* 4. *cap.* 67. *n.* 33. Maurit. de Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 40. Alii rectiùs existimarunt vacare statim post confirmationem, quia cùm post illam à Prælati majoris obedientia immunis & liber remaneat, nec ob id indigeat illius licentia ad consecrationem, sicut indiget ad acceptandum, ut probat Sosa *d. tract. num.* 44. & 45. nil mirum si dum libertatem ab obedientia est consequutus, statim eandem amittat, quam ei dare debebant sui subditi. Villalob. *in summ. part.* 2. *tract.* 25. *diffic.* 41. *n.* 5. Sosa *in d. libello*, *n.* 124. Sed rectissimè alii sentiunt, non vacare nisi post consecrationem. Laurent. de Perinis *in formulario Regul. lit. G*, *c.* 6. *n.* 5. Ego *de Episcopo*, *p.* 3. *alleg.* 75. *n.* 73. & in Prælato majori admittit Sosa *ubi suprà*, *num.* 114.

73 Consecratus Episcopus extra Ecclesiam suam, proficisci quamprimùm tenetur ad suam Diœcesim, & officium sibi commissum suspicere; & si in Romana Curia fuerit electus, non debet proficisci sine litteris Apostolicis, sicut & Prælatis cæteris præcipitur in Extravaganti *Injuncta*, *de elect. in* 6 *commun.* & diximus suprà *hoc cap. vers. sic electus*; & indulta, ac privilegia à Summo Pontifice obtinere conabitur, præcipuè Indulgentiam plenariam pro populo suæ primæ Missæ adfuturo. Cùm verò civitatem suam ingreditur, est à Clero & Populo honorificè suspiciendus, & ad Ecclesiam deducendus. Episcopi pro Christo legatione funguntur in terris, ut habetur *in cap. omnes qui*, 7. *q.* 1. *& in cap. accusatis quoque*, 2. *q.* 7. *& in cap. in nova*, 21. *dist.* & sicut eidem Christo Hierosolymam ingredienti, civitas cum ramis palmarum occurrit, sic & Christi Legatus honorificè est excipiendus. Quare sacris indutus vestibus, videlicet Amictu, Albâ, Cingulo, Stolâ, Pluviali albi coloris, ac denique Mitrâ pretiosâ ejus capiti imposita, conscendit equum serico albo undique tectum & ornatum: & sic equitabit sub Baldachino, quod portabitur primò à Magistratu civitatis, deinde per Nobiles Cives, usque ad Ecclesiam: & de aliis solemnitatibus, & forma suspiciendi novum Episcopum, vide Castald. *in praxi Cæremon. lib.* 1. *sect.* 10. *c.* 7.

Post ingressum suum sciat Episcopus ad perso- 74
nalem in sua Ecclesia, vel Diœcesi residentiam obligari, ubi injuncto sibi officio defungi teneatur, nec posse abesse, nisi ex causis, quas infrà videbimus *n.* 76. *cum seqq.* Ita statuit Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 1.

Plures autem sunt pœnæ latæ contra Episco- 75
pum, qui negligit residere; nam præter divinam offensam, cujus meminit textus *in cap. si qui verò*, 7. *q.* 1. statutum est, ut per subtractionem fructuum, vel sequestrationem, & censuras, aliasque pœnas Ecclesiasticas arbitrio Ordinariorum compellantur apud suas Ecclesias residere; crescente verò, ac durante contumaciâ deponantur. Ita colligitur ex *cap. pervenit, cum seq.* 7. *quæst.* 1. *cap. ex eo, de elect. in* 6. Concil. verò Trident. *sess.* 6. *de reformat. cap.* 1. statuit, ut si Episcopi, aut Superiores Prælati per sex menses continuos à suis Ecclesiis, absque legitima causa, & obtenta licentia abfuerint, quartam partem fructuum unius anni amittunt: & si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverint, aliam quartam partem similiter perdant: crescente verò contumaciâ à suis majoribus Prælatis infra tres menses sunt Romano Pontifici denunciandi, qui in ipsos absentes prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, animadvertere, aut etiam eos privare, & Ecclesiis illis de Pastoribus utilioribus providere poterit, in cujus Conciliaris dispositionis executionem contra Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas non residentes emanavit Constitutio Pii IV. incipiens *In suprema*, sub dat. Kal. Decembris 1564. & alia sub dat. 11. Maii 1565. & multa tradunt Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ*, *lib.* 2. *tit.* 13. *lib.* 2. §. 2. *sub rubr. Utrian. Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus*, Marc. Anton. Genuens. *in Man. Pastorum*, *cap.* 31. Petr. de Bollo *in œconomia canonica*, *classi* 2. *cap.* 3. §. 3. *de personali Parochorum residentia*, *pag.* 109. *cum seqq. & §.* 4. *sub rub. quibus causis liceat Pastori à grege sibi commisso abesse*, *pag.* 224. *& classi* 3. *c.* 2. §. 2. *sub rub. de personali residentia Episcoporum in diœcesi*, *pag.* 355. *cum seqq. & §.* 3. *sub rub. quibus causis excusetur absentia Episcopi*, *pag.* 364. *cum seqq.* novissimè Gonzal. de Salzedo *de lege politica lib.* 2. *c.* 11. Sanctarel. *var. resol. q.* 4. Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi*, *c.* 4. §. 13.

Ex certis verò causis licet impunè abesse, aut 76
apud

apud Ecclesiam suam non residere. Prima est, in qua Superioris licentia non requiritur, si discedens in brevi est reversurus; cæterùm, si longo tempore deberet abesse, licentia Superioris exigitur, ubi jus ipsum, vel necessitas eam concedere
77 non videtur, qui autem aliquantisper tantùm absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim sunt reversuri, *arg. cap. præsentium, & cap. si quis in Clero, 7. q. 1.* Gonzal. *ad*
78 *reg. 8. Cancel. gloss. 43. num. 5.* Verùm hoc absentiæ spatium declarat prædictum Concilium *sess. 23. de reform. cap. 1.* sive continuum sit, sive interruptum extra prædictas causas non debere duos, aut saltem tres menses excedere: quæ absentia, quod sit ex æqua causa, & absque gregis detrimento, absentium conscientiæ relinquit. Monet nihilominus illos, & hortatur, ut juxta antiquiorum Canonum instituta omninò caveant, ne Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis & Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis CHRISTI diebus à sua Cathedrali Ecclesia ullo pacto absint, ut animadvertunt Valent. *tom. 3. disput. 10. q. 5. puncto 3. vers. Secundò certum est.* Less. *de just. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 155.* Sanctarell. *d. q. 4. n. 5.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. n. 5.* & hoc spatium absentiæ concedi Episcopis causâ animi relaxandi, ait Azor *instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 4. q. 1.* quem refert Sanctarell. *d. n. 3. in fine.*

79 Secunda causa est, ubi adest legitimum impedimentum, seu justæ & rationabiles causæ, ut colligitur ex citato *cap. 1. sess. 6.* tunc enim Episcopus non incidit in pœnas, quæ incurrunt, qui ultra tres menses absunt, nec peccat, ut resolvit Ugolin. *d. cap. 4. §. 13. num. 5. versic. secundò.* Causæ autem, ex quibus Episcopus excusatur residere, quinque sunt propositæ à Conc. Trid. *d sess. 23. de reformat. cap. 1.*

80 I. Christiana charitas, id est proximorum utilitas, ut si aliqua Ecclesia versatur in magno periculo hæresis, & Episcopi prædicatione posset succurri, vel ob pacem Magnatum componendam, dummodò ex tali absentia in propria Ecclesia non sequatur notabile detrimentum, quia esset contra ordinem charitatis: vide Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 4. num 3.* Marc. Anton. Genuens. *in man. Pastorum, cap. 31. num. 5.* Molfes. *in summ. Theolog. moral. tract. 6. cap 11. num. 19.* Ego ipse *d. part. 3. alleg. 53. num. 6.* me citato Sanctarell. *d. q. 3. num. 1.*

81 II. Urgens necessitas, videlicet quando si Episcopus resideret, grave periculum vitæ incurreret, veluti durante injustâ persequutione, & eo casu quo personalis præsentia non sit simpliciter suæ Ecclesiæ necessaria: sic Paulus dimissus est in Sporta ut effugeret persequutionem Judæorum, *Act. 9.* sic Athanasius fugit ab Ecclesia sua sæviente persequutione Constantini Imperatoris Arriani, quo tempore exularunt multi Episcopi à suis Ecclesiis, ut testatur liber 10. Ecclesiasticæ historiæ, *c. 19. cum seqq.* & ostenditur *lib. 10. histor. tripart. cap. 8. cum seq* sic B. Thomas Cantuariensis licitè aufugit, & suam Ecclesiam deseruit, ut refert Petr. de Bollo *in œconomia Canon. classi 3. cap. 2. §. 3. pag 365.* Vel quando gravi morbo affectus est, propter aëris intemperiem, vel persequutiones in ipsum ortæ sunt; tunc enim etiam ad tempus Episcopus abesse potest. Vide Barthol. Carranza *in tract. de residen. Episc. cap. 12. vers. 2.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 54. littera C.* Tolet. *d. cap. 4 n. 4.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. privatio, §. 4. dub. 5.* Molfes. *dict. tract. 6. cap. 12. n. 30.* Azor. *dict. lib. 7. cap. 4. quæst. 4.* Valent. *tom. 3. disp. 10. q. 3. puncto 5. vers. urgens necessitas,* Ugolin. *d. cap. 4. §. 13. num. 3. vers. aut urgens,* Gallet. *in Margarita casuum conscientia, verb. residentia,* Aloys. Ricciul. *in praxi rerum fori Eccles. resolut. 645.* Ego ipse *dict. alleg. 53. ex num. 7.* & me citato Sanctarell. *d. quæst 3. n. 2.* Modò tamen Ecclesia sua detrimentum non patiatur spirituale, tunc enim mortem potiùs oppetere debet, quàm gregem suum deserere, quia *bonus Pastor ponit animam suam pro ovibus suis,* Joan. 10. Refert Molfes. *d. cap. 11. n. 31.* Sanctus Augustinus ob infirmitatem suam sine Ecclesiæ, & plebis grandi jactura ad tempus secessit; contestans tamen se id non facturum, si hac sua absentia imminere prævideret incommodum, ut testatur *epist. sua* 180. quam refert Petr. de Bollo *d. classi 3. cap. 2 §. 3. pag. 366.*

III. Debita obedientia, ut cùm Papa vocat 82
Episcopum propter aliquod negotium; tunc enim abesse potest. Vide Tolet. *d. cap. 4. num. 7.* Salzed. *d. cap. 54. vers. tertius casus.* Azor. *d. cap. 4. q. 4. vers. ad tertium.* Sanctarell. *d. q. 3. num. 3.* Ego ipse *dict. alleg. 53. ex num. 10.* Unde ait Azor. *dict. cap. 4. q. 7.* 83
quod si Cardinalis esset Antistes alicujus Ecclesiæ, & Summus Pontifex vellet uti ejus consilio, sapientiâ, & industriâ, seu illum retinendo excusaretur Cardinalis ipse Antistes, tum ratione obedientiæ, tum etiam quia id diceretur resultare in commune bonum totius Ecclesiæ. At in hoc summam prudentiam esse necessariam ad sciendum, an possit dari talis excusatio, animadvertunt Vasq. *in opusc. de benef. cap. 4. §. 2. dub. 2. à n. 141.* Molfes. *d. cap. 11. n. 34* quia, ut inquit Petr. Bollo *d. §. 3. pag 367.* Episcopi à residentia non excusantur, quantumvis consilio Papæ, & ejus assistentiæ necessarii sunt.

IV. Evidens Ecclesiæ utilitas, vel suæ, utpote 84
cùm abest Episcopus ob defendenda illius jura; vel universalis, putà si fuerit vocatus ad Concilium generale, vel ob aliud simile. Tolet. *d. cap. 4. num. 5. vers. Quartus,* Salzed. *d. c. 54. vers. Quartus,* Marc. Anton. Genuens. *d cap. 31. num. 5.* Ugolin. *§. 13. vers. aut evidens,* Sanctarell. *d. q. 3. n. 5.* Ego ipse *d. alleg 53. n. 14.* Petr. de Bollo *d. classi 3. c. 2. §. 3. vers. tertia causa, pag. 366.*

V. Reipublicæ evidens utilitas, utpote suæ 85
Civitatis, vel alterius, modò tamen utilitas id postulet, & evidens sit. Ita Ugol. *d §. 13. n. 3. vers. aut Reip.* Ego ipse *d. allegat. 53. n. 16.* Petr. Bollo *loco proximè citato*, ubi dicit ex hoc capite excusari Episcopum, si mitteretur Legatus ad Pontificem pro tractandis negotiis Fidei, aut ad Principes pro negotiis pacis & Ecclesiæ, ubi non facilè invenitur alius quàm Episcopus ita dextrè ea negotia tractaturus: & addit non excusari Episcopum à residentia, quòd Secretarius Sedis Apostol. aut Auditor Rotæ sit: Bald. *in sua Theologia morali, lib. 1. disput. 38. n. 28.* Vasq. *in opusc. de benefic. cap. 4. § 2. art. 1. dub. 2. n. 138.* ubi videtur resolvere, Inquisitorem generalem immunem existere à præcepto residentiæ, quod non est verum: latè Gonzal. de Salzedo *de lege politica lib. 2. cap. 12. num. 35. cum seqq.* ubi *num. 49.* existimat in Hispania posse Episcopum gerere supremum officium, quem appellamus, *Presidente:* & *n. 66.* plurima refert exempla, quibus constat Hispanos Reges sæpe sæpiùs Episcopos ad legationes misisse: & demùm *n. 71.* post Corset. *de potestat. Regia part. ult.*

num. 47. & Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 61. num. 2.* resolvit quod Episcopi à Diœcesi abesse possunt causâ legationis, de quibus omnibus maximè dubito, nisi hoc fiat ex speciali Summi Pontificis privilegio. Propter has causas Episcopus ultra tres menses sine ulla offensa abesse potest, non verò ex aliis, ut decisum refert Armen-
86 dar. *d. loco, n. 4.* ubi *num. 5. & 7.* pariter resolutum asserit, Episcopum residentem in sua Diœcesi liberum esse à residentia suarum dignitatum, & beneficiorum simplicium, quæ obtinet in alia Diœcesi, nec aliud amittere, nisi quotidianas distributiones, & alia, quæ sunt, quæ absentes justa de causa non percipiunt.

87 Requiritur tamen primò, ut talis causa probetur aut Romano Pontifici, seu Metropolitano, vel eo absente, antiquiori Episcopo residenti, ut habetur in Concil. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 1. vers. decernit.* Sanctarel. *d. q. 4. n. 8.* ubi *n. 9.* subdit, quod quando occurrit urgens necessitas, ob quam Episcopus non possit adire Summum Pontificem, nec Metropolitanum, poterit abesse à sua Ecclesia sine facultate Superioris. Secundò requiritur, ut licentia hæc in scriptis detur, ex eodem Concil. *d. sess. 23. cap. 1.* ibi, *in scriptis esse approbandas, &c.* Sanctar. *d. q. 4. n. 6. & 7.* Ugolin. *d. §13. prope finem,* ubi postremò requirit, ut dum abest à sua Ecclesia, nullum detrimentum ipsa patiatur, ex eodem Concil Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 6. c. 11. n. 27.* Multi tamen Doctores valde probabiliter existimant Episcopum, qui justa de causa abfuit cum licentia non exarata in scriptis, in conscientia ad restitutionem fructuum non teneri, quia scriptura non est de essentia facultatis. Tum quia Concil. Trident. non irritat aliter actum. Ita Less. *d. lib. 2. c. 34. n. 158.* Valer. Regin. *lib. 30. tract. 3. n. 54.* Filiuc. *tract. 41. c. 6. q. 6. n. 30.*

CAPUT X.

De vita, & moribus Episcoporum.

SUMMARIUM.

1 *Episcoporum nomine quod ad vitam, & mores attinet, veniunt Archiepiscopi, Patriarchæ, vel Primates.*
2 *Episcopum oportet irreprehensibilem esse.*
3 *Qualitate optimi Prælati referuntur.*
4 *Crapula, & ebrietas supra cætera damnatur in Episcopis.*
5 *Ebrietas quæ mala gignat, ostenditur.*
6 *Vinum moderatè sumptum multa bona corpori, & animæ præstare potest.*
7 *Sobrius debet esse Episcopus.*
8 *Prælati non debent lautis epulis uti, nec inter epulas, & convivia affluere.*
9 *Episcopi modestæ supellectili, mensæ, & frugalitate contenti esse debent.*
10 *Familiaritatem immoderatam cum mulieribus vitare debent Episcopi.*
11 *Episcopus si fornicationem commiserit, non tenetur Episcopatûs circumstantiam fateri.*
12 *Episcopi ab improborum commerciis abstinere debent.*
13 *Episcopis præcipitur ut Clericos domi, & in cella, ubicumque fuerint, comites habeant.*
14 *Princeps nullum majus indicium bonæ mentis potest ostendere, quàm ut adjungat sibi viros virtute, & famâ celebres.*
15 *Familiares Episcopi quibus qualitatibus præditi esse debeant, ostenditur.*
16 *Episcopus in vesperi antequam ad cœnam accedat, cum familiaribus Litanias, & preces devotè recitet.*
17 *Litigia, & contentiones vitare debet Episcopus.*
18 *Episcopus ab omni sæculari negotio debet esse alienus.*
19 *Episcopi non debent esse percussores.*
20 *Episcopi non licet quemquam suis manibus cædere.*
21 *Episcopi cavere debent, ne prætextu lenitatis adhibendæ, aut severitatis vitandæ causâ alienis peccatis, maximè autem Clericorum, consentire videantur.*
22 *Lingua Episcopi debet esse fomentum bonis, & aculeus malis.*
23 *Hospitales oportet esse Episcopos.*
24 *Canes non debet habere Episcopus, cùm non morsibus, & latratibus canum, sed hymnis custodienda sit ejus domus.* [pii.
25 *Liberales esse debent Episcopi, & erga pauperes*
26 *Ecclesiæ rebus tanquam commendatis, non tanquam propriis uti debent Episcopi.*
27 *Episcopi ex bonis Ecclesiæ nec consanguineos, nec familiares ditare debent.*
28 *Clementis IV. præclarum exemplum circa nepotes non ditandos ex bonis Ecclesiæ.*
29 *Pius V. moderatam dotem nepti assignat, & dicit se etiam dubitare de his moderatis, an bonâ conscientiâ tradita fuerint.*
30 *Prudentia requiritur in Episcopo, & quis dicatur prudens, ostenditur.*
31 *Episcopus debet temporalium negotiorum, ac rerum familiarium notitiam habere.*
32 *Episcopis interdicitur per seipsos cura rei familiaris incumbere, sed vicedominum, & œconomum pro rebus externis habere debent.*
33 *Doctrinam, & litterarum scientiam quam debet habere Episcopus, ostenditur.*
34 *Episcopo non satis est ut doceat exemplo vitæ, imò oportet eum laborare in verbo, & doctrina.*
35 *Episcopus non humanis, sed divinis scientiis pollere debet.*
36 *Episcopus ornatus virtutis esse debet.*
37 *Lectioni, & orationi vacare debent Episcopi, ubi non fuerint in curis Episcopalibus occupati.*
38 *Episcopum non decet absque rationabili causa sine Missa ullam diem transire.*
39 *Dominicis & festis diebus Episcopi, si infirmitate non fuerint impediti, in Ecclesia sua Cathedrali interesse debent divinis Officiis.*
40 *Episcopi debent honorare Clericos quasi Clericos, ut ipsis Episcopis quasi Episcopis honor à Clericis deferatur.*
41 *Limina Apostolorum quomodo & quando visitare debeant Episcopi, ostenditur.*
42 *Episcopi sine crimine esse debent, sicut Dei dispensatores.*
43 *Episcopi vita magis auctoritatis exemplum, quam sermo gestat.*
44 *Prædicatio contemnitur ejus, cujus vita despicitur.*

ATtendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Actorum 20. His verbis Paulus Apostolus tria præcipuè comprehendit: primò Episcoporum vitam, & conversationem, dum ait: *Attendite vobis*

vobis. Secundò curam, & diligentiam paſtoralem, dum ſequitur, *& univerſo gregi.* Tertiò poteſtatem, ac dignitatem Epiſcopalem, dum addit, *in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, &c.* De his igitur tribus præcipuè nobis agendum eſt, ſcilicet de vita & moribus Epiſcoporum, de Officio & poteſtate eorundem, *cap. ſeq.* & de dignitate, & præeminentia gradus Epiſcopalis, *cap.* 13. peculiariter agemus. Primò igitur de vita, & moribus in præſenti capitulo pertractantes, erit animadvertendum, quod hac in re nomine Epiſcoporum non ſolùm ipſi Epiſcopi ſimplices, ſeu Diœceſani, verùm etiam Archiepiſcopi, & Patriarchæ, vel Primates continentur, ſicut reſolvunt Doctores per me citati *in tractat. de appellat. verbor. utriuſque juris ſignific. appellat.* 89. *ex num.* 1. Quod enim ad vitam, & mores attinet, ſicut & de communi officio, ſeu paſtorali cura, omnia omninò, quæ de Epiſcopis ex ſententia Canonum diximus, ea in Prælatis quoque ſuperioribus locum habere intelliguntur; in poteſtate verò ac dignitate majores Prælati à minoribus differunt, ut ſuis locis oſtendimus.

2 Primùm igitur, qualis eſſe debeat quoad vitam, & mores Epiſcopus, unico verbo Apoſtolus 1. *ad Timoth.* 3. ſcribens oſtendit, dum ait, *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe:* qualiter hoc intelligatur, exponitur *in §. nunc autem*, 25. *diſtinct.* & *in noſtro tract. de officio, & poteſtate Epiſcopi*, p. 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 3. Hic autem iterum ſcribens *ad Titum* 2. in duobus maximè conſiſtere declarat, in exemplo ſcilicet operum, & in doctrina verborum, dum ait, *In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum*; & dum ſubdit, *verbum ſanum, irreprehenſibile, &c.* quorum rationem ſubjungit, *ut is qui ex adverſo eſt*, inquiens, *vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* In exemplo autem bonorum operum irreprehenſibilem fore Epiſcopum idem Apoſtolus declarat, ſi in doctrina ſiant, in integritate, & gravitate, ad quorum perfectionem non modicum confert, ſi *verbum ſit ſanum, atque irreprehenſibile*, dicente Jacobo Apoſtolo *c.* 3. *Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir.* Sic adverſarius verebitur, nihil inveniens, quod Paſtoribus animatum objicere valeat; ſed ab eis protinus rejicietur in illo B. Martini verbo, *nihil in me funeſte reperies*; quin & Chriſtum ipſum ſequentur, qui *Joan.* 14. dixit, *Venit Princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam, &c.*

3 Debet itaque Prælatus ſeipſum colere, ſeipſum ſpiritualiter ordinare, totúmque ſe debet diſponere ad virtutes, ut ſit in moribus compoſitus, liberalis, affabilis, manſuetus, & in conſiliis providus, in agendo ſtrenuus, in jubendo diſcretus, in loquendo modeſtus, timidus in proſperitate, in adverſitate ſecurus, mitis inter diſcolos, cum his, qui oderunt pacem, pacificus, effuſus in eleemoſynis, in zelo temperans, in miſericordia fervens, in rei familiaris diſpoſitione nec anxius, nec ſuſpitioſus: & ſic in agendis non ſit ad vitam vehemens, & ad corrigendum nimis ſævus; non miſericors ad parcendum, non præceps in ſententiis, non in victu, aut veſtitu notabilis, non feſtinus ad promittendum, non tardus ad reddendum, non ſubitus in reſponſis, non avarus, aut prodigus in expenſis. Sit quoque devotior in oratione, in lectione ſtudioſior, in caſtitate cautior, in ſobrietate parcior, potentior in dutis, in riſu tatior, ſuavior in converſatione, gravior in vultu, geſtu, & habitu, moderatior in verbis, profuſior in lachrymis, in charitate ferventior. Sit quoque rectus ad juſtitiam, timidus ad cautelam, ſimplex ad ſeipſum. Rectus Prælatus ille dicitur, qui dat voci ſuæ vocem virtutis, benè loquens, & meliùs agens; longè ſiquidem melius eſt vox operis, quàm vox oris: rectus eſt, cujus verbis opera correſpondent; quem non inflat elatio, quem non deprimit iniquitas, quem adverſitas non fatigat; è contra verò rectus non eſt, cujus caput ſupergreſſæ ſunt iniquitates ejus, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper eum: non eſt rectus, quem avaritia contrahit, quem torquet ambitio, quem voluptas incurvat. Denique, in quantum finit humana fragilitas, ſit ad omnia circumſpectus, illorum quatuor animalium imitator, quæ ante, & retrò, & in circuitu habere oculos providentiæ deſcribuntur. Sic ſe exiſtimet ut miniſtrum Chriſti, & qui Altiſſimi habet myſteria diſpenſare, & ſic verificetur in eo illa ſententia, quæ de ore Altiſſimi prodiit: *Fidelis* (inquit) *ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam*; fidelis utique eſt, ſi non quæ ſua ſunt, quærit, ſed quæ Jeſu Chriſti. Fidelis eſt, ſi Deum diligit propter ſe, & proximum propter Deum: fidelis eſt, ſi cum diligentia Symbolum publicæ utilitatis conferat, quod ſibi cœleſtis gratia prærogavit. Nomen Epiſcopi ſecundùm S. Ambroſium actioni conveniat, & actio reſpondeat nomini; ne ſit nomen inane, ne ſit homo ſublimis, & vita proclivis; deifica profeſſio, & illicita actio: religioſus amictus, & irreligioſus profeſſus: gradus excelſus, & deformis exceſſus: cathedra ſublimior, & conſcientia vilior: loquutio columbina, mens verò canina. Timeat itaque Prælatus Dominum, & diligat puro corde, ſi ſuæ prælationis deſiderat opera proſperari; timentes enim Dominum non minuentur omni bono. Hac igitur de cauſa in ſacris Canonibus plura de minoribus, ac ſanctitate vitæ Epiſcoporum à ſanctis Patribus ſancita fuerunt, quæ breviter explicare decrevimus, ea omnia recenſentes, quæ & Apoſtolus ipſe in prædictis epiſtolis ſpecialiter enumerat, & deſcribit.

Primò autem ſupra cætera damnatur in Epiſ- 4
copis crapula, & ebrietas, dum Apoſtolus ait 1. ad Timoth. 3. *Epiſcopum debere eſſe ſobrium, & non vinolentum*; & hac de re plures à ſanctis Patribus Canones emanarunt, *cap. Epiſcopus, cum multis ſeqq.* 25. *diſtinct. &* 44. *diſtinct. per tot.* quibus monentur Epiſcopi, ne frequentibus ſe conviviis occupent, *cap. multis*, 44. *diſtinct.* Siquidem ubi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia deviant, judicia ſubvertuntur. Ideò prudens illa mulier filium ſuum inſtruens in viſione dicebat: *Noli Regibus, ô Samuël, dare vinum, ne forte obliviſcantur judiciorum Dei, & ſubvertant populi æquitatem.* Ebrietas enim, etſi in cæteris reprehenſibilis ſit, in Prælato eſt abominabilis reputanda. Turpiſſimum enim eſt apud homines, & abominabile apud Deum, ſi ille, qui poſitus eſt ſpeculator Domini Iſraël, vino æſtuans, abjectâ maturitate Pontificis aliquid proferat inhoneſtum; ſi vel in aliquo actu, vel geſtu corporis titubet, vel ſi turpitet in verbi prolatione vacillet. Ex ni- 5
mio namque vino titubat pes, lingua ligatur, caligant oculi, mens ratione caret. Unde in deteſtationem ebrietatis dicit magnus Pater Auguſtinus:

Biblioteca de Ciències Socials

[Ebrietas aufert mentem, decipit sensum, linguam involvit, oculos offuscat, vitam minuit, & salutem exterminat. Prohibet Paulus, inquit Hieronymus, Episcopum esse vinolentum, ne vel sensu occupato exaltet risum contra gravitatis decorem, & labiis dissolutis cachinnet, vel si paululùm tristis cujusdam rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat, & lacrymas.] Vide Petr. de Bollo *in œconomia Canon. classi* 3. *cap.* 1. § 3. *vers. Hortatur Apostolus, pag.* 332. *& seq.* Boër. Epo *in cap.* 6 *à crapula, de vita, & honest. cleric.* E contrario vinum moderatè sumptum multa bona corpori, & animo præstare potest, quæ commemoravi *d. part.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 11. *n.* 4. & per hoc nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantùm pro corporis salute bibunt; & ideò Paulus Timotheo discipulo suo, qui se longâ abstinentiâ fregerat; modico vino uti præcepit, sicut animadvertit Prosper *lib.* 2. *de vit. contemplativa, cap.* 22. refert Illustrissimus Dominus meus Rodericus à Cunha *in commentar. ad cap. luxuriam,* 35 *dist.*

7 Secundò debet esse sobrius; illi enim, ac aliis Ecclesiæ ministris, qui mente devota debent spiritualibus Officiis insistere, & Regibus, qui per sapientiam debent populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicta est, utpote quia ignominiosum sit ei affluere epulis, inter quas difficulter servari potest pudicitia, *cap. Ecclesiæ,* 35. *dist.* & refert Possidon. *in vita S. Augustini*, cum in patria sua petitum ad convivium nunquam ire voluisse, ne per frequentiam in patriæ conviviis constitutus temperantiæ amitteretur modus. Unde Prælatum non debere se conviviis occupare, admonet Gregorius Natali Episcopo scribens, *lib.* 2. *Regist. indict.* 10. *epist.* 14. relatus *in cap. multis,* 44. *dist.* Bertachin. *de Episcop. p.* 1. *lib.* 2. *tit. de caus. mat. Episc. n.* 74. *& lib.* 4. *§. de vit. Episc. n.* 10. ubi subdit, quod Episcopus non debet consentire, quod in conviviis interveniant fabulæ otiosæ, nec cantilenæ, nec decantationes, nec plausus, nec risus fieri, nec joculatores.

8 Prælati igitur non debent lautis epulis uti, nec inter epulas, & convivia affluerere, ut eleganter admonet Hieronym. *ad Nepotian. cap.* 2. relatus *in cap. Ecclesia, distinct.* 35 refert Bertachin. *dict. lib.* 1. *& lib.* 2. *n.* 74. quia quicquid sine quo potest vivi, percipitur, non sustentandæ naturæ, sed luxuriæ causâ sumitur, ut inquit Prosper *lib.* 2. *de vit. contemplativa, cap.* 17. *de abstinentia.* Qui igitur à cibis cupiunt abstinere, nihil aliud sumant, nisi quantum stomacho reficiendo, ac fami eximendæ satis esse videatur, atque eis saturitas edendi finem non faciat, sed voluntas, ut sanctè tradit idem Prosper *d. lib.* 2. *cap.* 4 *num.* 44. *&* 46. Ludovic. Soromajor *in epist. ad Timoth.* 1. *cap.* 3. *n.* 3. *vers. non vinolentum, post principium.* Unde veram abstinentiam instar citharæ temperandam docet Gregor. *lib.* 20. *Moral. cap.* 31. [Pensandum (inquit) est, quòd chorda in cithara, si minùs tenditur, sonat; si amplius, raucum sonat: sic virtus abstinentiæ aut omninò nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum vale: aut valde inordinata est, si corpus atterit plusquam valet.] Ideò Concilium Tridentinum 9 *sess.* 25. *de reformat. cap.* 1. monet Episcopos modestâ supellectili, mensâ, & frugali victu contentos esse debere. Sacra lectio ad mensam eorum recitetur, ut habetur *in cap. proveverentia,* 44. *distinct.* Mensam quinque antequam comedant, benedicant, & post cibos gratias auctori Deo referant, *cap. non liceat, eadem distinct.* 44. Elegantem sanè similitudinem ex pilæ ludo deductam adducit Senec. *lib.* 2. *de benefic. cap.* 12. in quo egregii lusoris est acceptam pilam remittere, ac retorquere. Qui ergo Deum rerum Auctorem omnium agnoscit, à quo tanquam à fonte ciborum omnium, quibus vescimur, affluentia dimanavit, erit sanè ingratitudinis notâ longè inurendus, si post sumptas dapes, famémque expletam, ipse Deo gratum non exhibeat.

Tertiò, immoderatam familiaritatem cum mu- 10
lieribus vitare debent Episcopi, etiamsi consanguineæ sint, *cap.* 1. *dist.* 34. Abb. *in cap* 1. *n.* 3. *de cohabit. Cler. & mul.* Greg. Lop. *l.* 37. *gloss* 3. *tit.* 6. *part.* 2. Si verò, quod abest, Episcopus fornicatio- 11
nem commiserit, non tenetur Episcopatûs circunstantiam fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo admissa ita publica esset, ut scandalum pareret; tunc enim (adversùs specialem officii obligationem delinqueret, quâ tenetur subditos non solùm verbo, sed etiam exemplo pascere: atque adeò specialis malitia ex statu, atque officii circunstantia contraheretur, ideque necessariò fatenda: ita Henriq. *in summ. lib.* 2. *cap.* 5 §. 6. *in comm. lit. G,* Sanch. *de matrim. lib* 7. *disput.* 27. *num.* 33. Ægid. de Coninch. *de Sacram. disp.* 7. *dub.* 4. *n.* 18. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 30. *c.* 7. *n.* 125. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 9. *dub.* 36. *n.* 24. quos refert, & sequitur Diana *resolut. moral. tract. de circunstant. aggravant. resol.* 6. contra Nugnum *in addit. ad* 3 *partem, tom.* 2. *quæst.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. *concl.* 2. *&* 3. Fagundez *in quinque Eccles. præcept. præcept.* 2. *lit.* 4. *c.* 3. *num.* 8. existimantes Episcopum in quocunque peccato mortali teneri explicare Episcopatûs circunstantiam.

Necnon ab improbotum commerciis abstinere 12
tenentur Episcopi, *cap. pervenit,* 2. *q.* 7. Secum enim habere debent boni testimonii viros, *cap final. eod. quæst.* & eam familiam, quæ vitæ, morum, vestitûs etiam exemplo ad imitationem virtutis possit excitare cæteros. Non sufficit (inquit Hieronym. *lib.* 1. *contra Pelagianos*) Episcopo propriam habere pudicitiam, nisi etiam comitum, & ministrorum pudore decoretur. Quapropter Episcopis præcipi- 13
tur *in cap interdixit, cum seqq.* 32. *distinct. & in cap.* 1. *distinct.* 34. *& per tot. distinct.* 81. *& in c. cùm Pastoris* 2. *quæst.* 7. ubi Clericos domi, & in cella, & ubicumque fuerint, comites habeant, quorum bono testimonio vivant, qui scilicet castitatis, morum, fidei, & doctrinæ ipsorum sint testes; quique ipsis inserviant, & eos custodiant. Unde statuit Gregor. Papa *in d. cap. cùm Pastoris*, ut nonnisi Clerici, vel Monachi ministretio cubiculi Episcoporum obsequantur. Et Bernard. *lib* 4. *de consider. ad Eugen.* sic ait: [Tales studeto habere familiares, qui si velles aliquatenus deviare, non sinerent, frenarent præcipitem, & dormitantem excitarent: quorum libertas excedentem corrigeret, extollentem reprimeret: quorum constantia & fortitudo nutantem firmaret, erigeret diffidentem: quorum sanctitas ad omnia te bona incitaret. Familiares tui si non sunt spirituales, non diligunt te, sed tua, imò nec te, nec tua, sed quæ sua sunt, quærunt, & ea venantur adulationibus.] Nullum majus indicium 14
bonæ mentis Princeps potest ostendere, quàm ut adjungat sibi viros virtute, & famâ celebres: nam omnes statim judicabunt eum talem esse, quales ii, qui apud illum: quia (inquit Cassiodor. *lib.* 4. *variar. epist.* 3.) *de claritate servientium crescit fama dominorum:* & Isocrat. ad Nic. ita consulit: Principatum

patum adeptus nullius improbi ministerio utitor? nam quicquid ille deliquerit, tibi veluti auctori imputabitur.

15 Undè Concilium Trident. *sess.* 2. *cap. unic.* Episcopos monet, ut familiares suos instruant, & erudiant, ne sint vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores, sed in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præseferant. Curet quoque Episcopus, ut omnes ejus familiares quotidie Missam audiant, & Clerici saltem similiter cum ipso semel in hebdomada jejunent, ac bis in eventu præter statuta Ecclesiæ jejunia, atque semel saltem in mense sacram Eucharistiam suscipiant: at in Adventu, & Quadragesima, diebus Dominicis, à Clericis saltem, ac dum familia cibum capit, sacra lectio adhibeatur. Curet etiam Episcopus ne inertiæ dediti aliqui sint, sed honestis actionibus occupati, & ut abstinentes à flagitiosorum hominum consuetudine, & locis ubi turpiter vivitur; nec foris pernoctantes, & abstinentes à jocis, & inanibus oblectamentis, & libris hujusmodi continentibus, religionem, & pietatem præseferant, ac ostendant se dignos esse, qui populi Duci minis-
16 trent. Quotidie verò Episcopus in vesperi antequam ad cœnam accedatur, cum iis Litanias, & preces devotè recitet, & piè oret, ac salutaribus monitis ad vitæ innocentiam, integritatem, pietatem, humilitatem, & alias virtutes christianas exercendas accendat, & curet ut quolibet die post orationem unus, aut alter Clericus sermonem in Oratorio habeat: quo piè ad virtutem aliquam amplectendam, aut vitium aliquod fugiendum hortetur: ut verè certior fiat Episcopus quomodo familia ejus vivat, visitet eam frequenter, & ejus gressus exploret, bonos præmiis, & laudibus afficiendo, malos contrà corrigendo, & incorrigibiles expellendo. Cùm domo Episcopus egreditur familia eidem assistat, & modestè comitetur. Cùm verò aliquis ex ea ægrotat, Episcopus illam paternè invisat, & omni ejus necessitati succurrat.

17 Quartò, litigia, & contentiones vitare debet Episcopus *cap.* 1. *& per tot.* 47 *dist. cap. Episcopus*, 88. *dist.* Ait enim Apost. 1. *ad Timoth.* 3. Episcopum non litigiosum esse oportere: & iterum ad eundem: *Servum* (inquit) *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* Quod de vanis & supervacaneis contentionibus, & captiosis litibus, frequentibusque jurgiis intelligitur, quæ etiam in laicis, & cunctis fidelibus damnat idem Apost. 2. *ad Corinth.* 6 dicens: Delictum est in vobis, quòd judicio habetis inter vos, quare non magis injuriam accipietis? Quare non magis fraudem patimini? Plures autem sunt rationes hujus prohibitionis; nam ultra tres, quas assignat Gloss. *verb. sequitur, in sum. distinct.* 46. quatuor, vel quinque possunt assignari cum Turrecr. ibi, *n.* 4. Prima est illa, quam refert ex S. Ambrosio *in pastorali*, sic dicente: Non linguam ad vitium relaxet Episcopus, ne per eandem linguam, per quam laudes refert Deo, & divina libat sacrificia, labium venena proferat; quia non debet de ore Episcopi benedictio, & maledictio simul egredi. Secunda, quia oportet Episcopum mitem & humilem esse, juxta ea quæ *Matth. cap.* 11. *n.* 29 de se ipso Salvator ait: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Litigiosi autem non sunt mites, sed alti, & superbi, unde non sunt apti ad servitium Dei. Tertia est (inquit Apostol. *ad Timoth.* 2. *numero* 24.) *Oportet servum Dei non litigare, sed mansuetum esse, ad omnes patientem, cum modestia corripientem.* Quarta, *quia* ut dicit S. August. *nihil est similius actibus dæmonum, quàm litigare; unde servos Diaboli, non Dei se ostendunt qui litigant.* Quinta ratio est, quia litigare est officium contemptibilis personæ, §. *ex his*, 11. *quæst.* 1.

Episcopus igitur, & ab hujusmodi litibus, & ab 18
omni sæculari negotio esse debet alienus, sicut monuit Apostolus Petrus Clementem, ut refertur *in cap. te quidem*, 11. *q.* 1. dicens: [Te quidem oportet irreprehensibilem vivere, & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias, ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, néve in ulla prorsus occupatione inveniaris mundialis officii occasione perplexus; neque enim Judicem, neque cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, &c.] Prohibetur ergo Episcopus fidejussor esse, *cap. Clericis, de fidejuss.* aut procurator litium, vel Advocatus, *cap. fin. cum gloss.* 5. *q.* 3. etiam in causa propria, in qua non per seipsum agere, sed Procuratorem constituere debet, etiamsi sit causa Ecclesiæ suæ, exceptâ causâ criminali contra seipsum: *Ne* (inquit Canon.) *ille dum humana lucra attendit, æterna præmia perdat.* Similiter prohibetur executiones testamentorum suscipere, nisi in legatis ad pias causas, *l. nulli licere, C. de Episc. & Cler.* Conciliorum quoque plurium Canonibus, de quibus *in cap. Episcopus, & per tot.* 14. *q.* 1. cavetur, ne Episcopi possessiones conducant, aut pro rebus transitoriis litigent, etiam provocati, neque ullo turpi lucro, aut inhonesto negotio victum quærant: sed & viduarum, pupillorum, ac peregrinorum gubernationem, non per se ipsos, sed per Archipresbyterum, seu Archidiaconum agere debent, ut videre est *dist.* 84. *per tot. & 21. q.* 3 *per tot. & cap. præcipimus*, 12. *quæst.* 1. Apostolorum exemplo, qui septem Diaconos ordinarunt, ut ministrarent mensis, & necessitatibus viduarum, ipsi verò possent prædicationi verbi Dei instare, *Act.* 6. Magis autem hæc omnia Episcopis prohibentur, si hujusmodi negotiis incumberent turpis lucri gratiâ. Nam primò Apost. 1. *ad Timoth.* 3. *& ad Tit.* 1. prohibet Episcopos esse turpis lucri cupidos; deinde hoc est etiam sacris Canonibus interdictum, præcipuè *in cap.* 1. *& per tot.* 47. *dist. cap. virum, earum distinct. cap. irrefragabili*, §. *fin. de offic. Ordinar. cap. suam, de pœnis*, & specialiter usuratum exactio, & omnis alia cupiditas in eis supra cæteros condemnatur.

Quintò monet Apostolus proximè citatis locis, 19
ne sint Episcopi percussores; quod etsi nonnulli de acerbiore percussione verborum intelligere velint, à pluribus tamen de verberibus intelligi solet; docent etenim Canones 45. *distinct. per tot.* Episcopum magis correctione verborum, quàm verberum asperitate timeri debere; & in corrigendis delinquentibus lenitatem severitati esse miscendam, *cap. sunt namque, eod. distinct.* ita enim Apost. 2. *ad Timoth.* 4. illum monet, inquiens: *Argue, obsecra, increpa in omni bonitate, & patientia*, ut refertur *in cap.* 1. *& in cap. cum Beatus, eadem dist.* Et Leo Papa *epist.* 82. *ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, cap.* 1. relatus *in cap. licèt* 6. *eod. dist.* 45. ibi: *Plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quam potestas.* Gregorius verò *in cap.* 1. *distinct.* 45. ait: *Meminerint Episcopi se Pastores esse, non percussores.* Idem quoque dicitur in Concilio Tridentino *sess* 13. *de reformat. cap.* 1. & propterea statutum fuit canonica, & civili 20
lege

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lege, ut non licet Epiſcopo quemquam ſuis manibus cædere, prout colligitur *ex cap. non liceat, 56. diſtinct. & in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. omnibus autem Epiſcopis.* Aliàs enim ſi Epiſcopus non zelo, ſeu causâ correctionis ſæviens in ſubditos ita immoderatè, Preſbyterum, ſeu Diaconum caſtiget, ut illis abſcindatur membrum, vel propter contumaciam ſit incorrigibilis debet *in his* caſibus ab officio deponi, & incurrit excommunicationem, *cap. Epiſcopum, cap. 2. de Cleric. percuſſ. cap. beatus, 45. diſtinct.* Si verò in verbo exceſſerit modum, ita ut excedat limites charitatis, & cedat in infamiam, & damnum correcti, tunc cùm agat contra charitatem, & peccet in proximum debet ab eo veniam petere: ſi verò excedit, ſed tamen eo modo: quod remanet intra terminos charitatis, non debet Prælatus de tali exceſſu veniam à ſubdito petere, ſed à Deo, quia proximum non offendit contra charitatem. Secundò, ne ſubditus ex poſtulata venia ſuperbiat, & eum contemnat. Tertiò, ne par conditio præſumatur inter Prælatum & ſubditum, & ſic corrigentis auctoritas vilipendatur, Præpoſ. & Turrecrem. *in cap. quando, 86. diſtinct.* Richard. *in prax. Eccleſ. diſtinct.* 335.

21 Cavere tamen debent Epiſcopi, ne prætextu lenitatis adhibendæ, aut ſeveritatis, vitandæ causâ, alienis peccatis, maximè autem Clericorum conſentire videantur; ſed attendendum eſt quæ crimina, & quæ perſonæ lenitate egeant, aut pietate, quæve rigorem exigant diſciplinæ: exhibere enim ſe debet Prælatus majoribus devotum, minoribus blandum, æqualibus manſuetum, rigidum ſuperbis, benignum humilibus, miſericordem pœnitentibus, inflexibilem obſtinatis, Joannem inceſtuoſis, Eſdram & Matthiam apoſtatis, fornicantibus Phineem, Eliam idololatris, mentientibus Petrum, blaſphemantibus Paulum, negotiantibus Chriſtum, conciliatorem pauperum, ſolatium oppreſſorum, patrem orphanorum, defenſorem viduarum. Unde lingua Epiſcopi ſit fomentum bonis, aculeus malis: tumidos retundat, iratos mitiget, pigros, ac defides excitet, ac ſuccendat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur. Non abs re igitur Prælatus habet inſigne, quod dicitur baculus, ſive virga, cum quia pluribus modis ſe gerere debet, ita ut videlicet ſit virga diſciplinæ, per quam audacia, & improborum hominum inſolentia compeſcatur:

22 virga poteſtatis, per quam juſtè præſit: virga cognitionis, & ſcientiæ, per quam inſtruatur: virga cuſtodiæ, per quam juſtitiæ libertatem, & legum diſciplinam cuſtodiat, & tueatur: virga miſerationis, per quam tenuioribus, & injuriam patientibus piè, miſericorditérque ſubveniat: virga debellationis, per quam victoriam aſſequatur. Datur propterea virga Prætori propter diſciplinam: datur Principi propter ſummam regendi poteſtatem: datur Præſidi ad cuſtodiam ſervandam: datur Regi ad manſuetudinem, & clementiam exercendam, datur Imperatori ad hoſtile Imperium coërcendum, & injuriam propulſandam. Unde in ſacra Pagina dicitur: *Abſumpſit Zacharias Propheta virgas duas, ac pavit gregem ſuum.* Hæ duæ virgæ ſunt præclaræ, eximiæque virtutes; altera juſtitia, altera verò manſuetudo, propter quas poſſit qui imperat parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos. Hinc etiam Propheta, *Viſitabo in virga ferrea*; nempe virga hæc juſtitiam deſignat, & poteſtatem: *Virga directionis, virga regni tui.* Hæc virga quidem corrigit delinquentes, quemadmodum & baculus tuetur, ac ſuſtinet. Itemque ait. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Hæc virga velut dimiſſa cœlitùs hoſtium vim arcet, ac devitat inſidias, dicente rurſus Prophetâ: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Nam ſi arca fœderis in veteri Teſtamento duo continebat, videlicet manna, & virgam; ſatis argumentum eſſe debet, manna in hoc præclaro inſignique myſterio contineri: manna ſcilicet, ut denotaret in Prælato dulcedinem exhortationis ad bonum quoad bonos; virgam verò, ut denotaret correctionem quoad malos. Boët. Epo *ad cap. ut clericorum, num. 14. de vita & honeſt. cleric.* Hinc Auguſtinus *in cap. qui nec regiminis 2. quæſt. 7.* ait Epiſcopos, qui Sacerdotum crimina non corrigunt, magis appellandos eſſe canes impudicos, quàm Epiſcopos: eos verò, qui malorum laudibus gloriantur, Paſtores miſerrimos, Anacletus appellat, *in c. nihil, 83. diſt.* qui videlicet ſibi placere, & à malis ſubditis amari elegerunt. *Ex hoc enim* (inquit) *ovibus magna pernicies oritur.* Et Innoc. III. *in cap. qualiter, il 2. de accuſat.* Epiſcopos dicit non poſſe omnibus complacere, cùm ex officio ſuo teneantur non ſolùm arguere, ſed etiam increpare; quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam verò ligare, unde frequenter odia multorum incurrunt, & inſidias patiuntur; ſed multò miſeriores ſunt illis, qui prece vel pretio delictis ſubditorum conſentiunt, quos graviter Gregorius VII. reprehendit, atque ab officios ſuſpendendos eſſe decernit *in cap. 1. diſt. 83.*

23 Sextò, oportere Epiſcopos eſſe hoſpitales monet Apoſt. 1. *ad Timoth. 3.* & ſancti Patres ſæpiſſimè docent, ut videre licet *in principio, & per tot. 42. diſtinct. & cap. unic. 85. diſtinct. quia domus Epiſcopi* (ut inquit Greg. relatus *in cap. fratrem, 86. diſt.*) *ad hoc eſt inſtituta, ut ſive perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitatem recipiat.* Petrus de Bollo *in œconomia Canon. claſſi 3. §. 1. & 3. verſ. ſextò, pag. 337.* Æn. Robert. *lib. 4. rerum judic. cap. 3.* Duaren. *de ſacris Eccleſ. miniſt. lib. 2. c. 1.* Narbona *leg. 35 gloſſ. 2. num. 13. tit. 3. lib 1. Recopil.* Camill. Borell. *de præſtantia Regis Cathol. cap. 76. num. 3.* Vaſquez *in opuſc. de reddit. Eccl. cap. 1. §. 3. dub. 1. num. 46.* ſecundùm multos ex juſtitia, ſecundùm alios ex miſericordia & charitate ad hoc teneri docens, & ex omnibus contrafacientes mortaliter peccare. Unde in ſacra Pagina hoc hoſpitalitatis jus ſæpiſſimè commendatur, *Deuteron. 10. & 19. Iſai. 58. Eccleſ. 17. 1. Petri 4. 1. ad Timoth. 3. 13. ad Hebr. 12.* in illis verbis: *Hoſpitalitatis nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis.* Quibus S. Paulus Loth & Abraham hiſtoriam reſpexit, *Geneſ. 17. & 19.* & Joſeph *lib. 1. antiq. Judaic. cap. 19.* qui ob id, quod recipere hoſpites aſſueverant, Angelos ſub figura hominum hoſpites habere meruerunt. Refert Solorzan. *de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 20. num. 38. cum ſeq.*

24 & idcò non debent Epiſcopi habere canes, cùm non morſibus, & latratibus, ſed hymnis cuſtodienda ſit eorum domus, ne hi qui confidunt ibi ſe inventuros levamen miſeriarum ſuarum, verſa vice morſibus canum lanientur. Propterea B. Gregorius relatus *in cap. fratrem noſtrum, 68. diſtinct.* oſtendit Epiſcopos liberales eſſe oportere, & erga pauperes pios, dum de quodam Epiſcopo ſic dicit: Non ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, ut remotus nihil ſtudeat de manu fructificare,

ſed

ſed largam manum habeat, nec ſſitatem patientibus ſuccurrat, alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, vacuum nomen Epiſcopi tenet. Et in Conc. Aureliano, de quo *in cap.* 1. *diſt.* 82. ſic legitur: Epiſcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente ſuis manibus laborare non poſſint, victum & veſtimentum, & quantum ſibi poſſibile fuerit, largiatur. Quod de viduis, & orphanis exprimitur *in c.* 1. *& in c. divina*, 87. *diſt.*

26 Unde commendatas ei Eccleſiæ ſubſtantias fuiſſe ait Concil. Cabilon. ut debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri neceſſitatem patientes à ſancta Eccleſia, tanquam à pia matre ſubſidium accipiant, ac proindè rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis uti debent, ut dicit Leo Papa *in cap. ſine exceptione* 12. *q.* 1. & Urbanus Papa *in cap. res Eccleſiæ*, 12. *q.* 2. *Ponderanda hæc, ô Paſtor*, ait Gregor. *in epiſt* 21. *lib.* 11. [Non largitis tua, ſed aliena; quid ergo mirum, quod tota die luſtrent domum Epiſcopi pauperes, cùm ſit ea domus diſpenſatoris rerum ipſorum; poſſent enim vociferari ad valvas, immò uſque ad ſecretum cubiculum, dicentes: Da nobis, alioquin contra te vociferabimur ad Dominum rerum tuæ diſpenſationi commiſſarum, dicentes: Domine, non vult nobis dare, quæ illi, ut nobis daret, dediſti. Clamant pauperes ad Pontifices, ait Bernard. ad Hentic. epiſt. 40. cur in ſuperfluitates veſtras conſumitis, quæ noſtris debentur neceſſitatibus? noſtris enim neceſſitatibus detrahitur quicquid accedit vanitatibus veſtris. Quid conferunt mutatoria? Noſtrum eſt, quod effunditis; nobis crudeliter detrahitur, quod inaniter expenditis; nos ſumus fratres veſtri, & vos de noſtra portione paſcitis oculos veſtros, & ita vita noſtra cedit vobis in ſuperfluas copias. Duo mala ex eadem radice prodeunt, dum vos ipſos vanitatem, ſequendo perditis, & nos ſpoliando perimitis: & quæ ſic conſumitis neque labore manuum, neque negotiationis ſtudio, neque jure hæreditario poſſidetis, ſed bona noſtra ſunt.]

27 Et ideo juxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 25 *de reform. cap.* 1. nec conſanguineos, nec familiares ditare ex illis debent; cujus Concilii verba ſunt hujuſmodi: [Omninò verò eis interdicit, ne ex redditibus Eccl. conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant, cùm & Apoſt. Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, ſed ſi pauperes ſint, iis, ut pauperibus diſtribuant; eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum causâ; immò quam maximè poteſt eos ſancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquos carnis affectum, unde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant.]

28 Certè præclarum exemplum eſt Clem. IV. qui cùm antè Pont. duas filias legitimè ſuſcepiſſet uni in Monaſterio collocatæ triginta tantùm libras dedit; alteri, quæ marito ſuæ conditionis nupſerat, trecentas libras dotis nomine numeravit; & hac conditione, ne quid amplius peteret. Habuit & neporem Clericum, quem ex tribus præbendis, quas habebat, unam ut eligeret, & reliquas dimitteret, coëgit: inſtantibus amicis, ut potius nepoti majora tribueret, reſpondit ſe Deo, non autem carni, & ſanguini acquieturum, & Pontificibus Romanis filios non eſſe, nec eis licere, quod ſuum non eſſet, propinquis dare.

29 Aliud quoque exemplum Patrum noſtrorum memoria nobis maximè commendavit; nam cùm aliqui magni, & illuſtres viri Pii V. neptem quandam Cardinalis Alexandrini ſororem in uxorem peterent, ut affinitatem cum Pont. haberent; nulli eorum data eſt, ſed cuidam conditione minùs diſpari, additâ dote mille nummorum aureorum, vel duorum millium: alii etiam nepti dotem mille quingentorum aureorum aſſignavit. Cùm autem quidam diceret ſummo illi Pontifici exiguas eſſe hujuſmodi dotes: reſpondit, ſe etiam dubitare de his moderatis, an bonâ conſcientiâ datæ fuerint.

30 Septimò, prudentia, & doctrina requiritur in Epiſcopis: de prima Apoſt. *ſuprà cit. loco* teſtatur, nam ait *prudentem eſſe oportere Epiſcopum*; nam ut legitur *in cap.* 2. 23. *diſt.* qui Epiſcopus ordinandus eſt, antè examinetur, an ſit prudens, ſi docilis, ſi moribus temperatus, ſi pervigil, ſi ſemper ſuis negotiis cavens. Prudentia autem in Prælato exiſtet, ſi loquacioribus frequentiores turbas, & Conventus hominum, taciturnis ſolicitudinem nimiam interdicat alacrioribus triſtem vultum, triſtioribus alacriorem oſtendat; levibus & vagabundis, ne quid pro arbitrio concedat, ſolidis, & conſtantibus ſe deneget, induſtriis, & laborioſis, ut remiſſionem ſæpiùs det, & relaxationem; ſegnes, & ignavos ad exercitia frequenter, & labores impellat, ingluvioſos lautioribus menſis nunquam admoveat, frugales & ſobrios ne repellat; officioſis, quietis, manſuetis multa, quæ vel ad veſcendum, vel amiciendum, vel converſandum pertinent, largiore manu permittat. Demùm ita prudens debet eſſe Prælatus ut ſit auſterus ſine triſtitia, comis ſine ſcurrilitate, ſeverus cum jucunditate, jucundus cum ſeveritate, iraſcatur, ſed modeſtè; objurget, ſed non contumelioſè; corrigat, ſed non acerbè; diſſimulet interdum, ſed cautus; laudet etiam, ſed non profuſiùs; blandiatur quoque, ſed graviùs; remittat, ſed non licentiùs. Similes ſerpenti Prælatos eſſe debere monet Dominus, dum ait: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*; ut nempe blandi ſint, ac tractabiles, omniúmque naturæ ſe accomodent, atque vigilantiſſimi ſemper, ac circumſpecti ſint, velut ipſe ſerpens, qui ſemper collo, atque pectore erecto incedit: circumſpiciens undequaque, ut à repentino, quo caſu offendi poſſit, malo ſalvus conſiſtat.

De hac etiam prudentia intelligitur quod ibi 31 dicit idem Apoſt. *Epiſcopum debere eſſe domui ſuæ benè præpoſitum*; ut ſcilicet etiam temporalium negotiorum, ac rerum familiarium etiam notitiam habeat: *ſi enim*, inquit, *domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?* ut exemplis, & ſacræ Scripturæ auctoritatibus explicatur *in §. neceſſe eſt*, *diſt* 47. Quare B. Gregorius relatus *in cap. fin.* 39. *diſt.* de quodam electo Epiſcopo ſic ad electores reſcripſit, dicens: [Petrus Diaconus, quem à vobis electum aſſeritis, omninò (ut dicitur) ſimplex eſt, & noſtis quia hoc tempore talis in regimine arcis debet conſtitui, qui non ſolùm de ſalute animarum, verùm etiam de extrinſeca utilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus.] Et quoad propoſitum alia eſt prudentia œconomica, directiva eorum, quæ ad domeſticam conſervationem ſpectant, de qua Proverb. 24. *Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur*, de qua prudentia agit Philoſophus *in duobus libris œconomicorum*; alia eſt prudentia politica, quæ eſt cognoſcitiva & directiva eorum, quæ ad civilem politiam pertinent, inveniendo media, quibus multitudo civilis juſtè & pacificè gubernetur, de qua Petr. de Bollo *in œconomia Canon. claſſe* 3. *c.* 1. §. 3. *verſ. deinde pag.* 339. Ex aptitudine enim, & dexteritate regiminis œconomici

Biblioteca de Ciències Socials

mici sumitur judicium de aptitudine ad regimen Politicum, & Ecclesiasticum; qui enim benè domum suam moderatur, signum est, quod idem benè reget Ecclesiam. Unde Hieron. ad Oceanum: [Vult Apostolus Episcopum domum suam benè regere, non ut opes augeat, non ut regias paret epulas, non ut cælatas patinas struat, non ut phasidis aves lentis pavonibus coquat, qui ad ossa perveniant, & superficiem carnis non dissolvant artificioso temperamento; sed ut quod populo præcepturus est, priùs à domesticis exigat. Unde ait Theod. Qui parva nescit administrare, quomodo poterit ei credi cura præstantiorum, ac divinorum? Et Ambros. Manifestum est, quia tunc poterit idoneus Rector futurus probari, si priùs domum suam rectè gubernaverit; qui enim in minimis fidelis, & in magnis fidelis erit.] Verùm ut Episcopi lectioni, & orationi, prædicationi quoque, & sacrarum literarum studio post curas Pastorales vacare possint, interdicitur eis per seipsos curæ rei familiaris incumbere, sed Vicedominum, & Oeconomum pro rebus externis habere debent, qui possit vel hospitibus supervenientibus, vel cautis, quæ eveniunt, paratus existere, ut Greg. Papa constituit *in cap. volumus*, 29. *distinct.* Duo extrema, ait idem Greg. cavere debet Pastor, ne aut exterioribus cutis nimis deditus ab intimis corruat, aut foris interioribus occupatus, quæ foris debet, proximis non impendat. 32

De doctrina autem, & literarum scientia in Carthag. Concilio, de quo *in cap. qui Episcopus*, 2. *dist.* 23. in inquisitione electi sic statuitur inquirendum: [Si sit litteratus, si in lege Domini instinctus, si in Scripturarum sensibus cautus, vel acutus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si Fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c.] Episcopum secundùm Apostolum *ad Timoth. ubi suprà*, oportet esse Doctorem, & loqui quæ decent sanam doctrinam, & amplecti eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere: hoc quoque Canones, & sancti Petres 37. 38. & 44. *dist.* sæpiùs prædicant, Episcopos scilicet nonnisi doctos, & divinis scientiis imbutos, atque in sacris Scripturis instructos esse eligendos, qui possint subditos suos docere, & eis monita salutis præbere & prædicationi verbi Dei instare. Unde in sexta generali Synodo, de qua *in cap. omnes psalientes*, 38 *dist.* ita est constitutum: [Diffinimus omnem, qui ad Episcopatûs provehendus est gradum, modis omnibus Psalterium nosse, ut ex hoc etiam omnis Clerus, qui sub eo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à Metropolitano, si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitoriè tam sacros Canones, & sanctum Evangelium, quàm divini Apostoli librum, & omnem divinam Scripturam, atque secundùm mandata Dei conversari, & docere populum sibi commissum. Substantia enim summi Sacerdotii nostri sunt eloquia divinitùs tradita, id est vera divinarum Scripturarum disciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionysius, &c.] 33

Unde Chrysost. *homil.* 15. sic ait: [Ut quid dicit Apostolus: Oportet Episcopum esse Doctorem, nisi ut doceat; Nec satis est quod doceat exemplo vitæ, imò oportet eum laborare in verbo, & doctrina. Profectò si Præsul non pollet gratia doctrinæ, plurima Ecclesiasticæ doctrinæ exempla peribunt; quomodo enim lucerna, si non lucet? Profectò inseparabile est lucere à lucerna: tenetur ergo lucere, quem Dominus voluit habere officium lucernæ: Et ut Modernus quidam addit: Sicut fieri non potest ut sol illuminet, si obscurus sit, & caliginosus; ita neque Doctoris munere perfungi is poterit, qui ignorantiæ tenebris involutus fuerit, atque demersus. Unde Leo Papa *in cap. si in Laicis*, 38 *dist.* Si, inquit, in Laïcis videtur intolerabilis insciția, quanto magis in iis, qui præsunt, excusatione digna non est, nec veniâ? Hieronym. quoque *in cap. si juxta*, *eod. distinct.* ait: Si juxta Apostolum Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, & qui nescit Scripturas, nescit Dei virtutem, & Dei sapientiam, sequitur quod qui Scripturas ignorat, Christum ignorat.] Clemens verò Papa *in cap. final. eod. distinct.* monet Episcopos, ut si quid fortè utilitatis, & salutis est, quod scire eos oporteat, non erubescant etiam à parvis, vel minimis eruditis inquirere. Vide etiam ad hoc *cap. dist.* 84. S. Augustin. *de civitate Dei lib.* 19. *cap.* 19. Duaren. *de sacris Eccles. ministr. lib.* 4. *c.* 1. Sandov. *de Offic. Eccl. part.* 5. *c.* 1. *fol.* 148. Cerda *in adversaria sacra*, *cap.* 56. *num.* 1. ubi ex S. Ambros. *lib.* 1. *offi. cap.* 1. ait, quod Episcopis docendi munus specialiter tribuitur. Qui verò scientiam omnino repellit, meretur juxta divinam sententiam, & ipse à Sacerdotio repelli: cujus rei nonnulla extant exempla, & inter alia Honorii III. *in cap. fin. de etat. & qualit.* qui quendam Episcopum Episcopatu dejecit, qui adeò erat indoctus, ut confiteretur se nunquam Grammaticam didicisse, nec etiam legisse Donatum. Ignorantia autem, sive sit facti, sive juris, Episcopum non excusat, secundùm Gregor. Papæ sententiam *in cap. pen. de reg. jur.* qui ait: *Non potest esse Pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit.* 34

Verùm advertendum est non satis esse, Episcopum qualemcunque tenere scientiam, cùm subditos suos non ea, quæ humanis, sed quæ divinis scientiis continentur, docere debeat Gregor. namque *in cap. cùm multa*, 86. *distinct.* Episcopum quendam reprehendit, qui Grammaticam exponebat, dicens: [Sed post hoc pervenit ad nos quod sine verecundia memorare non possumus, fraternitatem vestram Grammaticam quibusdam exponere; quam rem ita molestè suscepimus, ac sumus vehementer aspernati, ut ea, quæ priùs dicta fuerunt, in gemitum, & tristitiam verteremus, quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt.] Debent ergo Episcopi, ut sacra statuta præcipiunt, sanctum Evangelium & epistolas B. Pauli & crebrò lectitare, & quantum possint, memoriæ commendare, Sanctorumque Patrum opuscula super eadem devotè frequentare. Unde benè Theodoret. ait Episcopum ab Apostolo Doctoris nomine vocari, non qui sit eloquentiâ præditus, qui verborum flosculos pueriliter sectetur, sed eum qui est eruditus in divinis, & potest ea suadere, quæ convenit. 35

Octavò, vult Apostolus ubi suprà ornatum virtutibus esse Episcopum, quod & Canones similiter requirunt, 45 *distinct. per tot.* docent namque debere Episcopos in vitæ moribus esse prudentes, sobrios, modestos, humiles, sanctos, justos, continentes, honestos, pudicos, & moderatos, *ut in princ. & cap. fin.* 45. *distinct.* Hæc enim, & similia in Episcopo requirenda statuit Carthag. Conc. *in cap. qui Episcopus*, 22. *distinct.* Si videlicet moribus sit temperatus, si vita castus, si sobrius, si humilis, si affabilis, si misericors. Unde Gregor. *in cap. nos qui*, 40. *dist.* sic ait: Nos qui præsumus, 36

non

non ex laborum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec urbium claritate, sed fidei puritate. Et Symmach. Papa *in c. vilissimus 1. q. 1. Vilissimus*, inquit, *computandus est, nisi præcellat scientiâ, & sanctitate, qui est honore præstantior.* De humilitate verò idem Gregor. *in cap. contra morem, 100. dist.* ait: *Quod nihil Episcopali cervici splendidius fuget, quàm humilitas.* Unde Concil. Carthag. IV. de quo *in cap. Episcopus, 41. dist.* præcipit, ut vilem supellectilem, mensam ac victum pauperum Episcopus habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fidei & vitæ meritis quærat. In habitu quoque modestia requiritur, de quo plura habentur *in cap. Episcopi, cum duobus seq. 21. quæst. 4.* & qualis hic habitus debeat esse, dixi suprà *hoc eod. lib. cap 9. n. 18.* In incessu quoque debet esse gravitas ut scilicet raro, & moderato gressu incedat, ut sic per gravitatem itineris ostendat gravitatem mentis.

37 Nonò, debent Episcopi lectioni, & orationi vacare, ubi non fuerint in curis Episcopalibus occupati, *c. fin. 36. dist. c. fin. 2 q. 7.* Marc. Ant. Genuens. *in man. Pastor. c. 12.* singulis quoque diebus tenentur Missæ sacrificium offerre, vel saltem celebranti

38 interesse. Conc. Arausican. *can. 3.* nam absque rationabili causa sine Missa eos transire non decet ullam diem, ut dicit Bonif. Papa *in cap. fin. de privil. lib. 6.* Sylv. *in sum. verb. Missa 2. q. 1.* Nav. *in man. c. 21. n. 2. prope fin.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 4. q. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi aur resol. 203 n. 6.* Fagundez *in quinque Eccles. præcept. prec. 1. lib. 2. c. 2. n. 11.* observante id intelligi de congruentia, & consilio.

39 Dominicis quoque, & Festis diebus si (infirmitate non fuerint impediti) in Ecclesia sua Cathedrali interesse debent divinis Officiis, *cap. Episcopus, de consecr. dist. 3.* vel hoc die saltem ad Verbum Dei per se, vel per alios prædicandum, de quo infrà dicemus. Tridentinum etiam Concilium *sess. 2. in prine.* Episcopos monet, ut Dei laudibus frequenter incumbant, Hostias, & preces pro ovibus suis offerant, & subditis suis bonum exemplum præbeant, eosque tanquam filios, & fratres diligant.

40 Decimò, monent Episcopos sancti Patres, eisque præcipiunt, ut honorent Clericos, quasi Clericos, ut ipsis Episcopis quasi Episcopis honor à Clericis deferatur: nam ex quo Prælatus non servat reverentiam subdito, nec subditus tenetur ei servare. Gloss. *verb. subtrahat, in cap. cùm Beatus, 45. dist. Et sciant Episcopi* (ait Hieronymus *in cap. esto, 95. dist.*) *Sacerdotes se esse, non dominos.* Illud *Petr. 5.* rememorans Episcopos alloquentis, *Pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, non ut dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo, &c.* Unde Bracharense Concil. *in cap. 1. n. 10. quæst. 3.* statuit, ut Clerici servili more in aliquibus operibus Episcopo servire non cogantur: *Quia*, inquit, *scriptum est, non ut dominantes in Clero, &c.* Et Carthagin. Concil. I V. *in cap. Episcopus, 95. dist.* jussit ut in quolibet loco extra Ecclesiam sedens Episcopus stare Presbyterum non patiatur; *nam licèt Episcopus* (inquit *in cap. seq.*) *in Ecclesia in consessu Presbyterorum sublimior sedeat, intra domum tamen Collegam Presbyterorum se cognoscat.* Illud quoque in Bracharensi III. *cap. 5.* Episcopis interdictum, à Levitis sellâ publicè solemniter vehi. Denique Clericos non filios, sed fratres appellandos esse, docet Ambros. *in cap. qui autem, 8. q. 1.* de eis sic loquens: *Quomodo*, inquit, *possum corrigere filios, cùm fratres emendare non possim?*

Undecimò, ob reverentiam Apostolicæ Sedis 41
antiquis est Canonibus Constitutum *in cap. juxta Sanctorum, 93. distinct.* ut Episcopi omnes propinquiores singulis annis circà idus Maii Sanctorum Apostolorum liminibus Romæ præsentarentur, omni occasione sepositâ; qui verò de longinquo essent, vel per alium id facerent, vel impedimenti sui causam per litteras exponerent, sicut in juramento fidelitatis & obedientiæ suæ spondent, ut *in cap. Ego N. de juretur.* Et de exemplo. S. Bonifacii limina beatorum Apostolorum frequenter ex Anglia visitantis, vide Card. Baron. *tom. 9. annal. Eccles. anno Christi 725. n. 15.* Scip. de Rubeis *in Aphorismis Episcop. verb. limina.* Novissimè Sixtus V. constitutionem edidit de visitandis liminibus Apostolorum, incipientem *Romanus Pontifex*, sub dat. Romæ 20. Decembris 1585. quam refert Quarant. *in sum. Bullaris, verb. Apostolorum limina*, in qua tempus, quo hoc visitationis debitum officium fieri debet, assignatur majus, & minus pro diversitate longioris, & brevioris distantiæ ab Urbe: & recensentur distinctæ omnes Provinciæ, in quibus Catholica Fides viget in qualibet Mundi parte, scilicet Europa, Africa, & Asia, & quoto anno Episcopus ex qualibet dictarum Provinciarum ad limina Apostolorum visitanda accedere debeat: quare viciniores tertio quoque anno, alii verò pro majori, vel minori distantia, quarto, quinto, vel decimo anno iter suscipere, & Deo adjuvante perficere debent, & successivè eisdem temporibus transactis repetere tenentur. Ita referunt Anastas. Germon. *de indult. Card. in fin.* Nald. *verb. Episcopus, n. 35.* Ugolin. *de potest. Epis. p. 1. cap. 3. n. 8.* Hieron. Venero y Leyva *in exam. Episc. lib. 4. c. 18. n. 28.* & de hac Sixti V. Constitutione meminerunt Sayr. *de cens. lib. 4. cap. 12. n. 33.* Mar. Alter. *eod. tract. tom. 2 disp. 16. c. 3. vers. nona*, Homobon. *de exam. Eccles. tract. 11. c. 9. q. 21. prælud. 2.* Jul. Lavor. *de Indulg. p. 2. c. 24. n. 14.* Filliuc. *tract. 17. n. 159. vers. sexta:* & vide aliquas declarationes factæ Congr. Episcoporum, quas refero *in collect. Bullaris, verb. limina Apostolorum.*

Duodecimò, secundùm doctrinam Apostoli *ad* 42
Tit. 1. debent Episcopi sine crimine esse, sicut Dei dispensatores, & qui aliis vitæ monita præbere tenentur. *Nemo autem* (inquit Symmach. *in cap. nemo, 81. dist.*) *rectè monitoris personam suscipit, nisi qui moribus suis aliorum errata condemnat.* Unde Athanas. 43
in exhortatione ad Monach. Vita (inquit) *vestra jubeat, lingua suadeat, quia plus auctoritatis exemplum, quàm sermo gestat.* Alioquin, teste Greg. *5. porrò, in fine, & c. seq. 3. q. 3. q. 7. Cujus vita despicitur, ejus quoque prædicatio contemnitur.* Nihil est magis, quod 44
pietatem, & Dei cultum alios assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Conc. Trid. *sess. 22. de reform. c. 1.* Quomodo enim præses Ecclesiæ potest auferre malum de medio ejus qui in delicto simili corruerit: aut quâ libertate corripere peccantem potest, cùm tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, quæ corripit; *cap. ult. 25. dist.* [Non poterit (ait Prosper. *de vit. contemplat.*) dicere contemplatoribus admonitionis suæ, futurum cogitate judicium, quod ipse fortè non cogitat. Amatoribus Mundi: Nolite diligere Mundum, si hunc Mundi amor oblectat. Ambitiosis: Ambitioni finem imponite, si eum ambitio ruinosa præcipitat. Ebriosis: Ebrietatem cavete, si se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Sumptuosis dapibus crudus non potest suis abstinentiam laudare, quam calcat: vitio cupi-

cupidis amorem non potest dissuadere pecuniæ: inimicitiarum tenax non audebit animos dissidentium Sacerdotali tranquillitate componere. Justitiam prædicare Judicibus erubescit, quam ipse personæ potentis favore corrumpit, nec defendit oppressos, si personas aut honorat, aut despicit; & quicquid boni non facit, aut mali committit, nec jubebit fieri, nec vetabit, quia necessariam docendi auctoritatem contrectatæ suæ actionis aut amittit, aut minuit.] Vide plura ad hoc propositum *in c.1. dist.49. & 12 c.2. dist.82. & in c.præcipuè 11. q. & in c. nulli, 25.q.1.*

Quare hæc omnia prævidens divinus Apostolus, & Episcoporum magister dicebat, *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne cùm aliis prædicaverò, ipse reprobus efficiar.* Sic & quisque Prælatus se subditis exemplum bonorum operum ostendere debet, eis in illum tanquam in Christum ipsum aspicientibus, dicere cum eodem Apostolo valeat: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Prælatus verò, qui nomen, & ordinem tenens perversè agit, magis quàm alius malus in Ecclesia nocet, juxta S. Augustini sententiam. Quia, inquit, hanc delinquentem redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, cùm pro reverentia Ordinis peccator honoratur. Prælatus igitur plus occidit exemplo, quàm gladio, inquit, Greg. *in Pastorali*, quem refert Panorm. *de visitat. p.2.q.9. n.29.vers.& dicit:* & plus peccatur exemplo, quàm culpâ. Joan. Lecetiel. *in tract. de primog. lib.1 q.9* quia ipsorum factum de facili trahitur in exemplum à subditis, *cap. magna, de vot.* juxta illud *Eccl.20. secundùm Judicem populi, sic & ministri ejus: & qualis rector civitatis est, tales habitantes in ea.* Et ideò subditorum errata Prælatis imputantur, *c. quicquid 1. q.1. c. irrefragabili, de offic. Ordin.* quia Prælati error multos involvit, & tantis obest, quantis præest: sic monet Bernard. *epistol.127. ad Guilielm. Comitem:* imò si perversa unquam perpetrat, *tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit,* ut ait Greg. *in Pastorali, p.3. cap.5.* pro ut refertur *in cap. præcipuè, 11. q.3.* Summa igitur perfectio Pastoris videtur esse si caveat, ne cæcus cæcos ducat, ut non simul cum eis in foveam cadat, sed secundùm Christi præceptum sit simul simplex & prudens, atque moribus gravis, & in corrigendo potiùs suavis, atque mitis, quàm severus. De his inveniuntur in Pastorali Baculo S. Annonis Episcopi Colonienſis, ut in ejus gestis apud Surium, hi versiculi, quos in hoc loco pro conclusione hujus capitis inferere placuit:

Tytire coge pecu, cæcos ne ducito cæcus:
Moribus esto gravis, rector fore disce suavis:
Actu serpentis, volucris tege simplicitate gemmis.

CAPUT XI.

De Officio, & potestate Episcoporum.

SUMMARIUM.

1 *Jus Ecclesiasticum totum, & singulæ ejus partes ad Officium, & potestatem Episcopi pertinere dignoscuntur.*

2 *Officium, & munus Episcoporum in duobus præcipuè consistit, videlicet in cultu divino, & Christiana Religione agenda, & conservanda. & in pascendi, & regendis ovibus sibi commissis.*

3 *Cura Episcoporum circa divinum cultum & Religionem ad quatuor capita redigi potest.*

4 *Officium Episcopi circa Fidem & venerationem Dei est curare, ut omnes suæ Diœcesis animæ Fidei rudimenta sciant, & ea ritè doceantur, & illis explicentur.*

5 *Doctrinam Christianam ad discendam non potest Episcopus cogere pueros mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, & contumaciæ.*

6 *Concil. Trid* sess.24. de reform. cap.4. *loquitur de compulsione illorum, quorum interest doctrinam Christianam docere, & non de compulsione puerorum, seu parentum.*

7 *Episcopus potest hac potestate censuris compellere subditos, ut doctrinam Christianam discant, & Parochos, ut eam doceant.*

8 *Fidei disputationi inanes ac periculosæ ut tollantur, debet curare Episcopus, & ne laici publicè, vel secretè disputent de Fide Catholica.*

9 *Verbum Dei ut populis prædicetur, & lectio sacra Scripturæ, ac Theologia habeatur, curare debet Episcopus.*

10 *Scriptura sacra sententia & verba non sunt ad superstitiones, incantationes, aut divinationes, vel sortes, & alia prophana, & scurrilia adhibenda, & convertenda; idque curare debet Episcopus.*

11 *Prædicatores in suis Concionibus, ne fabulas, & falsa revelationes prædicent, debent Episcopi curare.*

12 *Imprimere, vel imprimi facere nullus potest quosvis libros de rebus sacris sine nomine Auctoris, neque illos in futurum vendere, etiam apud se retinere, nisi primùm ab ipsomet Episcopo examinati, & approbati fuerint.*

13 *Sortilegos omnes, magicam artem exercentes, aut docentes, & superstitionibus, aliisque similibus operam dantes, ex Diœcesibus suis penitus eradicare debent Episcopi.*

14 *Hæreses, & hæretici omnes ut extirpentur, ac circa Judæos, & Paganos curam adhibere debet Episcopus in iis servandis, quæ & Christianis erga illos, & illis erga Christianos jubent, vel prohibent sacri Canones.*

15 *Miracula nova publicare, recognoscere, & approbare debet Episcopus, non alius, jurisdictionem etiam Episcopalem habens.*

16 *Miracula etiam hominis defuncti, non canonizati, nec beatificati solus Episcopus publicare, recognoscere, & approbare debet.*

17 *Reliquias Sancti ab Ecclesia canonizati in sua Diœcesi approbat Episcopus, & illa approbante, tanquam veras, & ad illum Sanctum pertinentes declarat posse absolutè venerari.*

18 *Episcopus extra suam Diœcesim existens etiam absque aliqua Episcopi Diœcesis licentia potest reliquiarum Sancti canonizati approbationem facere, & facultatem concedere, ut in sua Diœcesi publicè collocentur venerandæ.*

19 *Reliquias novas approbare, ac eas publicè venerandas exponere non licet Episcopo, nisi denuò invenirentur alicujus Sancti jampridem in Sanctorum numerum relati.*

20 *Reliquiæ antiquæ habendæ sunt in illa veneratione, quâ hactenus fuerunt.*

21 *Voventes, ut vota sua reddant, debent curare Episcopi, & cum impotentibus dispensare, aut communicare in quantum facultas Episcopalis extenditur.*

22 *Festa*

22 *Festa in Dei, & Sanctorum venerationem ut ritè & debitè celebrentur, & ut in illis diebus fideles divinis intersint, atque à servilibus operibus, & aliis illicitis abstineant, curare debet Episcopus.*

23 *Laici festa non observantes arbitrio Episcopi possunt puniri.*

24 *Sacerdotes ne aliis quàm debitis horis celebrent, curare debet Episcopus.*

25 *Missa celebranda tempus, seu hora, quando incipiat & finiatur, ostenditur.*

26 *Missa sacrificium ne extra Ecclesiam, & locum sacrum ad id specialiter deputatum fiat, curare debet Episcopus.*

27 *Missa in privatis Oratoriis celebrari non debet.*

28 *Decretum super non celebratione Missarum in particularium Oratoriis, comprehendit tantum Oratoria in particularium duntaxat domibus existentia, non tamen Ecclesias, vel Capellas publicas.*

29 *Missas vago, & ignoto Sacerdoti Episcopus celebrare non permittat.*

30 *Episcopus potest prohibere ne regulares in eorum Ecclesiis Sacerdotes seculares exteros divina officia celebrare permittant, nisi priùs ab ipso Episcopo visis litteris commendatitiis, ipsi Sacerdotes admissi fuerint.*

31 *Sacerdos alienigena, si per longum tempus in loco celebraverat, & ejus vita, & mores sunt notorii, non est cogendus ostendere commendatitias sui Ordinarii litteras.*

32 *Missas ut curam animarum habentes celebrent tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, curare debet Episcopus.*

33 *Missam ut populus in propria Parochia audiat, curare debet Episcopus, non tamen poterit illum ad hoc cogere mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentia.*

34 *Missa sacrificio festivis diebus in Ecclesiis Regularium interesse, liberum erit populo, nec eisdem Regularibus, vel populp possunt Ordinarii ob id impedimentum præstare.*

35 *Musica illa, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur, debent ab Ecclesiis arceri.*

36 *Regulares in offertorio Missarum Conventualium, quæ diebus dominicis in Monasteriis celebrantur, ex mandato Episcopi declarare debent fidelibus quæ festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant.*

37 *Divina Officia, & Horæ Canonicæ ut debitè ac devotè suis horis celebrentur, curare debet Episcopus.*

38 *Populis diversarum linguarum & rituum, qui in eadem simul Diœcesi morantur, Missa, & Officia, ac Sacramenta secundùm eorum linguas, & approbatos ritus celebrari, & ministrari debent.*

39 *Confirmationis Ordinarius minister est Episcopus ordinatus, quamvis sit excommunicatus, hæreticus, vel degradatus.*

40 *Confirmationem omittere non debet multò tempore negligenter Episcopus, quia peccaret.*

41 *Chrismatis tantum conferendi gratiâ tenetur Episcopus ad loca sua diœcesis accedere, & tunc laici, vel Ecclesiarum Rectores ad illius expensas non obligantur.*

42 *Episcopus alienis quando Confirmationem administrat, debet à Diœcesano provideri.*

43 *Confirmationis Sacramentum est administrandum cum pluviali, mitra, stola, & baculo pastorali.*

44 *Confirmationis Sacramentum Episcopus non jejunus, etiam non jejunis conferre potest in omni tempore, etiam in die feriali, & post prandium.*

45 *Confirmare debet Episcopus in omni loco, honesto tamen, veluti Palatio Episcopali, licèt melius & decentius semper sit in Ecclesia, quamvis sit specialiter interdicta.*

46 *Confirmare suos subditos nullus Episcopus potest in alterius Diœcesi, absque licentia Episcopi Diœcesani, sub pœna suspensionis ab exercitio pontificalium.*

47 *Confirmare alterius subditos in Diœcesi sua quilibet Episcopus poterit absque aliqua culpa.*

48 *Ordinis Sacramentum soli Episcopi ex officio conferre possunt, quamvis hæretici, & ab Ecclesia præcisi.*

49 *Ordines minores ex delegata Summi Pontificis potestate possunt etiam à simplici Sacerdote conferri.*

50 *Ordines minores ut conferat, minimè potest committi, aut concedi non Sacerdoti.*

51 *Ordines sacros vigore delegationis facta à Papa an possit alius ab Episcopo, etiam in Sacerdotali Ordine constitutus, sacros Ordines conferre, ostenditur.*

52 *Sacramenta, ut à Ministris idoneis cum debita forma, ac ritu & materia, tempore etiam legitimo, ac personis dignis & habilibus ministrentur, curare debet Episcopus.*

53 *Sacramentis pro ministrandis ne aliquid indebitè exigatur, debet Episcopus curare.*

54 *Decretum Concilii Trident.* de matrimon. celebrandis, *ut sæpius publicetur, & explicetur, curare debet Episcopus.*

55 *Decretum Concilii Trid.* de matrimon. celebrandis, *ut robur suum accipiat, necesse est in Parochiis publicari, in tantum quod publicatio in Diœcesana Synodo facta non æquipolleat, & post 30. dies à die publicationis obligabit etiam ignorantis quoad annullationem matrimonii, ut n. 56.*

57 *Sacramentum omnium vis ac virtus, ut à Parochis suis populis exponatur, curare debet Episcopus.*

58 *Clericos ac Regulares delinquentes corrigere potest Episcopus.*

59 *Clericos peregrinos sine formatis, aut testimonialibus litteris suscipere non debet Episcopus.*

60 *Litera formata quæ dicantur? remissivè.*

61 *Regulares personæ testamentorum executores, rationes de hujusmodi executionibus coram Episcopo reddere tenentur.*

62 *Apostatas, & Fratres fugitivos recolligendi cura incumbit Episcopis.*

63 *Archiepiscopus potest in tota sua Provincia admonere Monachos, & alios Regulares, vagabundos, & apostatas, ut redeant ad sua Monasteria.*

64 *Confessiones peccatorum ut faciant, & SS. Eucharistiam suscipiant Moniales, saltem semel singulis mensibus, debet Episcopus curare.*

65 *Immunitates Ecclesiasticas tueri cura Episcoporum injungitur.*

66 *Prædicare verbum Dei, & subditos suos docere, præcipuum est Episcopi officium.*

67 *Episcoporum officium est animarum curæ provi-*

dere, bonis & idoneos Rectores, sive Curatos instituendo, qui curam suam non negligant.

68 Diœcesis tota dicitur Parochia Episcopi.

69 Cathedralis Ecclesia dicitur Parochia totius Civitatis Diœcesis.

70 Sacramenta recipere potest in majori Ecclesia quilibet de Diœcesi.

71 Excommunicationis vinculo si qui detinentur, officium est Episcoporum eorum nomina subditis suis, & vicinis etiam Episcopis publicare, ut quisque communionem eorum valeat evitare.

72 Subditorum vitia tenentur arguere Episcopi, & errantes corrigere, & omninò curare, observando, increpando, arguendo, & instando.

73 Camerarium pignorum retinere potest Episcopus, qui solvere non faciat plus quam Civitatis Camerario solvere solitum sit.

74 Satellites tot quot sibi libuerit, licet Episcopo retinere.

75 Baroncellus Curiæ Episcopalis in eadem Curia syndicare debet, ac proinde in eodem Tribunali in principio officii cautionem præstare tenetur.

76 Citationes in Curia Episcopali per satellites minimè exequi debent, sed per bajulum probæ vitæ, & per Episcopum eligendum.

77 Satellites in executionibus peragendis pignora debito tantùm æquivalentia auferre debent.

78 Notario criminali civitatis, qui sit vir probus, Episcopus uti potest

79 Episcopus permittere debet, ut Presbyteri in causis civilibus in foro sæculari examinentur, dummodo juramentum Tribunali Episcopali prius præstetur.

80 Clerici non impediantur quominus civiliter denuntient, aut querelent in officio damni dati, occasione damnorum datorum in eorum possessionibus; juramentum tamen in Tribunali Ecclesiastico præstari debet.

81 Constitutiones Synodales priùs quam imprimantur, non tenetur Episcopus exhibere civitati.

82 Episcopus dissidentes Fratres ad pacem magis quàm ad judicium debet excitare.

83 Episcopus negligens in revocando discordes ad concordiam, peccat mortaliter.

84 Pacem inter subditos tenetur Episcopus semper conciliare, & pacem vel treguam rumpentes punire.

85 Episcopus non potest cogere aliquem ad se cum inimico reconciliandum, quia sua conscientia satisfacit, qui injuriam in corde remittit.

86 Pauperibus victum largiri, & viduarum, orphanorum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere tenetur Episcopus.

87 Episcopi providere debent ne subtili sui vanis & superfluis sumptibus intendentes substantias suas consumant, & ne quis ultrà quam gradus personæ, & facultates patiuntur, expendat.

88 Episcopi debent oves sibi commissas bonorum operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, & sacrificia Deo offerre.

89 Episcopi curare debent, ut omnia cognoscere valeant, quæ in tota sua diœcesi dirigenda sunt, ac moderanda.

90 Episcopi debent curare ut possint cuncta, quæ ad eorum officium spectant, facilius implere, & ea quæ correctione, emendatione, ac reparatione indigent, ordinare, ac moderari.

91 Residere apud suas Ecclesias omninò debent Episcopi, non verò etiam metu persecutionum fugere.

92 Officio Episcopi nihil hoc tempore est difficilius, & laboriosius, ac periculosius, & ideo dicitur onus angelicis humeris formidandum ut 0.94.

94 Sancti homines semper episcopale onus vitare studuerunt, sed ubi poterant prodesse, refugere noluerunt.

95 Potestas, auctoritas, & jurisdictio episcopalis ad tria capita redigi potest.

96 Chrisma conficere, & baptizatorum fontes chrismate signare potest Episcopus.

97 Chrisma strictè sumptum licèt importet tantùm quoddam unguentum ex oleo, & balsamo compositum, significat tamen, attentâ sermonis proprietate, omne unguentum ad ungendum designatum.

98 Basilicas consecrare, & Altaria in Ecclesia consecrata erigere, & consecrare, & hæc eadem consecrata reconciliare, si violata fuerint, vel polluta, potest Episcopus.

99 Ordines Clericis conferre, & Episcopos consecrare, & hujusmodi solemniter degradare potest Episcopus.

100 Consecratus solus Episcopus potest Chrismare, Ordines conferre, & Episcopos consecrare, nec alius, quamvis ei plena Episcopalis administratio concederetur.

101 Ordines minores, & primam tonsuram conferre possunt non Episcopi consuetudine, delegatione, aut privilegio Papæ.

102 Virgines Moniales post professionem, & completo 25. ætatis anno solemniter consecrare est dignitatis episcopalis.

103 Pœnitentes publicè in Missa reconciliare est dignitatis episcopalis.

104 Pœnitentias publicas injungere est dignitatis episcopalis.

105 Campanas benedicere, & chrismate ungere est dignitatis episcopalis.

106 Calices, patenas, & corporalia, pallas altaris, & vestimenta sacerdotalia, & alia utensilia ecclesiastica debet consecrare Episcopus, vel alius, si id ex privilegio, vel consuetudine habeat.

107 Sacramentalia licèt sint in generali jure divino data Episcopis, quia tamen sunt in particulari de jure ecclesiastico instituta, ideo poterit Ecclesia illis privare aliquos Episcopos.

108 Personæ omnes Diœcesis, in quibus sint Episcopo subjectæ, ostenditur.

109 Ecclesias omnes, & Parochias, Monasteria, & Hispitalia, ac omnia loca pia, & religiosa, sub sua potestate & regimine habere debet Episcopus.

110 Bona ecclesiastica, res, ac beneficia, & jura omnia Ecclesiarum quoad quadam, sub suo regimine continere debet Episcopus.

111 Dimissorias litteras pro Ordinibus ab alio Episcopo recipiendis dare potest Episcopus.

112 Exemptis non licet hodie dimissorias ad Ordines impertiri.

113 Constitutiones speciales in Ecclesia, & diœcesi sua sacris Canonibus non obviantes facere potest Episcopus.

114 Constitutiones sive statuta Episcoporum debent potius observari, quàm jus commune, si Papæ auctoritate, vel præscripta consuetudine roborentur.

115 *Epiſcopus poteſt exequi quæcunque Presbyteris licent.*

116 *Beneficia Eccleſiaſtica perſonis idoneis, & habilibus legitimè conferre, & perſonas in Eccleſiis, vel beneficiis inſtituere, & deſtituere debet, & poteſt Epiſcopus.*

117 *Cauſas omnes ad forum eccleſiaſticum de jure ſpectantes poteſt Epiſcopus cognoſcere & omnino ſaltem in prima inſtantia, & in ſua diœceſi terminare, ac executioni mandare.*

118 *Nuncii, & Legati etiam de Latere cauſas in Curiis Ordinariorum Judicum pendentes ad ſe avocare non poſſunt, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum Tribunal deferantur.*

119 *Auditor Cameræ, nec quivis alius Judex Rom. Curiæ poteſt de cauſis in prima inſtantia cognoſcere; nec monitoria decernere ad extrahendas partes à ſuis domiciliis.*

120 *Viſitationem omnium Eccleſiarum, & quorumcunque locorum Eccleſiaſticorum, & perſonarum, ac rerum facere poteſt Epiſcopus, & in viſitando omnia neceſſaria, & opportuna ordinare.*

121 *Clericos, & omnes Eccleſiaſticas perſonas ſibi ſubjectas corrigere, carcerare, ab officio & beneficio ſuſpendere, degradare, beneficiis privare ex cauſa poteſt Epiſcopus.*

122 *Capituli negligentiam quandoque ſupplere poteſt Epiſcopus.*

123 *Controverſias de precedentia inter Eccleſiaſticas perſonas componere debet Epiſcopus.*

124 *Epiſcopus ſuper omnes perſonas ſuæ diœceſis non exemptas liberam habet poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirendi, ulciſcendi, & judicandi abſque impedimento alicujus.*

125 *Eccleſias ædificandas deſignare poteſt Epiſcopus, & de litigioſis Eccleſiis cognoſcere.*

126 *Monaſteria Regularium reformare, & quandoque gubernare, & ea ad libitum gratia viſitationis, & exhortationis intrare poteſt Epiſcopus.*

127 *Eccleſiaſticas res diſpenſare, ac moderari, ſive eorum omnium curam & providentiam habere poteſt Epiſcopus.*

128 *Pœnas criminales ad ſuum arbitrium locis piis diſtribuere, & pauperibus poteſt Epiſcopus.*

129 *Carceres Eccleſiaſticos facere poſſunt Epiſcopi ex pœnis criminalibus.*

130 *Vicarius de pœnis criminalibus participere non debet.*

131 *Fiſcali aliqua pars pœnarum criminalium applicari poteſt, ſed Epiſcopi, & Notarii de illis quoquo modo participare non debent.*

132 *Cancellariam Epiſcopalem locare, vel vendere non debet Epiſcopus, nec ex ea aliquod habere emolumentum, niſi ſint Cancellaria feudorum temporalium.*

133 *Quarta funerales nullatenus ſunt locanda.*

134 *Diſpenſatio Epiſcoporum in quibus cadat, oſtenditur.*

135 *Diſpenſare poſſunt Epiſcopi in irregularitate ex quocumque delicto occulto poſt peractam pœnitentiam.*

136 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate, qua contrahitur ex reiteratione baptiſmi occulta.*

137 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate contracta ab eo, qui duos ſacros Ordines, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcepit, quando delictum eſt occultum.*

138 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate occulta proveniente ab adminiſtratione in Ordinibus malè ſuſceptis.*

139 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, ut exerceat ſuſceptos, & alios ſuſcipiat, modò delictum ſit occultum.*

140 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum eo, qui per ſaltum promotus ad Ordines celebraverit, ubi delictum fuerit occultum.*

141 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum eo, qui Ordines minores ſuſcepit ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, vel dignitati, aut à cenſura irretito, & hæretico, dummodò delictum ſit occultum.*

142 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum ſimoniaco occulto, non tamen eum rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per ſimoniam obtinuit.*

143 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus à ſuſpenſione contracta ab eo, qui furtivè, id eſt, neſciente Epiſcopo, nec probante, nec examinante, Ordines ſuſcepit, ſi occulta ſit.*

144 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in ſuſpenſione quam quis contraxit recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſoriis, ſi ſit occulta.*

145 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in ſuſpenſione à divinis, quam incurrunt religioſi admittentes fœminas intra clauſtra, ſi ſit occulta.*

146 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate proveniat ab excommunicato, quando excommunicatio eſt occulta, licèt celebratio ſit manifeſta.*

147 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus, etiamſi actus ſit materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum, quia adhuc occultum dicitur.*

148 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate ex homicidio caſuali proveniente, modò delictum ſit occultum.*

149 *Homicidium caſuale erit, & non voluntarium, ad effectum ut poſſit Epiſcopus circa irregularitatem ex ipſo contractam diſpenſare, ſi ex rixa repente orta, vel ex inimicitia ob injurioſa verba contracta ſubitò perpetretur.*

150 *Concil. Trident.* ſeſſ. 14. de reformat. cap. 17. *declaratur.*

151 *Diſpenſare poteſt Epiſcopo cum eo, qui aliquem hominem involuntariè, non intendens occidit, ſi delictum ſit occultum.*

152 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum eo, qui mandavit ſervo, ut alterum percuteret ſed caveret ne occideret, ſequuto homicidio, dummodò ſit occultum.*

153 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate proveniente ex homicidio licito, vel facto legitimâ auctoritate, ſi ſit occultum.*

154 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate ex mutilatione membri, etiam voluntaria ſi eſt occulta.*

155 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate proveniente ex delicto etiam manifeſto, quod non ſit gravius adulterio, poſt peractam pœnitentiam.*

156 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in illegitimitate ex delicto occulto proveniente.*

157 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum hæretico, vel apoſtata à fide, ut promoveri poſſint, vel in Ordinibus miniſtrare ſi timore, vel periculo compulſi à fide defecerunt.*

158 *Dispensare potest Episcopus cum homicida, qui non per se, sed per alium in duello adversarium occidit, si delictum sit occultum.*

159 *Dispensare potest Episcopus in irregularitate ex quacumque alia causa, absque delicto tamen proprio veniente in iis, qui religionem approbatam professi per aliquod tempus ibidem religiosè fuerint conversati.*

160 *Dispensare potest Episcopus ex quacunque causa, si irregularitas proveniat ubi subest necessitas dispensandi.*

161 *Episcopi dispensant in irregularitate, quæ non provenit ex delicto, quod sit gravius adulterio, propter Ecclesiæ utilitatem, & meritorum prærogativam.*

162 *Dispensare potest Episcopus cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu ad minores Ordines, & ad beneficium simplex.*

163 *Dispensare potest Episcopus cum corpore vitiatis, sive defectum in corpore patientibus, in levibus vitiis, defectibus, vel debilitationibus.*

164 *Dispensare potest Episcopus cum habentibus membrum occultum, sive manifestum, non suâ culpâ abscissum, & quando cessat homicidii præsumptio.*

165 *Episcopus solus est determinare quis dicatur corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impediat, vel scandalum gignat.*

166 *Vitium modicum quod dicatur, & quæ notabilis deformitas, Episcopi arbitrio considerandum relinquitur.*

167 *Dispensare potest Episcopus ex legitima causa cum promotis per saltum si non ministraverint in Ordine suscepto, sive scienter sive ignoranter fuerint ita promoti.*

168 *Dispensare potest Episcopus cum Ordinatis ignoranter ab Episcopo hæretico, si cùm primùm id sciverint, se ab usu Ordinum abstinuerint.*

169 *Ordines majores recipiens ignoranter ab Episcopo, qui loco simul & dignitati renuntiavit, potest à proprio Episcopo dispensari.*

170 *Dispensare potest Episcopus in bigamia vera, vel interpretativa, ubi necessitas urgeret ob ministrorum penuriam, nec esset aditus ad Pontificem ob locorum distantiam.*

171 *Dispensare potest Episcopus in bigamia similitudinaria.*

172 *Dispensare potest Episcopus in infamia facti, quæ scilicet nascitur ex crimine aliquo notorio.*

173 *Dispensare in interstitiis potest Episcopus cum Ordinandis, datâ legitimâ cautâ.*

174 *Dispensatio facilius conceditur ad ministrandum, quam ad promovendum ad Ordines.*

175 *Dispensare non potest Episcopus cum illegitimis ad Curata & dignitates ecclesiasticas.*

176 *Beneficium de manu laici recipiens potest dispensari per Episcopum, ut illud retinere valeat.*

177 *Dispensare potest Episcopus, ut quis obtinens unum simplex beneficium, quod non sufficiat ad ejus sustentationem, possit aliud simile tantùm obtinere.*

178 *Parochis causâ studiorum hodie non datur licentia ut abesse possint.*

179 *Dispensare non possunt Episcopi in ætate quoad beneficia simplicia, & dignitates non curatas.*

180 *Dispensare non possunt Episcopi in ætate præscripta ad Ordines suscipiendos.*

181 *Parochus ut non resideat ad tempus, cum causa rationabili, dispensare potest Episcopus.*

182 *Dispensare potest Episcopus ut matrimonium contrahi possit contra interdictum Ecclesiæ generale, vel speciale.*

183 *Dispensare potest Episcopus contra impedimentum criminis, quod impedit tantummodò contrahendum, non autem contra illud, quod etiam contractum dirimeret.*

184 *Dispensare potest Episcopus ut matrimonium contrahi possit, non præmissis denunciationibus.*

185 *Dispensare potest Episcopus in impedimentis, quæ impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum.*

186 *Dispensare potest Episcopus in impedimento dirimenti, quando illud occultum fuerit, & matrimonium publicum, nec conjuges possunt separari absque magno scandalo, nec ad Summum Pontificem aut ejus Nuntium patet recursus propter paupertatem, aut propter locorum distantiam, seu ob alia legitima impedimenta.*

187 *Dispensare poterit Episcopus in impedimento dirimenti, quando postulaverit urgentissima necessitas, vel quando impedimenta supervenium matrimonio, & impediunt debiti petitionem.*

188 *Dispensare potest Episcopus in impedimento cognationis orta ex baptismo tempore necessitatis non solemniter collato.*

189 *Dispensare potest Episcopus cum minoribus non habentibus requisitam ætatem ad matrimonium, ut illud ineant quando sunt prope ætatem, & dubium est an malitia eam suppleat.*

190 *Dispensare potest Episcopus in multis Sedi Apostolicæ reservatis ubi necessitas magna coëgerit, aut periculum scandali, si differatur, & talis dispensatio intelligitur cum tacito Sedis Apostolicæ consensu facta, ut n. 191.*

191 *Dispensare non possunt Episcopi contra Canones & Concilia, nisi in tribus casibus.*

193 *Dispensare potest Episcopus ubi lex impersonaliter dispensandi facultatem facit.*

194 *Dispensare potest Episcopus contra Canones, & Concilia ratione magnæ necessitatis, vel utilitatis.*

195 *Episcoporum arbitrio dimittitur in multis casibus, an debeat Episcopus dispensare.*

196 *Ecclesia facilius dispensat ad beneficium retinendum quàm ad exercendum Officium Clericale, & facilius ad retinendum jam quæsitum beneficium, quàm ad noviter acquirendum.*

197 *Causa rationabilis ut Episcopus dispenset, debet cum legitima auctoritate concurrere.*

198 *Causa justa & illius cognitio requiritur in dispensatione facta ab Episcopo in lege superioris, & sufficit, si prudenter, ac bonâ fide judicaverit Prælatus causam esse justam.*

199 *Episcopus, vel alius inferior quando dispensat in propria lege, etiam sine causa, valida erit dispensatio.*

200 *Dispensatio irregularitatis incursæ præsumitur ex lapsu temporis.*

201 *Episcopi circa votum absolvere suos subditos, ut n. 202.*

203 *Papa solus absolvit, seu commutat quinque vota, videlicet castitatis, religionis, peregrinationis Romanæ, Hierosolymitanæ, & Compostellanæ.*

204 *Abſolvere poſſunt Epiſcopi ab excommunicatione, & aliis cenſuris ſibi tantùm, vel nemini reſervatis.*

205 *Abſolvere quandoque poſſunt Epiſcopi in certis caſibus Papæ reſervatis.*

206 *Abſolvere poſſunt Epiſcopi à culpa peccati in quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in ſua Diœceſi per ſeipſos, aut per Vicarium ad id ſpecialiter deputatum in foro conſcientiæ. Sed an poſſint hanc poteſtatem abſolvendi aliis committere, oſtenditur, n. 207.*

208 *Abſolvere poſſunt Epiſcopi à crimine hæreſis occulto in conſcientiæ foro per ſeipſos tantùm, non per Vicarios.*

209 *Reſervationes caſuum de gravioribus delictis ſibi facere poſſunt Epiſcopi.*

210 *Pœnitentias publicas injungere, & ſolemniter pœnitentes abſolvere poteſt Epiſcopus.*

211 *Epiſcoporum ſine permiſſione ac conſenſu multa ſunt quæ fieri præcipuè à Clericis legitimè nequeunt.*

212 *Delegatam juriſdictionem ultra ordinariam in multis caſibus habent Epiſcopi.*

213 *Abbatum exemptorum negligentia in ſupplenda, delegatam nonnunquam habet juriſdictionem Epiſcopus.*

214 *Prædicatorem exemptum, qui hæreſes prædicaverit, poteſt Epiſcopus ut delegatus coërcere.*

215 *Vicaria in proviſione cum aſſignatione congruæ portionis fructuum, procedit Epiſcopus ut delegatus contra exemptum.*

216 *Viſitare, & corrigere poteſt Epiſcopus Capitula, & Canonicos Eccleſiarum exemptos toties quoties opus fuerit.*

217 *Contra exemptos in aliis caſibus procedit Epiſcopus tanquam delegatus.*

218 *Clerici exempti etiam extra viſitationem corrigi poſſunt ab Epiſcopo uti delegato Sedis Apoſtolicæ.*

219 *Diſtributiones quotidianæ ubi non ſunt, vel tenues habentur, deducere illas poteſt Epiſcopus ex tertia parte fructuum.*

220 *Coadjutores, aut Vicarios cum parte fructuum illiteratis, & imperitis Rectoribus exemptis Parochialium deputare poteſt Epiſcopus, uti Sedis Apoſtolicæ delegatus.*

221 *Viſitare poteſt Epiſcopus uti delegatus Sedis Apoſtolicæ Monaſteria, & beneficia commendata, etiam exempta, in quibus non viget Regularis obſervantia.*

222 *Epiſcopus proximior poteſt viſitare beneficia exempta nullius Diœceſis.*

223 *Epiſcopus exemptis prohibere & ordinare poteſt quæ in Miſſarum celebratione vel vitanda ſunt, vel ſervanda.*

224 *Examinare Notarios Judicum Eccleſiaſticorum etiam exemptorum poteſt Epiſcopus uti Sedis Apoſtolicæ delegatus, & ſi idonei non ſint, ab Officio cohibere.*

225 *Epiſcopus uti delegatus Sedis Apoſtolicæ circa exemptos juriſdictionem habet in ordinandis, moderandiſve quæ ad viſitationem, & morum correctionem ſpectant.*

226 *Clauſura Monialium in reſtituenda & ſervanda in Monaſteriis exemptis juriſdictionem habet Epiſcopus uti Sedis Apoſtolicæ delegatus.*

227 *Epiſcopus habet juriſdictionem contra exemptos in cognoſcendo de Patronatibus quorumcunque beneficiorum minùs legitimè conſtitutis, & acquiſitis.*

228 *Negligentiam exemptorum ſupplent Epiſcopi in multis tanquam Sedis Apoſt. delegati.*

229 *Eccleſiam alteri ſubjectam ab ejus ſubjectione ſine cauſa liberare non poteſt Epiſcopus.*

230 *Eccleſiam à ſe auctoritate propria eximere, & alteri ſubjicere non poteſt Epiſcopus.*

231 *Epiſcopus ceſſare jubetur à multis gravaminibus Religioſorum.*

232 *Subditis ſuis interdicere non poſſunt Epiſcopi, ne Superioribus ſtatum ſuarum Eccleſiarum denuntient.*

233 *Excommunicare quemquam non poſſunt Epiſcopi pro injuria propria, niſi talis injuria magis Eccleſiam quàm ſeipſos ladere videretur.*

234 *Exactiones, & talleas, ac alia ſimilia Clericis, aut Monachis imponere prohibentur Epiſcopi.*

235 *Pontificalia in aliena Diœceſi exercere non poſſunt Epiſcopi ſine proprii Epiſcopi licentia.*

236 *Ordinare non poſſunt Epiſcopi alienos Clericos abſque expreſſo conſenſu, ſeu litteris dimiſſoriis ſui proprii Epiſcopi.*

237 *Epiſcopi non poſſunt ſibi ſucceſſores eligere.*

NUNC ſecundam partem ab initio propoſitam aggrediamur, ſcilicet de officio, & cura, ac diligentia Paſtorali: videbimus autem in quibus conſiſtat ſecundùm Eccleſiaſticas Sanctiones; qua in re multa dicenda erunt, quia multa, ac innumera ſunt, quæ oneri & curæ Epiſcoporum à ſacris Canonibus ſunt commiſſa: totum namque Jus Eccleſiaſticum, & ſingulæ ejus partes ad officium, & poteſtatem Epiſcopi pertinere dignoſcuntur. Breviter ergo hæc omnia, ut potuimus, colligemus, annotantes ſcilicet ea ſummatim, quæ Epiſcoporum curæ, & officio demandantur: eadem verò plenius ſuis locis pertractabimus. 1

Primùm igitur eſt ſciendum, ut colligere ex omni Eccleſiaſtico Jure licet, officium, ac munus Epiſcoporum in duobus præcipuè conſiſtere: videlicet primò in cultu divino, & Chriſtiana Religione augenda, & conſervanda. Secundò, in paſcendis, & regendis ovibus ſibi commiſſis, & eas in æternæ ſalutis viam perducendis. Cura Epiſcoporum circa divinum cultum, & religionem ad quatuor capita redigi poteſt: primò ad ea, quæ Fidem, & venerationem Dei concernunt. Secundò, ad divinorum officiorum celebrationem. Tertiò, ad Sacramentorum adminiſtrationem. Quartò, ad ea, quæ ad hanc rerum Miniſtros, & res, & loca Eccleſiaſtica pertinent. 2 3

Officium Epiſcopi circa Fidem, & venerationem Dei eſt, primò curare, ut omnes ſuæ Diœceſis animæ Fidem Chriſti ſuſcipiant, ſi ſit in Terris infidelium, alioquin curare, ut omnes Fidei rudimenta ſciant, & ea ritè doceantur, & illis explicentur, *cap. ante Baptiſmum, de Conſecrat. diſt. 4.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 4.* Conſt. Pii V. incipiens *Ex debito Paſtoralis officii*, die 6. Octobris 1572. quam refert Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. n. 19.* Non poterit tamen ipſe Epiſcopus mulctis, & pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad diſcendam doctrinam Chriſtianam, etiamſi hoc 4

fieri noluerint in oppidis, villis, & aliis locis extra civitatem, sicut refert à sacra Congregatione decisum Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verb. Doctrina*
6 *Christiana*, §. 3. ubi addit Concil. *citato loco*, in illis verbis ibi, *Etiam per censuras Ecclesiasticas compellant*, loqui de compulsione illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsione puerorum, seu parentum ipsorum. Verùm his nostris
7 temporibus (prout in Hispania usu receptum est) poterit Episcopus censuris compellere subditos, ut doctrinam Christianam discant, & Parochos, ut eam doceant, sicut advertunt Perez *ad l. 1. vers. aliud etiam, tit. 1. lib. 1. Ordin. pag. 39.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 88. n. 3.* Campan. *in divers. juris Canon. rub. 11. cap. 14. num. 8.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neap. dec. 300. part. 4.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 76. n. 85.* & me citato *in illo loco*, Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. tract. 11. cap. 12. q. 26. resol. 2. quæstionis.*

8 Secundò, ut fidei disputationes inanes, ac periculosæ tollantur, & ne laïci publicè, vel secretè disputent de Fide Catholica, *cap. cuicumque*, §. 1. *de hæret. lib. 6. cap. quoties*, 24. *q. 1.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 6. n. 3. cum seqq.* Farinac. *de hæres q. 78. n. 111. cum seqq.* Sanctarel. *in simili tract. cap. 8. n. 5.*

9 Tertiò, ut verbum Dei populis prædicetur, & lectio sacræ Scripturæ ac Theologiæ habeatur, ut infrà capite proximo ostendemus.

10 Quartò, ne verba, & sententiæ sacræ Scripturæ ad superstitiones, & incantationes, aut divinationes, vel sortes, & alia prophana, & scurrilia adhibeantur, & convertantur. Concil. Trid. *sess. 4 in fin.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 51. n. 24.* animadvertens inde factum esse, & optimè, ut in professione Fidei facienda à Prælatis, Theologis & aliis inseratur illa clausula, inter alias sponsiones de admittenda sacra Scriptura, & quod eam nunquam quisquam accipiet, & interpretabitur, nisi juxta unanimem sensum Patrum, in Constit. Pii IV. quæ incipit, *Injunctum nobis.*

11 Quintò, ne Prædicatores in suis Concionibus fabulas, & falsas revelationes prædicent, in tantum quod rigorosè, ac severè poterit eos punire ipse Episcopus. Concil. Trid. *d. sess. 4. in fine*, Ludov. Miranda *in Man. Prælat. tom. 1. q. 50. art. 7. concl. 1.* Aloys. Ricc. *in dec. Cur. Archiep. Neapol. decis. 397. num. 2. part. 4.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 84.* me citato *in illo loco*, Homobon. de Bonis *de examin. Eccles. tract. 11. c. 7. q. 18. resol. 3. in fin.*

12 Sextò, ut nullus possit imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sactis sine nomine Auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primùm ab ipsomet Episcopo examinati, probatique fuerint, sub pœna anathematis, & pecuniæ. Concil. Lateranense *sess. 10. de impress. librer.* Andr. Gambar. *de offic. & potest. Legati à Latere, lib. 2. n. 430.* Piasec. *in prax. Episcop. p. 2. cap. 3. num. 31. in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 19. cap. 13. sect. 4. n. 256.* Cened. *ad Decret. al. collect. 8. n. 8.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract. 7. cap 2. q. 9. in princ.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap 17. q. 1.* ubi *q. 2.* idem resolvit de quacumque scriptura: & *q. 4.* quærit, an comprehendat privatas orationes, conciones, annotationes, & observationes de rebus sacris.

13 Septimò, hariolos omnes, & sortilegos, ac magicam artem exercentes, aut docentes, & superstitionibus, aliisque similibus operam dantes ex Diœcesibus suis penitùs eradicare debent, *cap. contrà, & cap. Episcopi, 62. q. 5.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. de superst. cap. 19. n. 13.* & canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio punire Astrologiam judiciariam profitentes, præterquam circa artem medicam, navigationem, & agriculturam, aliqua de futuris contingentibus vaticinari præsumentes, ut in Constitutione 17. Sixti V. incipiente *Cœli, & Terra Creator*, in Bullario novo *tom. 1. pag. 510.* & in novissima Constitutione S.D.N. Urbani VIII. de hoc anno 1631.

Octavò, ut Hæreses, & Hæretici omnes extir- 14
pentur, ac circa Judæos, & Paganos curam adhibere in iis servandis, quæ & Christianis erga illos, & illis erga Christianos jubent, vel prohibent sacri Canones, *cap. Judæi, 28. q. 1.*

Nonò nova miracula publicare, recognoscere 15
& approbare, *cap. fin. de reliq. & vener. Sanct.* Conc. Trid. *sess. 25. in decreto de reliq. & vener. Sanct.* Piasec. *in praxi Episcop. part 2. cap 3. n. 18. vers. miracula.* Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. miraculum, n. 1.* Ego ipse *d. part 3. alleg. 97. n 2.* me citato *in illo loco*, Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract. 12. cap. 3. q. 15. suppos. 2.* ubi subdit ad alium etiam Jurisdictionem Episcopalem habentem hoc non spectare, præter Episcopum: quod etiam tradunt Marc. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 42.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 485. & in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 397. n. 1. part. 4.* Intelligè quamvis sint miracula hominis defuncti, non canonizati, nec beatificati, ut per novam decisionem Concilii *citato loco*; antiquata dispositione textus *in d. cap. ult.* tenui *d. alleg. 97. n 1.* & postmodùm *in collect. ad eundem cap. ult.* retuli, me instante à sacra Congregatione decisum fuisse, dispositionem Concilii dicto loco esse intelligendam tam de miraculis Sanctorum canonizatorum, quàm etiam de miraculis personæ non canonizatæ.

Contra Philiarch. *de Officio Sacerd. tom. 1. p. 2.* 16
lib. 3. cap. 9. vers. quimò, Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 43. n. 2.* Joan. Bapt. Sign. *in tract. de Relig. & vener. Sanct. cap. 3. in princip.* Domin. Anfoss. *de sacr. Reliq. cultu, §. 22. n. 42.* Jacob. de Graff. *sub tit. de sent. excomm. cons. 17. à n. 26.* existimantes dictum Concilii Tridentini Decretum agere de miraculis, & reliquiis, ac imaginibus Sanctorum Canonizatorum, & Beatificatorum.

Decimò. Reliquias Sancti ab Ecclesia Cano- 17
nizati in sua Diœcesi approbare, & illo approbante, tanquam veras, & ad illum Sanctum pertinentes posse absolutè venerari. Ita Philiarch. *d. c. 9. ad fin.* Suar. *in 3. part. quæst. 25. art. 6. disp. 55. sect. 2. vers. queret aliquis*, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. q. 8.* Sanch. *d. cap. 43. n. 14.* ubi etiam 18
tenet, posse extra suam Diœcesim existentem absque aliqua Episcopi Diœcesis licentia illam approbationem facere, & facultatem concedere, ut in sua Diœcesi publicæ reliquiæ collocentur venerandæ. Fagundez *in quinque Ecclesiæ Præcepta, prec. 1. lib. 1. cap. 4. num. 7. & 8.* Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. Reliquiæ, num. 5.* Novas autem Reliquias approbare, ac eas publicè venerandas exponere, non licet Episcopo, nisi denuò inveniretur alicujus Sancti jampridem in Sanctorum numerum relati. Azor. *d. q. 8.* Sanch. *dict. cap. 43. n. 10.* & alii plures per me citati *d. alleg. 97. n. 30.*

20 *n.*10. ubi *n.*12. deciſum refero, Reliquias antiquas habendas eſſe illa in veneratione, quâ hactenus fuerunt.

21 Undecimò, ut voventes vota ſua reddant, & cum impotentibus diſpenſent, aut commutent, in quantum facultas Epiſcopalis extenditur, ut ſuo loco videbimus; ita & in juramento curent, ne falſa, aut inania juramenta fiant, jurata autem licitè ſervent, abſolvendo tamen eos, qui poſſunt abſolvi; pejerantes verò canonicè coërcendo, ut infrà oſtendemus.

22 Duodecimò, ut Feſta in Dei, & Sanctorum venerationem ritè, ac debitè celebrentur, ut in illis diebus fideles divinis intersint, atque à ſervilibus operibus, & aliis illicitis abſtineant. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. part.*1. *c.*16. Scip. de Rubeis *ubi ſuprà, verb. Feſtum, n.*7. ubi *n.*8. ſubdit,

23 quod Epiſcopi arbitrio poſſunt puniri laici Feſta non obſervantes, per Conſtit. Pii V. de qua *in Bullar. novo, tom.*2. *pag.*180.

CIRCA II. de celebratione Miſſarum, & divinorum Officiorum curare debent Epiſcopi:

24 Primò, ne Sacerdotes aliis, quàm debitis horis celebrent. Concil. Trid. *ſeſſ.*22. *in Decreto de*

25 *obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ.* Tempus autem, ſeu hora celebrandæ Miſſæ regulariter incipit ab aurora, quando aër illuſtratur, ſeu illuminatur per primam ſolis irradiationem, vel paulò ante per dimidiam horam, uſque ad meridiem, ut per Nav. *in man. cap.*25. *n.*85. *& de orat. Miſcel.*76 Henriq. *in ſum. lib.*9. *cap.*26. §.6. Salzed. *ad Bernard. cap.*47. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Crucitatæ,* §.13. *ad fin.* Steph. Durant. *de ritib. Eccleſ. lib.*2. *cap.*7. Suar. *tom.*3. *diſp.*80. *ſect.*4 Nald. *verb. Miſſa, num.*21. Barth. ab Angelo *de Miſſa,* §.647. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*10. *cap.*25. Vaſq. *in* 3. *part. tom.*3. *diſp.*233. *n.*26 *cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.*2. *cap.*3. *n.*22. *verſ. ſtatutis,* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.*1. *q.*83. *n.*217. *cum ſeqq.* Fr. Joan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.*2. *c.*5 *dub.*6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*29. *n.*173. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *quæſt.*40. *art.*10. Bonacin. *de Sacram. diſput.*4. *q.ult. punctо* 9. *à princ.* Filliuc. *tom.*1. *tract.*5. *ex n.*111. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, part.*1. *lib*3. *cap.*17.

26 Secundò, ne extra Eccleſiam, & locum ſacrum ad id ſpecialiter deputatum Miſſæ Sacrificium fiat. Concil. Trident. *citato loco, in verſ. atque omninò extra Eccleſiam,* S. Thom. *d. part. q.*85. *art* 3. *ad* 1. Durand. *in ration. divin. lib.*4. *cap.*1. *n.*41. Petr. de Ledeſma *in ſum. part.*1. *de Sacrament.* ubi *de Sacram. Euchariſt. cap.*2. Fr. Joan. de la Cruz *d. lib.*2. *cap.*5. *dub.*7. Cened. *canon. & pract. qq. q.*44. *num.*5. Fernandez *in examine Theologiæ moralis, part.*3. *cap.*5. *num.*10. Ludov. Miranda *dict. q.*40. *art* 9. *concluſ.*2. Filliuc. *tom.*1. *tract.*5. *n.*115. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Miſſa, diſſer.*2. *in princ.* Raguſ. *de Miſſa in Eccleſia, q.*57. *in princ.*

Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.*2. *alleg.*25.

27 *num.*1. & ita nec in privatis Oratoriis, Concil. Trident. *citato loco, verſ. neve patiantur privatis in domibus, &c.* Azor. *d. lib.*10. *cap.*26. *à princ.* Piaſec. *d. p.*2. *cap.*3. *n.*31. *in fin.* Bonac. *de Sacram. diſp.*4. *q.ult. punctо* 9. *n.*9. *&* 10. Fr. Ludovicus Miranda *d. q.*40. *art.*9. *concl.*3. *&* 4. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. dec.*28. *part.*4. Nald. *verb. Miſſa, n.*31 Homobon. de Bonis *de examine Eccl. tom* 1. *tract.*4. *q* 147. *& de human. vit. ſtat. part.*1. *cap.*15. *oblig.*4. Niſi in caſu magnæ neceſſitatis, Stephan. Fagund. *in quinque Eccleſ. Præcepta, prec.*1. *lib.*3. *cap.*13. *num.*14. Joan. Baptiſt. Scott. *de Sacr. Miſſ. lib.*2. *cap.*15. *n.*3 Scip. de Rubeis *in aphoriſm Epiſcop. verb. Oratorium, n.*1. [Cùm Fratres Ordinis 28
ſancti Franciſci Reformatorum Archiepiſcopum Florentinum vigore Decreti ſacri Concilii ſuper celebratione Miſſarum in particularium Oratoriis de Ordine Sanctiſſimi editi, illis quominus in eorum Hoſpitii Capellæ ſanctiſſimum Miſſæ ſacrificium peragant, obſtaculo eſſe, ſacræ Congregationi Cardinalium cauſis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum conquererentur, Illuſtriſſimi ejuſdem ſacræ Congregationis Patres prædictum decretum Oratoria in particularium duntaxat domibus exiſtentia, non tamen Eccleſias, vel Capellas publicas comprehendere declaratunt, dummodo dictorum Fratrum Capellæ janua in via publica exeat, & ad illam omnibus publicus pateat acceſſus, nec feneſtræ in illa ſint, per quas in eam proſpectus haberi valeat, habeatque neceſſaria requiſita, nec Juribus Parochialibus præjudicetur. Sub dat. 11. Septembris 1615.] Eadem quoquæ ſacra Congregatio hac de re Epiſcopo Colimbrienſi reſcribens, 1. Julii 1016. ita cenſuit: [Quia Decretum ſacræ Congregationis Cardinalium ſacri Concilii Tridentini Interpretum de mandato ſanctiſſimi D. N. jampridem editum ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium in illis tantùm Oratoriis, quæ in privatis domibus habentur, celebrari vetat, Capellas verò, & Eccleſias publicas ab eiſdem privatis domibus omninò ſejunctas nullo pacto complectitur, Illuſtriſſimi ſacræ hujus Congregationis Patres ad Amplitudinem tuam ſcribi juſſerunt, ut in Oratorio, ſeu Capella, quam Andreas Dalmeida Catholici Regis Senator in civitate Portuenſi prope ſuas ædes ſuperioribus annis exſtruxit, tem ſacram fieri permittat, dummodò idem Oratorium, ſeu Capella publico in loco ſita ſit, atque ita à privatis domibus ſeparata, ut per eas ad Capellam hujuſmodi iri minimè poſſit, ad eamque liber acceſſus è via publica pateat, capax, decenterque exornata exiſtat, neque aliquid eorum, quæ ad Sacrum in ea faciendum neceſſaria ſunt, deſideretur, ac demùm caveatur, ne inde Parochialis Eccleſiæ juribus ullum præjudicium inferatur.]

Tertiò, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas 29
celebrare permittant. Concil. Trid. *ubi ſuprà verſ. ne cui vago.* Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*18. *q.*9. Nam idem Concil. Trid. *ſeſſ.*23. *de reformat. cap.*16. *verſ. nullus,* ſtatuit nullum Clericum peregrinum ſine commendatitiis ſui Ordinarii litteris ab ullo Epiſcopo ad divina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda eſſe admittendum: ex quo hoc idem colligunt Henriq. *in ſum. lib.*10. *cap.*34. §.6. *in fine.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.*2. *quæſt.*121. *art.*1. Campan. *in diverſ. Juris Canon. rub.*9. *cap.*6. *n.*1. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap. cap.*40. *n.*1. Scip. de Rubeis *in aphoriſm. verb. Miſſa, n.*6. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.*2. *alleg.*21. *n.*1. *in fin.* Quod adeò verum eſt, ut Epiſcopus poſſit 30
prohibere ne Regulares in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſæculares exteros divina Officia celebrare permittant, niſi priùs ab ipſo Epiſcopo viſis litteris commendatitiis ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint. Ita Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib.*2. *tit.*17. *l.*7. *de Relig. n.*55. Galet. *in margag. Caſuum conſcientiæ. verb. Miſſa,* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol* 635. *in* 2. *addit. & in deciſ. Cur. Archiep. Neapol deciſ.* 298. *part.*4. Nald. *verb. Miſſa, n.*35. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.*12. *cap.*4. *q.*16. *reſol.*3. *pag.*459. Ego

ipſe

Biblioteca de Ciències Socials

31 ipse *d. alleg.* 21. *n.* 8. Verùm si aliquis Sacerdos alienigena, jam per longum tempus in loco celebraverit, & ejus vita, & mores sint notorii, non est cogendus ostendere commendatitias sui Ordinarii litteras, ut censuit sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, sub die 26. Januarii 1588. me citato *in hoc loco.* Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Missa, n.* 17.

32 Quartò, ut curam animarum habentes, saltem diebus Dominicis & Festivis tam frequenter celebrent, ut suo muneri satisfaciant, ut disponit Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 14. Nav. *in man. cap.* 25. *n.* 135. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 252. *num.* 1. Spin. *in speculo testam. glos.* 3. *princ. n.* 63. Jacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 7. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 2. & 3. Bonacin. *de Sacram. disput.* 4. *q. ult. punctо* 7. *n.* 3. Homobon. de Bonis *de examine Eccles. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *q.* 133. Molfes. *in sum. Theol. moral. tract.* 3. *cap.* 14. *num.* 16. Ego ipse *d. part.* 2. *alleg.* 24. *num.* 22. ubi *num.* 23. per Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 1. resolvit Parochum teneri Missæ sacrum suis ovibus applicare, juxta viri boni arbitrium.

33 Quintò, ut populus in propria Parochia Missam audiat, non tamen poterunt illum ad hoc cogere mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, ut per Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. Missa*, §. 6. quem refero ego ipse *d. part.* 2.

34 *allegat.* 24. *n.* 17. *in fine.* Liberum tamen populo erit festivis diebus Sacrificio Missæ in Ecclesiis Regularium interesse, nec eisdem Regularibus, vel populo possunt Ordinarii ob id impedimentum præstare, ut censuit sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, die 1. Julii 1600. me citato *in hoc loco*, Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Missa, num.* 4.

35 Sextò ut ab Ecclesiis arceantur musicæ illæ, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur. Concil. Trid. *in d. decreto de observand. & evitandis in celeb. Missæ.* Nav. *in man. cap.* 12. *num.* 87. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de orat. cap.* 13. *num.* 16. & 17. Valent. 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 9. *punctо unic.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 7. Bonacin. *de horis Canon. disput.* 2. *q.* 1. *punctо* 3. *n.* 1. Ego ipse *in collect. ad cap. dolentes, n.* 15. *de celebr. Miss.*

36 Septimò, ut Regulares in Offertorio Missarum Conventualium, quæ Dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent fidelibus quæ festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantiâ horum Festorum, & jejuniorum præcepta Ecclesiastica à Fidelibus transgrediantur, ut resolvunt Portel. *in dub. Regul. verb. Episcopus*, *n.* 7. Scip. de Rubeis *in aphorism. Episc. verb. Festum, n.* 6. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 7. ubi subdit, ita vidisse observari à quibusdam Fratribus Ordinis Mendicantium Regni Portugaliæ in Diœcesi Eborensi: refero ego ipse *d. p.* 2 *alleg.* 24. *n.* 21.

37 Octavò, ut reliqua divina Officia, & Horæ Canonicæ debitè, ac devotè suis horis, & secundùm Canonum dispositionem celebrentur, ac recitentur, abusus similiter omnes circa hujusmodi profligando. *Clem.* 1. *de celebr. Missar.*

38 Nonò mandatur Episcopis curare, ut populis diversarum linguarum, & rituum, qui nonnunquam in eadem simul Diœcesi morantur, Missæ, & Officia, ac Sacramenta secundum eorum linguas, & approbatos Ritus celebrentur, & ministrentur: instruendo eos verbo pariter, & exemplo, *cap. quoniam in plerisque, de offic. Ordin.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 31. *n.* 16. & 17.

Circa III. de administratione Sacramentorum, officium est Episcoporum: Primò, Sacramenta ministrare, specialiter verò Confirmationem, *cap. Presbyteros, de consecr. dist* 4. *cap. quantò, de consuet.* cujus ordinarius minister est solus Episcopus ordinatus, Concil. Trid. *sess.* 7. *de Sacram. Confirm. can.* 3. Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 4. & 6. Navar. *in man. cap.* 22. *n.* 8. *vers. dixit Episcopus*, Durant. *in ration. divin. Offic. lib.* 5. *c.* 84. Henriq. *in sum. lib.* 2. *de confirmat. c.* 6. §. 1. Chamerot. *de Sacrament. tract. de Confirmat. cap.* 5. *de minist. Confirm.* Piasec. *in praxi Episc. part.* 1. *cap.* 3. *de confirm. n.* 1. Ugolin. *de offic. & potest. Episc. c.* 12. *n.* 2. Fr. Ludov. de Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q* 44. *art.* 1. *concl. unic. in fin.* Bonacina *de Sacram. disp.* 3. *quæst. unic. punctо* 2. *num.* 3. Scribon. *in theosimia de Confirmat. disp.* 3. Sebast. Cæs. *in select. de Eccles. hierarch. part* 1. *disp.* 6. §. 3. *n.* 5. Tamburin. *de Jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 4. *q.* 1. Scip. de Rubeis *in aphorism. Episc. verb. Confirmatio, n.* 1. Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.* 1. *alleg.* 30. *n.* 1. ubi *n.* 2. id intelligo, quamvis sit excommunicatus, hæreticus, vel degradatus: & *n.* 4. resolvo, quod hoc Sacramentum Confirmationis potest celebrari à simplici Sacerdote de licentia Papæ tantùm, & *num.* 6. teneo consecrationem materiæ hujus Sacramenti ex consuetudine Ecclesiæ pertinere ad ordinem Episcopalem. 39

Non debet Episcopus negligenter multo tempore omittere Confirmare, quia peccaret, Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 4. Marc. Anton. Genuens. *in man. Prælat. cap* 54. *n.* 2. & ideò Chrismatis tantùm conferendi gratiâ tenetur ad loca suæ Diœcesis accedere, & tunc laici, vel Ecclesiarum Rectores ad illius expensas non obligantur, sicut à sacra Congregatione decisum refert Armendar. *in addition. ad Recopil. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, in declarat. n.* 77. Sed quando Episcopus alienus Sacramentum hoc administrat, debet à Diœcesano provideri, ut sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum censuit, sub die 15. Maii 1584. Cum pluviali, mitra, stola, & baculo pastorali esse confirmandum, respondit eadem sacra Congregatio Episcopo Suffraganeo Brixionensi, 19. Februarii 1585. In omni tempore, etiam in die feriali, ante & post prandium potest Episcopus non jejunus: etiam non jejuniis Confirmationis Sacramentum conferre. Henriq. *dict. cap.* 6 §. 7. Bonacin. *d. punctо* 2. *n.* 14. *vers.* 2. Et in omni loco, honesto tamen, veluti Palatio Episcopali, licèt melius, & decentius semper sit in Ecclesia confirmare. Henriq. *d. cap.* 6. §. 7. *in fin.* Chamer. *d. tract. de Confirmat. cap.* 7. *dub.* 3. Bonacin. *d. punctо* 2. *n.* 15. & hoc etiamsi ipsa Ecclesia sit specialiter interdicta, quia adhuc hoc Sacramentum licitè, solemniter, & publicè, ac apertis januis, etiam illo tempore interdicti generalis locis poterit celebrari. Cov. *in cap. Alma mater, p.* 2. §. 2. *n.* 7. *vers. Idem de Confirmationis Sacramento.* Nav. *in man. cap.* 27. *n.* 178. Henriq. *d. cap.* 5. §. 7. & *lib.* 13. *cap.* 45. §. 1. *sancta littera I*, Suar. *tom.* 3. *disput.* 26. *sect.* 1. *à num.* 7. Ugolin. *de censur. tab.* 5. *cap.* 7. §. 5. Sayr. *in simili tract. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 6. Mar. Alter. *eod. tract. tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 2. Avila etiam 40 41 42 43 44 45

de

46 *de cenſur. diſput. 4. ſect. 1. dub. 4. concl. 3.* In alterius Diœceſi abſque licentia Epiſcopi Diœceſani nullus poterit ſuos ſubditos confirmare ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, ſicut per Concil. Trid. *ſeſſ. 6. de reform. cap. 5.* tenent Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 28. num. 21.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 12.* Armend. *d. lib. 7. n. 68.*

47 Poterit tamen in Diœceſi ſua quilibet Epiſcopus alterius ſubditos confirmare abſque aliqua culpa, cùm præſumatur hoc gratum, & ratum fore proprio Epiſcopo, præcipuè quando eſt abſens, vel non adminiſtrat hoc Sacramentum, Sà *verb. Confirmatio, num. 2.* Henriq. *d. cap. 6. §. 6.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap. 34. num. 7.* me citato *in hoc loco*, Diana *p. 4. tract. 4. reſol. 50.* licèt contrarium, immò hoc caſu confirmantem ſuſpenſionem incurrere, exiſtimaverint minùs benè Vivald. Petr. de Ledeſma, & Barthol. ab Angel. quos refert, & ſequitur Bonacin. *d. puncto 2. num. 11.*

48 Secundò, officium proprium Epiſcoporum eſt conferre Ordinis Sacramentum, quod ſoli Epiſcopi ex Officio conferre poſſunt, ut de fide definitum eſt in Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin. can. 7.* & conſtat ex multis juribus, & præcipuè *ex cap. perlectis, verſ. ad Epiſcopum, 25. diſt. cap. quamvis, 68. diſt. c. 1. de ordinat. ab Epiſcopo*: tradunt S. Thom. *part. 3. q. 65. art. 3. arg. 2.* Jodoc. Cocc. *in Theſauro Catholico, lib. 7. art. 18.* Vaſq. *in 3. part. diſp. 243. & 245.* Valer. Reginald. *in prax. fori pœnitent. lib. 30. numero 30.* Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 21.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. c. num. 6. pag. 26.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 8. q. unic. puncto 5. n. 1.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch. p. 1. diſp. 6 §. 3. n. 8.* Scip. de Rubeis *in aphoriſmis Epiſcopal. verb. Ordo, n. 1.* Quamvis hæretici, aut ad Eccleſia præciſi præponantur, dummodò tamen titè ordinati ſint; quia validitas Sacramenti non pendet ad unitate Miniſtri, ſed potiùs à charactere, qui indelebilis eſt, nec per hæreſim amittitur; & ſicut character Sacramenti per nulla ordinati ſcelera, aut Eccleſiaſticam poteſtatem poteſt unquam deleri, ita nec poteſtas per eum ſignificata, quæque per Sacramentum divinitùs confertur, poteſt ulla ratione, quandiu Ordinatus vivit, ab eo tolli. Cujus nulla eſt alia ratio, quàm voluntas Chriſti id ita inſtituentis: ne ſi hæc poteſtas penderet à Fide, vel meritis ipſius Miniſtri, eſſemus ſemper dubii de valore Sacramentorum. Quare ita tenent Henriq. *in ſum. lib. 10. c. 21. in princ.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. tom. 2. diſp. 20. dub. 6.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de Diſcipl. Clerical. §. 1. num. 25.* & alii per me citati *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 3. num. 3. & 71.* quibus addo illuſtriſſim. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 1. num. diſt. 95.* & latè Sebaſt. Cæſ. *d. §. num. 9. cum ſeqq.* ubi *num. 10* reſpondet textum *in cap. & ſi illa, § ſunt autem 1. quæſt. 7.* contrarium probantem eſſe Gratiani, qui in hoc erravit; & *num. 11.* ampliat procedere non ſolùm in illis Epiſcopis, qui ritè, & verè à Catholicis fuerunt Ordinati, & poſteà facti ſunt hæretici; ſed etiam in illis, qui ab eiſdem hæreticis Epiſcopalem conſecrationem, in forma tamen Eccleſiæ receperunt: & *n. 13.* ſubdit hoc non procedere quoad effectum executionis, itaut ab illis ordinati nullo modo ejuſdem Ordinis legitimum uſum, ſeu exercitium recipiant, adducens ad hoc textum ſic intelligendum *in cap. qui perfectionem, & in cap. ventum, 1. q. 1.* cum multis aliis aſſerentibus virtutem Spiritus ſancti cum talibus Sacramentis non tranſire, videlicet ad dignè adminiſtrandum; & *num. 15.* id intelligit, etiamſi ordinati ignorent ſuos ordinatores eſſe præciſos ab Eccleſia, per caput 1. & 2. *de ord. ad Epiſcopo quirenunt.*

Ex delegata verò Summi Pontificis poteſtate 49
poſſunt Ordines Minores etiam à ſimplici Sacerdote conferri, ut benè reſolvunt Henriq. *d. lib. 10. cap. 13. §. 1.* Campan. *in diverſ. juris Can. rub. 1. n. 22. & rub. 6. cap. 1. num. 12.* & alii citati per me *de offic. & poteſt. Epiſcopi, 2. alleg. 3. num. 3.* prout faciunt Cardinales Preſbyteri, qui ſuis familiaribus Tonſuram, cæteroſque minores Ordines conferunt, ut ſuprà oſtendimus, *cap. 4. num 40.* Item & Abbates, ut infrà demonſtrabimus, *cap. 19. n. 66. cum ſeqq.* Non Sacerdoti verò minimè poterit commit- 50
tere, aut concedere, ut conferat Minores Ordines. Victor. *in ſum. n. 136.* Campan. *d. cap. 2. n. 15.* & inclinat S. Thom. *in ſuppl. em. ad 3 p. q. 38. art. 1. ad 3. arg.* Seraph. *dec. 585. num. 6.* Tambur. *de Jure Abbatum tom. 2. diſp. 2. q. 4. in fin.*

An autem vigore delegationis hujuſmodi fa- 51
ctæ à Papa poſſit alius ab Epiſcopo etiam in Sacerdotali ordine conſtitutus ſacros Ordines conferre, quæſtio eſt dubia? In qua negativam partem tenent S. Thom. *in ſupplem. ad 3. part quæſt. 38. art. 1. ad 3. & in 4. ſent. diſt. 7. q. unic. art. 5. verſ. talia verò, in 2. ſcripto etiam*, Sot. *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 1. ad 2. & d. ſt. 7. quæſt. unica, art. 11. ad 4.* Covar. *var. lib. 1. cap. 10. num. 10. verſ atque ita*, & alii, quos refert, & ſequitur Campan. *d. rub 6. cap. 2. num. 13.* Sed pro affirmativa pugnat Gloſſ. finalis *in cap. manus, de conſec. diſt. 5. & in cap. pervenit. 95. diſt.* Abb. *in cap. quantò, num. 9. de conſuet.* concludentes Papam poſſe diſtinctè concedere poteſtatem Sacerdoti conferendi Ordines ſacros, & alios promovendi ad Ordinem, quem ipſe habet. Ego verò primam opinionem negativam veriſſimam judico quoad Sacerdotium, quia in toto annorum ſpatio nullibi apparet commiſſo ordinationis hujuſmodi facta ſimplici Sacerdoti, quod magnum eſt indicium non validæ facultatis: tum quia ad Epiſcopalem dignitatem pertinet enim Ordinem conferre, quo immediata poteſtas tribuitur in Corpus Chriſti verum ſicut in Corpus Chriſti myſticum, propter eminentiam illius dignitatis: ita poſt multos à ſe relatos concludit illuſtriſſim. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. 1. n. 7. diſp. 63.* ubi *n. 8.* reprobat Vaſquez *de Sacram. Ordinis, diſp. 148. c. 4. verſ. Itaque ſub num. 41.* enixè contrarium defendentem ex teſtimonio Concilii Antioh. *Can. 10.* & Concil. Ancyrani *Can. 13.* quod ſuam non probat intentionem. Secundam autem opinionem affirmativam procedere poſſe exiſtimo quoad Subdiaconatum, & Diaconatum, cùm eam comprobent exempla diverſarum conceſſionum: nam Victor. *in ſum. num. 235.* teſtatur ſe legiſſe in quadam Bulla conceſſionem quandam factam Abbatibus Ciſtercienſibus conferendi Ordinem; & de illa meminit Navar. *conſ. 14. de privil. in novis*: & de Ordine Diaconatûs idem refert Major *in 4. diſt. 7. q. unic. verſ. ſecundò arguitur*, & Vaſq. *citato loco* aſſerit ſe aliam inſpexiſſe Bullam, in qua Innoc. VIII. prædictum privilegium Ciſtercienſibus datum continebat, & haberi in nova compilatione privilegiorum, *privil. 118.* & aſſervari in Bibliotheca Collegii Complutenſis, ſub dat. Romæ anno Domini 1489. & 4. Pontificatus ejuſdem Innocentii VIII. refert illuſtr. D. meus *ubi ſuprà, n. 9.* & Tambutin. *de Jur. Abbatum, tom. 2. diſp. 2. q. 5. n. 2.* ubi citat Filliuc. *quæſt. moral. tom. 1. tract. 9. c. 5. q. 2.*

Tertiò

UAB Biblioteca de Ciències Socials

52 Tertiò, attendere, ut reliqua Sacramenta à Ministris idoneis cum debita forma, ac ritu, & materia, tempore etiam legitimo, ac personis dignis & habilibus ministrentur; idque cum omni reverentia, ac debito honore fiat, & specialiter ut sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum honorificè, ac decenter conservetur, *cap. sanè, de celebrat. Missar.* Fusc. *de visit. lib. 2. c. 5. num. 3.* juvant quæ cumulavi *de offic. & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 22. per tot.*

53 Quartò, ne pro ministrandis Sacramentis aliquid indebitè exigatur, *cap. placuit, 2. 1. q 1.* An autem, & quando accipiendo aliquid pro Sacramentis, vel ipsorum administratione committatur simonia, vide Bonacin. *var. tract. ubi de simonia, q 4. §. 1.* Meipsum *in collect. ad cap. sicut Episcopum, n. 3. 1. quæst. 2.*

54 Quintò attendere, ut Decretum Trid. Concil. *de matrim. celebrandis*, sæpius publicetur, sicut in

55 eo dicitur *sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1* illud enim ut robur suum accipiat, necesse est in Parochiis publicari, in tantum quod publicatio in Diœcesana Synodo facta non æquipolleat, prout attestatur à sacra Congregatione decisum Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib. 4.*

56 *tit. 15. l. 1. de matrim. num. 62.* & sic post triginta dies à die publicationis quoad annullationem Matrimonii, etiam ignorantes obligabit, ut ex eodem Concil. *in d. cap. 1.* colligunt Armendar. *ubi suprà, num. 61.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 17. num. 10. ad fin.* & Gutier. *de matrim. cap. 62. n. 11.* aliàs enim nondum factâ publicatione, nulla obligatio arctabit habitatores, nec ligabit ignorantes, prout in quibusdam Galliæ, & Poloniæ partibus adhuc cernitur non obligare: ita Petr. Ledesm. *in sum. part. 1. de Sacram.* ubi *de Sacram. Matrim. cap. 6. conclus. 4. dub. 5* Cevall. *commun. contra commun. q. 604. num. 43.* Navar. *conf. 8. n. 1. sub tit. de clandest. desponsat. in novis*, Hentiq. *in sum. lib. 11. cap. 33. §. 8.* Galer. *in margarita casuum conscientiæ, verb. matrimonium, pag 163. col. 2.* Sanch. *d. lib. 3. disp. 8. num. 1.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 9. num. 19.* Rebell. *d. lib. 2 q. 7. sect. 3.* Gutier. *de Matrim. cap. 61. n. 12.* Basil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 16 §. 2. vers. quartò*, ubi subdit hujusmodi resolutionem non nasci ex eo, quod lex ad sui obligationem exigat, ut acceptetur à Populo; sed ex speciali dispositione Ecclesiæ in hoc casu, quæ hanc legem obligare noluit, nisi post promulgationem in singulis Parochiis factam, triginta que à publicatione diebus elapsis: refero Ego ipse *de officio & potestate Episc. part. 12. alleg. 52. num. 152.*

57 Sextò, ut jus ac virtus omnium Sacramentorum à Parochis suis Populis exponatur. Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 7.* Petr. Ledesm. *in sum. p. 1. ad fin. in tract. de doctrina Christiana*, Fr. Joannes Gonzal. *en el tratado del perfetto Christiano, fol. mihi 219. verso.*

CIRCA IV. De Ecclesiasticis personis, ac rebus, vel locis, attendere debent Episcopi:

Primò ad ea, quæ de ordinandis Clericis & beneficiis conferendis, quæve de Regularium personarum institutione infrà suis locis hoc eodem libro exponemus, in hisque servandis curam ac diligentiam impendere.

58 Secundò Clericos, ac Regulares delinquentes corrigere juxta sacrorum Canonum dispositionem, *in c. irrefragabili, de offic. Ordin. & in Clem. 1. eod. tit.* cum similibus, & curare, ut ea omnia serv

vent, illaque devitent, quæ infrà *de vita, & honest. Cleric. & de statu Regularium*, ex sententia Canonum referemus: circa quod specialiter dicitur Episcopos ex officio curare debere, ne personæ hujusmodi assiduam mulierem habeant conservationem, ut dicitur 81 *dist. per tot.* & ne sustentandæ vitæ causâ adolescentiores viduæ vel sanctimoniales Clericorum familiaritatibus subjiciantur, *cap. ad reatum, eod. dist.*

Tertiò, sine formatis, aut testimonialibus lit- 59
teris Clericos peregrinos suscipere non debent, *cap. fin. 71. dist.* & quamvis Mandos. *ad reg. 24. Cancel. q. 5.* insinuet hujusmodi testimoniales litteras esse de forma, tamen si Presbyter peregrinus illas non habuerit, poterit admitti ad celebrandum, si aliunde fidem fecerit de sua Ordinatione. Nav. *conf. 1. n. 1. in fine, de celebrat. Missar.* Aloys. Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neapol. dec. 150 p. 1.* faciunt per me dicta *suprà hoc cap. vers. 3. ne cui in vago.*

Quæ autem dicantur litteræ formatæ, quarum 60
meminit Gratian. *in princ. dist. 73.* vide Alcia. *lib. 11. pareg. cap. 3. vers. in Concilio*, Card. Baron. *annal. Eccl. tom. 2. anno Christi 1142. vers. quæ autem*, ubi ait ex antiquo Ecclesiæ more eas dici litteras quasdam, quibus Episcopus Clericum à proprio subjectionis jure dimittebat, ut alteri subjiceretur Episcopo, sicut tradit Glos. *verb. inter Episcopos, in c. Ecclesias, dist. 68.* quam sequuntur ibi Turrecr. & alii.

Quartò, officio Episcoporum est injunctum, 61
ut si quando contingat Regulares personas fieri Testamentorum executores, rationes de hujusmodi executionibus ab eis exigant, *Clem. nunc. de testament.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 70. art. 5.* Molin. *de just. tract 2. disp. 247. col. pen. vers. si Religios.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 3. lib. 6. c. 11. num. 22.* Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 7. num. 23.* Negligentiam quoque Abbatum suppleant, *cap. quanto, de offic. Ordin.* Ex quo colligit Ludov. Mirand. *in man. Prælat. tom. 1. q. 31. art. 3.* Episcopis incumbere curam recolligendi apostatas, & Fratres fugitivos in casu, quo eorum Prælati in re tanti ponderis & momenti negligentes extiterint: & Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. cap. 70. n. 20.* hinc refert 62
posse Archiepiscopum in tota sua Provincia admonere Monachos, & alios Regulares vagabundos, & apostatas, ut redeant ad sua Monasteria, monendo priùs Episcopos suffraganeos, ut id exequantur, deinde Regularium Superiores, ut eos reducant, quibus negligentibus subdit, ipsum Archiepiscopum posse compellere Regulares, & eorum Superiores. Attentâ verò dispositione Concilii Trid. *sess. 6. de reform. cap. 4.* Regularis extra Monasterium degens; etiam sui Ordinis privilegii prætextu tutus non est, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundùm Canonicas Sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, de quo latè egi *de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 105. ex n. 14.* 63

Quintò, Episcoporum quoque officio est in- 64
junctum attendere, ut in eis Constitutionibus Sanctimonialium admoneantur ipsæ, ut saltem semel singulis mensibus Confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant. Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 16.* Campan. *in diversi Juris Canonic. rubric. 12. cap. 16. num. 51. cum seqq.* Hieronym. Venero y Leyva *in examine Episcoporum, lib. 6. cap. 66.* Ego ipse *de offic.*

&

& poteſt. Epiſc. p.2.alleg.25.n.46.cum ſeq. Denique eidem Epiſcopo incumbit Confeſſorem Monialibus aſſignare, Monaſteria omnia viſitare, & plura alia facere, quæ magis ad poteſtatem pertinere videntur, de quibus omnibus ſuis in locis aliqua dicemus.

65 S. xtò, quoad loca Eccleſiaſtica curæ Epiſcoporum injungitur Eccleſiaſticas immunitates tueri, *cap. decet, de immun. Eccleſ. lib.6.* & Eccleſiarum reverentiam circa ea, quæ in eis fieri prohibentur, conſervare & augere, ut infrà *lib.2.cap.3.* oſtendemus: ubi etiam per eundem ferè librum, quid circa Eccleſias conſtruendas, reparandas, conſecrandas, reconciliandas, itémque de Altaribus, & quid circa gubernationem Hoſpitalium, & locorum piorum curare debeant Epiſcopi, & quid eorum curæ circa res omnes Eccleſiaſticas ſacras, & non ſacras, conſervandas, tractandas, & non alienandas committatur, latè demonſtrabimus.

§. I.

66 NUnc verò de cura in paſcendis ovibus adhibenda videamus, circa quod officium eſt Epiſcoporum præcipuum prædicare Verbum Dei, & ſubditos ſuos docere, eiſque monita ſalutis tradere, & delinquentes corrigere, ac monere: qua de re vide textum *in cap. audire, 25. diſt. & in cap. inter cætera de offic. Ordin.* & Concil. Trid. *ſeſſ.5. de reformat. cap.2. & ſeſſ.24.* etiam *de reform. cap.4.* & infrà *cap. proximo*, ſpecialiter agere propoſuimus: hoc loco referemus verba Evariſti Papæ, quæ habentur *in cap. ſicut vir, 7. quæſt.* ita de hoc Epiſcopi officio dicentis: [Epiſcopum oportet opportunè, & importunè, ac ſine intermiſſione Eccleſiam docere, eamque prudenter regere, & amare, ut à vitiis ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternam: & illa cum tanta reverentia ejus doctrinam ſuſcipere debet, eumque amare, & diligere ut Legatum Dei, & præconem veritatis.

67 Secundò, animarum curæ providere, bonos, & idoneos Rectores, ſive Curatos inſtituendo, qui curam ſuam non negligant, *cap. nullus omnino, 16. q.7.* Sed & ipſimet Epiſcopi in multis caſibus, ſi neceſſe ſit, curam animarum, ut Parochi exercere tenentur, arg. *cap. illud. 95 diſtinct.* cùm ipſi veri ſint animarum Paſtores, eiſque oves præcipuè fuerint
68 demandatæ. Inferiores verò potiùs coadjutores ſunt, quàm Paſtores, qui ſæpiùs mercenariorum more oves dimittunt; & ideo tota Diœceſis dicitur Parochia Epiſcopi, ut dixi *de offic. & poteſtat.*
69 *Epiſcopi part.3. alleg.80. num.11.* Et ſua Eccleſia Cathedralis dicitur eſſe Parochia totius civitatis & Diœceſis. Card. *in Clem. dudum, §. verum, de ſepult.* Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.1. tit. de bonis Cleric. §.3. n.43.* ac propterea Gloſſ. *verb. à foris veniunt,*
70 *in cap.3. de offic. Archiepiſc.* dicit, quod quilibet de Epiſcopatu poteſt Sacramenta recipere in majori Eccleſia. Unde providere debent Epiſcopi, ut cunctis Sacramenta diligenter, promptè ac liberaliter miniſtrentur, & præcipuè morientibus; & ſi qui ſint in Diœceſi impœnitentes, aut excommunicati, vel ultimo ſupplicio deputati, curare debent, ne ſine reconciliatione, aut abſolutione, & viatico pereant, *cap. de his, 26.q.6. Clem.1. de pœnit. & remiſſ.*

71 Tertiò, ſi qui excommunicationis vinculo detinentur, officium eſt Epiſcoporum eorum nomina ſubditis ſuis & vicinis etiam Epiſcopis, ſi oporteat, publicare, & ea præ foribus Eccleſiæ affige-

re, ut quiſque communionem eorum valeat evitare, *cap. cura, 11. q.3. Clem. unic. de conſang. & affinit.* cum ſimilibus.

Quartò, vitia ſubditorum tenentur arguere, & 72
errantes corrigere, & omninò curare, obſecrando, arguendo, & inſtando, ut ad ſalutis viam revertantur. Conc. Trid. *ſeſſ 25. de reformat. cap.1.* circa quod inveni optimum Decretum ſacræ Congregationis Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, in una civitatis Caſtelli, 14. Aprilis 1615. quæ cenſuit: [Primò, Epiſcopum gravare non poſſe hæredes defuncti pro ſolutione quartæ funeralis Parochiæ, ex qua cadaver extrahitur; ſed cauſa hujuſmodi inter Regulares, 73
& Parochos, prout de jure, videatur. Secundò, poſſe Epiſcopum per ſeipſum retinere Camerarium pignorum, qui tamen ſolvere non faciat priuſquam dictæ civitatis Camerario ſolvere ſolitum ſit. Tertiò, licere Epiſcopo tot ſatellites, quot ſibi libuerit, 74
75
retinere. Quartò Baroncellum Curiæ Archiepiſcopalis in eadem Curia Epiſcopali ſyndicari, ideóque in eodem Tribunali in officii principio cautionem præſtare debere. Quintò, citatores per ſatellites 76
minimè exequi debere, ſed per Bajulum probæ vitæ, ac per Epiſcopum eligendum. S. xtò, in Tribunali Epiſcopali ſervari debere taxam Conſtitution. Greg. XIII. quatenus verò Epiſcopus novam facere velit, dictæ conſtitutionis taxam excedere non debere. Septimò, ſatellites in executionibus peragendis pignora debito tantùm æquivalentia auferre 77
debere. Octavò, Epiſcopum poſſe uti Notario criminali civitatis, qui ſit vir probus, & ſi ſit advena, 78
ſub quovis prætextu taxam non excedat. Nonò, 79
Epiſcopum permittere debere, ut Preſbyteri in cauſis civilibus in foro ſæculari examinentur, dummodo juramentum in Tribunali Epiſcopali priùs præſtetur. Decimò, quod Clerici non impediantur 80
quominus civiliter denuntient, aut querelent in officio dampni dati, occaſione damnorum datorum in eorum poſſeſſionibus, juramentum tamen in Tribunali Eccleſiaſtico præſtetur. Undecimo, Epiſco- 81
pum non teneri exhibere civitati conſtitutiones Synodales, priuſquam imprimantur: & poſtquam publicatæ fuerint, ſi aliquid civitati præjudiciale in illis repertum fuerit, tunc civitas reclamare, & aggravia proponere poterit.

Quintò diſſidentes fratres ad pacem magis, 82
quàm ad judicium debet excitare, *cap. ſtudendum, cap. præcipimus, 50. diſt.* Mart. *de juriſdict. part.2. cap.12. à n.14* itaut ſi negligens fuerit in revocando diſcordes ad Concordiam, peccabit mortaliter, 83
licèt in aliis peccatum ſit veniale. Marc. Anton. Genuenſ. *in Man. Paſtorum, cap.43. num.1.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de diſcipl. Cleric. § 15. n.96.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.3. allegat.79. n.1* Tenetur quoque pacem inter ſub- 84
ditos ſemper conciliare, & pacem, vel treguam rumpentes punire, *cap.1. de tregua. & pace.* Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.45. n.14.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.20. n.54. in fin.* Non poteſt 85
tamen cogere aliquem ad ſe cum inimico conciliandum, quia ſuæ conſcientiæ ſatisfacit, qui injuriam ia corde remittit, ut Epiſcopo Cajetano reſpondit facta Congregatio negotiis Epiſcoporum præpoſita die 15. Novembris 1588.

Sextò, victum pauperibus largiri, & viduarum, 86
orphanorum, ac miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, Concil. Trid. *ſeſſ..5 de reformat. cap.1.* me citato *in hoc loco*, noviſſimè Carol. Maranta *tom.1. reſp.22. n.44.* circa quod ſpecialiter

curæ eorum demandat Aurelian. Concil. ut dum conspexerint Judices, ac potentes hujusmodi miserabilium personarum oppressores existere, eos Sacerdotali admonitione redarguant, & si emendare errorem neglexerint, Principis implorent auxilium. Sed & lex *Judices, C. de Episcop. audient.* monet Episcopos, ut etiam carceratorum curam gerant, providentes scilicet, ut humaniter tractentur, quoad locum carceris, & quoad victum non habentibus ministrandum, & his similia. Infantium quoque expositorum curam agere, & curare, ne servi fiant colligentium, *l. nemini licere, C. eod. tit.*

87 Septimò, providere ne subditi sui vanis, & superfluis sumptibus intendentes substantias suas consumant, & ne quis ultra quàm gradus personæ, & facultates patiuntur, expendat. *Clem 1. de Magistr.* illud quoque præceptum Episcopis invenitur *in c. ubi periculum, §. fin. de elect. lib. 6.* ut statim auditâ morte Romani Pontificis, ipsi cum suis subditis ejus exequias celebrent, & quotidie pro felici novi Pontificis electione fideliter orent.

88 Octavò, generaliter debent Episcopi oves sibi commissas bonorum operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, & sacrificia Deo offerre, easque continuis monitis, & adhortationibus in viam salutis dirigere. Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 1.* Canones autem omnes, & Conciliorum Decreta, novasque Constitutiones à Pontificibus in dies emanantes servare debent, utidem Concil. Trident. admonet *sess. 25. de reformat. c. fin.*

89 Nonò, ut omnia cognoscere valeant, quæ in tota sua Diœcesi dirigenda sunt, ac moderanda, illámque sæpiùs personaliter visitare valeant, sicut præcipitur *cap. legitur, & in cap. relata, & in cap. decernimus, 10. q 1.* Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 3.* de qua visitatione infrà particulariter agemus, *hoc eod. lib. c. 14.*

90 Decimò, ut valeant cuncta, quæ ad eorum officium spectant, faciliùs implere, & ea, quæ correctione, emendatione, ac reparatione indigent, ordinare, ac moderari, abusus quoque tollere, & bonos consuetudines, ac Canonum observationes introducere, mandatur Episcopis, ut semel saltem quotannis Synodum, seu Concilium totius Cleri debeant convocare, *cap. quoniam, cap. annis singulis, 18. dist.* in quo de hujusmodi rebus, quas enumeravimus, agatur. Et quia hæc omnia per seipsos exequi, & expedire non possunt, *cap. illud. 5. dist.* præcipitur eis *in cap. inter cætera, de offic. Ordin. & in cap. sicut olim, de accusat.* ut per personas idoneas plura exequantur, & Vicarios ad Coadjutores in tanto munere obeundo secum habeant, ut infrà de omnibus particulariter videbimus, *hoc. eod. libro, cap. 15.*

91 Undecimò, illud quoque super omnia præcipitur Episcopis *in cap. si quis in Clero, & in cap. placuit, 1. 1. 7. q. 2.* sine quo quicquam omninò fieri nequit, ut apud Ecclesias suas residere quamdiu potuerint, debeant; & præcipuè certis anni temporibus, ut in Concil. Trident. *sess. 23. de reform cap. 1.* quibus refici maximè & in Domino gaudere Pastoris præsentiâ oves debent, sicut infrà de residentia videbimus. Et hoc insuper onere prægravantur, ac perpetuo vinculo constringuntur, quod usque ad mortem nullo unquam tempore, nec tædio curarum, nec afflictionum affecti, neque metu persequutionum perterriti derelinquere gregem suum debent, & pondus Episcopale deponere, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamine eorum salubriter augeatur, & triplicet fructus, ut inquit Nicol. Papa *in cap. Pontifices, in fin. 7. q. 1.* sed perseverare usque in finem tenentur, nec pro laboribus, & infestationibus assignatas, & sibi à Deo commissas Ecclesias deserere debent, ut quieti, & otio vacent, ut præclarè docet ac monet cunctos Episcopos Liberius Papa, *in cap. suggestum, 7. q. 1.* exceptis tamen legitimis causis, de quibus habetur *in cap. nisi cum prudem*, ubi Doctores, *de renunc.* Quod autem nec metu persequutionum fugere Episcopus debeat, ostendit in Evangelio Dominus dum ait, Joan. 10. [Bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis, mercenarius autem, & qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & fugit, ac dimittit oves, &c.] Verùm (ut docent sancti Patres, August. scilicet, Greg. & alii *in c. scisciatis, cum seqq. & c. fin. 7. q. 1.* Niceph. *lib. 19. hist. Eccles. c. 9. & 16.*) ubi in persequutione quicquam præsens prodesse non posset Episcopus, magis autem obesset, veluti si ipse à persequutoribus quæreretur, & per eum oves detrimentum paterentur, vel ubi per alios est firma salus Ecclesiæ suæ, fugere potest, & debet, nam *Matth. 10.* mandatum Apostolis legimus: *Si vos persequuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Et ipse Dominus cùm ab Herode quæreretur, fugit in Ægyptum, *Matth. 2.* & cùm Judæi vellent eum lapidare, abscondit se, & exivit de Templo, *Joan. 8.*

92 Licet ergo ex his omnibus intelligere quàm grave sit, & periculosum Episcopale onus, & quanta res sit in tot curarum generibus, quibus tenentur adstricti, rectè incedere, nec differre, quibus nisi insistant, & diligentiam, curamque adhibeant, culpæ subditorum eis imputentur, injuriæ Deo illatæ, & divini cultus vilipendia Episcopis adscribantur, *cap. 1. & cap facientes, 36. dist.* Nam ubique sunt pericula delinquendi, & lapsus hinc inde imminent graviores, nisi studiosè caveant, ne declinent ad dexteram, vel ad sinistram, in offendiculà cadant necesse est; censuris enim, & pœnis Canonicis sæpiùs tenebuntur, simoniacam labem frequenter incurrent, & peccata plurima omissionis plerumque, aut conniventiæ, consensus, vel malè actorum exemplo in subditis admittere frequenter eos continget, nisi diligenter invigilent, & suæ simul, & subditorum saluti provideant. Non ergo facile est, ut B. scribit Ambros. *in cap. non est facile, 49. dist.* stare in loco Petri & Pauli, scilicet tenere Cathedram regnantium cum Christo; quia, inquit, non Sanctorum filii sunt, qui tenent loca Sanctorum, sed qui exercent opera eorum: licèt enim Episcopi locum Apostolorum in Cathedra teneant, & Christi vices repræsentent in terris, & honorentur à subditis, nisi tamen eos Dominus vigilantes invenerit, & Pastoralis officii operibus incessanter instantes, tanto plus cæteris punientur, quanto plus cæteris vigilare debuissent, ut subditis via & lumen ad æternam salutem esse possint, *cap. præcipuè, 11. q. 3. cap. nulli fas, 23. q. 1.* Quare S. Augustinus *in cap. ante omnia, dist. 40.* dicebat nihil in hac vita, & maximè hoc tempore, esse difficilius, laboriosius, ac periculosius Episcopi officio, & nihil apud Deum miserabilius, & tristius, & damnabilius, sed si perfunctoriè, inquit, res agatur, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore, facilius, & levius, & hominibus acceptabilius Episcopi officio apud Deum, cùm nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator præcipit.

Unde

93 Unde cùm in tot pericula ad Epiſcopatum aſſumpti incidant, conqueri quodammodo poſſunt cum Propheta, dicentes: *Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro*; & illud cum Chriſto lamentari, Pſalm. 128. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores.* Nam & illud cavere quiſque eorum debet, ne propter negligentiam ſuam iratus Pater Cæleſtis dicere de ſe debeat, quod de proprio filio ex alienis culpis dixerat Iſai. 53. *Propter ſcelus Populi mei percuſſi eum*; cùm ſecundùm præceptum Apoſtoli, 2. *ad Timoth.* 4. vigilare debeant, & in omnibus laborare, ac miniſterium ſuum implere in tot tantiſque curis Epiſcopalibus teneantur; quod ſi facere negligant, & greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, ovium perditarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo Judice requirendus; quaſi enim rationem pro animabus ſibi commiſſis reddituri vigilare tenentur, ut dicit Apoſtolus: quare non immeritò in Concil. Trident. *ſeſſ. 6. de reform.* dictus eſt Epiſcopatus onus Angelicis humeris formidandum. Propterea enim & Beatus Joan. Chryſoſtom. *homil. 3. in Act.* formidabilem quandam ſententiam protulit, dicens: [Arbitror paucos Epiſcopos ſalvos fieri, immò multos perire, non tam propter ſua, quàm propter aliorum peccata. Nam S. Bernard. ad Epiſcopum Senonenſem ſcribens, Si tentatio, inquit, eſt vita hominis ſuper terram, quantis putatis periculis patet vita Pontificis, qui neceſſe habet omnium ferre tentationes.]

94 Non mirum igitur, ſi Sancti homines ſemper tale onus vitare ſtuduerunt, & fugere, ſicut Moyſes, cùm ad Populum de Ægypto educendum mitteretur, & alii Prophetæ imbecillitatem ſuam agnoſcentes inſtanter recuſabant, ut videre eſt *Exod. 3. & 4. & Hierem. 1.* Sed ſi divinæ ſit voluntati parendum, debet quiſque cùm ad Epiſcopatûs faſtigium aſſumitur, Salomonem Regem imitari, qui cùm primùm in Regem aſſumptus eſſet, petiit à Deo dicens, 3. Regum 3. [Ego ſum puer parvulus in medio populi, quem elegiſti, qui præ multitudine numerari non poteſt: dabis ergo ſervo tuo cor docile, ut populum tuum judicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum, &c.] Nec ubi poteſt prodeſſe, debet refugere, quia proprium quietem communi utilitate præferens, non poteſt dicere, *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum*, cum Apoſtolo ad Phil. 1. quia *nemo ſibi vivit, nemo ſibi moritur*; cum eodem *ad Rom. 14. Et non quærit quod ſibi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.* 1. ad Corinth. 10. Unde Clemens *epiſt. 1. ad Jacob. in princ.* hos ſic alloquitur: [Si periculum peccati timens ſuſcipere refugis Eccleſiæ gubernacula, certus eſto, quia amplius peccas, quàm ſi populum Dei veluti in fluctibus poſitum, & periclitantem, cùm juvare poſſit, ſubterfugis, tui tantummodò habens conſiderationem, & non quod in communi omnibus expedit providens. Vir Eccleſiaſticus, Inquit Iſidorus, *lib 3. de ſummo bono, c. 35.* & crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, & diſpenſationem Eccleſiaſtici Ordinis, ſi ex Dei voluntate provenerit, nolens quidem, ſed humilis gubernandam ſuſcipiat. Multis intercipit Sataras fraudibus eos, qui ſenſus, & vitæ utilitate præſtantes præeſſe, & prodeſſe aliis nolunt. Et dum eis regimen animarum imponitur, renuunt, conſultiùs arbitrantes otioſam vitam degere, quàm lucris animarum inſiſtere. Quod tamen decepti agunt per argumentum Diaboli fallentis eos per ſpeciem boni, ut dum illos à paſtorali officio retrahit, nequaquam proficiant in eos, qui eorum verbis, atque exemplis inſtrui potetant. Hæres es, & Vicarius Petri, ô Epiſcope: fac opus Evangeliſtæ & Paſtoris: non erubeſcas Evangelium, ſi erubeſcendum non credis Paſtoris officium: inſta importunè, opportunè, miniſterium tuum imple. Miniſterium tuum plus oneris habet quàm honoris: ſi affectas honorem, mercenarius es; ſi onus amplectaris, potens eſt Dominus augere gratiam ſuam, ut lucra ex lucris, & ex profectibus accedant profectus. Manebas fortè in monte levatis manibus orans cum Moyſe: juſſit Dominus, ut deſcendas in campum cum Joſuë pugnaturus cum Amalechitis; non deponas animum, quia neque in monte abſque timore vivendum eſt, neque in medio Amalechitarum diffidendum; nam Loth inter Sodomitas fuit Sanctus, & in monte ſolus agens fuit inceſtuoſus.]

§. 11.

95 QUamvis hucuſque de officio, ac onere Epiſcoporum nonnulla cumulavimus, plura tamen ad eorum officium ſpectantia ſuperſunt: ſed quia potius ad poteſtatem, & juriſdictionem referri videntur, ea in ſequenti parte capituli exponemus.

Epiſcopali igitur muneri non modò onera, & officia plurima ſunt injuncta, verùm poteſtas etiam & auctoritas maxima, dignitas quoque ac præeminentia à Canonibus eſt conceſſa, ut faciliùs ea, quæ ad ſuum munus pertinent, valeant adimplere, & eis honor debitus, atque obedientia à ſubditis exhibeatur. Omnis autem poteſtas, & auctoritas, ac juriſdictio Epiſcopalis ad tria capita redigi ſolet; quædam enim Epiſcopo competunt ratione Ordinis, ſeu conſecrationis Epiſcopalis, quæ ſcilicet ſolus Epiſcopus exercere poteſt; non Epiſcopo autem omninò ſunt interdicta. Quædam verò competunt ei ratione juriſdictionis: alia ratione Dignitatis. Ea quæ ad Epiſcopum ſolùm ratione Ordinis ſpectant, ſunt hæc, videlicet:

96 Primò, Chriſma conficere, & Baptizatorum fontes Chriſmate ſignare, *c. perlectis, verſ. ad Epiſcopum. 25. diſt. c. quamvis, 68. diſt. cap. litteris, de conſecrat. diſt. 3 cap. ſi quis de alio, de conſecrat. diſt. 4.* Sbroz. *de Offic. Vicarii lib. 2. quæſt. 10. n. 9.* Scip. de Rubeis *in Aphoriſ. Epiſcop. verb. Chriſma, num. 1.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 31. n. 4.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch. part. 1. diſp. 6. § 3. n. 16.* Et quamvis jura illa ſuprà citata expreſsè loquantur de Chriſmate, intelliguntur tamen, & procedunt in aliis oleis Catechumenorum, & infirmorum; quia licèt Chriſma ſtrictè ſumptum 97 importet tantùm quoddam unguentum ex oleo, & balſamo compoſitum, *cap. 1. ibi Et conficitur, de ſacra unctione*; nihilominus attentâ ſermonis proprietate, omne unguentum ſignificat ad ungendum deſignatum, Sot. *in 4. diſt. 7. q unic. art. 2.* Victor. *de Sacrament. concl. 40.* Suar. *tom. 3. diſp. 33. ſect. 1. & 2.* Chamer. *de Sacram. tract. 3. de Confirm. cap. 2. de materia Confirmat. pag. 112.* Sayr. *de Sacrament. in genere, lib. 1. cap. 3. q. unic. art. 3.* & ita præceptum Eccleſiæ de renovando Chriſmate ſingulis annis in die Cœnæ Domini, de quo *in dict. c. litteris, & in c. quoniam, de ſent. excom. lib. 6.* ad triplex illud oleum extendunt communiter Doctores, & vetuſtiſſimus Eccleſiæ uſus. Hujuſmodi autem conſecratio Chriſmatis non debet numerari inter Sacramentalia ab Eccleſia inſtituta, quibus ipſa Epiſcopum aliquando privare poteſt, juxta ea, quæ infrà dicemus; quinimò Papa non poterit Epiſcopum etiam hæreticum impedire, ne hujuſmodi Chriſma, aut oleum validè conficiat,

Biblioteca de Ciències Socials

quia pertinent ad materias Sacramentorum, ut notavit Henriq *in summ. lib., de Confirm. c. 6. in princ.* quem refert Sebast. Cæs. *d.* §. 3. *n.* 17.

98 Secundò Basilicas consecrare, & altaria in Ecclesia consecrata erigere, & consecrare, hæc eadem consecrata reconciliare, si violata fuerint, vel polluta, *dict. c. perlectis, dict. cap. quamvis, cap.* 1. cum aliis ibidem, *de consecr. d.* 1. *c. aqua, de consecr. Eccles.* & citatis per me *de offic. & potest. Episcopi, part.* 1. *alleg.* 27. quibus addo Sebast. Cæs. *d.* §. 3. *n.* 18. & infrà *lib.* 2. *c.* 17. videbimus.

99 Tertiò, Ordines Clericis conferre, & Episcopos consecrare, & hujusmodi solemniter degradare, ut de Sacramento Ordinis, & degradatione demonstrabimus hoc *tod. lib. c.* 23. *cum seqq.*

100 Hæc omnia solus Consecratus Episcopus facere potest, nec alius, quamvis illi plena administratio Episcopatûs concederetur, *cap. Pontifices,* 7. *q.* 1. *cap. interdicimus,* 16. *q.* 1. *cap.* 1. 26. *q.* 6. nec ea, aut quodlibet eorum potest ipse Episcopus alteri, qui non sit consecratus Episcopus, demandare, nec valet consuetudo in contrarium, ut scilicet non Episcopus soleat exercere, *c. quanto, de consuetud. cap. aqua, de consecr. Eccles.* Glos. & Doct. *in c. transmissa, de elect.*

Alia verò sunt, quæ etsi propriè, & præcipuè ad Ordinem Episcopalem spectare videantur, alteri tamen non Episcopo consuetudine, delegatione, aut privilegio competere possunt, eo quòd illi reservantur Ecclesiæ institutione, ut innuit Suar. *de Religione, tom.* 5. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 4. Tambur. *de Jure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 22. *q.* 1. *ex n.* 3. sunt autem hæc, videlicet.

101 Primò minores Ordines, & primam Tonsuram conferre, quod enim diximus suprà de Ordinibus Clericorum, de sacris tantùm tribus Ordinibus intelligitur: nam primam Tonsuram, & minores quatuor Ordines conferre possunt etiam Abbates suis subditis, & S. R. E. Cardinales etiam non Episcopi, & quidam Archipresbyteri ex privilegio, ut suis locis particulatiter videbimus: aliis verò quibus hoc jus non competit, nec delegare potest Episcopus.

102 Secundò, Virgines Moniales post Professionem, & completo 25. ætatis anno, solemniter consecrare, tradito velo, *cap. perlectis,* §. *ad Episcopum,* 25. *dist. cap.* 1. *de tempor. Ordin.* Salzed. ad Bernard. *c.* 26. *vers. Virginum Benedictio,* Bonac. *in suo libello de Consecr. Virginum, c.* 4. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract* 9. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 12. Tambur. *de Jure Abbatum disp.* 22. *q* 6. *n.* 1. Sebast. Cæs. *dict.* §. 3. *num.* 18. *in fine,* Ego ipse *d. part.* 1. *allegat.* 27. *n.* 35. Sed id Presbyteris delegare poterit, ut colligitur *ex cap.* 2. 26. *q.* 6. quicquid dicat Sbroz. *de offic. Vicarii lib.* 2. *q.* 8. *n.* 4.

103 Tertiò, publicè pœnitentes in Missa reconciliare, *dict. cap. quamvis,* 68 *distinct. cap. ministrare.* 26. *q* 6. Sebast. Cæs. *d.* §. 3. *n.* 18. *vers. Item iidem,* Sbroz. *de offic. Vicarii, lib.* 2. *q.* 18. *num.* 3. quod Sacerdos simplex ex licentia Episcopi facere potest, *c.* 1. *cap. Aurelius,* 26. *q.* 1. *cap. ult.* 26. *q.* 6. Sbroz. *d. q.* 18. *num.* 4.

104 Quartò, pœnitentias publicas injungere est dignitatis Episcopalis, *cap. accedentibus,* ubi Abb. *de excess. Prælat.* Oldrad. *cons.* 246. *n.* 4. Cardin. Tusch. *tom.* 3. *littera E, conclus.* 238. *num.* 1. Scip. de Rubeis *in Aphor. Episcop. verb. pœnitentiæ, n.* 2. Sbroz. *dict. lib.* 2. *q.* 18. *num.* 3. ubi *num.* 4. subdit Sacerdotem de mandato Episcopi publicas injungere posse pœnitentias.

Quintò, Campanas benedicere, & Chrismate ungere. Durant. *in ration. divin. offic. lib.* 1. *cap.* 4. 105
Steph. Durant. *de ritib. Eccles. lib.* 1. *c.* 22. Card. Cæs. Baron. *ann. Eccl. tom.* 10. *pag* 810. Ugol. *de offic. Episc. c.* 31. §. 1. *n.* 2. latè Angel. Roch. *in speciali tract. de campanis, cap.* 5. *de campanar. consecrat.* Castald. *in praxi carem. lib.* 2. *sect.* 12. *cap.* 5. & illas solus Episcopus benedicere solet, quamvis simplicem earum benedictionem delegare valeat.

Sextò, Calices, & Patenas, Corporalia, Pallas 106
Altaris, Vestimenta Sacerdotalia, & alia utensilia Ecclesiæ consecrare, seu benedicere. Sbroz. *de offic. Vicarii, lib.* 2 *q.* 10. *n* 8 Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 7. *q.* 1. *cum seqq.* Henriq. *in sum. lib.* 9 *c.* 18. & alii citati per me *d. part.* 2. *allegat.* 27. *n.* 35. *cum seqq.* quibus addo Paul. Layman. *in Theol. moral. lib.* 5. *tr.* 5. *cap.* 6. *num* 10. quod etiam non Episcopus facere potest, qui id scilicet ex privilegio, vel consuetudine habeat; nam alteri nec Episcopus delegat. Ugolin. *de offic. Episcopi cap.* 32. *n.* 6. Possevin. *de officio Curati c.* 2. *n.* 37. Paul. Layman. *d. cap.* 6. *n.* 11. & 12. & ideo Sacra Rituum Congregatio sæpè requisita ab Episcopis, & à S. R. E. Cardinalibus ob justas causas in Ecclesiis propriis non residentibus pro facultate delegandi, eam concessit, aliquando limitando personas in dignitate constitutas, 14. Novemb. 1615. aliquando tempus ad sex menses, 14. Maii 1616. & sæpius tantùm sine limitatione, 2. Maii 1619. deinceps, ut referunt Barthol. Gavant. *in comment. rub. Missal. & Breviar. tom.* 1. *part.* 4 *tit.* 19. *rub. de benedict. n.* 23. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 22. *q.* 2. *n.* 4.

Pro coronide advertendum duxi quod quamvis potestas hæc faciendi, & consecrandi supradicta Sacramentalia Episcopis ratione Ordinis competat, & ita in generali jure divino data sit; nihilominus tamen, quia Sacramentalia ista in particulari sunt de jure ecclesiastico instituta, & ita subsunt potestati Ecclesiæ, potetit in primis ipsa Ecclesia eos Episcopos aliquando privare hac potestate, itaut Episcopus hæreticus, vel præcisus ab Ecclesia nullo modo illa validè conficiat, prout latè & elegantet tradit Castr. *de justa hær. punit. c.* 22. Conn. *lib.* 1. *var. c.* 10. *n.* 8. Henriq. *lib.* 16. *c.* 31. §. 4. *in fine,* & probat optimè textus *in c. Ecclesiis,* 68. *dist. & in c. Ecclesiis, cum duobus seqq. de consecr. dist.* 1. ubi Ecclesias ab Arianis Episcopis consecratas jubet Pontifex iterum consecrari. 107

§. III.

NUnc circa jurisdictionem Episcoporum sciendum, eos habere primùm jurisdictionem ordinariam in tota sua Diœcesi, deinde, & in multis casibus delegatam. Videbimus autem priùs de ordinaria, quæ quidem consistit, aut in subjectione personarum, & locorum; aut in dispensatione, & absolutione subditorum. Videamus de prima, quæ comprehendit beneficiorum & aliarum gratiarum concessionem, & correctionem, ac pœnarum impositionem quoad personas: item dispositionem, & gubernationem, seu administrationem quoad loca, & res Ecclesiasticas. Pertinet ergo ad jurisdictionem ordinariam Episcopi:

Primò, subjectas habere omnes, & singulas per- 108
sonas suæ Diœcesis, cujuscumque sint gradus, & qualitatis in foro animæ, & in foro etiam exteriori quoad causas, & delicta Ecclesiastica, & pœnas, ac censuras Ecclesiasticas tantùm in laicis; in Ecclesiasticis verò personis, etiam quoad civiles causas

ſas, & omnia crimina, & pœnarum genera omnia, ut infrà demonſtrabimus.

109 Secundò, omnes Eccleſias, & Parochias, Monaſteria, & Hoſpitalia, ac omnia loca pia, & religioſa ſub ſua poteſtate, & regimine habere, *c. regenda 10. q. 1.* niſi aliud ſtatuatur ex privilegio exemptionis, *lib. 2. cap. 11.* tractabimus.

110 Tertiò, res, & bona Eccleſiaſtica, ac beneficia & jura omnium Eccleſiarum, quoad quædam ſub ſuo regimine continere, *cap. nullus omninò, 16. quæſt. 7.*

111 Quartò, circa perſonas ad juriſdictionem Epiſcopi pertinet formatas litteras dare, id eſt dimiſſoria pro Ordinibus ab alio Epiſcopo recipiendis, *cap. fin. & per tot. 71. diſt. gloſſ. fin. in cap. cùm nullus, de tempor. Ordin. lib. 6.* Seraph. *deciſ. 985. n. 3.*

112 Campan. *in diverſ. Jur. Canon. rubr. 6. cap. 3. n. 13. prope finem.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſc. part. 2. allegat. 7. n. 4.* Et quamvis olim exemptis liceret hujuſmodi dimiſſorias impartiri, *ex dict. cap. cùm nullus*, ubi Joan. Andr. *num. 2.* Anchar. *verb. in exemptis, ſub num. 3.* Franch. *num. 5.* hodie tamen Jure noviori Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 10.* neque ipſi Abbates, neque alii etiam exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcumque, exceptis Capitulis Eccleſiarum Cathedralium dimiſſorias Clericis ſæcularibus, ut ab aliis Ordines ſuſcipiant, concedere valent. Unde Henriq. *in ſumm. lib. 10. cap. 25. §. 3.* tenet perſonas quaſlibet extra Præſulem, etiam habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem contentioſam, & voluntariam, non poſſe dictam elargiri licentiam. Et *in Commento, littera T*, atteſtatur ita Romæ obtinuiſſe Epiſcopum Salmanticenſem de anno 1581. contra Capitulum ſuæ Eccleſiæ, niſi tamen eſſet Ordinarius privativè ad Epiſcopum, juſque haberet viſitandi, & congregandi Synodum; contra quem non intrare diſpoſitionem Concil. Trident. *dict. cap. 10.* defendit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 112.* quem refert, & ſequitur Campan. *dict. cap. 8. n. 4.* Alia circa dimiſſoriarum conceſſionem, vide *dict. alleg. 7. per tot.*

113 Quintò, Conſtitutiones ſpeciales in Eccleſia, & Diœceſi ſua facere ſactis Canonibus non obviantes, *c. Catholica 11. diſt. cap. 2.* ubi Gloſſ. & Doctores, *de majorit. & obed. cap. 2. de conſtit. lib. 6.* Duen. *reg. 245.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 57. q. ult.* Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi, cap. 4. dub. 1. n. 5. verſ. 18. & dub. 41. & 42.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat 96. n. 23. cum ſeqq.* Et hujuſmodi Statuta, ſive Conſtitutiones Epiſcoporum debent potiùs obſervari, quàm jus com-

114 mune, ſi Summi Pontificis auctoritate, vel præſcripta conſuetudine roborentur. Gutier. *qq. Canon. lib. 1. cap. 35. n. 33.* D. Barboſ. *in l. divortio, part. 2. in princ. n. 54. ff. ſolut. matrimon.* Valaſc. *in partit. c. 35. n. 9. cum ſeqq.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 1. n. 99.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 1. lib. 3. tit. 8. n. 1.*

115 Sextò (adhuc generaliter circa omnia) exequi quæcumque Preſbyteris licent, quoad celebrationem Divinorum, & adminiſtrationem Sacramentorum, & aliorum, quæ tanquam Ordini annexa communia ſunt Preſbyteris, & Epiſcopis, *cap. illud, 95. diſt.* Gloſſ. *verb. Preſbyteri, in Clem. 1. de privileg.* ut eſt Cathechizare, Baptizare, Prædicare, Euchariſtiam conficere, ſolvere, & ligare, & omnia Sacramenta miniſtrare, præter Confirmationem, & Ordines, quæ ſolis Epiſcopis competunt, ut ſuprà vidimus.

Septimò, beneficia Eccleſiaſtica perſonis idoneis, & habilibus legitimè conferre, & perſonas in Eccleſiis, vel Beneficiis inſtituere, & deſtituere, & non idoneos Præſentatos à Patronis rejicere, *c. 3. de inſtit. c. cum ex injuncto, in fine*, ubi Gloſſ. *de haret.* & latè *lib. 2. c. 15.* 116

Octavò, omnes cauſas ad forum Eccleſiaſticum de Jure ſpectantes cognoſcere, & omninò ſaltem in prima inſtantia, & in ſua Diœceſi terminare, ac executioni mandare. Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20.* Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 33. poſt n. 3.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. part. 4. collect. 1353. in fin.* Marc. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. 15. num. 3.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccl. part. 2. c. 1. num. 70.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 4. n. 3.* Zerol. *in praxi Epiſc. part. 1. verb. inſtantia*, §. 4. Novar. *in ſingular. Canon. concl. 54.* Ego ipſe *de officio & poteſt.* 117

Epiſcopi, part. 3. alleg. 81. à princ. itaut jam hodie nec alii Superiores, etiam Nuncii, vel Legati de Latere ſpecificam poteſtatem majorem non habentes cauſas in Curiis Ordinariorum Judicum pendentes ad ſe non avocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum Tribunalia deferantur, prout refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Cur.* 118

Archiepiſc. Neapol. p. 4. deciſ. 296. n. 3. itaut etiam nec Auditor Cameræ, nec quivis alius Judex Romanæ Curiæ poſſit de illis cognoſcere in prima inſtantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à ſuis domiciliis, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 126. & dict. part. 4. dec. 271. num. 6. & dec. 273. num. 3.* & meipſum *d. alleg. 81. n. 3.* 119

Nonò viſitationem omnium Eccleſiarum, & quorumcunque locorum Eccleſiaſticorum, & perſonarum, ac rerum facere, & in viſitando omnia neceſſaria, & opportuna ordinare, atque diſponere, ſalvo jure exemptorum, *cap. in ſingulis, cum ſeq. de ſtatu Monach.* Concil. Trid. *ſeſſ. 7. de reform. c. 7. & 8. & ſeſſ. 21. de reform. c. 8. & ſeſſ. 24. de reform. c. 3. & ſeſſ. 25. de Regular. cap. 20.* & infrà *hoc eod. lib. c. 14.* oſtendemus. 120

Decimò, Clericos, & omnes Eccleſiaſticas perſonas ſibi ſubjectas corrigere, carcerare, ab officio & beneficio ſuſpendere, & degradare, beneficiis privare, & alias pœnas, & cenſuras imponere, ex cauſis, modis, & formis, quas infrà ſuis locis videbimus. 121

Undecimò, Capituli negligentiam quandoque ſupplere. Concil. Trident. *ſeſſ. 5. de reformat. cap. 1. ſeſſ. 24.* etiam *de reformat. c. 16.* Ita & Abbatum, ac Metropolitani vices quoque in nonnullis gerere, *ſeſſ. 23. de reformat. c. 1.* & controverſias de præce- 122

123 dentia inter perſonas Eccleſiaſticas componere, *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 13.* Ad cujus intellectum emanavit Conſtitutio Gregor. XIII. incipiens *Expoſcit Paſtoralis*, ſub dat. 17. Junii 1585. quem refert Quarant. *in ſum. Bullarii, verb precedentia*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. n. 48.* & eſt optima hac de re Sacræ Rot. deciſio in Colonienſi præcedentiæ, 9. Junii 1627. coram Ubaldo, ubi aliæ referuntur: & plura cumulavi *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 78. n. 26. cum ſeqq.*

Duodecimò, ſuper omnes perſonas ſuæ Diœceſis non exemptas liberam habent poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirendi, ulciſcendi, & judicandi, abſque impedimento alicujus; & ſi opus fuerit, publicum auxilium invocandi, *cap. eos qui, 42. diſt. c. conquerente, cap. dilectus, de offic. Ordin.* Gloſſ. *in c. tranſmiſſam, de elect.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 8.* 124

125 Decimotertiò, Ecclesias ædificandas designare, ut infrà *lib proximo, c.2.* ostendemus, & de litigiosis Ecclesiis cognoscere, & curare, *cap. si plures, 16. quæst.7.* Ecclesiam etiam Parochialem alicui Monasterio applicare, saltem de jure antiquo, *cap. si Episcopus, 12. q.2. c. consultationibus, de donat.* & uniones Ecclesiarum, & beneficiorum certis de causis facere, & novas parochias instituere, ut *lib. seq. in cap. de union. benef.* & de diœcesibus, & parochiis dicemus.

126 Decimoquartò, Monasteria Regularium reformare, & quandoque gubernare, & in ea ad libitum gratiâ visitationis & exhortationis intrare, *c visitandi, 18. q.2.* & circa eorum utilitates disponere, *c. cognovimus, eadem quæst.* ita & Hospitalia, & pia loca regere, & ab eorum administratoribus, & visitatoribus, atque œconomis rationes exigere, ut infrà libro proximo ostendemus.

127 Decimoquintò, res ecclesiasticas dispensare, ac moderari, sive eorum omnium curam, & providentiam habere, & curare, ut legata ad pias causas exequantur, & per se etiam quandoque ultimas exequi voluntates, *cap. nos quidem, cap. si hæredes, c. Ioannes, de testam.* Conc. Trid. *sess.22. de reform. cap.8.*

128 Decimosextò, pœnas criminales ad suum arbitrium locis piis distribuere, & pauperibus; sed in pari necessitate melius erit subvenire pauperibus loci, in quo habitat Clericus condemnatus. Ita Episcopo Venusino respondit sacra Congregatio negotiis Episcoporum præposita, 21. Novembris 1600.

129 Possunt quoque ex eisdem pœnis carceres ecclesiasticos facere, ut Episcopo Andriensi rescripsit eadem Congreg. 25. Junii 1596.

130 De his autem pœnis Vicarius participare non debet: eadem sacra Congregatio Archiepiscopo Ur-

131 binatensi, 11. Septembris 1584. Fiscali verò aliqua pars pœnarum hujusmodi applicari potest, sed Episcopus, & Notarii de illis quoquo modo participare non possunt, ut fuit rescriptum per eandem sactam Congregationem Vicario Apostolico civitatis Castelli, sub die 4. Septembris 1595.

132 Decimoseptimò, Cancellariam Episcopalem locare, vel vendere non debet, nec ex ea aliquod habere emolumentum: eadem sacra Congregatio Episcopo Ariminensi, 12. Januarii 1598. sed illa debet exerceri facere per proprios ministros Episcopi ab eo provisionatos. Eadem Sac. Congregatio sub die 26. Augusti 1592. Cancellariæ autem Feudorum temporalium Ecclesiæ locari possunt: eadem sacra Congregatio Archiepiscopo Neapolitano sub eodem die, & anno. Quartæ autem funerales nullatenus sunt locandæ. Eadem sacra Congregatio Archiepiscopo Cusentino, sub die 14. Decembris 1592.

§. IV.

134 NUnc circa secundam partem Jurisdictionis Ordinariæ Episcoporum, quæ in dispensatione, & absolutione consistit, sciendum est, quod circa auctoritatem dispensandi variæ videntur esse Canonum dispositiones, & propterea etiam variæ apparent Doctorum sententiæ, quare hac in re breviter explicare conabimur quibus in casibus Episcopi possint, vel non possint dispensare. Cndit autem dispensatio Episcoporum, primò in irregularitate, ut scilicet quis possit Ordines suscipere, vel in susceptis ministrare. Secundò, in inhabilitate ad beneficia, & officia consequenda. Tertiò in facultate ad contrahenda matrimonia contra impedimenta canonica. In aliis materiis non videtur propriè dispensatio Episcoporum ea de re; nam in voto & juramento est potiùs absolutio, vel commutatio: in aliis erit concessio, vel licentia, aut remissio, & hujusmodi.

In irregularitate igitur ad Ordines suscipiendos dispensare possunt Episcopi de jurisdictione ordinaria cum his, qui ordinari prohibentur de jure, ex his causis, videlicet:

Primò, ex quocumque delicto occulto, in quo 135
dispensare possunt Episcopi post peractam pœnitentiam, *cap. de his verò, 50. dist.*

Secundò, in irregularitate, quæ contrahitur 136
ex reiteratione baptismi occulta vigore Concilii Trid. *sess.24. de reform. cap.6.* ita Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.1. c.70.* Avil. *de censur. part.7. disput.7. q.3. puncto 3. n.9.* Filliuc. *tract.10. c.6. q 5.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p.3. alleg.39. n.36.* me citato *in illo loc.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.12. c.3. q.8. in resol. 1. quæstionis*: etiamsi incurratur ab aliquo publicè baptizante, dummodò nesciatur, an qui baptizatur, fuerit antea baptizatus. Sayr. *d. lib.7. c.10. n.16.* Avil. *d. dub.6.* Sanch. *de matrim. d. lib.2. disp.37. num.11.*

Secundò, in irregularitate contracta ab eo qui 137
duos factos Ordines, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die suscepit, quando delictum est occultum, vigore Concil. Trid. *citato loco*, ut per Henriq. *in sum. lib 14. c.6. §.5.* Avil. *d.part.7. disp.9. sect.1. dub.4. ad fin.* Sayr. *d. lib.7. c.10 n.4.* Ugolin. *de irreg. c.39. §.1. n.31. & de potest. Episcopi, c.37. §.2. n.4. vers. Quarto.* Ego ipse *d. alleg.39. num.37.*

Tertiò, in irregularitate occulta proveniente 138
ab administratione in Ordinibus malè susceptis vigore ejusdem Concilii *citato loco.* Majol. *de irregular. lib.1. c.30. num.9. in fin.* Campan. *in diversf. Juris Canon. rub.7. c.5. n.1.* quos refero ego ipse *d. alleg.39. n.41.* attestantes hoc verum esse, si Episcopus non fuerit etiam scienter particeps ejusdem culpæ.

Quartò, in irregularitate, quam quis contraxit 139
exercendo Ordines, quos non habebat, ut exerceat susceptos, & alios suscipiat, modò delictum sit occultum. Ugolin. *d. tract. de potest. Episcopi, c.37. §.3. n.1. vers. si etiam.* Bonacin. *d. q 3. puncto 6. n.10.* Ego ipse *d. alleg.39. n.43.*

Quintò, cum eo, qui per saltum promotus ad 140
Ordines celebravit, ubi delictum fuerit occultum, Ugolin. *d. c.37. §.1 n.4. vers.5.* Ego ipse *d. alleg.39. num.40.*

Sextò, cum eo, qui Ordines minores suscepit 141
ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatui, vel dignitati, aut à censura irretito, schismatico, hæretico, depositio, vel degradato, dummodò delictum sit occultum, vigore ejusdem Concilii. Ugol. *d. c.37. §.2. n.4. vers. quinto.* Ego ipse *dict. alleg.39. num.41.*

Septimò, cum simoniaco occulto, non tamen 142
cum rehabilitato ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit, vigore Concilii *citato loco.* Ita Suar. *de relig. tom.1. tract 3. lib.4. c.61. n.11.* Less. *de justit. lib.2. cap.35. num.140.* Nicol. Garc. *de benefic. p.8 c.1. num.74.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarr. lib.1. tit.18. l. de irregularit.*

nam.

Biblioteca de Ciències

*num.*15. & 16. Ego ipſe *d. alleg.*39. *n.*44. Verùm quia Sixtus V. *in Conſtit. ſua contra ſimoniacè ordinantes*, inter alias pœnas ſuſpenſionem imponit, & illius abſolutionem Papæ reſervat; ideo non poterit Epiſcopus vigore Concilii illam impendere, etiamſi delictum ſit occultum, ut benè reſolvunt Sayr. *de cenſur. lib.*4. *c.*17. *ad fin.* Campan. *in diverſ. Juris Canon. rub.*11. *c.*27. *n.*66. Bonacin. *de ſimon. q.*6. *punct.*1. §.7. *n.*5.

143 Octavò, ſuſpenſione contracta ab eo, qui furtivè, id eſt neſciente Epiſcopo, neque probante; neque examinante Ordines ſuſcepit, ſi occulta ſit, vigore Concilii *d. loco.* Ita Henriq. *lib.*14. *c.*6. §.5. Suar. *tom* 5. *diſp.*42. *ſect.*3. *n.*5. Ægid. de Coninch. *tom.*2. *diſp.*18. *dub.*5. *n.*43. Bonacina *d. punct.* 4. *n.*5. Ugolin. *d. c.*57. §.2. *n.*4. *verſ.*4. Ego ipſe *d. alleg.*39. *num.*38.

144 Non ò in ſuſpenſione, quam quis contraxit recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſoriis, ſi ſit occulta, vigore ejuſdem Concilii *citato loco.* Bonacina *in Sacram. diſp.*8. *queſt. unica, punct.* 4. *n.*14. Ego ipſe *d. alleg.*39. *n.*39.

145 Decimò, in ſuſpenſione à divinis, quam incurrunt Religioſi admittentes fœminas in clauſtra, ſi ſit occulta, virtute Concil. Trid. *citato loco.* Ita Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *c.*17. *n.*41. *in fine.* Nam à cenſuris incurſis propter ingreſſum ad Monaſterium Monialium, non poteſt Epiſcopus abſolvere, etiamſi delictum ſit occultum, ut tenent Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*648. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*541. *num.*5. *in* 2. *edit.* Nicol. Garc. *de benefic. p.*11. *c.*12. *n.*122. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.*1. *tit* 18. *l.*7. *de irregular. num.*23. quicquid dicat Bonacina *de clauſura, q.*1. *punct* 5. *n.*1.

146 Undecimò, in irregularitate provenire ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio eſt occulta, licèt celebratio ſit manifeſta, vigore Concilii *d. loco.* Ita Navar. *conſ.*2. *ſub tit. de Cleric. non ordin. miniſtr. in utroque edit.* Piaſec. *in praxi Epiſcop part.*1. *cap.*1. *num* 56. *pag.*62. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*2. *q.*8. *art.*14. *concl.*2. Ego ipſe *dict. alleg.*39. *num.*27. me citato *in illo loco,* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.*12. *c.*3.

147 *q.*13. *reſol.*3. *in fine*; poteſt enim Epiſcopus diſpenſare, etiamſi actus ſit materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum; quia adhuc occultum dicitur. Emman. Sà *verb Epiſcopus, n.*35. Fr. Emman. *in ſum. p.*1. *cap.*176. *num.*3. Henriq. *lib.*14. *cap.* 10. §. 4. Sayr. *de cenſur. lib.*7. *cap.*13. *num.*13. Bonacina *in ſimili tract. diſput.*7. *queſt.*5. *punct.*1. *num.*4. *verſ. dixi in provenientibus.* Ugolin. *cod. tract. tab.*1. *c.*13. §.7. *ſub num.*4. Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſp.*34. *n.*56. Piaſec. *d. p.*1. *cap.*1. *ſub tit. de diſpenſat. n.*56. *fol.*61. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.*450. *num.*5. *in* 2. *edit.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. delictum, ult.* Campan. *in diverſ. juris canon. rub.*7. *cap.*5. *num.*3. Fr. Sigiſm. à Bonacina *de elect. dub.*71. *num.*8. Fr. Barth. de Vechis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novitiis, diſp.*9. *dub.*16. *num.*4. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, prec.*2. *lib.*8. *num.*25. & 29. Unde ſi in loco ita diſtanti publicum, & notum ſit aliquod delictum, ut ſpes non ſubſit, fore ut ad illum locum deferatur, occultum ibi, ubi abſolutio petitur, dicitur; ac proinde Epiſcopi facultati in illo Concilii decreto datæ ſubjicitur. Ita Avil. *de cenſur. part.*2. *cap.*7. *diſput.*1. *dub.*11. *concluſ.*3. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*2. *cap.*11. *num.*20. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib.*3. §.2. *q.*11. *num.*20. Fagund. *dict. c.*8. *num.*28. Contra Navar. *conſil.*43. *de tempor. Ordin. in novit.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ.*63. Suar. *tom.*4. *de Pœnitent. diſp.*30. *ſect.*2. *num.*2. Sanctarel. *de hereſi, cap.*5. *dub.*6. *num.*26. exiſtimantes non dici occultum delictum, quod alicubi, ubi ſcilicet commiſſum eſt, publicum ſit, ac in eo loco, in quo abſolutio petitur, ſit occultum.

Duodecimò, in irregularitate ex homicidio ca- 148
ſuali proveniente, modò delictum ſit occultum. Perez *in rubric. tit.*13. *lib.*8. *Ordin. pag.*256. Franc. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.*2. *q.*8. *art.*13. *concluſ.*2. & 3. Ego ipſe *dict. alleg.*39. *n.*48. Avil. *de cenſur. part.*7. *diſp.*6. *ſect.*2. *dub.*1. & *ſect.*5. *dub.*3. *concluſ.*2. Ægid. de Coninch. *de Sacram. diſp.*18. *dub.*14. *n.*111. Diana *reſolut. moral. part.*2. *tract.*1. *miſcellan. reſolut.*19. ubi reſolvit, quod ſi ex rixa 149
repentè orta, vel ex inimicitia ob injurioſa verba contracta ſubitò homicidium perpetratur, caſuale erit, & non voluntarium, ad effectum ut poſſit Epiſcopus circa irregularitatem ex ipſo contractam diſpenſare: & ſic intelligit Concil. Trident. 150
*ſeſſ.*14. *de reform. c.*17. dum ait: *Si verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, &c.* ut non intelligatur, ſicut aſſerit Sayr. *de cenſur. lib.*7. *cap.*7. *n.*8. de homicidio caſuali non volito in ſe, ſed in cauſa; ac intelligatur de homicidio quod caſu ſolum contingit, ad differentiam homicidii voliti ex propoſito. Contra Suarez *tom.*5. *de cenſur. diſputat.*44 *ſect.*1. *num.*3. & Molin. *de juſtit. tom.*4. *tract.*3. *diſput.*79. *num.*7. exiſtimantes Epiſcopum vigore Concilii *dict. cap* 6. non poſſe diſpenſare 151
ſuper irregularitates occultas contractas ex homicidio caſuali: unde credo à fortiori diſpenſare poſſe cum eo, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere. Navarr. *in man. cap.*27. *n.*240. & *conſil.*27. *de homicid. in utraque edit.* Henriquez *lib* 14. *cap* 19. §. 3. *in commento, littera E.* Aloyſ. Riccius *in praxi fori Eccl. deciſ.*521. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.*448. *n.*2. & 3. *in* 2. *edit.* Bonacina *de cenſur. diſp.*7. *q.*4. *punct. ult. num.*7. Ego ipſe *d. alleg.*39. *n.*50. & cum eo, qui mandavit ſervo, ut alterum 152
percuteret, ſed caveret, ne occideret, ſequuto homicidio. Henriquez *dict. c.*19. §.3. *in commento, littera E.* & *c.*14. §.2. Bonacina *dict. punct. ult. n.*8. Ego ipſe *dict. allegat.*39. *num.*51. In irregularitate autem, quæ provenit ex homicidio voluntario, quod eſt illicitum, intentum, & volitum in ſe, non diſpenſat Epiſcopus ex privilegio Concilii Tridentini *citato loco*, ex his, quæ cumulavi *d. allegat.*39. *ex num.*46. ubi plures citavi Doctores, & id intelligit de homicidio, quod deliberato animo & inito conſilio fit. Diana *dict. reſol.*19. *verſ. ſed contrariam.*

Decimotertiò, in irregularitate proveniente ex 153
homicidio licito, vel facto legitimâ auctoritate, & juſta de cauſa. Covarruv. *in Clement ſi furioſus, part.*1. §.3. *num.*7. *in fine.* Navarr. *d. c.*27. *n.*240. *verſ. quarò*, & *in rubr. de judic. num.*109. *verſ.*3. *cum ſequentib.* Majol. *de irregular. lib.*5. *c.*48. §.6. Medin. *in ſum. p.*1. *cap.*12. §.12. Vivald. *in candel. aureo, part.*2. *tit. de irregular. quoad fratres, n.*326. & *ſequentibus.* Bañes 2. 2. *queſt.*40. *art.*2. *dub.*4. Fr. Emman. *queſt. regular. tom.*1. *q.*14. *art.*8. rejecta contraria opinione, quam antea firmaverat, *in ſum. tom.*1. *cap.*174. Campan. *in diverſ. juris canon. rubr.*11. *cap.*13. *num.*18. Ego ipſe *d. allegat.*39. *num.*47.

Contra Navarr. mihi viſum ſibi contrarium

Biblioteca de Ciències Socials

cons.34. in antiq. aliàs 39. in novis de homicid. Sayr. *in floribus decis. sub illo tit. decis.31.* Hentiq. *dict. lib.4. cap.9. §.3. & c.19. § 4 in commento, littera K.* Ugolin. *de irregular. cap.33. §.1. num.1. & cap.44. §.2. num.4. & cap.62. §.5.* Veg. *in sum. p.1. cap.56. casu 6. & c.127. casu 27. & part.2. cap.15. casu 40. & in speculo Curator. c.11. n.87. & c.12. num.323.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. part.1. lib.1. cap.13. num.38.* Molin. *de justit. tract.1. disput.79. num.8. vers.4.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. irregularitas, §.8.* Gottier. *Canon. lib.2. cap.6. num.170.* Nicol. Garc. *de benef. p.7. c.11. num.40.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.12. c.3. quæst.13. resolut.2. in fine*, existimantes Episcopum non posse in homicidio voluntario justo dispensare.

154 Decimoquartò, in irregularitate ex mutilatione membri etiam voluntaria, si ex occulta. Navar. *dict. cap.27. n.194.* Sà *verb. irregularitas, in fine,* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.1 cap.88 vers.6. & c.89. n.3.* Henriq. *in sum. lib.13. cap.57. §.1. littera H, & lib.14. c.19. §.1. littera L,* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol. cap.66. num.9. in ult. edit.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. quæst.24. art.10. & in addit. ad Bullam Cruciatæ. §.13. num.6.* Piasec. *in praxi Episcop. part.1. cap.1. num.57.* Suarez *tom.5. disp.44. sect.2. num.4. & sect.4. num.35.* Molin. *de justit. tom.4. disp.79. sub num 8.* Valer. Reginald. *d. lib.30. tract.2. num.91.* Ludov. Mirand. *d. q.8. art.11.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. tom.2. disp.18. dub.8.* Avila *de censur. part.7. disp 6. tract.5. dub.4.* Bonac. *in simili tract. disput.7. quæst.4. puncto ult. num.11.* Armendar. *dict. lib.7. de irregular. num.14.* Nicol. Garc. *de beneficiis, part.7. c.11. num.30. cum seqq.* Campan. *dict. c.23. num.143.* Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Relig. statum Novit. disp.9. dub.7.* Novar. *post decis. Aloys. Ricc.117. vers. quoad secundum, part.4.* Ego ipse *dict. alleg.39. num.49.* & me citato in illo loco, Homobon. de Bonis *d. tract.12. cap.3. q.10. resolut.5. pag.418.*

155 Decimoquintò, in irregularitate proveniente ex delicto, etiam manifesto, quod non sit gravius adulterio, similiter post peractam pœnitentiam dispensat, *cap. at si Clerici, §. de adulteriis, de judic.* Hieron. Fernand. de Otteran. *Roman. lucubrat. quæst.32.*

156 Decimosextò, in illegitimitate ex delicto occulto proveniente: ratio est, quia licèt hæc irregularitas causet in homine quendam defectum, tamen intrinsecè dependet à crimine parentum, ac proinde si hujusmodi crimen sit occultum, comprehenditur sub Decreto Concilii, *d. cap.6.* atque sic resolvit Avila *de censur. part.7. disp 3 dub.7.* probabilem sententiam dicit Ægid. de Coninch. *de Sacram. disput.18. dub.14. n.17.* sequitur Diana *resol. moral. part.3. tract.1. miscellan. resolut.21. & p.4. tract.2. resol.64.* Hurtad. *de censur. disp.2. diffic.20. n.63.* Machado *en su perfetto Confessor, tom.1. lib.1. p.3. tract.17. docum.2. n.4.*

Contra Suar. *tom.5. de censur. disp.50. sect.5. n.5.* Sayr. *eod. tract. lib.6. c.11. n.8.* Bonacin. *in simili tract. disp.7. puncto 3. quæst.2. num.15.* Piasec. *in praxi Episc. p.1. cap.1. num.56. & 60.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.2. lib.30. tract.2. cap.7. n.73.* Filliuc. *in quæst. moral. tom.1. tract.19. c.6. num.152.* Laurent. de Peñinis *tom.2. de subdito Prælato, q.2. cap.5. §.8. num.14.* existimantes Episcopum non posse dispensare vigore Concilii, *d. cap.6.* cum illegitimis occultis ad recipiendos sacros Ordines, pro quibus non facit quod dictum Concil. tributi Episcopis auctoritatem dispensandi super irregularitates contractas ex delicto: at irregularitas illegitimorum est irregularitas ex defectu, & non ex delicto. Quia respondetur hanc irregularitatem intrinsecè dependere à crimine parentum, ac proinde videri etiam inclusam sub verbis Concilii *d. cap.6.*

Decimoseptimò, in irregularitate proveniente ex quocumque delicto, graviori, quantumvis manifesto, quod tamen ex aliqua justa excusatione minuatur; nam dispensat Episcopus cum hæretico, vel apostata à Fide, ut promoveri possint, vel in Ordinibus ministrare, si timore vel periculo compulsi à fide defecerunt, & postèà sponte reluctati sunt, nisi se periculo præsumptuosè exposuerint, *cap. Presbyteros qui, 50. distinct.* 157 158

Item cum homicida, qui non per se, sed per aliam in duello adversarium occidit, ut notatur *in cap. Henricus, de Clericis pugn. in duello:* item cum homicida, qui cum magno iræ furore nolens occiderit aliquem, *cap. studeat, 50. dist. cap interfecisti, de homicid.* item cum simoniaco, si cùm parvulus esset, cupiditate parentum Ecclesiam pecuniâ sit adeptus, vel si etiam adultus emptam dimiserit, & Canonicè vixerit, aut si ignoranter, vel coactus id fecerit, *c. fin. quæst.5.*

Decimooctavò, in irregularitate ex quacumque etiam causa, absque delicto tamen proprio veniente, in iis, qui Religionem approbatam professi per aliquod tempus ibidem religiosè fuerint conversati, cum quibus etiam qro culpa suscepti Ordinis furtivè, aut plurium Ordinum eadem die susceptorum contra edictum suum cum excommunicationis pœna promulgatum, dispensant Episcopi, ut suis in locis commodiùs dicemus. 159

Decimononò, ex quacumque etiam causa irregularitas proveniat, ubi abest necessitas dispensandi, veluti ad vitanda scandala, & in similibus casibus, in quibus periculum esset in mora, *cap. ut constituerentur, 50. dist.* 160

Vigesimò, propter Ecclesiæ utilitatem, & meritorum prærogativam dispensant Episcopi in irregularitate, quæ non provenit ex delicto, quod sit gravius adulterio, ut suprà est dictum. 161

Vigesimoprimò dispensat Episcopus cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coitu, ad Minores Ordines, & ad Beneficium simplex, *cap.1. de fil. Presbyt. lib.6.* Gig. *de pensionib. q.17. in princ.* Ugolin. *de irregular. c.44. §.2. num.5.* Henriq. *in sum. lib.14. c.8. §.10. littera B,* Sayr. *de censur. lib.6. cap.11. num.6.* Azor. *institut. moral. part.2. lib.6. c.50. quæst.8.* Nicol. Garc. *de benefic. part.7. cap.1. num.48.* Carol. de Graff. *de effectib. Cleric. effectu 1. num.530.* Campan. *in diverf. Juris Canonic. rubr.11. c.13. num.18.* Bellet. *disquis. Cler. part.1. tit. de discipl. Cler. §.3. num.25.* Ego ipse *d. p.2. alleg.45. num.19.* ubi hoc verum intelligo stante justâ causâ, & suffragantibus meritis: & *num.22.* amplio procedere in Canonicatibus Ecclesiarum Collegiatarum: & *num.23.* in dimidiis portionibus, seu in inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis: & *num.28.* limito ut cum illegitimis non possit Episcopus dispensare super pluralitate beneficiorum: & *num.29.* limito quoque in dignitatibus, vel personatibus etiam sine cura: & *num.30.* in aliis beneficiis requirentibus secum Ordinem: & *num.31.* in Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis 162

post

poſt diſtributionem ſacrorum Ordinum factam; & nec etiam poterit diſpenſare ut ad beneficium ſimplex, quod parens obtinuerat, filius promoveatur, ut per Gloſſ. *verb. tale, in cap. 1. de filiis Preſbyt. lib. 6.* ubi Franc. *n. 7.* Campan. *d. cap. 13. n. 87.* Sanctarell. *var. reſ. q. 39. n. 2.*

163 Vigeſimoſecundò, diſpenſat Epiſcopus cum corpore vitiatis, ſive defectum in corpore patientibus in levibus vitiis, defectibus, vel debilitationibus. Seraph. *deciſ. 615. n. 5.* Campan. *d. rubr. 11.*

164 *cap. 17. num. 104.* item cum habentibus membrum occultum, ſive manifeſtum non ſuâ culpâ abſciſſum, & quando ceſſat homicidii præſumptio, atque hujuſmodi membrum non reddit ipſum impotentem ad celebrandum. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 8. art. 3. n. 3.* Ego ipſe

165 *d. p. 1. alleg 42. n. 59.* Quis autem dicatur corporalis morbus, vel defectus qui Ordinis executionem impediat, vel ſcandalum gignat, Epiſcopi ſolius eſt determinare, non autem alterius Prælati inferioris. Covar. *in Clem. ſi furioſus, part. 1. in initio, n. 5.* Avila *de cenſur part. 7. diſp. 3. dub. 3.* Bonacin.

166 *in ſimili tract. diſp. 7. quæſt. 2. puncto 2. num 36. in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori Pœnit. lib. 30. num. 45.* arbitrio quoque ejuſdem Epiſcopi conſiderandum relinquitur, quod dicatur modicum vitium, & quæ notabilis deformitas. Gloſ. penult. & ult. *in c. 2. de corp. vit.* Menoch. *conſ. 96. n 30. & 31. & de arbitr. caſu 226. num. 7. 8. 15. & 16.* Henriq. *d. lib. 14. cap. 8. §. 1.* Seraph. *d. deciſ. 625. n. 4.* Bellet. *ubi ſuprà, §. 7. n. 26.* Ego ipſe *d. alleg 42. n. 60.* etiam reſpectu Regularium, niſi à Sede Apoſtolica eorum Superioribus delegaretur hæc poteſtas. Henriq. *d. cap. 8. §. 1. verſ. ſecundò*, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 24. art. 4.* Campan. *d. cap. 7. n. 204.*

167 Vigeſimotertiò, Epiſcopus ex legitima cauſa poteſt diſpenſare cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtraverint in Ordine ſuſcepto. Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 14 in fine*, Mar. Alter. *de cenſur. tom. 2. diſp. 10. cap. 5. verſ. hoc in loco*, ubi intelligit ſive ſcienter, ſive ignoranter fuerint ita promoti, quia Concilium non diſtinguit de ordinato ſcienter, & ex ſuperbia, vel ignoranter, ſed ſimpliciter loquitur: quod verum eſt, non ſolùm in promotis aliquo Sacrorum Ordinum omiſſo, ſed etiam in promotis ad majores Ordines, omiſſis minoribus, ſive uno tantùm, ut refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nav. lib 1. tit. 18. l. 7. de Epiſc. n. 53. verſ. item*, Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 47. n. 7.*

168 Vigeſimoquartò, cum ordinatis ab Epiſcopo hæretico ignoranter, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſi cùm primùm ſciverint; ſe ab uſu Ordinum abſtinuerint. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 28. q. 10.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. n. 190. verſ. quartò.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 48. ex n. 2.*

169 Vigeſimoquintò, minores Ordines recipiens ignoranter ab Epiſcopo, qui loco ſimul, & dignitati renunciavit, poteſt à proprio Epiſcopo diſpenſari, *cap. 1. de Ordin. ab Epiſc. qui renunc. Epiſc.* Ego ipſe *d. alleg 48. n. 1.*

170 Vigeſimoſextò, in bigamia vera, vel interpretativa poterit Epiſcopus diſpenſare ubi neceſſitas urgeret ob miniſtrorum penuriam, & difficilis nimis eſſet aditus ad Pontificem ob loci diſtantiam. Ita Henriq. *lib. 12. de matrim. cap. 6. §. 11.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp 86. n 14.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 49.*

171 *n. 25.* Item poteſt diſpenſare in ſimilitudinaria bigamia, ſi Clericus cum unica & virgine contraxerit, juxta textus ſic neceſſariò intelligendos, ne aliis adverſentur, *in c. Sacerdotes, de Cler. conjug. & in c. 1. qui Clerici vel venientes*, Sanch. *d. diſp 86. n. 20.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 220.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 2. concl. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 49. num. 26.* Scip. de Rubeis *in aphor. Epiſc. verb. Bigamus, n. 3.*

Vigeſimoſeptimò, in infamia facti, quæ ſcilicet naſcitur ex crimine aliquo notorio, Epiſcopus diſpenſare valet. Nav. *in man. cap. 27. n. 204.* Fr. Ludov. Miranda *d. q. 8. art. 5. concl. 1.* Item in ea, quæ procedit ex delicto, in quo poteſtatem habet diſpenſandi. Ugolin. *de poteſt. Epiſcopi, cap. 60. §. 5. n. 3.* Avil. *de cenſur. p. 7. diſput. 4. dub. 6.* Bonacin. *eod. tract. diſp. 7. q. 5. puncto 1. num. 8. verſ. 3.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 43. num. 31.* ubi cum Henriq. animadverti, ſuperveniente hac juris infamiâ diſpenſare Epiſcopum, ut quis retineat uſum Ordinum & beneficia, non autem ut de novo obtineat. 172

Vigeſimooctavò, Epiſcopus cum ordinandis datâ legitimâ cauſâ à Conc. Trid. requiſitâ, *ſeſſ. 23. de reform. cap. 11. 13. & 14.* poteſt in interſtitiis diſpenſare, de quo latè tractavi *d. part. 2. alleg. 18. per totam.* Et quod plures minores Ordines una die recipi poſſit, dixi latè ego ipſe *ead. p. 2. alleg. 11. ex n. 13.* 173

Et hæc de diſpenſatione Epiſcoporum in irregularitate pro Ordinibus ſuſcipiendis. Ad miniſtrandum verò in Ordinibus jam ſuſceptis non minùs diſpenſare poſſunt, quàm ad eoſdem ſuſcipiendos diſpenſent: nam in quibuſcunque caſibus diſpenſatio ad ſuſcipiendos Ordines eis conceditur, in his etiam ad miniſtrandum in ſuſceptis poſſunt diſpenſare, imò faciliùs diſpenſatio conceditur ad miniſtrandum, quàm ad promovendum ad Ordines, argumento capitis *ſi qui Presbyter, 40. diſtinct. & cap. 1. in fine, de Ordin. ab Epiſcopo:* unde diſpenſare poſſunt Epiſcopi etiam cum ſacrilego quandocunque ut in Ordine ſuſcepto miniſtret, *d. cap. ſi quis Presbyter.* In aliis caſibus hîc non expreſſis ſolus Papa diſpenſat, ut ſuprà *cap. 1.* oſtendimus. 174

§. V.

CIrca habilitatem autem ad beneficia, & dignitates ac officia Eccleſiaſtica conſequenda diſpenſare poſſunt Epiſcopi.

Primò, cum illegitimis in beneficiis ſimplicibus tantùm, non autem in curatis, nec dignitatibus Eccleſiaſticis, ut dixi ſuprà *n. 162.* 175

Secundò, cum eo qui recipit beneficium de manu laici, ut valeat illud retinere, ſecundùm Innoc. *in cap quiſquis, de elect.* argumento capitis *nuper, de ſentent. excomm.* 176

Tertiò, ut quis obtinens unum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad ejus ſuſtentationem, poſſit aliud ſimile tantùm obtinere, ut per Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 5. n. 310. in 1. & 2. declar.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, requiſ. 7. dub. 16.* Armendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ. lib. 4. tit. 7. de benefic. incompatib. n. 32.* ubi *n. 33. & 34.* ſubdit ultra duo beneficia, etiamſi minimè ſufficerent, non poſſe conferri uni abſque diſpenſatione Apoſtolica: refero ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg 62. n. 6.* vide infrà *in cap. de collat. benefic.* 177

Quartò, cum eo qui propter beneficium, quod obtinuit, tenetur infra annum ordinari, ſi abeſſe 178

velit

Biblioteca de Ciències Socials

velit causâ ſtudii, *cap. cùm ex eo, de elect. lib. 6.* Rebuff. *de privil Schol. privil. 36.* Monet. *de diſtribut. quotidian. p. 2. q. 10. n. 4.* Hodie cùm per Concil. Trid. non admittantur ad Parochiales Eccleſias, niſi qui per concurſum magis idonei fuerint judicati, Parochis causâ ſtudiorum non eſſe dandam
179 licentiam abſentiæ, referunt à ſacta Congregat. deciſum Henriq. *conſ. 23.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 231.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 2 tit. 23. l. 2. §. 2. ſub tit. Sed an Parochi debeant reſidere in ſuis Curis, n. 122.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 502. in edit. 1.* alias *reſolut. 393. in fin. in 2. edit.* Sanctarell. *var. reſol. q. 3. num. 25.* Ego ipſe *d. part. 3. alleg. 53. n. 77. & alleg. 56. n. 10.*

180 Quintò, in ætate quoad Dignitates non curatas, & beneficia ſimplicia, *cap. nunc de ætat. & qualit. in 6.* Verùm cùm ætas hujuſmodi ſit à Concilio Trident. præſcripta, ſuper illa jam non poſſunt Epiſcopi diſpenſare, ut in ſimili reſolvunt Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. queſ. 9.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 4 n. 71.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Cur. Archiep. ſc. Neapol. dec. 309. num. 9. p. 4.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 62. n. 6.* ſicut nec poſſunt diſpenſare in ætate præſcripta ad Ordines ſuſcipiendos. Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc. verb. ætas, à n. 2.*

181 Sextò, ut Parochus non reſideat ad tempus cum cauſa rationabili, *cap. licèt Canon. de elect. lib. 6.* Hodie verò ex nova diſpoſitione Concilii Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 1. ad fin.* diſcedendi licentia in ſcriptis, gratiſque concedenda, ultra bimeſtre tempus, niſi ex gravi cauſa, Parochis non datur per Epiſcopum: unde non ſufficere licentiam tacitam, ſed oportere expreſſam, reſolvunt Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 2. n. 55.* Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navar. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. ſub tit. ſed ad Parochi debeant reſidere in ſuis Curatis, n. 164.* Sanctarell. *var. reſol. q. 5. n. 16.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 53. n. 93.*

§. VI.

IN matrimonio verò contrahendo, & in illius impedimentis, regulariter non diſpenſat Epiſcopus, niſi in ſequentibus caſibus.

182 Primus eſt, ut contrahi poſſit contra interdictum Eccleſiæ generale, id eſt, feriarum, ex cauſa; vel ſpeciale à ſe factum, aut à ſuo inferiore. Ita quoad primam partem reſolvit Bonacina *de Matrim. q. 3. puncto 14. n. 4.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 32. n. 194.*

183 Secundus, contra impedimentum criminis, quod impedit tantummodò contrahendum, non autem contra illud, quod etiam contractam dirimeret, *cap. ſi autem, in fin. 36. q. 2.* Cajetan. *in ſum. verb. Matrimonium, verſ. ſecundum verò caput, in fine.*

184 Tertius, ut contrahi poſſit non præmiſſis denunciationibus, ut expreſsè definitur in Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. Matrim. cap. 1.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p. 2.* ubi de *Sacram. Matrim. cap. 6. concl. 7.* Franc. Leo *in theſaur. fori Eccleſ. p. 2. cap 9. n. 51.* Poſſevin. *de offic. Curati, cap 10. de matrim. num. 2.* Ugolin. *de poteſt. Epiſcopi, cap. 6. à num. 3.* Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 7. n. 4. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 26. §. 4. verſ. debent*, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib 2 differ. 11. n. 58.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. libr. 31. à num. 232.* Campan. *in diverſ. Juris Canon. rubr. 6. cap. 3. n. 42.* cum aliis per me citatis *part. 2. alleg. 32. num. 27.* ubi *num. 28.* id intelligo intervenientibus cauſis, quæ ſibi juſtæ videbuntur, itaut Epiſcopus non prudenter agat remittendo denunciationes abſque juſta cauſa: & *à n. 40. cum ſeqq.* refero hujuſmodi juſtas ad diſpenſandum cauſas.

Quartus, diſpenſat Epiſcopus in impedimentis, 185
quæ impediunt quidem Matrimonium contrahendum, ſed non dirimunt contractum, quia conſuetudine receptum eſt, ut diſpenſatio iſtorum impedimentorum non obtineatur à Papa, excepto voto religionis, & caſtitatis. Ita Henriquez *in ſum. lib. 12. cap. 2. §. 2. verſ. ſecundò*, Sanch. *d. lib. 7. diſput. 17. num. 15* Ugolin. *de poteſt. Epiſcopi, c. 60. §. 3.* Bonacin. *de matrim. q. 3. punct. 15. num. 5.*

Quintus, diſpenſat quoque Epiſcopus in impe- 186
dimento dirimenti, quando illud occultum fuerit, & matrimonium publicum, nec conjuges poſſunt ſeparari abſque magno ſcandalo, nec ad Summum Pontificem, aut ejus Nuntium patet recurſus propter paupertatem, aut propter locorum diſtantiam, ſeu ob alia legitima impedimenta. Ita Leſſ. *de juſt. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 128.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſput. 21. n. 3.* Gutier. *cod. tract. c. 49. n. 6. cum ſeqq. & Canon. lib. 1. cap. 23. num. 18.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. diſput. 35. dub. 3. num. 32.* Fernand. *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 16. §. 4. n. 1.* & plures per me citati *d. q. 2. alleg. 35. n. 3.* Poterit etiam in eodem impedi- 187
mento dirimenti Epiſcopus diſpenſare, quando poſtulaverit urgentiſſima neceſſitas, ut per Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 3. §. 2.* Sanch. *dict. lib. 2. diſput. 40. n. 7.* Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 14. diffic. 25. n. 6.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. Moral. tom. 1 tract. 4. cap. 12. n. 35.* Homobon. *de examin. Eccleſ. p. 1. tract. 5. cap. 5. q. 32.* Bonacina *de matrim. q. 3. puncto 15. n. 6.* Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib. 8. cap. 13. num 6.* Diana *reſol. moral. tract. 2. Miſcel. reſolut. 16.* vel quando impedimenta ſuperveniunt matrimonio, & impediunt debiti petitionem, ut in cognatione ſpirituale, vel affinitate. Ita Henriq. *lib. 11. cap. 15. n. 11. in fin.* Bonacin. *d. q. 3. puncto 15. n. 5.* & alii plures, quos refero *d. alleg. 33. n. 8.* contra nonnullos contrarium tenentes.

Sextus, diſpenſat etiam Epiſcopus in impedi- 188
mento cognationis ortæ ex Baptiſmo tempore neceſſitatis non ſolenniter collato. Sanch. *de matrim. lib. 8. diſput. 6. num. 17.* Ego ipſe *d. alleg. 35. num. 17.*

Septimus, poteſt Epiſcopus cum minoribus 189
non habentibus requiſitam ætatem ad matrimonium diſpenſare, ut illud ineant, quando ſunt propè ætatem, & dubium eſt an malitia eam ſuppleat. Ita Henriq. *d. lib. 11 cap. 13. §. 12.* Sanch. *dict. lib. 7. diſp. 104. n. 11.* Ego ipſe *d. alleg. 35. n. 20.* ubi *n. 18.* reſolvi in dubio, an res egeat diſpenſatione, poſſe Epiſcopum declarare, illam non deſiderari, vel ad cautelam diſpenſare.

In his omnibus conſiſtit cuncta Epiſcoporum 190
poteſtas ordinaria diſpenſandi, circa quam nihilominus diſpenſationem quædam ſunt notanda.

Primò, quod licèt in prædictis tantùm caſibus Epiſcopis diſpenſandi jus concedatur de ordinaria poteſtate, in multis tamen aliis Sedi Apoſtolicæ reſervatis poterunt diſpenſare, ubi neceſſitas magna coëgerit, aut periculum ſcandali, ſi differatur, *cap. ut conſtituerentur, 50. diſt. cap. ipſa pietas, 23. q. 4. cap. quædam lex, 35. q. 3.* niſi contra jus divinum,

divinum, aut præcipuas, gravéſque Eccleſiæ ſanctiones eſſe diſpenſandum, *cap. ſunt quidam*, & ibi Gloſ. notabilis, 25. q. 1.

191 Secundò, quod ubi in ſimili caſu neceſſitatis diſpenſant Epiſcopi, intelligitur talis diſpenſatio cum citato Sedis Apoſtolicæ conſenſu facta, ut *in c. fin. de eo qui Ordines furt. ſuſcep.* & ſalva ejuſdem Sedis auctoritate, ut *in cap. 1. q. 5.*

192 Tertiò, quod contra Canones, & Concilia non poſſunt diſpenſare Epiſcopi, niſi in tribus caſibus; quorum unus eſt, ubi Canon exprimit, poſſe diſpenſari licèt hanc poteſtatem expreſsè ipſi Epiſcopo non concedat, *arg. cap. nuper verſ. in ſecundo, de ſent. excomm.* Unde Gloſ. *verb. diſpenſatum, in cap. in quibuſdam, de pœnit. & remiſſ.* explicans verba textus ibi, *niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum*, inquit, quod poteſtas diſpenſandi intelligitur conceſſa Epiſcopo, ſi illam Papa ſibi expreſsè non reſervavit: idem tenent Gloſ. *verb. diſpenſatum, in cap. poſtulaſtis, de Cleric. excomm. & verb. muniti, in cap. Cler. eod. tit. verb. Apoſtolica, in c. excommunicamus, §. credentes, de hæret. & verb. interdicta, in c. cùm illorum, de ſent. excomm.* Majol. *de irregul. lib 5. cap. 31. n. 4.* ubi dicit poſſe Epiſcopum diſpenſare in omnibus, caſibus qui ſibi ſpecialiter non reſervantur. Idem ait Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 30. art. 10. concl. 2.* Et ſic per dicti capitis *nuper*, regulam tradunt ſcribentes omnes, quod quoties conditor Canonis cenſuræ abſolutionem non reſervavit, poteſtatem abſolvendi Epiſcopis videtur conceſſiſſe, ut per Navar. *in man. cap. 27. n. 39.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 5. à princ.* Suar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 6. ſect. 4.* Sayr. *in ſimili*

193 *tract. lib. 2. cap. 19. à n. 2.* Sed quicquid ſit de hac ultima reſolutione, quam expreſsè improbavi *d. alleg. 25. n. 18.* tamen *n. 22.* libenter agnoſco poſſe Epiſcopum diſpenſare ubi lex impersonaliter diſpenſandi facultatem facit, videlicet poſſe diſpenſare non adjiciendo per Sedem Apoſtolicam, vel Romanum Pontificem niſi ſit Concilii generalis, ut declaravi *ibidem num. 24.* Quandò verò expreſsè Epiſcopo diſpenſationem permittit, ut *in cap. unic. de ætate, & qualit. lib. 6. & in cap. ſi autem, in fin. 36. q. 2.* tunc nulla poteſt eſſe dubitatio, Bertachin. *de Epiſcopo, lib. 4. part. 2. à num. 107.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg 56. num. 3. & alleg. 1. n. 9.*

194 Suar. *de legib. lib 6. cap. 14. num. 3. & 8.* Alter eſt caſus ratione magnæ neceſſitatis, vel utilitatis, ut ſuprà dixi, & faciunt tradita per Sanc. *lib. 2. diſput. 40. à num. 2.* Cened. *practic. & canon. quæſt. lib. 1. q. 30. à n. 30* & alios citatos *d. alleg. 33. n. 16.* Ultimus eſt ratione conſuetudinis legitimè præſcriptæ in talibus diſpenſandi, *cap. quicumque 11. q. 1. cap. fin. de conſuet.* Conſuetudo enim facit valere diſpenſationem, quæ aliàs non valeret, *arg. cap. fin. de tranſact. cap. pernicioſus, de celebrat. Miſſar.* Caſus autem, in quibus de conſuetudine diſpenſant Epiſcopi, ſunt qui in iis conſiſtere videntur, quæ ſunt merè juris poſitivi, ſecundùm Cajet. *in verb. Matrimonium, §. ſecundum verò, cap. 1. in fine.*

195 Quartò, quod in multis caſibus arbitrio Epiſcoporum dimittitur an debeant diſpenſare, necne, ut patet *in cap. fin. 1. q. 5. & in cap. Presbyteros qui, 50. diſt. & in cap. cùm tua, & in cap. ſignificavit,* & ferè per totum titulum *de corpore vit.* junctis iis, quæ tradidi *d. p. 2. alleg. 42. n. 60.* In dubio autem facultatis diſpenſandi debent ad Papam remittere.

196 Quintò, in diſpenſando diſtinguere debent de rebus, ſeu caſibus diſpenſandis; nam ad beneficium retinendum facilius diſpenſat Eccleſia, quàm ad exercendum officium Clericale, *cap. fin.* juncta Gloſ. *de Cleric. pugn. in duello*, Sicut facilius ad beneficium acquirendum, quàm ad Ordines ſuſcipiendos. Gloſ. notabilis *in cap. fin. 1. q. 5.* Item facilius ad retinendum jam quæſitum beneficium, quàm noviter acquirendum; & faciliùs ad unum quàm ad duo; faciliùs ad minores Ordines, quàm ad Sacros ſuſcipiendos diſpenſari ſolet; & faciliùs ad Subdiaconatum, & Diaconatum, quàm ad Preſbyteratum; & faciliùs ad miniſtrandum, in jam ſuſceptis, quàm ad alios ſuſcipiendos, ut patet *in c. ſtudeat, 50. diſt. & in cap. 1. & cap. fin. 1. q. 5.*

Sextò, ad diſpenſandum debet cum legitima 197
autoritate concurrere rationabilis cauſa, ut advertunt Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit lib. 15. cap. 19. num. 194. cum ſeqq.* Fr. Joan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib. 2. cap. 1. dub. 1.* ita ut illâ ceſſante, ceſſet & diſpenſatio, ſecundùm Gloſ. *verb. ceſſante, in cap. poſt tranſlationem, de renunciat.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 410. num. 8.* Sanch. *de Matrimon. lib 8. diſput. 30. n. 14.* Si verò quis à principio obtinuit diſpenſationem cum cauſa rationabili & ſufficienti, poſteà tamen decurſu temporis ceſſavit totaliter illa cauſa, non peccat utens tali diſpenſatione, quia per eam verè relaxata eſt illa lex, ac ejus obligatio extincta: ergo non poteſt reviviſcere ex eo, quod cauſa caſſaverit, benè reſolvunt Gutier. *canon. qq. lib. 1. cap. 15. n 30. & 132. & tract. de Matrim. cap. 126. n. 2.* Sà *verb. gratia, n. 6.* Salas *de legib. diſput 20. ſect. 5. n. 64. & ſeq.* Granado *in part. 2. controv. 7. tract. 3. part. 2. diſput. 17. ſect. 4. n. 36.* Pont. *de Matrim. lib. 8. c. 10. à n. 4.*

In diſpenſatione facta ab Epiſcopo in lege Su- 198
perioris, requiritur juſta cauſa, & illius cognitio. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 18.* ibi *cauſa cognita.* Gutier. *Canon. qq. lib. 1. c. 19. n. 5.* Menoch. *conſ. 15. num. 15.* Sanch. *de Matrim. lib 3. diſput. 8. n. 3. & lib. 8. diſp. 17. num. 10.* Fernand. *in examin. Theoleg. Moral. part. 5. cap. 6. §. 10. num. 1.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, & parte 2. allegat. 33. n. 4.* Sufficit tamen ſi prudenter ac bona fide judicaverit Prælatus cauſam eſſe juſtam, quæ aliàs talis non erat, ut docet Sanch. *d. lib. 8. diſp. 17. num. 8.* Azor. *inſtit. moral part. 1 lib. 7. cap. 29. quæſ. 9.* Diana *reſol. moral. part. 1. tract. de legib. reſol. 35.* quicquid dicat Salas *de legib. diſp. 20. ſect. 4. num. 35.* Immò licitè diſpenſabit, quamvis dubiter utrùm cauſa diſpenſationis ſit juſta, quia ad clementiorem partem declinandum eſt, id namque petit bonum, & ſuave Eccleſiæ regimen; eſſet enim multis ſcrupulorum occaſionibus expoſita poteſtas, ſi ad cauſas ſolas certas extenderetur, & vix auderent Superiores diſpenſare, ut per Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 45. num. 10.* Diana *ubi ſuprà, reſolut. 31.* contra Bonacin. *de legib. diſp. 1. q. 2. puncto 5. num. 7.* Unde diſpenſationem quamcunque inferioris in lege Superioris abſque cauſa legitima, & præcognita, ut ſuprà factam, eſſe nullam tenent Covar. *de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 5.* Navar. *in man. pralud 9. num 15.* Sanch. *diſt. lib. 8. diſput. 17. n. 4.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 3. art. 4. concl. 4.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 34. num. 1.* & licèt Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 15. q. 9. & 10.* exiſtimaverit in neutro foro valere diſpenſationem hujuſmodi, non præcognitâ priùs cauſâ, etiamſi revera eſſet juſta, & legitimâ, tamen contraria ſententia probabilior mihi videtur,

nempe

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nempè hanc dispensationem validam esse in foro conscientiæ, donec in foro exteriori revocetur, ut meritò resolvunt Doctores quos plenâ manu refert, & sequitur Sanch. *d. lib.8. disp.17. n.11.* quibus addo Salas *dict. disput. 20. n.4.* Diana *ubi suprà, resol.34.*

199 Verùm quando Episcopus, vel alius inferiot dispensat in propria lege, etiam sine causa, valida erit dispensatio, ut bene resolvunt Bottæus *in tract. de Synodo Episcopi, part.2. art.4. n.8.* Gambar. *de auctor. Legati à Latere, lib.10. num.442. & seqq.* Navar. *in man. cap 25. n.74. in fin.* Sayr. *de censur. lib.6. cap.11. num.11.* plures quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.17. num.27.* Suar. *de legib. lib.6. cap 15. n.8.* Salas *tod. tract. disp.20. sect.4. num.45.* Lorca *in part.2. tom.2. disp.27.* Villalob. *in summ. tom.1. tract.2. disp.41. n.5.* Pont. *de matrim. lib.8. cap.5. num.5.* Diana *d. loco, resol.32.* Ego ipse *d. p.2. alleg.34. n.2. & 3.* ubi multipliciter declaro, & *à num.8* quæro, an dispensatio Archiepiscopi in Decretis Synodi Provincialis facta sine causa legitima valeat: de quo vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.121. part.4* nam secluso scandalo, & gravi aliorum damno, non peccabit mortaliter dispensans in propria lege, seu petens hanc dispensationem sine justa causa, secundùm Valent. *tom.2. disput.7. q.5. puncto 5.* Sanchez *d. lib 8. disput.18. num.7.* Salas *disput.20. sect 5. num.54. & 55.* Villalob. *in summ. tom.1. tract.2. dub.4. n 6* Diana *d. loco, resolut 35.* ubi etiam in his terminis putat probabiliter non peccare, neque venialiter, si aliquis utatur dispensatione obtenta sine justa causa, quia cùm talis dispensatio sit valida, nulla amplius legis obligatio remanet, cujus transgressio ad culpam venialem obligare possit.

200 Advertere oportet ex lapsu temporis dispensationem irregularitatis incursæ præsumi, ut per Sarnens. *de triennali, q.10.* Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concl.1. n.15.* Rota *in Jacen. Vicaria, 26. Junii 1591. coram bon. mem. Peña*, quod additio ad Put. *dec.139. lib.3.* intelligit de his, quæ sunt solita concedi, non autem insolita.

§. VII.

201 JUrisdictio Episcoporum circa absolutionem consistit in voto & juramento, excommunicatione quoque, & cæteris censuris, & in casibus Pœnitentiæ.

202 Circa votum absolvunt Episcopi suos subditos, ut per Suar. *de Relig. tract.6. de voto, lib.6. cap.10. num.3.* Ludov. de Miranda *in man. Prælat. tom.2. q.32. art.2.* Paul. Layman. *in Theolog. Moral lib.4. tract.4. cap.8. n.6.* & alios plures per me citatos

203 *d. part.2. alleg.46. per totam*, exceptis quatuor, à quibus solus Papa absolvit seu commutat videlicet castitatis, religionis, item peregrinationis Romanæ, Hierosolymitanæ, & Compostellanæ. Ita Suarez *tom.2. de relig. tract. de juram. lib.2. cap.40. n.4. cum seqq. & tract. de voto lib.6. c.21. n.2. cum seqq.* Ugolin. *de offic. Episcopi, c.58 §.4.* Less. *de just. lib.2. c.46. dub.15. n.104. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.4. c.40.* Paul. Layman. *in Theolog. Moral. lib.4 tract.4. c.8. n.7. cum multis seqq.* Ego ipse *d. p.2 allegat.37 per tot.* observantes Episcopum posse dispensare in hujusmodi votis, si fiant in pœnam, & in voto castitatis absolvere posse, si votum non sit perpetuum sed ad tempus; si verò sit perpetuum, addunt non absolvere, nisi in duobus casibus. Primus est, si quis vovit castitatem propter aliquem metum, qui talis non fuit ut votum irritum reddat. Secundus est, quando verisimiliter timetur de incontinentia, & periculum est in mora: & hæc de absolutione ab obsservatione voti intelligimus, quæ etiam dici solet dispensatio, aut commutatio; nam à transgressione voti, id est à peccato contra votum commisso, etiam simplex Sacerdos absolvere potest, cùm non sit casus reservatus de jure communi, nisi Episcopus hoc sibi specialiter reservare voluerit. Circa juramento illius absolutio procedit, & voti, quantum ad causas, & potestatem pertinet absolvendi.

Ab excommunicatione autem, & aliis censuris 204
absolvere possunt Episcopi in casibus sibi tantùm vel nemini reservatis, *cap. nuper, de sent. excommun.* Sayr. *de censur. lib.2. c.19.* Suarez *tod. tract. disp.7. sect.3.* Ego ipse *d p.2. alleg.1. n.8. & p.3. alleg.50. n....*

Sed & in certis casibus Papæ reservatis absolve- 205
re quandoque possunt Episcopi: novem casus collegi in percussione Clericorum, *d. part.2. allegat.41.* & duodecim *in collect. ad c. si quis suadente, 17. q 4. ex n.77. usque ad n.95.* ideò eos repetere in præsenti non oportet.

A culpa verò peccati primò possunt Episcopi 206
in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos absolvere in sua Diœcesi per seipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ, impositâ pœnitentiâ salutari, ut definitur in Concil. Trident. *sess.24. de reformat. cap.6.* Subditi autem quoad hunc effectum ex generali Concilii dispositione intelliguntur omnes illi, qui Episcopo quomodocumque subduntur, vel ratione domicilii, vel quoad solum Pœnitentiæ forum, eo quòd in sua Diœcesi inveniuntur tanquam advenæ, & peregrini, etiamsi sint vagabundi, scholastici, & mercatores, ut per Henriq. *in sum. lib.14. cap.20. §.5.* Suar. *de Pœnit. tom 4. disput.30. sect.2. n.3.* Sanch. *de Matrim. lib.3. disp.23. n.12. & in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap.11. n.8 11. & 17.* Nicol. Garc. *de benef. part.11. c.10. num.139.* Zerol. *in praxi Episc. p.1. verb. Vicarius, §.18. dub.4.* Nald. *in sum. verb. Absolutio à peccatis, n.9.* Bonacin. *de censur. disp.1. quæst.2. puncto 2. num 5.* Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib.3. §.2. q.11. n.19.* Novar. *in singul. Juris Canon. concl. 2. num.2.* Ego ipse *d. part. 2. alleg.39. n.5.* me citato in illo loco, Homobon. de Bonis *in examine Eccl. tract.12. c.4. q.16. resol.4 pag.460.* Quod autem in Diœcesi sua, & non extrà debeant absolutionem hujusmodi præstare videtur tantùm referendum ad facultatem absolvendi à reservatis, cùm aliàs possit extra Diœcesim subditos suos in irregularitatibus, & suspensionibus dispensare, ut benè observant Suar. *de censur. disp 41. sect.2. num.10. & 12. in fine*, Sanchez *dict. lib.2. cap.11. num.12.* Bonacin. *de censur. disp.1. quæst.3. puncto 2. num.1. vers. tertiò, & disput.7. quæst.5. puncto 1. num.4.* Novar. *d. conclus.2. n.8.* Ego ipse *d. alleg.39. n.7.* quicquid dicant Henriq. *lib.14. cap.20. §.5. in fine*, Fr. Emman. *in summ. tom.2. cap 69. num.1. in fin.* Avil. *de censur. p.7. disp.20. dub.6.*

Utrùm autem Episcopi possint committere hanc 207
potestatem dispensandi, & absolvendi aliis, quæstio est admodum controversa, in qua Navarr. *cons.11. n.4. de privileg.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.8. c.10. q.11.* Sanch. *de matrim. lib.2. disput.40. num.17. vers. sed dicendum, & dict. lib.2. cap.11. num.23.*

n.23. Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, prec.2. lib.8. c.8. a.36.* tenent poſſe committere, & delegare, intelligentes Concil. *d. loco*, ut velit Vicarium Epiſcopi non habere ex generali commiſſione Vicariatus hos caſus, niſi ſibi ſpecialiter committantur, non autem ut velit negare Epiſcopo poteſtatem ſpecialiter delegandi. Sed Henriq. *in ſum. lib.14. c.19. in fine. & lib.6. de Pœnit. c.14.§.7. junctis commento lit. O*, ait non poſſe Epiſcoporum generaliter Vicario, vel alii delegare hos caſus, ut habeant facultatem generalem abſolvendi, vel diſpenſandi pro ſuo arbitrio, ſed tantùm poſſe delegare, quando caſus occurrerit, & dare facultatem ut de mandato, & in nomine ipſius faciat. Verùm Mar. Arter. *de cenſur. tom.2. diſp.8. c.3. concl.4. verſ. Tertiò notandum*, latè probare intendit Concil. *d. c.6.* voluiſſe hanc poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitate, & ſuſpenſione ſolis Epiſcopis indulgere, ut per ſeipſos illam exercerent, neque poſſent aliis denegare, quaſi in hoc ſit electum miniſterium perſonale Epiſcoporum, ut advertunt Suar. *tom.5. diſput.47. ſect.2. n.8.* Gutier. *Canon. lib.1. c.13. n.29.* Denique alii, quos tacito nomine refero *dict. part.2. allegat.39. num.13.* putant Concilium dicto loco diſtinguere voluiſſe inter facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate & ſuſpenſione, & abſolvendi à caſibus reſervatis, ut in prima exerceri poſſit per quemcunque; ſecunda verò conveniat tantùm Vicario, qui ſpeciatim deputatus ſit per Epiſcopum cum facultate abſolvendi à caſibus reſervandis. Ego in hoc opinionum conflictu meam interponere ſententiam non audeo interim, dum per ſacram Congregationem hac de re deciſio emanaverit, quam omninò conſulendam eſſe exiſtimo.

208 Idem & in crimine hæreſis occulto in eodem conſcientiæ foro, ſed per ſeipſos tantùm, non per Vicarios efficere poſſunt, ſicut ſtatutum eſt in eodem Concilio Tridentino *dict.cap.6.* Nicol. Garc. *de benefic. part.11. c.10.n.86.* Ricciul. *de jure perſon. extra gremium Eccleſ. exiſtent. lib.5.c.14.n.7.* plures per me citati *d. part.2. allegat.40. à prine.* ubi *n.24. cum ſeqq.* reſolvi poſt infinitos propemodum à me citatos contra alios, facultatem hujuſmodi conceſſam Epiſcopis *dict. cap 6.* abſolvendi ab hæreſi occulta, non deducta ad forum contentioſum, eſſe eiſdem ademptam per proceſſum Bullæ in Cœna Domini.

209 Secundò, poſſunt Epiſcopi ſibi facere caſuum reſervationes, de gravioribus delictis, in quibus ipſi tantùm, vel eorum Vicarii in Diœceſibus ſuis abſolvere poſſint pœnitentes. Concil. Trid. *ſeſſ 14. c.7. de caſuum reſerv.* Zerol. *in praxi Epiſc. part.1. verb. caſus reſervati*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. reſol.492.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Pœnitentia, differ.9.* Homobon. de Bonis *de caſibus reſerv. p.1. c.1.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.3. allegat.51.*

210 Tertiò, publicas pœnitentias injungere, & ſolemniter pœnitentes abſolvere, *c.1. & c. Aurelius, 26. quæſt.6. c.accedentibus, de exceſſ. Prælat.* Sbroz. *in offic. Vicar. lib.2. q.17. n.3. & q.18. n.3.* ita ut hoc agere ſine ſpeciali mandato Vicarius Generalis non poſſit, ut dixi *de officio, & poteſt. Epiſc. part.3. allegat.54. n.87.* Item Indulgentias concedere ſupra cæteros Sacerdotes de juriſdictione ordinaria poſſunt Sbroz. *d. lib.2. q.40.* Ego ipſe *d. p.3. allegat.88.*

211 Denique, quod ad juriſdictionem ordinariam Epiſcoporum pertinet, multa ſunt, quæ ſine eorum permiſſione, atque conſenſu fieri præcipuè à Clericis legitimè nequeant: vide *c. cunctis fidelibus 16.q.1.* Hæc autem omnia in iis conſiſtere dignoſcuntur, quæ ſoli Epiſcopo (ut præmiſimus) ratione Ordinis, aut Dignitatis, aut Juriſdictionis competunt, ſicut à peccatis, & cenſuris eiſdem reſervatis abſolvere ſolemniter, pœnitentes reconciliare, Ordines ab alio Epiſcopo ſuſcipere, Pontificalia in ejus Diœceſi exercere, Eccleſiam propriam deferre, ſeu beneficio renunciare, à loco reſidentiæ diſcedere, & alia hujuſmodi, quæ ſuis locis explicantur. In his omnibus non ſufficit licentiam Epiſcopi petere, niſi obtineatur. Verùm ſi Epiſcopus quandoque in re licita conſenſum præſtare noluerit, Romani Pontificis auctoritas poterit implorari, *c.nullus, de Jurepatr.* Gloſſ. *verb. Presbyteri, in Clem.1. de privil.*

Et hæc omnia intelliguntur ſalvo jure privilegiorum, & exemptionum, ac conſuetudinum, ut ſuo loco dicemus. Hactenus de juriſdictione ordinaria Epiſcoporum.

§. VIII.

PRæter Ordinariam auctoritatem, juriſdictionem habent etiam Epiſcopi in multis caſibus delegatam, in quibus ſcilicet procedere poſſunt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, ubi ſe Ordinaria juriſdictio non extendit (ut in exemptos) vel aliter eorum eſſet arctata poteſtas: & hæc juriſdictio à jure conceſſa eſt, tam veteri, ut *in c. irrefragabili, §. ceterùm, de offic. Ordin.* & *in c. ad abolendam. in fine, de hæret.* cum aliis infrà poſitis, quàm etiam novo, præcipuè à Tridentino Concilio. Sunt autem hi caſus, videlicet: 212

Primò, in ſupplenda negligentia Abbatum exemptorum in multis, ut *in c.quantò, de offic. Ord. & in Clement. unica, de ſuppl. neglig. Prælat.* & ſpecialiter, ut in eorum Monaſteriis lectio ſacræ Scripturæ habeatur, ex Trid. Conc. Decreto *ſeſſ 5. de reform. c.1.* Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.2. c.2.n.59.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p.2.c.3.n.41. verſ. Item*, Campan. *in diverſ. Jurit Canon. tub.12. c.13. n.5.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.3. leg.57. n.16.* 213

Secundò, in procedendo contra prædicatorem exemptum, qui hæreſes prædicaverit, ex Concil. Trident. *eadem ſeſſ.5. de reformat cap.2.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.1. q.8. art.6.* 214

Tertiò, in providendo de Vicariis cum aſſignatione congruæ portionis fructuum in Eccleſiis, quæ reſidentiam requirunt, ubi Beneficiatus eſt legitimè diſpenſatus non reſidere, ex Concilii Trid. Decreto *ſeſſ 6. de reform. c.2.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p.2. c.2. n.62.* 215

Quartò, in viſitandis, & corrigendis Capitulis, & Canonicis Eccleſiarum exemptis toties quoties opus fuerit. Concil. Trid. *ſeſſ.6. c.4.* Franc. Leo *d. c.2. n.64.* 216

Quintò, in cognoſcendo de gratiæ ſubreptione, & obreptione, quæ ſuper abſolutione publici criminis, aut remiſſione pœnæ falſis fuerit precibus à Superiore impetrata, *ex parte, de Offic. Ordin. c.ſi quando, de reſcript.* Concil. Trid. *ſeſſ.13. de reform. c.5.* & idem de diſpenſationibus obtentis, ex eodem Concil. *ſeſſ.22. de reform. cap.5. & 6.* & idem in Conſtitutionibus, vel Conſuetudinibus à Sede Apoſtolica approbati de faciendis compoſitionibus pro collatione, vel miſſione in poſſeſſionem de Canonicatu, vel ſimilium, ex eodem Concilio *ſeſſ.24. de reform. c.14.* Franc. Leo *d. p.2... n.79.* 217

218 Sextò, in corrigendis Clericis exemptis à ſua juriſdictione, etiam extra viſitationem, ex eodem Concil. *ſeſſ.14.c.4. de reform.* Franc. Leo *d. part.2. cap.2. n.63.*

219 Septimò, in dividendis diſtributionibus quotidianis ex tertiæ partis fructuum deductione conſtituendis, ubi non ſunt, vel tenues habentur, ex eodem Concil. *ſeſſ.21. & 22.c.3.* Franc. Leo *d. p.2. cap.2. n.67.*

220 Octavò, in deputandis Coadjutoribus, aut Vicariis cum parte fructuum, illiteratis, & imperitis Rectoribus Parochialium, ſi aliàs honeſtæ ſint vitæ, ex eodem Concil. *ſeſſ.21. de reform. cap 6.* Franc. Leo *d. p.2. cap.2. n.71.* & antè fuerat conſtitutum de Coadjutore Epiſcopo eadem auctoritate deputando *in c. unico, de Cleric. agrot. lib.6.*

221 Nonò, in viſitandis Monaſteriis, & beneficiis commendatis, etiam exemptis, in quibus non viget Regularis obſervantia, ex eodem Concil. *ſeſſ.21. de reform. c.8. in princ. & in fin.* Franc. Leo *d. p.2.c.2. n.74* ſed & ubi in ſimilibus vigeret Regularis obſervantia, ſi eorum Superiores admoniti intra ſex menſes non viſitaverint, aut correxerint, ex eodem Concil. *d. c.8. ad fin.*

222 Decimò, in viſitandis beneficiis exemptis nullius Diœceſis, ſi ſit proximior Epiſcopus aut à Concilio Provinciali ad hoc deputatus, ex eodem Concil. *ſeſſ.24. de ref. c.9.* Franc. Leo *d. p.2.c.2. n.74.*

223 Undecimò, in prohibendis, & ordinandis quæ in Miſſarum celebratione vel vitanda ſunt, vel ſervanda, ex eodem Concil. *ſeſſ.22. in Decreto de obſervandis, & evitand. in celebr. Miſſar.*

224 Duodecimò, in examinandis Notariis Judicum Eccleſiaſticorum, & ſi idonei non ſint, ab officio cohibendis, ex eodem Concil. *ſeſſ.22. de reform. c.10.* Franc. Leo *d. p.2. c.2. n.76.* Salgado *de protect. Regia tom.1. p.3. c.8. n.2. cum ſeqq.*

225 Decimotertiò, in his omnibus ordinandis, moderandiſve, quæ ad viſitationem, & morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, ex eodem Concil. *ſeſſ.24. de reform. c.10.* Franc. Leo *d. p.2 c.2. num.77.*

226 Decimoquartò, in reſtituenda, & ſervanda clauſura Monialium in Monaſteriis etiam exemptis, *c. unic. in fin. de ſtat. Regul. lib.6.* Conc. Trid. *ſeſſ.25. de Regular. c.5.* Eraſm. Chokier *de Juriſd. Ordin. in exemptos, p.4. q.53.* & in regendis Monaſteriis Monialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectis, *Clem. attendentes, de ſtat. Monach.* Concil. Trid. *ſeſſ.25. de Regul. c.9.* Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.2. tit.18. l.7. de Relig. n.94.* ubi hoc intelligit in concernentibus ſpiritualia, non verò temporalia.

227 Decimoquintò, in cognoſcendo de patronatibus quorumcunque beneficiorum, & dignitatum minus legitimè conſtitutis, & acquiſitis, ex eodem Concil. Trid. *ſeſſ.25. de reform. c.9.*

228 Et generaliter, negligentiam exemptorum ſupplent Epiſcopi in multis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, *c.1. de jurepatr. Clem. quia contingit, de Relig. domib.* Negligentiam verò Delegati Papæ ſupplent auctoritate ordinaria, non delegata, ut eſt caſus notabilis *in cap. ſignificavit, de offic. Ordin.* aliàs regulariter ei cedit Epiſcopus in cauſa delegata, *ut in cap. ſanè, de offic. de deleg.* Imò ejus ſententiam, quamvis injuſtam, exequi tenetur, ſi ſibi executio illa committatur, *c. paſtoralis, §. quia verò, eod. tit.* non tamen tenetur ejus juſſa exequi, niſi litteras ſuæ delegationis oſtenderit, *c. cùm in jure, eod. tit.* Notandum eſt autem, quod ſi quandoque Papa mandet Epiſcopo, ut ſubditos ſuos corrigat, tanquam eum excitans ad correctionem debitam exercendam, non intelligitur per hoc eum facere Sedis Apoſtolicæ delegatum in hac parte, *c. licèt in corrigendis, & c. grave gerimus, de offic. Ord.* Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſ.16. n.24.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.92. n.8.* nec ei juriſdictionem concedere in exemptos, niſi hoc exprimat, vide *Clem. fin. de privil.* Attamen hoc non procedit quoties in commiſſione adjecta fuerit clauſula, *Auctoritate noſtrâ*, vel *Tanquam Delegatus à nobis*, aut ſimilis, quia tunc juxta regulam textus *in l.1. §. ſi quis ſimpliciter, verſ. cum adjicitur, ff. de verb. oblig.* videtur Superior juriſdictionem ordinariam inferioris mutare in delegatam, dum vult ipſe non jam ſuo nomine, ſed delegantis cognoſcat, quod propium eſt delegatorum: ſuccedítque regula *legis 1. verſ. omnia enim, C. de veteri jure enucl. juncta l.1. §. qui mandatam; & l.3. ff. de officio ejus:* probat in ſpecie textus *in c. cum aliquibus, verſ. niſi, de reſcript. in 6.* ex quo ita in terminis poſt Bart. & alios, quos citant, tradunt Menoch. *de arbitr. lib.1. q.12. à n.4.* Azeved. *in rubr. tit.9. n.17. & 18. lib.3. novæ recop.* Molin. *de juſt. tom.6. tract.5. diſp.14. n.15. verſ. quando verò*, quos ſequutus fuit *d. alleg.92. n.8.*

§. IX.

QUamvis enim Epiſcopi maximam habeant auctoritatem, & juriſdictionem, ut vidimus, limitatur tamen in pluribus, & in hoc ſpecialiter, quòd exemptos corrigere, aut judicare de juriſdictione ordinaria non poſſunt, nec debent, *cap. pen. de offic. Ordin. cap. ſanè, de exceſſ. Prælat.* Privilegia enim ſubditorum ſervare tenentur, *cap. dilecti, de privil.* aliàs poteſt eis impunè obedientia à privilegiatis, vel exemptis denegari, præterquam in aliquibus caſibus, *d.c. ſanè, & cap. cùm quorundam, eod. tit.* Nam Epiſcoporum auctoritas (& reſpectu Romani Pontificis, & aliorum Prælatorum, qui ſupra illos ſunt) dicitur ſemiplena, & in partem tantùm ſollicitudinis vocati dicuntur, non in plenitudinem poteſtatis *cap. decreto, cap. qui ſe ſcit 2. q.6. cap. ad honorem, de auctor. & uſu Pallii*, cum ſimilibus. Unde uruntur baculo paſtorali deſuper recurvo, per quod eorum poteſtas limitata oſtenditur, & depreſſa, *cap. unic. in fin.* juncta Gloſſ. *de ſacra Unctione.* Quare multa ſunt quæ facere prohibentur Epiſcopi; ſunt autem illa omnia, quæ Papæ ſunt reſervata, de quibus ſuprà egimus, *c.2. n.39. cum ſeqq.* Item ea, quæ ad Patriarcharum, atque Archiepiſcoporum tantùm ſpectant officium, de quibus ſimiliter ſuis in locis jam vidimus, & ea quæ ſine conſenſu Capituli facere prohibentur, quæ infrà ſuis in locis exponemus. Nunc verò quædam alia ſpecialiter, & expreſsè eis denegata breviter referamus, quæ videlicet ſi facta fuerint, non ſunt valida; alia verò ſunt multa, quæ facere non deberent, ſed ſi fierent, certè valerent; ea tamen colligere ſupervacaneum viſum eſt. Caſus eſt *in cap. ad aures, de tempor. ordin. in cap. ſi quando, de offic. deleg.*

Primò igitur Epiſcopi juriſdictionem in privilegiatos, & exemptos exercere; ac manus in his quæ ſuperiori reſervantur, apponere prohibentur, ut ſuprà diximus.

Secundò, Eccleſiam alteri ſubjectam ab ejus 229
ſubjectione ſine cauſa liberare non poſſunt, *cap.2. de exceſſ. Prælat.* Gloſſ. notab. *verb. pleno jure, in cap.1. 19.q.2.* vide Gloſſ. *verb. obventione, in cap. ad audientiam,*

230 *tiam, de Eccles. edif.* Nec etiam possunt ex toto Ecclesiam à se eximere, & alteri subjicere, secundùm Gloss. *in verb. cathedraticum, in c. pastoralis, de donat.* ubi Abb. *n.7.* quod tamen intelligitur, ubi soli ipsi hoc faciunt, secus quando confirmatio Apostolica ex certa scientia accessit. Eadem Glos. *in vers. nec obstat*, quam sequitur Butr. *n.13.* per textum ibi *in c. constitutis*, ubi etiam Butr. *num.18.* Anchar. *n.4. in 3. apposit.* & Abb. *n.10. de relig. domib.* idem Abb. *in c. cum venerabilis, n.4. de censib.* Rota *in nullius, seu Squillacensi jurisdictionis, 15. Janu. 1618. coram bonæ mem. Martino Andrea.*

231 Tertiò, à multis gravaminibus Religiosorum cessare jubetur, quæ exprimuntur *in cap. sanctis, il 1. & 2. de excess. Prel. & Clem. 1. eod. tit.*

232 Quartò, subditis interdicere non possunt, ne Superioribus statum suarum Ecclesiarum denuntient, *c. quia plerumque, de offic. Ord. lib.6.*

233 Quintò, quemquam excommunicare non possunt pro injuria propria, nisi talis injuria magis Ecclesiam, quàm seipsos lædere videretur: vide *cap. inter querelas, & c. Guilisarius. 23. q.4.* vel nisi pro tuendis juribus proprijs contra potestatem temporalem, ubi aliàs temporalis defensio non sufficit, *cap. dilecto, de sent. excomm. lib.6.* latè Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.4. c.61. per tot.*

234 Sextò, exactiones & tallias, ac alia similia Clericis, aut Monachis imponere prohibentur, *c. nulli Episcoporum cum seq. 26. q.1. c. Diacon sunt, vers. nunc autem, 93. dist. c.1. de excess Prel. c. cùm Apostolus, §. prohibemus, de censib.* ne videantur in Ecclesia Dei exactores potiùs, quàm pontifices, ut inquiunt Patres in Toletano Concilio relato *in cap. quia cognovimus 10. q.3.* Vide quæ latè dixi *de offic. & potest. Episcop. part.3. alleg.85.*

235 Septimò, Episcopalia, sive Pontificalia in aliena Diœcesi exercere non possunt sine proprii Episcopi licentia, *cap. Episcopus, il 1.7. q.1.* cum similibus, Concil. Trid. *sess.6. de reform. c.uls.* Armend. *in add. ad recop. leg. Nav. l.1 tit.18. l.7. de Episc. n.68.* Piasec. *in praxi Episcop. p.1. c.1. n.46. pag.35.* Campan. *in diverse. Jur. Can. rubr.9. c.5. n.6.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part.2. alleg.6. n.10. cum seqq.* etiamsi vocati ab inferioribus fuerint pro exercendis Pontificalibus in locis exemptis, quia adhuc requiritur licentia illius Episcopi, intra cujus fines loca exempta sunt constituta. Galet. *in margarita casuum conscient. verb. Episc. pag.100. col.2.* Armend. *d. loco n.35. & 68.* Ego ipse *d. alleg.6. n.12.*

236 Octavò, Nec similiter alienos Clericos absque expresso consensu, seu litteris dimissoriis sui proprii Episcopi ordinare possunt, itaut si contrarium faciant, suspensi fiant à collatione Ordinum per annum, tam si scientes, quàm si affectatâ ignorantiâ, vel quocumque alio quæsito figmento præsumpserint ordinare, *cap. tos, de temporib. ordin. lib.6.* Concil. Trident. *sess.23. de reform. c.8.* nec tantùm à collatione illius Ordinis, quem sine dimissoriis alieno Clerico contulit, sed reliquorum omnium Ugolin. *de offic. Episc. c.26. §.12. n.2.* Campan. *d. rubr.9. c.1. n.16.* Ego ipse *d. part.2. allegat.8. n.1.* ubi *n.2.* dico, quod si Tonsuram solùm conferret, à collatione illius tantùm suspensus esset: & *n.3.* quod prædictam suspensionem non incurrit Episcopus, probabiliter ignorans Clericum esse alterius Diœcesis: & *n.4.* idem teneo, si ordinet extraneum bonâ fide sub ratihabitione proprii Episcopi, advertens tamen illum ante factum hoc debere effugere.

Nonò, non possunt sibi successores eligere, *c.4.* 237
cum seqq. 8. q.1. Ad illud verò de Beato Valerio, Divo Augustino, atque aliis, qui duos sibi successores elegisse vulgò referuntur, respondent multi ex concessione Romani Pontificis factum fuisse, ut innuit Ludovic. ab Angelis *in vita sancti Augustini, lib.4. c.16.* dum ait, *Beatus Valerius facultatem obtinuit, ut cum sibi Coadjutorem haberet.* Sed divinatio est, ideò melius dici potest, constare ex epistola 110. ejusdem Sancti Augustini, neque ipsum, neque Valerium, neque Severum sibi solos successores elegisse, sed potiùs Clero, & populo proposuisse personas, quas tanto munere dignas judicabant, populumque, & Clerum per acclamationem consensisse, & eo modo elegisse juxta formam, & modum in illis temporibus ab ipso Summo Pontifice permissum, quod aliàs probavi *de offic. & potest. Episcopi part.1. tit.1. c.3. n.40. cum seqq.*

Denique, pleraque eis prohibentur absque Se- 238
dis Apostolicæ licentia, ut est Episcopatui renunciare, *cap. nisi cùm pridem, de renunc. c.4. de translat. Episcopi:* Religionem intrare, Ego ipse *de officio & potest. Episc. part.3. allegat.55 n.23.* & longam peregrinationem arripere, *cap. magna, de voto*, ubi dixi *in collect. n.11.*

Electus autem Episcopus non potest ante Con- 239
firmationem administrationi Ecclesiæ se immiscere, *cap. nosti, cap. transmissam, in fine, cap. nihil etiam, in fine, de elect. & c. avaritiæ, eod. tit. in 6.* nec ante Consecrationem Episcopalia exercere, quia nec ante Episcopus nominatur: & ideò, si nomen non habet, nec habere officium potest, ut inquit Damasus Papa *in cap. Coepiscopi, in fin. 68. dist.* & hæc de potestate & auctoritate, seu jurisdictione Episcoporum dicta sint satis, quia de hac materia jam in speciali tractatu hac de re edito plenissimè egimus.

CAPUT XII.

De dignitate, & privilegiis Episcoporum.

SUMMARIUM.

1 *Episcoporum dignitas maxima est, & suprema.*
2 *Episcopos diligere, eisque obedientiam debitam exhibere, omnibus Clericis, & cunctis fidelibus præcipit Ecclesia.*
3 *Sedes Episcopi in Ecclesia eminentiori loco ponitur.*
4 *Constantinus Magnus, & Valentinus Imperator Episcopos in summa veneratione habuerunt.*
5 *Episcopus in Choro, Capitulo, & Processionibus, ac aliis actionibus publicis primum locum, & sedem habere debet, etiam in Ecclesiis exemtis,* ut n.10.
6 *Sacerdotes Christi Regum, & Principum, ac omnium Fidelium patres, & magistri censentur.*
7 *Imperator Catholicus filius Ecclesiæ est, non Præsul, & quod ad Religionem spectat, discere ei convenit, non docere.*
8 *Episcopos, qui sui status obliti Pontificiam dignitatem dehonestant, graviter increpat Conc. Trid.*
9 *Episcopi se quoque invicem diligere, ac invicem adjuvare debent.*
10 *Episcopus non potest prohibere quominus in Ecclesiis etiam exemptis Pontificalia exerceat.*

11 *Episcopus Diœcesanus in sua Ecclesia, & Diœcesi in consecrationibus, & actibus pontificalibus exercendis præferendus est omnibus aliis Archiepiscopis, & Episcopis, etiam ipso Diœcesano anterioribus, Metropolit. tamen excepto.*

12 *Episcopi extra Diœcesim debent inter se præcedere secundùm antiquitatem suæ promotionis.*

13 *Episcopum venientem ad Ecclesiam Cathedralem pro pontificalibus celebrandis, & ab ea recedentem post celebrationem tenentur associare Decanus, & Dignitates, & Portionarii usque ad domum.*

14 *Episcopo venienti ad Ecclesiam Cathedralem, ut assistat Officiis, tenentur aliqui ex Dignitatibus, & Canonicis ad ostium Ecclesiæ occurrere, & in reditu eundem usque ad ostium concomitare.*

15 *Episcopo celebranti assistere tenentur Decanus, seu Prima Dignitas, & duæ aliæ Dignitates, vel Canonici, præter Diaconum, & Subdiaconum ministros, qui cantant Evangelium, & Epistolam.*

16 *Archidiaconus etiamsi sit prima dignitas, vel unica, tenetur assistere Episcopo celebranti & ad id cogendus est pœnis, & censuris ecclesiasticis.*

17 *Canonici Collegiatarum Ecclesiarum non obligantur assistere Episcopo pontificaliter celebranti in alia Ecclesia.*

18 *Episcopum indutum cappâ quotiescumque se conferet ad Ecclesiam, ut in eadem divinis officiis interfit, aut solemniter celebret, vel alias functiones pontificales exerceat, iidem Canonici habitu Canonicali induti ab ejusdem Episcopi domo ad Ecclesiam, & ab Ecclesia ad eandem domum, distantiâ non obstante, associare tenentur.*

19 *Canonicis dum in Palatio Episcopi eum expectant pontificaliter se vestientem ad effectum illum comitandi, sedes sunt ministrandæ.*

20 *Episcopo adveniente ad Ecclesiam dum officia divina in choro cantantur, non tenentur Canonici chorum deserere, ut illi occurrant.*

21 *Episcopus electus eximitur à patria potestate.*

22 *Episcopus in signum dignitatis, & spiritualis quoque matrimonii cum Ecclesia sua annulum portare potest in digito, & mitra, ac aliis episcopalibus ornamentis condecoratur.*

23 *Missam nullus celebrare potest in altari, in quo Episcop. eadem die missam cantavit solemnem.*

24 *Episcopi possum cum altari portatili ubique locorum extra Ecclesiam celebrare per se, vel per alium in præsentia sua.*

25 *Episcopis omnibus indifferenter permittitur celebrare facere in Capella sui Palatii.*

26 *Benedicere solemniter populum in suis Diœcesibus possunt Episcopi.*

27 *Interdicti tempore possunt Episcopi celebrare, & in sua præsentia facere celebrari.*

28 *Confessorem sibi eligere non potest Episcopus Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus.*

29 *Cathedratici exactionem, & canonicam portionem, & alia similia, quæ ad legem diœcesanam pertinere dicuntur, habent Episcopi.*

30 *Episcopi ad testimonium dicendum flagitari non possunt.*

31 *Jurans Episcopus in testimenio dicendo, aut de calumnia, non tangit Evangelia, sed tantùm à longè manus elevat versus illa.*

32 *Judices esse possunt in causis suarum Ecclesiarum Episcopi.*

33 *Judicium Episcopi in quocumque causa eligere cuicumque licitum est.*

34 *Conservatores Judices dantur Episcopi, vel alii tantùm in dignitate ecclesiastica constituti.*

35 *Episcopi si à quoquam rebus propriis spolientur, vel à suis sedibus ejiciantur, sunt statim in omnibus restituendi antequam ullum crimen eis objici possit.*

36 *Persequutores Episcoporum gravium pœnarum sententiis puniuntur.*

37 *Civitas illa perpetuò à Pastore privanda, quæ ausa fuerit Episcopum suum interimere.*

38 *In correctione Episcoporum cùm deliquerint, quanta cum reverentia, & circumspectione sit procedendum, ostenditur.*

39 *Episcopi accusati nequaquam sunt citandi, vel monendi, ut personaliter compareant, nisi ob causam, ex qua deponendi, vel privandi essent.*

40 *Episcopi ex quovis delicto etiam atrocissimo ad Romanum Curiam citari non possunt, nisi accedat specialis commissio motu Papæ signata.*

41 *Testes contra Episcopos in criminali causa, non nisi contestes, & bonæ famæ, existimationis, & conversationis fuerint, rejiciendi sunt.*

42 *Causæ criminales Episcoporum, ex quibus comparere personaliter debent, à solo Rom. Pont. cognoscendæ, & terminandæ sunt, quamvis Episcopi sint titulares.*

43 *Episcopi hæretici non possunt ab Inquisitoribus fidei puniri.*

44 *Minores Episcoporum causæ à Concilio Provinciali, vel à deputatis per illud terminandæ sunt.*

45 *Concilium Provinciale non potest formare processum in causis criminalibus gravioribus contra Episcopum, ad effectum transmittendi ad Sanctissimum.*

46 *Judices Ecclesiastici à Sede Apostolica deputati contra Episcopos qualiter procedere debeant, ostenditur.*

47 *Officialibus Metropolitanorum prohibetur censuras in Suffraganeos proferre ob reverentiam pontificalis officii, nisi adhuc non fuerint consecrati.*

48 *Inquisitores hæretica pravitatis non possunt de hæresi inquirere, aut procedere contra Episcopos, nisi hoc eis Apostolica concessione specialiter permittatur: debent tamen habitâ notitiâ de hæresi alicujus Episcopi illam Papæ nunciare.*

49 *Suspensionis vel interdicti sententiam ipso facto incurrendam nunquam incurrunt Episcopi, nisi de eis in edicto expressa mentio habeatur.*

QUONIAM dignitas Episcoporum ob Ordinem maxima est, & suprema post Papam, cùm in locum Apostolorum succedant, & cæteris Presbyteris sint superiores, ut ait Trident. Conc. *sess.* 23. *de Sacram. Ordin. c.* 4. ideò præter auctoritatem, & potestatem, quam vidimus, honorem quoque, & præeminentiam super cæteros à sacris Canonibus acceperunt, & privilegia plurima meruerunt. 1

In primis enim omnibus Clericis, & conctis etiam fidelibus Ecclesia præcipit, ut Episcopos suos diligant, eisque obedientiam debitam exhibeant, dum inquit: *Et reliqui Ecclesiæ Ministri, omnesque plebe Episcopos suos diligere debent, &* 2

eorum

eorum præsentis obedire, etiamsi ipsi aliter, quod absit, agant, nisi in Fide erraverint.] Sic & Beatus Apostolus Petrus hortabatur, dicens: *Obedite Præpositis vestris, non solùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis.* Evaristus quoque Papa *in cap. sicut vir, in fine. 7. q. 1.* dicit Ecclesiam cum omni reverentia Episcopi sui doctrinam suscipere debere, eumque amare, & diligere, ut Legatum Dei, & præconem veritatis. Si quis autem Episcopo non obedierit, sive sit Sacerdos, sive alius Clericus, sive etiam Princeps, canonum sententiâ pronunciatur infamis, & à liminibus Ecclesiæ est rejiciendus, ut dicitur *in cap. si autem, 11. q. 3. & in cap. si quis, & in cap. omnes, de major. & obed. cap. veritatis, ad fin. de dol. & contum.* Nec potest subditus contra Prælatum suum præscribere obedientiam, *cap. cùm non liceat, de præscript.*

3 Unde in honorem Episcopalis dignitatis statutum fuit, ut Sedes Episcopi in Ecclesia in eminentiori loco ponatur, ut innuit textus *in cap. Episcopus in Ecclesia, 95. dist.* nam cùm Episcopus quasi speculator sit appellatus, sedere sublimior in Ecclesia debet, & in consessu Presbyterorum. Et Urbanus Papa in epistolis ait: [Sedes Episcopis in Ecclesiis erectæ indicant speculationem, & potestatem judicandi, & solvendi, atque ligandi à Domino eis concessam,] & jam ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio Principes Catholici verbis & factis semper ostenderunt quantum Episcopis tribuendum esset, in omnibus se illos anteriores profitentes, ac primùm Constantinus ille Magnus ingressus locum, in quo Episcopi convenerant ad
4 Concilium Nicænum celebrandum, in medio conventus erectus constitit, ac cùm parva quædam sella ex auro fabricata illi esset loco posita, non priùs concedit, quàm Episcopi ad id annuissent, ut est apud Euseb. *lib. 3. de vita illius, cap. 10.* nec solùm Episcopos ut Patres, immò verò ut Dei Prophetas omninò honorificè reverebatur, ut idem Euseb. in eadem historia memoriæ prodidit, *lib. 3. capit. 22.* Item Valentinus Imperator virtutibus, & rebus gestis ubique clarus, ipsos Episcopos in summa veneratione scribitur habuisse, *lib. 3 tripartita historia, cap. 8.* Unde Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 6.* admonet, ut Episcopis ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati per est, eisque in Choro, & in
5 Capitulo: in Processionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 203. n. 3. in fine,* ubi cum Vincent. de Franch. *decis. 158. n. 5. in ultim. edit.* subdit hoc fallere quando sedet ut Consiliarius Regis, quia tunc non præcedit alios Consiliarios.

6 Hinc Innocent. III. *in c. solite, de majorit. & obed.* graviter reprehendit Constantinopolitanum Imperatorem, eo quòd ejusdem Urbis Patriarcham juxta scabellum pedum suorum in parte sinistra sedere permitteret, latè ostendens, quod dignior sit potestas Ecclesiastica temporali, & sæculares Principes Ecclesiasticis submitti debere Principibus, quod in multis sacrorum Canonum locis, de quibus 96. *dist per tot.* & sanctorum Doctorum sententiis comprobatur, specialiter ex Beatis Gregorio, & Gelasio *in c. quis dubitet, cum seqq. eod. distinct.* apud quod habetur, Sacerdotes Christi Regum, & Principum, & omnium fidelium Patres, & Magistros censeri: & Joannes Papa *in c. si Imperator, eod. distinct.* dicit Imperatorem Catholicum filium Ecclesiæ esse, non Præsulem, & quod
7 ad Religionem spectat discere ei convenit, non docere, & post multa, *Imperatores Christiani,* inquit, *subdere debent exequutiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre.* Et Gelas. *in c. duo sunt, eod. dist.* hoc idem confirmans exempla adducit Innoc. Papæ I. qui Arcadium Imperatorem communione privavit, & Ambrosii Mediolanensis Episcopi, qui Theodosium magnum ab Ecclesia, & Sacramentis exclusit, ejus doctrinam subjungens, cùm dicebat: [Honor, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, &c.] quæ sequuntur.

Eadem quoque ratione Innocentius III. *in cap.* 8
qua fronte, de appellat. Archiepiscopum Cantuariensem reprehendit, quòd in Camera Regis Episcoporum electiones confirmaret, dicens id esse contra debitum Juris, & Pontificalis Officii dignitatem. Quapropter hodie Concil. Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 1.* graviter Episcopos illos increpat, qui sui status obliti Pontificiam dignitatem dehonestant, dum non modò Regibus, sed etiam Regum Ministris, & Regulis, ac Baronibus indecenti quadam demissione, & nimis indignè non solùm loco cedunt, sed etiam personaliter inserviunt: unde eis præcipit, ut ab hujusmodi abstineant, & tam in Ecclesia, quàm foris suum gradum, & ordinem præ oculis habentes, ubique se Patres, & Pastores esse meminerint, omnibusque tam Principibus, quàm cæteris jubet, ut eos paterno honore, & debitâ reverentiâ prosequantur. [Episcopi enim (ut ait Clemens V. *in Clement. 1. §. pen. de pœn.*) dicuntur sanctissimi, Christi Legati existunt, spirituales sunt Patres, Fratres & Coëpiscopi Papæ, & columnæ comprobantur Ecclesiæ,] *cap 1. 3. q. 8. cap. accusatio, 2. q. 7.* Unde à sacris Canonibus *Reverendissimi* appellantur *in cap. perlatum, 88. dist. & in cap. 1. 7. q. 2. & in cap generaliter 63. q. 1.* & in sactis Imperatorum legibus *Sanctissimi* nuncupantur *in Auth. de sanctissimis Episcopis,* cum aliis per me adductis suprà *cap. 7. n. 29. cum seqq.* Perfectiores namque censentur Fratribus Religiosis, propter regendi officium, ut ait idem Clemens V. *in Clement. Exivit, de verbor. signific.* sed & ipsi quoque debent se invicem honorare, & qui posteriores sunt ordine, aliis in sedendo, & subscribendo, & aliis actibus loco cedere, ut monet, & statuit Gregorius Papa *in cap. fin. 17. dist. cap. Episcoporum, 74. dist.* se quoque invicem diligere, invicem adjuvare, non autem persequi, aut nocere, vel ab alterius adjutorio subtrahere debere, sacri Canones admonent.

Hinc denique Laurent. Glossator antiquus *in c.* 9
solita, de major. & obed. invehit contra Prælatos Hispaniæ, qui osculantur manus Regum: & Alvarus Pelag. *in tract. de planctu Eccles. lib. 2. c. 18.* id illicitum & inhonestum judicat, per hæc verba: [Fateor ego vilis Præsul Sylvensis Ecclesiæ, scriptor hujus operis, potius timore, quàm humilitate coactus sum osculari dexteram Regis Portugalliæ, quamquam ab eo non teneam Regaliam: sed qui ex timore facit, jam non facit, extra de regul. Jur. qui ex timore. Dic tamen quod si Episcopus Comes sit, osculari debet, cùm ex consuetudine alii Magnates hæc faciant, &c.]

Episcopus igitur in omnibus suæ Diœcesis 10
Ecclesiis, quantumvis exemptis, & privilegiatis, est honorandus, eique in Choro, in Capitulo, in Processionibus, & aliis actibus publicis primus

Biblioteca de Ciències Socials

locus, & prima sedes, quam ipse elegerit, danda est, nec potest prohiberi quominus in dictis Ecclesiis, etiam exemptis, Pontificalia exerceat, Immò potest Episcopus contradictores, pœnis, & censuris ecclesiasticas ĭcompellere, ut censuit sacra Rituum Congreg. in una Tullensi, 6. Decembris 1613. Et possunt in eisdem exemptorum Ecclesiis Cathedram non judicialem ad effectum celebrandi & prædicandi collocare. Stephan. Grat. *decis.* 113. *in addit.* Novar. *in summ. Bullar. titul. de Baldachino, num.* 3. *in princip.* Item & Baldachinum erigere, ex decisione S. Congregat. ut tenent Ricc. *in praxi aurea, resol.* 313. *num.* 1. Novar *ubi suprà, à num.* 10.

11 Episcopus Diœcesanus in sua Ecclesia, & diœcesi, in Consecrationibus, & actibus Pontificalibus exercendis præferendus est omnibus aliis Archiepiscopis, & Episcopis, etiam ipso Diœcesano anterioribus, Metropolitano tamen excepto; licèt aliàs Episcopus Diœcesanus Episcopos advenas & peregrinos in sua Diœcesi debeat honorare, & dexteram, & locum digniorem eis cedere; eadem sacra Congregatio in una Barchinonensi de mense Januarii 1609. Extra verò Diœcesim debent Episcopi inter se collocati secundùm antiquitatem suæ promotionis, ut dixit eadem sacra Congregatio in una Segobricensi, 21. Martii 1609.

13 Decanus, Dignitates, & Portionarii, non ex urbanitate, sed ex debito tenentur associare Episcopum venientem ad Ecclesiam Cathedralem, & ab ea recedentem post celebrationem, ut censuit eadem Congregatio in Jacensi, de anno 1609.

14 Intellige quando venit ad Ecclesiam ad celebrandum Pontificalia. in aliis autem diebus satis est, ut aliqui ex dignitatibus & Canonicis ad ostium Ecclesiæ occurrant, & in reditu eundem usque ad ostium concomitentur, ut decidit eadem sacra Congregatio in Ripana, 24. Octobris 1609. & 23. Januarii 1610. ubi subditur, an teneantur etiam festis non solemnibus, quando accedit ad Ecclesiam ut assistat Officiis, & hoc stante consuetudine.

15 Episcopo celebranti assistere tenentur Decanus, seu prima Dignitas, & duæ aliæ Dignitates, vel Canonici, præter Diaconum, & Subdiaconum ministros, qui cantant Evangelium, & Epi-

16 stolam. Eadem sacra Congregatio in Jacensi de eodem anno 1609. & Archidiaconus etiamsi sit prima Dignitas, vel unica, tenetur assistere Episcopo celebranti, & ad id cogendus est pœnis, & censuris ecclesiasticis, ut in una Reatina, Nicol. Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 492. Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. Assistentia, n.* 1.

17 Canonici verò Collegiatarum, Ecclesiarum non obligantur assistere Episcopo Pontificaliter celebranti in alia Ecclesia, sicut nec obligebantur accedere ad processiones particulares, quæ fiunt in Cathedrali; nec pariter Ecclesiam suam deserere debent in principalibus festivitatibus ad assistentum in Cathedrali, ut censuit sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum præpositorum in una Verolensi, 20. Julii 1592.

18 Proposità in eadem sacra Congregatione Episcoporum differentiâ inter Episcopum Thelesinum, & Canonicos, ac Capitulum, occasione associationis ejusdem Episcopi, sacra eadem Congregatio sub die 24. Maii 1619. censuit, quod quotiescunque Episcopus indutus Cappâ se conferret ad Ecclesiam, ut in eadem divinis officiis interesse, aut solemniter celebret, vel alias functiones Pontificales exerceat, iidem Canonici habitu Canonicali induti dictum Episcopum ab ejusdem Episcopi domo ad Ecclesiam, & ab Ecclesia ad eandem domum, allegatâ distantiâ non obstante, associare teneantur.

Eadem quoque sacra Congregatio ad Archie- 19
piscopum Panormitanum sub die 28. Maii 1584. rescribens censuit Canonicis, dum in Palatio Episcopi eum expectant Pontificaliter se vestientem ad effectum illum comitandi, sedes esse ministrandas, & adveniente Episcopo ad Ecclesiam, dum 20
officia divina in Choro, cantantur, non teneri Chorum deserere, ut illi occurrant.

Denique, in tantæ dignitatis honorem, multa privilegia Episcopis conceduntur, & alia insignia & prærogativæ eis competunt de jure.

Primò enim, electus Episcopus eximitur à pa- 21
tria potestate ex lege canonica, & civili, ut *in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Auth. sed Episcopalis dignitas, C. de Episcop. & Cleric. l.* 14. *tit.* 8. *part.* 4. Cov. *in cap. quia nos, num.* 3. *de testam.* Bernard. & Salzed. *reg.* 235. Garc. Falcon. *reg.* 198. Cott. *in memorabil. verb. Episcopalis dignitas.* Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 25. *de patria potest. n.* 4. *pag.* 403. Ascan. *de patria potest. cap. fin. n.* 49. Gutier. *in repet. §. sui, n.* 10. *&* 11. *Instit. de hared. qualit. & differ.* Valdes. *ad Xuar. part.* 2. *pag.* 62. Molin. *de Justitia tract.* 2. *disput.* 219. *vers. Sextò,* Rebell. *de oblig. justit. part.* 2 *lib.* 1. *q.* 8. *n.* 6. Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 29. *num.* 79. Mart. *de jurisd. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 27. *num.* 4. Sosa *in libello de la obligacion con que quedan los Obispos Regulares, num.* 96. ubi intelligit de Episcopo electo, & confirmato, per doctrinam Addit. ad Abb. *in cap. indecorum, num.* 4. *de ætate & qualit.* & liberatur ab omni servili, aut adscriptitia fortuna, *c. si servus sciente,* 45. *distinct.*

Quod utique accipiendum est quoad nociva, non quoad utilia; nam successibilis remanet patri, & jura suitatis non amittit: & ideo si sit Constitutio Regia, seu statutum, ut filiusfamilias constitutus in potestate patris gaudeat certo aliquo privilegio, filiusfamilias Episcopus eo gaudebit, ac si esset in potestate constitutus, ut per Aldobrandin. *in §.* 1. *n.* 19. *& in § filiusfamilias, n.* 24. *Instit quibus modis jus patriæ potest. solvitur.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. verb. mortuo itaque testatore, p.* 2. *n.* 130. Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 11. Menoch. *remed.* 10. *de adipisc. n.* 76. Ugolin. *de officio Episcopi, cap.* 2. *§.* 2. *n.* 4. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 179. *in fine.*

Secundò: In signum dignitatis, & spiritualis 22
quoque matrimonii cum Ecclesia sua, annulum portare potest in digito, & mitrâ, ac aliis episcopalibus ornamentis, & insigniis decoratur, de quibus Lancellot. Conrad. *in templ. omn. Judic. lib.* 2. *cap.* 5. *in princ.* Sbroz. *de officio Vicarii, lib.* 2. *q.* 7. *num.* 1.

Tertiò. In Altari, in quo Episcopus Missam can- 23
tavit, nullus eadem die potest Missam celebrare, *cap. in Altari, de consecr. dist.* 2. Henriq. *in summ. lib.* 9. *cap.* 28. *§.* 1. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *q.* 10. Bonacin. *de Sacram. disp.* 4. *q. ult. punct.* 9. *n.* 15. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 32. *n.* 5. ubi intelligit de Missa solemni, & Pontificali: quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.* 2. *alleg.* 24. *n.* 1. *ante vers. Sacerdos,* secundùm Lugdunensem impressionem.

Quartò

24 Quartò, possunt Episcopi cum Altari portatili ubique locorum extra Ecclesiam celebrare per se, vel per alium in præsentia sua, *cap. fin. de privil. lib.6.* Nav. *cons.5. sub illo tit. de novis*, ubi licèt dubitet an hoc privilegium sublatum fuerit per Conc. Trid. *sess.22. in Decreto de observandis in sacrificio Missæ*; tamen verius est non esse sublatum, ut docent Azor. *instit. moral. part.1. lib.10. cap.26. q.4.* Ludov. Beja *respons. casuum conscient. p.4. cas.33. ferè per tot.* Armend. *in addit. ad Recop. legum Navarræ. lib.1. tit.18. l.7. de Episcopis, n.73.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Missa, differ.2. vers. hac tamen regula*, Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.2. lib.3. cap.13. n.19.* Ego

25 ipse *d. p.2. alleg.23. n.5.* Omnibus quoque Episcopis indifferenter permissum est celebrare facere in Capella sui Palatii, ut Episcopo Tortonensi rescripsit sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, die 14. Novembr. 1603.

26 Quintò, in suis Diœcesibus Populum solemniter benedicere possunt, *Clem. final. de privil.* privatè verò celebrantes in Diœcesibus alienis possunt uti benedictione Episcopali, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum*, ut resolvit Piasec. *in praxi Episc. p.1. cap.2. n.3. vers. benedicit*; & fuisse conclusum Neapoli in quodam collegio habito circa hoc coram aliquibus RR. Prælatis, attestatur Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.20. n.5.* quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.2. alleg.27. n.64.*

27 Sextò, possunt tempore interdicti celebrare, & in sua præsentia facere celebrari, *cap. quod nonnulli, de privil.* Sayr. *de censur. lib.5. cap.5. n.46.*

28 Septimò, possunt sibi quem volunt eligere Confessorem, *cap. ult. de pœnit. & remiss.* Henriq. *in sum. lib.6. cap.4. §.3. in commento, littera I, & cap.7. §.5. in comment. littera B, & cap.13. §.3. & lib.7. de Indulgent. cap.28. §.1. littera H, & lib.14. de irregul. cap.18. §.3.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.348. num.1. in 1. edit. & resol.570. in 2. edit.* Anton. Gom. *in expos. Bullæ Cruciatæ, claus.10. n.85.* Sayr. *de censur. lib.7. cap.14. n.5.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. quæst.20. art.28.* Suar. *tom.5. de censur. disput.41. sect.2. n.9.* Erasm. à Chokier *de Iurisd. Ordin. in exemptos, part.4. q.45.* Sanch. *de matrim. lib.8. disp.3. num.3.* Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. Decimoseptimò, in addit. littera A*, ubi ait hoc privilegium concedi etiam Episcopo Suffraganeo invito Archiepiscopo. Hodie verò ex decisione sacræ Congregationis non poterit Episcopus vigore privilegii, de quo *in d. cap. ult.* sibi eligere in Confessorem Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus, ut referunt Gallet. *in margar. casuum conscientiæ, verb. Episcopus*, Prosper de Augustino *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, num.7.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.4. c.3. q.16. vers. queres an Cardinales*, Aloys. Ricc. *d. resol.470.*

29 Octavò, habent Cathedratici exactionem, & Canonicam portionem, & alia similia, quæ ad legem Diœcesanam pertinere dicuntur, *c. dilectus*, ubi Gloss. *de Offic. Ordin. cap.1. cum seqq.10. q.3.* de quibus infrà *lib. seq. de Canonica portione*, vidimus.

30 Nonò, non possunt ad testimonium dicendum flagitari; nam ut habetur *in l. nec honore. C. de Episc. & Cleric. & in Auth. de Sanctiss. Episc. §. nulli autem Iudicum*, & persona inhonoratur, & dignitas Sacerdotis excepta confunditur, *l.65. tit.5. part.1. & l.35. tit.16. p.3.* Ludov. Roman. *pag.169* Gambar. *de officio Legati, lib.2. n.38.* Quod si quandoque ejus sit necessaria attestatio, non jure jurando, sed Evangeliis tantùm coram positis testimonium ejus est accipiendum, *c. testimonium, cum seqq. 11. q.1.* Nec jurans in testimonio dicendo, aut de calum- 31
nia, Evangelia tangit, sed tantùm à longè manus elevat versùs illa, *cap. fin. de juram. cal.* Gloss. *in d. cap. testimonium, §. Item*, nisi cùm jurat fidelitatem, aut in alio casu arduo, quia tunc Sacra tangit, ut *iin cap. Ego N. in fine, de jurejur.* non tamen creditur ejus dicto de his, quæ dicta, vel facta sunt coram eo sine probationibus, *cap. fin. 6. q.2.* Sed hoc fallit in aliquibus, & primò quando Episcopus asserit se esse de Diœcesi sua expulsum, quia creditur illi, *Clem.1. de foro compet.* ubi Card. Sicul. *de præstantia Card. q.1. Basil.2. n.9. §. quod circa.* Secundò, quando attestatur in litteris Clericatûs Clericum ordinasse de licentia proprii Episcopi, Nicol. de Passeribus *de scriptura privata lib.3. q.5. n.39.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcop. part.2. alleg.8. n.19.* Tertiò, in causis civilibus profanis, Abb. *in cap. sicut, de probat. n.7. & in cap. cùm Nuncius, de testibus, n.5.* Lancel. *in templo omnium Iudicum, lib.2. cap.5. §.4.* Sicul. *de præst. Card. q.2. Basil.2. n.19.* Bobadil. *in sua politica, lib.2. c.27. n.15.* Agia *de exhibendis auxiliis, concl.4.*

Decimò, possunt esse Judices in causis suarum 32
Ecclesiarum. Capyc. *decis.137. num.1.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.203. n.3. vers. Septimò.* Surd. *cons.50.* Alexand. Tsentacinq. *var. resolut. lib.2. tit. de Iudic. resol.5. n.7.* Zetol. *in praxi Episcop. part.1. verb. Episcopus, vers.34.* Matt. *voto 57. n.23.* Cabed. *dec.76. n.1. part.2.* me citato *in hoc loco*, Modern. *de supplicat. de Sanctiss. m. part.2. c.5. §.1. n.18.* ubi *à n.15.* hoc intelligit quando causa est suæ Ecclesiæ, secus quando est personalis: & citat Flores de Mena *var. q.13. n.3. cum seqq.* Piasec. *in prax. Episcop. part.2. c.4 de persona Iudicis, n.4.* Scacc. *de sentent. & re judic. c.1. gloss.4. q.8. num.2.* & alios potest tamen recusari, sed antequam recusetur est Judex competens, & sententia tenet, quia non est causa propria, Scacc. *d. tract. gloss.4. q.8. sub n.1. & 2. in fine*, Coccin. *dec.79. n.1. & 2* Modern. *d. §.1. n.22. & 23.*

Undecimò: Cuicumque licitum est judicium 33
Episcopi in quacumque causa eligere, & ejus sententia non est retractanda, & testimonium ipsius tantùm est recipiendum, ut Theodos. Imper. decrevit *in cap. quicumque, cum seqq. 11. q.1.* nisi de præjudicio famæ alterius ageretur, ut *in d. c. fin. 6. q.2.* Hæc enim sic quoque intelliguntur, cùm sententia ab Episcopo secundùm jus fuerit legitimè prolata; dicit enim Imperator, illud veritatis auctoritate firmari, illud incorruptum haberi, quod à sacrosancto homine secundùm scientiam mentis illibatæ fuerit prolatum, *c. omnes, 11. q.1.*

Duodecimò, Episcopi quoque tantùm, vel alii 34
in dignitate Ecclesiastica constituti Conservatores Judices dantur, *cap. hac constitutione de offic. deleg. lib.6.* Sylvest. *verb. conservatos, n.1.* Petr. Greg. *syntagm. Juris lib.47. cap.22. num.28* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1. q.65. art.2.* Azor. *instit. moral. part.2. lib.5. c.34. q.4.* Molin. *de Justit. tom.6. disp.29. num.13.*

Decimotertiò: Si Episcopi à quoquam rebus 35
propriis spolientur, vel à suis sedibus ejiciantur, sunt statim in omnibus restituendi, & cuncta eis reintegranda, antequam ullum crimen eis objici

Biblioteca de Ciències Socials

possit, 3. q. 1. & 2. *per tot. cap. si quis ordinatus cum seq.* 92. *dist. Clem. unic. de foro compet.* nec sunt Episcopatu privandi propter quamcumque ægritudinem, aut corporis infirmitatem, *cap.* 1. *cum seq* 7. q. 1.

Decimoquartò, Episcopi in minoribus litibus per procuratorem litigare possunt, ut per illustres, *cap. quia Episcopus*, 3. q. 3. *Auth. ut ab illustribus, collat.* 5. *l.* 63 *tit.* 5. *part.* 1. & *l.* 11. *tit.* 5. *part.* 3. *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *del fuero Real.* Ugolin. *de officio Episcopi*, *c.* 2. §. 2. *n.* 4. neque in eis dare debent fidejussorem, *Auth. de sanctissimis Episcopis*, §. *alium autem*, *collat.* 9. *l.* 95. *tit.* 5. *part.* 1. ibi, *la sexta es que no le deben tomar fiador en ningun pleito* Nec judicibus sportulas solvere tenentur, *Auth. de sanctissimis Episcop.* § *sportularum*, *collat.* 9. *l.* 65. *tit.* 5. *part.* 1. ibi: *La setima es que no debe dar ninguna cosa à los Juzgadores de aquello sobre que hubiere pleito, segun lo dan los otros:* Neque citari possunt ut coram aliquo compareant Judice, *Auth. de sanctissimis Episcopis*, §. *sed neque pro qualibet*, *collat* 9. *l.* 65. *tit.* 5. *part.* 1. Concil. Trident. *sess.* 13. *cap.* 6. *de reform.* Raud. *de dispensat. in* 2. *membro*: neque cogi valent ad tutelam cujuscumque personæ suscipiendam, *Auth. de sanctissimis Episc.* §. *Deo autem*, *collat.* 9. *l.* 65. *tit.* 5. *p.* 1. ibi: *La segunda es que no le puedan hazer guardador de huerfano*. Bald. *in l generali*, *n.* 11. *de Episc. & Clericis*. Lancellot. *in templo omnium Judicum lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 46. Paul. Montan. *de tutore*, *cap.* 35. *reg.* 1. *de excusat. tutoris*, *n.* 194. Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 36. nisi tutela sit miserabilium personarum, quia illam uti earum pater suscipere tenetur: resolvit Gutier. *de tutel. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 10. ubi etiam quod poterit tutelam honorariam suscipere. Dicitur autem tutor honorarius, qui datur ut pupillus sit magis honoratus ejus auctoritate, & protectione, Escobar *de ratiocin. cap.* 28. *n.* 20. Baëza *de decima tutorum*, *cap.* 6. *n.* 2. Gutier. *d. p.* 1. *cap.* 17. *n.* 1.

Decimoquintò, Episcopi accusati non debent stare, sed sedere simul cum Judice aliquantulum inferiùs, ut resolvunt Lancell. *d. cap.* 5. § 4. *n.* 11. Chassan. *in catalogo gloria mundi*, *part.* 4. *consid.* 25. & *p.* 7. *consid.* 5 *vers.* 12. Ludov. Bolognin. *de Indulg. p.* 1. *n.* 23. Selv. *de benefic. p.* 1. *q.* 3. *n.* 12. *in fine*. Unde dicit Parladot. *in sesquicenturia*, *quotid. different.* 10. *num.* 27. quòd si Episcopi alicujus litis propriæ, seu suæ Ecclesiæ causâ in Regio Senatu, vel in Regularibus Cancellariis adsint, sedebunt in Tribunali inter ipsos Senatores ad sinistram Præsidiis.

Decimosextò, Episcopi possunt sententias suas per alios legere, *cap. & si sententiam, de re judic.* ubi Gemin. *n.* 9. Felin. *in c eam te*, *n.* 9. *de rescript.* ubi quod isto privilegio non gaudent Episcopi confirmati, sed nondum consecrati, nec Episcopatuum Gubernatores. Chassan. *d p.* 8. *consid.* 3. Ugolin. *d. c.* 2. § 2. *n.* 4.

Decimoseptimò, habent Episcopi thronum, & solium signum suæ magnæ celsitudinis, ac potestatis. Bald. *in cap. solite*, *n.* 2. *de majorit. & obedient.* Aga *de exhibendis auxil. fundam.* 6. Habent etiam faldistorium, *lib. Pontifical. tit. de consecrat. electi in Episcopum*, *pag.* 15. Durand. *in rationali divinarum Officiorum*, *lib.* 2. *cap* 11 *de Episcopo*, *num.* 1. & in suis Ecclesiis Cathedralibus possunt uti baldachino, etiam in præsentia Proregis, ut per Mastril. *de Magistratu*, *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 133. *aliàs* 251.

36 Denique, contra persecutores Episcoporum gravium pœnarum sententias Canones protulerunt, ut *in cap. Clericus*, *cum seqq.* 3. q 4. *in cap. ad aures*, *de pœnis*, & *in Clem.* 2. *eod. tit.* Qui autem Episcopum personaliter offenderit, non potest nisi per Papam absolvi, quamvis sit levis injuria, cùm in aliis ex levi injuria id alteri demandetur, *cap. pervenit*, *de sent. excomm.* Hanc solam hîc refe- 37
remus, quod civitas illa perpetuò est Pastore privanda, quæ ausa fuerit Episcopum suum interimere, *cap. itaque*, 25. q. 2. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *ad fin.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea*, *resol.* 203. *n.* 4. Clar. § *fin. q.* 72. *à n.* 46. Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *n.* 55. Farin. *in praxi crim. part.* 5. *q.* 112. *inspect.* 3. *n.* 132. quando ille erat jam consecratus. Mandos. *ad reg.* 16. *Cancell. q.* 19. *n.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. § 5. *n.* 27. Anton. Ricciul. *de jure personar. extra grem. Eccles. existent. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi*, *part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 257. secundùm Lugdunensem impressionem.

Quod ad dignitatem attinet Episcoporum, est 38
notandum quanta cum reverentia, & circumspectione sit in eorum correctione, cùm deliquerint, procedendum, & quantum sit hac in re Pontificiæ Dignitati deferendum. Primò enim accusari, ad Judicem sæcularem trahi Episcopum, Canones, & leges etiam civiles super cæteros Clericos vetant, ut *in cap.* 1. *& per tot.* 11. *q* 1. *& l. si qua per calumniam*, *C. de Episcop. & Cleric.* Episcoporum autem accusatio non est facilè recipienda; dicit enim Apost. 1. *ad Timoth.* 5. adversùs Presbyterum accusationem non esse recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus, quantò magis adversùs Episcopos, ut ait Sixtus Papa *in cap. accusatio Episcoporum*, 2. *q.* 7. & Innoc. III. *in Concil. generali*, de quo *in cap. qualiter*, *il* 2. *de accusat.* dicit, quod in Prælatorum inquisitionibus, cùm de crimine diffamantur, veritas est diligentiùs perscrutanda, quia ipsi sunt quasi signum positi ad sagittam, &c. Unde nec quilibet ad eorum accusationem admittitur, *cap. accusatio quoque*, 2 *q.* 7. sed honesti tantummodò viri, & probatæ fidei personæ. Repelluntur autem infames, & præcipuè hæretici, & criminosi, *cap. alieni*, *cum seqq. cap. quærendum. c. præsumunt*, 2. *q.* 7. sic namque ait Augost. ibi: [Præsumunt Prælati, non debere se comprehendi, vel, accusari pro eo, quod Canones non eos passim constituunt accusandos; quod tamen negatur solis criminosis, &c.] Verùm nisi graviter erret Episcopus, aut à fide exorbitare noscatur, oves quæ Pastori suo commissæ sunt, cum nec reprehendere, nec accusare possunt, ut ait Euseb. Papa *in cap. oves* 2. *q* 7. Si quis autem contra Episcopum quamlibet querelam justam se habere crediderit, monetur priùs eum familiariter convenire, non semel, sed sæpissimè, ut ab eo vel justitiam, vel excusationem accipiat, *cap.* 2. *de accusat.* Monentur etiam Ecclesiastici Judices *in cap. si qui sunt* 2. *q.* 7. ut Episcoporum accusatores, aut vituperatores non audiant, antequam eorum discutiatur existimationis suspicio, vel opinio, quâ scilicet intentione, quâ temeritate, quâ conscientiâ, si pro Deo, aut pro inimicitia, aut cupiditate ista præsumpserint.

Accusatos Episcopos statuit Conc. Trid. *sess.* 13. 39
de reform. cap. 6. *& sess.* 24. *de reform. cap.* 5. (nisi ob causam, ex qua deponendi, sive privandi essent) ut personaliter compareant, nequaquam esse citandos, vel monendos. Clar. §. *fin. q.* 55. *vers. ulteriùs quæro*, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q* 58. *n.* 7. *& q* 59. *num.* 2.

n.2.verſ.nec dicatur, Salzed. *ad Bernard. in pract. c.124. lit.A, in noviſſ. impreſſ.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell gloſſ.42.n.5.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.269. n.5.* Ugolin. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, c.2. §.2 n.4. verſ. Decimò.* Ego ipſe *in ſimili*

40 *tract.part.3.alleg.112.n.6.* Et ex quovis delicto, etiam atrociſſimo, ad Romanam Curiam citari non poſſe, niſi in primis accedat ſpecialis commiſſio propriâ Papæ manu ſignata, ſancivit bonæ mem. Pius IV. in ſua Conſtitutione incipiente *De ſalute Gregis*, anno ejus primo, ut refert Etaſm. à Chokier *de Juriſdict. Ordin in exemptos, part.1. q.41.* Ego

41 ipſe *d. alleg 112. n.7.* Teſtes verò contra eos in criminali cauſa, niſi conteſtes, & bonæ famæ, exiſtimationis, & converſationis fuerint, eſſe rejicien-

42 dos; & ſi falſum depoſuiſſe deprehendantur, gravibus pœnis eſſe mulctandos. Cauſas autem eorum criminales, ex quibus comparere perſonaliter debent, à ſolo Romano Pontifice cognoſcendas, & terminandas eſſe, definit idem Conc. Trid. *d ſeſſ.13. de reform.c.8.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcop. n.80.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in tract. de Confeſſ. ſolicit. mulier. in confeſſ q.12.* Novar. *in ſing Canon. concluſ.90.* etiamſi cauſæ ſint hæreſis; eas enim in Epiſcopo reſervari Papæ ſtatuit idem Conc. *ſeſſ.24. de reform. c.5.* & tradunt Peña *in direct. Inquiſit. part.3. commento 77.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.2 q.81. art.1. verſ. advertendum tamen:* & procedere, quamvis Epiſcopus ſit titularis, obſervant Molin. *de juſtit. tract.5. diſp.28.n.19.* Illuſtriſſ. D.

43 meus Roderic. à Cunha *d.q.12.n.7 in princ.* Unde Epiſcopos hæreticos non poſſe ab Inquiſitoribus fidei puniri, tradunt Navar *conſ.1. n.5. de for. comp.* Villadieg. *de hæret q.7. n.15.* Simanch. *de Cathol. c.26.n.7.* Rojas *ſing.55.n.2.* Peña *d p.3. commento 76.* Henriq. *in ſum. lib.13. c.55. §.2. litera P.* Molin. *d. diſp.28 n.19.* Farin. *de hæreſi, q.186. n.13.* Ego ipſe *d alleg.112.n.14.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *d q.12 n.6.* ubi *n.13.* ſubdit procedere in Epiſcopis electis, & confirmatis, licèt nondum conſecratis.

44 Minores verò eorum cauſæ à Concilio Provinciali terminentur, vel à deputatis per illud Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. c.5.* Armendar. *d. lib.7. de Epiſcop. n.80.* ubi etiam dicit prædictas minores cauſas criminales poſſe in Conciliis Provincialibus tractari, etiam non exiſtentibus duodecim Epiſcopis, quia prædicta Concilia ex minori numero Epiſcoporum ut plurimùm conſtant: refero ego ipſe *d. alleg.112. n.15.* & me non citato Novar. *in ſin-*

45 *gul. Canon. concl.90. n.5.* Unde Concilium Provinciale non poſſe formare proceſſum in cauſis criminalibus gravioribus contra Epiſcopum ad effectum tranſmittendi illum ad Sanctiſſimum, atteſtatur deciſum Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep Neap. part.4. deciſ.142. n.5.*

46 Papa verò Alexander IV. *in c.4. de offic. deleg. lib.6.* Judicibus Eccleſiaſticis à Sede Apoſtolica deputatis jubet, ut ſi contra Epiſcopos ad coactiones aliquas, ſive pœnas fuerit procedendum, ita gradus, & modeſtia in tali proceſſu ſervetur ab eis, ut non ſtatim cenſuris, aut privatione mulctentur; ſed primò eis, ſi opus ſit, ingreſſus Eccleſiæ, vel Sacerdotale interdicatur officium, & deinde ab Epiſcopali officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggravetur cenſura eccleſiaſtica contra eos, ſecundùm eorum culpam, & contumaciam. Azor. *inſtitut. moral. part.2. lib.5. c.34. q.12.*

Officialibus quoque Metropolitanorum prohi- 47
betur cenſuras in Suffraganeos profferre ob reverentiam pontificalis officii, *c.1. §in de offic. Ordin. lib.6.* Bertech. *de Epiſcopo part.7. lib.4. tit de Vicario Epiſcopi, q.10.* Pichard. *inter conſilia Menoch. conſ.52. n.187.* Sbroz. *de offic. Vicarii lib.2. q.58. num.3.* quos refert ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.1. tit.4. num.17. ſecundum Lugdunenſ. impreſſ.* ubi etiam poſt Archid. Domin. & Franch. *in d.c.1.* & Cuch. *inſtit. major. lib 4. tit. de conſecr. Epiſcopi. n.6. & tit. de Vicario Epiſcopi, n.123.* addo hoc limitari ſi Epiſcopus Suffraganeus non fuerit conſecratus, quia tunc à Vicario etiam præſente Archiepiſcopo excommunicari poterit. Et Inqui- 48
ſitores hæreticæ pravitatis non poſſunt de hæreſi inquirere, aut procedere contra Epiſcopos, niſi hoc eis Apoſtolicâ conceſſione ſpecialiter permittatur, *cap. Inquiſitores, de hæret. lib.6.* Moſcon. *de majeſt. Milit Eccleſ. part.1. c.11. de Inquiſitorib. verſ. Item ne procedant pag.177.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. c.21. n.5. & c.23 n.2.* Farinac. *de hæreſi, q.186. §.5. à n.114.* ubi *n.119.* limitat quando Epiſcopus eſſet ſuſpectus de fuga, & *n.120.* pariter limitat, quando Epiſcopus aliquid in manifeſtum fidei detrimentum, & fidelium perniciem moliretur, quia tunc poteſt capi, & cuſtodiri, donec Summus Pont. certior reddereretur: in omni tamen caſu debent ipſi Inquiſitores, habitâ notitiâ de hæreſi alicujus Epiſcopi, illam Papæ nuntiare, ut admonet *d. cap. Inquiſitores, verſ tenebuntur*, Zanchin. *de hæret. c.8. n.9. verſ. ſed poſſunt*, Carter. *in ſimili tract. n.74.* Petr. Gregor. *ſynt jur. n.37. c.7. n.5 verſ. in perſona*, Decian. *d. lib.5. c.21. n.3. verſ. Item quando*, Farinac. *d. q.186. §.3. n.121.*

Sententiam autem ſuſpenſionis, vel interdicti 49
ipſo facto nunquam incurrunt Epiſcopi, niſi de eis in edicto expreſſa mentio habeatur, *cap. quia periculoſum, de ſent. excommun lib.6.* Henriq. *in ſum. lib 13. c.34 §.2. lit.V, & c.43. §.2. lit.I.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.3. q.65. art 3.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.3. c.52. q.8. verſ quæres*, Perez *l.31. gloſſ.1. tit.3. lib.2. Ordin.* Mar. Attet. *de cenſur. tom.1. diſput.10. lib 5. c.5. verſ ſed quæri poteſt*, Sayr. *in ſimili tract lib.1. c.8. n.25* Bellet. *diſquiſit. Clerical. part.1. tit de diſcipl Cleric. §.1. n.47.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.211. num.1.* Jul. Lavor. *de Indulgent. part.2. c.23 n.94.* Ego ipſe *d. tract part.3. alleg.111. num.1.*

Hæc ſunt quæ breviter, ac ſummatim de Epiſcoporum vita, & moribus, officio, & poteſtate, ac juriſdictione, dignitateque, & privilegiis ex ſacris Canonibus colligere viſum eſt. In ſequentibus verò Capitulis ex tractabimus, quæ de eorum officio per ſe ſpecialiter tractanda eſſe judicavimus. Cætera latè diſcuſſa inveniri poſſunt *in noſtro tractatu de officio, & poteſt. Epiſcop.* ſecundum Lugdunenſem impreſſionem, quæ cæteris plenior, & correctior eſt; illa enim noviſſimè Venetiis edita, partim ſecundùm Romanam, partim verò ſecundùm Lugdunenſem impreſſionem, non tamen omnibus modis eſt abſoluta, & me inſcio in lucem prodiit.

Qui autem scire desiderat nomina eorum omnium, qui de re pertinente ad Dignitatem, Officium, & potestatem Episcopi speciales tractatus in lucem ediderunt, consulat eos, qui sequuntur, videlicet,

Sebast. Medic. *de promovendis Episcopis.*
Stanislaum Socolovium, *de consec. Episc.*
Troylum Malvetium, } *de Dignitate*
Jacobum Simancham, } *Episcoporum.*
Joannem Filesacum, *de auctorit. Episcopor.*
Lælium Zechium, *de statu, & mun. Episc.*
Hieron. Vielmium, *de Episc. titularibus.*
Lælium Jordanum, *de Episcoporum causis majoribus & rerum capitalium ad Papam deferendis.*
Antonium de Prætis, *de jurisdictionis Episcopalis defensione.*
Antonium Paganum, *de Ordine jurisdictione, & residentia Episcoporum.*
Franciscum Vargam, *de jurisdict. Episc.*
Alphonsum Madrigal, *de Episcopis, & Ministris Ecclesiasticis.*
Arnoldum Adaluensem, *de erectione Episcopatuum in Belgio.*
Petrum Blesensem, *de institutione Episc.*
Joannem-Baptistam Signium, *de optimo Episcopo.*
Rutilium Benzonium, *in Episcopor. speculo.*
Thomam Gaïetanum, } *de residentia*
Hieronym. Gigantem, } *Episcoporum.*
Bartholom. Carranza, } *Episcoporum.*
Dominicum Soto, } *Episcoporum.*
Ambros. Catharinum, } *Episcoporum.*
Jacobum Nauclantum, } *de offic. & potest. Episcopi.*
Joannem Bertachinum, } *de offic. & potest. Episcopi.*
Barthol. Ugolinum, } *de offic. & potest. Episcopi.*
Thomam Zerolam, } *in praxi Episcopali.*
Paulum Piasecium, } *in praxi Episcopali.*
Henricum Botteum, *de statutis Episcoporum Synodalibus.*
Hieronymum Regium, *de Episcopatûs appetitione.*
Hieronymum à Leandro, *de Episcopi Romani Diœcesi.*
Thom. Campegium, *de Coadjutore Episc.*
Camillum Cautium, *de pension. Episcop.*
Petrum de Ubaldis, *de Episcopali, & Parochiali Canonica.*

CAPUT XIII.

De Prædicationis officio, & munere docendi.

SUMMARIUM.

1 *Prædicationis officium, & docendi munus, est præcipuum Episcopi munus.*
2 *Prædicandi munus non cuilibet licet assumere sed his tantùm quibus ex officio competit, aut quibus à Prælato injungitur, debent Verbum Dei prædicare.*
3 *Prædicare populis Verbum Dei est officium omnium Prælatorum, quibus Ecclesia aliqua, aut animarum cura est demandata.*
4 *Papa omnibus ubique terrarum fidelibus prædicat per litteras, & Legatos.*
5 *Episcopi omnes in Diœcesibus suis, aut Provinciis per se, vel per alios prædicant, non verò extra illas.*
6 *Prædicare possunt Episcopi in omnibus Ecclesiis, etiam Regularium sua Diœcesis, nec ab aliquo impediri possunt, quominus prædicent, si voluerint.*
7 *Privilegium Episcoporum, ut per universum mundum possint prædicare, intelligitur, nisi in alienis Diœcesibus prohibeantur ab Episcopis locorum.*
8 *Prælati inferiores suis tantùm Plebibus prædicant.*
9 *Monachis prædicandi officium antiqui Canones interdicunt, postea, cùm cœperunt in Clerum assumi, prædicationis munus illis ex privilegio datum fuit.*
10 *Regulares ut prædicare possint in Ecclesiis suorum Ordinum, & in illis, qua suorum Ordinum non sunt, à quibus debeant approbari, & licentiam petere, ostenditur.*
11 *Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantùm à suis Superioribus de vita & moribus, & scientia examinari, & approbari debent, ab eis licentiam habere, & cum ea se personaliter Episcopo præsentare, & ab eo petere benedictionem, tametsi eam minimè obtinnerint.*
12 *Concil. Trid.* (sess. 24. de reform. c. 4. *de non prædicando contradicente Episcopo quoad Regulares, intelligitur de illo tempore, & hora, qua Episcopus prædicare voluerit.*
13 *Prædicatorem ad libitum, & sine rationabili causa non potest Episc. à prædicatione suspendere, si tamen suspendat, non tenetur causam exprimere, quare ad hoc prohibendū moveatur.*
14 *Episcopus potest interdicere Regulari, ne prædicet licentiâ non petitâ, etiam non redditâ causâ.*
15 *Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, qua suorum Ordinum non sunt possunt ab Episcopo examinari de doctrina, si ita expedire judicaverit, non ita si in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare voluerint.*
16 *Prædicatores regulares, qui absque licentia Episcopi prædicaverint in Ecclesiis, qua suorum Ordinum non sunt, possunt ab Episcopo puniri.*
17 *Laicis omninò est interdictum, ut publicè in Ecclesiis prædicent, & fœminis multò magis.*
18 *Laicis non præsentibus Clericis, vel si præsentes sint, permittentibus, non quidem publicè prædicare, sed inter spirituales personas utiles habere sermones non prohibetur.*
19 *Prædicare non est actus alicujus Ordinis sacri, quia Clerico, qui non sit in sacris constitutus, potest Episcopus committere prædicationis munus.*
20 *Episcopi, & alii Ecclesiarum Prælati tenentur per seipsos, si legitimè impediti, non fuerint, ad prædicandum sanctum Evangelium.*

21 *Præ*

21 *Prædicatorem deputandi munus ad Episcopum pertinent, nisi in contrarium sit consuetudo.*
22 *Prædicatoris deputatio, & electio ad solos Episcopos in eorum Cathedralibus spectat, nulla habitâ ratione cujuscumque consuetudinis, etiâ immemorialis, quæ cuivis alteri competeret.*
23 *Consuetudo immemorialis nominandi, vel præsentandi prædicatorem pro aliis Ecclesiis præter Cathedralem, non est sublata.*
24 *Prædicari quibus debeat, ostenditur.*
25 *Prædicanti Episcopo septem Diaconi assistunt.*
26 *Verbum Episcopi sanum oportet esse & irreprehensibile.*
27 *Archipresbyteri, & alii Ecclesiarum Rectores curam animarum habentes, Verbum Dei prædicare per se, vel per alios, si legitimè impediti non fuerint, tenentur.*
28 *Prædicatores deputandi sunt impensis eorum qui eos præstare vel tenentur, vel solent.*
29 *Merces, quæ pensionarii tribui solet, nulla ex parte à pensionariis exigenda est.*
30 *Episcopus monebit populum diligenter, teneri unumquemque Parochia sua interesse, ubi commodè fieri potest ad Verbum Dei audiendum.*
31 *Populus admonendus est, ut diebus dominicis, & festis majoribus frequentet suas Parochias: excommunicandus tamen non est monitioni non paruerit.*
32 *Prædicanda Fidelibus sunt quinque specialiter, videlicet quid credendum, quid servandum, quid vitandum, quid timendum, quid sperandum.*
33 *Prædicator debet esse vitâ irreprehensibilis, doctrinâ eruditus, in dicendo maturus, & pavidus, & debet gratiam docendi habere, ut potentes possit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere, &* n. 34.
35 *Prædicatores apud rudem plebem proponere, aut disputare non debent difficiliores, & subtiliores quæstiones, quæve ad ædificationem non faciunt.*
36 *Prædicator si contingat, ut errores, aut scandala disseminet in populum, debet ei Episcopus interdicere prædicationis Officium; si verò hæreses prædicaverit, contra eum secundum Canonum decreta procedere potest.*
37 *Prædicatores Evangelii ne calumniosè vexentur, curare debent Episcopus.*
38 *Episcopi cavere debent, ut Regulares extra claustra, & obedientiam Religionum suarum viventes, vel etiam Presbyteri sæculares, nisi ipsis noti sint, & moribus, atque doctrinâ probati, in suis Diœcesibus prædicare audeant.*
39 *Quæstores & eleemosynarii, aut quæstuarii vulgò nuncupati, prædicare per se, vel per alios prohibet Concil. Trid.*
40 *Ecclesiam ingredi ad Verbum Dei audiendum nemo est prohibendus, etiamsi sit infidelis, vel hæreticus.* [hibetur.
41 *Interdicti tempore prædicatio Verbi Dei non pro-*
42 *Excommunicati excommunicatione majori, omninò à prædicatione excludantur, eo quòd illis Fidelium communio denegatur.*
43 *Scientiæ tam liberales, vel sæculares, quàm etiam Ecclesiasticas, ut subditi sibi discant, providere debet Episcopus.*
44 *Lectio S. Theologiæ, & S. Scripturæ expositio in singulis Diœcesibus, maximè ubi Clerus numerosus reperitur, haberi debet.*
45 *Lectio S. Scripturæ in Monasteriis Monachorum, ubi commodè fieri queat haberi debet, in quo si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc ut Sedis Apostolicæ delegati eos ad id opportuni remediis compellant.*
46 *Licentia, seu examen Ordinarii non requiritur ad Lectionem S. Scripturæ in Conventibus Regularium habendam.*
47 *Lectionis ad Officium, tam publicè quàm privatè extra Regularium Monasteria habendum nemo debet admitti, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit.*
48 *Docendi pro facultate nihil exigi debet, aut promitti: si tamen pro ea pretium detur, vel recipiatur, nulla simonia committitur.*
49 *Seminarium Clericorum instituendum, ut in eo Grammatices, cantus, computi Ecclesiastici, aliarumque bonorum artium disciplinam discant.*
50 *Magistri & Doctores provideri ab Episcopo in subjectis plebibus debent, qui studia litterarum, & liberalium artium dogmata assiduè doceant.*
51 *Magistris publicè in scholis generalibus docentibus de licentia Universitatis conceditur privilegium, ut prebendarum suarum, & beneficiorum fructus percipere in absentia valeant.*
52 *Studium generale illud dicitur, quod est erectum & institutum per Papam, Regem, seu Principem.*
53 *Studentibus nonnulla privilegia conceduntur.*
54 *Magistris atque Doctoribus in Universitatibus studiorum plura præcipiuntur.*

MAXIMUM, ac præcipuum munus Episcopi (ut suprà vidimus) est Prædicationis officium, docendi munus. Quod ostendit Apostolus, dum scribens ad Titum Episcopum, ait: *Prædica Verbum, insta opportunè, argue obsecra, increpa:* & post pauca: *Opus*, inquit, *fac Evangelistæ, ministerium tuum imple.* Christus quoque Apostolos, quos constituit Episcopos, mittens in Mundum universum, prædicare jussit Evangelium omni Creaturæ, *Marc. ult.* Neque id tantùm, sed docere etiam omnes gentes ea, quæ pertinent ad salutem, *Matth. 9.* Unde idem Apostolus ait *ad Tim.* oportere etiam Episcopum esse Doctorem, & amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Et idem scribens ad Tit. *Tu autem*, inquit, *loquere quæ decent sanam doctrinam.* Ad quæ comprehendenda plura elegantèr, me sæpè sæpiùs citato, cumulavit Rota in Ulyssbonensi juris nominandi, seu eligendi Concionatorem, 16. Novembris 1633. coram R. P. D. Merlino, admirabilis eruditionis viro, impressa apud Paul. de Rubeis *decis.* 234. *tom.* 2. *diversi.* aliàs *p.* 7. *recent.* Est autem nobis hoc loco videndum, qui de hoc prædicandi, ac docendi officio Jura Ecclesiastica statuunt. 1

Et primò quidem, de Prædicationis officio illud statutum invenimus, ne cuilibet liceat hoc sibi munus prædicandi assumere, sed ii tantùm, quibus ex officio competit, aut quibus Prælato injungitur, debet Verbum Dei prædicare: ita probat textus *in c. adjicimus* ubi Glos. notabilis, 16. 2

q.1. & in cap. cùm ex injuncto, ibi Doct. *de hæretic.*

3 Est autem officium omnium Prælatorum, quibus Ecclesia aliqua, aut animarum cura est demandata, prædicare populis suis Verbum Dei, & viam salutis ostendere. Gloss. *in dict. cap. adjicimus*, Petr. de Bollo *in œconomia Canonica, classe 2. cap.4. §.1. & 2. de prædicat. Verbi Dei, pag.225. cum seqq. & classe 3. cap.3. §.1. sub rub. Episcopi præcipuum munus prædicare, & §.2. sub tit. subsidiarii Episcoporum prædicatores*, Ricciul. *ecclesiast. lucubrat. lib5. cap.5.*

4 Unde Romanus Pontif.x, ut patet in epistolis Petri, omnibus ubique terrarum fidelibus prædicat per litteras & Legatos, *cap. fin. §. fin. de offic. deleg.* Episcopi quoque omnes, & qui super illos

5 sunt in Diœcesibus suis, aut Provinciis, per se, vel per alios prædicant; non verò extra illas, cùm possint prohiberi ab Ordinariis proprijs, quorum sunt diœceses ubi fortè degunt: ita declarasse Clementem VIII. referunt Piasc. *in praxi Episcopali, part.2. cap.3. num.16.* Aloys.Ricc. *in praxi fori Eccles. dec. 543. in prima edit.* aliàs *resolut. 465. in 2.edit. & in dec.Curia Archiepisc.Neapolit.decis.180. p.1.* Campan. *in diversi. jur. Canon. rubr. 12. cap. 23. n.7.in princ.* Stephan. Gratian.*discept forens.cap.393. à n.9.* Anton. Ricciul. *Eccles. lucubrat. lib 5. cap.5.*

6 Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum censuit sub die 17. Januarii 1584. Episcopum posse prædicare in omnibus Ecclesiis, etiam Regularium suæ Diœcesis, nec ab aliquo impediri potest quominus

7 prædicet, si voluerit. Nam privilegium Episcoporum, ut per universum Mundum possint prædicare, de quo *Matth.9. Marc.ult.c. in novo, dist.21.* intelligitur, nisi in alienis Diœcesibus prohibeantur ab Episcopis locorum. Fusc. *de visitat. lib.2. c.10. n.13. in fin.* Stephan. Gratian. *d. c.393. n.14.*

8 Similiter & alii Prælati inferiores suis tantùm plebibus prædicent: quisque enim Sacerdos, vel etiam Diaconus, aut Subdiaconus, Ecclesiam habens, & populo prædicandi jus habet, *d.cap.adjicimus*, ubi Glos. 16. *q.1.* Glos.*in c.in Sancta.8. dist.* Non enim prohibetur quandoque non Sacerdos esse Rector Ecclesiæ, ut infrà de Plebanis, & Rectoribus ostendemus.

9 Monachis verò prædicandi officium antiqui Canones interdicunt, videlicet *in d.cap. adjicimus, & in cap. Monachus, & in c. juxta*, cum multis ibidem, 16. *q.1.* Statuit enim Leo Papa *in dict. cap. adjicimus*, ut præter Dominos Sacerdotes (quod de his, quibus ex officio competit, intelligimus) nullus audeat prædicare, sive Monachus, sive laïcus ille sit, qui cujuscunque scientiæ nomine gloriatur. Postea verò cùm cœperint Monachi, & Regulares in Clerum assumi, & in civitatibus degentes etiam Ecclesiis inservire: Prædicationis quoque munus eis ex privilegio datum est, quod primum Regularibus Ordinis Prædicatorum & Minorum, qui nec propriè Monachi appellantur, ab Apostolica Sede est permissum, ut habetur *in Clem.dudum*, ubi Glos. & Cardinal. *de sepult.*

10 Hodie verò Regulares cujuscunque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati fuerint, & approbati, nisi de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare non possunt, & antequam publicè prædicare incipiant, debent cum suorum Superiorum licentia Episcopo personaliter præsentari, & ab eo benedictionem petere. In Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere tenentur, sine qua, gratis tamen per Episcopum concedenda, in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possunt, ut statuit. Trident. Concil. *sess.5. de reformat. cap.2.* & ex eo colligunt Ludov.Miranda *in man. Prælator. tom.1. quæst.50. art.2.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.3. q.32. art.1. cum seqq.* Campan. *in diversi. Jur.Canon.rub.12. cap.13. à n.6.* Aloys. Ricc. *in prax. aurea, resol.290.* Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. tract.2.cap.3. q.36.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc.p.3. alleg 75. ex n.18.*

Ex quo Conciliari Decreto patet differentia circa approbationem & licentiam obtinendam ad prædicandum inter regulares id facere volentes in Ecclesiis suorum Ordinum, & inter eos, qui prædicare desiderant in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt: & quoad primos ultra ea, quæ expressis verbis decidit Conc. Trid. *dict.c.2* dicitur per sacram Congregationem fuisse decisum, Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes non teneri ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantùm à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter Episcopo præsentare, & ab eo petere benedictionem, tametsi eam minimè obtinuerint. Ita Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.3. quæst.32. art.5.* Aloys.Ricc. *in praxi rer. fori Eccles. resol.633. in 2. edit. & in decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapol. decis. 219. part.2.* Valet. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.18. n.123.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. licentia,* Armendar. *in addit. ad Recopil legum Navarræ, lib.2. titul.18. l.71. de Relig. n.56.* Laurent. de Peyrinis *de privil. Regul. tom.3. in addit. ad const. Sixti IV. cap.2. n.9.* quos refero ego ipse *d. alleg.76. n.18.* ubi *n.20.* cum Ludovic.Mirand. *dict. tom.1.q.50. art.3 concl.1.* adverto decretum Concilii *sess.24. de reformat. c.4.* de non prædicando contradicente Episcopo quoad Regulares, intelligendum esse, ac limitandum de illo tempore, & hora, quâ Episcopus prædicare voluerit, aut coram se facere solemniter prædicari, non verò aliàs, ne contrariari videatur textui *in dict. cap.2.* ejusdem Concilii, concedenti Prædicatoribus Regularibus in Ecclesiis suorum Ordinum cum sola Episcoporum benedictione posse prædicare, etiam non habitâ expressâ licentiâ. Ad quam obtinendam tenentur se personaliter præsentare coram Episcopo ad ostendendum humilitatis, & reverentiæ signa. Concil. Trident. *d. cap 2.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. prædicatio,* §.3. Franc Leo *p.1. cap.8. num.10.* Laurent. de Peirinis *dict. cap.2. n.11.* ubi limitat nisi sit gravi alioquo impedimento detentus. 11

Circa hujusmodi licentiam concedendam advertat Episcopus, ne eam deneget ubi præsentatus fuerit Prædicator idoneus, quia nec illum potest ad libitum, & sine rationabili causa à prædicatione suspendere, ut refert decisum Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib.4 tit.30.l.3. de Prædicatoribus, n.8. & 9.* si tamen suspendat, non tenetur causam exprimere, quare ad hoc prohibendum moveatur, prout etiam resolutum attestantur Franç. Leo *in thesauro fori Ecclesiast.p.1. cap.8. n.9.* Campan. *dict. cap.13. num.8.* Ego ipse *d. alleg.76. n.22.* Laurent. de Peirinis *d. cap. n.9.* quia potest Episcopus interdicere Regulari, ne prædicet, licentiâ non petitâ, etiam non reddità causâ, 12 13 14

causâ. Piasec. *in praxi Episc. p. 2. cap. 3. n. 41. vers. si item.* Ego ipse *d. alleg. 76. n. 28.*

25 Regulares verò prædicare volentes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, quia ultra licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam habere tenentur, possunt ab eo examinari de doctrina, si ita expedire judicaverit, eo quòd ad Ordines, & Confessiones per illum examinari solent, ut innuit Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 23. in comment. lit. L*, & colligitur ex declaratione S. Congreg. Conc. sub die 21. Januar. 1628. cujus meminit Laurent. de Peirinis *d. cap. 2. n. 10.* Et non dissentit Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. q. 32. art. 6.* dum vult Regulares semel ab uno Ordinario approbatos, fore iterum approbandos, si rursus prædicare velint. Quoad alios verò, qui in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volunt, credo Episcopi examen de doctrina fieri non posse; quia solummodò benedictionem esse petendam in hoc casu Concilium jubet, *d. cap. 2.* & ad hos terminos reducenda sunt, quæ resolvunt Ludov. Mirand. *d. q. 50. art. 2. concl. 1. in med.* Campan. *dict. cap. 13. n. 9.* & Diana *moral. resol. tom. 3.* Laurent. de Peirinis *d. cap. 2. n. 10.* dum absolutè, & in omni casu volunt, Prædicatores Regulares non posse ab Episcopis examinari sed sufficere quod sint examinati à suis Prælatis: nisi alicubi longo usu obtentum esset examinari circa doctrinam Prædicatores omnes etiam Regulares, ut benè observat Campan. *d. cap. 13. n. 9.*

16 Prædicatores hujusmodi Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicaverint in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, quamvis decreto Concilii *in d. cap. 2.* contrafecerint, non poterant puniri ab Episcopo, sed tantùm à suis Superioribus Regularibus, secundùm communem omnium sententiam quam sequuntur Quarant. *in summa Bullaris, verb. privilegia Regularium*, Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. excommunicationis causa materialis, §. 4.* Piasec. *in simili praxi, p. 2. cap. 3. n. 41. vers. prædicans*, Campan. *d. cap. 13. num. 10.* Contrarium tamen est omninò tenendum, ut statuit Gregorius XV. in sua Constitut. incipiente *Inscrutabili*, sub dat. Nonis Februarii 1622. his verbis: [Ac demùm habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coërcendi, & puniendi quoscumque exemptos, tam sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non peritâ illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint, &c.]

17 Laicis verò omninò est interdictum, ut publicè in Ecclesia prædicent, & fœminæ multò magis, *c. cùm ex injuncto de hæret. cap. mulier, 23. dist. cap. mulier, de consecr. dist. 4.* Quod specialiter vetuit Apostolus Paulus ex quo tempore legitur etiam Mariam Magdalenam, quæ prædicare solebat, humiliter desiisse; & sic fœminæ, quantumvis doctæ, & sanctæ, non esse committendum prædicandi munus, resolvit Ricciul. *d. lib. 5. c. 10. à princ.* Verùm laicis, non præsentibus Clericis, vel si præ-

18 sentes sint, permittentibus, non quidem publicè prædicare, sed inter spirituales personas utiles habere sermones non prohibetur, quin potiùs textus *in dict. cap. cùm ex injuncto*, non solum desiderium intelligendi sacras Scripturas, & secundùm eas studium adhortandi, in eis quoque non reprehendendum, sed commendandum existimat, dummodo non in occultis conventiculis, aut in contemptum Sacerdotum id fiat: & in summa ex delegatione Apostolica poterit laicus prædicare. Sylvest. *verb. prædicator, n. 6.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 9. cap. 1. n. 12.* Ricciul. *d. lib. 9. cap 9. n. 5.* ubi *n. 9.* videtur tenere idem licere de licentia Episcopi. Sed non ob id dicendum est, prædicare esse actum 19 alicujus Ordinis sacri, quia licèt *in d. cap. adjectimus 16. q. 1.* habeatur, *ne aliqui præter Sacerdotes Domini audeant prædicare*; id tamen intelligitur de illis, qui propriâ & ordinariâ auctoritate prædicare præsumunt, ut advertunt Nav. *cons. 2. de tempor. ordinat. in antiq.* aliàs *cons. 7. de offic. deleg. in nov.* & Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. prædicare 2.* Tum quia etiam Clerico, qui non sit in sactis constitutus, potest Episcopus committere prædicationis munus, ut resolvunt Sayr. *in thesib. decisionum, sub tit. de tempor. ordinat. decis 2.* Rendina *in promptuar. recept. sent. tit. 27. n. 24.* Ugolin. *de potest. Episc. cap. 42. §. 2. n. 1.* Pollevin. *de offic. curat. cap. 3. n. 14. in fin.* me citato *in hoc loco.* Didac. Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requis. anno 30. q. 8. n. 7.* novissimè Ricciul. *Eccles. lucubrat. lib. 5. cap. 2. n. 11.* Quamvis non sine dubitatione transeat hæc resolutio, ex iis quæ adducit Henriquez *in summ. lib. 6. cap. 18. §. 8.* dum ait Paulum III. Societati Jesu indulsisse, ut ipsius Regulares valeant prædicare, licèt sactis initiati non sint.

Est autem prædicationis munus præcipuum 20 Episcopi, *cap. Episcopus, il 3. distinct. 88.* Campan. *dicta rub. 12. cap. 13. n. 13.* Omnes namque Episcopi & alii Ecclesiarum Prælati tenentur per seipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Evangelium, *cap. inter cætera, de offic. Ordinar.* Concil. Trident. *de sess. 5. cap. 2. & d. sess. 24. de reformat. cap. 4.* Si verò contigerit eos 21 legitimo detineri impedimento, viros assumere tenentur idoneos ad hujusmodi Prædicationi officium salubriter exequendum. Et ideò ad illum pertinet munus deputandi Prædicatorem, *d. cap. inter cætera*, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemorabili tempore, sicut resolutum attestantur Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. prædicatio §. 7.* Franc. Leo *in thesaur. fori Eccles. p. 1. cap. 8. sub n. 4.* Campan. *d. cap. 13. num. 14.* Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib. 4. tit. 30. lib. 3. de Prædicatorib. Sacra Scripturæ, n. 2.* ubi etiam quod hujusmodi Prædicatores pro aliis Ecclesiis à solo Episcopo absque ipsius consensu deputari possunt. Hodie tamen electio, & deputatio Prædicatoris 22 ad solos Episcopos in eorum Cathedralibus Ecclesiis spectat, nullâ habitâ ratione cujuscunque consuetudinis etiam immemorialis, quia talis deputatio Capitulo, vel Episcopo unà cum Capitulo, sive de ejus consilio, aut cuivis alteri competeret; in aliis verò Ecclesiis non est sublata 23 immemorialis consuetudo nominandi, vel præsentandi Prædicatorem pro illis Ecclesiis, ut refert decisum Armendar. *d. loco, n. 11. 15. & 18.* ubi *n. 21.* subdit: quod Capitulum in electione Concionatoris in Ecclesia Cathedrali nihil potest: quam declarationem ad litteram refert Laurent. de Peirinis *d. c. 2. n. 14.*

Singulis dominicis diebus, & aliis festivitati- 24 bus debent per se, vel per alios prædicare, & ita Prædicationem exprimere, ut vulgus intelligere possit, *cap. Episcopus, 18. q. 1.* Concil. Trident. *dict. sess. 24. de reform. cap. 4.* ubi saltem omnibus dominicis, & solemnibus diebus festis; tempore autem jejuniorum Quadragesimæ, & Adventus Domini quotidie, vel saltè tribus in hebdomada diebus, &c.

Quæ verba referuntur tantùm ad Tempus Quadragesimæ, & Adventûs, non autem ad Vigilias, quibus illud prædicandi præceptum non est, prout resolutum attestatur Armend. *d. l. 5. de Prædicator. sacr. Script. n.* 28. & 29. ubi *num.* 31. asserit etiam decisum per dictum caput 4. relinqui arbitrio Episcoporum, ut in tempore Quadragesimæ, & Adventûs quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minùs illis tribus diebus prædicetur. Refero ego ipse *dict. part.* 3. *allegat.* 76. *n.* 30.

25 Evaristus Papa *in c. sicut vir,* 6. *q.* 1. sic ait: [Episcopus debet oportunè, & importunè, atque sine intermissione Ecclesiam docere, & ita cum tanta reverentia ejus doctrinam suscipere debet, eumque diligere, ut legatum Dei, & præconem veritatis.]

26 Unde idem Summus Pontifex, ut habetur *in cap. Diaconi, il* 1. *distinct.* 93. prædicanti Episcopo septem Diaconos instituit qui eum dum Evangelicæ Prædicationis officio fungeretur, diligenter custodirent, eique prædicanti assisterent, propter honorem Verbi Dei, & propter testimonium veritatis. Nam secundùm Apost. ad Timoth. [Oportet Episcopum testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non opprobrium incidat. Unde & ad Tit. 2. 26. Verbum, inquit, Episcopi sanum oportet esse; & irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur nihil mali inveniens quod opponere valeat.] Propterea etiam eidem Episcopo celebranti Sacerdotes adstare jubentur, ut rectè sacrificasse probetur. Cum mitra quoque & baculo pastorali prædicat Episcopus Verbum Dei, ut per Gloss. *in cap. nullus Episcopus, de consecr. distinct.* 1.

27 Archipresbyteri quoque, & cæteri Ecclesiarum Rectores curam animarum habentes Verbum Dei prædicare per se, vel per alios, si legitimè fuerint impediti, tenentur diebus saltem dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascere salutaribus verbis, docendo quæ sciri omnibus necessarium est ad salutem. In iis verò Ecclesiis Parochialibus, quæ Monasteriis subjectæ inveniuntur, & nullius sunt Diœcesis, Abbates, & Regulares Præpositi ad id præstandum vel curandum compelluntur ab iis Metropolitanis, in quorum Provinciis sunt sitæ. Episcopi verò in Parochiis, ubi ipsi Parochi prædicare non valent, alios idoneos deputare debent impensis eorum qui tenentur, vel solent. Ita colligitur ex Concilio Tridentino *dict. sess.* 5. *de reformat. cap.* 2. & *dict. sess.* 24. *de reformat.*

28 *c.* 4. Unde colligitur deputandos esse Prædicatores impensis eorum, qui eos præstare vel tenentur, vel solent; quod etiam pro Ecclesia Cathedrali intelligendum esse tradit Armendar. *dict. leg* 3. *de Prædicatorib. sacr. Scriptura, n.* 17. ubi *n.* 22. subdit, quod in Ecclesiis inferioribus ubi viget consuetudo, quod populus dare soleat Concionatori, ea servanda est, nisi forsan facultas nominandi Prædicatorem Universitati ab immemoriali tempore competeret, & Episcopus talem nominationem sibi vindicaverit: & *num.* 23. quod merces, quæ Prædicatoribus tribui solet, nulla ex parte à pensionariis est exigenda, atque eo minùs si populus hos sumptus facere solebat: *num.* 24. quod

29 si ex publico Civitatis ærario Concionatori solent eleemosynæ dari, ea consuetudo servanda est.

30 Monebit Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ suæ interesse, ubi commodè fieri potest ad Verbum Dei audiendum, sicut idem Concilium Tridentinum statuit *d. cap.* 4. & referunt Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verb. Prædicatio.* §. 4. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 7. *c.* 3. *q.* 7. & *lib.* 12. *c.* 2. *q.* 1. *vers. deinde.* Et ita populus 31 admonendus est, ut diebus dominicis, & festis majoribus frequentet suas Parochias; excommunicandus tamen non est si monitioni non paruerit, ut refert decisum Armandar. *d. l. de Prædicator. sacræ Scripturæ, n.* 33. quem refero ego ipse *d. allegat.* 76. *n.* 34. & 35.

Quæ autem sunt Fidelibus specialiter prædi- 32 canda, sunt quinque, videlicet quid credendum, quid servandum, quid vitandum, quid timendum, quid sperandum. Hæc sunt quinque verba, quæ sensu suo Apostolus 1. *ad Corinthios* 14. volebat in Ecclesia loqui, ut alios instrueret; sunt enim in primis articuli fidei populis prædicandi, qui in Symbolo continentur, ut statuit Agathense Concil. *in cap. Symbolum, de consecrat. dist.* 4. Deinde præcepta divina servanda, peccata verò vitanda æternum supplicium timendum, & præmium æternæ vitæ sperandum, *Clement. cupientes, vers. & quia, de pœn.* Sed in rebus hujusmodi prædicandis tria præcipuè servanda ei, qui prædicat, ostendit Apostol. Petrus, ut habetur *in cap. oporte,* 8. *q.* 1. scilicet, ut sit vita irreprehensibi- 33 lis, eruditus, & in dicendo maturus, & pavidus; sic enim de Clemente discipulo suo loquens ait, [Oportet, eum, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere.]

Debet ergo apprimè esse eruditus & doctus, 34 irreprehensibilis, maturus & pavidus, *cap. in sancta, 92. distinct.* Debet quoque gratiam docendi habere, ut potentes possit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere, prout habetur *in cap. oportet,* 8. *q.* 1. deinde in suis Sermonibus, & Concionibus non esse debet multùm prolixus, ne suâ loquacitate nimiâ, atque prolixâ odiosus fiat, sicut dicitur *in cap. sit Rector, 43. dist.* Quare Prædicatores monentur *in* §. *Ecce dist.* 36. ut sacris litteris semper insistant, ne tunc discere studeant, quando alios instruere debent. Doctores enim vocantur, ut docendi munus exerceant. Gloss. *in cap. de summ. Trinit. lib.* 6. Verùm illud 35 vitare debent, quod Tridentinum Concilium admonet, scilicet apud rudem plebem difficiliores, & subtiliores quæstiones, quæve ad ædificationem non faciunt, proponere, aut disputare, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio: incerta etiam, vel quæ specie falsi laborant, evulgare, aut tractare. Ea verò, quæ ad curiositatem quandam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala, & fidelium offendicula à suis debent prædicationibus amovere, ut idem Concilium monet ac præcepit. De discretione autem, & modo ac tempore seminandi Verbum Dei, multa Gregor. Pontifex *in Pastorali*, & alii Patres scripserunt, de quibus 45. *distinct. per tot.* Alia verò multa, quæ in concionibus sunt vitanda, aut servanda, ab iis quisque poterit edoceri, qui de Rhetorica Ecclesiastica libros scripserunt.

Quòd si contingat, ut Prædicator errores, aut 36 scandala disseminet in populum, debet ei Episcopus interdicere Prædicationis officium; si verò hæreses prædicaverit, contra eum secundùm Canonum Decreta procedere debet; curare tamen tenetur Episcopus, ne hujusmodi Prædicatores Evangelii calumniosè vexentur, ut idem Concil. 37 Trident.

Trident. *d.sess.5. de reform.c.2.* decernit, & tradit Ludov. Mitand. *d.tom.1.q.50.art.7.* Campan. *dict.*
38 *rub.12.cap.13.num.21.* Et propterea Episcopos cavere jubet idem Concilium, ne Regulares extra claustra & obedientiam religionum suarum viventes, vel etiam Presbyteros sæculares, nisi ipsis noti sint, & moribus, atque doctrinâ probati, in suis Diœcesibus prædicare permittant; & si privilegia prætendant, Episcopus priùs Sedem Apostolicam consulat, quæ nonnisi tacitâ veritate, vel expresso mendacio indigois prædicandi privilegia
39 concedit. Quæstores quoque, & eleemosynarii, aut quæstuarii vulgò nuncupati, prædicare per se, vel per alios prohibet prædictum Concilium *dict. session. cap.2. & session.21. cap. ultim.* ubi *in collect.* plures citavi, & addo nunc Petr. de Bollo *in œconomia Canon. classe 3.cap.3. §.4. sub rub. Quæstorum prædicatorum tollendus abusus ab Ecclesia.* Et hactenus de Prædicantibus Verbum Dei, deque Prædicationis officio.

40 De audientibus autem tria tantùm sunt secundùm jus ecclesiasticum annotanda. Primum est, quod unusquisque fidelis debet temporibus prædicandi Parochiæ suæ interesse, ubi commodè fieri potest, ad audiendum Verbum Dei, ut habetur *in cap. sacris, 16. q.11.* & in Concil. Trident. *d. sess.24. cap.4. de reformat.* cum his, quæ suprà diximus circa hoc propositum. Secundum, quod nemo est prohibendus Ecclesiam ingredi ad Verbum Dei audiendum, etiamsi infidelis, aut hæreticus, *cap. Episcopus nullum, de consecrat. dist.1.*
41 Quod etiam de his, quibus interdictus est ingressus Ecclesiæ, videtur intelligi, per textum *in cap. responso, de sent. excom.* quia etiam tempore interdicti Prædicatio Verbi Dei non prohibetur, *d. cap. responso.* Henriq. *in summ. lib.13. cap.44. §.2. vers.5.* Ugol. *de censur. tab.5. cap.8. in princ. n.5.* Sayr. *cod. tract. lib.5. c.5. n.43.* Campan. *d. rub.12. cap.13. num.21.* sed ad divina tantùm officia non admittentur, *dict. cap. Episcopus nullam, in fine.*
42 Excommunicati verò excocommunicatione majori omninò excluduntur, quibus fidelium communio denegatur, nisi totus populus esset innodatus, ut habetur *in dict. cap. responso.* Singulares verò personæ possunt privatim moneri, ut suo loco dicemus. Tertium, quod olim à Concilio Carthaginensi, de quo *in cap. sacerdote, de consecr. distinct.1.* fuerat constitutum, ut Sacerdote verbum in Ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuisset, excommunicationis sententiam sustineret.

43 Nunc verò quoad docendi munus pertinet, sciendum est, quod ad officium spectat Episcopi providere, ut subditi sui scientias; tam liberales, vel sæculares, quam etiam Ecclesiasticas discant. Quare primò fuit constitutum in sacris Conciliis, Lateranensi scilicet *in cap.1. & in cap. quia, de Magistr.* & Trident. *sess.5. de reformat. cap.1.* ut
44 lectio sacræ Theologiæ, & sacræ Scripturæ expositio in singulis eorum Diœcesibus maximè ubi Clerus numerosus reperitur, habeatur; subditque
45 idem Concilium Tridentinum, ut in Monasteriis quoque Monachorum, ubi commodè fieri queat, etiam Lectio sacræ Scripturæ habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant, ut ex eo tradunt Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.2. c.2, num.9.* Piasec. *in praxi Episc.part.1.cap.3. num.41. vers. item.* Campan. *d.rubr.12.c.13.num.5.* Gallet.

in margarita casuum conscientiæ, verb.legere, & verb. licentia, ubi ait non requiri licentiam, seu examen Ordinarii ad illam lectionem sacræ Scripturæ in Conventibus Regularium habendam, ego ipse 46
de offic. & potest. Episcop. p.3. alleg.56. num.11. ubi refero Paulum V. *Constit. sua incip. Apostolicæ servitutis*, sub dat. Kalendis Augost. 1610. ordinasse, ut in omnibus Regularium Domibus, seu Monasteriis lectio linguarum Hebraïcæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & à Regularibus diligenter addiscatur.

Nemo autem ad hujusmodi lectionis officium, 47
tam publicè, quàm privatè extra Regularium Monasteria habendum debet admitti, qui priùs ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus & approbatus non fuerit, ut statuit Concilium Tridentinum *d. c.1. prope finem.* Et pro facul- 48
tate docendi nihil exigi debet, aut promitti, ut probatur *in cap.2. & 3. de Magistr.* Si tamen pro ea pretium detur, vel recipiatur, nulla simonia committitur, quia actus docendi non est res sacra, nec actus potestatis spiritualis, pro qua pretium dari non potest, ut relolvunt Suar. *de Relig. tom.1. lib.4. de simon. cap.18. num.19.* Filliuc. *tract.45.c.4. q.8. n.12.* Less. *de Justit. lib.2. cap.35. dub.15. n.82.* Bonacin. *de simon. q.4. §.10. n.10.* & ut præsertim personæ ecclesiasticæ disciplinis, ac scientiis imbuantur, curæ Episcopi injungitur providere, ut idonei ad id Clerici studia litterarum adeant, & sacris præsertim litteris incumbant, *cap final. de Magistr.*

Concilium verò Tridentinum *sess 24 de reformat.* 49
cap.18. statuit ut Clericorum seminarium instituatur, qui Grammatices, Cantus, Computi Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discant, sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tractent, maximè quæ ad Confessiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum, & cæremoniarum formas ediscant. Vide Archiepisc. Bonon. *part.4. sub titul. de seminar. p.g.255 cum seq.* Paul. Fusc. *de visit. lib.1.c.16.n.8. cum seq.* Zetol. *in praxi Episcop. p.1. verb. seminarium*, & meipsum *de offic. & potest. Episc. p.3. alleg.77.*

Magistri quoque ac Doctores provideri ab Epi- 50
scopis in subjectis plebibus debent, qui studia litterarum, & liberalium artium dogmata assiduè docant, *c.de quibusdam, 37. distinct. d.cap.1. & cap. quia, de Magistr.* sed & pro lingua Græci, Hebraïca, Chaldæa, atque Arabica Magistri in studiis publicis fideles, & Catholici sunt habendi, sicut in Viennensi Conc. Clemens V. decrevit, prout refertur *in Clem.1. eod. tit. de Magistr.*

Multa autem privilegia hujusmodi Magistris 51
conceduntur, ut scilicet præbendarum suarum, & beneficiorum fructus percipere in absentia, dum publicè in scholis docuerint, valeant, ut probatur *in cap.fin. de Magistr.* & in Concil. Trident. *sess.5. de reformat. cap.1.* Petr. Ledesma *in tract. de privil. Doct. p.2. §.22.* Jacob. Benn. *in tract. de privileg. Jurisc. §.11. privil.15.* Alex. Monet *de distribut. quotid. p.2. q.20.* Sanctarell. *var. resol. q.3. ex n.9.* plures quos refert *de offic. & potest. Episcop. p.3 allegat.56. num.18.* Requiritur ergo quod docent publicè, de licentia scilicet Universitatis, seu claustri, sive Collegii Doctorum, ratione stipendii, seu Cathedræ, prout decisum refert Nicol. Garc. *de benef. p.5. cap.2. num.59. & 60.* Ego ipse *d. allegat.59. num.27.* & in scholis generalibus scilicet, seu celebri Universitate, prout docent Læl. Zech. *de Rep. Eccles.*

tit. de Cleric. n.7.vers.28. Horat.Lut.ad fin.tract.de privil.schol.n.23. Flor. de Mena var. lib.3. q.24.

52 n.19. Ego ipse d.allegat.56. n.24. Studium autem generale illud dicitur,quod est erectum,& institutum per Papam, Regem, seu Principem, ut tenent Perez l.1. tit.10.lib.Ordin.Chassan.in Catalogo gloriæ mundi, p.1. consid.32. Ego ipse d. alleg.56. n.22. Unde non sufficit studium, quod non sit Universitas,quamvis in eo optimè legatur,& publicè pateat cuicumque audire volenti, ut dixi d. allegat.36. n.22. Quicquid in contrarium teneant Monet. d. q.10. n.17. Sanctar. d. q.3. n.11.

53 Studentibus quoque nonnulla privilegia conceduntur, de quibus fit mentio in d. cap. fin. de Magistr.& in c.cum ex eo,ubi Glos. verb.litterarum, de elect. lib.6. & tetigi d. alleg.56. ex n.19.

54 Magistris verò, atque Doctoribus in Universitatibus studiorum præcipitur in Concilio Tridentino sess.25. de reform.cap.2. ut ea, quæ Catholicæ fidei sunt, doceant, & interpretentur: & propterea initio cujuslibet anni solemni ad id juramento se debent astringere. Deinde Pius IV. in sua Constit. incip. In sacrosancta, sub dat. ibid. Novembr.1564. in Bullario novo 114. multa observari præcepit in ordinatione,& promotione Doctorum,& per alios cujuslibet artis, & facultatis professores, ut refert Anton.Ricciul. de jur.person.extra Eccles.grem.exist. lib.1.cap.13.n.2. ubi n.9. ait ex eadem Pii IV. Constitutione, Magistros, & Doctores Universatum, & studiorum generalium teneri Fidei professionem facere in Rectorum,vel aliorum studii Superiorum manibus, ut per Aloys.Ricc. in dec. Cur. Archiep. Neapol. dec.84. part.4.

De officio autem Episcopi in docendo, vidimus capite proximo, & de simili Parochorum munere infrà hoc lib. c.20. de Plebanis, remissivè.

CAPUT XIV.

De Visitatione ab Episcopis, & Prælatis facienda.

SUMMARIUM.

1 *Visitationis tractandæ materia dividitur.*

2 *Visitatio Ordinariis Ecclesiasticis ad correctionem subditorum, & reformationem Ecclesiarum jure incumbit.*

3 *Visitandi officium ad eos pertinet, qui jurisdictionem Ordinariam in aliquos obtinent, quales sunt post Romanum Pontificem Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi.*

4 *Archidiaconi, & Decani, seu Capitula Ecclesiarum in suis Ecclesiis subditis jus obtinent visitandi, si id longa consuetudine præscripserint ut* n.13.

5 *Legati Apostolicæ Sedis, aut Visitatores specialiter constituti à Romano Pontifice, vel ab Episcopis, jus obtinent visitandi.*

6 *Episcopi, & omnes Cathedralium Ecclesiarum Prælati quotannis propriam Diœcesim per se ipsos, aut si legitimè fuerint impediti, per Vicarios suos, vel Visitatos,qui Presbyteri sint, aut Diaconi, totam, aut saltem majorem ejus partem visitare tenentur.*

7 *Vicarius Generalis jus visitandi non habet, nisi specialiter eidem committat Episcopus.*

8 *Capitulum Sede vacante potest visitare Ecclesias Episcopatui subjectas, quia succedit in potestate visitandi jure ordinario Episcopis concessa.*

9 *Archiepiscopi non possunt Cathedrales Ecclesias & Diœceses Suffraganeorum suorum visitare, nisi causâ cognitâ, & probatâ in Synodo Provinciali,& antequam visitent aliorum Diœceses, debent suam visitare.*

10 *Archidiaconi, vel decani, aut alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi visitationem facere legitimè consueverunt, debent assumpto Notario de consensu Episcopi, per seipsos tamen ibidem visitare.*

11 *Visitatores à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus habet visitandi, sunt prius ab Episcopo approbandi, ubi soli Capitulo absque Episcopo jus competit, ut n.15.*

12 *Archidiaconi, & alii inferioris visitationis facta rationem Episcopo intra mensem reddere adstringuntur.*

14 *Episcopus potest Archidiaconis, & aliis inferioribus jus visitandi habentibus præstituere terminum ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum.*

16 *Abbates, qui sunt Ordinum capita, necnon cæteri Ordinum Superiores Episcopis non subjecti, Prioratus, & Monasteria sibi subdita visitare ex officio debent, quamvis commendata existant.*

17 *Monasteria commendata, Abbatiæ, Prioratus, & Præposituræ, quæ suorum Ordinum Capitibus non subsunt, in quibus non viget Regularis observantia, ab ipsis Episcopis sunt annis singulis visitanda.*

18 *Episcopus non debet se interponere in Monasteriis, in quibus viget Regularis observantia.*

19 *Ecclesias quascunque quomodolibet exemptas possunt locorum Ordinarii auctoritate Apostolica singulis annis visitare.*

20 *Ecclesiæ seculares nullius Diœcesis, quantumcunque exemptæ, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ, earumque Prælati seculares habentes in eas jurisdictionem quasi Episcopalem, possunt ab Episcopo, cujus Cathedralis proximior est visitari.*

21 *Ecclesias Curatas unitas Monasteriis potest Episcopus Ordinarius locorum visitare, & in eis ponere Vicarios perpetuos sive temporales, prout ei magis expedire videbitur.*

22 *Ecclesiæ Curatæ, aut Parochiales quovis modo subjectæ Militibus S. Joannis Hierosolymitani visitari debent ab Episcopis tanquam Ordinariis, in iis, quæ pertinent ad curam & exercitium animarum.*

23 *Curati Ecclesiarum Religionis Hierosolymitanæ tenentur sicut alii Curati ad omnes functiones præstanda, ac proinde ad assistentiam pro consecrandis oleis, & ad processiones.*

24 *Personæ ipsæ quacumque curam animarum exercentes in Regularum Ecclesiis, subsunt immediatè Episcopis quoad curam.*

25 *Capitula Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum, eorumque personæ, nullâ obstante exemptione, à locorum Ordinariis toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari possunt.*

26 *Hospitalia, & Collegia quacumque, ac Confraternitates laicorum quæ sub Regum immediata protectione non sunt, nisi ipsi consentiant, sunt ab Episcopo visitanda, etiamsi eorum curam ad laicos pertineat.*

27 *Ordina*

27 *Ordinarius non potest se intromittere in Hospitalis visitatione, si in illius fundatione dictum sit, quod non possit se intromittere in ejus visitatione.*

28 *Hospitale privatum potest Ordinarius visitare, corrigere, & reformare in iis tantum, quæ ad observandam fundatorum voluntatem pertinent.*

29 *Hospitalia etiam unita, in quibus Ecclesiæ sunt, ubi assiduè divina officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, debent ab Ordinariis visitari.*

30 *Confraternitatem laicorum erectam in Ecclesiis Regularium potest Ordinarius visitare.*

31 *Monasteria Monialium Sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, ab Episcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernantur in concernentibus spiritualia tantùm, non temporalia.*

32 *Clerici omnes, tam seculares, quam regulares, nullo obstante privilegio visitari ab Episcopo possunt.*

33 *Clericos seculares exemptos ab Episcopo, & alteri inferiori Ordinario seculari intra Diœcesim existentes subjectos, extra visitationem corrigere, & punire non potest Episcopus vigore Concilii Trident.* sess.14. de reformat. cap.4.

34 *Exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, vel querela, etiam à Sede Apostolica interposita potest impedire visitationem in iis, in quibus de morum correctione agitur.*

35 *Episcopus antequam Diœcesim suam visitare incipiat, debet Synodum Diœcesanam celebrare.*

36 *Adventum suum iis, quos visitare intendit, nunciare debet Episcopus.*

37 *Libro visitationum præteritarum, & prædecessorum suorum debet Episcopus visitans examinare.*

38 *Personas quot Episcopus visitans secum adducere debeat, ostenditur.*

39 *Pontificalem librum secum deferre pro cæremoniis servandis debet Episcopus visitans.*

40 *Annulum signatorium, seu sigillum, & formulas juramentorum, & libros Canonum, & Ecclesiasticarum constitutionum secum deferre debet Episcopus visitans.*

41 *Episcopi, & visitatores monentur, ut extra civitatem pro visitatione proficientes, modesto contenti equitatu & famulatu studeant quam celerrimè visitationem absolvere.*

42 *Episcopi visitantes, & quisquam suorum pro visitatione nihil procurationis causâ accipere debent, nec pecuniam, aut munus quodcunque sit, etiam qualitercumque oblatum.*

43 *Episcopus cum ad visitationem accedit, est honorificè à Clero, & populo loci suscipiendus.*

44 *Episcopus ubi incipit visitare, ad quæ respicere debeat, ostenditur.*

45 *Ecclesiam visitans de quibus quærere debeat, ostenditur.*

46 *Sacrorum custodiam visitans quæ perquirere debeat, ostenditur.*

47 *Domum Ecclesiæ ubi visitat Episcopus, quæ scrutari teneatur, ostenditur.*

48 *Rectorem Ecclesiæ vel Curatum de quibus Episcopus interrogare debeat, necnon loci incolas, atque laicos, ostenditur,* & n.49.

50 *Monasteria virorum, vel mulierum visitans Episcopus, ad quæ attendere debeat, ostenditur.*

51 *Hospitalia, & alia loca pia visitans, attendit ut institutum legitimè servetur, redditus bene dispensentur, & administratores reddant fideliter rationes.*

INTER cætera, quæ ad curam, & vigilantiam Episcoporum pertinent, non minor est frequens, ac sedula suæ Diœcesis visitatio, ut suprà *de officio Episcopi* vidimus, de qua specialiter hoc in loco agere proposuimus, & erit hæc quædam brevis faciendæ visitationis formula, quam ex sactis Canonibus, & Tridentino Concilio, ac Doctorum scriptis eliciemus. Primò autem videbimus, unde dicatur visitatio, & quomodo definiatur, quis visitare possit, & quæ personæ, vel loca sint visitanda, & quæ visitari non possint: deindè quæ servare debeat Episcopus, aut alius visitare proponens: postremò verò formam, & ordinem visitandi breviter referemus. 1

Visitatio, sicut & verbum *visitare*, multipliciter accipitur, tam apud bonos Auctores, quàm ex sacris litteris, ut constat ex Calep. Thesauro, & aliis. Mar. Soc. *de visit. in princ.* Nihilominùs ex mente Juris *in cap.conquerente, de officio Ordin. & in cap.1. §. ultim. & per tot. de censib. lib.6.* cum aliis, visitatio quatenus spectat ad Pastores Ecclesiarum, describi potest, ut sit annua inquisitio, quæ Ordinariis Ecclesiasticis ad correctionem subditorum, & reformationem Ecclesiarum jure incumbit, itaut inquisitio sit loco generis, reliqua verò loco differentiarum adjiciantur. Dixi, *Ordinariis Ecclesiasticis*, quia attento Jure his tantùm competit visitatio, & ita includuntur Episcopi intra suam Diœcesim, Legati Apostolici, Archiepiscopi, & cæteri, de quibus infrà. Dixi, *ad correctionem, &c.* ut ita significetur finis principalis, in quem visitatio ordinatur, ut intendit caput *cum venerabilis 21. de censib.* ibi, *causâ correctionis, cap. procuratores 23. in fine, eod. tit.* Juvat illud Ezech.34. [Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas sicut visitat Pastor; & quod perierat, requiram; quod abjectum fuerat, alligabo; & quod infirmum fuerat, consolidabo, &c.] Fr.Ludov.Granat. *in concione de officio Pastorali, p.2. vers.8.* 2

Visitandi ergo officium ad eos pertinet, qui jurisdictionem ordinariam in aliquos obtinent, quales sunt post Romanum Pontificem, Patriarchæ, & Archiepiscopi, atque Episcopi in suis Provinciis, & Diœcesibus, *cap.1. de censib. lib.6.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.3. c.40. q.6. vers. quæret,* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.3. alleg.73. n.21. in fine*, itaut Episcopi habeant intentionem fundatam quoad jus visitandi omnes Ecclesias suæ Diœcesis, *cap.omnes Basilicæ 14. q.7. c.conquerente, de officio Ordin.* Rota apud Tamburin. *in fine tom.3. de jure Abbatum, decis.53. num.1. & decis.67. n.1. & decis.68. num.2.* Archidiacono quoque, & Decani, seu capitula Ecclesiarum in suis Ecclesiis subditis, *cap. super eo, cap. cum Apostolus, de censib. cap. conquerente, cap. inter cætera, de offic.Ordin. cap. Episcopum, cap. regenda 10. q.1.* & Abbates, atque Religiosorum Prælati in suis Monasteriis, *cap. pen. & fin. de statu Monach.* Legati quoque Apostolicæ Sedis, aut visitatores specialiter constituti à Romano Pontifice, vel ab Episcopis jus obtinent visitandi, *d.cap. Episc.10. q.1. d.c.inter cætera,* 3 4 5

de officio Ordin. cap. si Episcopus, eod. tit. in 6. c. cùm instantia, c. procurationes, de censib. Ego ipse *d. alleg.* 73. *n.* 21.

6 Tenentur autem Episcopi, & omnes Cathedralium Ecclesiarum Prælati quotannis propriam Diœcesim per seipsos, aut si legitimè fuerint impediti, per Vicarios suos, vel Visitatores, qui Presbyteri sint, vel Diaconi, totam, aut saltem majorem ejus partem visitare, itaut si fieri poterit, tota visitatio biennio compleatur. Concil. Trident.

7 *sess.* 24. *de reform. c.* 3. Vicarius tamen generalis hoc jus visitandi non habet, nisi specialiter eidem committat Episcopus, ut resolvunt Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma Vicariatus, n.* 100. & 101. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 110. *num.* 2. Fusch. *de visitat. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 18. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *quæst.* 4. Narbona *de appell. à vicario ad Episcopum, part.* 1.

8 *n.* 224. Ad Capitulum Sede vacante potest visitare Ecclesias Episcopatui subjectas, quia succedit in potestate visitandi jure ordinario Episcopis concessa, ut resolvunt Quarant. *in summ. Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, vers. quibus sic præliba tis, pag.* 134. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 37. *q.* 14. Ego ipse *d. alleg.* 73. *n.* 24. ubi *n.* 25. addo idem esse dicendum, quando Sedes Episcopalis quasi vacat, & sic omnia loca quæ poterat visitare Episcopus, visitare poterit Capitulum. Sacra Congreg. Concil. in Pampilonensi, 13. April. 1630. Visitare Diœcesim tunc potest Capitulum Sede vacante, quando lapsus est annus à postrema Antistitis visitatione, nec de proximo est Ecclesia de Pastore providenda: in ipsa verò visitatione circa famulatum, equitatum, & alia, forma S. Concil. Trid. *cap.* 3. *sess.* 24. *de reformat.* est præcisè observanda. S. Congreg. Conc. in Loman. 10. Maii 1629. etiam tempore triennii non expectato, licèt dicatur Episcopum consuevisse visitare singulis trienniis. Eadem S. Congreg. Conc. in Pampilonensi, 3. Februarii 1629. & 10. Decembris ejusdem anni.

9 Archiepiscopi tamen non possunt Cathedrales Ecclesias, & Diœceses Suffraganeorum suorum visitare, nisi causâ cognitâ, & probatâ in Synodo Provinciali. Concil. Trident. *d. cap.* 3. nec quicquam in eorum Diœcesibus, inconsultis ipsis agere, *c. conquestus*, & ferè *per tot. q.* 3. & antequam visitent aliorum Diœceses, debent suam propriam visitare, *cap.* 1. *in princ. de censib. lib.* 6. Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verb. Visitatio, versic. ad tertium.* Visitatâ enim sua Diœcesi, tunc visitare debet vel totam, vel partem provinciæ, visitando Diœceses, Civitates, Suffraganeos, eorum subditos, Capitula Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum Monasteria, Ecclesias, alia loca pia, Religiosos, Clericos, Populos, & accipere procurationes tantùm à locis visitatis, ut habetur *in dict. cap.* 1. §. *deinde.* Si verò cœperit visitare unam Diœcesim suæ provinciæ, non poterit illam dimittere, & mox ad eandem reverti, nisi priùs visitaverit omnes Diœceses Provinciæ, vel in toto, vel in parte. Sed si aliqua Diœcesis, vel Ecclesia indigeat visitatione plus aliis, si à Diœcesano illius Ecclesiæ, vel à communi consensu majoris partis Suffraganeorum fuerit requisitus, tunc intermissâ visitatione aliarum, revertetur ad eandem: sed si hoc malitiosè difficultant, tunc Archiepiscopus petere debet licentiam à Sede Apostolica confidenter, ut probatur *in d. c.* 1. §. *ex quo.* Plura circa Archiepiscoporum visitationem, & eorum jurisdictionem in Suffraganeos, illorumque subditos, dixi suprà *cap.* 8. *n.* 88. *cum seqq.*

Archidiaconi autem, vel Decani, aut alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi visitationem facere legitimè consueverunt, debent assumpto Notario de Consensu Episcopi, per seipsos tamen ibidem visitare. 10

Visitatores quoque à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus habet visitandi, sunt priùs ab Episcopo approbandi, ac propterea Episcopus ipse, aut ejus visitator eadem Ecclesias semel in 11 ab iis visitatoribus visitare est prohibendus. Cui 12 Episcopo Archidiaconi ipsi, & alii inferiores visitationis factæ rationem infra mensem reddere adstringuntur, ut plenius habetur in Concil. Trident. *d. cap.* 3. Unde colligitur Archidiaconos, 13 Decanos, Archipresbyteros, & alios inferiores visitandi jus habere, si id longâ consuetudine præscripse int, ut tenent Felic. Comnen. *in Man. visit. lib.* 3. *tit.* 3. *vers. Archidiaconi.* Fusc. *d. c.* 2. *n.* 14. Sarmient. *lib.* 3. *select. cap. ult.* Sbroz. *d. q* 120. *n.* 10. Azor. *d. cap.* 40. *q* 7. 8. & 9. Flores de Mena *var. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 23. Ego ipse *d. alleg.* 85. *n.* 22. ubi *n.* 39. post Piasec. *in praxi Episc. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. *pag.* 115. addo posse Episcopum illis præstituere terminum ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sint Ecclesiis, quas visitaverint.

Deinde colligitur, Capitulum superstite adhuc 14 Episcopo, ex præscriptione, vel privilegio visitandi jus habere posse, ut tradit Azor. *d. c.* 40. *q.* 8. quem refero ego ipse *dict. alleg.* 73. *n.* 26. Et tunc visitatores à Capitulo deputatos debere esse ab Ordinario approbatos, probat Concilium Tridentinum 15 *d. c* 3. quod quidem locum habere ubi soli Capitulo absque Episcopo competit jus visitandi, refert decisum Armend. *in addit. ad Recopil. legum Navar. lib* 1. *tit* 18. *l.* 7. *de Episc. n.* 110. ubi *n.* 111. pariter resolutum asserit, quod licèt Episcopus possit iterum visitare Ecclesias visitatas ab inferioribus, ut habetur *in d. cap.* 3. Concilii Trident. non potest tamen iterum punire punitos ab eis, nec ab illis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandam.

Abbates quoque, qui sunt Ordinum capita, 16 necnon cæteri Ordinum Superiores Episcopis non subjecti, Prioratus, & Monasteria sibi subdita visitare ex officio debent, quamvis commendata existant. Ipsa verò Monasteria commenda- 17 ta, Abbatiæ, & Prioratus, aut Præposituræ, quæ suorum Ordinum capitibus non subsunt, in quibus non viget Regularis observantia, ab ipsis Episcopis sunt annis singulis visitanda: ubi verò viget observantia Regularis, ea Episcopus regulariter visitandi jus non habet, sicut nec alia Monasteria ipsi non subjecta; sed tamen providere debet paternis admonitionibus, ut horum Regularium Superiores juxta eorum Regularia instituta debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, & moderentur. Quod si admoniti intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint, tunc ipse Episcopus eos visitare poterit, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, juxta eorum instituta: ita statuit Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap* 8. & *sess.* 25. *de Regul. cap.* 10. Unde colligo Abbates, Priores, & alios Regularium Præfectos visitandi jus habere Monasteria, & alia sibi subjecta loca, ut per Azor. *d. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 40. *q.* 9. quem refero ego ipse *in collect. ad cap. ult. n.* 3. *de statu Monach.* & ideo Episcopus non debet se 18 interponere in Monasteriis, in quibus viget Regularis observantia, ut ait decisum Armend. *in addit.*

ad

ad Recopil. legum Navar. lib.1. tit.6. de visit. n.98. quem refero ego ipse *dict. p.3. allegat.74. num.16.* Et addit idem Armendar. *ub proximè. num.100.* quod Episcopus potest visitare illa Monasteria commendata, perpetuò unita aliis Ecclesiis, vel piis locis, etiamsi ipsa pia loca sint sub Regulari protectione.

Visitatio facienda ab Episcopo potest inchoari ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit, reservatis juribus, & sine præjudicio aliarum Ecclesiarum. S.Cong. Rit. *in Egitana, 10. Junii 1602. ad 2. dub.* In visitatione quando fit inquisitio, quæ præparatoria vocatur, non licet Episcopo ad detegenda visitatorum peccata per edicta publica monere homines sub excommunicationis pœna ad revelandum, neque in ea exigere juramentum à visitatis. Ita refert decisum in S.Congr. Concil. Piasec. *in praxi Episcop. part.1. c.3. n.60.* Et ideò in edictis præparatoriis visitationum generalium non debet præcipere Episcopus in virtute Sanctæ obedientiæ, ut populus denunciet ea, quæ correctione, & emendatione digna judicabit, ut eadem S.Cong. censuit *in Oriolensi. 27. Martii 1632. ad 3.*

19 Ecclesias autem quascumque quomodolibet exemptas possunt locorum Ordinarii auctoritate Apostol. visitare, idque singulis annis facere debent, & opportunis juris remediis providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, si qua illis imminet, aliisque debitis obsequiis minimè defraudentur, ut idem Concil. Trident. statuit *sess.7. de reformatione, cap.7. & 8.* Quæ quidem visitationes locorum hujusmodi exemptorum præsumuntur factæ potiùs jure delegato, quàm ordinario, nisi contrarium probetur. Rota apud Tamburin. *in fine tom.3. de jure Abbatum, decis. 59. n.6.* hinc inferens *n.5.* visitationis actus non probare jurisdictionis quasi possessionem, cùm sint æquivoci, & possint fieri ab Episcopo jure delegato, & jure ordinario. Per quod Tridentinæ Synodi decretum testatur resolutum Armend. *in addit. ad recop. leg. Navar. lib.1 tit.6. de Visit. l.2. §.2. n.13.* Ciatlin. *controvers. forens. c.67.*
20 *n.24. & 25.* Ecclesias seculares nullius Diœcesis, quantumcunque exemptas, & Sedi Apostol. immediatè subjectas, earumque Prælatum sæcularem habentem in eas jurisdictionem quasi Episcopa-
21 lem, posse ab Episcopo, cujus Cathedralis est proximior, visitari: & *n.85.* pariter resolutum asserit in Ecclesiis Curatis unitis Monasteriis posse Episcopum Ordinarium locorum eas visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos sive temporaneos, prout ei magis expedire videtur: & *n.86.* addit Episcopum posse visitare Ecclesias exemptas; etiam inferioribus Prælatis subjectas. Item visitare potest Episcopus tanquam Sedis Apostol. delegatus Parochialem subjectam Monachis Oliveranis, & hoc debet exprimere, & Abbas potest condere decreta cumulativè cum Episcopo, sed quatenus sunt contraria, debent prævalere Decreta Episcopi. S. Congreg. Concil. *in Veron. 26. Julii 1618.* refert Joan. Maria Novar. *in Lucerna Regular. verb. Visitare, num.15.* Visitare quoque potest Episcopus Ecclesias Parochiales unitas Monasterio Canonicorum Regularium, quamvis Generalis habeat in eo loco Sedem ordinariam principalem. Eadem S. Congr. 2. Maii 1595. ut referunt Armend. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, lib.7. §.2. n.1. tit.6.* Novar. *d. verb. Visitare, n.14.* Visitare etiam potest Episcopus locum nullius Diœcesis, quatenus intra suæ Diœcesis fines situm esse constet, ac per eundem dimissorias concedi, Ordinesque conferri debent: dum autem intra cujus Diœcesis fines existat, non appareat, per Ordinarium viciniorem præfata adimplenda sunt. S. Congr. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, *in nullius Rutilianæ, Conversanæ Diœcesis, 9. Septembris 1616.* Visitare quoque potest Episcopus non solùm Ecclesiam Parochialem unitam Monasterio Ordinis S. Benedicti, cujus cura geritur à Monacho dicti Ordinis, sed etiam Baptistetium, & Tabernaculum, ubi asservatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia exempta existens. S. Congr. Concil. *in Cauriens. 5. April. 1631.*

Ecclesiæ Curatæ, aut Parochiales quovis mo- 22
do subjectæ Militibus S. Joannis Hierosolymitani, visitari debent ab Episcopis tanquam Ordinariis, in iis, quæ pertinent ad curam & exercitium animarum, juxta formam Motus proprii fel. record. Pii V. ut refert Novar. *d. verb. Visitare, n.10.* quibus verbis intelligitur Episcopos visitare posse non solùm Parochos à dictis militibus deputatos quoad eorum habilitatem ad administranda Sacramenta, eosdemque, si inhabiles reperti fuerint, posse amovere, sed etiam visitare posse ipsamet Sacramenta, investigando si eo decore, & in eo loco, quo decet, conserventur, possèque itidem mandare restaurari dictas Ecclesias, si eas reperient minùs decentes, ac commodas ad dictam administrationem; ac demùm alia, quæ Sacramentorum administrationi sunt annexa, utpotè paramenta Sacerdotum, quibus in administratione utantur; Baldachinum, quod delationi sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ ad infirmos inservit, & alia similia. Vacantibus autem hujusmodi Ecclesiis tenentur Milites præsentare ad earum unamquamque Sacerdotem idoneum locorum Ordinariis, ut ab eis instituatur; & quousque non præsentaverint, constituant Ordinarii unum Vicarium, qui interea animarum curam agat; præfiniantque iidem Ordinarii dictis Militibus brevem aliquem terminum ad præsentandum dictum Sacerdotem, alioquin eo elapso Ordinarii conferant Ecclesias hujusmodi personis sibi benè visis, secundùm earum naturam, vel in titulum perpetuum, vel amovibilem. Ita censuit S. Congregat. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum *in Perus. 11. Jan. 1587.* me citato *in hoc loco*, Mendez à Castro *in praxi Lusitana, p.2. lib.2. cap.3. n.31. vers. item Ecclesiæ.* Et visitare hujusmodi Parochos S. Joannis Hierosolymitani curam animarum sæcularium exercentes tenetur Episcopus tanquam Apost. Sedis delegatus gratis, & absque impensa, & onere Rectorum S.Congreg.Conc. *in Augustana, 16. Junii 1627.*

Et quod Curati Ecclesiarum Religionis Hie- 23
rosolymitanæ teneantur, sicut alii Curati, ad omnes functiones præstandas, ac proinde ad assistentiam pro consecrandis oleis, & ad processiones, rescripsit dicta S. Congreg. negotiis Episcoporum & Regularium præposita sub die 28. Aprilis 1599.

Personæ etiam ipsæ quæcunque curam anima- 24
rum exercentes in Regularium Ecclesiis, tam virorum, quàm etiam mulierum, subsunt immediatè Episcopis quoad curam, & eis in visitatione, & extra illam circa curam ipsam obedire tenentur, ex ejusdem Concil.Trid. Decreto *sess.25. de Regul. cap.11.* tradunt Paul. Fusc. *de visit. lib.2. cap.16. à*

prine. Hieron. Veneto *de examine Episcop. lib 6. cap.* 11. *ex num.*2. Campan. *in diverf. juris Canon. rub.*12. *cap.*13. *num.*51. *cum seqq.* Ego ipse *d. cap.*3. *alleg.*74. *à num.*18. & infrà latiùs tractabimus *hoc cod. lib. cap. de statu, & vita Regul. verf. nonò ex decreto:* plura hac de re cumulat Armendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, lib.*2. *tit.*6. *de visitat. n.*87. *cum seqq.* ubi refert decisum, Episcopum posse visitare Ecclesias, quas Abbas S. Benedicti in ejus Diœcesi sitas habet, modò *in eis* cura animarum exerceatur per Sacerdotes sæculares: & *num.*88. pariter resolutum attestatur, Episcopum posse visitare omnes Parochiales suæ Diœcesis, in quibus sunt Sacerdotes seculares, licèt Ecclesiæ sint Regularibus subjectæ, sive etiamsi sint Ecclesiæ Regularium; quando tamen cura exerceatur per Sacerdotes seculares. At verò visitationi, jurisdictioni, & correctioni Episcopi non subsunt castra, *in* quibus Abbas jurisdictionem episcopalem, & temporalem in Parochos & Parochianos exercet. S. Congreg. Conc. *in Theatina*, 11. *Septembris* 1621. Non enim visitare potest Episcopus ex Decreto *cap.*11. *sess.*25. *de Regul.* tam Abbatiam, quàm loca sibi subjecta, si Abbatia habet utramque jurisdictionem, temporalem scilicet, & spiritualem. Eadem S. Congreg. *in d. Theatina*, 7. *Septembris* 1620. In ipsis autem Ecclesiis Regularium visitare non possunt Ordinarii, nec quidem sanctissimum Sacramentum. Eadem S. Congreg. Conc. *in Nicoterensi, de anno* 1593. Nec etiam Altaria, & Capellas in eisdem Regularium Ecclesiis, etiam per secularium Confraternitates constructa. S. Congreg. negotiis Episcop. & Regular. præposita *in Papien.* 21. *Aug.* 1613. *& in Tarraconens.* 22. *Janu.* 1616. sed benè Confraternitates ipsas, ut infrà ostendemus. Nec denique in vim Constitutionis Gregor. XV. de exemptorum privilegiis visitare licebit Episcopis Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca ubi in eisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. S. Congreg. Conc. de anno 1623. *dub.*1. *super dicta constitut.*

25 Capitula quoque Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum, eorumque personæ, nullâ obstante exemptione, à locorum Ordinariis toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari possunt, ut habetur in Concil. Trid. *sess.*6. *de reform. cap.*4. latè Armend. *in addit. ad Recopil. legum Navar. lib.*1. *tit.*6. *de visit. n.*18. *cum seq.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.*3. *alleg.*73. *num.*5. *cum seq.* Visitatio personarum Capitularium hujusmodi, quæ juxta Canonicas sanctiones, ut *in d. cap.*4. dicitur, facienda est, intelligitur juxta dispositionem juris communis, citra punitionem, & privationem. Rot. *in Calagurritana jurisdictionis*, 25. *Maii* 1580. *coram Bubalo, part.*2. *diverf. decis.*328. & hæc visitatio Capitulorum, & personarum Episcopis concessa, est intelligenda cumulativè, non privativè ad Abbates, & Decanos, ac alios, quibus ante Concilium competebat jus visitandi, seorsum tamen ab Episcopis. Ita S. Congreg. Conc. cujus idonei testes nobis sunt Gonz. *ad reg.*8. *Cancel.* § 2. *proœm. n.*21. & Steph. Gratian. *discept. forens. c.*154. *num.*40. In procedendo tamen contra hujusmodi personas extra visitationem nonnulla servabit Episcopus, quæ idem Concil. decrevit *sess.*25. *de reform. cap.*6. de cujus materia latè diximus *in tract. de Canonicis, cap.*29. *de adjunctis Canonicorum.* In visitatione verò generali Episcopus solus sine conjudicibus procedere potest contra Canonicos, eisque pœnam imponere extraordinariam, quæ magis morum emendationem, quàm correctionem respiciat. S. Congreg. Conc. *in Oriolen.* 27. *Martii* 1632. *in resp. ad* 4.

Hospitalia item, & Collegia quæcumque, ac 26
Confraternitates laïcorum, quæ sub Regum immediata protectione non sunt, nisi ipsi consentiant, & omnia pia loca quocumque modo nuncupata, sunt ab Episcopis visitanda, etiamsi eorum cura ad laicos pertineat, ut statuit idem Concil. Trident. *sess.*22. *de reform. c.*8. juxta Concilii quoque Viennensis decretum *in Clem. quia contingit, de Relig. domib.* tradunt Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb. Hospitale*, §.3. Piasec. *in simil. praxi, p.*2. *cap.*3. *n.*35. Mart. *de jurisd. p.*2. *cap.*18. *per tot.* Ugolin. *de offic. Episc. c.*24. §.1. *n.*3. *verf. Visitare*, Cened. *pract. & Can. quæst. lib.*1. *quæst.*22. *à n.*14. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p.*4. *decis.*209. Ego ipse *d. p.*3. *alleg.*75. *à n.*2. latè Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navar. lib.*1. *tit.*6. *de visitat. n.*65. ubi dicit Decretum Concil. *d. cap.*8. non prohibere quin & Judices seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè competat: & *n.*66.
ait, quòd si in fundatione Hospitalis sic dictum, 27
quod Ordinarius non possit se intromittere in ejus visitatione, non poterit illud visitare: & *n.*67.
quod Ordinarius potest visitare Hospitale privatum, & corrigere, & reformare in iis tantùm, 28
quæ ad observandam voluntatem fundatorum pertinent: & *n.*69. quod Hospitalia etiam unita, in quibus Ecclesiæ sunt, ubi assiduè divina 29
Officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, debent ab Ordinariis visitari: & *n.*74.
quod Episcopus visitare potest omnia Hospitalia, 30
& pia loca quocunque nomine nuncupentur, etiamsi sint privata laicorum, & corrigere, & reformare in casibus à Jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, utque testatoris voluntas servetur. Idem Armendar. *citato loco, lib.*4. *tit.*29. *l.*1. §.1. *de hospitalib. n.*4. testatur fuisse resolutum, executionem adversus administratores Hospitalium condemnatos, juxta Concil. Trident. *d. cap.*8. sive soli ordinario reddita fuerit ratio, sive unà cum aliis deputatis, ad ipsum ordinarium spectare: & *n.*5. addit in dubio posse Ordinarium ab administratoribus Hospitalium, alio tamquam piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram ipso doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit. Et horum Hospitalium computa, stante consuetudine, Episcopus unà cum Magistro prædicti hospitalis recognoscere tenetur. S. Cong. Conc. *in Agathen.* 19. *Novembris* 1616. Hospitalia administrata à Fratribus B. Joannis Dei non sunt exempta à Jurisdictione Ordinarii, nisi solùm quoad Regularum observantiam. Eadem S. Cong. *in Avellina.* 12. *Januarii* 1630.

Item potest Ordinarius visitare Confraternitates secularium in Regularium Ecclesiis erectas, & in illas jurisdictionem ad Sacri Concilii præscriptum exercere, quacunque consuetudine contraria non obstante. S. Congreg. Episcoporum, & Regul. negotiis præposita *in Vercellen.* 17. *Julii* 1615. Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Visitare, num.*1. Et visitare potest Episcopus tam Confraternitates laicorum in Monasteriis, vel Ecclesiis Regularium existentes, in iis tamen quæ confratrum administrationem concernunt,

quam

quàm etiam Hospitale, ac beneficia commendata, in quibus non viget Regularis observantia. Sacr. Congr. Conc. *in Caputaq.* 27. *Junii* 1609. Novar. *d. verb. Visitare, n.* 2. Confraternitates enim laicorum in Ecclesiis Regularium exemptorum institutæ subsunt jurisdictioni, & visitationi Episcopi, atque ab eo visitari possunt, nedum illæ Confraternitates, sed etiam capellæ ipsarum in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt. Ciarlin. *controvers. forens. c.* 65. *n.* 7. & quamvis S. Congregat. negotiis Episcopor. & Regular. præposita *in Ostien. 2. Octobris* 1616. quoad capellas secus sensisse videatur, quæ scilicet intra easdem Ecclesias existunt, ut advertit Ciarlin. *d. c.* 65. *n* 8. id intelligitur circa ea, quæ non Confraternitatum administrationem, sed potiùs Regularium respiciunt. Ita S. Congreg. Concilii *in Nucerina*, 10. *Junii* 1622. refert me citato *in hoc loco*, Novar. *d. verb. visitare, n.* 4.

51 Monasteria insuper Monialium S. Sedi Apostol. immediatè subjecta, ab Episcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernantur, non obstantibus quibuscunque, &c. ut statuit idem Concil. Trident. *sess.* 24. *de Regul. cap.* 9. Hieron. Venero *in Enchirid. Episcop. lib.* 6. *c.* 21. *num.* 5. Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *de Relig. n.* 95. ubi *n.* 98. asserit resolutum per illud Decretum, nullam jurisdictionem esse concessam Episcopo in Monasteriis Sedi Apostolicæ immediatè subjectis, nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus verò nihil agere posse. Et an, & quando Episcopus Monasteria Monialium etiam exemptarum visitare possit circa clausuram, & alia necessaria, peculiariter ostendemus infrà *hoc lib. cap.* 44.

52 Et generaliter omnes, tam seculares, quàm Regulares Clerici, nullo obstante privilegio visitari ab Episcopis possunt, & si deliquerint, corrigi, ac puniti. Concil. Trident. *sess.* 6. *cap.* 3. *&*
53 *sess.* 13. *cap.* 1. *& sess.* 14. *cap.* 4. *de reformat.* Extra visitationem tamen non potest Episcopus vigore Concil. *dict. cap.* 4. corrigere, & punire Clericos seculares exemptos ab Episcopo, & alteri inferiori Ordinario seculari intra Diœcesim existentes subjectos, ut refert decisum Armend. *in addit. ad Recop. legum Navar. lib.* 1. *tit.* 6. *de visit. l.* 5. §. 2. *n.* 1. Ego ipse *d. part.* 3. *alleg.* 73. *n.* 4. *propè fin.* ubi ex Seraph. *decis.* 417. *n.* 7. addo Concil. *dict. cap.* 4. non derogare consuetudini immemoriali: & ex Cened. *ad Clem. collect.* 14. *n.* 9. *cum seqq.* resolvo nec corrigere *Extravag. cum Matthæus*, 3. *de hæret. inter communes.*

54 Ut enim faciliùs possint Episcopi populum quem regunt, in officio atque obedientia continere, statuit prædictum Concil. *sess.* 13. *cap.* 1. *&*
sess. 14. *cap.* 1. *& sess.* 24. *cap.* 10. *cum seq. de reformat.* ne in iis, in quibus de visitatione, ac morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibito, appellatio, vel querela, etiam ad Sedem Apost. interposita quomodocunque impedimento esse possit, ubi plures citavi Doctores *in collect.* Et propterea etiam statum est *in cap. cùm ex officio, & in cap. accedentes, de præscr.* ne præscribi exemptio in visitatione ulla unquam tempore valeat, sicut nec à solutione procurationum, quæ pro visitatione debentur, de quo latè egi *de officio, & potest. Episc. p.* 3. *alleg.*

55 Prælatus ergo, specialiter verò Episcopus visitaturus Diœcesim suam, nonnulla priùs observare debet. Primò enim, antequam Diœcesim suam visitare incipiat, debet Synodum Diœcesanam celebrare, ubi de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, & de Ecclesiarum necessitatibus agatur, ut demùm ea faciat in visitatione servari, & debitam transgressoribus pœnam imponat, ut colligitur *ex cap. sicut olim*, cum ibi notatis, de *accusat.*

Secundò, debet adventum suum iis, quos visitare intendit, nuntiare, nec eos imparatos invadere, nisi ex causa aliqua aliud videatur. Joan. Andr. *in cap. cùm sit Romana, de simon.* Spec. *tit. de inquisit.* §. *quando aliquid, vers. si verò aliquid*, Paul. Fusch. *de visit. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. ubi *n.* 7. observat Rectores, præcipuè Curatos Cathedralium, Collegiatarum, Matricum, & Parochialium Ecclesiarum, debere in ipsis Ecclesiis denunciare populo, ut tam Clerus, si adest, quàm Populus, sub pœna excommunicationis conveniant omnes in die statuta, & habentes asinam, hoc est sensualitatem gravibus peccatis alligatam, veniat ad recipiendum judicium fori pœnitentialis, & absolutionem à casibus à Jure reservatis à Patre, & Pastore, adducendo pullos, id est pueros ad suscipiendum S. Confirmationis Sacramentum, & monita Patris, & Pastoris. 56

Tertiò, libros, visitationum præteritarum, & prædecessorum suorum examinare, ad informationem eorum sumendam, quæ possent emendatione aut supplemento indigere, *arg. cap. in singulis*, §. *porrò, de statu Monach.* 57

Quartò, duos saltem viros expertis faciendis visitationibus adhibere, *d. cap. in singulis, Extravag. debent, de offic. Ordin. inter comm.* Notarium quoque, & Prædicatorem, ac pro confessionibus audiendis Sacerdotem aliquem secum habere; personas autem inutiles, aut dyscolas, vel scandalosas, præsertim verò cùm Monasteria visitat, non adducere. 58

Quintò, librum Pontificalem secum deferre pro cæremoniis servandis circa ea, quæ in visitatione facienda contingunt, ut est chrismare confirmare, consecrationes, vel benedictiones Ecclesiasticas facere, & similia. Propterea etiam vasculum. Chrismatis cum oleo Catechumenorum, & infirmorum deferre debet, saltem ad vetus innovandum, si in aliqua Ecclesia inveniatur: similiter vestimenta Sacerdotalia, & Pontificalia, & ea omnia, quæ pro Missis & communionibus, & aliis divinis necessaria sunt, secum habere. 59

Sextò, annulum suum signatorium, seu sigillum, & formulas juramentorum, & libros Canonum, & Ecclesiasticarum constitutionum deferre, propter varias causas, quæ contingere solent. 60

Septimò monentur Episcopi, & visitatores, ut extra civitatem pro visitatione proficiscentes, modesto contenti equitatu & famulatu studeant quam celerrimè visitationem absolvere, ne inutilibus, & superfluis sumptibus cuiquam graves sint, & onerosi, *cap. cavendum, cum seq.* 10. *q.* 3. *cap. cùm Apostolus, in princ. & §. fin. de censib. & cap.* 1. *§. procurationes, & cap. exigit, eod. tit. in* 6. nec ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causâ pro visitatione quacunque accipiant, nec pecuniam, nec munus, quodcunque sit, etiam qualitercunque oblatum, præter id, quod ex relictis piis, aut alio quovis nomine jure debetur, & victualibus exceptis, quæ eis, & iis, qui secum sunt, frugaliter 61

UAB Biblioteca de Ciències Socials

frugaliter, moderatéque, pro temporis tamen necessitate, & non ultrà erunt ministranda, sicut latè disponit Trid. Concil. *sess. 24. de reform. cap. 3.* tradunt Armandar. *in addit. ad Recopil. legum Navarr. lib. 1. tit. 6. de visit. n. 113. cum multis seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 57. n. 17. cum seqq.* Zerol. *in prax. Epis. part. 1. verb. Visitat. §. 5.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 73. n. 44. cum seqq.* ubi latissimè materiam prosequutus fui. Propterea quoque in Tolet. Conc. de quo *in cap. inter cætera 10. q. 3.* fuerat constitutum, ne amplius quàm una die visitantes per singulas Ecclesias morarentur: & in Ticinensi Concil. sub Ludovic. Imper. procurationes hujusmodi, *id est equitaturæ*, taxatæ sigillatim fuerunt, & similiter ab Alexand. III. in Later. Conc. ut habetur *in cap. cùm Apostolus, de censib.* & Benedict. XII. *in Extravag. Vas electionis, eod. tit. inter communes*, & Clem. V. *in Clem. ad nostrum, eod. tit.* ut in eorum Constitutionibus patet. Debentur autem hæ procurationes non solùm Prælatis, verùm etiam eorum visitatoribus, *cap. si Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* Clerici verò, qui cum ipsis per suæ civitatis Parochias fatigantur, nihil pro labore suscipere debent, sed ii tantùm, qui alienæ sunt Diœcesis, ut *in cap. charitatem, in fine, 12. q. 2.* sed nisi Ecclesiæ personaliter visitentur, non sunt ullatenus exigendæ, nec præscribi potest earum exemptio, *cap. accedentes, de præscr.* Nec solet Apostol. Sedes quemquam ab earum præstatione eximere, ut patet *in cap. cùm instanti*, ibi, *quod non credimus, &c. de cens.* quia visitationi annexa est procuratio, ut inquit *cap. ùm venerabilis, eod. tit.* Prædicta autem omnia à visitatoribus singulis etiam inferioribus sunt servanda, iis rebus exceptis, quæ ad Episcoporum officium, & potestatem
42 pertinent. Prælati verò majores antequam inferiorum Ecclesias visitent, debent priùs Ecclesiarum, & Diœcesis propriæ visitationem facere. Legati verò de Latere hunc ordinem servare non tenentur, ita nec Religiosorum visitatores, sed statuta sua servabunt.

43 Cùm autem Episcopus ad visitationem accedit, est honorificè à Clero, & populo loci suscipiendus, & ad Ecclesiam immediatè processionaliter ducendus, tradito hyssopo cum aqua benedicta, & ante Altare majus Prælatus genuflexus facit orationem, & cantatur Antiph. *Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Pastor bone in populo, sic placuisti Domino, intercede pro nobis.* ℣. *Ecce vir prudens.* ℟. *Qui ædificavit domum supra firmam petram.* Deinde dicitur Oratio, *Deus humilium visitator*, ut in Pontificali; refert Fusc. *d. c. 40. n. 10.* Proponit verò Episcopo Populo sui causas adventus, propter quas fit visitatio; nempe ad factorum Canonum observantiam, & animarum salutem, ut explicat Fusc. *d. c. 4. n. 11. cum seqq.*

Primò, videat quomodo Ecclesia spiritualiter, & temporaliter regatur, per ea, quæ habentur *in cap. placuit, 10. quæst. 1.* Secundò, ad delicta, & excessus puniendos, & corrigendos delinquentes, & ad tollendos abusus, *cap. venerabilis*, ubi Gloss. *fin. de censib. cap. 1. §. fanè, eod. titul. in 6.* Tertiò, ad absolvendos pœnitentes in casibus sibi specialiter reservatis. Quartò, ad preces in cœmeterio fundendas pro animabus defunctorum, qui ibidem requiescunt. Quintò, ad Confirmationis Sacramentum conferendum. Fusc. *d. cap. 4. n. 12.* Sextò, ad populum in doctrina christiana docendum, & monendum, ut pœnitentiam agant, *cap. cavendum*, 10. *q. 3.* & homicidia, adulteria, perjuria, falsum testimonium, & alia peccata mortifera fugiant, novissima sua quandoque recogitent, & alia his similia, ut monet Bracharense Concil. ij. quod habetur *in dict. cap. placuit, 10. quæst. 1.*

Præcipuus autem visitationum omnium scopus 44
sit sanam, orthodoxam doctrinam expulsi hæresibus, introducere, bonos mores, tueri, pravósque corrigere, & populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, ut dicit Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 3.*

Absolutis verò precibus defunctorum, & Chris- 45
matis unctione peractâ, & aliis, quæ præmissimus, deveniendum est ad actum visitationis: & primò visitari solet Ecclesia: secundò, Sacrarium: tertiò, Domus Rectoris, vel Prælati, aut Monasterium: quartò examinatur Rector, aut Prælatus: quintò, laici, & personæ eidem Ecclesiæ subditæ interrogantur: ultimò fiunt debitæ excusationes.

Circa primùm, Ecclesiam visitans quærit, an 46
sanctissimi Altaris Sacramentum loco debito, honorifico, ac mundo, sub fideli clavium custodia conservetur, & lumen coram illo perpetuò ardeat, ut *tit. de custodia Eucharistiæ*, explicat Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 5.* si Ecclesia est Baptismalis, an Fons aquæ congruè conservetur, & alia similia ad Baptismum conferendum necessaria, *dict. cap. placuit, 10. q. 1.* de quibus agit Fusc. *d. lib. 1. cap. 7.* Altaria quoque quomodo sint ornata, & quemadmodum redditus eorum dispensentur, ac debita in eis Officia persolvantur? Fusc. *eod. lib. 1. cap. 21. & 22.* si Imagines sint decenter, & congruè secundùm morem Ecclesiæ, & si loco congruo sint sitæ. Fusc. *eod. lib. 1. cap. 8.*

Sacrorum verò custodiam visitans perquirit, an 47
vasa sacra ex debita sint materia, & mundè ac decenter serventur, sicut oleum quoque infirmorum & Chrisma: de quo Fusc. *eod. lib. 1. cap. 6.* Corporalia quoque, & sacra linteamina ac pallæ Altaris, vestes sacræ, alia hujusmodi, si munda, integra & non consumpta habeantur, & conserventur, *cap. fin. de custod. Eucharist.*

In visitanda autem domo Ecclesiæ scrutetur 48
visitans, an omnia quo pertinent ad animarum Rectorem, aut Ecclesiasticam personam, in ea habeantur: si libri sacrorum Canonum, & Ecclesiasticarum Constitutionum, sanctorum Patrum homiliæ, & casuum conscientiæ, & catechismi, atque Sacerdotalis officii libri in ea sint, & alia quæ Christianum decent, & Eccl. siæ R ctorem? Contra verò, si in ea sint aliqua, quæ non deceant, libri prophani, & improbatæ lectionis, atque interdicti, turpes imagines, vel picturæ, familiares dyscoli, vel suspecti, & alia his similia?

Rectorem verò Ecclesiæ, vel Curatum, aut 49
Prælatum interrogans perquirit, quomodo ea quæ sunt officii sui diligenter exequatur, & ut Sacramenta administret, animarum saluti studeat, & divina officia, ac sacrificia peragat: quomodo etiam honestè, & exemplariter vivat? Præterea circa mores, & vitam subditorum suorum, *interroges an in eo loco sint aliqui hæretici, aut saltem suspecti?* & si qui sint, qui statutis à jure temporibus peccata sua non confiteantur, vel communicent; si qui concubinarii, malefici, perjuri, blasphemi, rixosi atque discordes præsertim inter conjugatos: & si quos matrimonia

illegi

illegitima conſtet contraxiſſe : ſi ſuperſtitioſi ſint abuſus in his, quæ ad religionem pertinent ; in quibus, & aliis ſimilibus procedit viſitator, ut infrà dicemus, & monet Rectorem vel Curatum ut in rebus hujuſmodi diligentiam, & curam adhibeat.

49 Interrogat deinceps loci incolas, atque laicos de vita, & moribus Rectoris, vel Curati, ac de ejus in adminiſtrando diligentia : perquirit etiam ſi ipſi bona, vel redditus Eccleſiarum, aut piorum locorum adminiſtrent, & ſi Scripturas, & computa diligenter conſervent : eorum rationes reddituum & expenſarum exigit, eoſque monet ne ſumptibus neceſſariis Eccleſiæ, aut pio loco deſint, & ne res Eccleſiæ diſſipent : de ipſorum quoque vita & moribus coſdem examinant ſi ſecundùm præcepta Chriſti, & Eccleſiæ vivunt, ſi dies feſtos obſervant, ſi decimas, vel primitias ſecundùm loci conſuetudinem ſolvunt, ſi filiorum ſuorum curam ac diligentiam agunt, & ſi doctrinâ, ac pietate chriſtianâ eos inſtruunt, & alia hujuſmodi.

50 Monaſteria autem virorum, vel mulierum viſitans attendit primò, ne ipſemet ſæculares extra neceſſitatem, præſertim in Monaſteria Monialium introducat, *cap. ut juxta, de offic. ordin.* permittitur tamen ei duos Notarios, & duas perſonas eccleſiaſticas quatuor alios viros honeſtos, & maturos ſecum habere, *Clemens attendentes, de ſtat. Monach.* In viſitando autem prohibet ne fœminæ virorum Monaſteriis, nec viri mulierum ingrediantur, aut eas abſque Superioris licentia alloquantur. Perquirit de diligentia Præpoſitorum, aut Priorum, & de vita & moribus ſingulorum ; de regularium ſuarum obſervatione, ac de iis, quæ in Monaſterio emendatione indigent, & correctione. Viſitat autem cellas ſingulorum, & prohibet ne libros prophanos vel interdictos : aut ornamenta quædam ſecularia, vel alia, quæ dedecent Religioſos, retineant : pictaras quoque laſcivas, vel prophanas, præſertim Monialibus interdicit.

51 Hoſpitalia, & alia loca pia viſitans attendit, ut Inſtitutum legitimè ſervetur, redditus benè diſpenſentur, & adminiſtratores reddant fideliter rationes.

52 Denique viſitans ſi quos criminoſos invenerit, corrigit ſingulos pro qualitate delicti ; poteſt enim Epiſcopus viſitans etiam contra laicos de quocumque crimine inquirere, & notorios criminoſos per ſeipſum corrigere, non tamen ut Judex in omnibus, ſed ut Paſtor ; quia ubi ad pœnam ordinariam deveniendum eſſet non ita indiſtinctè poteſt concedere Epiſcopus, quia fructus viſitationis eſt potiùs commendatio, quàm punitio, ut notatur *in cap. Inquiſitionibus, de accuſat.* Contra eos verò qui de aliquibus fuerint infamati, coram Ordinariis ipſorum ſuper his ſolemniter inquirat ; & denuntiet ſi viderit expedire ; ſed ſi ipſe eorum eſt Ordinarius, judicibus ſuis hujuſmodi inquiſitionem committit. Quod ſi Clericus aliquis, præſertim verò Rector, aut Prælatus fuerit, & de minimis accuſatus, ita procedere debet, ut officio ejus, & dignitati deſette videatur, & ne coram laicis ejus velit exiſtimationem minuere. Calumniatores verò eorum pro gravitate illati criminis corrigere debet. Curare autem debet, ut cauſas illas, quæ ſummariè, ac ſtatim terminari valent terminet, & extinguat, præſertim verò diſſidia, aut rixas, atque id maximè inter conjugatos, & ſi qui inveniantur illegitimè conjuncti, illicò ſeparet. Omnia verò hæc, & ſimilia, abſque coactione & exactione qualibet juramenti, ad cunctorum emendationem per ſalubria monita, nunc levia, nunc aſpera exequi monetur, juxta datam ſibi à Deo providentiam, cunctis quæ ad officium ſuum ſpectant diligenter intendens. Cætera, quæ in hac materia deſiderari poſſunt, vide per infrà citatos videlicet Joan. Franc. de Panuin. & Marian. Socin. *in ſuis tract. de viſitat.* Petr. Paul. Salodium *in viſitandorum praxi.* Paul. Fuſcum *de viſitatione, & regimine Eccleſiarum.* Lucam Anton. Reſtam *in direct. viſitatorum, & viſitanderum.* Gabr. Beratt. *in ſpeculo viſitationis ſecularis*, Thom. à Jeſu Maria *de viſitatione Regular.* & nonnulla incidenter de viſitatione tradunt Zerol. *in prax. Epiſc. verb. Viſitatio*, Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarr. lib. 1. tit. 6 de viſitat.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 3. cap. 40. cum ſeqq.* Ugolin. *de offic. & poteſt. Epiſc. cap. 49.* Ego ipſe *in ſimili tract. p. 3. alleg 73. & 74.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 1. c 3. de viſitat.* Matth. Suar. Luſitan. *in praxi viſitatorum*, Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. part. 2. lib. 2. c. 3. n. 31. cum ſeqq.* Petr. de Bollo *in œconomia canonica, claſſe 3. c. 4. §. 14. ſub rub. Diœceſis annua viſitatio, pag 480. cum ſeqq.*

CAPUT XV.

De Vicario, & Coadjutore Epiſcopi.

SUMMARIUM.

1 *Coadjutores Epiſc. dandos ſtatuerunt ſacri Canones, ut quod per ſeipſos exercere non poſſunt, aliis ſibi adjutoribus committere debeant.*

2 *Chorepiſcopi olim erant quaſi Suffraganei, & Vicarii Epiſcoporum*

3 *Vicarius proprie eſt qui vices alterius gerit in juriſdictione, & judicio.*

4 *Viceſgerens dicitur, qui in loco Vicarii à Prælato eſt ſubſtitutus.*

5 *Locumtenens dicitur ille, quem ipſe Vicarius ſibi ipſi ſufficit.*

6 *Coadjutor is propriè dicitur, qui Epiſcopo, aut Rectori infirmo vel ſenio confecto, aut iniquo adminiſtratori adjungitur, ut in Officio, & adminiſtratione coadjuvet.*

7 *Suffraganeus hodie nominatur, qui in Epiſcopali Ordine conſtitutus ad Pontificalia exercenda coadjutor aſſumitur.*

8 *Vicarium in jure eccleſiaſtico quatuor ſunt ſpecies.*

9 *Vicarii perpetui Parochialium Eccleſiarum ſunt illi, qui in Eccleſiis quibuſdam Parochialibus, in quibus directi Rectores perpetuo animarum curam exercere non poſſunt, Vicarii conſtituuntur.*

10 *Vicarii temporales non perpetui ſunt coadjuvante in cura ad voluntatem, & libitum ipſius Rectoris.*

11 *Vicarii quidam ſunt, qui ad omnia, qua ſunt juriſdictionis, à Prælatis conſtituuntur, ut ſunt Vicarii Epiſcoporum.*

12 *Officialis & Vicarius Epiſcopi, an & in quo differant, oſtenditur.*

13 *Vicarius, vel Officialis Epiſcopi eligitur ab ipſo Epiſcopo ſine conſenſu Capituli : Sede autem vacante*

vacante eligitur à Capitulo, vel confirmatur electus.

14 *Vicarius Episcopi debet eligi, qui Doctor saltem in Jure Canonico, vel Licentiatus existat, Sacerdos vel saltem Clericus prima tonsura, non conjugatus, nec bigamus nisi prius solutus fuerit ab impedimento bigamia.*

15 *Monachus vel Religiosus, potest ab Episcopo cum consensu Abbatis, ut Superioris, Vicarius creari.*

16 *Episcopus non tenetur sibi Vicarium constituere.*

17 *Vicarius Episcopi est Judex Ordinarius.*

18 *Episcopi & Vicarii sui generalis idem est Tribunal.*

19 *Vicarii generalis auctoritas partim à jure communi, partim à commissione Episcopi pendet.*

20 *Beneficia conferre non potest Vicarius, nisi ad hoc speciale mandatum obtineat; & multa alia referuntur, quæ non potest efficere.*

21 *Dimissorias litteras Vicarius generalis Clericis dare non potest, ut ab alio Episcopo ordinentur, sine speciali ejus concessione, nisi illo in remotis agente.*

22 *Inquirere, corrigere, aut punire aliquorum excessus non potest Vicarius generalis sine speciali hac in re Episcopi permissione.*

23 *Vicarius generalis sine speciali Episcopi licentia non potest aliquos à suis beneficiis, officiis, vel administrationibus, aut ab Ordine amovere, seu deponere.*

24 *Dispensare vel absolvere nequit Vicarius generalis in irregularitate, vel suspensione aliqua ex delicto occulto proveniente, in quibus potest Episcopus, nisi ad id specialiter deputetur.*

25 *Absolvere à casibus reservatis ab ipso Episcopo non potest Vicarius generalis sine speciali ejus licentia.*

26 *Vicarius generalis Episcopi dicitur Prælatus, & in ecclesiastica dignitate ost constitutus.*

27 *Delegatus Papa potest esse Vicarius generalis Episcopi.*

28 *Executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Romana Curia, potest esse Vicarius generali Episcopi, & à Capitulo Sede vacante electus.*

29 *Vicariis foraneis Episcoporum, & nominatis à Prælatis inferioribus habentibus Episcopalem, & Ordinariam jurisdictionem, non delegantur causæ ab Apostol. Sede, nec ab ea executores, fiunt gratiarum beneficialium.*

30 *Vicarius generalis Episcopi dicitur ille, qui constitutus est cum generali potestate in loco ubi Episcopus Sedem habet.*

31 *Vicarios binos principales poterit Episcopus creare, ut causarum expeditioni faciliùs consulatur.*

32 *Delegatio facta simpliciter Vicario, si ex duobus unus sit principalior, illi soli censetur facta commissio.*

33 *Vicarii ubi duo sunt æquè principales, nec constat de quo Papa senserit in delegatione facta simpliciter Vicario, quid resolvendum, ostenditur.*

34 *Vicarius generalis Episcopi præcedit Canonicos, ac dignitates etiam in Ecclesia ut Episcopo præsente, & stante in Choro inter Canonicos extra Sedem Pontificalem, assignari debet Vicario alius locus convenient.*

35 *Archidiaconum præcedit Vicarius generalis, tam in Choro, quam ubilibet.*

36 *Vicarius generalis præcedit omnes Commissarios, & potestates, ac judices temporales suæ Diœcesis.*

37 *Vicario absente Episcopo debetur reverentia in Choro, cum divina celebrantur ab omnibus Canonicis, etiam exemptis ratione subcollectoriæ.*

38 *Vicarius si est etiam Canonicus, & tanquam talis, ad participandas distributiones canonicali habitu indutus assistit, suo loco sedere debet.*

39 *Vicarius, uti Vicarius, non potest Missas Conventuales aut pontificales celebrare, nec sanctissimum Sacramentum, aut sacras Reliquias paratus in processionibus deferre, nec aliis divinis officiis, aut functionibus ecclesiasticis se immiscere.*

40 *Candelæ, & palma dari debent Vicario Episcopi ante Canonicos, & dignitatis exceptis iis, qui cum paramentis assistunt Episcopo.*

41 *Protonotarios Apostolicos non participantes præcedit Vicarius Episcopi.*

42 *Gubernatores Civitatem, quæ sunt capita Provinciarum, non præcedit Vicarius Episcopi.*

43 *Evangeliorum codex Vicario etiam Apostol. osculandus tradi non debet; nec minùs thurificari tripliciter, quia hoc solum Episcopo, & celebranti fit.*

44 *Vicarii officium & jurisdictio quot modis desiciat, ostenditur.*

45 *Vicarius Episcopi non tenetur ad Syndicatum.*

46 *Vicarius Episcopi si ita deliquerit in officio, ut offendat jurisdictionem Metropolitani, tunc poterit Archiepiscopus eum coercere censurâ ecclesiasticâ.*

47 *Salarium non conventum an debeatur Vicario Episcopi, ostenditur.*

48 *Vicarius Romani Pont. quam habeat auctoritatem, ostenditur.*

49 *Vicarius Papa potest ratione sui officii prima tonsurâ ordinare forensem sine proprii Episcopi licentia.*

50 *Archidiaconus de jure communi in nonnullis habet Vicarii potestatem, sed differt à Vicario generali in tribus.*

51 *Coadjutor Episcopo dari non potest, vel constitui, absque Romanæ Sedis auctoritate.*

52 *Causa concedendi Coadjutorem Episcopo referuntur.*

53 *Coadjutoris officium quid sit, ostenditur.*

54 *Coadjutoris concessio non liberat a residentia.*

QUia omnia, quæ ad officium Episcoporum pertinent, de quibus hactenus egimus, non possunt ipsi Episcopi per seipsos exequi, vel perficere, *cap. illud, 95. dist.* ideò sacri Canones ei Coadjutores in laboribus statuerunt, atque mandarunt, ut quod per seipsos exercere non possunt, aliis sibi adjutoribus committere debeant, *cap. inter cætera, de officio Ordin. cap. ex frequentibus*, ubi Gloss. *de institut.* & olim quidam dabantur Episcopus Coadjutores, qui Chorepiscopi dicebantur; hodie verò habent Vicarios, & nonnulli Coadjutores, sic specialiter dictos & Suffraganeos. Chorepiscopi olim erant quasi Suffraganei, & Vicarii simul Episcoporum, quibus scilicet plurium cum Episcopus Monasteriorum

1

2

rum communis erat diſpenſatio, qui ad inſtar ſeptuaginta Seniorum erant conſtituti propter ſollicitudinem, & ſtudium, quod in pauperes agunt, ut dicit Neocæſareenſe Concilium, non erant Epiſcopi, Sacerdotes tamen erant honorabiliores, ut dicit Nicænum Concil. & inter eos atque Preſbyteros quædam erat differentia; medium enim quoddam inter Epiſcopos, & Preſbyteros obtinebant: nam ſuper Preſbyteros, etſi præſumptuosè, in Epiſcopos conſecrabantur: Lectores etiam & Exorciſtas, atque Subdiaconos ordinabant; ſed infra Epiſcopos majores Ordines minimè conferebant, nec alia Pontificalia exercebant, *cap. quamvis, 68. diſt.* Tales verò propter eorum inſolentiam, quâ ſibi Epiſcoporum officia uſurpabant, fuerunt ab Eccleſia rejecti, & eorum inſtitutio de cætero interdicta, *cap. Chorepiſcopi, 68. diſt.* & diximus latè ſuprà *in cap. ſequenti, de Chorepiſcopis.*

3 Vicarius autem propriè eſt, qui vices alterius gerit in juriſdictione, & judicio, *cap. 1. & 2. de officio Vicarii.* Solet verò Vicarius Epiſcopi in ſacris Canonibus appellari quandoque Miſſus Dominicus, aut Miſſus ſimpliciter, *cap. de parentela, & cap. abiſto, 35. quæſt. 6. & cap. 2.* juncta Gloſſ. *de Regularibus, cap. 1. de frigid. & malef.* vel etiam Offi-
4 cialis Epiſcopi, ut infrà videbimus. Sed is qui in loco Vicarii à Prælato eſt ſubſtitutus, dicitur Viceſgerens; quem verò ipſe Vicarius ſibi ipſi
5 ſuffecit, dicitur Locumtenens: Vicarius enim Vicarium non dicitur conſtituere, *cap. Clericos, de offic. Vicar.* Gloſſ. *verb. horum aliorum, in Clem. 1. de Regu-*
6 *laribus.* Coadjutor autem is propriè dicitur, qui Epiſcopo aut Rectori infirmo, vel ſenio confecto, aut iniquo adminiſtratori adjungitur, ut in officio, & adminiſtratione coadjuvet, *cap. 1. de Clerico ægrot. in Decretal. & in ſexto, cap. grandi, de ſuppl.*
7 *neglig. Prælat. lib. 6.* qui verò in Epiſcopali Ordine conſtitutus ad Pontificalia exercenda Coadjutor aſſumitur, hodie Suffraganeus nominatur. Videndum eſt igitur de officio & juriſdictione Vicarii, poſteà de Coadjutore, & Suffraganeo Epiſcopi pauca dicemus.

8 Primò igitur eſt notandum, quod in Jure Eccleſiaſtico Vicariorum quatuor ſunt ſpecies; quidam enim ſunt Vicarii perpetui Parochialium Eccleſiarum, quos propter curam animarum conſtituit Epiſcopus, *c. 1. & cap. fin. de offic. Vicar.* ſunt enim illi, qui in Eccleſiis quibuſdam Parochialibus, in quibus directi Rectores perpetuò animarum curam exercere non poſſunt, Vicarii conſtituuntur, veluti in Eccleſiis Monachorum, *capit. unic. de capellis Monac. lib. 6.* aut aliis, quæ Prælaturis, vel Militiis perpetuò ſunt unitæ, quarum Curam exercere Commendatarius non tenetur, aut nequit. Unde perpetuus, id eſt non amovibilis in eis Vicarius pro animarum cura inſtituitur, & Vicaria hujuſmodi perpetua ad inſtar beneficii habetur. Jura enim loquuntur de Curatis Eccleſiis, vel beneficiis; de hujuſmodi enim Vicariis intelliguntur ſpecialiter in tribus caſibus, ut ſcilicèt per adeptionem alterius ſimilis amittantur, & eas obtinentes ſint omninò Preſbyteri, & quod ætas annorum xxv. requiratur, prout *lib. 3. cap. 6.* infrà videbimus.

9 Alii ſunt Vicarii temporales non perpetui, veluti coadjuvantes in cura voluntatem, & liberum ipſius Rectoris arbitrium, ut notatur *in capit. illud, cum ſeq. 7. q. 1.* qui tamen non Vicarii propriè, ſed aut Capellam, aut Curati appellari conſueverunt, de quibus etiam *dict. cap. 6.* non pauca diximus.

Nonnulli præterea ſunt Vicarii, qui à Romano 10
Pontifice in provincia aliqua, vel Diœceſi Vicarii in ſpiritualibus Papæ conſtituuntur, qui & Viſitatores dicuntur, de quibus agitur *in cap. fin. 61. diſt. & in cap. charitatem, in fine, 11. q. 1. & in cap. ſi cui, de elect. lib. 6.* ita & Monachi in certis locis ſibi Vicarios ſtatuerunt, ut *cap. adjicimus, 16. q. 1.*

Quidam denique ſunt Vicarii, qui ad omnia, 11
quæ ſunt juriſdictionis, à Prælatis conſtituuntur, hi nempe ſunt Vicarii Epiſcoporum, de quibus hic agere propoſuimus, quorum duplex eſt differen- 12
tia, quidam enim conſtitui ſolent ad cognitionem cauſarum totius Diœceſis (vel alii ad civiles, alii verò tantùm ad criminales) & hi non propriè Vicarii, ſed Officiales, vel Auditores hodie vocantur, *capit. 1. & 2. de offic. Vicar. in* 6. Vicario autem, qui dicitur generalis, cætera omnia quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, & contentioſæ etiam committuntur, quamvis & ipſe quandoque nomine Officialis concinetur, *cap. ex frequentibus, de inſtitut. cap. 2. de conſuet. lib. 6. cap. final. de off. Vicar. eod. libr.* Vicarius enim, & Officialis idem ſignificant, & in effectu nulla inter eos, niſi in nomine, verſatur differentia, Hippol. Rimin. *in rub. de off. ejus, num. 112.* Cov. *lib. 3. var. cap. 20 n. 46.* Mand. *in tract. de commiſſion. in commiſſ. per Breve 28 verb. Vicario, & in reg. 14. Cancell. quæſt. 6. n. 16.* Menoch. *conſ. 51. n. 38.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 3. n. 8.* Romanæ autem Curiæ ſtylus obſervat, ut in expeditionibus, ſeu delegationibus ad Italiam, Ungariam, Dalmatiam, Epyrum, & Cretam, & partes Orientales, Siciliam, & Corſicam concernentibus Cancellaria verò Vicario ſemper utatur; ſed ultra montes Alpinos, ut in Hiſpania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & in ultramarinis, ut in Africa, Officiales nuncupantur, ſicut teſtantur Mandoſ. *d. Brevi 28. verb. Vicario Bononenſi, & dict. quæſt. 6. n. 8.* Hieron. Paul. *in pract. Cancell. fol. mihi 7. & 8.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 1. quæſt. 2. num. 10.*

Eligitur autem Vicarius, vel Officialis Epiſcopi 13
ab ipſo Epiſcopo ſine conſenſu Capituli, *cap. ea noſcitur*, ubi Hoſt. *de his quæ ſunt à Prælat.* Sede autem vacante eligitur à Capitulo, vel confirmatur electus, ſecundùm Conc. decret. *ſeſſ. 24. de reform. capit. 16.* de quo latiùs dicemus infrà *hoc eod. libr. capit. 33. de Capitulo*, cum ampla ſcilicet, vel limitata facultate, Valenz. *conſ. 192. n. 6.* & talis eli- 14
gitur, qui Doctor ſaltem in Jure Canonico, vel Licentiatus exiſtat, aut aliàs quantum fieri poterit idoneus, Valent. *conſ. 120. n. 37.* Sacerdos quoque, vel Clericus ſaltem primæ tonſuræ, non autem laïcus eſt aſſumendus, *c. in nova, 16. quæſt. 7. c. determinimus, de judic.* ubi Abb. *num. 12.* Felin. *n. 6.* Dec. *n. 15.* & Ripa *num. 56.* Valenzuel. *conſ. 101. n. 67.* Plures citati per me *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 1. alleg. 54. n. 4.* ubi *n. 6.* intelligo, dummodò non
eligat Clericum conjugatum aut bigamum, etiam 15
effectum Clericum, niſi priùs ſolutus fuerit ab impedimento bigamiæ, ut ibidem adverto *n. 11.* ubi ex *n. 12.* teneo Monachum, vel Religioſum poſſe ab Epiſcopo, cum conſenſu tamen Abbatis, 16
vel Superioris Vicarium creari, ſi legitimus ſit, niſi fuerit Religionem Mendicantium profeſſus, de quibus omnibus latè me citato noviſſimè Machado *en ſu perfecto Confeſſor, tom. 2. part. 3. tractat. 2. docum. 2.*

An autem Epiſcopus teneatur conſtituere ſibi Vicarium, quæſtio dubia eſt, in qua licèt Boer. *dec. 348. num. 6.* Hieron. Gabr. *conſ. 32. n. 22. lib. 2.*

Biblioteca de Ciències Socials

Sbroz. *de off. Vicar. lib. 1. q. 46.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 29. q. 3. vers. quaeres*, existimaverint Episcopum teneri sibi Vicarium constituere propter ingentes occupationes, in quibus Episcopale regimen, & animarum cura versatur, per seipsos enim, etsi diligentissimos, ob amplas, & diffusas Diœceses non valent omnia ministrare. Verùm contrarium amplexa est sacra Rot. Rom. apud Puteum *decis. 43. lib. 2.* Mohed. *decis. 4. de offic. Vic.* Aloys. Ricc. *in coll. decis. p. 5. coll. 1602.* & fuit dictum *in Calagurritana Fructuum, 18. Martii 1585. coram Bubalo, & in Viterbien. & Tuscanen. Vicarii, 3. Martii 1617. coram bonæ mem. Card. Cavalerio.*

17 Est autem Vicarius Episcopi Judex ordinarius, cui solet universitas causarum demandari. Glos. *verb. & jurgia, in cap. per lectis. dist. 25.* & Glos. *verb. Officialem, in cap. 2. de offic. Vicarii, lib. 6. & verb. generaliter, in c. Romana, de apell. eod. lib.* cum citatis per me *d. a leg. 54. num. 36.* etiam quoad ea, quæ requirunt speciale mandatum, de quibus infrà, si illa Episcopus unicâ commissione concessit cum generali mandato; quia ordinaria jurisdictio tanquam dignior trahit ad se tunc delegatam minùs dignam sibi annexam, ut resolvunt Sbroz. *lib. 2. q. 55. n. 37. & 39.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disput. 29. n. 8.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 8. à n. 40.* Monet. *de commut. ultim. volunt. cap. 5. n. 483.* Quamvis alii velint, Vicarium hujusmodi delegatum censeri, quia delegatus dicitur is, cui causa committitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in jurisdictione proprium nihil habens. Sed quod potiùs Ordinarius censeatur, ex eo comprobatur, quod à sententia Vicarii non ad Episcopum, sed ad Superiorem appellatur, *cap. 2.* ubi Glos. notabilis, *de consuet. lib. 6. d. cap. Romana.* Ego ipse *d. alleg. 54. ex n. 46. & in collect. ad d. c. 2.* ubi multipliciter amplio, & limito. D. Licentiatus Franciscus de la Vega, in sua plenissima Juris allegatione pro jurisdictione Archiepiscopi Toletani in suo Concilio gubernationis Toletanæ Diœcesis, *ex n. 1.* quamvis si recusatur suspectus, causa suspicionis ab Episcopo cognoscatur, *cap. si contra unum, in fine, de off. deleg.* Ego ipse *in collect. ad dict. cap. 2. n. 15.* Episcopi enim, & Vicarii unum est Tribunal, & Auditorium. Ego ipse *dict. allegat. 54. num. 45.* in delegata tamen jurisdictione dici non potest idem consistorium. Marches. *de commiss. p. 1. titul. de commiss. avoc. §. 4. n. 127. pag. 361.* Sperel. *decis. 97. n. 12.* Si verò delegatus esset ad aliquam causam tantùm, vel etiam ad universas, veluti ad civiles, & criminales, tantùm ad ipsum Episcopum fit appellatio. Glos. *in dict. c. 2. per textum in cap. super quorundam, de offic. deleg. & cap. dilecti, de appell.* Sicut à sententia Vicarii foranei quoque, vel ruralis appellatur ad Episcopum. Glos. notabilis *verb. foraneo, in Clem. 2. de reser.* Ego ipse *d.*

18 *alleg. 54. à n. 21. & in collect. ad d. cap. 2. n. 8.* Quod enim Episcopi, & Vicarii sui, vel officialis unum, & idem sit Tribunal, de Vicario tantummodò generali intelligitur, aut ad universitatem causarum Ordinario, secundùm Glos. *d. verb. foraneo.* per textum *in eadem Clem. 2. & in d. cap. Romana, de appell. lib. 6.* Hæc autem de causis spiritualibus intelliguntur; nam in temporalibus (ubi Episcopus jurisdictionem habet temporalem) ab ejus in temporalibus Vicario, quamvis Ordinario, ad ipsum tanquam ad aliud Tribunal superius appellatur. *arg. d. Clem. 2. junct. a gloss. de rescript.*

19 Vicarii generalis auctoritas partim à Jure communi, licèt illius persona eligatur ab Episcopo, Valens. *cons. 101. n. 45.* partim verò à commissione Episcopi pendet; sed jus quidem commune potiùs limitare videtur Vicarii potestatem quam *ei* Episcopus in generali concessione permittere videtur. Solent enim Episcopi Vicariis suis, præter causarum cognitionem, & excessuum correctionem, dispensationem, absolutionem, examinationem, & approbationem, auctoritatis Episcopalis interpositionem, & alia his similia concedere, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, itaut dici possint Vicarii curam animarum habere, secundùm Glos. *in cap. super eo, de prabend. lib. 6. & in cap. tua nobis, de offic. Vicarii, & in cap. dudum 2. de elect.* In hac autem generali concessione jus commune disposuit quædam omninò non comprehendi, nec Vicario permitti, nisi specialiter concedantur. Glos. *in cap. pen. de offic. Vicarii.*

Primò enim Vicarius non potest beneficia con- 20
ferre, nisi ad hoc speciale mandatum obtineat, *cap ultim. de offic. Vicarii, lib. 6.* plures, quos refero *d. alleg. 54. n. 70.* instituere verò præsentatum à Patrono poterit ut Vicarius, *capit. ex frequentibus,* ubi Glos. & Doctor. *de instit.* citati per me *dict. alleg. 54. n. 79.* ubi *num. 71.* quod nec potest beneficium supprimere; & *n. 72.* nec beneficia unire, nec revocare uniones, & Ecclesiam dividere; & *num. 73.* quod nec potest Coadjutores Vicarios imperitis Rectoribus Ecclesiarum deputare, & *n. 74.* quod nec potest Juspatronatus ex causa dotationis, fundationis, vel constructionis alicui reservare; & *n. 75.* quod nec potest donationi Juspatronatus decretum, seu auctoritatem interponere; & *n. 76.* quod nec potest novas Parochias erigere; & *n. 77.* quod nec potest imponere pensionem super beneficiis, ubi Episcopus posset; & *n. 78.* quod nec potest Oeconomum Ecclesiæ instituere, & *n. 79.* quod nec potest à suis beneficiis, officiis, vel administrationibus, aut ab Ordine aliquo amovere, & *n. 80.* quod nec valet auctoritatem interponere in creatione dignitatis factæ, aut novum beneficium in Ecclesia creare; & *n. 81.* quod nec præsentare potest ad beneficium Juspatronatus ad Episcopi præsentationem pertinens: & *n. 82.* quod nec Ecclesias vetustate collapsas, in matrices, vel alias Ecclesias viciniores transferre potest; & *n. 83.* quod non potest, si Episcopus fuerit, ea quæ sunt ordinis Episcopalis conferre; & *n. 85.* quod nec de hæresis crimine cognoscere potest; & *n. 87.* quod nec publicas pœnitentias imponere, aut publicè pœnitentes reconciliare potest; & *n. 88.* quod nec voluntatem puellæ habitum regularem suscipere, aut professionis votum emittere volentis explorare potest; & *num. 89.* quod nec ædificationi Monasterii per testatorem relicti assensum & auctoritatem interponere potest; & *n. 90.* quod nec Indulgentias concedere potest; & *n. 91.* quod nec potest facultatem, seu licentiam confessionis audiendæ aliis concedere; & *num. 95.* quod nec in matrimonii monitionibus dispensare potest, etiam justâ causâ interveniente, sed ibi contrarium verius; & *n. 96.* quod nec poterit relaxare interdicta, & *numero 99.* quod non potest facere, seu substituere alium Vicarium, nisi ad modicum tempus, & ex causa, seu ad unam vel plures causas; & *n. 101.* quod nec potest Diœcesim visitare; & *n. 103.* quod nec potest Synodum congregare; & *n. 104.* quod nec potest pias defunctorum voluntates exequi; & *n. 105.* quod nec potest in alienationibus, seu transactionibus rerum Ecclesiasticarum Decre-

tum

tum interponere ; & *n.*108. quod nec de cauſa reſtitutionis in integrum diſceptare poteſt ; & *n.*109. quod nec ei ſine mandato deferri poteſt juramentum purgationis Canonicæ ; & *n.*110. quod nequit conſentire, ut Metropolitanus cognoſcat in principali negotio, omiſſo appellationis articulo ; & *n.*111. quod nec poteſt cognoſcere ſpecialiter commiſſa Epiſcopo, ſeu delegata ; & *n.*112. nec feudales cauſas cognoſcere poteſt ; & *n.*113. nec poteſt auctorare exemplum ex originali ſumptum ; & *n.*114. nec reptæſalias concedere poteſt ; & *n.*115. quod nec poteſt decernere excommunicationes ad finem revelationis pro rebus deperditis ; & *n.*119. quod nec Clericorum bona confiſcare poteſt ; & *n.*120. quod nec poteſt pœnas corporales pecuniarias convertere ; & *num.*121. quod nec poteſt diſpenſare ; & *num.*122. quod nec poteſt imponere, & exigere charitativum ſubſidium.

21 Secundò, non poteſt dimiſſorias litteras Clericis dare, ut ab alio Epiſcopo ordinentur ſine ſpeciali conceſſione Epiſcopi, niſi Epiſcopo ita in remotis agente, ut non niſi poſt longum tempus adventus ejus ſperetur, *cap. cùm nullus*, ubi Gloſſ. *de temp. ordin. lib.*6. Sbroz. *de offic. Vic. lib.*2. *q.*41. Gutier. *Can. lib.*2. *cap.*17. *n.*20 Zerol. *in praxi Epiſc. p.*2. *verb. Vicar.* §.4. Piaſec. *in ſimili prax. p.*1. *c.*1. *n.*13 Azor. *inſtit. mor. p.*2. *lib.*3 *cap.*45. *q.*7. Ugolin. *de offic. Epiſc. c.*4. §.7. *verſ.*5. *dimiſſorias*, Natbona *de appel. à Vic. ad Epiſc. p.*1. *n.*197. Campan. *in diverſ. Iuris Can. rub.*9. *cap.*8. *n.*3. Molfeſ. *tract.*2. *cap.*2. *num.*22. Homobon. de Bonis *de exam. Eccleſ. p.*1. *tract.*2. *cap.*1. *q.*6. *in fin.* quorum plures refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.*2. *alleg.*7. *n.*9. Rota, *in Maurianen penſionis*, 25. *Jun.* 1626. *coram R. P. D. Pirovano.* Quando autem dicatur Epiſcopus in remotis agere, ad hoc ut Vicarius concedere poſſit litteras dimiſſorias ordinandis, vide Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.*18. *per tot.*

22 Tertiò, inquitere, corrigere, aut punire aliquorum exceſſus non poteſt ſine ſpeciali hac in re Epiſcopi permiſſione, *c.*2. *de off Vic. lib.*6. Ugol. *d.* §.7. *n.*2. *verſ.*7. *inquirere.* Sbroz. *lib.*2. *q.*142. & alii per me citati *d. p.*3. *alleg.*44. *n.*117.

23 Quartò, à ſuis beneficiis, officiis, vel adminiſtrationibus, aut ab ordine aliquos amovere, ſeu deponere non poteſt Vicarius, niſi Epiſcopi ſpecialis licentia præcedat, *c. licet, de off. Vicar. lib.*6. Sbroz. *d. lib.*2. *q.*111. *n.*7. *&* *q.*130. *n.*4. *&* *q.*155. Ego ipſe *d. alleg.*54. *n.*79.

24 Quintò, in irregularitate, vel ſuſpenſione aliqua ex delicto occulto proveniente, & in quibuſcunque caſibus occultis, & Sedi Apoſt. reſervatis, in quibus diſpenſatio, vel abſolutio Epiſcopis eſt permiſſa, Vicarii diſpenſare, vel abſolvere nequeunt, niſi ad id ſpecialiter deputentur, ſicut in Trid. Conc. eſt conſtitutum *ſeſſ.*4. *de reform. c.*5. & docent Sbroz. *d. lib.*2. *q.*16. *n.*2. *&* *q.*179. *n.*1. *&* *q.*180. *n.*2. *&* *q.*184. *n.*1. Suar. *tom.*5. *de cenſur. diſput.*31. *ſect.*2. *n.*8 Ugolin. *d.* §.7. *n.*2. *verſ poſtremò*, Natbona *de appell. à Vicar. ad Epiſc. p.*1. *n.*219. Ego ipſe *d. p.*2. *alleg.*59. *n.*10.

25 Sextò, abſolvere à caſibus reſervatis ab ipſo Epiſcopo non poteſt Vicarius ſine ſpeciali ejus licentia, quia in generali conceſſione hæc non veniunt, *c. pen. de Pœnit. & remiſſ. lib.*6. Sbroz. *lib.*2. *q.*19. Ugol. *d.* §.7. *n.*2. *verſ poſtremò*. Galler. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Vicar. pen.* Ego ipſe *d. p.*5. *alleg.*54. *num.*116. Et denique in his omnibus videtur ſpeciale mandatum requiri, quæ in generali conceſſione Epiſcopos veriſimiliter non permiſiſſe credendus eſt, *arg. cap. cùm in generali, de offic. Vicar. lib.*6. *&* *d. c. pen.* neceſſe tamen non eſt in conceſſione Vicarium omnes hujuſmodi caſus nominatim exprimere, ſed ſufficere aliquorum mentionem facere, additâ clauſulâ generali, *& ad omnia alia, etiamſi exigant ſpeciale mandatum*, ut per textum *in cap. qui ad agendum*, §. *ſed ſi aliquis, de procurator. lib.*6. Sbroz. *lib.*2. *q.*65. *n.*5. Ego ipſe *d. all.*54. *n.*124. Monet. *de commut. ult. volunt. c.*5. *n.*479. ubi declarat, ſi commiſſio extendatur ad ſimilia, vel minora, non autem ad majora, per textum *in Clem. non poteſt, de procurat.* Et Vicarius Epiſcopi, ſi habet poteſtatem ſubdelegandi, poteſt abſolvi ab alio, ſi incidit in caſum reſervatum à ſuo Epiſcopo, ut per Ugolin. *de officio Epiſcopi, c.*39. *n.*2. Floron. *de caſibus reſerv. p.*1. *c.*3. §.1. *n.*1. Diana *moral. reſol. p.*1. *tract.*4. *reſol.*142.

In Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus eſt Vicarius generalis Epiſcopi, diciturque Prælatus, ut per Panuin. *in tract. de offic. & poteſt. Capit. Sede vac. p.*2. *q.*10. *n.*16. *verſ. an autem Vicarius*, Fuſc. *de viſit. lib.*1. *c.*15. *num.*31. Anton. de Prætis *in tract. de juriſd. Epiſcopi cap.*8. *n.*50. ubi inquit Vicarium dici ſpectabilem, & de mediis magiſtratibus. Valenzuel. *conſ.*101. *num.*69. ubi *num* 40. *&* 41. quod debet honorari ſicut Epiſcopus, & coluſcat illius radiis, ſicut uxor mariti, & *conſ.*192. *n.*9. *&* 10. quod Vicarius includitur ſub nomine Epiſcopi, & eo ipſo quod conſtituitur, cenſetur creatus in ſpiritualibus, & temporalibus. Habet enim 27
juriſdictionem rerum Eccleſiaſticarum, *cap. non putamus*, juncta Gloſſ. *verb. videatur, de conſtitut. lib.*6. *cap. Romana, in princip. de appellat. eodem lib.* Et eſt Judex Ordinarius in Diœceſi. Valenzuel. *conſ.*121. *n.*17. ubi *num.*17. quod cenſetur actum fecille tanquam Ordinarius. Et ideo poteſt eſſe Papæ delegatus. Gloſſ. *verb. delegatus, in Clem.*2. *de reſcript.* ubi Zabarell. *n.*22. & Imol. *n.*18 Sbroz. *lib.*2. *q.*22. *à princ.* Ego ipſe *d. all. g.*54. *n.*130. ac 28
executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Romana Curia, Sbroz. *d. lib.*2. *q.*23. *n.*6. Flores de Mena *var. lib.*1. *queſt.*4. *num.*6. & Conſervator. Eraſm. à Cochiet *de Juriſdict. Ordin. in exemptos, p.*1. *q.*39. *n.*4. etiamſi Vicarius ſit Epiſcopi electi, & confirmati, quamvis nondum conſecrati. Gloſ. *verb. Epiſcopi, in d. Clem. & ſi principalis, de reſcript.* Sbroz. *d. lib.*2. *q.*23. *n.*4. Sanch. *de matr. lib.*8. *diſput.*27. *n.*33. Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi, cap.*4. *dub.*13. *num.*15. *ſecundum Rom. impreſſ.* & quamvis Vicarius factus ſit electus à Capitulo Sede vacante, Gloſſ. *d. verb. Epiſcopi*, Sanch. *d. diſp.*27. *n.*32. Flores de Mena *d. q.*4. *n.*11. Ego ipſe *d. alleg.* 54 *n.*137. licèt ille in delegatis Vicario Epiſcopi non ſuccedat, ut diximus *inf. hoc lib.*31. Dummodò 29
tamen non ſit Vicarius foraneus, Flores de Mena *d. q.*4. *à n.*9. niſi illi fieret delegatio ex certa ſcientia Summi Pont. vel reſpectu alicujus Dignitatis. Sbroz. *d. queſt.*23. *n.*9. *&* 10. Ego ipſe *d. alleg.*54. *n.*139. & dummodò etiam non ſint Vicarii nominati à Prælatis inferioribus habentibus Epiſcopalem, & ordinariam juriſdictionem ; quia iſtis non delegantur cauſæ ab Apoſtolica Sede, nec ab ea executores fiant gratiarum beneficiarium, *d. gloſſ. verb. Epiſcopi, in Clem.*2. *de reſcript.* Sbroz. *d. q.*23. *n.*8. Ego ipſe *d. alleg.*54. *n.*141. & recitato *in illo loco*, Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi, c.*4. *dub.*13. *n.*20. ſecundùm Rom. impreſſ. Quicquid dicant Sanch. *d. lib.*8. *diſput.*27. *num.*34. Flores de Mena *d. lib.*1. *q.*4. *n.*14.

Biblioteca de Ciències Socials

30 Vicarius autem generalis Episcopi dicitur ille, qui constitutus est cum generali potestate in loco ubi Episcopus sedem habet, ut docent Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 1. q. 28. n. 7. & q. 69. n. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 29. n. 11.* Campan. *in diverf. Juris Canon. rubr. 11. cap. 23. num. 150. verf. infuper*

31 *qui Episcopus*, & ut causarum expeditioni facilius consulatur, poterit binos principales Vicarios creare, *c. quoniam in plerisque, 14. de offic. Ord. Clem. etsi principalis*, juncta Gloss. & ibi Card. *à n 3. de rescript.* Sbroz *d. lib. 1. q. 50. num. 4.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Vicarius, in princip.* Ugolin. *de officio, & potest. Episcopi, cap. 4. §. 6. n. 4* Valenzuel. *conf. 192. n. 5. in fine*, ubi attestatur sic practicari in Vicariis generalibus Toletanis, qui residentiam ordinariam habent in Regia Urbe Toleti, & oppido Compluti: & *n. 7.* foraneos Vicarios vocat residentes Mattriti, Talaveræ, & Alcaraz,

32 non obstante quod aliqui eorum resideant in nobiliori loco; & tunc ubi delegatio fit simpliciter Vicario, seu Officiali, si alter ex illis fit principalior, illi soli censetur facta commissio. Gloss. *verb. substitutum, in cap. quoniam Abbas 14. de offic. deleg.* Gloss. *verb. principalis, in Clem. etsi principalis 2. de rescript.* Panuin. *de potest. Capituli Sede vacante, p. 2. princ. q. 10. n. 9. in fine*, Sbroz. *lib. 2. q. 63. n. 3.* Squillante *de privil. Clericorum, cap. 2. num. 201. in princ.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 36.* ubi etiam ex Bellam. *in d. cap. quoniam Abbas, n. 4.* & Imol. *ibi, n. 5.* subdit in simili, quod ubi fit commisso Archidiacono, & sunt plures, intelligitur de principaliori.

33 Si tamen sint hujusmodi duo Vicarii æquè principales, nec constet de quo Papa senserit, dissentiunt Doctores in contentioso rescripto: nam Gloss. *verb. substitutum, in d. cap. quoniam Abbas*, existimat illum esse judicem, quem actor elegerit. Beroius verò ibidem, *n. 77.* putat ambos esse simul Judices, & neutrum seorsum. Host. autem, Joan. Andr. Card. & Imol. *in dict. cap. quoniam Abbas, &* Tiraq. *de jure primog. q. 18. opin. 6. num. 15.* credunt neutrum cum effectu esse judicem, donec princeps declaret de quo intellexerit, sicuti dicitur quando nominatur tutor incertus, *l. duo sunt Titii, ff. de testam. tut.* & horum opinionem frequentissimam esse testantur Squillante *d. cap. 2. num. 201. verf. alii*, Sanch. *d. disp. 27. n. 37.* ubi tamen adverit, quod non redditur delegatio nulla, tanquam incerta, sed valebit utique rescriptum, quamvis effectum non habeat, donec declaret Princeps utrum eorum elegerit; quod non absque probabilitate intelligit Bonacin. *de legibus, disp 1. q 3. puncto 8. §. 1. num. 8.* dissentientibus partibus, sentiens illis consentientibus quemlibet eligi posse, quia quilibet habet auctoritatem, nec ulli fit injuria: quare in commissionibus, & dispensationibus, quæ contentiosæ non sunt, nec inter partes agitantur, erit judex ille, cui rescriptum fuerit præsentatum, ut optimè dicit Gloss. *d. verb. substitutum*, quæ in hoc eventu verissima est: sequuntur Bonacina *d. §. 1. n. 11.* & Sanch. *d. n. 37. in fine*, ubi *n. 38.* hinc infert post semel præsentatum rescriptum dispensationis alterutri ex Officialibus æquè principalibus Episcopi, ut illud exequatur, non posse alterum Officialem semel æquè principalem adiri: sequitur Squillante *d. c. 2. n. 203.*

34 Vicarius Episcopi præcedit Canonicos, ac dignitates etiam in Ecclesia. Sbroz. *d. lib. 2. q. 25. n. 4.* Valenzuela *conf. 101. n. 59 & 66.* sed Episcopo præsente, & stante in Choro inter Canonicos extra sedem pontificalem, assignari debet Vicario alius locus conveniens, ut declaravit sacra Cong. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium

35 præpositorum *in una Bisignanen. 16. Maii 1600* & sic præcedit Archidiaconum, tam in Choro, quàm ubilibet. Sbroz. *dict. lib. 2. q. 25. à n. 1.* Valenzuel. *conf. 101. n. 59. & 61.* & eadem Congreg. censuit

36 *in una Theatina, 6. Julii 1618.* debere præcedere omnes Commissarios, & Potestates, ac Judices temporales suæ Diœcesis, ut censuit sacra Congreg. Rituum

37 *in una Nucerina Sassoferraten. 27. Februarii 1610.* & absente Episcopo ei debetur reverentia in Choro, dum divina celebrantur ab omnibus Canonicis, etiam exemptis, ratione Subcollectoriæ, vel alia. Eadem Congreg. Rituum *in una Cathacen. 11. Novembris 1614.* si tamen Vicarius

38 est etiam Canonicus, & tanquam talis ad participandas distributiones canonicali habitu indutus assistit, suo proprio loco sedere debet; nam cùm Vicarius Archiepiscopi Lancianen. tanquam Canonicus, Archipresbyteto in Choro, in Capitulo, in Processionibus, & aliis actibus publicis præcedera, Missas solemnes canere, aliasque functiones ecclesiasticas, quæ Archiepiscopo absente primæ Dignitati regulariter spectant, peragere prætenderet, eadem sacra Congregat. sub die 8. Martii, & 3. Augusti 1615. Archipresbyterum dicto Vicario, vel Canonico, in Choro, Capitulo, Processionibus, aliisque actibus publicis præcedere, Missas solemnes canere, aliasque functiones ecclesiasticas, quæ Archiepiscopo absente, primæ Dignitati competunt, peragere debere censuit. Non

39 potest enim Vicarius, uti Vicarius, Missas Conventuales, aut pontificales celebrare, nec sanctissimum Sacramentum, aut sacras Reliquias paratus in processionibus deferre, nec aliis divinis officiis, aut functionibus Ecclesiasticis se immiscere; sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiant, ut declaravit sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, *in una Bisignanen. 16. Maii 1600.* Unde illi

40 candelæ & palmæ ante Canonicos, & dignitates dari debent, exceptis iis, qui cum paramentis assistunt Episcopo in sede pontificali existenti, ut censuit eadem S. Congr. proximè citata. Item præcedit Protonotarios Apostolicos non participantes,

41 sicut declaravit S. Rituum Congreg. sub die 10. Aprilis 1604. & Gubernatorem, vulgò Capitaneum, in functionibus ecclesiasticis præcedit. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiastici, dec. 580. in 1. edit.* aliàs *resol. 555. in 2. edit.* Ego ipse *d. tit. alleg. 54. num. 144.* non tamen Gubernatores Civitatum, quæ sunt capita Provinciarum, ut Narnienfi Episcopo rescripsit S. Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium

42 præpositorum die 30. Junii 1592. non debet tamen Evangeliorum Codex Vicario, etiam Apostolico

43 osculandus tradi, nec minùs thurificari tripliciter, ut Melfitano Episcopo rescripsit eadem sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, sub die 28 Aug. 1589. hoc enim solùm Episcopo, & celebranti, fit ut eadem sacra Congregatio declaravit sub die 14. Aprilis 1592.

Vicarii officium, & jurisdictio multis modis

44 deficit, & primò per revocationem Episcopi; nam sicut mediante Episcopi nominatione Vicarius ordinariam jurisdictionem à lege consequitur, ut *dicta alleg. 54. n. 145.* ostendimus, ita etiam contrariâ ejus Episcopi voluntate tollitur, & revocatur;

ics

res enim per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, *cap. omnis res, de regul. Iuris, lib. 6.* Quare ita reſolvunt Sbroz. *lib. 3. quæſt. 6. num. 7. & q. 14. num. 5. verſ. ſecundò adducitur*, Azor. *d. lib. 3. cap. 45. q. 14.* Ugolin. *d. cap. 4. §. 6. n. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 54. num. 14.* Secundò, ſi Epiſcopus fuerit majori excommunicatione nodatus, & publica denuntiatus, quia ſicut per hujuſmodi excommunicationem ſuſpenditur Epiſcopi juriſdictio, *cap. ad probandum, 24. de re judic.* ita ſimiliter ejus Vicarii juriſdictio ſuſpenditur, cùm acceſſoria ſit, & idem Auditorium utriuſque reputetur, ut docent infiniti propemodum per me citati *dict. allegat. 54. n. 146.* Tertiò per Epiſcopi mortem. Ego ipſe *d. alleg. 54. n. 151.* ubi *n. 152.* addo valere geſta à Vicario ignorante mortem Epiſcopi longè diſtantis: & *n. 133.* quod ante ſcientiam dictæ mortis poteſt beneficia conferre, ſi conferendi poteſtatem habeat.

45 Ad Syndicatum non tenetur Vicarius Epiſcopi, ut expreſsè declaravit Gregorius XII. ſicut teſtatur Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap. 58. in noviſſ. edit.* quem refero ego ipſe *d. alleg. 54. n. 183.* Anton. Novar. *in ſumm. Bullar. tit. de Syndicatu Vicarii ſuper Bulla Gregorii XIII. pag. 564.* ſi verò ita deliquerit in officio, ut offendat juriſdictionem Metropolitani, veluti ſi nolit deferre appellationi ad eum legitimè emiſſæ, vel illius inhibitionem ſpernat, tunc poterit Archiepiſcopus eum coërcere cenſurâ eccleſiaſticâ, in quibus terminis procedit textus *in cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6.* qui venit conjungendus cum alio textu ejuſdem Innocentii IV. in eadem controverſia inter Archiepiſcopum Remenſem, & ejus Suffraganeos, ſive eorum Officiales, *in cap. Romana Eccleſia, in princ. de appellat.* Quando autem deliquit in officio, præjudicando ſimpliciter partibus, tunc juſtitiæ cognitio, & punitio pertinet ad ipſum Epiſcopum; qui habet facultatem à Jure, prout quivis Magiſtratus coërcendi officialem ſuum, appellatione remotâ, *l. nulli officialium, C. quomodo appell. non recip.* regiſtrata per Gratian. *in cap. ei qui appellat, §. nulli quoque, 2. q. 6.* & ſic reſolvit Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 22. n. 100. cum ſeq.* ubi intelligit, niſi propter notorietatem, & gravitatem criminis facta ſit devolutio.

46 Utrum autem ſalarium non conventum debeatur Vicario Epiſcopi? Videbatur dicendum quod non. Mohedan. *deciſ. 4. de officio Vicar. in novis*, Marta *voto 99. n. 2.* Valenzuel. *conſ. 179. num. 62.* quia regulariter ſalarium non conventum non debetur. Rota *deciſ. 559. n. 1. & deciſ. 679. n. 10. p. 1. diverſ.* Tum quia ad effectum exigendi ſalarium non conventum, erant probanda extrema, nempe quod Epiſcopus ſolitus eſſet conducere, & vicarius locare operas ſuas, ſecundùm Alexand. *conſil. 106. lib. 3.* Dec. *conſ. 232. in fine.* Contrarium tamen fuit dictum in Rota apud Marcheſan. *de commiſſion. p. 1. pag. 1192.* nempe deberi ſalarium; nam ex æquitate ſalarium non conventum Judicis officio peti poteſt. Mohedan. *deciſ. 4. n. 1. de offic. Vicar.* Joan. Baptiſt. Magon. *de vetta patroc. vat. cap. 8. numer. 3.*

47 Illud autem quod dicitur per Alexand. & Dec. procedit in famulis, & aliis vilibus perſonis, quæ ſæpenumerò ſerviunt pro expenſis, etiam ſine ſalario.

48 Vicarius autem Romani Pontificis majorem habet poteſtatem, ipſe enim Ordines, & beneficia curam animarum habentia confert, & omnia ferè exequitur, quæ Epiſcopi in ſuis Diœceſibus faciunt, & proprios habet milites ad coërcenda Clericorum delicta. Panuin. *de offic. & poteſt. Capituli Sede vac. p. 2. quæſt. 10.* Verùm in Urbe tantummodò, non extra Urbem obtinet juriſdictionem, niſi ei ſpecialiter ſit conceſſum, *cap. tua nobis, de officio Vicarii*, Veſtr. *in pract. lib. 2. cap. 6.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 39. de Vicario Urbis*, Galganet. *de jure publico, lib. 3. tit. 36. n. 7.* Sbroz. *lib. 1. quæſt. 5. n. 19.* & Rota *in Firmana Penſionis, 14. Decembris 1627. coram R. P. D. Duran.* firmavit Vicarium Papæ 49 poſſe ratione ſui officii primâ conſurâ ordinare forenſem ſine proprii Epiſcopi licentia. Alii verò Vicarii Apoſtolici, ſeu Viſitatores in certis Diœceſibus deputati, ea omnia ibi facere poſſunt, quæ & ipſe Epiſcopus, exceptis Pontificalibus, ut declaratur *in cap. fin. diſtinct. 61. & in cap. is cui, de elect. in 6.*

Notandum eſt præterea circa Vicarium Epiſ- 50 copi, quod Archidiaconus quoque de jure communi in nonnullis habet Vicarii poteſtatem, ut *infr. hoc eod. lib. cap. 24. à n. 54.* videbimus. Differt tamen à Vicario generali in tribus; primò enim à ſententia Archidiaconi ad ipſum Epiſcopum appellatur, *dict. cap. Romana, §. ab Archidiacono*, & ibi Gloſſ. *de appellat.* ſicut & à ſententia Vicarii foranei, vel alterius inferioris, cùm à Vicario generali ad Epiſcopi ſuperiorem appelletur, ut vidimus, niſi aliud Eccleſiarum inducat conſuetudo, ut ibidem dicitur; poteſt tamen ſemper ad Papam appellari omiſſis mediis, quamvis aliud de jure civili ſervetur, *cap. ad Romanæ, cap. quiſquis, cum ſimilibus, 2. quæſt. 6. c. 1. de offic. Legati.* Secundò Archidiaconi officium, & poteſtas ſemper durat, etiam poteſt mortem Epiſcopi, ut ſuo loco videbimus. Vicarii verò juriſdictio, atque officium mortuo Epiſcopo ſtatim exſpirat, niſi eſſet ab Epiſcopo cum conſenſu Capituli conſtitutus, quod ſcilicet Capitulum Sede vacante jus habet Vicarium eligendi, ut vidimus, *arg. cap. 2. de ſtatu Monach.* Tertiò, Archidiaconus poſt Vicarium cum reliquis Dignitatibus, & Canonicis ſedet, Vicarius verò generalis omnibus poſt Epiſcopum præfertur, ut ſuprà diximus: & hæc de Vicario Epiſcopi dixiſſe ſufficiat.

Nunc à Coadjutoribus eſt ſciendum, quod 51 Coadjutor Epiſcopo dari non poteſt, vel conſtitui abſque Romanæ Sedis auctoritate, ut decrevit S. Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de reformat. c. 7.* Quòd ſi quando Eccleſiæ Cathedralis urgens neceſſitas, aut evidens utilitas poſtulat Prælato dari Coadjutorem, is non aliàs cum futura ſucceſſione detur, quàm hæc cauſa prius diligenter à S. Romano Pontifice ſit cognita, & qualitates omnes in illo currere certum ſit, quæ à Jure & Decretis illius ſanctæ Synodi in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur, aliàs acceſſiones ſuper iis factæ ſubreptitiæ eſſe cenſeantur: ex quo Concilii Decreto jam colligitur Summum Pontificem antequam Coadjutorem cum futura ſucceſſione alicui deputet, ſolere cauſam urgentis neceſſitatis, ſeu evidentis utilitatis à Concilio requiſitam privatam per Cardinales, & in Conſiſtorio examinare, ut atteſtatur Flamin. Patiſ. *de reſign. benefic. lib. 6. quæſt. 20. numero 14. in fine.* Cauſæ autem concedendi hujuſmodi Coadjutorem ſunt plures. Prima eſt ſenectus Epiſcopi, *cap. unic. de Cler. ægrot. lib. 6.* ubi Archidiac. & Gemin. *n. 5.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de reprob. benef. viv. impet. n. 50.* Flam. *d. q. 20. num. 6.* Campan. *in diverſ. juris canonici, rubr. 7. in c. 7. n. 110. cum ſeqq.* Secunda, propter ægritudi-

Biblioteca de Ciències Socials

nem Episcopi, *c.17. quæst.1. d. unic.* Paris. *cons.49. num.38. lib.4.* Flamin. *d. q.10. n.7.* ubi explicat si majori parte anni sit infirmus, ut non possit exercere ea, quæ muneri suo incumbunt, vel sit cæcus, aut lepram habeat. Tertia, propter clementiam Episcopi, *d. c. unic.* Bertachin. *de Episcopo, 2.part. lib.4. num.24.* Flamin. *d. q.10. n.9.* Quarta causa, si Prælatus sit suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ. Abb. *in cap. licèt Heli, n.8. de sim.* Flam. *d. q.20. n.10.* Quinta causa, si aliàs est inhabilis, ut non possit muneri sibi injuncto incumbere. Joan. Andr. & alii, quos refert Flam. *d. q.10. n.11.*

52 Officium Coadjutoris Episcopi est omnia episcopalia exercere, si est consecratus Episcopus, aliàs minimè, in Conc. Araulic. *cap.2.* & similiter facere quæ non potest Episcopus, cui est constitutus. Unde beneficia conferre, vel similia, quæ fieri ab Episcopo facilè possunt, non potest Coadjutor, nisi datus esset dementi: datus verò dilapidanti majorem habebit in rerum ecclesiasticarum administratione auctoritatem. Denique ea datur Coadjutori auctoritas, quæ ex causa, ob quam datur, necessaria existimatur: aliud est de Vicario, seu Visitatore à Sede Apostolica delegato, de quo superiùs diximus. Quam autem potestatem, & auctoritatem habeat Coadjutor datus Archiepiscopo, vel Episcopo cum futura successione, decrevit sacra Rituum Congregatio die Jovis 31. Januarii 1591. quam declarationem referunt Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas, post n.12.* Piasec. *in praxi Episc. p.1. c.1. n.10.* Campan. *d. c.6. n.107.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.1 alleg.118. ex num.9. secundum Lugdunens. impress.* de quo Episcopi Coadjutore latiùs *infrà lib.2. cap.10. à princ.*

53 Quoad residentiam autem coadjuti est advertendum emanasse à sacra Congr. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum Decretum tenoris, de quo infrà videlicet: [Cùm Episcopus Nicoteten. eo quia Coadjutorem in ejus Episcopatu haberet, à residentia abesset, Sanctissimus sub die 7. Septembris 1619. mandavit dari litteras Episcopo, eum monendo, quod concessio Coadjutoris non liberat à residentia, & quod propterea omninò ad suam accedat residentiam.]

De Vicario Episcopi specialem tractatum edidit Jacobus Sbrozzius, & agunt Zerol. *in praxi Episcop. verb. Vicarius*, Paul. Piasec. *in simili praxi, part.1. c.4. à num.4.* Rebuff. *in praxi, tit. de Vicariis Episcoporum*, Lancel. *in inst. Canon. lib.1. tit. de offic. Vicar.* Læl. Zech. *de Republ. Eccles. c.23. de Vicario Episcopi*, Bertachin. *in tract. de Episcopo, lib.4. p.7. tit. de Vicario Episcopi*, Cuch. *in instit. major. lib.2. tit.8.* Joan. Gutier. *canon. qq. lib.2. c.17.* Nicol. Garc. *de benef. p.5. c.8.* Azor. *inst. moral. 2. lib.3. c.43. cum seqq.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum p.1.* & alii citati per me *de officio & potest. Episcopi p.3. alleg.54.*

CAPUT XVI.

De Chorepiscopis.

SUMMARIUM.

1 *Chorepiscopi minores erant Episcopis, Presbyteris autem aliquo modo superiores.*

2 *Chorepiscopi erant quidam Presbyteri, qui in pagis, aut oppidis loco Episcoporum curam animarum exercebant, atque tanquam eorum Vicarii constituti ad aliqua Episcopalia munia obeunda.*

3 *Chorepiscopi quæ prohibeantur facere, & quæ conferre eis liceat, ostenditur.*

4 *Chorepiscopos alios fuisse extraordinarios, qui veram Episcopalem consecrationem accipiebant, nonnulli existimarunt.*

5 *Episcopi nunquam fuerunt Chorepiscopi.*

6 *Chorepiscoporum Ordo quare ab Ecclesia damnatus fuerit, ostenditur.*

POST ordinem Episcopalem olim in Ecclesia erat alius Chorepiscoporum, qui quidem minores erant Episcopis Presbyteris autem aliquo modo superiores, ut ex infrà dicendis apparebit. Ordinarii hi Chorepiscopi solùm erant quidam Presbyteri, qui in pagis, aut Oppidis loco Episcoporum curam animarum exercebant, veluti Parochi Vicarii foranei officio fungentes, dicebantúrque à verbo græco χωρὶς, quod Latinè Oppidum, vel Pagum significat, vel etiam locum, quasi in pagis, & in villis, & loco Episcoporum, atque eorum Vicarii sint constituti ad aliqua Episcopalia munia obeunda: vide Cardin. Bellarm. *in controvers. Cathol. tom.1. controvers.1. de Clericis, cap.17.* Henriq. *in summ. lib.10. cap.23. §.2. juncta litter. F*, Petr. Gregor. *syntagm. juris part.2. lib.15. cap.12. n.47.* Vasq. *tom.3. in 2.part. disp.238. num.68.* Filliuc. *tom.2. tract.9. de Sacram. Ordinis, c.5. num.103. & 104.* Monet. *de Conservator. cap.5. num.42.* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. quamvis, n.2. distinct.68.* novissimè D. Ricciul. *Eccles. lucubr. lib.2. c.1.* & sic non poterant confirmare, consecrare Ecclesias, Altaria aut Virgines, nec pœnitentes publicè in Missa reconciliare, Ordines majores conferre, ut expressè eisdem prohibet textus *in dict. cap. quamvis, & in cap. in Ecclesiis in fine, 68. distinct.* Cætera autem poterant ut quilibet Episcopus, ut ex multis Conciliis colligit Cardin. Bellarm. *dict. cap.17.* unde ultra Ordines iisdem Subdiaconatum licuisse conferre, probat Concil. Antioch. *can.10.* & confirmatur *ex d. cap. quamvis* ubi solùm vetat Chorepiscopos conferre Sacerdotalem, vel Diaconatûs Ordinem, quasi reliqui eisdem permittantur vel quia illo tempore Subdiaconatus non esset Ordo sacer, quod non benè colligitur *ex d. cap. Ecclesiis*, vel quia id haberent ex commissione Romani Pont. ut existimarunt nonnulli antiqui Theologi, & alii recentiores, quos refert Vasq. *d. tom.3. disput.243. cap.4.*

Non defuerunt tamen qui existimarent ultra Chorepiscopos ordinarios, de quibus hucusque egimus, alios fuisse extraordinarios, qui veram Episcopalem Consecrationem accipiebant, dicebantúrque Chorepiscopi, qui in aliena Diœcesi ministrabant, ut sunt hodie Episcopi titulares Suffraganei Episcoporum, & de his videtur loqui expressè Damasus *in epist.3.* & Concil. Antiochen. *can.8.* dum illis concedit litteras dimissorias, aut commendatitias dare generales, seu formatas: & *can.10.* ibi, *Chorepiscopi, qui manus impositionem ab Episcopis acceperunt, & veluti Episcopi sunt ordinati, &c.* & sic intelligenda esse aliqua Concilia, quæ his Chorepiscopis facultatem conferendi Ordinem Subdiaconatûs dabant. Ita Vasq. *dict. disp.*

*disp.*238. *c.*7. Ochagav. *in tract. unic. de Sacram. Ordin. q.*9. Sebast. Cæsar. *in relect. Eccles. hierarch. part.*2. *disp.*10. §.3. *in fine.* Et quidem aiunt in hoc sensu Linum, & Clerum fuisse Chorepiscopos Petri Apostoli, ut dicit Joannes Papa, quem refert Genebrard. *in Chronol. anno Christi* 72. quia verò multi Chorepiscopi ordinabantur tanquam Episcopi, & consecrabantur, ideo Concil. Antioch. *d. can.*10. *in fine*, prohibuit & jussit ut Chorepiscopus ad Episcopo loci ordinetur, id est ut Chorepiscopus solùm sit Presbyter, non Episcopus. Gratian. *in princ.*67. *dist.*

5 Verùm alii meliùs probarunt Chorepiscopos nunquam Episcopos fuisse, ut expresè sentiunt Ayala *de Eccles. ast. traditionib. p.*3. *consid.*4. ubi rem hanc ex professo disputat, & Franc. Turrian. *in annot. ad Concil. Nican. c.*4. nam si Episcopi essent, ut voluerunt alii, cur non Diaconatum, & reliqua episcopalia munera exercere possent, vel in locis sibi deputatis, vel saltem consentiente Episcopo Diœcesano exequuntur; quod tamen prohibet dictum caput *quamvis.* Denique si Episcopi essent, quomodo in pagis, & villis constituuntur, contra regulam textus *in c.*1. *de privil. & in cap. illud, & in cap. Episcop.*80. *dist.* quibus probatur solùm majoribus Civitatibus Episcopos esse præficiendos. Denique, si Episcopi essent, minimè Damas. Papa *in cap. Chorepiscopo, ad dist.*68. Chorepiscoporum institutionem improbaret ut pravam, & sacris Canonibus, ac sacræ Scripturæ contrariam, quia in illis nullum habent fundamentum, sed potius constat solos duos gradus majorum & minorum Sacerdotum Christum Dominum instituisse unde cum Synodo Neocæsarienſi sic liceat colligere. Christus Dominus solos duos gradus, Episcoporum scilicet, & Presbyterum instituit: Chorepiscopi non sunt Episcopi, ut ipsa nominis etymologia sonat, quia loco sunt Episcoporum: ergo, ut Presbyteri, sint, oportet quod si desipiunt esse Presbyteros, nihil sunt; nam tertius Ordo nec sacris Litteris, nec Pontificiis Canonibus reperitur. Quare concludendum est Chorepiscopos ex Ecclesiæ institutione nihil aliud fuisse, quàm Presbyteros, quibus crederentur res præcipuè temporales, & cura pauperum, & eleemosynarum, & aliqua ministeria episcopalia: sed quia postea eorum ambitione crescente gerebant se pro Episcopis, suóque officio non contenti audebant majores Ordines, & omnia episcopalia exercere, & aliquando consecrationem, quæ Episcoporum est propria extorquebant, ideo meritò eorum Ordo ab Ecclesia damnatus est *in d. cap. Chorepiscopi*, & post antiquiores explicant Conrad. Brun. *de cæremon. lib.*1. *c.*4. Carranza *in summ. Concil. Damas. in epist.*4. *pag. mihi* 77. Bollo. *in œconom. Canon. classe* 3. *c.*2. §.4. Henriq. *in sum. lib.*10. *c.*23. §.2. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part.*1. *tit.*1. *c.*6. *n.*22. quibus addo novissimè Anton. Ricciul. *Eccles. lucub. lib.*2. *c.*1.

CAPUT XVII.

De Abbatibus.

SUMMARIUM.

1 *Abbates digniorem locum post Episcopum obtinent.*

2 *Abbates in sacris generalibus Conciliis immediatè post Episcopos sedere debent.*

3 *Abbates præ aliis sunt honorandi, quia habent dignitatem, & cum Prælatis multa communia.*

4 *Prælatorum appellatione veniunt Abbates.*

5 *Abbatia in multis æquiparatur Episcopatui.*

6 *Abbatialis dignitas in odiosis non comprehenditur sub nomine dignitatis.*

7 *Expectant non capit Abbatiam, quæ non cadit sub nomine beneficii, cum speciali notâ sit digna.*

8 *Abbas dicitur sponsus Ecclesia, & eo mortuo Ecclesia viduata dicitur.*

9 *Abbas dicitur Ordinarius in Ecclesiis sibi subjectis, sicut Episcopis, potest esse Judex in causis suorum Ecclesiarum subjectarum.*

10 *Consensus Episcopi sicut requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ, ita consensus Abbat. in alienatione bonorum Ecclesiæ subjectæ Abbatiæ.*

11 *Abbas Joachim tempore Urbani III. multa perdoctè scripsit.*

12 *Joachim Abbas fuit Prophetiæ dono præditus.*

13 *Abbas antiquus qui scripsit in Jure Canonico, fuit sancti Miniati Abbas.*

14 *Panormitanus Abbas scripsit in Jure Canonico, & fuit Abbas Monasterii Monacensis, Referendarius Papæ, & Auditor Cameræ, & tandem Cardinalis.*

15 *Abbas ab Hebræo, seu Syro vocabulo dictus est, quasi Pater.*

16 *Abbates eremi cultores dicuntur, quia stante tyrannorum persequutione sese in speluncis abdebant, & nominati sunt Archimandritæ, quasi Principes eorum qui in cavernis habitant.*

17 *Abbatum quidam sunt seculares, & quidam regulares.*

18 *Abbates seculares sunt illi, qui beneficia ecclesiastica obtinent cum titulo Abbatiæ.*

19 *Abbates seculares quidam sunt, qui non solùm in clericos, verùm etiam in laicos sibi subjectos quasi pontificalem, sive episcopalem jurisdictionem exercent; alii sunt prædictis longè inferioris.*

20 *Commendatarii Abbates illi vocantur, quibus Abbatiæ perpetuò commendantur.*

21 *Abbatiæ, & beneficia regularia cœperunt secularibus commendari tempore Leonis IV.*

22 *Abbates regulares aliqui populum, & territorium populum habent, in quo episcopalem jurisdictionem, & aliquando temporalem exercent, ac locorum Ordinarii dicuntur.*

23 *Abbates regulares alii sunt sub se regulares tantùm subditos habentes, quorum regimini, & gubernationi præfecti sunt.*

24 *Monasterium unumquodque olim suum tantummodò Abbatem in superiorem agnoscebat, & illi tantùm, & non alteri subjiciebatur; postea cum monastica religiones ab Episcoporum jurisdictione Summorum Pontificum privilegiis sese eximerent, factum est, ut uni generali Abbati, tanquam eorum capiti cæteri obedirent.*

Abbates quidam sunt solo nomine, qui regulares sub se subditos non habent, ibid.

25 *Abbates originem traxerunt à primis illis Eremi Patribus, quorum primus cum titulo & beneficio Abbati fuisse videtur Antonius.*

26 *Abbates debent esse professi ejusdem religionis, in cujus Prælatos sunt eligendi.*

27 *Eligere ut quis possit Abbatem, tacita professio*

Biblioteca de Ciències Socials

sufficit, ut verò possit eligi, necessariò requiritur expressa.

28 *In Ordinibus sacris constituti esse debent Abbatum electores.*

29 *Eligentes Abbatem non sint per excommunicationem, vel aliam censuram, aut ecclesiasticam inhabilitatem ab eligendo suspensi.*

30 *Eligendi in Abbatem, vel Prælatum regularem debent habere 25. annos inceptos.*

31 *Professus expressè debet esse eligendus in Abbatem, & Prælatum regularem.*

32 *Abbatia, & beneficia administrationem habentia à nemine præter Summum Pontificem possunt conferri, nisi professis.*

33 *Electio Religiosi assumpti in Abbatem, vel Prælatum alterius religionis est nulla, etiamsi dignus non reperiretur in illa religione qui possit eligi.*

34 *Eligendus in Abbatem debet esse Presbyter.*

35 *Illegitimus ad Abbatialem dignitatem, vel alias prælaturas regulares absque Summi Pontificis dispensatione assumi non potest.*

36 *Electus in Abbatem non debet esse corpore vitiatus, homicida, apostata, perjurus, prodigus, neophytus, vel patiens defectum aliquem animi vel corporis.*

37 *Pœnitentiati à S. Officio ad dignitates, & prælaturas omninò inhabiles sunt, etiamsi pœnitentias compleverint.*

38 *Abbas unus non potest duobus Monasteriis præfici.*

39 *Abbas debet esse in regimine cautus, humilis, castus, misericors, discretus, & sobrius, & ne sit turbulentus, & anxius, nec minax & obstinatus, nec zelotypus, & nimis suspiciosus.*

40 *Electio Abbatis à quibus sit facienda, ostenditur.*

41 *Inquisitio quomodo facienda, & processus fabricandus de promovendis ad Abbatias & Monasteria, quæ in Consistorio providentur, ostenditur.*

42 *Benedici à proprio Episcopo debent Abbates omnes perpetui, qui Monachis præsunt.*

43 *Benedictio Abbatum non nisi in die dominico, vel festivo fit.*

44 *Benedictio Abbatis intra annum ab electione computandum postulanda est.*

45 *Abbates semel benedicti si deinde ad aliam Abbatiam eligantur, non sunt iterum benedicendi.*

46 *Episcopus si tertiò requisitis benedicere Abbatem sine causa renuerit poterit Abbas non expectat à benedictione Officium administrare, & Ordines minores conferre.*

47 *Abbas dicitur quis ante benedictionem, & potest uti baculo, & cæteris pontificalibus.*

48 *Episcopalia insignia Abbates plurimi ex Apostolica Sedis privilegio habent, scilicet usum mitræ, & baculi pastoralis.*

49 *Abbates habent jus solemniter benedicendi in propriis tantùm Ecclesiis, quæ ad eos pertinent pleno jure, videlicet post missarum solemnia, vesperas, & matutinorum officia tantum, non autem alibi, dummodo non sit præsens Episcopus.*

50 *Abbas S. Mariæ Pacis Romæ, potest in eo Monasterio benedictionem solemnem post missarum, vesperarum, & matutinarum solemnia elargiri ex privilegio pontificio, etiamsi in benedictionem hujusmodi aliquis Antistes, Cardinalis, vel Sedis Apostolicæ Legatus præsens fuerit.*

51 *Benedictionem privatam more Episcoporum per vias minimè dare potest Abbas usum mitræ, & baculi habens.*

52 *Baculo pastorali utuntur Abbates.*

53 *Abbas ante benedictionem defert baculum pastoralem, si confirmatus sit.*

54 *Mitra triplex est species.*

55 *Abbates plures recensentur, qui speciali Sedis Apostolicæ privilegio habent usum pontificalium.*

56 *Abbates generales quorumdam Ordinum Monachalium ex privilegio Summorum Pont. habent facultatem deferendi Prælatorum regularium habitum.*

57 *Mozzetam etiam præsente Episcopo possunt nonnulli Abbates generales deferre.*

58 *Abbas insignia pontificalia deferendi jus habens præcedit non habentem.*

59 *Mozzetâ ornatum incedere extra claustra minimè licet Abbati S. Salvatoris Montis Amiati.*

60 *Abbates dicuntur habere usum & exercitium pontificalium potiùs ad decorem suarum Ecclesiarum, quàm ad significationem eorum, ad quæ in Episcopo fuerunt instituta.*

61 *Paramenta, & ornamenta Ecclesiarum sibi tantùm subjectarum benedicere possunt Abbates, & ubi vigeret consuetudo, undecumque ad se venientia.*

62 *Benedicere sacras vestes, & pallas Altaris Abbatibus ex consuetudine licet, non autem sine ea.*

63 *Abbas, qui est benedictus, vel qui ex privilegio Sedis Apostolic. habet ut pontificalia exercere possit, potest omnia sacra benedicere, illis exceptis in quibus unctio requiritur.*

64 *Consecrationem ullam efficere Abbatibus non licet, in qua unctio requiritur, nisi eis speciali Sedis Apostol. privilegio fuerit indultum, ut calices, altaria, lapides, & alia in quibus unctio requiritur, consecrent, & benedicant.*

65 *Abbates exempti habentes jus baculum deferendi, & mitram, possunt minores Ordines conferre suis subditis, non solùm Monachis, verùm etiam & laicis, in quos Ordinariam habebant jurisdictionem.*

66 *Abbatibus & aliis quibuscumque, quantumvis exemptis, & nullius Diœcesis, non licet attento Conc. Trid. cuiquam qui regularis subditus non sit, tonsuram, vel minores Ordines conferre.*

67 *Abbates non possunt conferre minores Ordines aliis regularibus sibi non subditis, qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem licentiam Episcopi loci habuerint, nec etiam aliis sæcularibus suorum superiorum dimissorias afferentibus, quamvis plures contrarium sentiant, de quibus n. 68.*

69 *Dispensare in interstitiis possunt Abbates in omni casu quo primam clericalem tonsuram, minoresque Ordines suis subditis regularibus ferre possunt.*

70 *Novitiis conferre non possunt Abbates minores Ordines, qui facultate illos conferendi regularibus sibi subditis gaudent.*

71 *Novitii Religionum privilegiis gaudent.*

72 *Abbates Monachos suos absolvere possunt à peccatis omnibus, & censuris, nisi alteri à jure specialiter reservatis.*

Biblioteca de Ciencies

De Abbatibus, Cap. XVII.

73 *Abbates à sententia excommunicationis pro injuria Clericorum Monachos suos absolvunt ex ipsius Papæ concessione.*

74 *Abbates & cæteri Prælati regulares absolvunt suos subditos exemptos à votis, & juramentis.*

75 *Abbates habentes territorium cum jurisdictione episcopali, respectu subditorum territorii habent potestatem eos absolvendi à votis, & juramentis.*

76 *Dispensare non possunt Abbates hodie cum suis Monachis, ut illi ad sacros Ordines in minori ætate promoveantur.*

77 *Dispensare potest Abbas cum apostata Monacho à religione, ut ministrare in Ordinibus possit, & ad majores Ordines promoveri, nisi in apostasia fuerit Ordinatus.*

78 *Monachus ut ecclesiastica officia aut dignitates consequi possit dispensare valet Abbas, si Episcopi consensus accedat.*

79 *Dispensare potest Abbas in irregularitate, quam Monachi contraxerunt accipientes Ordines in excommunicatione ignoranter, non autem si scienter.*

80 *Monachus ut habeat propriam cellam in Monasterio ab aliis separatam, dispensat Abbas.*

81 *Abbas dispensat in jejuniis & delectu ciborum, & in silentio, & operibus manuum.*

82 *Abbates exempti, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, hodie ad eam accedere tenentur.*

83 *Monasteria sibi subdita ex officio visitare tenentur Abbates.*

84 *Abbates curare debent, ut suis Monasteriis sacræ Scripturæ lectio habeatur.*

85 *Abbates circa Monachos suos in his omnibus curam & diligentiam adhibere debent, quæ à sacris Canonibus de eorum vita, & moribus statuuntur.*

86 *Pensiones novas imponere, aut veteres augere in Prioratibus, & aliis beneficiis subditorum suorum prohibetur Abbatibus.*

87 *Abbatibus interdicitur ne sine consensu Capituli Clerici in Ecclesiis, in quibus habent jus patronatus, præsentent.*

88 *Abbatibus prohibetur ne aliquem de sacro fonte suscipiant,* & n. 89.

90 *Abbates non possunt de causis matrimonialibus cognoscere, publicas pœnitentias injungere, & indulgentias concedere, ac alia similia episcopalis dignitatis.*

91 *Abbates usum mitræ & baculi ex privilegio Apostol. habentes, in Clericorum degradatione assumi possunt.*

92 *Missas Capellaniarum, & anniversariorum justa de causa ad minorem numerum Abbates & generales Ordinum in suis Capitulis generalibus reducere poterant, non sic hodie.*

93 *Administratio bonorum Conventuum spectat ad Abbates præterquam in arduis.*

94 *Abbates, qui Ordinarii sunt, & habent jurisdictionem quasi episcopalem, regulariter possunt omnia qua sunt jurisdictionis.*

95 *Dimissorias concedere Clericis secularibus sibi subditis possunt Abbates Ordinarii, qui habent jus visitandi, & Synodum congregandi.*

96 *Confessarius ad secularium confessiones audiendas approbare possunt Abbates, qui Ordinarii sunt, & habent jurisdictionem quasi episcopalem.*

97 *Denunciationes matrimoniales remittere possunt Abbates etiam Commendatarii in eorum Abbatiis, in quibus habent jura episcopalia.*

98 *Matrimoniis contrahendis interesse potest Abbas Ordinarius habens jurisdictionem quasi episcopalem.*

99 *Dispensandi & absolvendi facultatem concessam Episcopis per Concil. Trid.* sess. 24. de ref. m. c. 6. *an habeant Abbates Ordinariam jurisdictionem quasi episcopalem habentes, ostenditur.*

100 *Dispensare in omnibus casibus, in quibus valet Episcopus, potest Abbas Ordinariam quasi episcopalem potestatem habens.*

101 *Prædicatoribus licentiam dare ad prædicandum in suo districtu, & eos approbare potest Abbas Ordinarius habens jurisdictionem quasi episcopalem.*

102 *Beneficia etiam Curata conferre potest Abbas Ordinarius jurisdictionem quasi episcopalem habens.*

103 *Concursum de Curatis vacantibus coram se, vel ejus Vicario facere potest Abbas Ordinarius, si jus habeat Congregandi Synodum.*

104 *Synodum, & Constitutiones Synodales facere potest Abbas Ordinarius quasi episcopalem jurisdictionem habens.*

105 *Abbas Ordinarius jurisdictionem quasi episcopalem habens, potest sicut Episcopus ad Concilium generale, seu provinciale admitti, citari, & vocari, & in eo habet vocem decisivam.*

106 *Beneficiorum permutationibus, & resignationibus simplicibus potest auctoritatem interponere Abbas Ordinarius jurisdictionem quasi episcopalem habens.*

107 *Exequutor omnium ultimarum voluntatum ad pias causas potest esse Abbas Ordinarius jurisdictionem quasi episcopalem habens.*

108 *Visitare subditos suos potest Abbas Ordinarius habens jurisdictionem quasi episcopalem.*

109 *Pontificalia in suo districtu exercendi licentiam concedere potest alieno Episcopo Abbas Ordinarius jurisdictionem habens quasi episcopalem.*

110 *Matrimonialibus de causis cognoscere potest Abbas Ordinarius jurisdictionem habens quasi episcopalem.*

111 *Indulgentias qua solita sunt dari ab Episcopis, concedere potest Abbas Ordinarius jurisdictionem quasi episcopalem habens.*

POST Episcopus sequitur, ut de cæteris animarum Prælatis agamus, inter quos videntur Abbates digniorem locum obtinere, imò post Episcopum primam dignitatem in Ecclesia habere tradunt Lap. *alleg* 84. *n.* 11. Abb. *cap. ex ore, n.* 3. *in* 4. *not. ab. de privil.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 27. *n.* 87. novissimè Didac. Narbonna *de etate ad omnes humanos actus req. ann.* 25. *q.* 57. *n.* 3. me citato *in hoc loco*, Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 5. *tract.* 3. *docum.* 2. *n.* 2. Oviedo *in praxi regul. part* 2. *tract.* 1. *cap. unic. q.* 2. *n.* 70. & 73. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 3. *verb. Abbas, n.* 3. ita ut in sactis generalibus Conciliis immediatè post Episcopos ipsis, deinde aliis etiam Prælatis locus debeatur. Panormit. *in c.* 2. *n.* 2. *de Iudis, & in c. ex ore, n.* 3. *de privil.* de Campeg. *de Concil. c.* 15. *n.* 17. Castald. *in praxi cæremon. lib.* 1. *sect* 9. *c.* 1. *n.* 3. præ aliis enim sunt honorandi, Zabarel. *in Clem.* 1. *n.* 3. *de rescript.*

Card.

Biblioteca de Ciències Socials

2 Card. Tusch. *tom.1. littera A, conclus.5. n.3.* quia habent dignitatem, & cum Prælatis multa communia, *cap. hac constitutione, de offic. deleg. lib.6.* & Gloss. *in c. à Subdiacono, 9 dist. cap. ut Apostolica, de Privil. lib.6.* qui textus loquens de Abbatibus ait, *Quibus ex propria dignitate non competit, cap. si quis deinceps,* & ibi Gloss.16.q.7. quæ loquens in principio de Episcopo, & Abbate: posteà subdit idem esse de aliis dignitatibus inferioribus, Panorm. *in c. per tuas, 32. n.7. in fin. de simon. & in cap. decernimus, n.2. de judic.* ubi Dec. *n.4.* Felin. *in cap. meminimus, col.2. vers. ulterius quæro, de accusat.* Lap. *alleg.84.* incip. *Dominus Papa, col.pen. n.11. vers. Item Abbatia*, Ægid. Bellam. *consil.5. n.21. & 22.* Ascan. Tamburin. *de jure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium, quàm secularium Episcopis inferiorum, tom.1. disput.1. q.2. n.6.* ubi *n.7.* limitat in odiosis,
3 & Rota apud eundem *tom.3. decis.4.* Intellige quando Abbas curam habet & Conventum, seu præeminentiam in choro, aut administrationem perpetuam cum jurisdictione Rota apud Tamburin. *in fine, tom.3. de jure Abbatum decis.5. n.7. & decis 9. n.3.* nam Abbatia, inspecta ejus origine, est potius nomen sollicitudinis quàm honoris, ut dicit Gloss. *verb. non ascendat, in cap. tuam,* ubi Innoc. *in fine,* & Abb. *n.3. vers. in eo, de ætate, & qual.* Gloss. *verb. Abbatem, in cap. Accedens, 40. dist.* Rota *d. dec.9. n.8.*

4 Unde Abbates in factis Canonibus Ecclesiæ Prælati vocantur, & appellatione Prælatorum veniunt, *cap. decernimus, de judic.* ibi, *Sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum Prælati, cap. præsenti, de offic. ordin. lib.6. cap. ut Apostolicæ, de Privileg. eodem lib.* Dec. *in cap. edoceri, n.4. de rescript. & in cap. quia nos, n.7. de appellat.* Vitalin. *in Clement.1. n.3. de suppl. neglig. Prælat.* Lap. *d. allegat.84. num.11.* Buratt. *decis.610. n.2.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.12. c.29. & part.2. lib.3 c.25. q.1.* Suar. *de Religion. tom.4. tractat.8. lib.2. cap.2. n.2.* Tamburin. *d. disp.1. q.3.* Lezana *in d. sum. tom.3. verb. Abbas, n.4.* etiamsi sint Commendatarii, dummodò perpetui. Dec. *in d. cap. edoceri, n.4.* Barbat. *consil.2. num.18. lib.2.* Sarnens. *super Reg. de triennali, q.5. num.16. & seq.* Rebuff. *conf.77. n.1.* Rot. *dec.346. num.2. part.3. divers.* Gonzal. *ad reg.6. Cancell. gloss.3. §.8. num.27.* Buratt. *d. decis.610.* Tambur. *d.*
5 *q.3. num.4.* quorum omnium Abbatia in multis æquiparatur Episcopatui, secundùm Oldrad. *cons. 14. vers. non obstabat, circa fin. n.10.* Card. Tusch. *tom.1. litt. A, conclus.29. num 1.* Machado *en su perfetto Confessor, tom.2. lib.4. part.5. tract.3. docum.1.*
6 *num.2.* in tantum, ut neque comprehendatur dignitas Abbatialis sub nomine dignitatis prout neque Episcopalis, in odiosis. Archid. & alii *in cap.2. de prabend. in 6. in princ.* ubi Domin. *n.10.* Card.
7 Tusch. *litt. A, conclus.5. num.2.* Et expectans non cadit Abbatiam, quæ non cadit sub nomine beneficii, cùm speciali notâ sit digna, quia dicitur in primo dignitatis gradu, sicut Episcopatus. Lap. *allegat.85. num.10. vers. sed nunquid, & n.11.* subdit quod habet multas prærogativas, quia de ea consistorialiter providetur, & non fit mentio in provisione de cura. Refert Cardin. Tusch. *d. litt. A, concl.29. n.3.*

8 Item Abbas dicitur sponsus Ecclesiæ suæ, & eo mortuo Ecclesia viduata dicitur, prout in Episcopali, & omnibus habentibus dignitatem cum administratione. Innoc. *in c. quia propter, in princip. vers. viduatis, de elect.* Bart. *in l. si ita quis, §. si cui, num.5. vers. quarto inter Monasterium, ff. de legat.2.* refert Cardin. Tusch. *d. littera A, conclus.5. n.6.* In 9
Ecclesiis sibi subjectis dicitur Abbas ordinarius, sicut Episcopus, & idcò potest esse Judex in causis suarum Ecclesiarum subjectarum. Angel. Aret. *consil.99. Videndum censeo, in princip.* Card. Tusch. *d. litt. A, conclus.11. n.1.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, part.2. lib.2. c.1. num.20. vers. igitur.* Et 10
sicut in alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur consensus Episcopi, ita consensus Abbatis in alienatione bonorum Ecclesiæ subjectæ Abbatiæ, Angel. Aret. *d. consil.99. in princ.* & Cardin. Tusch. *d. concl 11. n.3.*

Hanc dignitatem exornarunt plures Abbates 11
utriusque Juris consultissimi, ob præclara eorum opera, quibus quotidie utimur. Horum primus fuit Abbas Joachim tempore Urbanus III. anno 1188. qui multa perdoctè scripsit: illius meminit textus *in cap.2. in princ. de summ. Trinit.* dum refert fuisse damnatum à Concilio Lateranensi sub Innocentio anno 1215. ejus libellum, quem edidit contra Magistrum sententiarum, dum in eo voluit trinas esse personas, & quaternitatem astruebat ex substantia divina, ut habetur *in d. cap.1.* quem tamen in fine excusat, quia omnia sua scripta submisit sanctæ Matri Ecclesiæ, omnium Dominæ & Magistræ; unde alia ejus opera prohibita non sunt. Ita referunt Ægid. Roman. *in repet. d. cap.2 part.2. in fine,* August. Triumph. *de potest. Eccles. quæst.100. art.5.* Card. Tusch. *d. litt. A, conclus.3. num.24.* Possevin. *in apparatu sacro, tom.2. verb. Ioachimus,* Blasius Viegas *in Apocalypsin cap.3. sect.3.* Fuisse 12
Joachimum prophetiæ domo præditum, attestantur Guillelm. Paraginus *in libello de virtutib. sancti Antonin. part.1. tit.17. cap.1. §.12.* Martin. Polac. *in historia, sub Federico I. & Eugenio III.* Sixtus Senensis *lib.4. Bibliotheca,* Fascicul. Tempor. *in Alexandro III. anno 1164.* Matth. Palmer. *in Chronic. anno 1186.* Robert. Aurel. *lib.1. rerum medicinar. cap.3.* Illesc. *in histor. Pontif. lib.5. cap.27.* Hic est ille Joachimus, qui ante institutos Ordines Dominicanorum, & Franciscanorum, jussit sanctum Franciscum, & sanctum Dominicum Venetiis depingi in Templo sancti Marci supra ostium ærarii publici, eo habitu, quo potest usi sunt: addidit præterea S. Francisco quina Christi vulnera, prout ista omnia adhuc videntur in eodem Templo opere Mosaico. Referunt Possevin. *ubi sup.* Chron. Minor. *part.1. lib.10. cap.3.* Ribaden. *in vita S. Francisci, 4. Octobris.*

S. Miniati Abbas scripsit super Jure Canonico, 13
& dicitur Abbas antiquus, Cardin. Tusch. *tom.1. litt. A, concl.5. n.25.*

Panormitanus Abbas pariter scripsit in Jure Ca- 14
nonico, & fuit Abbas Monasterii Monacensis, Referendarius Papæ, & Auditor Cameræ, prout ipse subscripsit in consiliis 97. 98. 99. & 100. & tandem fuit Cardinalis, prout intitulatur in operibus suis. Ita Card. Tusch. *d. concl.5. n.26.*

Abbbas ab Hebræo, seu Syro vocabulo dictus 15
est, quasi Pater, *c. fin. de regular.* Gloss. *in Clem.1. de rescript.* Nicol. Lyran. *in epist. ad Galat. cap.4.* Spieg. *in lexic. Iuris, verb. Abbas,* S. Aug. *epist.177.* Alvar. Pelag. *de planctu Eccles. lib.2. cap.23.* Petr. Greg. *Syntagm. Iuris part.2. lib.16. c.13. de Abbatib. n.1.* Cardin. Tusch. *tom.1. litt. A, concl.3. à princ.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. q.12. art.1. in princ.* Campan. *in divers. Iuris Canon. rubr.7. c.6. n.19.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccl. literata, 2. disp.13. §.2.*

Anton.

Anton. Fab. *in praxi, & theorie. benefic. tit. de major. & minor. benefic. ex n.* 54. Tamburin. *dict. disp.* 1. *q.* 1.

16 Quidam verò sunt Abbates eremi cultores, sic dicti, eo quia stante tyrannorum persequutione sese in speluncis abdebant, & nominati sunt Archimandritæ, quasi Principes eorum qui cavernas habitabant, vel Principes gregis: ita vocantur *in leg. nos reddentes, §. omnes, Cod. de Summ. Trinit.* Sebast. Cæsar *ubi proximè*, Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 3. Tamburin. *d. tom.* 1. *disp.* 2. *q.* 3. *n.* 1. & hi solent alios sub se Abbates habere, quamvis hoc nomine Abbas etiam simplex, & nonnunquam Episcopus nominetur, ut in inscriptione *cap. dispensationes*, ubi Gloss. 1. *q.* 7.

17 Abbatum quidam sunt sæculares, & quidam Regulares, ut *in c. transmissa*, ubi Gloss. *verb. Abbatis, de renunc. & in cap. cùm ad Monasterium, de statu Monach.* Joan. de Selva *in tract. de benefic. p.* 1. *q.* 2. *n.* 35. Rebuff. *in praxi, tit. secularia benef. quotupl. num.* 4. Hojed. *de incomp. benefic. part.* 1. *cap* 5. *n.* 2. Flamin. Pariſ. *de reſig benefic. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 68. me citato *in hoc loco*, Mendez de Castro *in praxi Lusit. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10.

18 Abbates sæculares sunt illi, qui beneficia ecclesiastica obtinent cum titulo Abbatiæ, *capite cum de beneficio*, ubi Glossa *in fine, de prabendis in* 6. & hi in multiplici statu reperiuntur; quidam

19 enim sunt, qui non solùm in Clericos, verùm etiam in laicos sibi subjectos quasi pontificalem, sive episcopalem jurisdictionem exercent, ac pariter pontificalia insignia gestant; nam utuntur annulo, mitra, & baculo pastorali, & istorum dignitas est episcopali proxima. Alii sunt Abbates prædictis longè inferiores, qui nec episcopalem jurisdictionem habent, nec pontificalibus insignibus utuntur, quorum Abbatiæ, quamvis dignitates sunt, non tamen Episcopi dignitatem proximè sequuntur. Alii sunt Abbates sæculares, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis inter cæteras Dignitates locum habent, qui nulli Canonicorum collegio præsunt sed tantùm in Choro, & Comitiis prærogativam, seu primum locum obtinent: hoc fortassis esse potuit, quia olim erant in Ecclesiis Collegialibus Canonicorum Præpositi, sive in Conventualibus Monachorum Præfecti; sed cùm Canonicorum Collegia, vel Monachorum Conventus defiissent, Ecclesiæ Præfecti Abbates in Cathedralem Ecclesiam transierunt. Præterea complures extant Abbates sæculares in Hispania, & præsertim in Regni Portugaliæ Interamnensi regione, qui cùm sint tantum Plebani, sive Parochialium Rectores, honorario isto titulo passim decorantur, ut tangit Abbas *in capite ex transmissa, num.* 5. *de renunc.* & hujusmodi titulo, etiam Neapoli, conctos dignitates Clericos decorari refert Campan. *dict. cap.* 6. *n.* 100. Subdens quàm rarissimè reperiri sæculares Clericos, quibus nomen Abbatis verè competat, strictè sumpto vocabulo.

20 Alii vocantur Abbates Commendatarii, cùm enim per sacros Canones non possunt Clerici sæculares Monasteriorum & Conventuum esse Rectores, ut Abbatiæ illis perpetuò commendarentur, compertum fuit. Unde ii, quibus prohibitum erat Regulares Abbatias in titulum obtinere, earum retentionem per viam perpetuæ commendæ licitam effecerunt. Abbatiæ hujusmodi, &

21 beneficia regularia cœperunt commendari tempore Leonis IV. ut colligitur ex *cap. qui plures*, 21. *quæst.* 1. secundùm Rebuff. *in præx. benef. tit. de commend. n.* 6. postea à Clemens V. hujusmodi commendationes maximè exhortuit, *in Extrav.* 2. *de prabend.* Rebuff. *ubi suprà, à n.* 12. Deinde fuerunt iterum introductæ ab Urbano VI. & Bonif. IX. quas perpetuò sequutus est Paulus II. Venetus, & ex tunc usque ad nostram tempestatem fuerunt, & sunt valdè in usu. Renat. Chopin. *in Monast. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 14. Tamburin. *d. tom.* 1. *disp.* 4. *q.* 1. *cum seqq.* ubi plura de hac materia.

Abbates Regulares in multiplici quoque repe- 22
riuntur differentia; aliqui enim majori dignitate, & excellentiâ præ aliis insigniti, populum, & territorium proprium habent, in quo episcopalem, jurisdictionem, & aliquando temporalem exercent, ad locorum Ordinarii dicuntur. Hujusmodi sunt Abbates Cassinenses, & sanctæ MARIÆ Tremitanæ, Congregationis Lateranensis insulæ in Mari Adriatico propè Theatinam Diœcesim, Cluniacensis, Ripolensis Ordinis sancti Benedicti in Catalonia, sancti Dionysii Parisiensis ejusdem Ordinis, & S. Genofevæ Virginis Canonicorum Lateranensium, & sanctissimæ Trinitatis de Cava, Ordinis sancti Benedicti, sancti Ambrosii Mediolanensis, ac sanctæ MARIÆ de Moribundo ejusdem Diœcesis, & plures alii, quos longum esset recensere.

Alii autem sunt Abbates sub se Regulares tan- 23
tùm subditos habentes, quorum regimini, & gubernationi præfecti sunt, juxta textum *in cap. cum ad Monasterium, vers. Abbas verò*, ibi: *Cui omnes, & in omnibus reverenter obediant, &c.* & *capite in singulis, de stat. Monach.* Selva *de benef. p.* 1. *quæst.* 2. *n.* 49 Flamin. Pariſ. *de resign. lib.* 7 *q.* 15. *n.* 7. & olim unumquodque Monasterium suum tantummodò Abbatem in Superiorem agnoscebat, ac illi tantùm, & non alteri subjiciebatur, & obtemperabat, nec unus Abbas alteri Abbati; sed omnes Episcopis locorum subditi erant, juxta caput *Abbates*, caput *Monasteria*, 18. *q.* 2. & notat Panormitan. *in cap. ult. n.* 1. *de Regular.* at postea cùm Monasticæ Religiones Summorum Pontificum privilegiis se eximerent ab Episcoporum jurisdictione, constituendo unum caput, factum est, ut uni generali Abbati, tanquam eorum capiti cæteri obedirent, & iste est Abbas supremus in Religione, cui inferiores cæterorum Monachorum Abbates locales, sive Conventuales appellati subduntur, qui Abbas generalis dicitur supremus Prælatus, non quòd nemini subjiciatur; hoc enim modo soli Summo Pontifici competit nomen supremi omnium Religionum Prælati, sed respectivè ad suam Religionem, quia videlicet intra eam neminem alium Prælatum in Superiorem agnoscit, & dicitur supremus Religionis Prælatus sub summo Pontifice.

Alii denique sunt Abbates solo nomine, qui 24
Regulares sub se subditos non habent. Abb. *consil.* 101. *in quæst. n.* 1. *vers. nam Papa, lib.* 1. Cardinal. Tusch. *tom.* 1. *litt. A, concluſ.* 3. *n.* 21. vel quia fortassis Monachi locum reliquerunt, vel quia Monasterium est aliò translatum, vel alicui sæculari Clerico commendatum; & hi titulares Abbates vocantur, ac pontificalibus insignibus utuntur, de licentia tamen Abbatum localium, in quorum Ecclesiis ea exercere voluerint, gestant etiam insignia Prælatorum, sicut Abbates habentes sub se Regulares subjectos; habent enim suffragia, & liberam vocem in Capitulis, quamvis in alio Monasterio sub obedientia alterius Abbatis existant.

Originem traxerunt Abbates à primis illis Ere- 25
mi Patribus, quorum primus cum titulo, & beneficio

ficio Abbatis fuisse videtur Antonius. Inter eos verò qui in civitatibus Monasteria, & bona temporalia possederunt, primus fuisse traditur Benedictus, à quo plures alii descenderunt Abbates propter multa Monasteria, quæ sub eadem regula constructa fuerunt, & inde Abbates dici cœperunt omnes ferè non Mendicantium Ordinum Prælati. Ita Tambur. *d. tom. 2. disp. 2. q. 2. in fin.*

26 Circa electiones Abbatis, ultra quæ illis communia sunt cum aliis Prælatis, de quibus peculiariter agemus infra à *hoc eodem cap. 19.* in genere quoad eligentes plura requiruntur. Et primò, ut sint professi ejusdem Religionis, cujus Prælatus est eligendus, sive professio fuerit expressa, sive tacita, *cap. ex eo, §. in Ecclesiis, de elect. lib. 6.* Sylvest. *in sum. verb. electio 4. n. 5.* Cuch. *in instit. major. lib. 4. tit. de elect. n. 94.* Tamburin. *dict. tom. 1 disput. 5. quæst. 8. n. 6.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 9. n. 2.* ubi *n. 3.* post Franch. *in dict. cap. ex eo*, Petr. de Biaxio *in direct. elect. part. 2. c. 6. num. 2.* & Suar. *de Relig.*

27 *tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4. n. 2.* hoc assumptum sic explicandum esse tradit, scilicet ad hoc, ut quis possit eligere, sufficit tacita professio, ut verò possit eligi, necessariò requiratur expressa.

28 Secundò requiritur, ut sint in sacris Ordinibus constituti, ut expressè probatur *in dict. capite in Ecclesiis*, & tenent Cuch. *ubi suprà, n. 114.* Petr. *de elect. cap. 7. n. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 51. art. 3. in fin.* Cruz *de stat. Relig. lib. 2. cap. 3. in fine prima concl.* Frat. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 23 art. 3. concl. 3.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4. n. 3. & 4.* Sigism. à Bononia *de elect. dub 91.* Tamburin. *dict. q. 8. n. 8.* qui secus esse dicendum affirmant, si aliàs habeant vocem ex privilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine, ut ait Gloss. *verb. electionibus, in dict. cap. ex eo.*

29 Tertiò requiritur, quod electores non sint per excommunicationem, vel aliam hujusmodi censuram, aut Ecclesiasticam inhabilitatem ab eligendo suspensi, nec suspensi à suorum officiorum executione, nec irregulares, nec ex illis, quibus interdictum est eligere absque Superioris licentia, nec qui scienter elegerunt, vel postularunt indignum scientiâ, moribus, & ætate, ut *d. c. 19. n. 56.* commodiùs probabimus.

30 Quoad eligendos verò in Abbatem, seu Prælatum Regularem multò plura requiruntur, & primò in eis requiritur ætas 25. annorum incœptorum: nam licèt à Jure in eis nulla expressa reperiatur, tamen hæc nostra assertio colligitur ex eo, quia in aliis quàm in Episcopati sufficiunt 15. anni, ut probat *cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 12. versic. nemo deinceps*, tradunt Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 3. n. 7.* Sigism. à Bonon. *de elect. dub. 2. n. 1. vers. & hanc assertionem.* Oldrad. *cons. 14. num. 11.* Hojed. *de incompatib. benef. part. 1. cap. 24. post num. 11.* Card. Tusch. *littera A, conclus. 5. n. 11. & conclus. 337. n. 3.* Campan. *in diverf. Juris Canon. rub. 7. cap. 6. n. 101.* me citato *in hoc loco*, novissimè Didac. Narbona *in tract. de ætate ad omnes humanos actus req. ann. 25. q. 57. n. 1. cum seqq.* Novar. *in Lucerna Regul. verb. annus, n. 3.* Tamburin. *d. disp. 5. q. 9. à princ.* ubi *n. 3.* eandem ætatem requiri ait in Abbate Generali, contra ea quæ resolvit Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 3. art. 1. concl. 2.* quod idem in eo, cui secularis conferenda est Abbatia, tenendum videtur; etenim genericè loquuntur Doctores, dum aiunt in Abbatibus vigesimum quintum cœptum sufficere annum, non distinguentes inter regularem, & sæcularem, præsertim Zabarell. *in Clem. generalem, post n. 7. de ætat. & qualitat.* Joan. de Selva *in tract. de benef. p. 3. q. 5. n. 15.* Suffragatur-que argumentum illud à paritate rationis, quam veram esse inter Abbatem sæcularem, & regularem notant Hojed. *d. part. 1. cap. 5. n. 6.* & expressè tenet Campan. *d. cap. 6. n. 102. vers. quod idem*, me citato *in hoc loco*, Didac. Narbona *d. an. 25. q. 57. n. 4. & 5.*

Secundò requiritur, ut eligendus in Abbatem, 31
& Prælatum Regularem, debeat esse expressè professus, ut probatur *cap. nullus 28. de elect. lib. 6.* Rebuff. *in tract. de pacific. possess. n. 180.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. q. 12.* Serap. *decis. 647.* Paul. Layman. *in quæst. Canon. de Prælat. Eccles. elect. q. 190. in fine*, Sigism. à Bononia *de elect. dub. 90. n. 1. cum seqq.* Tamburin. *dict. disp. 5. quæst. 10.* Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum Novit. disp. 11. dub. 19. n. 1.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. n. 78.* ubi subdit factam 32
Congregationem sub die 12. Decembris 1585. censuisse à nemine, præter Summum Pontificem, posse conferri Abbatias, & beneficia administrationem habentia, nisi professis juxta Canones, me citato *in hoc loco*, Joannes Maria Nov. *in Lucerna Regular. verb. Abbatia, n. 2.* Quæ quidem expressa 33
professio debet emitti in ea Religione, in qua assumitur, itaut si Religiosus eligatur in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, talis electio sit nulla, ut probat *Clement. 1. de elect.* Zerol. *in praxi Episcop. parte 1. verb. Abbatissa, versic. ad quartum*, Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 52. art. 3. in fin.* Azor. *d. lib. 12. cap. 13. quæst. 11.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 13. art. 11. concl. 4.* Paul. Layman. *Canon. qq. de Prælat. Eccles. elect. q. 192. resp. 2.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 60. n. 4.* Tamburin. *dict. disp. 5. q. 21.* Lavor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. n. 127.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 3. n. 11. in fin.* ubi subdit procedere etiamsi dignus non reperiretur in illa Religione, qui posset eligi. Hac de re Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 21.* ita statuit. [Primum quidem confidit (scilicet sancta Synodus) sanctissimum Pontificem pro sua pietate, & prudentia curarum, quantum hæc tempora ferre posse viderit, ut iis quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ suos Conventus habent, Regulares personæ ejusdem Ordinis expressè professæ, quæ gregi præire, & præesse possint, præficiantur. Quæ verò in posterum vacabunt, nonnisi Regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur. Quo verò ad ea Monasteria, quæ capita sunt, ac Primates Ordinum, sive Abbatiæ, sive Prioratus, & filiæ illorum capitum nuncupantur, teneantur illi, qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de Regulari successore provisum, infra sex menses Religionem illorum Ordinum propriam solemniter profiteri, aut iis cedere, aliàs commendæ prædictæ ipso Jure vacare censeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & singulis fraus aliqua adhiberi possit, mandat sancta Synodus, ut in provisionibus dictorum Monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur, aliterque facta provisio subreptitia esse censeatur, nullaque subsequenti possessione, etiam triennali adjuvetur.]

Tertiò requiritur, ut eligendus in Abbatem 34
sit Presbyter. Panorm. *in cap. 1. num. 2. & in capite tuam, n. 3. de ætat. & qualit.* Angel. *in sum. verb.*

Abbas

Abbas, n.1. Sylveſt. *eod. verb. etiam n.1.* Læl. Zech. *de Republ. Eccl. c. 5. n.3.* Fr. Emman. *quæſt. Regular tom.1. q.15. art. 2.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. c.20. q.1.* Card. Tuſch. *tom.1. lit. A, concl. 4. n.3.* aut ſaltem in Ordinibus ſacris conſtitutus, ſi credimus Biaxio *de elect. p.2. c.9. n.2.* Ægid. *conſ. 5. n.21. & 22.* Seraph. *deciſ 647. num.3.* Sed primùm verùs comprobat Tamburin. *d. diſput. 5. q.12.*

35 Quartò requiritur, ut ſit legitimè natus, nam illegitimus ad Abbatialem dignitatem, vel aliàs Prælaturas Regulares, abſque Summi Pontificis diſpenſatione aſſumi non poteſt. Nav. *in man. 27. 201* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.1. q.13. art. 5. circa fin.* Sayr. *de cenſ. lib.6. cap.11. n.3.* Suar. *tom.5. diſp.50. ſect.5. n.12.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6 cap.3. quæſt.2.* Bellet. *4 ſquiſ. Clerical. p.1. tit. de diſc. Cleric. §.3. n.49.* Campan. *in diverſ. Jur. Can. rub.11. c.13. n.117.* Sanch. *in præcepta Decal. tom.2. lib.5. cap.5. n.16. & 17.* Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub.72. n.1.* Tamb. *d. diſp.5. q.14.* & alii citati per me *in collect. ad cap.1. n.3. cum ſeqq. de filiis Preſbyt.*

36 Quintò requiritur ut non ſit corpore vitiatus, ſimoniacus, homicida, apoſtata, perjurus, prodigus, neophytus, vel patiens defectum aliquem animi, ſeu corporis, de quibus commodiùs dictmus infrà *hoc eod. lib.2. c.19.* Noviſſimè S.D.N. Urbanus VIII.

37 in generali Congregatione S. Romanæ & univerſalis Inquiſitionis, de anno 1626. decrevit Regulares omnes pœnitentiatos à ſancto Officio, ad Dignitates & Prælaturas omninò inhabiles eſſe, etiamſi pœnitentias compleverint, ut referunt Laurent. de Peirinis *tom.2. privileg. ſui Ordinis Minimorum, in annot. ad Conſtit.9. Pauli V.* Tamburin. *d. diſp 4. q.21.*

38 Sextò requiritur, ne alterius Monaſterii ſit Abbas, non enim poteſt unus duobus Monaſteriis præfici, nam eo ipſo, quod novo Monaſterio, vel Eccleſiæ præficitur, & dignitatem acceptat, definit eſſe Abbas, ac Prælatus primi Monaſterii, ſeu Eccleſiæ, *cap. nnum Abbatem 21. q.1. cap. ult. de Relig. domib.* Conc. Trid. *ſeſſ.25. de Regul. cap.7. verſ. duobus*, Tamburin. *d. diſp.5. q.24. à princ.* ubi *n.3* per *cap. ult. 25. q.2.* hoc intelligit, niſi unum Monaſterium ab alio dependeat.

39 Septimò requiritur, ut ſit in regimine cautus, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus & ſobrius, ut exprimit Tributienſe Conc. *in cap. ſi quis Abbas, 18. q.22.* & habetur *in cap. Abbatem, eod. quæſt. & in cap. tuam, de at. & qualit.* & ne ſit turbulentus, & anxius, ne ſit nimius, & obſtinatus, ne ſit zelotypus, & nimis ſuſpicioſus, ut docet S. Benedictus pluribus ſuæ Regulæ locis, ac demùm aliis qualitatibus præditus, ad defectibus carens eſſe debet, quos in Eccleſiaſticis ordinandis infrà ſuo loco videbimus.

40 Facienda eſt autem Abbatis electio ſecundùm antiquos quidem Canones ab ipſo Monaſterio, & Monachis, quibus eſt præficiendus, *dict. cap. Abbatem, cum ſeq. 18 q.2.* & ſuprà probavimus, ab Epiſcopo verò hujuſmodi non fiebat electio, nec ab aliquo extraneorum, ut B. Gregorius ſtatuit *in cap.2. & §. ecce, eod. quæſt.* & hujus electionis confirmationem electus in Abbatem ab Epiſcopo, cui proximè Monaſterium ſubjectum erat, accipiebat. Panorm. *in cap 1. de ſuppl. neglig. Pral.* niſi fuiſſet ab ejus juriſdictione exemptus; quo caſu à Romano Pontifice, vel Legato de Latere Abbas confirmabatur, *cap. ſi Abbatem. de elect. in 6. cap. cùm Monaſterium, eod. titul.* Poſteà cùm cœpiſſent Regulares Summorum Pontificum privilegiis ad Epiſcoporum juriſdictione eximi, Abbates, & Prælati locales habentes Abbatem, & Præſidentem Generalem, ſeu Provincialem, cui ſubjiciebantur, ab eo confirmationem petebant; ipſi verò Abbates, & Prælati generales regulariter à Summo Pontifice, qui eſt eorum immediatus Superior, confirmabantur, niſi ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ conceſſione obtinerent, ut ſtatim ac ſunt canonicè electi, intelligantur per Summum Pontificem confirmati, prout fuit conceſſum ab Eugenio IV. Ciſtercienſi Ordini, ſicut refert Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.1. quæſt.52.* & à Clemente IV. Fratribus Minoribus, ut habetur *in compend. privil. Mendicant. verb. Electio, §.3.* & Minimis S. Franciſci de Paula à Julio II. prout atteſtatur Laurent. de Peirinis *tom.1. privileg. dict. Ordinis, conſtit.2. ejuſdem Pontificis, §.2.* & à Paulo III. ex eodem Peirino *tom.2. conſtit.4. ejuſdem Pontificis* Et quamvis hodie omnes ferè Abbates, & Prælati locales per electionem Conventuum non creentur, ſed à Generali unà cum definitorio provideantur, indigent tamen confirmatione, cujus etiam vicem gerit hujuſmodi electio, quia quando ad eligentem ſpectat electio, & confirmatio eodem jure, putà quòd alicui conceſſum eſt, ut eligat, & confirmet, ut in caſu de quo agimus, tunc eo ipſo quod eligit confirmare videtur. Ita Gloſſ. *verb. electione, in capite ut circa, & verbo proviſionem, in cap.1. de elect lib 6.* Mil. *in repet. verb. electio, §.2.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.119. n.6.*

Demùm, quoad Abbatias, Præpoſituras, & alias 41
Dignitates Conventuales Pius IV. in ſua Conſtitutione incipiente, *Sanctiſſimus*, quam refert Quarant. *in ſumma Bullarii, verb. Beneficiorum poſſeſſio*, & habetur in Bullario novo *tom.2. conſtit.86. ejuſdem Pontificis*, ſic ſtatuit: [Et nihilominus hac ſua perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuit, & ordinavit, quod nullus de cætero in ſe regimine & adminiſtratione Monaſterii, vel alterius dignitatis Conventualis, ad quod, ſeu quam illum eligi contigerit, in ſpiritualibus, vel temporalibus, antequam ritè celebrata electio à Sanctitate ſua, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, & Sede prædicta confirmata, & litteræ Apoſtolicæ deſuper expeditæ fuerint, per ſe vel alium, in toto vel in parte, quovis quæſito colore immiſcere, aut ad illud, vel iſtam ſe recipi facere, vel aliàs ſe pro ejus Prælato gerere præſumat.] De promovendis autem ad hujuſmodi Abbatias, & Monaſteria, quæ in Conſiſtorio providentur, facienda eſt inquiſitio, & fabricandi proceſſus eo modo, ſicut de promovendis ad Eccleſias Cathedrales, prout ſuprà oſtendimus *hoc eod. lib. c.9. n.139. & ſeqq* expreſsè habetur in Conſtit. Gregor. XIV. incipiente *Onus Apoſtolicæ, ſub dat. Romæ 15. Maii 1590. prope finem*, in hæc verba: [Hæc portò omnia, quæ de promovendis ad Eccleſias Cathedrales dicta ſunt, ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione ſervanda eſſe declaramus, & decernimus, qui nominati, præſentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, ſeu Præpoſitatus, Monaſteriorum regimina, aut alias Regularium cujuſvis Ordinis, aut etiam ſæcularium præfecturas, de quibus Conſiſtorialiter provideri contigerit, atque eos præſertim, quibus præter curam & regimen Monachorum, aut Canonicorum, Clericorumque Regularium, vel ſæcularium, annexa eſt in populum juriſdictio ſpiritualis, vel temporalis, excepta tamen ætate, circa quam nihil innovavit.] Et noviſſimè ad ſt particularis quoad hoc inſtructio juſſu S. D. N. Urbani VIII. edita, quam poſui in fine dicti capitis 9. *n.141. cum ſeqq.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

42 Debent tamen Abbates omnes perpetui, qui Monachis præsunt, à proprio Episcopo benedici, *c.1. de suppl. negl. Prælat. c. cùm contingat, de etate*, Sbroz. *de offic. Vicarii lib.2. q.8. n.1.* Nov. *in lucerna Regular. verb. benedicere, n.8* Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcopalib. verb. Abbas, n.1. & 2.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.12. c.20. quæst.6.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, parte 2. allegat.27. n.51.* me citato *in illo loco*, Tamburin. *de Iure Abbatum tom.1. disput.11. quæst.9.* ubi *quæst.10.* attestatur Abbatem Congregationis Cœlestinorum, & Abbatem sancti Pancratii Florentiæ Ordinis Vallis Umbrosæ, ex privilegio particulari posse à quocumque Antistite benedici, nullâ in hac re obligatione locorum Ordinariis debitâ: & *q.11.* refert privilegium concessum Joanni Abbati Monasterii Cistercii, ut Abbates & Abbatissas sui Ordinis benedicere possit. Refert post hæc impressa Novar. *in Lucerna Regular. verb. benedicere, n.10.*

43 Hæc benedictio nonnisi in die dominico, vel festivo fit. Panorm. *in c. cùm contingat, n.3. de etat. & qualit.* Felin. *cap. inter monasterium, n.2. vers. de ista benedictione, de sent. & rejud.* Angel. *verb. Abbat. n.6.* Sylvest. *eod. verb. n.4.* Castald. *in praxi Cæremon. lib.1. sect.9. cap.2. n.2.* Ego ipse *d. allegat.27. n.53.* me citato *in illo loco*, Tamburin. *d. disp.9. q.7.* ubi *q.8.* uni-
44 versaliter loquendo ait, benedictionem hanc intra annum ab electione computandam postulandam esse, per textum *in Clem.2. §. statuimus, de stat. Monach.* Quamvis benedictionem Abbatis non habere tempus præcisum, intra quod debeat peti, existimaverint Oldrad. *consil.14. in princ. vers. item si hoc*, Card. Tusch. *d. lit. A, conclus.8. n.4.*

45 Et Abbates semel benedicti, si deinde ad aliam Abbatiam eligantur, non sunt iterum benedicendi, quamvis enim hujusmodi benedictio characterem non imprimat, nihilominus non propterea erit reiterabilis: nam multa sacramentalia, quæ non imprimunt characterem, non sunt reiterabilia, ut benedictio nuptiarum, quæ non repetitur, *capite 1. & 3. de secund. nupt.* nec etiam pœnitentiam solemnis reiteratur, *capite quamvis, & cap. in capite, de consecr. dist.3.* Quare ita tenent. Nav. *cons.2. de Sacr. non iterand.* Ugolin. *de officio Episcopi. cap.31. §.1. n.1.* Azor. *d. lib.12. cap.20. q.4.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1. q.12. art.3.* Ludovic. Miranda *de sacr. Monialibus q.7. art.7. concl.1. in fin.* Ego ipse *dict. allegat.27. n.51.* & me citato Tamburin. *d. disp.9. q.6.* Scip. de Rubeis *d. verb. Abbas, n.3.* & ita declarasse sacram Rituum Congreg. in Bisuntina, 25. Februar. 1616. refert Novar. *in Lucerna Regul. verb. benedicere, n.11.*

46 Si verò Episcopus tertiò requisitus benedicere Abbatem sine causa renuerit, posset ipse Abbas non expectatâ benedictione officium administrare, & Ordines minores conferre, ac ea omnia, quæ sunt sui muneris præstare, & conferre, *dict. cap.1. de suppl. neglig. Prælat.* Scip. de Rubeis *dicto verb. Abbas, n.54.* Azor. *d. lib.12. c.20. q.6.* Erasm. à Cokier. *de jurisd. Ordin. in exemptos, p.4. q.78. n.2.* Et maximè ex concessione Eugenii IV. & Julii II. pro Cistercien sibus, & Leonis X. pro Camaldulensibus, ut referunt Collector *privileg. Cisterciens. verb. Abbas, §.4. & 5.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom 12. art.4.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.38. artic.9. concl.3.* Hieron. Roder. *in compend. qq. Regul. resol.1. n.3.* S. Congregat. sub die 16. Februar. 1619. & 8. Maii 1627. cujus memini *in collect. Bullarii, verb. Abbas, n.5. & 13.* me non citato Novar. *verb. benedicere, n.12.*

Promotionem enim Abbatis non facit Episcopalis benedictio, sed Fratrum communis electio, 47
ut ex Jul. Catnutensi tradit Renat. Chopin. *in suo Monast. lib.2. tit.1. n.7.* Nam Abbas dicitur quis ante benedictionem, *cap. meminimus, de accusat. dicto cap.1. Clement. Attendentes, de stat. Monach.* Oldrad. *cons.14. col.2.* Bertachin. *verb. Abbas 5.* Brunor. à Sole *in locis commun. eod. verb. num.2.* & potest uti baculo & reliquis pontificalibus, Card. *in dict. Clem. Attendentes, §. statuimus, q.5. & seq.* Felin. *in cap. eam te, n.7. vers. tertiò restringitur, de rescript.* Card. Tusch. *tom.1. lit. A, concl.8. n.3.* Tamburin. *dict. tom.1. disput.11. q.5.* Unde hodie omnes ferè Regularium Abbates Summorum Pontificum concessione, licèt benedictionis munus non acceperint, perinde Monasteria, ad quæ electi vel nominati fuerint, regere, & administrare, ac omnes actus in ipsis exercere valent, & insignia deferre, ac si munus hujusmodi fuissent consequuti. Ita Eugenius IV. concessit Congregationi S. Justinæ de Padua, ut refert Fr. Emman. *in collect. Bull. Apost. pro Regul. Bull. 11. de Pontificis, sub n.15.* & Julius II. idipsum concessit Monachis, & Abbatibus Olivetanis, ut notatur *in libro Privilegiorum ejusdem Congregationis, pag.76.* & Pius V. Abbatibus Canonicorum Regularium, ut habetur *in libro Privilegiorum, pag.542.* de ritu benedicendi Abbates, vide Castel. *in praxi ceremon. lib.1. sect.11. cap.2. cum seqq.* Tamburin. *d. disput.11. q.14.*

Habent autem Abbates plurimi ex Apostolicæ 48
Sedis privilegio Episcopalia insignia (sicut & nonnulli alii Prælati inferiores Episcopis. Gloss. *in cap. Abbates, de privil. lib.6.*) scilicet usum mitræ, & baculi pastoralis, *cap. ut Apostolica, eod. tit. & lib.* Zerol. *in praxi Episcop p.2. verb. Abbas, vers.2.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part.3. alleg.93. n.9. secundùm Lugdunens. impress.*

Item jus solemniter benedicendi in propriis tan- 49
tùm Ecclesiis, quæ ad eos pertinent pleno jure, videlicet post Missarum solemnia, Vesperas, & Matutinarum officia tantùm, non autem alibi, nec alio tempore, nisi hoc specialiter sit eis ab Apostolica Sede concessum, *dicto capite Abbates*, Renat. Chopin. *Monast. lib.1. tit.2. n.18.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.1. q.18. art.1.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.12. c.20. q.7.* Tamburin. *de jure Abbatum tom.2. disp.2. q.7.* Dummodo tamen præsens non sit Episcopus, vel alius major Ecclesiæ Prælatus, *cap. denique, 21. dist. c. ministrare, 16. q.6. cap. cùm ad celebrandas, de consecrat. dist.1.* Novar. *d. verb. benedicere, n.14.* & sacra Rituum Congregatio de anno 1604. ad instantiam Episcopi Eugubini declaravit, posse Abbatem Monasterii S. Petri de Eugubio solenniter quidem celebrare, & in pontificalibus populo benedicere; sed non in præsentia Episcopi. Limitatur tamen hæc assertio, ubi aliqua existeret ab Apostolica Sede specialis concessio, prout Sixtus IV. sub datum Romæ 17. Kalend. Octobris 1483. sui pon- 50
tificatus anno xiij. concessit Præposito, sive Abbati sanctæ MARIÆ Pacis Romæ, Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, ut liberè & licitè possit, & valeat mitrâ, annulo, baculo, & aliis pontificalibus insignibus uti, necnon in dicto Pacis Templo, ac intra septa dicti Monasterii benedictionem solemnem post Missarum, Vesperatum, & Matutinarum solemnia elargiri, etiamsi in benedictione hujusmodi aliquis Antistes Cardinalis, vel Sedis Apostolicæ Legatus præsens fuerit, & habetur per extensum in libro privilegiorum ejusdem Congregationis, *pag.369.* & attesta-

tur

tur Gabr. Pennot. *in ſua tripartita hiſtor. lib. 3. cap. 33. n. 4.* hoc privilegium praxi demandatum fuiſſe coram duodecim Illuſtriſſimis S.R.E. Cardinalibus anno Domini 1614. die 2. Julii in feſto Viſitationis Beatiſſimæ Virginis, poſt Capellam ſolemniter habitam in ſacello B. Mariæ Pacis Romæ, per Rever. Joannem Chryſoſtomum Neapolitanum loci Abbatem, poſt Miſſam ſolemniter cum inſigniis pontificalibus decantatam. Refert me citato *in hoc loco*, Novar. *d. verb. Benedicere, n. 17.*

51 Illud tamen advertere oportet, quod licèt Abbas uſum mitræ, & baculi habeat, & ſolemniter populo benedicere poſſit, privatam tamen benedictionem more Epiſcoporum per vias minimè dare poteſt, ut reſpondit ſacra Congregatio in una nullius, Provinciæ Burgenſis, 24. Auguſti 1609. Aloyſ. Aicc. *in comp. rerum Eccl. reſol. 461. p. 1.* Utſell. *in examine concluſionum legal. concl. 1. n. 123.* quos refert Novar. *in Lucerna Regul. verb. Benedicere, n. 15.*

52 Baculo paſtorali utuntur Abbates, quem deſcribit Barthol. Gavant. *in comment. rubr. Miſſal. & Breviar. Rom. tom. 1. parte 2. titul. 1. n. 6. & parte 5. tit. 5. § 3.* ſi illis ſpecialiter in ſuis privilegiis concedatur, ſecundùm Stephan. Durant. *de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap 9. numero 38.* me citato *in hoc loco.* Novar. *in Lucerna Regular. verb. Baculum, n. 5.* & nec adhuc illo uti poterunt extra proprias Eccleſias, niſi ex ſpeciali privilegio id eis indultum fuiſſet, prout conceſſum reperitur Abbatibus Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis per Urbanum III. ut ſcilicet in proceſſionibus ſuarum Eccleſiarum diebus ſolemnibus baculum paſtoralem extra caſdem Eccleſias deferre poſſint, ut habetur in libro privilegiorum ejuſdem Congregat. *pag. 214.* me citato *in hoc loco.* Novar. *in Lucerna Regular. verb. Baculum, n. 3.* ubi ex Laurent. de Franchis *in controverſ. inter Epiſcopos, & Regular. q. 27. pag. 214.* exiſtimat in hac materia privilegii tenorem eſſe attendendum: & quamvis Oldrad.

53 *conſ. 14. in fin.* crediderit Abbatem ante benedictionem non deferre baculum paſtoralem, contrarium tamen, ſi confirmatus ſit, tenent Abb. *in c. inter Monaſterium, col. ult. verſ. quæro ulteriùs, n. 25. de re jud.* Zabarell. *in Clem. Attendentes, in 6. q. de ſtat. Monach.* Card. Tuſch. *d. litt. A, concl. 8. n. 3.*

54 Mitræ triplex eſt ſpecies, una quæ pretioſa dicitur, quia gemmis & lapidibus pretioſis, vel laminis aureis, aut argenteis contexta eſſe ſolet; altera auriphrygiata, ſine gemmis, & ſine laminis aureis, vel argenteis, ſed vel aliquibus parvis margaritis contexta, vel ex ſerico albo, auro intermixto, vel ex tela aurea ſimplici; ſine laminis, & margaritis, ut *ſuprà*. Tertiò, quæ ſimplex vocatur, ſine auro, ex ſimplici ſerico damaſceno, vel alio, aut etiam linea; ex tela alba confecta, rubeis laciniis, ſeu frangiis, & vitiis, pendentibus, *ex Caremon. Epiſcop. libro 1. capite 17.* Caſtald. *in praxi Caremon. libro 1. ſect. 5. capite 4. numero 5.* Ex his tribus mitris Abbates illâ tantùm uti debent, & non alterius ſpeciei, quæ eis à Sede Apoſtolica eſt conceſſa, me citato *in hoc loco*, Joan. Maria Novar. *in Lucerna Regular. verb. Mitra, n. 1.* ille enim, cui ex privilegio conceditur uſus mitræ auriphrygiatæ, & pretioſæ, reputatur dignior illo, cui uſus mitræ ſimplicis conceſſus eſt. Ita Mich. Leon Eſtenſ. *in ſpeculo ſacrar. Caremon. verb. Abbas, §. Abbatis veſtes, & inſignia, verſ. Mitra Abbatis.* Abbates autem exempti, quando intereſſunt Provincialibus Conciliis, & Epiſcopalibus Synodis, poſſunt uti mitris auriphrygiatis, ſed non habentibus gemmas, vel laminas aureas, vel argenteas; ſi verò non ſunt exempti, uti debent ſimplicibus albis, & planis, id eſt non auriphrygiatis, ſed in aliis locis exemptis uti poſſunt mitris, prout indulta conceſſa à Sede Apoſtolica eis permittunt, *dicto capite Apoſtolicæ.*

Qui verò ſpeciali Sedis Apoſtolicæ privilegio 55
habent uſum pontificalium ſupradictorum, ſunt Abbates Canonicorum Regularium Lateranenſium, ut videre eſt in libro privilegiorum illius Ordinis Mediolani impreſſo anno 1606. & Congregationis ſancti Salvatoris Bononienſis per Innocentium VIII. patet ex Conſtitutione ejuſdem Pontificis ſub dat. Romæ apud ſanctum Petrum, pridie Idus Novembris 1489. & Caſſinenſes, aliàs ſanctæ Juſtinæ de Padua, per Eugenium IV. ſub dato Florentiæ 7. Kalend. Junii 1442. Camaldulenſes, per Leonem X. Vallumbroſani quamplurimi, per Gregorium IX. ſub datum Avenione 11. Kalend. Julii Pontificatus ſui anno 11. Cœleſtini, per Eugenium IV. ut refert Fr. Emman. *in collect. privileg. Regular. Bulla 18. ejuſdem Pontificis*, & univerſaliter per Paulum V. ſub dat. Romæ 29. Januarii, anno Pontificatus ſui 11. & habetur in appendice Bullarii novi Laërtii Cherubin. *Conſtitut. 6.* aliàs 94. Pauli V. Montis Oliveti, per Julium II. Montis Virginis, per Gregor. IX. ſub datum apud Urbem Veterem, 2. Idus Septembris ſui Pontificatus anno tertio: & habetur *in tom. 1. Bullarii novi, conſtit. 6. ejuſdem Pontif.* Præmonſtratenſis, ut *in libro privilegior. ſui Ordinis, tom. 2. Bull. 107.* de his meminit, me citato *in hoc loco*, Joan. Anton. Novar. *in Lucerna Regular. verb. Pontificalia*, & Tamburin. *dict. tom. 1. diſput. 20. quæſt. 1. ex n. 14.* ubi *à n. 26.* latè probat Commendatariòs inſigniis pontificalibus, niſi ſpeciali privilegio fuerint ſuffulti, uti non poſſe. Abbates verò, ſeu Commendatarii B. Mariæ Farfenſis, & ſancti Salvatoris Majoris poſſunt uti inſigniis pontificalibus, ex Conſtit. Urbani VIII. incipiente *Romanus Pontifex*, die 18. Novembris 1626. quam refert Tamburin. *d. tom. 1. diſput. 2. q. 4. poſt n. 20.* & eis tanquam locorum Ordinariis, ſeu illorum Officialibus litteræ Apoſt. dirigi debent, non autem Archiepiſcopis, aut Epiſcopis vicinioribus. Idem S. D. N. Urbanus VIII. *in alia Conſtit. incip. Paſtoralis*. 18. Novembr. 1627.

Item Abbates generales quorundam Ordinum 56
Monachalium, ex privilegio Summorum Pontificum habent facultatem deferendi Prælatorum Regularium habitum, hoc eſt caputium, ſive mozzettam, mantelletum, birretum clericalem, & pileum morte Prælatorum, retento ſemper ſui habitus colore, ut in Italia deferunt Abbas Montis Caſſini, Abbas ſanctiſſimæ Trinitatis Cavenſis Ordinis; Caſſinenſis, aliàs ſanctæ Juſtinæ de Padua, Abbas ſancti Michaëlis de Valuenete, Ordinis Vallis Umbroſæ; Abbas Generalis Cœleſtinorum, ut in Conſtitutione Pauli incipiente *Exinjuncto*, ſub dat. 9. Decembris 1606. & Abbas generalis Montis Virginis ex deciſione Congregationis ſacrorum Rituum, ſub die 9. Maii 1606. refert me citato *in hoc loco*, Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Mantellettum, & verb. Mozzetta.* Sunt & alii quamplurimi Abbates, tam Regulares, quàm ſæculares in Gallia, Hiſpania, Germania, qui Prælatitium, ut ſuprà habitum geſtant, 57
& poſſunt extra ſua Monaſteria, & ubique etiam coram Epiſcopo deferre mozzettam, ut reſpondit ſacra Rituum Congregatio ſub die 9. Decembris 1517. & iterum Illuſtriſſimo Dom. Cardinale

Biblioteca de Ciències Socials

Creſcentio referente, inhærendo Decreto ſub die 30. Martii 1621. emanato, cenſuit Abbatem ſancti Andreæ Congregationis Lateranenſis, civitatis Vercellenſis, poſſe ubique, etiam præſente Epiſcopo, deferre mozzettam, eidémque pontificaliter celebranti juxta antiquam conſuetudinem, ſede, ſeu cathedrâ cum duobus gradibus uti licere.

58 Illud tamen advertere oportet, quod Abbas inſignia pontificalia deferendi jus habens, præcedit non habentem, ut reſolvit Pacian. *de probat. lib. 2. capite 28. num. 6.* ubi *num. 40.* quod poterit deferre inſignia pontificalia *in* Eccleſia exempta, licèt privilegium dicat, ut deferat in ſuo Monaſterio: & *numero 41.* quod poterit deferre inſignia pontificalia extra Monaſterium in Eccleſia exempta, quando uſus eorum fuit ſimpliciter conceſſus; & *num. 42.* quod non poteſt inſignia pontificalia deferre extra Monaſterium ſine licentia Ordinarii. Pendente autem controverſia inter Epiſcopum Cluſinum ex una, & Abbatem ſancti Salvatoris Montis Amiatide, ſuper Mozzettæ in Terra Radicofani Cluſinæ Diœceſis delatione, partibus ex altera; ſacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum eidem Abbati extra clauſtra cum præfata Mozzetta incedere minimè licere decrevit.

59 Idem etiam cenſuit Sacra Rituum Congreg. in Eugubina, 17. Julii 1604. dum decidit Abbatem in Proceſſionibus extra ſuam Eccleſiam & Conventum non poſſe uti mitrâ & baculo, nec etiam ante ſe deferri facere: & eadem Sacra Congreg. in Torcanenſi, 2. Auguſti 1631. cenſuit non licere Abbati titulari habenti juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum uſu mitræ & baculi deferre mitram extra proprias eorum Eccleſias per Diœceſes Ordinariorum abſque ſpeciali indulgentia Sedis Apoſt. nec ſine, nec cum licentia Ordinariorum: & in Cameracenſi, 6. Decembris 1613. reſpondit Abbatem, licèt exemptum, & habentem privilegium uſus Pontificalium, non poſſe illis uti extra monaſterium, niſi de licentia Ordinarii.

Baldachino uti non licet Abbatibus, niſi illis, quibus Sedes Apoſtolic. ſpecialiter conceſſit, prout ſpecialiter conceſſum reperitur Abbatibus Olivetanis per S. D. N. Urbanum VIII. *in Conſtitut. 96. incip. Exponi*, ſub die 4. Aprilis 1629. & Abbatibus Caſſinenſibus, per eundem S. D. N. *Conſtitutione 101. incip. Exponi*, die 11. Julii ejuſdem anni, cujus meminit me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regular. verb. Baldachinum, n. 3.* ut ſcilicet Baldachino illis uti liceat in tribus ad ſummum feſtivitatibus, ſine auro tamen & pompa, & aliquibus etiam miniſtris paratis ſacris indumentis, qui ad ſummum ſint duo Diaconi, & Preſbyter aſſiſtentes, Diaconus, & Subdiaconus pro cantandis Evangelio & Epiſtola, ac ſex ad ſummum alii, duo cum pluvialibus, duo cum planetis, & duo cum tunicellis coloris tempori convenientis. Non debent tamen iidem Abbates habere, aut tenere ſedem ſuam Abbatialem fixam & permanentem prope altare, ut ſedes epiſcopalis retineri conſuevit: minuſque licet ſupradictis ſex Monachis paratis ut ſuprà, ſedere in ſedibus Choralibus, ut Canonicorum ſæcularium mos eſt, ſed ſedes pro Abbate ſolemniter celebrante retineatur in Eccleſia his tantummodò tribus diebus, quibus ipſe Abbas ſolemniter celebrat, dictique ſex Monachi parati ſedere debent loco congruo, juxta Eccleſiarum convenientem ſitum ſuper ſcabellis ad hunc effectum nunc appoſitis, panno laneo coopertis.

Præter inſignia Epiſcoporum habere dicuntur 60
Abbates uſum, & exercitium pontificalium, potiùs ad decorem ſuarum Eccleſiarum, quàm ad ſignificationem eorum, ad quæ in Epiſcopo fuerunt inſtituta, *cap. ut Apoſtolica, de privileg. libro 6. Abb. in capite inter Monaſterium, in fin. de re judic.* Card. Tuſch. *dict. littera A, concluſ. 9. n. 2.* & ſic illa exercent quoad benedictionis munus in rebus ſacris exercendum: & in primis illos poſſe benedicere paramenta, & ornamenta Eccleſiarum ſibi 61
tantùm ſubjectarum, cenſuit ſacra Rituum Congregatio, ſub die 24. Auguſti 1609. ut refert Barthol. Gavant. *in commun. rubric. Miſſal. & Breviar. tom. 1. parte 4. titul. 19. de rubric. Benedict. num. 22.* Novar. *in Lucerna Regul. verb. Benedicere, n. 1. & 2.* Immò ubi vigeret conſuetudo, non tantùm ſuarum Eccleſiarum paramenta benedicere poſſent, verùm etiam undecumque ad ſe venientia, ut teſtatur Sylveſter *in ſumm. verb. Benedictio, n. 3.* & hanc eſſe multorum opinionem, referunt Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 19. art. 2.* & Ludov. Miranda *in man. Prel. tom 1. q. 4. art. 3.* Sed hanc conſuetudinem abrogavit Sacra Rituum Congreg. ſub die 18 Aug. 1619. quoad ornamenta & paramenta, quæ ſuarum Eccleſiarum non ſunt: nam Abbatibus ex
conſuetudine licere ſacras veſtes, & pallas altaris 62
Eccleſiarum ſibi ſubjectarum benedicere, reſolvunt ſic neceſſariò intelligendi Sylveſt. *d. verb Benedictio, n. 5.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract 8 lib. 2. cap. 30. n. 2.* nec non corporalia, ut per Angel. *verb. Benedictio, n. 2.* Sylveſt. *eod. verb. n. 5.* Unde ſeclusâ conſuetudine, quæ videtur fundari in privilegiis anteà ipſis Abbatibus conceſſis, ac proinde tacito Summi pontificis conſenſu permiſsâ, ex Azor. *inſtit. moral. part. 4. lib. 8. cap. 4. q. 2.* vel ſpeciali hac de re non
exiſtente privilegio, credo Abbates non poſſe bene- 63
dictionem hujuſmodi impertiri, cùm non ſemel conceſſam videamus aliquibus Abbatibus per Sedem Apoſtolicam, qui nullo modo eam impetrarent, ſi à jure communi ſibi concederetur, juxta regulam legis 1. *Digeſt. de privil. credit. leg. 1. Cod. de theſaur. lib. 10.* & ideò Innocentius VIII. privilegio ſuo edito de anno Dominicæ Incarnationis 1489. quinto Idus Aprilis, ad petitionem Joannis Abbatis Ciſtercienſis conceſſit illi, & quatuor primis Coabbatibus ejus tunc, & pro tempore exiſtentibus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus quæcumque veſtimenta, ac ornamenta eccleſiaſtica, corporalia, vaſculaque ad reponendum ſacram Euchariſtiam in locis, & domibus dicti Ordinis benedicere, & Calices conſecrare, tam de dicto Ordine, quàm ſi ad eos aliunde nonnunquam deferantur, valeant & poſſint. Refert Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 41. art.* ... Ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi, parte 2. allegat. 17. n. 36.* Aliud privilegium conceſſit Julius II. Abbati ſancti Æmiliani de la Cogolla, quod refertur à Fr. Emman. *in nova collect. Bullar. Bull. 25. dict. Pontificis*, ubi inter alia ei conceditur, ut poſſit Cruces benedicere. Aliud quoque conceſſit Paulus III. Priori Vallis Scholarium in Abbatem evecto, quod habetur apud Renat. Chopin. *in Monaſt. lib. 1. tit. 2. n. 18.* Noviſſimè ſacra Rituum Congregatio multis Abbatibus talia privilegia non habentibus conceſſit, ut poſſint benedicere hujuſmodi ornamenta; anno enim 1610. die 12. Junii conceſſit Abbati de Murbach, Principi Imperii, nullius Diœceſis, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecto, prædictam facultatem pro ſua

Eccleſia

Ecclesia cum clausula restrictiva, *dummodò in illis benedictionibus unctio non adhibeatur.* Et anno 1606. die 18. Novembris Abbati sancti Petri de Monte Theolensis Diœcesis dedit facultatem benedicendi ornamenta Sacerdotalia pro servitio Monasteriorum sibi subjectorum, cum eadem clausula restrictiva. Et anno 1610. die 9. Octobris concessit Abbati Bredlevicnsi Polonensis Diœcesis, facultatem benedicendi paramenta Ecclesiastica pro usu Ecclesiarum Parochialium suæ Abbatiæ. Credo tamen non esse necessarium in specie Abbatibus concedi facultatem benedicendi paramenta hujusmodi, sed sufficere in genere concedi à Sede Apostolica exercendi Pontificalia, prout Illustr. DD. Cardinales sacri Concil. Trident. Interpretes super Decreto Trid. Concil. *sess.* 23. *cap.* 10. sic censuerunt,

63 [Abbas, qui est benedictus, vel qui ex privilegio Sedis Apostolicæ habet ut Pontificalia exercere possit, ac si esset benedictus, potest omnia sacra benedicere, illis exceptis, in quibus unctio requiritur,] ut refert Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 30. *n.* 2.

64 Ex qua sactæ Congregationis decisione proximè relata in fine colliges, non licere Abbatibus consecrationem ullam efficere, in qua unctio requiritur; quod tamen per eandem sacram Congregationem ad favorem Monachorum Cassinensium fuit declaratum non procedere, ubi speciali Sedis Apostolicæ privilegio fuit indultum, ut Calices Altaria, lapides, & alia, in quibus unctio requiritur consecrent, & benedicant, ut in sequenti decisione Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident. Interpretum declaravit decisionem à se aliàs editam, quod [Abbates utcunque benedicti, benedicere non possunt ea, in quibus unctio requiritur, non obstare quominus iidem munus prædictæ benedictionis quoad ea, in quibus unctio requiritur, impendere queant, si specialibus Sedis Apostolicæ privilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogat, muniti fuerint. Datum 10. Septembris, 1614. P. Card. Arigon.] Ideò absque speciali privilegio Abbates non poterunt consecrare Calices, Patenas, Pyxines, & alia similia vasa Ecclesiastica, necnon Altaria, lapides defervientes ipsis Altaribus, & Campanas, ac omnia alia, in quorum consecratione requiritur unctio chrismatis. Novar. *in Lucerna Regul. verb. Benedicere, n.* 4. nam videmus aliquibus Abbatibus specialia privilegia ad hæc, vel eorum aliqua consecranda per Summos Pontifices concessa, quæ refert Tamburin. *de Jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 25. *q.* 2. *usque ad* 14.

65 Poterant olim Abbates exempti habentes jus Baculum deferendi, & Mitram, minores Ordines conferre suis subditis, non solùm Monachis, verùm etiam & laïcis, in quos Ordinariam Ecclesiasticam habebant jurisdictionem, ut expresse probat textus *in capite Abbates, de privileg. lib.* 6. & sic eo attento resolvunt Sylvest. *in summ. verb. ordo, ii* 3. *n.* 2. Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 10 *n.* 10. Rodulph. Cupers *in reper. cap. oportebat*, 79. *dist. in* §. *Tonsura*, *n.* 6. Rebuff. *resp.* 2. Ense. *de Visitat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 93. & alii citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 15. *n.* 1. quibus addo Aloys. Riccium *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 955. Flores de Mena *var. lib.* 12. *q.* 24. *n.* 14. Fr. Ludov. Mirandam *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 9. *concl.* 1. Sanch. *in consil. moralib. lib.* 7. *cap* 1. *dub.* 19. *n.* 5. *cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *c.* 791. *n.* 1. Molfes. *d. tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 8.

66 Hodie ex nova dispositione Concil. Tridentini *sess.* 23. *de reformat. cap.* 10. non licet Abbatibus, & aliis quibuscunque, quamtumvis exemptis, in posterum intra fines alicujus Diœcesis existentibus, etiam si nullius Diœcesis, vel exempta esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus non sit, Tonsuram, vel Minores Ordines conferre. Refert Fr. Ludov. Miranda *dict. art.* 9 *concl.* 2. quem citavi *de officio, & potestate Episcopi, p.* 2. *alleg* 3. *n.* 11. adde Portel. *in dubiis Regular. verb. Abbas* 2. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap* 29. *n.* 19. Tamburin. *de Jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 1. *q.* 7. *n.* 1. Scip. de Rubeis *in Aphoris. Episcop. verb. Abbas, n.* 13. & novissimè Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *n.* 6. *dist.* 95. Malcel. Vulpe *in praxi judic. Eccles. cap.* 7. *n.* 8. Donat. Anton. de Martinis *quotid. resol. cap.* 1. *n.* 34. Stephan. Gratian. *discept. fo. ens. tom.* 4. *cap.* 791. *n.* 7. Campan. *in diverf. Juris Canon. rub.* 6. *cap.* 2. *ante num.* 7. Hieron. Roderic. *in compend. qq. Regul. resol.* 1. *num* 23. Homobon. *in consult. tom* 1. *p.* 5. *resp.* 194. Nald. *in sum. verb Abbas, num.* 3. Alzed. *d. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 78. Alter. *in sum. p.* 1. *cap.* 46. *n.* 4. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 3. *dub.* 2. *num.* 27. Joan. Bapt. de Fabris *de Sacram. Ordin. in communi, cap.* 7. *q.* 2.

Quare cùm Concil. *dict. cap.* 10. utatur verbis, *non liceat Abbatibus, &c.* quæ irritant actum quoad valorem substantialem, si illi, non obstante privilegii revocatione, Ordines conferrent aliquibus, qui Regulares subditi non sint non solùm illicitè, sed etiam invalidè ordinarent. Ita Laurent. de Peirinis *de Prælato Regul. tom.* 2. *q.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 3. Quidquid contrarium, immò talem ordinationem esse validam, licèt illicitam, respectu usus Ordinis existimaverint Lap. *alleg.* 138. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 18. *art.* 1. Molfes. *d. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 18. *in fine*, Sanch. *d. lib* 7. *cap.* 1. *dub.* 19. *n.* 17. Tamburin. *d. tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 8. *n.* 1. Præpos. *in* 3. *p. q. unic. de Ordine, dub.* 13. *n.* 124. Ludov. de san Juan. *en su Luz de Sacerdotes, q.* 3. *regul. art.* 1. *concl.* 2. Marcel. Vulpe *d. cap.* 7. *n.* 10.

Unde cùm jam Abbates hujusmodi facultatem 67
non habeant Tonsuram, & minores Ordines conferendi nisi Regulari suo subdito, sequitur illos conferre non posse aliis Regularibus sibi non subditis, qui dimissorias speciales suorum Superiorum, & specialem licentiam Episcopi loci habuerint, nec etiam aliis sæcularibus suorum Superiorum dimissorias afferentibus, ita vero Rotæ de mandato bonæ memoriæ Clementis VIII. responsum fuisse refert Seraph. *decis.* 985. *p.* 1. cujus memini Ego ipse *dicta allegat.* 1. *n.* 11. & Episcopo Eugubino rescripsit sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & regularium præpositorum sub die 2. Novembris 1593. resolvunt Scipio de Rubeis *dict. n.* 13. Ludov. Miranda *d. concluf.* 2. Campan. *in diverf. Juris Canon. rub.* 6. *capit.* 2. *ante n.* 7. unde *n.* 9. colligit, tria requiri in Abbate, ut promoveat ad Ordines, nempe quod sit Presbyter, quod benedictionem accipiat per manus impositionem ab Episcopo, aut sit benedici solitus, si eum Episcopus benedicere negligat, tandem quod proprio Monacho conferat. Refert Illustriss. D. meus Cunha *ubi suprà*, & Stephan. Gratian. *tom.* 5. *capit.* 845. *à princ.*

Notandum tamen est (sine præjudicio superio- 68
ris resolutionis, quam verissimam judico) apud aliquos Doctores inveniri, factam Congregationem Concilii olim censuisse, quod Abbates Regulares habentes jus Baculum deferendi, & Mitram, postquam Sacerdotalem Ordinem, & mu-

Biblioteca de Ciències Socials

nus benedictionis ſuſceperint, poſſe Tonſuras, & Ordines minores ſæcularibus Epiſcopi Juriſdictioni ſubjectis conferre, ſi modò ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à directo Epiſcopo quiſque litteras dimiſſorias impetravetit, itaut ſatis non ſit id generatim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac conceſſione ſemper opus ſit ſingulis, &c. Poſſunt etiam ipſi Abbates eoſdem Ordines conferre aliis Regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuperiorum ſuorum, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci habuerint, ac præterea alius ſecularibus, qui aliorum Epiſcoporum juriſdictioni ſubjecti ſint, dummodo Superiorum dimiſſorias attulerint, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci, in quo Ordines hujuſmodi cupiunt ſuſcipere. Ita referunt, & ſequuntur Quarant. *in ſumm. Bullaris, verb. Ordo, prope fin. verſ. Abbatibus*, Bonacin. *de Sacrament. diſp. 8. quæſt. unica, punctо 4. n. 3.* Ugolin. *de offic. Epiſcopi, c. 26. §. 19.* Paul. Layman. *in quæſt. Canon. capit. 17. num. 219. & in ſum. Theolog. Moralis, lib. 3. tract. 9. cap. 9. num 2.* Alzed. *d. p. 2. cap 5. n. 78.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. quæſt. 7.* Marchin. *de Sacram. Ordinis tract. 1. p. 2. cap. 10. num. 15. cum ſeq.* Sanch. *in conſil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 21. a num. 3.* Marcel. Vulpe *in praxi judiciali fori Eccleſ. cap. 7. num. 8.* Moſcon. *de ma eſt. Milit. Eccleſ. lib. 1. cap. 9.* Fornar. *de Sacram. Ordinis, c. 5. §. 2.* Alcuin. *de poteſt. Abbatum, capit. 22. n. 18.* Molfeſ. *in ſumm. tom. 1. tract. 2. cap. 2. n. 18.* Vener. *in examine Epiſcop. lib. 1 cap. 12.* Gavant. *in enchirid. Epiſcop. verb. Abbas, num. 34.* Lezana *in ſum. quæſt. Regular. tom. 1. c. 18. num. 13.* Joan. Præpoſit. *in 3. p. S. Thomæ, quæſt. unic. de Sacram. Ordinis, dub. 13. num. 127.* Joan. Baptiſt. Tiber. *in inſtruct. ordinand. cap. 7. q. 48. in fine*, Tamburin. *de Jure Abbatum tom. 2. diſp. 2. q. 7. ex n. 5.* Grilenzon. *conſ. 142. n. 52.* Ex quibus plures inveni non vulgaris ſcientiæ viros, qui horum reſolutioni pertinaciter adhærebant, unde Procurator Generalis Cœleſtinorum in hac Romana Curia dubium hac de re in ſacra Congregat. negotiis Epiſcop. & Regul. præpoſita, ſub die 12. Junii 1631. proponi curavit, ſed illo tunc minimè deciſo, adhuc ſub Judice lis eſt.

69 In omni caſu, quo hujuſmodi Abbates primam clericalem Tonſuram, minoreſque Ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre poſſunt, illis licitum eſt in interſtitiis diſpenſare, ut tradit Sorb. *in compend. Mendicant. verb. Ordines ſacri, verſ. quando verò Abbates*, Campan. *in diverſ. Juris Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 42.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 18. n. 3. in fin. & alleg. 3. numer. 6. & 7.* neque tunc examinandos eſſe ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus, non obſtante Conc. Trid. diſpenſatione, conſulit Navar. *conſ. 13. n. 1. in antiq.* aliàs *conſ. 14. in novis, ſub tit. de privileg.*

70 Utrùm autem Abbates, qui ea facultate gaudent, conferendi Regularibus ſibi ſubditis minores Ordines, poſſint illos conferre Novitiis, in dubium ab aliquibus revocari poterit, in quo Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 12.* affirmativam partem ſequitur per Gloſ. *verb. convolaverint, in dict. capit. Abbates, de privileg. libr. 6.* & refert eam expreſsè tenere Rebuff. *in praxi, part. 1. titul. de Cler. n. 18.* Verùm probabilius cenſeo tali facultate non gaudere, præcipuè attentâ diſpoſitione Concil. Trident. *d. cap 10.* cùm novitius non poſſit ſtrictè appellari Regularis, eo maximè, quia pendente probationis anno, non habetur quoad Ordines ſuſcipiendos pro ſubdito Prælati Religionis. Quare ita tenent Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 3. litt. A, concluſ. 9.* Hentiq. *in ſum. lib. 1. cap. 23. §. 3. in comment. lit. G*, Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 38. art. 9. concl. 2. in fine*, Sayr. *de cenſur. lib. 4. cap. 13. n. 5.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom. 3. quæſt. 23. art. 2.* Barthol. de Vecchis *in praxi ſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novitiis, diſput. 11. q. 8. num. 4.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 2. alleg. 2. num. 8.* Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 6. de voto, cap. 11. num. 9.* Nald. *verb. Novitius, num. 8.* Ugolin. *de offic. Epiſcop. cap. 26. §. 10. num. 7.* Tamburin. *dict. tom. 2. diſput. 2. quæſt. 27.*

Verùm ſi Abbates, aut alii Religionum Prælati 71
haberent ſpeciale privilegium concedendi ſuis Monachis dimiſſorias litteras ad quemcunque Epiſcopum, licèt in illo non exprimatur, quod illud valeat Novitiis communicare, poterunt tamen etiam Novitiis illas, ut à quocunque Epiſcopo ordinentur, ſicuti cæteris Monachis profeſſis concedere, ut benè reſolvunt Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 10. in fine*, Joan. Bapt. Tiber. *in inſtruct. pro Ordinand. cap. 7. q. 3.* Barthol. de Vecchis *d. q. 8. n. 3. verſ. ſi verò*, Tambur. *d. q. 27. n. 2.* Diana *moral. reſolut. p. 2. tract. 7. reſol. 7. & p. 4. tract. 4. reſol.* Novitios enim Religioſorum privilegiis gaudere reſolvunt Molin. *de inſtit. tract. 2. diſp. 138. verſ. præter hos*, Azor. *inſtit. moral. p. 1 lib 12. c. 2. q. 2.* Ego ipſe *in tract. de appellativa verborum utriuſque Juris ſignif. appellat. 232. num. 16.* Sed an Abbas privilegium habens conferendi Tonſuram, & minores Ordines ſuis ſubditis Regularibus, validè conferat Tonſuram, & minores Ordines ei, qui re ipſa ſibi ſubditus non eſt, eo quòd profeſſionem invalidè emiſerit, quem tamen ſubditum putat? vide Bonac. *de Sacram. in noviſſ. addit. ad diſp. 3. q. 8. punctо 3. ante n. 4.*

Dignitate autem omnibus Clericis & Dignita- 72
tibus quoque, ac Perſonatibus poſt Epiſcopos præferuntur Abbates, ut oſtendimus in principio hujus capitis, niſi in iis actibus, in quibus Cathedralem Eccleſiam repræſentant, ut proceſſionibus, & ſimilibus. Abbatum auctoritas, & poteſtas in Monachos eſt ferè tanta, quanta Epiſcoporum in ſubditos, præſertim verò in abſolutionibus, & diſpenſationibus. Poſſunt namque Abbates Monachos ſuos abſolvere à peccatis omnibus, & cenſuris, niſi alteri à Jure ſpecialiter reſervatis. Suarez *tom. 4. de religion. tract. 8. libro 2. capite 20. num. 2. & 3.* Tamburin. *dict. tom. 2. diſput. 14 quæſt. 12.* Sed à ſententia excommunicationis pro injuria 73
Clericorum, etſi Romano Pontifici reſervetur, eos abſolvunt ex ipſius Romani Pontificis conceſſione, *cap. Monachi, de ſentent. excommunic.* Suarez *tom. 5. de cenſur. diſput. 22. ſect. 1. num. 73. cum ſeqq.* Tamburin. *dict. tom. 2. diſp. 14 q. 10. per tot. & q. 11.* quærit à quonam abſolvi poſſit Abbas, vel alius Prælatus Regularis ab excommunicatione Canonis *ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.*

A votis quoque, & juramentis ſuos ſubditos 74
exemptos abſolvunt Abbates, & cæteri Prælati Regulares, ſicut Epiſcopi, ut per Valent. *tom. 6. diſput. 9. quæſt.... punctо 7. col. 10 verſ. ſed cùm conſtet*, Aragon. *2. 2. q. 88. art. 8.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 18. q. 4.* Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. c. 31. n. 18.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 1. q. 25. art. 7.* Sayr. *in clavi regia, lib. 6. cap. 11. n. 88. & 89.* Leſſ. *de juſt. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 107.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. n. 340.* Suar. *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib 6. c. 10. n. 14. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 39. num. 3.*

75 *n.*3. Quod etiam locum habet in Abbatibus habentibus territorium cum jurisdictione Episcopali respectu subditorum territorii hujusmodi, sicut benè resolvunt Sylvest. *in summ. verb. vorum* 4. *q.*3. *dict.*4. Navar. *man. c.*12. *n.*75. Azor. *d. lib.*11. *c.*19. *q.*2. Suar. *d. cap.*10. *n.*13. Valer. Reginald. *dict. lib.*18. *n.*339. Sanch. *d. cap.*38. *n.*19.

76 Dispensare autem possunt Abbates cum suis Monachis in nonnullis casibus ex concessione juris communis, aut regulæ approbatæ, vel privilegii. In Jure autem communi invenitur expressum, posse Abbates dispensare, primò cum Novitio, ut promoveatur ad sacros Ordines in ætate minori, aut breviori tempore, quàm per Canones sit statutum, ut notatur *in cap. Monachus*, 77. *dist.* Hodie tamen aliud statutum est à Tridentino Concilio, ut suprà notavimus, & infrà *in cap.*33. §.1. *de qualitatibus Ordinariorum*, videbimus.

77 Secundò, cum apostata Monacho à Religione, ut ministrare in Ordinibus possit, & ad majores Ordines promoveri, nisi in apostasia fuerit ordinatus, quo casu solus Papa dispensat, *c. fin. de apostat.* Decian. *tract. crim. lib.*5. *capit.*83. *numer.*18. Suar. *tom.*5. *de censur. disp.*31. Sayr. *eod. tract. lib.*3. *c.*15. *n.*16. Aldrete *de Relig. disciplinæ tuenda*, *lib.*2. *cap.*18. *n.*18.

78 Tertiò, ut Monachus Ecclesiastica officia, aut dignitates consequi possit, si Episcopi consensus accedat, *cap.*1. *dist.*58.

79 Quartò, in irregularitate quam Monachi contraxerunt accipientes Ordines in excommunicatione ignoranter, non autem si scienter id egerint, sicut nec in alia graviori irregularitate dispensant. Vide *c. cùm illorum*, & ibi Host. Panorm. & alios *de sentent. excomm.*

80 Quintò, ut Monachus habeat propriam cellam in Monasterio ab aliis separatam, ad ipsius Abbatis judicium, *cap. fin.* 20. *q.*4.

81 Sextò, dispensat Abbas in jejuniis, & delectu ciborum, *cap. non mediocriter, & cap. carnem, & cap. nunquam. de consecr. dist.*8. *cap. cùm ad Monasterium, vers. quanquam, de stat. Monach.* & in silentio, & operibus manuum, & aliis ad quæ tenentur ex regula, præterquam in tribus substantialibus votis, nam dispensat etiam, ne statutis à jure diebus communicent Eucharistiam, *Clem.*1. §. *sanè, de stat. Monach.*

82 Abbatibus quoque nonnulla sacri Canones præcipiunt, aut prohibent. Primò enim tenentur Abbates ad Synodum, Diœcesanam aut Provincialem accedere, si Curatas Ecclesias habeant, quamvis ipsi sint à jurisdictione Prælatorum exempti, *cap. quod super his, de major. & obed.* Hodie Abbates exempti, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis Generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur, juxta dispositionem Conc. Trid. *sess.*24. *de reform. cap.*2. tradunt Ugolin. *de potest Episcopi*, *cap.*48. §.2. *n.*1. Erasm. à Ghokiet *de jurisd. Ordin. in exemptos*, *part.*4. *quæst.*19.

83 Secundò, Monasteria sibi subdita ex officio visitare, Conc. Trid. *sess.*25. *de Regular. cap.*10. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*3. *c.*40. *q.*9. quem refero ego ipse *in collect. ad cap. ult. n.*3. *de stat. Monach.*

84 Tertiò, curare, ut in suis Monasteriis sacræ Scripturæ lectio habeatur, sicut Trident. Concil. est constitutum *sess.*5. *de reform. cap.*1. *vers. in Monasteriis quoque Monachorum*, Paul. Fusc. *de visitat. lib.*2. *cap.*15. *n.*73. Ego ipse *de offic. & potestate Episcop. part.*3. *alleg.*56. *n.*16.

Quartò, circa Monachos suos in his omnibus curam, & diligentiam adhibere, quæ à sacris Canonibus de eorum vita, & moribus statuuntur, quæ infrà suo loco exponemus. 85

Quintò, interdicitur eis, ne Prioratibus, & aliis beneficiis subditorum suorum novas pensiones imponant, aut veteres augeant, *cap. prohibemus, de censib. Clem. unic. de supplend. neglig. Prælat.* 86

Sextò, ne sine consensu Capituli Clericos in Ecclesiis in quibus habent jus patronatus, præsentent, *cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælatis.* 87

Septimò, ne aliquem de Sacro Fonte suscipiant, ut statuit Antisiodorense Concil. relatum *in cap. non liceat, de consecrat. distinct.*4. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disput.*60. *num.*21. Possevin. *de officio Curati*, *cap.*6. *num.*27. *vers. secundò*, Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. Religiosus*, *pag.*225. *in fine*, Rebell. *de obligat. justit. part.*2. *lib.*3. *q.*6. *n.*10. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *n.*157. *vers. Quartò* Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*3. *artic.*1. *in concl. prope med.* Bonacin. *de matrim. q.*3. *puncto* 5. §.2. *n.*23. Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap.*24. §.1. *vers. Excluso.* Me citato Tambur. *d. tom.*2. *disp.*4. *quæst.*2. Limita tamen in Abbate, seu Religioso facto Episcopo, Greg. Lop. *l.*65. *verb. Majoral*, *tit.*5. *part.*... Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *q.*58. *art.*3. plures, quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.*2. *lib.*6. *cap.*6. *n.*24. qui omnes asserunt exemplum Gregorii, qui ex Religione promotus in Cardinalem, factus est Mauritii Imperatoris Compater. 88

Octavò, ne minores Ordines sæculatibus, aut etiam regularibus sibi non subditis conferant, *cap. Abbates, de privileg. lib.*6. & diximus suprà *hoc eod. num. cap.*67. & 68. 89

Nonò, ne de causis matrimonialibus cognoscant, aut publicas pœnitentias injungant, Indulgentias concedant, aut alia similia episcopalis dignitatis, quæ eis non permittuntur, exerceant, *cap. accedentibus, de excess. Prælat.* 90

Decimò decrevit Conc. Trid. *sess.*31. *de reform. cap.*4. ut in locum Episcoporum in Clericorum degradatione assumi possint Abbates usum mitræ, & baculi ex privilegio Apostolico habentes, quos quidem esse Judices assessores, & eorum suffragio standum esse, post Gemin. & Sylvest. resolvit Suar. *de censur. tom.*5. *disp.*30. *sect.*1. *n.*20. Sed nec assessores, nec consultores esse, sed adhibitos ad solemnitatem, dicit Aldrete *de relig. disciplina tuenda*, *lib.*2. *cap.*17. *n.*15. 91

Undecimò, idem quoque Conc. Trident. *sess.*25. *de reform. cap.*4. facultatem dat Abbatibus, & generalibus Ordinum, ut in suis Capitulis generalibus possint pro sua conscientia in Ecclesiis, ubi tam magnus Missarum celebrandarum numerus ex variis defunctorum relictis impositus est, ut illis pro singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, statuere circa id quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiasticam utilitatem viderint expedire: unde illas Missas Capellaniarum, & anniversariorum, justa de causa ad minorem numerum reducere posse resolvunt Henriq. *in summ. lib.*9. *cap.*22. §.6. Fr. Emman. *in sum. part.*1. *cap.*252. *num.*13. & *qq. Regular. tom.*1. *quæst.*43. *art.*13. Valer Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*23. *num.*239. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *quæst.*41. *artic.*24. Aloys. Ricc. *praxi rerum fori pœnit. decis.*404. *in* 1. *edit. aliàs resol.*341. *in* 2. *edit.* Diana *resolut. moral. part.*2. *tit. de celebrat. Missar. resolut.*4. Tamburin. *d. tom.*2. *disp.*6. *quæst. ult.*

Biblioteca de Ciències Socials

Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part. 2. allegat. 29. n. 12.* Verùm hæc facultas Abbatibus, & Generalibus à prædicto Concilio tradita, revocata, & ablata eis fuit per Decretum Sacræ Congregationis Concilii, sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. jussu editum Romæ die 21. Junii 1625. his verbis: [Primò districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quocunque modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnis reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspectâ id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas atque inanes decernit.]

93 Denique ad ea omnia vitanda, vel servanda tenentur, quæ infrà *de vita & statu Regularium* referemus, salvâ eorum dignitate, & officii prærogativâ. Ad illos solùm de jure spectat administratio bonorum Conventuum, præterquam in arduis, *cap. nullum 18. quæst. 2. cap. edoceri*, & ibi Abb. *n. 7. de rescript.* Idem Abb. *cons. 44. n. 2. lib. 2.* Federic. de Senis *cons. 123. n. 2.* Rot. *decis. 554. n. 7. part. 1. recent. & in Gerundensi administrationis, 13. Maii 1630. coram R. P. D. Verospio, & in eadem 12. Decembris ejusdem anni coram Reverendiss. D. meo Coccino.* Quibus autem de causis possint deponi, vide *cap. si quis Abbas, 18. q. 2.*

94 Circa potestatem Abbatum, qui Ordinarii sunt & habent jurisdictionem quasi Episcopalem, ut Abbas de Covarruvias, de Alcala la Real, de Medina del Campo, de Lerma, de Olivares in Hispania, & similes, de quibus meminit Oviedo *in praxi Regul. p. 2. tract. 1. cap. unic. q. 2. n. 72.* sciendum est illos, quoad hæc quæ sunt jurisdictionis, posse omnia regulariter, quæ Episcopi in sua Diœcesi, juxta glossam, quam ibi commendant Bonif. & reliqui *in Clement. 1. verb. propris de reb. Eccles. non alien.* & dicit solemnem Navar. *cons. 5. de sponsal. num. 4.* Idem quoque tenent Seraphin. *decis. 1052.* & *1386.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 2. n. 13. ad fin. vers. secundò quia, & in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 13. n. 4. & 5.* me citato *in hoc loco.* Mendez de Castro *in praxi Lusit. p. 2. lib. 2. cap. 1. n. 20. in med.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 51. n. 3.* Tamburin. *tom. 1. disp. 1. q. 3. & tom. 4. disp. 1. q. 5. n. 7.*

95 Ex quibus primò infertur, posse Abbatem hujusmodi, si Ordinarius fuerit privativè quoad Episcopum, & habuerit jus visitandi, ac Synodum congregandi, Clericis sæcularibus sibi subditis litteras dimissorias concedere. Campan. *in diverf. Juris Canon. rubr. 9. cap 8. n. 4.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 7. numer. 8.* me citato *in illo loco* Tambur. *de Jure Abbatum tom. 2. disput. 11. quæst. 26. num. 2.*

96 Secundò infertur, posse hujusmodi Abbates intra suos terminos Confessarios ad sæcularium confessiones audiendas approbare, ut per Suar. *tom. 4 in 3. p. disp. 28. sect. 5. n. 2.* ubi testatur esse in usu positum, ac se vidisse plures hujusmodi Abbates in suo districtu Confessarios approbantes, & exponentes, quibus nunquam hoc interdictum fuit: sequuntur Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 1. n. 182.* Campan. *in diverf. Juris Canon. rubr. 12. c. 13. n. 26.* Ego ipse *d. p. 2. alleg. 25. n. 5.* me citato *in illo loco*, Tamburin. *d. tom. 2. disp. 10. q. 11.*

Tertiò infertur hujusmodi Abbates posse denun- 97
tiationes Matrimoniales remittere virtute Concilii Trident. *sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* ut benè resolvunt Navar. *cons. 5. de sponsal. in antiq.* aliàs *cons. 2. de clandest. desponf. in novis*, Henriq. *in sum. lib. 11. c. 5. §. 5.* Fr. Emman. *tom. 2. sum. cap. 117. n. 4.* Sayr. *in floribus decis. sub tit. de sponsal. decis. 9.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 7. n. 4.* Flores de Mena *var. resolut. lib. 3. quæst. 24. n. 26.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 83. n. 15.* Molin. *de ritu nupt. lib. 2. different. 11. num. 60.* Scip. de Rubeis *in aphorism. verb. Abbas, num. 14.* Ego ipse *d. p. 2. alleg. 32. n. 32.* me citato *in hoc loco.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 8. quæst. 4.* qui non tantùm hanc resolutionem extendunt ad Abbates titulares, sed ad Commendatarios, ut hi etiam possint denunciationes ex causa remittere, duplici moti ratione. Prima, quia quicquid potest titularis ratione dignitatis, potest illius Commendatarius, Panorm. *in c. querelam, de elect.* quem refert, & sequitur Dec. *in capit. edoceri, de rescript.* tum & secundò, quia cùm Decretum Concilii de Ordinariis loquatur indefinitè, regula verò indefinita universali æquipolleat, Glos. communiter recepta *in cap. ut circa, de elect.* Abbas autem Commendatarius Ordinarius dicatur, Gloss. per textum *ibi, in capit. Ordinarii, de offic. ordin. lib. 6.* juncto textu *in capit. cùm Ecclesiarum Prælatis, eod. titul. in antiq.* id etiam poterit concedere. Quare ita de eo tradunt Petr. de Ledesm. *in sum. part.* ubi de *Sacrament. Matrimon. capit. 6. conclus. 7. dub. 1. ver. vers. siguesse lo secundo.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 8. n. 28.* Ego ipse *d. allegat. 23. num. 32.* Tamburin. *d. tom. 2. disput. 8. quæst. 5.*

Contra Franc. Leon. *in thesauro fori Eccles. p. 2. cap. 9. num. 55.* Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib. 4. tit. 15. l. 1 de matrim. in declarat. n. 22.* existimantes, & decisum referentes, Abbates Commendatarios in eorum Abbatiis, in quibus habent jura Episcopalia, dictas denuntiationes sine speciali concessione Apostolica remittere non posse.

Quartò infert, Abbatem hujusmodi posse Ma- 98
trimoniis contrahendis interesse virtute Concil. Trident. *d. capit. 1.* & ita tenent Henriq. *in summ. lib. 11. cap. 3. §. 4.* Valer. Reginald. *in d. praxi, lib. 31. n. 178.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disput. 28. numer. 6.* Gutier. *eodem tract. cap. 66. n. 6.* Basil. Pont. *de imped. matrim. cap. 26. §. vers. Idem quod*, Ego ipse *d. alleg 32. num. 122.* me citato *in illo loco.* Tambur. *d. tom. 2. disput. 8. q. 1.*

Quintò infertur, Abbates hujusmodi habere 99
facultatem dispensandi & absolvendi concessam Episcopis per Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 6.* Ita Henriq. *in sum. lib. 6. cap. 6. §. 1.* Franc. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 24. art. 13. & 17. & q. 61. art. 9.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 24. n. 18.* Sayr. *in Clavi Regia, lib. 6. cap. 11. n. 83. in fine.* Avil. *de censur. part. 7. disput. 10. dub. 6.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 5.* Verùm contraria sententia non mihi displicet, quia Conciliaris illa dispositio *in dict. capit. 6.* hac in parte derogat juri communi, & idcircò potiùs est limitanda, ut nomine Episcopi intelligamus secundùm propriam illius significationem illos tantùm qui in Episcopali dignitate constituti sunt, non inferiores: quare Abbates, seu alios Prælatos inferiores habentes jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, non gaudere prædictâ facultate dispensandi, & absolvendi concessâ Episcopis in Conc. Trident. *dict. cap. 6.* tenent Arag. *2. 2. quæst. 88. art. 12.*

art.12. concl.4. Cened. *ad Sextum collect.4. num.5.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.1. cap.83. num.5. ad fin.* Suar. *tom.4. de pœnit. disp.30. sect.2. n.6. & tom.5. de censur. disp.41. sect.2. num.7.* Petri de Ledesma *in sum. tom.2. tract.1. cap.6. post conclus.2. difficult.1.* Aloys.Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.532. n.1. in 1. edit.* aliàs *resolut.555. in 2.edit.* Mar. Alter. *de censur. tom.2. disp.8. de suspens. cap.3. vers. sed hic.* Bonacin. *eod.tract. disp.7. q.5. puncto 1. n.6.* & censuisse sacram Congregat. referunt Nicol. Garc. *de benefic. part.7.c.11.n.13. & 17.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.1. tit.18. l.7. de irreg. in Declarat. n.9. & 10.* Ego ipse *d. p.2. allegat.39. num.17.*

100 Sextò infertur, posse Abbates huiusmodi dispensare in cæteris omnibus casibus in quibus potest Episcopus. Gambar. *de offic. potest. Legat. de Later. lib.10. n.432.* Flores de Mena *var. resol. lib.3. q.24. num.18.*

101 Septimò infertur, dare posse licentiam Prædicatoribus ad prædicandum in suo districtu, & eos examinare, & approbare. Flores de Mena *d. q.24. n.19.* ubi *n.15.* quod potest unire Ecclesias, & *n.16.* quod potest eas commendare.

102 Octavò infertur, potest beneficia etiam Curata conferre, per *cap.2. & cap.fin.* ibi Gloss. *16. q.4.* Paris. *cons.37. n.8. & 9. lib.4.* Flores de Mena *dict. q.24. num.21.* ubi quod potest coram se, vel ejus
103 Vicario de Curatis vacantibus concursum facere; inferiores enim id efficere poterunt, si jus habeant congregandi Synodum. Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.424. in 1.edit.* aliàs *resol.361. in 2. edit.* Massobr. *in sua praxi habendi concursum, requis.1. dub.8. 11. & 21. & requis.2. dub.4.*

104 Nonò infertur, posse Synodum, & constitutiones synodales facere, prout facit Episcopus, ut per Bald. *in tract. de præscript. p.5. q.11.* Bottæum *de Synodo part.2. à n.40.* Flores de Mena *d. q.24. n.9.* Intellige de Abbate habente Provinciam, quia hunc solùm Synodum celebrare posse censuit S.Congr. Concil. sub die 17. Augusti 1616. & si probatur habuisse jus congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregasse, bene poterit concursum facere, ut decisum fuisse ab eadem S.Congregatione refert Nicol. Garc. *de benef. p.9. c.2. n.131.*

105 Decimò infertur, posse sicut Episcopum, ad Concilium generale, seu provinciale admitti, citari, & vocari, & in eo habere vocem decisivam ratione jurisdictionis, ut in magnis Abbatibus concludit Panormit. *in q.10. dub.2. n.28.* per textum *in cap. conventionibus 1. q.7.* sentit Villadieg. *de Legato, c.10. à n.4.* Campeg. *in tract. de Concil. c.7. à n.1.* licèt contrarium teneant Iacobat. *in simili tractat. lib.2. art.2. à n.38.* Alban. *in eod. tract. part.1. cap.6. n.3.* quorum opinionem magis in praxi servari testatur Flores de Mena *d. q.24. n.28.*

106 Undecimò infertur, posse auctoritatem interponere in permutationibus, & resignationibus simplicibus beneficiorum, ut per Flores de Mena *d. q.24. n.21.* junctis per me adductis *de offic. & potest. Episcopi p.3. alleg.69. ex n.4.*

107 Duodecimò infertur, posse exequutorem esse omnium ultimarum voluntatum ad pias causas, quemadmodum Episcopus est, quia hoc est jurisdictionis actus, ut ex Abbat. Archid. Barbat. & Covar. *n.1. in cap. Ioannes, de testam.* colligit Flores de Mena *d. quæst.24. n.42.* & me citato *in hoc loco.* Mendez de Castro *dict. p.2. lib.2. cap.1. num.20. in fine.*

Decimotertiò infertur, posse subditos suos visitare, secundùm Flores de Mena *d. q.24. num.23.* ubi 108
num.24. subdit, non posse visitari ab Episcopo, ut Sedis Apostolicæ delegato vigore decreti Concil. Trid. *sess.24. de reform. cap.9.* quia secundùm illum limitatur Concil. *dict. loco* in habente episcopalem jurisdictionem.

Decimoquartò infertur, posse dare licentiam 109
alieno Episcopo pontificalia in suo districtu exercendi, ut per Flores de Mena *d. q.24. n.27.*

Decimoquintò infertur, posse cognoscere de 110
causis matrimonialibus, ut per Flores de Mena *d. q.24. n.25.* & faciunt quæ ego ipse adduco *de offic. & potest. Episc. part.3. alleg.84. n.5.* ubi id intelligo mediante præscriptione, consuetudine, vel privilegio, novissimè me cit. *in hoc loco.* Mendez de Castro *d. p.2. lib.1. c.1. n.21.*

Decimo sextò infertur, posse indulgentias dare 111
quæ solitæ sunt dari ab Episcopis, & posse dare commendatitias suis Clericis, & exercere per alium ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, per textum *in cap. accedentibus, de excess. Prælat.* Ant. de Rosel. *in tract. de Indulgent. n.54.* Flores de Mena *d. q.24. n.12.* saltem ex consuetudine. Ego ipse *d. p.3. alleg.88. ex n.17.*

Decimoseptimò infertur, Abbatem, seu Priorem 112
habentem usum mitræ, & baculi, dum solemniter celebrat, suos ministros habere debere, Diaconum scilicet, & Subdiaconum, qui in Missa cantaturi sunt Epistolam, & Evangelium, & unum Capellanum cum pluviali, qui assistat ad librum, & aliquos Clericos, & ministros cum cotta, non autem habere posse duos Diaconos assistentes, sicut habet Episcopus quando celebrat. Ita Sacr. Rit. Congreg. in Firmana 28. Januarii 1606. ubi etiam fuit resolutum, birreto nigro sub mitra uti posse, non autem alterius coloris, nec posse uti baldachino. Vide suprà *hoc eod. cap. sub n.50. vers. Baldachino,* & me citato *in hoc loco.* Novar. *in Lucerna Regular. verb. Abbas, n.16.*

Debet incedere in Ecclesia in habitu decenti, & 113
non camerali. Eadem S.Rit.Congreg. *in una sancti Severini, 9. Maii* 1609.

Non tamen debet associari ex sua domo, nec 114
excipi cùm ad pontificaliter celebrandum vadit; quia cæremoniale de Episcopis loquens in hoc casu non comprehendit Abbates. Eadem Sac.Rit. Congreg. *in Hispaniarum S. Ioannis de Penna, 11. Decembris* 1613.

In Ecclesia suæ jurisdictioni subjecta debet 115
ipse Abbas etiam exemptus præsente Episcopo sedere in sede inferiore Episcopi, & sine ornato, vel apud Episcopum à sinistris, vel à conspectu Episcopi, in loco tamen inferiore respectu Sedis Episcopi. Eadem S.Rit. Congreg. *in Aquilana, 18. Mart.* 1617.

Absente verò Episcopo potest Abbas Ecclesiæ 116
secularis Collegiatæ, & ab Ordinario exemptæ, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ usum mitræ habens, dum in sua Abbatiali Ecclesia sibi pleno jure subjecta divinis solemniter intereſt, suos Canonicos assumere ad sibi assistendum, & eandem in eos jurisdictionem exercere, quam Episcopus, exercet in suos. S. Rit. Congregat. *in Alexandrina S. Petri in Brogolio, 7. Februarii* 1604.

Abbates quando plures sunt in eodem loco ha- 117
bentes Clerum distinctum debent in processionibus incedere quisque cum suo Clero, & in suo loco. S. Rit. Congregat. *in Nucerina Gualdi, 19. Ianuarii* 1613.

Abbati

118 Abbati exempto Collegiatæ secularis habenti jurisdictionem Ordinariam & quasi Episcopalem, non licet in sua Ecclesia, ubi Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis adeò tenues sunt, ut pro sustentando sufficienti Canonicorum gradu juxta loci, & personarum qualitatem non sufficiant, cum consensu Capituli, aliquibus ex eis suppressis, & earum fructibus, & proventibus reliquarum Præbendarum distributionibus applicatis, eas ad pauciorem numerum reducere, sed hoc spectat ad Episcopum, cum consensu tamen Capituli, si ipsa Collegiata insignis sit, sicut refert à S. Conc. decisum. Nicol. Garc. *de benef. p. 12. c. 2. n. 75.*

119 Abbas Commendatarius habens jurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato, potest dispensare super illegitimitate ad quatuor Ordines minores. S. Congreg. Conc. *in nullius oppidi de Pignoroli, 18. Novembris 1628.*

120 Abbas alicujus Abbatiæ exemptæ non potest Ordines in ea conferre, licèt sit Episcopus: secus si Abbatia est nullus, quæ habet populum. S. Congreg. Conc. sub die 8. Augusti 1622.

121 De Abbatibus si quis plura scire cupiat, legat Ascanium Tamburinum Monachum Vallombrosanum in speciali tractatu de jure Abbatum, cæterorumque Prælatorum Episcopis inferiorum, in tres tomos divisо, Alvar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 23.* Petr. Gregor. *syntagm. juris part. 2. lib. 15. cap. 15. de Abbatibus.* Flamin. Patis. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 1.* Cardin. Tusch. *in practic. concl. tom. 1. lit. A, concl. 3. cum seqq.* Azor, *institut. moral. part. 2. lib. 1. c. 19.* Anton. Fabr. *in praxi & theoria benefic. tit. de majoribus & minoribus benefic. n. 54. cum seqq.* Flores de Mena *var. quæst. lib. 3. q. 24. per tot.* Campan. *in diverf. Iuris Canon. rub. 7. c. 6. ex n. 92.* Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. hierarchia, p. 2. disp. 13. §. 2.* Laurent. de Portel. *in dubiis Regularib. verb. Abbas.* Theodos. de Rubeis, & post illum Bartholom. Gavant. *in aphorismis Episcop. eod. verbo.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. regular. resolut. 1.* novissimè Donat. Anton. de Marinis *quotidian. resolut. cap. 1. per totum,* & Otsel. *in examine apum, verb. Abbas,* ac meipsum *in collect. Bullarii, eod. verb.*

CAPUT XVIII.

De Plebanis, & Rectoribus animarum.

SUMMARIUM.

1 *Prælatorum nomine saltem latè, & amplè continentur omnes personæ ecclesiasticæ, curam animarum habentes.*

2 *Pastores vocantur generali nomine omnes animarum Rectores.*

3 *Pastores propriè dicuntur Episcopi, & Superiores tantùm Prælati, non autem inferiores.*

4 *Plebani & Rectores animarum sunt Episcopo immediatè subjecti, & locum tenent 72. Discipulorum.*

5 *Plebani, sunt qui curam exercent animarum in Plebania habente sub se plures Ecclesias, vel Capellas.*

6 *Plebanus dicitur à plebe, vel populo, qui sub rerum cura regitur.*

7 *Plebani Ecclesia appellatur Matrix, quasi mater Ecclesiarum, quas sub se continet.*

8 *Archiepiscopi Ecclesia Metropolis dicitur, id est civitatem ejusdem provincia mater.*

9 *Plebanus dignitatem non habet, nisi fortè Ecclesia, cui præst, sub se capellas habeat, & insimul Collegiata sit.*

10 *Declaratur textus* in cap. cùm ab Ecclesiarum Prælatis, de officio Ordin.

11 *Rector à Regenda Ecclesia, & animalibus etiam subjectis dicitur.*

12 *Parochi dicuntur à Parochia, quæ est locus eis commissus certis finibus limitatus.*

13 *Curati appellantur à cura, quam de regendis eis susceperunt.*

14 *Proprius Sacerdos vocatur etiam cujuslibet Parochia Rector.*

15 *Capellanus dicitur, qui in Ecclesia Monachorum curam exercet.*

16 *Auctor tractatum de officio, & potestate Parochi in lucem edidit Romæ anno 1631.*

CUM omnes personæ ecclesiasticæ curam animarum habentes, à Summo Pontifice usque ad infimos animarum curatos, Prælatorum nomine, saltem latè, & amplè continentur, ut colligitur *ex cap. tua, de Cleric. ægrot.* ubi Abb. *n. 2. & ex cap. cum ab Ecclesiarum, de officio Ordin.* quæ jura ad hoc ponderavi *in tract. de appellativa verborum utriusque juris significat. appel. 215. num. 7.* vocantur enim omnes animarum Rectores generali nomine Pastores, *cap. Pastor, 1 quæst. 2.* quamvis propriè Episcopus, & Superiores tantùm Prælati, non autem inferiores, Pastores dicantur, secundùm Gloss. *verb. de Pastore, in Clem. in plerisque, de elect.* & citatos *suprà hoc lib. c. 9. de Episcopis, & eorum elect. verb. Pastor,* quibus addo Alzed. *in praxi Episcop. part. 1. c. 9. n. 34.* Igitur cùm hactenus de majoribus, in præsenti capite de Prælatis minoribus differendum erat, de quibus primò sciendum est; quod sunt Episcopo immediatè subjecti, *c. fin. de offic. Archid.* & locum tenent LXXII. Discipulorum, sicut Apostolorum locum tenent Episcopi; dicit enim Anacletus Papa *in cap. in novo, 21. dist.* quod videntes Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, sicut Dominus in Evangelio dixit Lucæ cap. 10. *Rogaverunt Dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam.* Refertur *in cap. cùm ex injuncto, de hæretic.* Unde ipsi LXXII. Discipulos elegerunt, quorum typum nunc gerunt Presbyteri. Messis enim est animarum collectio, de qua dicebat idem Dominus, Joan. 4. Apostolis suis (intelligens multitudinem gentium, quæ fidem susceperat) *aspicite regiones, quia albæ sunt jam ad messem.* Sunt ergo Presbyteri animarum Rectores operarii messis, coadjutores Episcoporum, de quibus loqui videbatur Apostolus *ad Philippenses* 4. in illis verbis: *Cum Clemente, & cæteris adjutoribus meis, &c.* Cùm enim Episcopi plurimis occupationibus impediti singulis omninò ea, quæ ad salutem sunt necessaria, ministrare non valeant, Presbyteri fuerunt constituti, qui singulorum curam gererent, quamvis & ipsi Episcopi, ubi dignum duxerint, per seipsos curare quos voluerint, valeant, *cap. illud, 95. dist.* junctis traditis per Alzed. *dict. part. 1. c. 9. n. 41. & 42.*

Horum quidam vocantur Plebani, ut *in c. scriptum est, de elect.* qui videlicet curam exercent animarum

marum in Plebania habente sub se plures Ecclesias, vel Capellas, *cap. 1. in fine*, ubi Glos. *ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.* sic dicti à plebe, vel populo, qui
6 sub eorum cura regitur: & habet se plebanus cum cæteris curatis unius plebis, sicut Archiepiscopus cum Suffraganeis provinciæ suæ, nam & ipsi Visitatores constituuntur, qui vicos, & castella in Episcoporum locum circumeant, *cap. non debere*, cum
7 Glos. So. *dist. cap. sicut olim, de accusation.* Et Ecclesia plebani appellatur matrix, quasi mater Ecclesiarum, quas sub se continet, *cap. ad audientiam, tit. 1. de Eccles. ædificand. cap 2. de præscript.* Concil. Trid. *sess 21. de reform. cap. 7.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 12. q. 3. & lib. 9. c. 3. q. 14. vers. Matrix.* Rot. *decis. 172. n. 2. cum seqq. part. 1. recent.* sicut Archi-
8 episcopi Ecclesia dicitur Metropolis, id est Civitatum ejusdem provinciæ mater, ut suprà *hoc lib. cap. de Archiepiscopis*, vidimus. Solent quoque tales Archipresbyteri nominari, quamvis hic titulus aliis quoque tribuatur personis, ut infra *hoc eod. lib. c. 25. de Archipresbytero*, ostendimus.

Plebanos in dignitate constitutos non esse, ex
9 eo deduci videtur, quia propriè sunt (ut suprà diximus) qui præficiuntur plebibus, seu Ecclesiis habentibus sub se alias Capellas, vel inferiores Ecclesias, ut colligitur *ex d. c. 1. de capellis Monach. in 6. & ex d. c. 1. ne Clerici, vel Monach. eodem lib.* ex quibus juribus patet plebanis solam competere jurisdictionem fori pœnitentialis, ut parochis; & ideo ab illis non distingui existimavit Philesac. *in tract. de Parœcia, c. 8. pag. 39.* ac subinde cùm non habeant jurisdictionem fori contentiosi, non possunt dici in dignitate constituti, ex dictis; quia differentia illa, quod parochus uni præest Ecclesiæ, plebanus pluribus, nullum in substantia discrimen constituit, ex notatis per Ant. Fab. *in theorica de re benef. tit. de benef. in Cathedrali, n. 33.* & ideò plebanum dignitatem non habere, resolvunt Ful. Pacian. *de probation. lib. 2. c. 27. à n. 59.* Azor. *d. lib. 3. c. 22. q. 1. & 4.* Nisi fortè Ecclesia, cui præest, sub se capellas habeat, & insimul Collegiata sit, ut ex Dom. Franc. & Federic. explicat Pacian. *d. c. 27. n. 52.*

10 Quamvis contrarium, imò plebanum, licèt in Ecclesia Collegiata non sit, dignitatem habere existimaverint Addit. *ad glos. verb. Capellas, in d. c. 1. ne Clerici, vel Monach. lib. 6.* Lambertin. *de jurepatron. lib. 1. part. 1. q. 11. art. 4.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 15. c. 24. n. 15.* Læl. Zech. *de Republic. Eccles. c. 27. à princip.* Pro quibus non facit textus *d. c. cùm ab Ecclesiarum, de officio Ordinar.* dum videtur probare plebanos excommunicare posse sibi subditos. Quia respondetur non constare ex illius litteris, quænam fuerit Ecclesia illa sancti Petri, de qua ibi: nec textum decidere plebanum illum jure communi excommunicationem proferre potuisse, sed tantùm supponere ab eo prolatam, ac subinde terminos habiles supponere possumus, cùm textus id principaliter non decidat, quod scilicet vel Ecclesia erat Collegiata, vel quod jurisdictio speciali jure ei competebat.

11 In summa, tam ipsi plebani, quàm alii inferiores generali vocabulo Rectores, seu Parochi, aut Curati, vel Presbyteri Parochiales dicuntur, ut *in Clem. Dudum, §. cæterùm, de sepultur. & in Clement. 1. de privileg.* & sæpè alibi.

Rectores scilicet, à regenda Ecclesia, & animabus eidem subjectis, quia plebem & populum sibi commissum cum cura gerunt, *cap. 1. de Capellis Monachor. c. 3. de vita & honest. Cleric.* unde eorum beneficium Rectoria dicitur, *cap. ult. de Prebend.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 15. c. 24. n. 10. & 21.*

Parochi verò à Parochia, quæ est locus eis com- 12
missus, certis finibus limitatus, ut infrà *hoc lib. c. 20. de Diœcesibus, & Parochiis*, videbimus.

Curati autem à cura, quam de regendis ovibus 13
susceperunt.

Vocatur etiam cujuslibet Parochiæ Rector pro- 14
prius Sacerdos, ut *in c. omnes, de pœnit. & remiss.* Et qui in Ecclesia Monachorum curam animarum exercet, dicitur Capellanus, ut *in cap. 1. de Capellis Monach.*

Verùm quia de his Plebanis, Rectoribus, Paro- 15
chis, & Curatis diximus latè in speciali tractatu
de officio & potestate Parochi, quem in lucem edidi- 16
mus Romæ apud Guillelmum Facciotum anno Domini 1632. & deinde reimpressum anno sequenti, & postmodùm de anno 1641. Lugduni in folio multis additionibus locupletatum, ne dicta repetamus, ideò in desideratis benevolum Lectorem ad illum remittimus.

CAPUT XIX.

De Electione Prælatorum in genere.

SUMMARIUM.

1 *Divisio materiæ hujus capitis.*
2 *Prælati ad regimen Ecclesiarum, vel ad dignitates, & beneficia pluribus modis assumuntur.*
3 *Electio est alicujus personæ ad Prælationem, vel fraternam societatem canonicè facta vocatio.*
4 *Electio propriè sumi potest.*
5 *Postulatio est petitio gratiæ facta superiori, quâ aliquis petitur in Prælatum, qui propter aliquod impedimentum Canonicum non poterit ab Electoribus eligi.*
6 *Postulari non possunt criminosi, in quibus non solet rigor juris relaxari.*
7 *Indigni non possunt postulari, imò illum postulantes privantur potestate postulandi, & eligendi.*
8 *Excommunicati postulare non possunt.*
9 *Postulari potest qui legitimam non habet ætatem: item qui non est ex legitimo matrimonio natus, & qui non est sacris Ordinibus initiatus, & qui est alteri Ecclesiæ alligatus.*
10 *Caput* Ecclesia vestra, *tit. 2. de elect. declaratur.*
11 *Episcopus unius Ecclesiæ non potest eligi ad aliam dignitatem, sed postulari.*
12 *Postulationi sufficit, si major pars consensum præstet.*
13 *Postulatus legitimè quis dicatur.*
14 *Postulatio duplex, solemnis scilicet, & non solemnis.*
15 *Postulatio alicujus si fiat ab Electoribus ipsis ut eligatur, non postulatio, sed nominatio, aut simplex erit petitio.*
16 *Postulatio Abbatum, aut aliorum inferiorum non est verè & propriè postulatio, sicut Episcoporum.*
17 *Nominatio tripliciter accipitur.*
18 *Electio postulatio, & nominatio in multis differunt.*
19 *Postulatio nullum jus acquiritur per postulationem*, & n. 23.
20 *Variare non licet, & alios nominare in electione, publicato scrutinio.*

21 *Variare*

Biblioteca de Ciències Socials

21 *Variare licet in postulatione, & ab ea recedere, quousque illa fuerit superiori præsentata.*

22 *Electo quæritur jus ad rem per canonicam electionem.*

24 *Verbum* disponere, *favore Papæ non verificatur in sola præsentatione, vel electione, sed in sola collatione.*

25 *Nominatio ad Beneficium potest secundum aliquos fieri de more laico.*

26 *Nominatio denotat aliquod principium futuræ dispositionis.*

27 *Petitio simplex propriè dicitur, quando plebs ipsa, seu populus aliquem sibi dari in Prælatum expostulat.*

28 *Translatio est alicujus personæ de una in aliam Ecclesiam canonica transmutatio.*

29 *Translatio de una in aliam Ecclesiam fieri propriâ auctoritate non potest.*

30 *Episcoporum translatio sine Papæ auctoritate fieri non potest.*

31 *Episcopus si propriâ auctoritate de sua in aliam Ecclesiam se transferat, ab utraque deponitur.*

32 *Metropolitanus, aut Patriarcha, si Episcopum sine mandato Papæ transferret, à confirmatione Episcoporum esset suspensus.*

33 *Sacerdotes inferioris gradus concessione suorum Episcoporum possunt ad aliam Ecclesiam transmigrare.*

34 *Invitus potest quis ex causa de una Ecclesia ad aliam transferri.*

35 *Episcopus invitè translatus ad alium Episcopatum, suadente justâ & rationabili causâ, non potest secum asportare libros, ornamenta, & paramenta multa, & argentaria, ac similia.*

36 *Fructus jam perceptos, & res mobiles non pretiosas, & ex fructibus primi Episcopatus acquisitas poterit Episcopus translatus de uno Episcopatu ad alium secum deferre.*

37 *Translatus de una Ecclesia ad aliam, desinit esse Episcopus prioris, ubi primùm à Papa ab illius vinculo absolucus est in Consistorio, & ab eo tempore illa vacare censetur.*

38 *Translatus ad aliam Ecclesiam nihil juris retinet in priori, nisi hostium necessitate compulsus, fuerit ab Ecclesia sua translatus.*

39 *Electio locum habet in Ecclesiis, & beneficiis electivis.*

40 *Ecclesia electivæ tantummodò dicuntur, in quibus Prælatus, an Rector animarum instituitur, præcedente electione, quam debet sequi confirmatio.*

41 *Provisio dicitur, quæ fit per electionem sine confirmatione.*

42 *Beneficia electiva non veniunt in mandatis de providendo, nisi de electione esset facta specialis mentio.*

43 *Electio propriè sumpta non in omnibus beneficiis electivis locum habet, sed in paucis, propter reservationes Sedi Apostolicæ factas.*

44 *Collegium quodlibet seu Congregatio debet sibi Prælatum eligere, nisi obstet consuetudo, vel privilegium, aut contraria superioris voluntas.*

45 *Collegium consistere potest in duobus ad minus, ad eos spectabit electio.*

46 *Collegium postquam in duobus saltem fuerit constitutum, potest nihilominus totum ipsius jus ad unum reduci, & in eo conservari, aliis mortuis, privatis, suspensis, vel excommunicatis.*

47 *Successorem sibi præeligere etiam in exitu vitæ, nulli Prælato concessum est.*

48 *Pupilli, sive impuberes, quamvis de numero sint eligentium, vocem in electione non habent.*

49 *Conversi laici in electione Prælati Regularis vocem non habent, nisi illam habeant ex privilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine.*

50 *Regulares, qui tacitè vel expressè professionem non emiserit, vocem non habent in electione sui Prælati, declarando ut ibi.*

51 *Canonici Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, nisi saltem in Ordine Subdiaconatûs fuerint constituti, vocem in Capitulo non habent.*

52 *Electionis tempore Subdiaconatum suscipiens habere debet votum in electione, quamvis tempore vacationis illum non habuisset.*

53 *Capitulum non tenetur expectare, ut quis promoveatur ad sacros Ordines intra tempus à jure electioni faciendæ præfixum, quamvis dicat se esse paratum Ordines suscipere.*

54 *Collegium non tenetur expectare impuberem, ut perveniat ad ætatem legitimam, nec novitium, ut profiteatur, nisi mora modica esset futura, neque damnum ullum Ecclesiæ allatura.*

55 *Amentes perpetuò vocem in electione non habent.*

56 *Excommunicatione majori ligati privantur ipso jure eligendi potestate, si sint notorii, seu non tolerati ab Ecclesia, vel publici percussores Clericorum.*

57 *Electio facta cum interventu unius excommunicati non tolerati minimè valet, nec sustineri potest ex persona eorum, qui non sunt excommunicati, nisi excommunicatus per violentiam, &c.*

58 *Suspensi per sententiam Judicis, aut etiam Canonis, sunt ipso jure privati eligendi potestate, præterquam ex causa participationis.*

59 *Suspensi ab officio, & beneficio simul, sive ab officio tantùm, ipso jure eligendi potestate privantur, non tamen si sint suspensi solùm à beneficio, nisi vox competeret ratione illius beneficii, à quo reperiuntur suspensi.*

60 *Suspensus simpliciter numquam potest eligere, quia intelligitur ab officio, & beneficio, ubi contrarium ex verbis, aut intentione ferentis aliud non intelligitur.*

61 *Suspensi religiosi à divinis possunt eligere.*

62 *Interdicti ipso jure eligendi potestate privantur.*

63 *Clerici personale, aut locale interdictum violantes exercendo actum sacri Ordinis, vel celebrando officia divina, ab electione arcentur.*

64 *Celebrantes in loco interdicto scienter absque privilegio speciali, ipso jure eligendi potestate privantur.*

65 *Irregulares voce activâ non privantur.*

66 *Indignum scienter eligentes, aut similiter postulantes, pro ea vice eligendi potestate privantur, non autem si nominarint tantùm.*

67 *Eligentes scienter indignum, sunt privati potestate eligendi in prima tantùm electione immediatè sequenti, non autem in tota vacantia.*

68 *Judicis arbitrio relinquitur, an eligens præsumatur sciviſſe electum fuiſſe indignum, & ex quibus hæc sententia colligatur.*

69 *Compromittentes electores absolutè in aliquem qui indignum elegit, non privantur eligendi potestate, nisi talem electionem ratam habuerint.*

70 *Indignus dicitur, qui habet defectus personæ expressos* in c. cùm in cunctis, de elect.

71 *Indignum scienter in electionibus nominantes nequaquam eligendi potestate privantur, nisi ex votis eorum communis electio sequatur.*

72 *Patroni Ecclesiastici dicuntur eligere.*

73 *Patroni Ecclesiastici privantur jure præsentandi eo modo, quo eligentes.*

74 *Patroni laici si indignum scienter præsentaverint, pro ea tantùm vice præsentandi jure privantur.*

75 *Indigno beneficium scienter conferens privatus est conferendi potestate, & propter conferentis negligentiam devolvitur ad superiorem beneficium incapaci collatum.*

76 *Episcopus debet prius scire conditionem ejus cui confert beneficium, & ita præsumitur.*

77 *Vicarius habens specialem potestatem ad conferendum beneficium si indigno contulit non erit Episcopus conferendi potestate privatus, nisi Episcopi ratam habuerit collationem.*

78 *Postulatum tanquam institutum vel administratorem ad Ecclesiam recipiens, eligere prohibetur.*

79 *Laicos ad electionem contra statuta canonica admittentes eligere prohibentur.*

80 *Electio facta per abusum secularis potestatis, est ipso jure nulla.*

81 *Laici ad coeligendum admitti non debent in Ecclesiasticorum Prælatorum electionibus.*

82 *Clericus à laicis Ecclesiam nullo modo obtinere potest.*

83 *Electores ob delictum commissum potestate eligendi privati, eligendi potestatem amplius non habent, & illa ad alios, qui non deliquerunt, devolvitur. sed si ii etiam delinquam, vel indignum eligant, tunc ad Superiorem devolvitur.*

84 *Eligere negligentes intra tempus statutum, postea ab electione arcentur.*

85 *Electio Prælati in Cathedralibus, & Regularibus Ecclesiis intra tres menses à die vacationis facienda est, quibus elapsis devolvitur ad proximum superiorem, & eo similiter negligente, devolutio ascendit usque ad Papam.*

86 *Capituli pars quando delinquit in electione, tunc eligendi potestas ad alios devolvitur non culpabiles, quamvis sint pauciores; si verò totum sit in culpa, ad proximum superiorem devolvitur.*

87 *Eligendi potestatem non habent qui suo voto renunciarunt, renunciatione jam acceptatâ à Superiore.*

88 *Vocari ad electionem qui debeant, & quomodo,* & num. seqq.

89 *Vocandi sunt ad electionem qui sunt in Provincia, sive Diœcesi, maximè quando absentia non est affectata, vel suspecta.*

90 *Citatio electorum absentium facienda est singulariter, & personaliter, si sciatur ubi degant, & commodè, & sine periculo fieri possit.*

91 *Citatio facienda est per publicum edictum in Ecclesia ex qua sunt electores absentes, si nesciatur ubi commorentur, vel ubi sunt soliti commorari.*

92 *Citatio est facienda in domo, si citandus inveniri non potest*

93 *Domicilium si quis non habeat, tunc citatio facienda erit in loco ubi habitare consueverit.*

94 *Residentiam facere quis præsumitur in loco ubi habitare consuevit.*

95 *Nuncio præsertim jurato creditur, an aliquis ex vocalibus absens sit vocatus, necne.*

96 *Vocati ad electionem si intra assignatum terminum competentem non venerint, non sunt de cætero exspectandi.*

97 *Electores etiam elapso termino expectandi sunt, quamvis pauciores ubi absque periculo & incommodo expectari possent, & ex aliqua causa necessaria vel probabili detinerentur.*

98 *Electio si dolo potius excludendi absentes quàm alia legitima causa acceleretur in ipsorum præjudicium, reclamationi locus erit.*

99 *Electores si ad electionem vocaverunt eos quos vocare non tenebantur, an teneantur expectare illos usque ad terminum præfixum, ostenditur.*

100 *Electionis faciendæ tempore absens si justo tempore detineatur, poterit unum vel plures procuratores constituere qui per se votum in electione præstent.*

101 *Votum absentis, ut per procuratorem possit sustineri, tria requiruntur.*

102 *Procuratores plures ad eligendum designati, si simul concurrerint, quis præferendus, ostenditur.*

103 *Procuratores duo ubi fuerint dati in diversis instrumentis eodem die confectis, & non appareat quis ex illis sit revocatus, mutuò se confundunt.*

104 *Procurator ad eligendum debet constitui unus de Collegio, qui sit ejusdem qualitatis cum absente, nisi Capitulum ex gratia velit consentire, ut committatur extraneo.*

105 *Procurator ex Collegio ab absente simpliciter constitutus in casu electionis, non potest unum suo, & alium procuratorio nomine eligere, nisi merita duorum vel trium essent omninò æqualia.*

106 *Procuratores legitimè constituti cum generali mandato ad eligendum ab iis qui legitimè impediti sunt, non excluduntur, dummodo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona.*

107 *Ordinum superioribus absentibus & legitimè impeditis, licet mittere alium ad Capitulum generale, qui suo loco, & nomine in electione suffragium ferat, si ex Institutis, & Decretis sua Religionis id concedatur.*

108 *Procuratorem ut quis elector possit constituere, debet abesse à loco ubi sit electio, & esse in loco à quo possit, & debeat vocari.*

109 *Elector absens à loco ubi sit electio poterit procuratorem constituere, si legitimo, & vero impedimento detentus venire non possit.*

110 *Procuratori absque mandato affirmanti medio juramento super impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire minimè creditur, nisi major pars eligentium remittat impedimenti probationem.*

111 *Procurator debet cessare, si contingeret electorem absentem impeditum, qui illum constituit, interim mori, acta tamen ante notitiam sunt valida.*

112 *Electo absens, si nullum inveniat in Collegio, qui velit esse ejus procurator, non potest cogi aliquis ad acceptandum, nec talis absens hoc casu poterit nolente Capitulo extraneum deputare.*

113 *Electorum aliquis si canonicè vocatus non fuerit, potest electionem irritam facere, nisi velit eam ratam habere.*

114 *Consensus contemptorum potest intervenire ante, & post electionem, non tamen eorum voces aliis accedentes augere poterunt numerum votorum electorum.*

115 *Electio quibusdam non vocatis facta non est ipso jure irrita, sed eis petentibus venit annullanda, dummodò ante confirmationem electionis oppositio de contemptu fiat, nisi adsit ignorantia.*

116 *De contemptu agere potest solus is, qui neglectus, & non vocatus extitit, quamvis non ignoraverit mortem Prælati.*

117 *Electione irritâ ex quo facta fuit aliquibus contemptis, an contemptores pro prima vice eligendi facultate priventur, applicanda contemptis dumtaxat, ostenditur.*

118 *Excommunicatione majori ligati sive sint tolerati, sive non, ad nullam possunt Prælaturam assumi, & talium electio ipso jure est nulla, quamvis fiat ignorantibus invincibiliter tam electoribus, quàm ipso electo.*

119 *Excommunicatio minor, qua ex participatione cum excommunicatis incurritur, impedit electionem in foro exteriori.*

120 *Electores scienter eligentes ligati minorum excommunicatione, non sunt privati pro prima vice potestate eligendi.*

121 *Electio si de facto fiat de excommunicato minori excommunicatione, mero jure valida erit.*

122 *Electio ignoranter facta de excommunicato minori excommunicatione est valida.*

123 *Eligi non possunt, primò suspensi.*

124 *Interdicti.*
Irregulares, ibid.

125 *Illegitimi, & non legitimæ ætatis.*

126 *Rejectus qui semel est ob vitium personæ, non potest amplius eligi, nisi sit specialiter restitutus.*

127 *Eligi quidem non potest, sed tantùm postulari, qui alteri prælaturæ incompatibili est alligatus.*

128 *Regulares pœnitentiati à sancto Officio, ad dignitates, & prælaturas omninò inhabiles sunt, etiamsi pœnitentias impleverint.*

129 *Electio quando sit irrita ipso jure, & quando veniat irritanda per sententiam ex vitio electorum, ostenditur.*

130 *Electi ad probanda impedimenta, etiam laici, & fœmina admittuntur, eorum tamen testimonio non standum si de fama tantum, & auditu deponant.*

131 *Indignum, aut excommunicatum sola confessione notum eligens non incurrit pœnas, quæ in jure eligentibus indignos decernuntur.*

132 *Eligendus olim erat ad prælaturam, vel dignitatem unus de gremio ipsius Ecclesiæ, quandiu in ea reperiretur idoneus; valeret tamen electio si aliunde aliquis idoneus assumatur.*

133 *Electio facta à majori, & seniori parte Collegii semper prævalet, sive electus sit ex propria Ecclesia, sive ex aliena.*

134 *Ambitiosi non sunt eligendi.*

135 *Ambitiosus etiamsi esset Sanctus, ex ambitione fit indignus.*

136 *Eligens indignum, ex quo multa mala gubernationes oriuntur, non peccat, nisi unum peccatum, in eligendo scilicet.*

137 *Eligentes non aliter suæ obligationi satisfaciunt, quam si eligant illum, qui majoribus juvatur meritis.*

138 *Dignus in beneficiis simplicibus sufficit ut eligatur, omisso digniore.*

139 *Dignum eligens omisso digniore, non tenetur ad restitutionem.*

140 *Prælatus promovens indignus tenetur ad interesse Ecclesiæ, quam læsit.*

141 *Dignum eligens, omisso digniore in provisione facienda per concursum & oppositionem, an teneatur ad restitutionem, ostenditur,* & n. 142.

143 *Eligentes an possint negare suffragia illi, quem ex sola confessione indignum agnoverunt, absque violatione sigilli sacramentalis, ostenditur.*

144 *Electio Prælati fieri non debet antequam mortuus prædecessor traditus sit sepulturæ.*

145 *Electores legitimo impedimento cessante tenentur in Cathedral. & Regular. Ecclesiis intra tres menses Prælatum eligere, quibus elapsis ad superiorem devolvitur electio.*

146 *Electores factâ electione tenentur infra octo dies petere ab electo consensum, qui intra mensem à die præsentationis ejusdem electionis tenetur illum præstare.*

147 *Electioni de se factæ qui semel renunciaverit, non est amplius audiendus.*

148 *Electionis faciendæ modus est triplex, per scrutinium, per compromissum, & per communem inspirationem, aliter facta electio ipso jure est nulla.* [tur.

149 *Capitis* quia propter, de elect. *verba referun-*

150 *Episcopi soli sunt sponsi Ecclesiarum.*

151 *Regulares Ecclesiæ viduatæ dicuntur, cùm sine Pastore remanent.*

152 *Prælatorum Regularium electiones in multis Episcoporum electionibus comparantur.*

153 *Forma capitis* quia propter, de elect. *servari debet in electione Abbatum, & in electione Regularium Prælatorum,* ut n. 154.

153 *Guardianorum in electionibus servanda est forma capitis* quia propter, de elect.

156 *Abbates & Regulares utriusque sexus Prælati eligi debent per vota secreta, itaut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.*

157 *Electio Prælatorum Regularium ita debet fieri per vota secreta, ut non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis.*

158 *Concil. Trident.* sess. 15. de Regular. cap. 6. *non derogat dispositioni capitis* quia propter, de elect.

159 *Beneficiatorum, seu Prælatorum inferiorum in electionibus non est necessariò servanda dispositio capitis* quia propter, de elect. *sed sufficiunt ad id singulares consensus existentium in Capitulo.*

160 *Caput* quia propter, de elect. *non habet locum in postulatione, & collatione.*

161 *Capitis* quia propter, *dispositio non se extendit ad inferiores dignitates in Collegiat. existentes.*

162 *Forma capitis* quia propter, de elect. *ita est de substantia electionis, ut aliter facta electio non teneat.*

163 *Capitula quacumque, etiam Regularium, non possunt*

possunt aliquid statuere contra textum in cap. quia propter, de elect.

Forma omnes, quibus Regulares utuntur in electionibus suorum Prælatorum, semper inhærent dispositioni capitis quia propter, de elect. *ibid.*

164 *Capitula Generalia Regularium, Generales eorundem Regularium Superiores supplere non possunt defectus occurrentes in ejusmodi electionibus, ob non servatam formam capitis* quia propter, de elect.

165 *Concilii generalis decretis non censetur derogatum per clausulas generales in privilegiis apponi consuetas, nisi expressa mentio fiat, vel expresse sit reservata authoritas Papæ, & Sedis Apostolicæ.*

166 *Scrutinii forma usitatissima est in electionibus celebrandis.*

167 *Electio per modum scrutinii facienda ut legitima sit requiritur ut electores vocati collegialiter congregentur in unum in aliquo publico, & honesto loco Ecclesiæ, seu Conventus.*

168 *Vota data extra Capitulum, & post factum scrutinium, non augent numerum eligentium.*

169 *Electiones in cubiculis, & clandestinis locis per occulta conventicula facta reprobantur.*

170 *Electio in qua servanda est forma capitis* quia propter, de elect. *non debet fieri de nocte, nisi aliqua per gravis necessitas urgeret.*

171 *Noctis appellatione intelligitur tempus, quod incipit post datum signum ad salutationem angelicam, quousque videri potest lumine artificiali usque ad diem, hoc est usque ad illud tempus, quo jam albescit.*

172 *Consensus, vel dissensus ut in electionibus collegialiter, & simul in unum præstetur, est generaliter in omnibus explicandus per Capitulum, & universitatem.*

173 *Consensus in unum, & certo tempore exigebatur in electionibus, ante formam capitis* quia propter, de elect.

174 *Capitis* quia propter, de elect. *forma non habet locum in electionibus inferiorum dignitatum.*

175 *Dictio,* singulariter, *quid significat, ostenditur.*

176 *Locus electionis facienda, dummodò clandestinus non sit, minimè est de substantia electionis.*

177 *Electio quamvis facta non sit in loco consueto, debet nihilominus confirmari.*

178 *Electio Prælati debet de congruentia fieri in Ecclesia Cathedrali, seu loco consueto; in subsidium verò ubi commodius daretur facultas.*

179 *Principium omnium gerendorum à Deo sumendum.*

180 *Spiritus sancti gratia est invocanda in electionibus Prælatorum.*

181 *Missa de Spiritu sancto pro forma, & validitate electionis præmittenda est, si de hoc esset particularis constitutio cum clausula irritanti.*

182 *Juramenta publicè sunt electoribus collegialiter congregatis in unum præstanda de eligendo magis idoneo secundùm Deum.*

183 *Tractatus in electionibus præcedere debent.*

184 *Scrutatores, qui eligentium suffragia exquirere, & suscipere debent, requiruntur substantialiter.*

185 *Scrutatores ut tres, & non pauciores eligantur, requiritur pro forma.*

186 *Electio nulla est, ubi tres scrutatores non sunt de Capitulo.*

187 *Substantialia forma capitis* quia propter, de elect. *unde incipiant, ostenditur,* & num. seqq. Aug. Barbos. de Jure Eccles. *Pars I.*

188 *Doctori de consuetudine attestante non creditur.*

189 *Concursus est nullus, in quo cum examinatoribus Synodalibus intervenit alter, qui non erat examinator Synodalis.*

190 *Regula,* utile per inutile non vitiatur, *locum non habet quando aliquid inducitur pro forma substantiali.*

191 *Consuetudine an possit introduci, ut aliqui extra Collegium interveniant in electione, possintque eligi scrutatores, ostenditur.*

192 *Lex Papa non potest abrogari, saltem absque illius scientia.*

193 *Consuetudo ut inducatur contra Canones, requiritur scientia, & expressus consensus Papæ etiam quantocumque temporis spatio illa fuerit servata.*

194 *Papa non habet potestatem à populo, sed immediatè à Deo.*

195 *Scrutatores debent de essentia cunctorum electorum vota diligenter exquirere.*

196 *Scrutatores quomodo scrutentur, ostenditur.*

197 *Caput* quia propter, de elect. *declaratur.*

198 *Electio facta sub illa conditione,* si placuerit Papæ, *est irrita.*

199 *Electores non possunt sub conditione, vel alternativè eligere.*

200 *Vota conditionata, incerta, aut ex alio capite inutilia, pro non datis habentur.*

201 *Vota in electionibus secretò exquiri debent.*

202 *Electio secreta, & canonica reputatur ubi aliqui electi fuerint à Superioribus, qui vota omnium diligenter exquirant.*

203 *Votum per Episcopum, unà cum Vicario vel alio viro assumpto oretenus accipi possunt in electione Abbatissarum.*

204 *Votum suum quisque eligentium in schedula ita scriptum deferre debet, ut nec ipsis scrutatoribus notum fiat.*

205 *Vota singulorum eligentium non debent publicari, sed secreta manere.*

206 *Electio Abbatissæ facta per vota non secreta, etiam per ignorantiam decreti Conc. Trid. non valet.*

207 *Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signatam faciunt electionem non secretam.*

208 *Electio est nulla, quando aliqui ex electoribus unicam schedulam recipiunt unico nomine scriptam, & nomen electi notum scribæ, vel alteri reponunt in capsula.*

209 *Ostensio simplex schedulæ secretò factæ ab aliquo ex electoribus ad effectum, ut videat quem ipse eligat, non tollit quin electio subsequens immediatè sit secreta.*

210 *Ostensio unius schedulæ non officit secretæ electioni, secundùm aliquos.*

211 *Electio est nulla, etiamsi unicum tantùm suffragium publicetur.*

212 *Suffragiorum inquisitio debet fieri sigillatim.*

213 *Vota omnium electorum sigillatim exquisita debent in scriptis redigi.*

214 *Suffragia omnia de forma debent mox in communi publicari, omni prorsus appellationis obstaculo remoto.*

215 *Vota in scriptis redacta ut publicentur, est de forma substantiali electionis.*

216 *Vota quando dicantur in communi publicari, ostenditur.*

217 *Electores ante scrutinii publicationem variare*

possunt, & alios ad libitum nominare, non autem publicato scrutinio.

218 Scrutinii publicatio realis, & distincta necessaria est in electionibus Abbatum, per quorum obitum viduatur Ecclesia.

219 Votorum collatio respectu numeri, meriti, & zeli statim de substantia fieri debet, facta suffragiorum publicatione.

220 Electio debet fieri à majori parte, comparativè ad minorem partem omnium congregatorum pro electione.

221 Electiones attento Conc. Trid. ita in posterum per vota secreta sunt faciendæ, ut singulorum eligentium vota nunquam publicentur.

222 Electio à majori votorum seu suffragiorum numero facta valida reputatur, dummodò ipsa vota sint legitima, nec ullam patiantur exceptionem.

223 Major pars in electionibus non attenditur comparatione minoris, & respectu numeri, sed respectu, & in ordine ad totum Capitulum.

224 Votorum in computatione non est habenda ratio illorum, qui recedunt à loco, ubi facienda est electio.

225 Electio communis facienda est facta votorum collatione.

226 Electio communis etiam de substantia actus debet fieri statim post collationem absque ulla morali interruptione.

227 Schedula concremantur coram Capitulo, facta publicatione.

228 Publicatio electionis facienda est expressa, & clara voce.

229 Scrutatores possunt etiam per litteras fidem facere.

230 Hymnus Te Deum laudamus, si omittatur, non propterea vitiatur electio.

231 Electio per sortes facta ad officia, & dignitates ecclesiasticas est ipso jure nulla.

232 Electio celebrata per metum impedientem omninò libertatem eligendi, est ipso jure nulla.

233 Electio nulla est ipso jure, si arctaretur ad tres, quatuor.

234 Electio facta per abusum secularis potestatis est ipso jure nulla.

235 Electioni de se factæ per abusum secularis potestatis consentiens, quam pœnam incurrat, ostenditur.

236 Electiones clandestinæ irritandæ, & cassandæ veniunt.

237 Electio illius, qui requisitus antequam esset electus, electioni de se faciendæ consensit, cassanda est.

238 Electio in quibus casibus possit iterum celebrari, expenditur.

239 Beneficium non vacat per mortem præsentati, qui non fuit institutus.

240 Electus post consensum, ante confirmationem potest sine Superioris authoritate electionis de se factæ renunciare.

241 Clericus qui aliquid opponit in personam electi ad dignitates, personatus, & canonias, & in probatione defecit, quam pœnam incurrat, ostenditur.

242 Expensæ necessariæ, quæ fiunt à Capitulo pro electione Prælati, sunt de bonis ipsius Prælaturæ solvendæ.

243 Electio intimanda est electo antequam ad Superiorem deferatur.

244 Electus si intra mensem à tempore electionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi præstituto non consenserit electioni, tunc vacat Prælatura.

245 Electus in Prælatum, quibus casibus tenetur electioni de se factæ consentire, ostenditur.

246 Confirmatio electionis quando, & per quos, & intra quod tempus petenda, ostenditur.

247 Electus ante confirmationem administrare non præsumat, si secus faciat, etiam in uno actu perfecto, eo ipso privatur omni re acquisito per electionem.

248 Caput finale de elect. lib. 6. non servatur in provisionibus, quæ fiunt in Rom. Curia.

249 Abbatissa à majori parte quàm à duabus electa, si ejus confirmatio impugnetur, poterit interim administrare.

250 Confirmatio electionis à quibus fieri possit, ostenditur.

251 Confirmator electionis, an, & quandò ad confirmationem devenire debeat, ostenditur, & n. 252.

253 Indignum per negligentiam vel scienter, & per malitiam confirmans, quam pœnam incurrat, ostenditur.

254 Terminus ad confirmationem concedendam an sit jure præfixus?

255 Simoniæ quacunque labes absit à confirmatione, est enim ipso jure nulla confirmatio simoniacè facta.

256 Electio simoniaca reputabitur, si pro suffragio quis promiserit beneficium.

257 Electio est simoniaca, in qua electores conveniunt, ut alter suffragetur uni in una electione, quia alter suffragabitur alteri in alia.

258 Electio simoniaca erit, si aliquis ignorante electo, pro eligendo pecuniam dederit.

259 Pecuniam offerre pro electione particularis persona etiam dignissima, non est licitum.

260 Electus simoniacè est ipso jure privatus, & tenetur cedere beneficio ubi primùm sciverit, fructúsque bona fide non consumptos reddere.

261 Electio seu provisio irrita non videtur, si electus sciens, vel dubitans committi simoniam in sui favorem declaraverit se illi non consentire.

262 Simoniaca electio non erit si quis tradiderit pecuniam electoribus indignum eligere volentibus ne illum eligant, & vice casum, n. 263.

264 Caput Matthæus 23. de simon. declaratur.

265 Simoniam committit dignus offerendo in concursu beneficiorum pecuniam digniori, ut desistat ab oppositione.

266 Simonia si commissa fuerit in confirmatione, vel collatione, ob quam ea irrita existat, non ideo etiam irrita erit electio.

POstquam de omnibus Ecclesiæ Prælatis hactenus egimus, & quomodò singuli eligantur, quodque suum cuique munus incumbat, ostendimus: visum est hoc in loco priusquam ad reliquas ecclesiasticarum personarum materias procedamus, de electione omnium Prælatorum in genere aliquid breviter annotare. Cùm enim jus electionis hodie sublatum ferè videamus, ut suprà de electione Episcoporum ostendimus, & infrà etiam videbimus, multa quæ in hac materia à sacris Canonibus sunt constituta, omittimus; circa quæ tamen juris ecclesiastici studiosos ad eos, qui hac de re plenè scripserunt, duximus 1

ximus remittendos. Nos verò hæc tantummodo compendiosè exponemus, videlicet, quid sit electio, & quot ejus species? in quibus Ecclesiis, aut beneficiis locum habeat? quis possit, aut non possit eligere, & qui similiter eligi possint, vel minimè? quo tempore sit facienda electio, & quomodo, an & quando mutari possit? & quibus casibus sit irrita? quo, & quomodò sit confirmanda, & ad quid teneatur electus, & quando jus, vel qualis ei auctoritas acquiratur?

2 Sciendum est igitur primò, quod assumuntur Prælati ad regimen Ecclesiarum, vel ad dignitates, & beneficia pluribus modis, quibus scilicet de Prælatio Ecclesiis providetur, nempe per electionem, per totum titulum *de elect. in Decretal. & Sexto, & Clem.* per postulationem, per totum titulum *de postulat. Prælat.* per nominationem, aut simplicem petitionem, & per collationem, *cap.* 132. *dist. c. Adrianus, c. in Synodo,* 63. *dist. c. quando, eod. dist. cap. quod Dei timorem, de statu Monach.* Per præsentationem, ut *in tit. de jurepatronat.* per translationem, ut *in tit. de translat. Episcopi,* & per administrationem, veluti, in coadjutore, qui datur Prælato cum futura successione, ut suprà de Vicario vidimus. Aliis quoque modis dici potest Ecclesiis de Prælato provideri, sed ad beneficiorum potiùs collationem pertinet, de quibus infrà suo loco videbimus.

3 Verùm tribus præcipuè modis ex his, quæ retulimus, eligi dicuntur Prælati, scilicet per electionem, per postulationem, & translationem. *Electio est alicujus personæ ad Prælationem, vel fraternam societatem canonicè facta vocatio.* Gloss. *in rub. de postulat. Prælat. in 6. & in c. 1. eod. tit. in verb. vera postulatio.* Petr. Gregor. *de elect. cap. 2. num. 14.* Jul.

4 Lavor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 15. n. 31.* Duobus autem modis sumi potest electio. Primò scilicet propriè, pro ea, quæ plurium consensu per vota, vel suffragia fit, secundùm Canones, & de hac intelligitur Glossa prædicta, & sic sumitur *in tit. de elect.* Secundò impropriè pro ea, quæ à solo fit Superiore, & propriè in beneficiis vocatur collatio, seu investitura, seu institutio: & ita etiam Prælati dicuntur per collationem, seu investituram eligi, quæ de Ecclesia fit in eorum personis, *d. cap. Adrianus, cum seq. dist. 63.*

5 Postulatio autem est petitio gratiæ facta Superiori, quâ aliquis petitur in Prælatum, qui propter impedimentum aliquod Canonicum non poterat ab electoribus eligi. Panorm. *in rubr. de postulat. Prælat.* Castelin. *de elect. cap. 2. n. 1.* & differt à nominatione, & simplici petitione, aut præsentatione, quòd ut aliquis dicatur propriè per postulationem assumptus, necesse est quod propter aliquod impedimentum assumi per electionem non potuerit, ut dictum est; quod tamen impedimentum non sit ex delicto proprio ejus, qui postulatur; &

6 ideò postulari non possunt criminosi, ut homicidæ, perjuri notorii, bigami, irregulares, & alii, in quibus non solet Juris rigor relaxari, ut per Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 17. q. 9.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 202.* Jul. Lavor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. c. 14. n. 3.* ubi cum Mand. *de elect. part. 1. c. 53.* hoc intelligit, dummodò pœnitentiam non egerint. Indigni pariter nec possunt postulari, imò

7 indignum postulantes privantur potestate postulandi, & eligendi, 1. & 2. *de postulat. Prælat. cap. scriptum, ad finem, de elect.* Azor. *d. c. 17. q. 6.* Jul. Lavor. *d. c. 14. n. 3.* nec postulati possunt excommunicati, Cov.

8 *in c. alma mater, p. 1. §. 7. sub n. 1.* Rebuff. *in c. postulastis, n. 95. de Cleric. excommun. minist.* Mar. Alter.

de cens. tom. 1. disp. 13. lib. 2. c. 3. vers. quod probatum est, Anton. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesia existentium, lib. 4. c. 6. n. 14.*

Postulari autem potest, qui legitimam non habet ætatem, item qui non est ex legitimo matrimonio natus, & qui non est sacris Ordinibus initiatus, & qui est alteri Ecclesiæ alligatus, Sylvest. *in sum. verb. postulatio, q. 3.* Mandagot. *de elect. novorum Prælat. p. 1. cap. 53.* Castellin. *de elect. cap. 2. n. 5.* Jul. Lavor. *d. cap. 14. num. 5.* Unde Cardinalis non potest in Episcopum eligi, sed postulari, *cap. bonæ memoriæ 3. de postul. Prælat.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 16.* 10 *num. 67.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 15.* ubi subdit, ideò *in cap. Ecclesia vestra, il 2. de elect.* Cardinalem Canonicum electum, non postulatum fuisse, quia erat Canonicus, & ut Canonicus fuit electus in Episcopum; vel forsan quia non erat 11 S. R. E. Cardinalis, sed Canonicus Cardinalis, id est, principalis inter Canonicos illius Ecclesiæ. Et Episcopus unius Ecclesiæ non potest eligi ad aliam dignitatem, sed postulari, ex quo est matrimonialiter propriæ Ecclesiæ alligatus, libetumque volatum non habet, *cap. ult. de postul. Prælat.* Petr. de Biax. *in direct. elect. part. 2. c. 34.* Bertachin. *de Episcopo, lib. 2. q. 50. n. 89.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 202. in fine,* Erasm. à Chokier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, part. 4. q. 5. num. 2.*

Quamvis aliqui existimaverint ad postulatio- 12 nem requiri unanimem omnium Electorum concordiam; alii verò quod duæ saltem ex tribus partibus in postulatum conveniant; communis tamen plurimorum opinio est, quod sufficiat, si major pars consensum præstet, prout ex textu *in cap. scriptum, de elect.* tenent Sylvest. *verb. postulatio, q. 2.* Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 17. q. 3.* Jul. Lavor. *d. cap. 14.* 13 *n. 7.* Luc. Castell. *de elect. cap. 2. n. 8.* ubi testatur legitimè postulatum illum dici, qui à majori parte eorum, ad quos spectat electio, in alio tamen Conventu assignatus, fuit postulatus; unde si non est sufficienter ultra medietatem postulatus, etiamsi ex decem habeat quinque postulationes, & duas electiones, non censetur sufficienter postulatus, ut declaravit sacra Congregatio causis Episcoporum & Regularium præposita, de mense Decembri 1618. refert Jul. Lavor. *d. n. 7.* ubi *n. 8* subdit, quod facta postulatio debet præsentari, quâ præsentatione factâ, postulantes non possunt amplius ab ea recedere, & variare reverentiam superioris, ne illudatur: & *num. 9.* resolvit Superiorem non posse postulationem factam ab omnibus, vel à duabus partibus, ob utilitatem Ecclesiæ absque injuria rejicere.

Sed ad meliorem prædictorum declarationem 14 sciendum est, duplicem esse postulationem, solemnem scilicet, & non solemnem. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 17. n. 231.* solemnis est quæ fit servata forma capitis *quia propter, de elect.* & postulatur, is, in quem major & sanior pars consentit, quem si admittat Superior, qui super quolibet impedimento postulasti facultatem habeat dispensandi, eumque confirmet, tunc postulatio habet vim electionis, nec postulantes post præsentatam postulationem possunt variare; non tamen postulato ante confirmationem aliquod jus acquiritur; nam potest eum Superior rejicere, licèt si sit valde idoneus, possit adiri alius Superior supra proximum Superiorem, qui postulationem admittere, & confirmare cogat. Non solemnis verò esse, cùm ab aliquo Superiore, cui non spectat, munus confirma-

tionis petitur, ut super aliquo defectu dispenset, & in hac non servatur aliqua forma; sed si postulatio admittetur, talis admissio vim non habet electionis, & confirmationis: sed ex tali admissione nihil aliud postulatus consequitur, nisi quod censetur redditus per postulationem habilis, ut eligi possit, ita quod sublatum est impedimentum, quo obstante priùs eligi non poterat. Vide Petr. Gregor. *de elect. cap.2. num.11.* Jul.Lavor. *d. tit.4. c.13. num* 30. Rendin. *in prompt. recept. sent. tom.1. tit.36. n.35.*

15 Cæterùm si Electoribus *ipsis* fiat alicujus postulatio, ut eligatur, *non* postulatio, sed nominatio, aut simplex erit petitio, nec talis per postulationem, *sed* per electionem erit assumptus; sed & quando duo ineligibiles postulantur, ut unus ex

16 eis eligatur, erit nominatio potiùs quàm postulatio, ut *in cap.bona, il 1. de postul.Prælat.* licèt aliter Glossa ibi intelligat. Postulatio quoque Abbatum, aut aliorum inferiorum, non est verè & propriè postulatio, sicut Episcoporum; illi namque eligi possunt, etsi alteri sint alligati Ecclesiæ, quamvis sine licentia migrare non possint, quæ per postulationem non solemnem, aut propriam imploratur.

17 Nominatio tripliciter accipitur. Primò quando à Collegio aliquis proponitur, ut si dignus judicatus fuerit, eligatur; & in hac nullum jus acquiritur, de qua *in cap. quod sicut, de elect.* Secundò, quando Electores secretò aliquem in chartula nominant, de qua loquitur textus *in cap. si quis justo, ad fin. cod.tit.lib.6.* & in hac nec aliquod jus acquiritur etiam publicato scrutinio; non tamen Electores possunt variare, sed bene antequam nominatio publicetur, *cap. publicato, de elect.* Tertiò, quando duo, vel tres digniores à Collegio nominantur, & Superiori offeruntur, ut quem maluerit, confirmet: & in hac licèt non acquiratur jus nominatis, non tamen datur variatio oblatâ nominatione Superiori.

18 Ex quibus colligitur, electionem, postulationem, & nominationem in multis differre, & in primis, quia electio nititur juri, postulatio gratiæ: per electionem vinculum matrimonii spiritualis initiatur, per postulationem vota tantùm diriguntur. Eligitur dignus, & habilis & qui nullum impedimentum habeat: postulatur verò qui sit quidem dignus, sed inhabilis, licèt non omninò. In electione, si plures sint electi, is potior est, qui à majori parte, & saniore Capituli eligitur, nisi aliud impediat, *cap. dudum, cap. quia propter, de elect.* in postulatione verò, si postulatus concurrat cum electo, non obtinet, nisi habeat duas ex tribus partibus Capituli, *d. cap. scriptum, de elect.* & sic ceteris paribus semper postulationi præfertur electio. Item per electionem acquiritur jus Prælaturæ, & Dignitatis, licèt non administrationis, & exercitii ante confirmationem, ut infrà dicemus; per postulationem verò nullum

19 jus acquiritur postulato, sed diriguntur tantùm vota ad Superiorem, ut de gratia velit admittere postulatum, *c.postulationem, de postulat.Prael.* Cuch. *in instit. major. lib.4. tit.2. num.28* Zerol. *in praxi Episc.p.1.verb.jus ad rem, §.14.* Aloys.Ricc. *in collect. decis. p.5. collect* 1648. Erasm. à Chokier *de jurisdict.Ordin. in exemptos p.4.q.5.n.4.* Nicol.Garc. *de benef. p.4. cap.3. n.7.* Jul. Lavor. *d. tit 4. cap.19. num.*109. Differt quoque nominatio ab electione, & postulatione, quia nominatio sit de pluribus, electio verò & postulatio de uno tantùm, Abb. *in d. cap. bona, il 2. n.51.* In nominatione is tantùm dignior proponitur, qui primò nominatur: in postulatione verò, & electione is dignior visus est, qui postulatur, vel eligitur, *cap. quorundam, de elect. in 6.*

Differt quoque electio à postulatione, quia in 20
electione publicato scrutinio non licet variare, & alios nominare, sed collatio facienda est, & electio celebranda, *cap.publicato 58. de elect.* Lud.Miranda *d.tom.2.q.23.art.24.concl.2.* Rota *in nullius Canonicatus, 22. Maii 1628. coram R.P.D. Dunozetto.* In postulatione vero licet variare, & à postulatione recedere, quousque illa fuerit Superioris præsentata, ut rectè tenent *in d.cap.publicato,* Joan.Andr. 22
à n.17. Anchar. *col. ult.* Butr. *n.24.* Panorm. *n.6.* & Anan. *n.2.* Rendina *in promptuario recep. sent. com.1. tit.36. num. ult.* Ratio diversitatis est, quia per canonicam electionem quæritur electo jus ad rem. Abb. *in cap.cùm Bertoldus, de re judic.* Felin. *in cap. in nostra, n.28. de rescriptis.* Rota *decis.6. de elect. in novis.* Ludov. Gom. *in reg.de non tollendo jure quæsito, q.1.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.2. q.23. n.7.* quod ab eo absque ipsius facto auferri non debet: postulato verò nullum ex postulatione jus quæritur, *cap.penult.de postul. Prael.* Tiraquel. 23
in l. boves, §. hoc sermone, limit.23. n.12. Rebuff. *in concord. tit. de Reg nomin.§.1.verb per postulationem;* nec lucrum, quod postulato auferetur, considerabile est, nec in ejus persona radicatum, sed à mera Superioris voluntate dependens: unde privatio illius præjudicium non infert considerabile, *arg. ult. ad fin. C. de codicil.* Padil. *in l.5. C. de jur. & facti ignor.*

Vidi disputari de casu dubio. Cùm Archiepis- 24
copus Ulisbonensis haberet solus nominationem canonicatuum suæ Cathedralis Metropolitanæ, collationem verò simultaneam cum Capitulo, vacavit Sede Papali vacante per obitum Gregor. XV. Canonicatus, & præbenda in eadem Cathedrali, ad quos nominavit D. Eugenium Cabreira ante publicatas regulas Cancellariæ, post earum verò publicationem unà cum Capitulo illa eidem contulit. Verùm D. Ferdinandus de Mattos Canonicatum hujusmodi impetravit à Sede Apost. tanquam reservatum in vim regulæ 68. Cancellariæ à S. D. N. Urbano VIII. noviter meâ operâ & diligentiâ in lucem editæ, in qua sibi reservavit omnia beneficia, quæ vacarunt Sede Apost. vacante, & de quibus per inferiores collatores non fuerit dispositum usque ad diem suæ assumptionis ad Pontificatum. Fuit dubitatum quæ ex his provisionibus subsisteret, & quis ex his impetratoribus melius jus haberet? Ego pro provisio Apostol. consului, duplici motus fundamento: Primo, quia per nominationem illam factam ab Archiepiscopo ante editas regulas, non videtur jus aliquod in re, vel ad rem quæsitum dicto D. Eugenio, ac proindè non potest dici dispositum de Canonicatu, cùm verba regulæ, *de quibus non est dispositum,* non sunt intelligenda de sola dispositione per viam præsentationis, nominationis, vel electionis, quæ sunt dispositionis imperfectæ ad consequendum beneficium, quod sine canonica institutione obtineri nequit, *cap. beneficium, de regul. juris lib.6.* sed de perfecta dispositione, ex qua sit consumpta vacatio, ac facta plenè provisio; cùm favore Papæ verbum *disponere* non verificetur in sola præsentatione, vel electione, sed in sola collatione, juxta distinctionem, quam facit Joan. Andr. *in cap. cùm in illis,*

illis, verſ. diſpoſitio, ubi Gemin. §. *in illis, num.*7. Franc. *col.*3. *circa fin.* §. *diſpoſitio, verſ. eſt verbum generale, de præb. lib.*6. facit textus *in Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* ubi ingreſſus Monaſterium non dicitur niſi cum effectu, hoc eſt, ſequutâ profeſſione. Secundò, quia quando in beneficio collativo, ſeu etiam juriſpatronatus, vel electivo, non fuit deventum niſi ad ſolam nominationem, tunc quia iſta nominatio non tribuit aliquod jus, nec jus rei, nec ad rem, & collator, vel patronus poteſt pœnitere alterum præſentando, vel nominando, ſeu conferendo; cùm non dicatur præſentatio legitimè facta, putà quia nondum perſona electa, vel præſentata, ſeu nominata, eſt præſentata illi à quo venit inſtituenda, vel providenda, juxta te-
25 notem capitis *cùm, & plantare*, §. *in Eccleſiis, de privil.* cùm iſta nominatio, ſecundùm aliquos poſſit fieri etiam de mero laico (ſaltem de proximo clericando, ut alio loco oſtendimus) Clericali charactere nondum inſignito, Rot. *in una Hiſpalenſi Juriſpatronatus*, 19. *Novembris* 1584. *coram*
26 *Orano*, quam refert Flamin. Patiſ. *de reſign. benefic. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 5. *&* 6. ideò beneficium remanet conferibile ad favorem cujuſlibet, itaut per iſtam nominationem non dicatur diſpoſitum de beneficio, ſed tantùm denotet aliquod principium futuræ diſpoſitionis, ut declarat Abb. *in cap. fin. numero* 4. *de jurepatron.* Mareſcot. *var. lib.*1. *cap.*83. *num.*... ubi allegat deciſiones Rotæ, & hanc conſultationem me non citato tranſcripſit Lavor *d. tit.*4. *capit.*13. *n.*21. *cum duobus ſeqq.* vir quidem nobis ſingulari benevolentiâ amicus & patronus, de quo non immeritò dixeris, quod de Platone Auguſtinus *lib.*3. *contra Academicos.* [Plato vir ſapientiſſimus, & eruditiſſimus ſuorum temporum, qui & ita loquutus eſt, ut quæcunque diceret, magna forent, & ea loquutus eſt, ut quomodocumque diceret, parva non fierent.

27 Simplex verò petitio propriè dicitur quando plebs ipſa, vel populus aliquem ſibi dari in Prælatum expoſtulat, *cap. in nomine Domini, verſ. nullâ inquietatione*, 23 *diſt. d. c. quod Dei timorem, de ſtatu Monach.* Nominatio autem ab eis fit, qui juſpatronatus in Eccleſia obtinent, cui de Prælato, aut Rectore eſt providendum, ut infrà de jurepatronatus videbimus.

28 *Tranſlatio eſt alicujus perſonæ de una in aliam Eccleſiam canonica tranſmutatio:* Hoſt. *in ſum. de tranſlat. Epiſcopi, in princ.* quæ & mutatio dicitur, *cap. mutationes* 7. *q.*1. Permiſſum eſt enim utilitatis causâ mutationes fieri Prælatorum, & in Eccleſiis, à quibus receſſerint, eis viventibus alios ſubſtitui. Nicephor. *lib.*14. *hiſtoriæ Eccleſ. c.*39. quod quidem primum ab Anacleto Papa fuit litteris demandatum *in d. cap. mutationes*, qui B. Petri adducit exemplum de Antiochena Eccleſia Romam ſe transferentis, & aliorum plurium. Hæc autem
29 tranſlatio fieri propriâ auctoritate non poteſt, ſed requiritur Superioris auctoritas, *cap. Epiſcopus* 7. *q.*1. *cap. ſicut alterius, in fine*, 7. *q.*1. nec ſine evidenti Eccleſiæ neceſſitate, aut utilitate eſt facienda,
30 *c. ſicut vir, ead. cauſa, & quæſt.* ſicut, & renuciatio, *c. ad ſupplicationem, de renunciatione*, ut ſuo loco videbimus: præſertim cùm Epiſcoporum tranſlatio ſine Romani Pont. auctoritate fieri non poſſit, *cap.*1. ibi, *Tranſlationes Epiſcoporum, & c. de tranſlat.*
31 *Epiſcop.* Var. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *n.*257. Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.*3. *alleg.*50. *n.*5. Nam ſi Epiſcopus propria auctoritate de ſua in aliam Eccleſiam ſe transfe-

rat, ab utraque deponitur, *cap. ſi quis Epiſcopus* 7. *q.*1. *cap. quanto, de tranſlat. Epiſcop.* Et ſi Metro- 32
politanus, tam Patriarcha Epiſcopum ſine mandato Papæ tranferret, eſſet à confirmatione Epiſcoporum ſuſpenſus, *d. cap.*1. *eod. tit.* cùm neque Legatus de Latere ſine ſpecie Apoſtolicæ Sedis mandato id facere valeat, *cap. niſi ſpecialis, cum ſeq.* ubi Gloſſ. & Doct. *de offic. Legati.*

Inferioris verò gradus Sacerdotes conceſſione 33
ſuorum Epiſcoporum poſſunt ad alias Eccleſias tranſmigrare, *d. c. Epiſcopus*, 7. *q.*1. non tamen inviti ab Epiſcopis transferuntur, quod à ſolo Romano Pontifice fieri poteſt. Habet namque locum tranſlatio non ſolùm in electivis Eccleſiis, quæ ſcilicet per Prælatos reguntur, verùm & in minoribus beneficiis, ut infrà *lib.*3. *cap.*15. videbimus.

Ex cauſa poteſt quis invitus transferri de una 34
Eccleſia ad aliam, ut eſt communis opinio, ſecundùm Roman. *conſ.*345. *num.*3. *cum ſeq.* & præcipuè *num* 5. ubi Horat. Mandoſ. *in addit.* Flamin. Patiſ. *de reſign. benefic. lib* 3. *queſt.*18. *n.*14. Et Epiſcopus 35
ſic etiam invitè tranſlatus ad alium Epiſcopatum, ſuadente tamen juſtâ & rationabili causâ, non poterit ſecum aſportare ad Epiſcopatum ad quem transfertur, libros, ornamenta, paramenta multa, ac argentaria & ſimilia, quæ ex tedditibus puris Epiſcopatûs emerat, ſed illa remanere debent penes eundem priorem Epiſcopatum. Barbar. *conſ.*20. *n.*11. *verſ. & vide hoc anno, vol.*3. ubi ait ita ſe conſuluiſſe, & conſilium tale fuiſſe confirmatum per Doctores ſolemnes. Fructus verò jam 36
perceptos, & res mobiles non pretioſas ex fructibus primi Epiſcopatus acquiſitas poterit Epiſcopus tranſlatus de uno Epiſcopatu ad alium ſecum deferre, ut benè reſolvit D. Barboſa *in l. divertio, in princ. part.*2. *numero* 52. *ff. de ſolut. matrimon.* quem refero ego ipſe *in collect. ad cap.*1. *n.*4. *de tranſlat. Epiſcopi.*

Utrùm tranſlatus de una Eccleſia ad aliam deſi- 37
nat eſſe Epiſcopus prioris, ubi primùm à Papa ab illius vinculo abſolutus fuit, an verò poſt adeptam ſecundæ poſſeſſionem? Quæſtio eſt non contemnenda, in qua ſtatim poſt tranſlationem abſque alio conſenſu perdere jura primæ Eccleſiæ cenſuit Rot. *deciſ.*475. *p.*1. *recent.* & ſuper hoc extat noviſſima Deciſio in hæc verba: [Die 14. Decembris 1624. ſacra Congregatio Epiſcoporum S. D. N. approbante cenſuit Eccleſiam, à qua volens transfertur, ſeu quam admittit Epiſcopus, vacat ab eo tempore, quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſtorio Sanctitatis ſuæ, etiam ante expeditionem literarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, & poſteaquam hujuſmodi abſolutionis notitiam Epiſcopus habuerit, etiam ex teſtimonio, ſeu documento Secretarii S. Collegii, illicò teneri eum abſtinere ab exercitio Ordinariæ juriſdictionis, eamque tranſire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita poſſe, & debere Capitulum ſtatim ea juriſdictione uti, ac Vicarium juxta Concilii Trid. præſcriptum eligere, ſedemque vacantem publicare.] Refert, me citato, Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ.*1. *dub.*9. ſecundùm Romanam impreſſionem.

Notandum eſt maximè, quod tranſlatus ad 38
aliam Eccleſiam nihil juris retinet in priori, *cap. ſi qui jam tranſlatus*, 21. *queſt.*2. niſi hoſtium neceſſitate compulſus fuerit ab Eccleſia ſua tranſlatus, civitate namque ab hoſtibus liberâ, ad Eccleſiam ſuam revertitur, ut ſcribit Gregorius Papa *in cap.*

Biblioteca de Ciències Socials

pasturalis, 7. *q.* 1. Quamvis autem translatio etiam in non electivis Ecclesiis fiat, ut diximus; postulatio tamen propriè in electivis tantùm, id est Prælatorum Ecclesiis locum habet, quia ubi non datur canonica electio, ibi nec postulatio est necessaria, cùm fiat de eo, qui eligi de jure non potest, ut suprà diximus.

39 Electio autem locum habet in Ecclesiis & beneficiis electivis, ut vocant, in Episcopatibus, seu Cathedralibus Ecclesiis, in Abbatiis, & aliis Præposituris Regularium, in Archipresbyteralibus, & Plebaniis, ac aliis Ecclesiis, in quibus jus eligendi Rectorem residet penes Collegium aliquod Clericorum, in quo forma electionis canonica ser-

40 vari possit: sed licèt Collegium, vel Capitulum jus habeat beneficia conferendi, non ideò tamen omnia illa beneficia, vel Ecclesiæ electivæ vocantur, sed illæ tantummodò electivæ dicuntur, in quibus Prælatus aut Rector animarum instituitur, præcedente electione, quam debet sequi confirmatio. Caputaq. *decis.* 195. *q.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 19. *num.* 12. *& seq.* Lavor. *d. tit.* 4. *c.* 15.

41 *num.* 37. Si enim provideretur per electionem sine confirmatione, diceretur provisio, prout dicit Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 23. ubi *num.* 27. subdit beneficia electiva non venire in mandatis de providendo, nisi de electione esset facta spe-

42 cialis mentio, etiamsi simpliciter mandaretur provideri de beneficio vacaturo, nullo expresso providendi modo, per caput *cùm in illis*, §. *illis*, *de prabend. lib.* 6. Verùm non in omnibus electivis hodie locum habet electio propriè sumpta, imò in paucis, propter reservationes Sedis Apostolicæ

43 factas, ut *sup. de elect. Episcoporum*, vidimus. Quibusdam tamen locis, & personis jus concessum est sibi Prælatum eligendi cum Apostolicæ Sedis confirmatione, in quibus electionis jura erunt servanda, ut jam ostendimus.

44 Primò ergo sciendum est, quod de jure communi quælibet Congregatio, vel Collegium debet sibi Prælatum eligere, *cap. congregatio*, 16. *q.* 1. *cap. Abbatem, cum seq. cap.* 1. *de elect.* Sylvest. *verb. Electio* 1. *q.* 1. Bertachin. *de Episc. lib.* 1. *p.* 3. *à princ.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 9. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. *concl.* 1. Anton. Raguè *de voce Canonicor. in Capitulo*, *q.* 15. *num.* 3. Tambur. *de Jure Abbatum*, *tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 8. *in princ.* Paul. Layman. *in Theologia morali*, *lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 12. *n.* 3. nisi obstet consuetudo, vel privilegium, aut contraria Superioris voluntas; quamvis in ipsa

45 Congregatione, vel Collegio non extent nisi duo, vel tres legitimi vocales, quia ad eosdem spectabit electio; non tamen si fuerint minùs quàm duo, *cap.* 1. *de elect.* Mascard. *de probat. concl.* 584. *n.* 9. Fr. Emman. *quæstion. regular. tom.* 2. *q.* 53. *art.* 11. *in princip.* Anton. Raguc. *de voce Canonicor. q.* 1. *n.* 3. Hieron. Roder. *in compend. quæst. regul. resol.* 58. *n.* 38. Tamburin. *d. q.* 8. *n.* 1.

46 Sed postquam Collegium in duobus saltem fuerit constituerit, potest nihilominus totum ipsius jus ad unum reduci, & in eo conservari, aliis mortuis, privatis, suspensis, vel excommunicatis. Glos. *verb. pauciores*, *in c. gratum*, *de postulat. prælat. & verb. duo*, *ind. cap.* 1. *de elect.* Nav. *cons.* 6. *n.* 2. *de elect. in novis*, Seraphin. *decis.* 860. *n.* 7. *& decis.* 1050. *n.* 5. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 5. *concl.* 2. Hieron. Roder. *d. resol.* 58. *num.* 38. Tambur. *d. q.* 8. *n.* 3. *&* 4. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 15. *num.* 6. *& tom.* 3. *verb electio*, *n.* 4. Rot. *in Cremonensi Præpositura*, 25. *Februarii* 1622. *coram bonæ mem. Ubaldo.* Successorem verò 47 sibi præeligere etiam in exitu vitæ, nulli Prælato concessum est, imò expressè interdictum, *cap.* 2. *&* 3. *& per tot.* 7. *q.* 1. ut etiam de electione Romani Pont. diximus *suprà hoc lib. cap.* 1. *n.* 39. *cum seqq.* nisi ex Apostolicæ Sedis auctoritate moriens Episcopus coadjutorem suum sibi Episcopum substituere indicet, prout Zacharias Papa Bonifacio Archiepiscopo Moguntino concessit, ut *in cap. petiisti*, 7. *q.* 1.

Verùm non omnes de Collegio, vel Capitulo, 48 neque semper jus habent eligendi; sunt enim quædam genera personarum, quæ vocem in electione non habent, quamvis de numero sint eligentium. Sunt autem primò pupilli, sive impuberes, *cap. ex eo*, *de elect. lib.* 6. Tiraq. *de jure mariti*, *glos.* 9. *n.* 8. Guillelm. Mandag. *de elect. novorum. Prael. cap.* 7. Corras. *de Sacerdot. p.* 4. *cap.* 1. *n.* 14. Petr. de Biax. *in direct. elect. p.* 1. *cap.* 16. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 15. *n.* 29. Ego ipse *de officio*, *& potest. Episcopi*, *p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 19. eligentes debent esse ætatis maturæ, & consilio præditi. Castellin. *de elect. canon. c.* 5. *n.* 1.

Secundò conversi laici in electione Prælati Re- 49 gularis, *d. cap. ex eo*, §. *in Ecclesiis*. Cuch. *in instit. major. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 114. Petr. Gregor. *de elect. cap.* 7. *n.* 4. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 5. *in fine*, Joan. à Cruce *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 3. *in fine prima concluf.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 91. qui secus dicendum affirmant, si aliàs habeant vocem ex privilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine, per Glos. *verb. Electionibus*, *in d. c. ex eo*, §. *in Ecclesiis.*

Item & Regulares, qui tacitè, vel expressè pro- 50 fessionem non emiserint, *d.* §. *in Ecclesiis*, ubi Anch. *num.* 5. Sylvest. *verb. electio* 4. *n.* 5. Cuch. *d. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 94. Castellin. *de elect. canon. cap.* 4. *num.* 20. Novar. *in lucerna Regul. verb. electores*, *sive eligentes*, *num.* 1. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.* 8. *n.* 6. *&* 7. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 90. *n.* 2. ubi *num.* 3. post Petr. de Biax. *in direct. elect. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. & Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 4. *numero* 2. hoc assumptum sic explicandum esse tradit, ut ad hoc quis possit eligere, sufficiat tacita professio; ut verò possit eligi, necessariò requiritur expressa.

Tertiò, in Cathedralibus & Collegiatis Eccle- 51 siis, secularibus, & regularibus is, qui saltem in Ordine Subdiaconatus non fuerit constitutus, vocem in electione non habet, quamvis ab aliis ei liberè concedatur, *Clem. ut ii*, ubi Glos. & Doctores, *de etate & qualit.* Concil. Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 4. de quo latè diximus *in tract. de Canonicis*, *cap.* 37. *per tot.* quibus addo Nov. *ubi proximè*, *n.* 2.

Illud tamen hìc advertendum duxi, quod si 52 quis tempore vacationis Sacris insignitus non fit, tempore verò electionis susceperit Subdiaconatum, habebit votum, quia sufficit ut sit habilis tempore electionis. Glos. *verb. constituti*, *in dict. Clem. Ut ii*, ubi Abb. *n.* 9. Monet. 9. *de distrib. quotid. part.* 2. *quæst.* 20. *n.* 6. Jul. Lavor. *dict. capit.* 15. *n.* 34. non tamen Capitulum tenetur expectare, ut quis promoveatur ad sacros Ordines intra tempus à jure electioni faciendæ præfixum, quamvis di- 53 cat se esse paratum Ordines suscipere, ut tenet Bonif. Vitalin. *num.* 26. & Imola *n.* 23. *in d. Clem. ut ii*, sicut nec tenetur Collegium expectare impuberem, ut perveniat ad ætatem legitimam; nec 54 novitium ut profiteatur, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14.

cap.14. verſ. Item unus, Lavor. *dict. cap.15.num.35.* ubi ſubdit, quod ſi mora modica eſſet futura, neque damnum ullum Eccleſiæ allatura, & malignitate, aſtutiâ, & dolo potiùs ipſos excludendi, quàm Eccleſiaſticæ rei bene gerendæ ſtudio ita acceleraſſet electionem, ne abſentes venirent, & abſens veniens hoc probaverit, reſtituetur contra electionem, per Gloſ. *verb. impedimento, in cap. capientes, de elect. lib.6.* & Cuch. *dict. tit. de election. num.83.*

Quartò, perpetuâ amentiâ laborantes, *cap cum* 55 *inter Canonicos de elect.* Gloſſ. *verb. diſcretionem, in d. cap. cum ex eo*, Mandag. *de elect. 1.p. cap.7.* Lavor. *d. cap.15. n.32.*

Quintò, qui voce electivâ privantur in pœnam, 56 ab homine, vel à Jure. Gloſſ. & Doct. *in cap.2. de poſtul. Prælat.*

Privantur autem eligendi poteſtate ipſo jure qui ſunt majori excommunicatione legati, non autem minori, *cap. illa quotidiana, de elect. cap. conſtituatur, de appellat. cap. fin. de Cleric. excom. miniſtr.* Suar. *de cenſur. tom.5. diſp.14. ſect.2. n.17. & 18.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.66. n.5.* Squillante *de oblig. Cleric. p.3. n.98.* Jul. Lavor. *d. tit.4 cap.15. num.43.* Tamburin. *d. tom.2. diſp.5. q.8. n.11.* Paul. Layman. *in Theolog. Morali, lib.4. tit.2. cap.12. n.3. verſ. dico quarto*, Fernandez *in examine Theolog. Moral. p.4. cap.7. §.2. n.8.* noviſſimè Hurtado *de cenſur. diſp.7. de excommunic. diſſic.3. in princ.* Caſtellin. *de elect. Canon. cap.4. n.12.*

Intellige de excommunicato notorio, ſeu non tolerato ab Eccleſia, vel publico percuſſore Clericorum, juxta Extravagantem, *Ad evitanda ſcandala*, Martini V. in qua habetur, quod nullus excommunicatum vitare teneatur, niſi ſit publicè denunciatus, vel publicus Clerici percuſſor; & de illa plura tradunt Gutier. *Canon. lib.1. cap.1.* Paul. Laym. *in Theolog. Moral. lib.1. tract.5. p.2. cap.4. ex n.1.* ita Petr. Greg. *de elect. cap.7. n.8.* Sayr. *de cenſur. lib.2. cap.6. n.6.* Squillante *ubi ſuprà*, Suar. *de Relig. tom.4. tract. lib.2. cap.4. n.5. in fine*, Tambur. *d. diſp.5. q.8. n.12.* Lavor. *d. tit.4. cap.15. n.4. & 57* Caſtellin. *d. tract. de elect. c.5. num.16. cum ſeqq.* Sigiſmund. à Bononia *d. dub.66. num.10.* Mar. Alter. *de cenſur. tom.1. lib.2. diſput.5. cap.2. verſ. aliter tamen*, ubi intelligit procedere in electione facta ab excommunicato ratione publici officii; ſecus verò ratione juris, & officii privati, quia tunc ſive ſit excommunicatus notorius, ſive occultus & toleratus, electio non tenet.

Quod adeò verum eſt, ut electio facta cum in- 57 terventu plurium, vel etiam unius excommunicati non tolerati, minimè valeat, itaut nec ſuſtineatur ex perſona eorum, qui non ſunt excommunicati, *argum. cap. quia diverſitatem, de conceſſ. prabend.* Navar. *conſ.1. num.1. de elect.* Anton. Ricciul. *de jure perſonar. lib.4. cap.3. num.10* Quamvis excommunicati eligant unum, & non excommunicati alium, quia unica eſt tela electionis, & una coëlectio, licèt diverſi coëlectores, & diverſi actus eligendi. Butr. *in dict. cap. illa, quotidiana, num.11.* Hurtado *dict. diſput.7. de excommun. diſſi.3. num.8.* Verùm ſi excommunicatus hujuſmodi per violentiam ſufficientem ad producendum morale involuntarium, intret, & ſine periculo gravi, vel ſcandalo ab electione expelli non poſſit, vel ob ſimilem aliam cauſam, tunc vel cæteri electores debent exire de loco ubi fit electio, vel etiam poſſunt procedere ad electionem, proteſtando ſe cum excommunicato prædicto nolle in eligendo communicare, illiúſque vocem nemini velle ſuffragari, vel nocere. Ita Innoc. *in d. cap. illa quotidiana, num.5.* Mar. Alter. *d. diſp.5. col.9. §. quæres ſecundo*, quæ proteſtatio poteſt fieri publicè, vel etiam privatè, ſi probabilis ſit timor talis excommunicati, Biax. *in direct. elect. p.1. cap.9. n.5.* Ugolin. *de cenſ. tab.2. §.2. n.12.* Sayr. *d. lib.2. cap.6. num.6.* Lavor. *d. cap.15. n.47.* Quicquid aliter diſtinguant Suar. *de cenſur. tom.5. diſp.14. ſect.2. num.8.* Squillante *d. p.3. n.99.*

Item ſuſpenſi per ſententiam Judicis, aut etiam 58 Canonicis, *c. cùm dilectus*, ubi Gloſſa notabilis, *verb. à ſuſpenſis, de conſuet.* Rendin. *in promptuar. recep. ſent. tom.1. tit.41. num.21.* Fernandez *d. §.2. num.7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum quotid. p.4 reſ.24. à n.8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. tract.2. num.18.* Anton. Ricciul. *de jure perſonarum lib.4. cap.3. num.9.* Tamburin. *d. diſp.5. quæſt.8. num.13.* Jul. Lavor. *d. cap.15. num.61.* Lotter. *de re benefic. lib.3. q.17. n.138. cum ſeqq.* Caſtell. *de elect. Canon. cap.5. num.15.* Laurent. de Peirinis *de Prælato. q.2. cap.5. §.1. n.32.* ubi *n.33.* intelligit de ſuſpenſo denunciato nominatim; & *num.34.* quod ſuſpenſus toleratus, licèt validè eligat, peccat tamen, quia ingerit ſe actibus, à quibus eſt ſuſpenſus. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.1. tit.1. cap.3. n.23.* præterquam ex cauſa participationis, aut alia, ob quam minorem tantùm ſuſpenſionem Canon imponit, *d. cap. fin.* ubi Gloſſ. *de Cler. excom. miniſtr.* Jul. Lavor. *d. cap.15. num.65.* Quod procedit ſive 59 ſint ſuſpenſi ab officio, & beneficio ſimul, ſive ab officio tantùm; nam ſuſpenſus ab officio ratione ſpiritualis juriſdictionis, eligere prohibetur, ſi poteſtas eligendi ſpectet ad ſpiritualem juriſdictionem. Peirinis *dict. cap.5. §.1. numero 35.* ubi *numero 36.* quod non poteſt intereſſe illis electionibus, quæ illi competunt ratione juriſdictionis temporalis. Non tamen poterunt eligere, ſi ſint ſuſpenſi ſolùm à beneficio, niſi vox competeret ratione illius beneficii, à quo aliquis ex eligentibus reperitur ſuſpenſus, ut rectè tradunt Navar. *in man. cap.27. n.163. verſ. ſextò*, Henriq. *in ſumm. lib.13. de excomm. cap.32 §.4.* Sayr. *de excomm. cap.6. n.7.* Sed non improbabiliter Gloſſ. *in cap. capientes, §. caterùm jus omnibus beneficiis*, & ibi Gemin. *de elect. in 6.* Suar. *de cenſ. tom.5. diſp.27. ſect.2. n.34.* Squillante *d. part.3. num.37.* aiunt poſſe eligere, licèt electio competat ratione benefic i à quo eſt ſuſpenſus, cùm electio non ſit fructus beneficii, ſed eſt actus illius officii ſpiritualis, cui eſt annexum beneficium. Quando verò aliquis eſt ſuſpenſus ſimpliciter, nunquam poteſt eligere, quia ſic 60 ſuſpenſus intelligitur ab officio, & beneficio, ubi contrarium ex verbis, aut intentione ferentis aliud non intelligeretur. Gloſſ. *verb. à ſuſpenſis, in dict. cap. cùm dilectus*, ubi Innocent. *n.4.* Panormit. *n.18.* Bald. *n.13.* Seraphin. *deciſ.860. n.6.* Regulares autem ſuſpenſi à divinis poſſunt eligere, quia in Regularibus electio non pendet ab Ordine, ſed à Regularitate, S. Congregat. Concil. ſub die 7. Septembris 1628. Et refert Laurent. de Peirinis *dict. q.2. cap.5. §.1. n.35.* quod facta Congreg. Conc. die 22. Auguſti 1628. interrogata, an Religioſus Regularis ſuſpenſus à divinis per annum, poſſit 61 infra illud tempus habere votum activum in electionibus Canonicis Superiorum faciendis, cùm in ſua ſuſpenſione non exprimatur ulla privatio voti? Reſpondit Regularem ſuſpenſum ad tempus à divinis abſque expreſſione privationis voti, infra illud tempus voce activa non privari, ideóque

que posse votum dare in electionibus Superiorum faciendis.

62 Item interdicti potestate eligendi privantur, *cap. cum inter, de election.* Petr.Gregor. *de elect. cap.7.n.9.* Aloys.Ricc. *in praxi, p.4. resol.42. n.13.* Fernand. *d. §.2. n.7.* Jul.Lavor. *d. cap.15. n.67.* quicquid dicat

63 Castell. *de elect. cap.5. n.71.* & Clerici personale, aut locale interdictum violantes, exercendo actum sacri Ordinis, vel celebrando Officia divina, *cap.1. de postulat. Prælat. cap.is qui, §.is verò, de sent.excom. in 6.* Sylvest. *verb. interdictum 6. q.2. §.secundum,* Henriq. *lib.13. c.46. §.3.* Suar. *tom.5. disp.34. sect.4. num.28* Avila *de censur. p.5. disput.5. dub.4. concl.3.* Coninch. *de Sacr. & censur. tom.1. disp.17. dub.4.* Laurent. de Peirinis *d. q.2. cap.5. §.2. n.39.* Paul. Layman. *in Theolog. Morali, lib.1. tract.5. p.3. c.3. num.3. vers. secunda.* Et hi quibus prohibita est sine licentia Superioris electio, *cap.fin. de election.*

64 Tamburin. *d. disp.5. q.8. num.16.* quique scienter celebrarunt in loco interdicto absque privilegio speciali, *cap. is qui, de sentent. excommun. lib.6.* Navar. *in man. cap.27. n.187.* Sigism. à Bononia *de elect. dub 68. num.1.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. cap.14. q.8. vers. jus item,* Laurent. de Peirinis *dict. §.2. n.40.*

65 Item irregulares, secundùm Sylvest. *verb.elect.1. §.4.* Azor. *loco proximè citato, d. cap.5. §.3. n.48.* per *cap. is qui, de sentent. excomm. in 6.* & advertit quod ad hoc ut irregularis à Capitulo excludatur, debet esse denunciatus. Contrarium tamen, nempe irregulares voce activa non privari, tenent Nav. *d. c.14. n.244.* Suar. *de censur. tom.5. disp.40. sect.2. n.27.* Vincent.Filliuc. *in quæst. moral. tract.19. c.3. q.6. n.75.* Bonacin. *de cens. disp.7. q.1. puncto 3. 11. & 18.* Sigism. à Bononia *de elect. dub.70. n.6. cum seqq.* Jul. Lavor. *d. c.14. n.68.* Tambur. *d. disp.5. q.8. n.14. & 15.*

66 Item, qui scienter elegerunt indignum, aut similiter postularunt, pro ea vice eligendi potestate privantur, & eorum cassatur electio ipso jure, non autem si nominaverint tantùm *cap. cùm in cunctis, §.Clerici, cap.cum Vvintonienses, cap.scriptum, de elect. cap.perpetuo, eod.tit. in 6.* Tiraq. *in §.hoc sermone, limit.1. n.22.* Beluac. *tom.1. commun.opin. lib.1. tit.5. num.29. pag.171.* Molin. *de primog. lib.2. c.4. n.38.* Steph. Grat. *discept. forens. cap.58. n.11.* Azor. *d. p.2. lib.2. cap.4. q.8. vers. jus eligendi,* Fr.Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.23. art.8.* Filliuc. *moral. quæst. tom.3. tract.41. cap.4. num.173.* Paul. Layman. *in quæst. Can. de Prælat. Eccles. elect. q.79.* Lavor. *d. tit.4. cap.21. ex num.49. & d. c.15. n.76.* Lottet. *d. lib.3. q.17. n.98. cum seqq.* Cald. Pereira *de potest. eligendi, cap.1. num.60.* ubi subdit procedere etiam in electore officii secularis. Tamburin.

67 *dict. q.8. num.18.* ubi resolvit hujusmodi eligentes scienter indignum, esse privatos potestate eligendi in prima tantùm electione immediatè sequenti, etiam si illa non sortiretur effectum, non autem in tota vacantia, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.441. num.5.* ubi *num.9.* post Pelaez *de major.*

68 *part.1. q.19. à num.1.* scripsit Judicis arbitrio esse relinquendum, an is eligens præsumatur scivisse electum illum fuisse indignum: si enim electus ille semper fuit in eadem civitate & loco, ubi extitit eligens, & electus ita deliquit, ut verisimile sit eligentem id rescivisse, præsumptio est quod scienter illum elegerit; si verò is electus abfuit, vel secretò sic erravit, ut probabile sit electum ignorasse, quod ignoranter elegerit, ita præsumendum erit. Sigism. à Bononia *de elect. dub.61. num.4. & num.13.* limitat quando ipsi electores compromiserunt absolutè in aliquem, qui compromissarius elegit indignum, nisi tamen ipsi compromittentes talem electionem ratam habuerint. Indignus quoad hoc propositum is dicitur, qui habet defectus personæ expressos *in d. cap. cùm in cunctis.* Ita Panorm. *ibi, §. Clerici, n.6. & in c.* 70 *cùm inter, il 1. n.15. eod. tit.* Suar. *de cens. disp 25. sect.2. num.22.* Avila *eod. tract. p.2. cap.6. disput.12. lib.4. ad fin.* Nicol.Garc. *de benef. p.7. cap.12. n.84.* Sigism. à Bonon. *de elect. dub.61. num.11.* Lavor. *d. cap. 15. num.77.* Tambur. *d. disp.5. q.8. num.19.*

Verùm scienter in electionibus nominantes indig- 71 num propter suffragium in scrutinio præstitum (nisi adeò in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur) nequaquam eligendi potestate privantur, licèt peccent, *cap. perpetuò 7. de elect. lib.6.* Nav. *in cap. pœne, n.22. de Pœnit. dist.1.* Sayr. *de censur. lib.4. cap.15. num.11. vers. quantò,* Paul.Laym. *in quæst. Canon. de Prælat. Eccles. elect. q.77.* An Generales & Definitores teneantur eligere digniores ad Prælaturas Regulares, vide Dianam *moral. resolut. part.5. tract.14. resolut.11.*

Hinc patroni Ecclesiastici (qui dicuntur eligere, Put. *decis.181. in fin. lib.3. in correct.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss.19. num.2.*) privantur jure præ- 72 sentandi eo modo, quo de eligentibus suprà diximus, Guid.Papæ *decis.374.* Caputaq. *decis.62. p.2.* Veral. *decis.291.* Aloys.Ricc. *in collect. decis.4. collect.1029.* Si autem præsentantes sint patroni laici, pro ea tantùm vice præsentandi jure privan- 73 tur, si indignum scienter præsentaverint, ut per Roch. *de jurepatr. verb. honorificum, n.15.* Lambert. *eod. tract. p.1. lib.2. quæst.10. art.4. n.13.* Crescent. *decis.11. de jurepatr.* Rota *dec.262.* aliàs *decis.5. de jurepatr. in novis,* Cassad. *decis.19. de procur.* Mascard. *de probat. concl.593. n.5.* Perez *l.2. vers. pro quo sit conclusio, & vers. tertia conclusio, tit.6. lib.1. Ordinam. pag.155.* Aloys. Ricc. *d. collect. 1029. vers. & in lasco,* Cald. Pereira *d. cap. n.61.* Marc. Antonin. *var. resol. lib.1. resol.19. num.ult.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi, cap.51. §.1. num.4. vers. secundò,* quorum plures refero ego ipse *in simili tractat. p.3. alleg.72. n.105.*

Hinc etiam conferens scienter beneficium in- 75 digno privatus est conferendi potestate. Rebuff. *in praxi benef. titul. pœna contra collatores indignis conferentes, num.1.* Card. Mantic. *decis.158. n.2.* & propter conferentis negligentiam devolvitur ad Superiorem beneficium incapaci collatum, Innoc. *in cap. cùm in nostris, n.1. vers. sed si talis electus, de conces. præb.* quem ibidem sequuntur Joan. Andr. *n.4.* & Panorm. *num.22.* Mantic. *dict. decis.158. num.1.* Et quamvis non possit argui de negligentia Ordinarii Episcopi, nisi à die scientiæ, *cap. licèt, de suppl. negl. Prælat.* Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. n.10.* tamen debuit priùs scire conditio- 76 nem ejus, cui confert beneficium, & ita præsumitur, ex Rebuff. *d. tit. pœna contra collatores, à n.2.* quia antequam conferat, de vita, & moribus illius debet inquirere, & plenam ejus notitiam habere, *cap. bone, il 2. in fine,* ubi Abb. *numer.15. de postul. Prælat.* Rebuff. *d. tit. pœna contra collatores, num.3.*

Verùm si vicarius habens specialem potestatem ad conferendum beneficium, indigno con- 77 tulerit, non erit Episcopus conferendi potestate privatus, ut per Rebuff. *in d. praxi, tit. forma Vicariatus, n.140.* Sbroz *de Vicario Episcopi, lib.3. q.27.*

ubi

ubi declarat procedere, nisi Episcopus ratam habuerit collationem, *sicut etiam non præjudicat* domino procurator constitutus ad præsentandum, si indignum præsentaverit, quia factum procuratoris domino nocere non potest.

78 Similiter & qui ad Ecclesiam receperint postulatum tanquam institutum, vel administratorem, antequam admissa fuerit postulatio, eligere prohibentur, *cap. bona, il 1. de elect.*

79 Item qui laicos ad electionem contra statuta Canonica admiserint, *capite Quisquis*, juxta Gloss.

80 *cod. tit. de elect.* Electio enim facta per abusum secularis potestatis est ipso jure nulla, Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 5. quæst. 22. num. 10.* ubi *num. 11.* subdit, quod electio dicitur per abusum secularis potestatis celebrata, quando Clerici requirunt laicos ut electioni intersint: item quando Principis secularis assensum super certa persona eligenda requirirunt, vel eligunt minis alicujus

81 secularis potestatis; quia in Ecclesiasticorum Prælatorum electionibus non debent laici ad coëligendum admitti, secundùm Panorm. *in cap. Cumana, n. 6. & in cap. Messana, n. 5. de elect.* Suar. *tom. 5.*

82 *de censur. disp. 31. sect. 3. n. 13.* nam Clericus à laicis Ecclesiam nullo modo obtinere potest, Paul. Comitol. *responsa moralium, lib. 1. q. 78.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 4. § 28.*]

83 Item qui ob delictum commissum potestate eligendi privati fuerunt, & tunc illa potestas ad alios, qui non deliquerunt, devolvetur, ac si tali potestate privati per mortem defecissent, *d. cap. bona memoriæ, il 1. cap. cum Wintoniensis, de elect.* Rendina *in promp. recep. sent. tom. 1. tit. 36. n. 33.* Anton. Rag. *de voce Canon. in cap. quæst. 30. ex n. 13.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 21. ex n. 46.* Si autem & ii, ad quos eligendi potestas devoluta fuerat, delinquant, vel indignum eligant, tunc primi in hac parte succedere non possunt, sed illa ad Superiorem vadit, ad quem fuisset facta devolutio, si omnes pariter deliquissent. Ita gloss. *verb. ad nos, in d. cap. bona memoriæ, il 1.* quam sequuntur *ibidem.* Joan. Andr. *col. ult. n. 58. vers. in gloss. ult.* Innoc. *n. 9. vers. ad nos,* Host. *n. 31. super verbo pariter,* Butr. *n. 78. vers. oppono tertiò, cum num. seqq.* Panorm. *n. 33. vers. in secunda quæst.* Rendina *ubi sup.*

84 Et qui intra tempus statutum eligere neglexerunt, *cap. ne pro defectu, de elect. cap. quamquam, cod.*

85 *tit. in 6.* debet enim in Cathedralibus & Regularibus Ecclesiis prælati electio intra tres menses à die vacationis fieri, quibus elapsis devolvitur ad proximum Superiorem electio; & eo similiter negligente, usque ad Papam devolutio ascendit, ut habetur *in dict. ne pro defectu,* & ex eo colligunt Cuch. *instit. major. lib. 4. tit. de elect. n. 168. & 172.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 52. art. 3.* Azor. *d. p. 2. lib. 1. cap. 28. q. 6.* Fr. Ludov. Miranda *d. tom. 1. q. 23. art. 10. concl. 2.* Jul. Lavor. *d. tit. 4. cap. 18. ex n. 11.* ubi *n. 14.* differit, quomodo isti tres menses computentur?

86 Circa quod est notandum, quod devolutio electionis ob electorum culpam, quandoque ad alios fit electores, qui culpabiles non existunt; quandoque verò ad proximum Superiorem, & nonnunquam ad Rom. Pont. immediatè ascendit. Aut enim pars Capituli tantùm, aut totum Capitulum est in culpa: primo casu eligendi potestas ad alios devolvitur non culpabiles, quamvis sint pauciores, *cap. 2.* ubi Gloss. *de postul. Prel. c. bona memoriæ, il 1. cap. cùm Wintoniensis, de elect.* Gloss. *in cap. si forte, 65. dist.* cum aliis citatis suprà, immò etsi unus tantummodò fuerit, cùm pœna non debeat innocentem afficere, *cap. quæsivit, de iis quæ fiunt à majori parte Capit.* & jus collegii in uno solo remaneat, ut dixi suprà in principio hujus capitis. Secundo verò casu de culpa distinguitur, si enim eâ tantùm causâ eligendi jure privetur Capitulum, quòd intra tempus statutum non elegerit, electio ad proximum Superiorem devolvitur, *d. cap. ne pro defectu*; ex aliis verò causis ad solùm Romanum Pontificem sit devolutio in Cathedralibus quidem Ecclesiis; in inferioribus verò in omni casu proximus Superior eligere potest: nullo ergo casu electio ad Superiorem, vel ad Papam devolvitur, nisi totum Capitulum sit in culpa; ubi enim pars tantùm delinquit, ad alios spectat electio, ut dictum est; quod quidem non potest, nisi in casu contingere tantùm, quo in partes vota eligentium dividuntur, aut pars eorum ob causam aliquam ex supradictis eligere de jure non valeat; & in omnibus quidem causis supradictis, electionis privatio ipso jure incurritur, *d. cap. cùm in cunctis, in fine, de elect.* Gloss. *verb. nulla esse, in cap. innotuit, cod. tit.* Cæterùm per sententiam eligendi potestas aufertur, cùm electores faciendæ electionis formam à generali Concil. *in cap. quia propter, cod. tit.* traditam non observant, quo etiam casu ad Papam electio devolvitur, *d. cap. quamquam*; quod quidem in his intelligitur, quæ sunt de substantia electionis, cùm scilicèt contra formam electionis ita fit, quod electio nulla ipso jure reddatur; neque enim ipso jure privatio electionis incurritur, nisi ubicumque electio propter personam electam ipso jure est irrita. Innoc. *in d. cap. 2. de postulat. Prælat.* de quo infrà videbimus.

Denique illi, qui voto suo renuntiarunt, Azor. 87
d. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7. vers. verùm, in fine, si renunciatio sit acceptata à Superiore; nam interim si pœniteant, & petant accedere ad eandem electionem debent admitti ad omnia, quæ circa electionem remanent facienda, non obstante renunciatione, *cap. Ecclesia vestra,* ubi Abb. & Gloss. *de elect.* Sigism. à Bononia *de elect. p. 1. cap. 2. dub. 25. n. 8.* Lavor. *d. tit. 4. de elect. cap. 18. n. 88.* Castellin. *de elect. cap. 5. n. 22.* Laurent. de Peitinis *de privileg. Regular. in additam cap. 9. n. 29. pag. 44.* ubi quod debent ab aliis electoribus admitti, itaut si expellantur, & prohibeantur, dicantur contempti. Immò isti ad votandum compelli poterunt, si ex tali renunciatione fama eorum non leve damnum pateretur, vel talis renunciatio vergeret in damnum commune, sive præjudicium Monasterii Religionis, vel Ecclesiæ, de cujus electione agitur. Abb. *in cap. quia propter, numero 4. de elect.* Sigism. à Bononia *d. dub. 25. num. 6. & 7.* Jul. Lavor. *d. cap. 15. num. 87. & 88.* Laurent. de Peitinis *d. pagina 448. n. 28.* ubi advertit, quod tunc renunciatio dicitur cedere in damnum Monasterii, quando Fratres timoratæ conscientiæ se abdicarent ab electione, & jus illius remaneret penes Fratres indisciplinatos, qui consimilem sibi eligerent, vel si unus solus renunciaret, & ex illius renunciatione causaretur electio indigni. In electionibus Regularium est advertandum, quod electores Generalis, & Provincialium voci activæ renunciare non possunt, quia jure regulæ, & ratione publici officii ad id tenentur. Sigism. *de elect. dub 15. num. 2. & 3.* Laurent. de Peitinis *3. loco proximè citato,* ubi etiam post Sigism. *d. dub. 15. n. 4.* & Lavor. *d. tit. 4. capite 18. num. 87.* resolvit electores in Capitulo locali voci suæ renuncia posse, quia illud est ejus proprium

&

Biblioteca de Ciències Socials

& privatum, cui licitum est unicuique renuntiare.

88 Ad electionem cujusvis Prælaturæ per signa solita, sive campanæ, sive vivæ vocis, & absentes in Provincia per litteras, vel nuncium, secundùm locorum consuetudinem vocandi sunt, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, *cap. quia propter, in princ. de elect. cap. coram, eod. tit.* Rebuff. *ad absentem* 299. *vers. ad hæc, ff. de verb. signif. pag.* 632. *& in comp. alienat. num.* 77. Turrian. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 1. *pag.* 170. Cosm. *in pragm. sanction. cap. frequens, verb. abbreviat. pag.* 60. Azeved. *ad Curiam Pisan. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1 Melch. Phœbo *Lusit. decis.* 65. *tom.* 1. latè Jul. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 17. *à princ.* Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disput.* 5. *q.* 3. Rendin. *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *tit.* 36. *n.* 30. ubi ampliat etiamsi non ignoraverint. Raguc. *de voce Can. in Capitulo. quæst.* 7. Mantic. *decis.* 88. ubi

89 fuit dictum, ad electionem vocandos esse qui sunt in Provincia, sive Diœcesi, maximè quando absentia non est affectata, vel suspecta, additúrque absentibus in electionibus non esse vocandos per sonum campanæ, sed per nuncium, vel litteras. Refert Castellin. *de elect. cap.* 8. *n.* 7. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 6. *concl.* 2. ubi subdit hac in re observandum esse quod consuetudine fuerit introductum, cùm illâ attentâ possit introduci, ut absentes, qui sunt in Provincia, non vocentur, & nihilominus valeat electio: & *concl.* 3. dicit, quod per illa verba, *qui habent*, posita *in d. cap. quia propter*, excluduntur qui de jure non debent interesse, cùm multi prohibeantur eligere, de quibus suprà memini; qui quidem etiamsi non vocentur, tenet nihilominus electio, & omnia acta capitularia, licèt nondum sit discussum an sint privati, quia sufficit, quod possint postea convinci: & per alia verba ejusdem capitis *quia propter*, ibi, *& volunt*, excluduntur qui interesse nolunt, qui quidem non debent compelli nisi Ecclesiæ interfit: & per alia verba, *& possunt commodè interesse*, excluduntur qui commodè vocari nequeunt, in quo bonus judex arbitrabitur, & constito ac determinato, quod commodè vocari nequeunt, sine eorum præsentia celebrari poterit electio, referendo commoditatem ad Ecclesiæ, non autem ipsius personæ commoditatem.

90 Ista absentium citatio facienda est singulariter, & personaliter, si sciatur ubi degant, & commodè, & sine periculo fieri possit, *cap. cùm olim*, ubi Gloss. *verb. Hibernia, de dolo & cont. cap. venerabili, eod. tit.* per litteras scilicet, vel nuntium, nisi de consuetudine aliud servetur, ut suprà diximus: quarum litterarum tenorem videbis apud Cuch. *d. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 60. *&* 61. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.* 9. *num.* 3. *vers. litteras autem*, Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 27. ubi ponit formam vocandi absentes, si in scriptis vocatio faciendaesset: & *num.* 28. ponit aliam formulam pro absentibus in Regularium Prælatorum electione vocandis.

91 Quod si nesciatur ubi commorentur, citatio facienda erit per publicum edictum in Ecclesia, vel ubi soliti sunt commorari, vel legi debent litteræ citatoriæ Capituli; præsente Capitulo, &

92 Clero, ut *in cap. fin. de eo qui mittitur in possess. causa rei serv. l.* 4. §. *rotes, ff. de damno infecto*; vel si citandus inveniri non potest, citatio est facienda in ejus domo, *cap. causam, cap. venerabilis, de dolo &*

93 *contum.* Cuch. *d. tit. de elect. num.* 38. *cum seqq.* & si domicilium non habeat, tunc erit faciehda in loco ubi habitare consueverit, *d. l.* 4. §. *prater*, vel 94
in ejus Ecclesia, seu beneficio, *cap. fin. de dolo & cont. cap. ex tua, de Cler. non resid.* quia ibi residentiam facere præsumitur, Mascard. *de probat. concluf.* 1271. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloss.* 15. §. 2. *num.* 30. Et nuncio præsertim jurato creditur, 95
an aliquis ex vocalibus absens sit vocatus, necne? Glossa *verb. vocatus, in cap. quod sicut*, 28. *de elect.* Boër. *ad Mandag. de elect. novorum Prel. p.* 1. *cap* 4. Luc. Castellin. *de elect. cap.* 8. *n.* 18. Lezana *d. verb. electio, n.* 5.

Et si vocati intra assignatum terminum com- 96
petentem non venerint, non sunt de cætero expectandi *cap. cùm inter* 18. *& seq. de elect.* & post P. de Baysio *in director. elect. p.* 3. *cap.* 11. *n.* 20. novissimè Laurent. de Peitinis *de privileg. Regular. tom.* 3. *add. tam. cap.* 9. *num.* 13. *pag.* 446. ubi ait, quod quando est statuta dies electionis, si aliqui electorum non compareant de manè quando electio fieri solet, possunt qui sunt præsentes electionem horâ solitâ facere. Lezana *d. tom.* 1. *cap.* 15. *n.* 8. *& tom.* 3. *verb. electio, num.* 5. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 25. ubi cum Mandag. advertit, quod non venientibus absentibus, nec procuratorem constituentibus, potest fieri absque eis electio, dummodo non sint plures absentes, quàm præsentes, vel notabilem Collegii partem constituerent, quia tunc præsentes tenentur expectare vocatos, saltem 97
usque ad finem termini dati ad eligendum. Similiter sunt expectandi etiam elapso termino, quamvis pauciores sint, ubi absque periculo, & incommodo expectari possent, & aliquâ causâ necessariâ, vel probabili detinerentur, putà pluviâ, & simili, & Superior pro certo haberet non longè abesse, præsertim cùm nullum esset periculum in mora modici temporis, quia adhuc facultas eligendi durabat. Ita Abb. *in cap. cùm nobis, n.* 9. *de elect.* Mantic. *d. decis.* 288. *num.* 3. Fr. Sigism. 98
à Bononia *de elect. dub.* 13. *num.* 7. me citato *in hoc loco*, Lezana *d. verb. electio, n.* 5. nam si dolo potiùs ipsos excludendi, quàm aliâ legitimâ causâ accelleretur electio, in ipsorum præjudicium, reclamationi locum esse resolvunt Cuch. *dict. tit. de elect. n.* 83. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 51. *art.* 5. quos refert, & sequitur Lavor. *d. tit.* 4. *c.* 17. *n.* 25. ubi subdit, quod si major pars absens respondisse se nolle venire, nec eligere, nec electioni interesse, tunc posset etiam minor pars eligere; & quod immò, si finis termini immineret, possent pauciores, & etiam unus solus, non expectatis convocatis eligere, quia tempus interpellat pro homine.

Utrùm autem si electores ad electionem voca- 99
verunt eos, quos vocare non tenebantur, expectare teneantur illos usque ad terminum præfixum? In hoc dubio Gloss. *verb. assumatis, in cap. cùm inter*, 18. *de elect.* tenet quod ex quo illos vocaverunt, usque ad terminum statutum expectare tenentur, nisi ex tali expectatione præjudicium, & damnum, expectatis his, qui vocandi non erant, sustinerent: sic *in d. cap. cum inter.* Histor. *n.* 4. *vers. sed numquid.* Joan. Andr. *n.* 18. Butr. *n.* 19. Panorm. *n.* 11. *vers. in gloss. pen.* & alii, quos refert, & sequitur Rendina *d. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 31. non enim potest agere de contemptu, qui non habet vocem in Capitulo. Raguc. *de voce Canon. in Capitulo, q.* 11. *n.* 3.

Absens verò faciendæ electionis tempore, si 100
justo impedimento detinetur, unum, vel plures

poterit

poterit procuratores constituere, qui per se votum in electione præstent, *cap. si quis, in princ. de elect. lib.6.* Cuch. *d. tit. de elect. n.224. cum seqq.* Azor. *inst.moral.p.2.lib.6.cap.14.q.7.* Ragnc. *de voce Canon. in Capitulo, q.26.* Fr. Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub.14. a princip.* Jul. Lavor. *d.tit.4. cap.17.ex n.32.* Tamburin. *d. tom. disp.1. q.3.* Paul. Layman. *in Theolog. Moral. lib.4. tract.2. c.12. n.4. vers. dico quartò,* Rot. *in Calaguritana beneficii de Morillo,* 13. *Novembris* 1620. *coram bone mem. Ubaldo:* ubi fuit
201 dictum tria requiri ad hoc ut votum absentis per procuratorem possit sustineri, quæ sunt, ut quis sit in loco unde evocari possit, & quod justo impedimento detentus venire non possit; & quod procurator habeat mandatum ad jurandum super dicto impedimento, de quo infrà. *n.*118.

102 Sed si plures sunt procuratores, debent singuli esse in solidum; & si simul ad votum præstandum concurrerint, potior habebitur qui præoccupat; at nullo præoccupante, is admittendus est, qui primò nominatus fuerit in instrumento procuratorio, *d.c.si quis justo, in princ. vers. is qui primo,* Tiraq. *de jure prim. quæst.17. in sexta opin. n.5.* ultimi enim censentur in subsidium priorum nominati. Ant. Monach. *Lucens. decis.64. n.39.* vel data in omnibus paritate, admittetur is quem Capitulum admittere voluerit. Si verò duo procuratores in solidum constituti ad eligendum, semel alterum elegerint, ita consumma est electio, ut variare non possint.
103 Glos. *verb. elegerit. in d.cap.si quis justo,* Tiraq. *in l. boves, §.hoc sermone, n.35. de verbor signif.* Ubi tamen duo procuratores fuerunt dati in diversis instrumentis eodem die confectis, & non appareat quis ex illis sit revocatus, mutuò se confundunt. Glos. *verb. nominatur, vers. quid si non appareat, in d.cap.si quis justo,* Boër. *decis.311. n.1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.95. n.5.* & sibi imputet constituens absens, qui ita indiscretè procuratorem constituit. Petr. Greg. *de elect.cap.9.n.10.* Azor. *d.lib.6. cap.14. q.7.* Lavor. *d.tit.4. cap.17. n.49.*

104 Debet procurator constitui unus de Collegio, ut expressè probatur *d.c.quia propter, §.illud, de elect.* ibi, *& tunc si voluerit, unum committat de ipso Collegio vicem suam, &c.* Lavor. *tit.4. cap.17.n.45.* Tambur. *d. disp.5. q.3. n.2.* Nisi Capitulum ex gratia velit consentire, ut committatur extraneo, qui quidem invito Capitulo constitui nullo modo potest. Abb. *in d. §. illud, n.2.* Lavor. *d. cap.17. n.46.* subrogari enim debet talis, qui sit ejusdem qualitatis, ex Bart. *in l.1. C. de princ. agent. in rebus, lib.12.* & sic quoque oportet ut sit saltem Subdiaconus, Lavor. *d. c.4.*
105 *n.47.* Iste igitur procurator de Collegio ab absente simpliciter constitutus in casu electionis, non potest unum suo, & alium procuratorio nomine eligere. *d. cap. si quis justo, §. porrò,* Cuch. *d.lib.4. tit. de elect. n.229.* Petr. Greg. *de elect. cap.6. n.11.* Sigismund. à Bononia *de elect. dub.14. n.7.* Tamburin. *d. disp.5. quæst.4. num.6. in princip.* Molina *de primogen. lib.2. cap.5. n.1. cum seqq.* Ubi verò merita duorum, vel etiam adeò essent æqualia, ut discerni non possit ab electoribus, qui eorum melior, & idoneior cæteris esset, tunc posset præfatus procurator unum suo, alterum procuratorio nomine eligere, ut tradunt Molin. *d. cap.5. n.52. & 53.* Gutier. *Canon. lib.1. cap.11. n.9.* Sigismund. à Bononia *de elect. dub.14. n.8.* Sicut etiam poterit, ubi de aliquo certo denominando dominus speciale mandatum dederit, ut probat textus *in d.c. si quis justo, §. porrò, vers. nisi de certa eligenda persona.* At nunc de jure novo Concilii Tridentini *sess.25. de Regularib. capit.6.* præcipientis ut elections Regularum per vota secreta celebrentur, aliter dicendum videtur, ut apertè censuit sacra Congreg. his verbis: [Procuratores legitimè constituti cum generali mandato ad eligendum, ab iis qui legitimè impediti sunt, 106
non excluduntur, dummodò non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset esse secretum.] Referunt Nicol. Garc. *de benef. p.5. cap.4. n.200.* Sigism. à Bononia *de elect. dub.14. n.9.* Tamburin. *d. disput.5. quæst.4. n.6.* Lavor. *d.tit.4. cap.17. n.57.* Adest quoque alia declaratio ejusdem S. Congreg. Concilii, tenoris sequentis: [Item ex decreto dict. capit.6. non esse 107
prohibitum Superioribus Ordinum, quibus id ex regula conceditur, ut aliquem Fratrem idoneum suo loco delegent, seu mittant ad Capituli generalis celebrationem, ut suo nomine electionem faciat, si ex institutis, & decretis suæ Religionis licet Superioribus absentibus & legitimè impeditis mittere alium ad Capitulum generale, qui suo loco & nomine in electione suffragium ferat.] Referunt Castellin. *de elect. cap.5. n.98. circa fin.* & Tamburin. *d. n.6.* Lezana *d. verb. electio n.7.*

Circa tria illa essentialia requisita ad hoc ut 108
votum absentis per procuratorem sustineri possit, quorum suprà *n.101.* ex Rotæ decisione mentionem feci, aliqua advertenda duxi; & imprimis quoad primum sciendum est, quod ad hoc ut quis possit procuratorem constituere, debet abesse à loco, ubi fit electio, & esse in loco, à quo possit & debeat vocari, ut probatur, *in d.cap.quia propter, §. illud,* ibi: [Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat avocari.] Lavor. *d.tit.4. cap.17.n.34.* ubi subdit, quod si quis electorum tempore vacationis, seu citationis faciendæ, sit extra fines unde sunt vocandi absentes, & postea electionis tempore sit intra fines, non admittitur ejus procurator: & *n.44.* ait, quod non dicitur absens ad hunc effectum is, qui est in aliqua parte civitatis, etiam remotâ, vel propriè in hortis. Si verò quis sit præsens in loco, vel in cœnobio, ubi fit electio, sed tantâ ægritudine detentus, ut non possit ad talem locum accedere, poterit ille unum, vel plures ex Collegio sibi substituere ad eligendum, vel electores debent aliquos ad eum mittere, ut ejus suffragium petant. Ita Angel. *verb. electio, n.17.* Azor. *d. p.2. lib.6. cap.14. quæst.7. vers. verùm.* Petr. Greg. *de elect. cap.26. n.7.* Lavor. *d.cap.17. n.44.* quia absenti non licet ullo modo per litteras exprimere votum suum, *d.cap.si quis justo, §. absens,* ibi, *non poterit aliquatenus per litteras, &c.* Sigism. à Bononia *de elect. dub.14. n.1.* etiam volente Capitulo. Boër. *decis.1. n.41. junctis n.37.*

Quoad secundum essentiale, quod scilicet ju- 109
sto impedimento detentus venire non possit, advertit Lavor. *d. cap.17. n.35.* procedere in electionibus quacumque forma factis: & *n.36.* quod impedimentum debet esse verum, & probatum, puta si ob inimicitias capitales venire non possit, vel ob infirmitatem gravem, non autem levem; vel si adversâ navigatione impediatur; vel si vocetur ad majus tribunal; vel sit obsessus in aliquo castro ubi egredi non possit, & similia, ita tamen ut impedimentum exprimatur quale sit: & *num.41.* quod ad hoc ut talia impedimenta justa dicantur, requiritur ut de tempore, quod impeditus venire non potest, sic in eo statu, in quo si præsens esset, posset eligere.

Circa tertium verò, quod procurator habeat 110

mandatum ad jurandum super dicto impedimento, quia aliàs non creditur procuratori absque mandato affirmanti medio juramento super impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire, Gloss. *verb. detentus, in d. cap. si quis justo*, ubi Archid. *n.* 2. Bellam. *in d. c. quia propter, n.* 4. *ad finem, & n.* 5. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 25. poterit tamen major pars eligentium remittere impedimenti probationem, aut juramentum, quamvis minor se offerat ad probandum contrarium: de quo tamen vide Lavor. *d. cap* 17. *n.* 30. ubi *n.* 40. subdit quod si Procurator absque juramento admissus fuerit, non potest post electionem sequutam qui probare, quod dominus non eram impeditus; nam videntur illi de Collegio renunciasse juri suo, illum sine juramenti delatio admittendo, cùm possint etiam non impediti procuratorem admittere, non obstante dispositione dicti capitis *quia propter*, §. *illud*, licet utatur *verb. interdicimus*, quia hujusmodi dispositio emanavit in favorem aliorum electorum, cui favori renunciare poterunt, ut firmat idem Lavor. *d. c.* 17. *n.* 34.

111 Verùm si contingeret electorum absentem impeditum, qui procuratorem constituit, interim mori, procurator debet cessare; facta tamen per eum ante notitiam habitam de ejus morte, firma erunt, & si durante hujusmodi ignorantiam perficeretur electio, valeret utique. Ita Archidiac. *in d. cap. si quis justo n.* 3. *in princ.* Tamburin. *disput.* 5. *quæst.* 5. *n.* 8.

112 Quod si absens nullum inveniat in Capitulo vel Collegio, qui veli esse ejus procurator, non potest cogi aliquis ad acceptandum, ex Gloss. *in d. cap. quia propter*, §. *illud*, Lavor. *d. cap.* 18. *n.* 51. nec talis absens hoc casu poterit, nolente Capitulo, extraneum deputare, *d. cap. si quis justo* §. *absens*, Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 14. *q.* 7. *vers. quæres*, Fr. Sigism. à Bonon. *dub.* 14. *n.* 2. Tamburin. *d. q.* 4. *n.* 7.

113 Si verò aliquis electorum canonicè vocatus non fuerit, potest electionem irritam facere, *cap. quod sicut, de elect.* Anton. Raguc. *de voce Canon. in Capitulo, q.* 11. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 17. *n.* 13. nisi velit eam ratam habere, ut per Cuch. *d. tit. de elect. n.* 52.

114 Tamburip. *d. disput.* 5. *q.* 3. *n.* 2. consensus namque contemptorum potest intervenire ante, & post electionem, ad tradita per Petr. Gregor. *de elect. cap.* 14. *n.* 5. non tamen eorum voces aliis accedentes augere poterunt numerum votorum electorum, ita ut electio, quæ nulla fuit, utpote à minori parte facta, per sequentem ratificationem validetur, ut tenent Gloss. & Doctores *in cap. Ecclesia vestra, il* 2. *de elect.* quos plena manu refert Rendin. *d. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 7. ex Lancel. Cuch. & aliis resolvit

115 Lavor. *in d. c.* 17. *n.* 22. Nec enim talis electio, quibusdam non vocatis, ipso jure est irrita, sed eis petentibus venit annullanda, *cap. bonæ, il* 2. *de elect.* Menoch. *cons.* 67. *n.* 31. Lavor. *d. cap.* 17. *n.* 17. Dummodo ante confirmationem electionis oppositio de contemptu sit facienda. Biax. *in direct. elect. p.* 3. *cap.* 7. Cuch. *d. tit. de elect. n.* 51. Si aliàs contemptus certius factus fuerit, quia si ignoraverit, poterit etiam post confirmationem contradicere. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 10. *num.* 4. & 5. Lavor. *d. cap.* 17. *n.* 14.

116 De contemptu agere potest solus is, qui neglectus, & non vocatus extitit, sive ei jus electionis competat jure communi, sive ex jure speciali, vel consuetudine. Ita ex Cuch. tradit Lavor. *d. cap.* 17. *num.* 15. & subdit idem dicendum de successore contempto, quod adeo verum est, ut nec etiam Capitulum possit facere statutum inducens nullitatem electionis propter defectum aliquorum non vocatorum. Abb. *in d. c. quia propter, num.* 12. Sigism. à Bononia *de electione, dub.* 10. *n.* 3. Lavor. *loco proximè citato.* Nec quicquam relevat, si Prælati mortem, ex qua Ecclesia vacavit, minimè ignoraverit, quia vocatio non fit ut certioretur, sed ut non vocatus agere minimè possit de contemptu. Ita Doctores *in cap. cùm inter universas, de elect.* Rendina *in prompt. recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 35. *numero* 30.

Nunc quæro, an electione irritatâ, ex quo facta 117
fuit aliquibus contemptis, contemptores pro prima vice eligendi facultate priventur applicanda contemptis dumtaxat? Gloss. magna *in c. bonæ memoriæ il* 2. *verb. expectare, de elect.* priùs in partem affirmativam inclinare videtur; deinde *in fine, vers. & quod dixi*, corrigit se, & fuit additio ad dictam gloss. concludens, quod in pœnam contemptus solùm electo facta irritati debeat, non autem privandum est Collegium facultate eligendi; nam cùm ob contemptum pœna privationis potestatis eligendi à jure statuta non reperiatur per alium, quàm per eum, qui habet plenitudinem potestatis, scilicet per Principem, imponi non debet, cùm simus in pœnalibus, & sic odiosis, & odia restringenda sint, non amplianda, juxta regulam *odia, de regul. jur. lib.* 6. Quam glossam sequuntur ibi Joan. Andr. *n.* 15. Anch. *col. ult. in* 1. *opposit.* Bald. *n.* 3. *vers. oppono si plures.* Butr. *n.* 13. Panorm. *n.* 9. *vers. secunda quæstio*, Petrus de Biax. *de elect. part.* 3. *cap.* 7. Cuch. *d. tit. de elect. num.* 52. Rendin. *in prompt. recep. sentent. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 6. Petr. Gregor. *de elect. c.* 14. *n.* 5. Jul. Lavor. *d. tit.* 4. *n.* 14.

De personis autem eligendis est generaliter annotandum de pluribus personarum generibus, quæ ad nullam possunt Prælaturam assumi, & talium electio ipso jure est nulla. Et primò valetudinarii, qui scilicet malo corporis habitu & affectu sæpe malè valent, qui non valent eligi ad Prælaturas, quia muneri sibi injuncto satisfacere non possunt, ut per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 6 *n.* 3. *cum seqq.* Suar. *tom.* 5. *de censur. disputat.* 51. *sect.* 2. *n.* 17. latè Laurent. de Peirinis *de Prælato, q.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. ubi advertit quod semel reprobatus ab aliqua dignitate propter infirmitatem, ut eam iterum possit habere, debet probare se sanum, per Gloss. *verb. recusatus, in cap. inter Canonicos, de elect. & num.* 4. addit quòd solùm prohibent Canones eos infirmos assumi, qui ex infirmitate impotentes redduntur ad exequendum officium suum, per Gloss. *verb. impotens, in cap. cùm pridem, de renunciat.* Unde ineligibiles esse eos senes, qui sunt inhabiles ad munus, ad quod assumuntur, exequendum, probatur *d. cap. nisi cùm pridem*, §. *alia verò*, Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *numero* 51. Laurent. de Peirinis *d. cap.* 4. *numero* 5. ubi *num.* 6. *cum seqq.* idem ait de leproso, laborante morbo Gallico, de illo cui ex nimia venere ceciderunt barba, & capilli, de phrhisi laborante, de podagroso continuo, de paralysi & apoplexia laborante, de morbo comitiali, seu caduco laborante, de stulto, fatuo, stolido, seu simplici, de illo qui à communi hominum statura, sive in magnitudine, sive in parvitate excedit, de carente manibus, aut digitis, de claudo, de gibboso, de cæco, de carente naso, de surdo, de muto. His tamen prætermissis, cùm infrà hoc eodem libro *cap.* 23. *de Ordine*, de eorum aliquibus agendum erit, ne utroque loco idem repetamus, lectorem ad illum locum remittimus, licèt in eo de inhabilitate

litate ad Ordines sermo sit, quia qui prohibetur ordinarii, & ordinatus suspenditur, prohibetur etiam eligi, & electus deponitur, *arg. cap accepimus, de etate, & qualit.* docent Lambertin. *de jure patron. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 11. n. 2. & art. 12. n. 4.* Laurent. de Peirinis *de Prælato, q. 2. cap. 4. n. 23.*

118 Primò non possunt ad aliquam Prælaturam, vel Dignitatem Ecclesiasticam eligi, qui sunt majori excommunicatione ligati, *capit. constitutus, de appellat. capit. postulastis, de Clerico excomm. ministr.* ubi Rebuff. *n. 85.* docet jura loquentia de collatione, habere etiam locum in electione, Lambertin. *de jure patron. lib. 2. p. 1. quæst. 9. artic. 10. numero 1.* Covar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 7. num. 1.* Navar. *in man. cap. 27. numero 21. vers. 9.* Vasq. *de censuris, lib. 2. cap 15. n. 8.* Mar. Alter. *eod. tom. 1. lib. 2. disputat. 6. cap. 3. in princ.* Camp. *in divers. jur. Canon. rub. 11. cap. 15. n. 13.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 7. q 8.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 13. n. 14.* Anton. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 4. cap. 6. n. 23.* Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disput. 5. quæst. 21. in princ.* Laurent. de Peirinis *de Prælato, q. 2. cap. 5. n. 2. cum seqq.* Jul. Lavor. *d. titul. 4. cap. 16. n. 85.* ubi intelligit, sive sint tolerati, sive non, quia *Extravag. ad evitanda*, non intendit in aliquo relevare excommunicatos; & procedit hæc resolutio, quamvis talis excommunicatus eligatur ignorantibus invincibiliter, tam electoribus, quàm ipso electo, ut benè resolvunt Avil. *de censur. part. 2. cap. 6. disp. 5. dub. 2. conclus. 2.* Lessi. *de justit. lib. 2. capit. 34. dub. 22. numero 117.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 66. n. 3.* quos refert, & sequitur Lavor. *d. titul. 4. cap. 16. numero 86.* Sed illud dictum Lavorii, salvâ pace charissimi quondam amici, non videtur receptum, quia potiùs dicendum est conclusionem procedere solùm in excommunicato non tolerato, aut nominatim denunciato, aut publico clerici percussore, juxta dicta Extravagantem *Ad evitanda scandala*; hi enim in tantùm eligere non possunt, ut si de facto eligant, electio sit nulla, secus si talis non sit, quamvis publicus excommunicatus sit, Mandagot. *de elect. p. 1. capit. 6.* Suar. *tom. 5. disput. 14. sect. 2. numero 5. & 19.* Filliuc. *tom. 1. tract. 12. cap. 6. num. 151.* Ricciul. *de jure personarum extra gremium Eccles. existent. lib. 4. cap. 3. n. 14.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 66. n. 5.* Laurent. de Peirinis *d. quæst. 2. cap. 5. num. 13.* Et eo casu de excommunicato tolerato, electio ab eo facta est ipso jure nulla, *capit. pastoralis, § fin. de appellat. cap. constitutis, el 1. eod titul. cap. 1. ne Sede vac. lib. 6.* Sigism. à Bononia *citato loco*, Ricciul. *d. cap. 4. n. 9.* Avil. *de censur. disput. 5. p. 2. cap. 6. dub. 1.* Castellin. *de elect. capit. 5. num. 16.* Laurent. de Peirinis *d. cap. 5. quæst. 2. n. 12.* sufficit autem ad hoc ut electio valida sit, quod tempore electionis electus fuerit habilis, quamvis postea dictam electionem acceptet, vel possessionem capiat tempore, quo est excommunicatus. Avil. *de censur. p. 2. cap. 6. disput. 5 dub. 6.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 7. q. 9.* Garc. *de benefic. p. 7. c. 13. à n. 35.* Campan. *d. rub. 11. cap. 15. n. 19.* Laurent. de Peirinis *d. q. 2. cap. 5. n. 8.*

119 Nullus quoque minori excommunicatione ligatus est eligendus, *cap. si celebrat. de Cleric. excom. mun.* Lancellot. *in institut. Canonic. titul. 7. qui eligere, eligive possint, §. item*, ubi Gloss. *verb. excommunicatus*, Gonzal. *ad regut. d. Cancell. gloss. 58. numero 25.* Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 22. num. 23.* Avil. *eod. tract. part. 1. cap. 6. disput. 15. dub. 4.* Suar. *tom. 5. disput. 24. sect. 2. num. 13. cum seqq.* Lavor. *d. cap. 16. num. 89.* Joan. Valer. *de differens. inter utrumque forum, verb. excommunicatio, differ. 12.* Filliuc. *tom. 1. tract. 13. cap. 2. num. 27.* Azor. *d. p. 2. lib. 6. cap. 7. q. 7.* Garcia *d. p. 7. cap. 13. n. 27.* Sigism. *de elect. dub. 65. num. 1.* Laurent. de Peirinis *d. quæst. 2. cap. 5. n. 21.* Et non quælibet minor excommunicatio sed ea tantùm, quæ ex participatione cum excommunicatis incurritur, impedit electionem in foro exterioti. Elec- 120
tores autem scienter eligentes excommunicatum minori excommunicatione, non sunt privati pro prima vice potestate eligendi, ut benè resolvunt Marius Alter. *de censur. tom. 1. lib. 3. disput. 4. cap. 5. vers. sed quæri potest.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 16. n. 92.*, quicquid dicat gloss. *verb. scienter, in d. cap. si celebrat.*

Verùm si de facto hujusmodi electio fiat de 121
excommunicato minori excommunicatione, mero jure valida erit, ut colligitur ex textu *in d. capit. si celebrat*, ibi: *Electio est irritanda quæ, donicque per sententiam irritetur, valeat.* Ita Felin. *in capit. dilecta, n. 4. ad fin. de excepr.* Suar. *tom. 5. de censur. disp. 24. sect. 2. à num. 21.* Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 1. n. 4.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 65. n. 2.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 16. n. 92.* Avil. *de censur. p. 1. cap. 6. disp. 12. dub. 4. concl. 2.* Laurent. de Peirinis *d. q. 2. cap. 5. numer. 22.* Contrariam tamen sententiam, quod ipso jure non valeat, tenet Host. cujus sententiam magis communiter receptam testatur, & sequitur Covar. *in capit. alma mater, part. 1. §. 8. n. 3.* Vivald. *in candel. aureo, tit. de excomm. n. 48.* Ugolin. *de censur. tab. 3. cap. 6. §. 3.* qui moventur ex ratione, quam reddit textus ille *in d. capit. si celebrat*, quæ videtur concludere, non solùm illicitam & irritandam, sed ipso jure invalidam esse electionem hujusmodi; si quidem ad ea suscipienda eligitur, à quorum susceptione privatus est. Ad dicta verba textus ibi, *irritanda*, respondent secundùm subjectam materiam esse explicanda, *irritam esse declaramus*, & ita nonnullis aliis locis Glossatores explicarunt Glosam ultimam *in cap. & si Christus, de jurejur. cum similibus.* Sed priori sententiæ adhærendum existimo, quod scilicet electio mero jure valeat, tum ex verbis illius textus *in d. capit. si celebrat*, quæ non possunt sine cavillatione aliter intelligi: tum quia ex ratione manifesta id comprobatur, vel enim hujusmodi electio est nulla ipso jure, vel speciali Juris Pontificii constitutione vel ratione subjectæ materiæ, & ex defectu alicujus causæ essentialis. Juris Pontificii auctoritas necessariò non excludit, si advertas electum ad beneficia non directè eligi ad Sacramenta suscipienda, sed potiùs ad ea conferenda subditis, atque ita licèt aliquando contingat necessarium esse suscipere, ut aliis conferat, hoc tamen non est, quod directè & principaliter agitur, & per consequens stando in mero juris rigore, illud quod minùs principale est, attendi non debet, nec sufficiebat ad actum annullandum ex regula legis 1. ibi, *prima enim ratio, ff. de auctoritat. tut.* cum multis quæ adducit Mantua *Paralip. dialog. 47.* Ex quibus atque etiam ex ratione, quod lex Canonica solùm irritanda decernat, & pœnæ extendendæ non sint, reg. *In pœnis, de reg. juris lib. 6.* cum vulgaribus, meritò sequitur veriorem esse in rigore primam opinionem contra communem.

Utrùm autem electio ignoranter facta de mino- 122
ri excommunicatione ligato, valida sit? Quæstio est dubia, in qua partem affirmativam tuetur Gloss. *verb. scienter, in d. cap. si celebrat*, quam se-

Biblioteca de Ciències Socials

quuntur ibi Doctores communiter, ut teſtantur Cov. *d.* § 8. *n.*3. Vivald. *d. tit. de excommunic. n.*49. Ugolin. *d.* § 2. *n.*2. Suar. *d. ſect.*2. *ex num.*15. Qui eo moventur fundamento, quia in iis, quæ reſpiciunt ipſius excommunicati commodum, nihil refert an actus fiat ſcienter, aut ignoranter, juxta doctrinam Innoc. *in cap. cùm dilectus, de conſuetud.* junctis iis, quæ citca Extravagantem *Ad evitanda ſcandala*, notant Doctores. Facit regula textus *in l. ignorantia* 7. *ff. de juris & facti ignor.* dum probat ignorantiam acquirere volentibus non prodeſſe; & per conſequens cùm valere electionem interſit excommunicati volentis acquirere beneficium, ad quod electus eſt, meritò quod ipſe, vel electores excommunicationem ignoraverint, prodeſſe non debet quo magis valeat electio. Confirmatur deinde, quia ratio, quam textus reddit, videtur ponere defectum in perſona ipſius electi, quem habilem reddere non poteſt ſola ignorantia: ac ſubinde cùm ratio generalis ſit, per eam ampliari debet deciſio etiam ad ignorantes, juxta legem *regula* §. *fin.* ibi, *Conſtitutionis initium generale eſt*, *ff. de juris & facti ignor.* cum aliis, quæ latè exornant Card. Mantic. *de conjecti. ultim. volunt. lib.*6. *tit.*14. *numero* 10. Alvarad. *de conject. mente defuncti*, *lib.*4. *cap.*4. *à princ.* Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*5. *num.*9. Contraria vero ſententia, videlicet quod electio ignoranter facta de ligato minori excommunicatione valeat, tenet Raym. gloſſator antiquus, quem refert & ſequitur Sylveſt. *in ſum. verb. excommunicatio* 4. *n.*4. & plures, quos etiam ſequitur Henriq. *in ſum. lib.*13. *c.*3. §.3. *juncta lit. V. & ſeq.* Moventur primò auctoritate dicti capitis *ſi celebrat*, *in verſ. ſi tamen*, ibi, *ſcienter*; & per conſequens ad ignorantes trahi non debet, juxta regulam textus *in cap. pœna, de pœnitent. diſt.*1. *cum ſimilibus.* Secundò confirmatur, quia ratio quâ utitur Pontifex *in eod. cap. ſi celebrat. verſ. per ſe*, non concludit, nec ponit, defectum in cauſa aliqua eſſentiali, qui ſufficeret ad electionem invalidandam, & per conſequens, cùm ſit lex nova, & pœnam imponat, ſuccedit regula *quæ à jure*, cum vulgaribus, quæ docet ex identitate rationis in pœnalibus, vel exorbitantibus, non fieri extenſionem de caſu ad caſum. Nec hac ſecundâ opinione retentâ obſtant quæ pro communi adduximus, ſi advertas aliud eſſe quærere, an quando actus nullius eſt propter juris impedimentum, vel perſonæ inhabilitatem valeat actus ab ignorante geſtus, eoque caſu eſt veriſſimum; ignorantiam non prodeſſe, quia habilem non facit eum, qui ex juris impedimento habilis non eſt; & procedit prædicta doctrina Innocent. *in dicto capit. cùm dilectus*, *numer.*5. *de conſuet.* quam ſingulariſſimam dicit Felin. *in cap. Rodulphus*, *numero* 43. *poſt med. de reſcriptis*, & propterea collationem beneficii factam excommunicato ignoranter, invalidam eſſe, meritò reſolvit *Gloſſ. penultima ad med. in dict. cap. Apoſtolica*, *de Clerico excommun. miniſtr.* recepta per omnes *ibi*, ut teſtatur Covar. *in capit. alma mater*, *part.*1. *numero* 3. Aliud verò eſt quærere, an pœnæ per legem impoſitæ ſcienter facientibus extendi debeant ad ignorantes? In quo caſu certum eſt ad ignorantes probabiliter non extendi, neque etiam ſecundum magis receptam ſententiam ad ignorantes craſſè, ut reſolvit Gloſſ. *verb. putabat*, per textum *ibi in l.*1. §. *ſi quis*, *ff. ne vis fiat ei*, cum multis aliis, de quibus Tiraq. *de pœnit. temper. cauſa* 14. *n.*7. & fatetur D. Barboſ. *in prælud. l. ſi mora*, *n.*9. *ff. ſoluto matrim.*

Secundò, ſuſpenſi, *capit. cùm dilectus*, ubi Gloſſ. *verb. à ſuſpenſis*, *de conſuet. cap. quia diverſitatem*, *de conceſſ. prabend.* Lambert. *de jurepatr. lib.*2. *p.*1. *q.*2. *art.*5. *n.*2. Petr. Gregor. *ad tit. de elect. cap.*7. *n.*7. Caſtellin. *de elect. cap.*5. *n.*13. Ricciul. *de jure perſon. lib.*4. *cap.*3. *n.*9. Lavor. *d. tit.*4. *cap.*16. *n.*93. Fernandez *d. p.*4. *cap.*7. §.2. *num.*8. Mar. Antonin. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*19. *num.*2. ubi etiam Navarr. *in man. cap.*27. *n.*163. *verſ. ſeptimò*, reſolvit ſuſpenſum peccare acceptando electionem. Vivianus *in praxi Juriſpatronatus*, *lib.*6. *cap.*1. *num.*16. Ego *ad d. cap. cùm dilectum*, *num.*12. Quod intelligendum eſſe de ſuſpenſo denuntiato nominatim, reſolvunt Emman. Sà *in aphoriſm. verb. ſuſpenſio*, *n.*14. Suar. *d. tom.*3. *diſp.*26. *ſect.*2. *n.*2. Bonac. *de cenſur. diſp.*3. *q.*6. *punct.*4. *n.*7. Laurent. de Peitinis *d. q.*2. *cap.*5. §.1. *n.*33. 123

Tertiò interdicti, & irregulares, *cap.*1. *de poſtul. Prælat. cap. cùm inter R. de elect. cap. cùm ex eo, eod. tit. in* 6. *cap. ex parte*, *cap. miramur*, 24. *q.*1. *cap. ſi qui*, §. *is verò*, *de ſent. excom. lib.*6. Fernandez *d.* § 2. *n.*8. Lavor. *d. cap.*16. *n.*96. Paul. Layman. *in Theolog. Moral. lib.*2. *tract.*5. *cap.*3. *n.*3. *verſ. ſecunda*, ubi quod Clericus perſonale, aut locale interdictum violans exercendo actum ſacri Ordinis, vel celebrando divina Officia, fit ineligibilis, de quo etiam Laurent. de Peitinis *d. quæſt.*2. *cap.*5. §.1. *n.*40. ubi *n.*41. tenet, quod electio facta in loco interdicto, & tempore interdicti à ſervantibus interdictum, valet: & §.3. *n.*44. reſolvit irregularem eſſe ineligibilem, in tantum quod ſi eligatur, electio eſt ipſo jure nulla, per caput *ſi eo tempore, de reſcript. lib.*6. *& cap. is qui, de ſentent excom. eod. lib.* & *n.*45. intelligit procedere etiam in ignorante ſuam irregularitatem: & *n.*46. ait, quod iſte irregularis eligi non valet, etiamſi præcedat abſolutio à cenſuris per clauſulam *Teque abſolventes.* 124

Quartò, qui non eſt ex legitimo matrimonio, de quo Peitinis *tom.*2. *de Prælato*, *quæſt.*2. *cap.*5. §.9. aut non ætatis legitimæ, & ſufficientis ſcientiæ, & cui obſtat aliud Canonicum impedimentum ad Ordines, in quo electores diſpenſare non poſſunt, de quibus ſingalis infrà *hoc eod. lib. capit.*33. *numero* 94. *cum ſeq.* Ut de vitiato magnâ deformitate corporis, quæ inducat ſcandalum, dicit Caſtellin. *de elect. Canon. capit.*11. *num.*29. & 30. ubi *numero* 32. per caput *tua, de homicid.* ſubdit eſſe ineligibilem Religioſum, qui chirurgiam exercuit, ex qua ſequuta fuit mors: idem de ſimoniaco per caput *ſi alicujus, de elect.* & de homicida, & diſcedente à ſuo monaſterio pro quocunque crimine, etiam levi, & occulto, & de pœnitente publico, & neophyto, ut de iſto ultimo Laurent. de Peitinis *de Prælato*, *quæſt.*2. *capit* 5. §.6. *numero* 82. *cum ſeqq.* & §.7. diſputat, an qui abjuravit in S. Inquiſitionis Officio, poſſit eligi ad dignitates Eccleſiaſticas. 125

Quintò, qui ſemel ob vitium perſonæ eſt rejectus, non poteſt amplius eligi, niſi ſit ſpecialiter reſtitutus, *cap. ſuper eo, de elect.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Præl. tom.*2. *quæſt.*23. *art.*11. *concl.*5. *verſ. circa ſextum*, Lavor. *d. tit.*4. *cap.*16. *n.*117. Tamburin. *d. tom. diſp.*5. *q.*21. *n.*4. 126

Sextò, qui alteri Prælaturæ incompatibili eſt alligatus, eligi quidem non poteſt, ſed poterit poſtulari, *cap. fin. de poſtulat. Prælat.* Ita nec poteſt quis duas electiones de ſe factas proſequi, ſed unam, quam maluerit, tenetur eligere, *cap. ſciant cuncti, de elect. in* 6. 127

Septimò, Regulares pœnitentiari à ſancto Officio 128

ficio ad dignitates & prælaturas omninò inhabiles sunt, etiamsi pœnitentias compleverint, ut in sequenti Decreto de anno 1616. emanato. [In generali Congregat. S. R. & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram S.D.N. Urbano divinâ providentiâ Papa VIII. & Illustr. DD. S.R.E. Card. in universa Republica adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis, S.D.N. justis de causis animum suum moventibus decrevit, & statuit, ut in posterum Regulares omnes cujuscunque Ordinis Religionis, Societatis, & instituti, quibus pro delictis ad sanctæ Inquisitionis officium spectantibus pœnitentiæ genus aliquod impositum fuerit (salutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus, & officia inhabiles censeantur deinceps (etiamsi pœnitentiæ tempus expleverint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoveri nullatenus possint, nisi priùs obtenta à S.D.N. vel ab hac sacra Congreg. coram Sanctitate sua habenda, speciali & expressa rehabilitatione, aliàs promotio quælibet nulla sit, & promoventes ipsi privationem suorum beneficiorum, ac præterea vocis activæ & passivæ ipso facto incurrant, ad quæ restitui nisi ab eodem S.D.N. vel ab eadem S. Congreg. coram Sanctitate sua habenda non possint. Præsens autem Decretum omnibus Religionum Superioribus intimari mandavit idem S.D.N. &c.] Referunt Laurent. de Peirin. *tom. 2 privileg. sui Ordinis Minim. in annot. ad constit. 9. Pauli V. n. 29. pag. 337.* Tamburin. *d. disp. 5. q. 21. n. 17.*

Omnis igitur electio facta de eo, qui aliquo ex
129 his impedimentis tenetur, irrita est ipso jure, *d. cap. cùm dilectus*, juncta Gloss. *verb. cessavimus*: propter minorem verò excommunicationem, aut malos mores electio est per sententiam irritanda, *d. cap. si celebrat, de Clerico excomm. minist.* Ubi verò irrita est ipso jure, electores eligendi potestate pro ea vice privantur, & suspensi sunt triennio ab ejusdem Ecclesiæ beneficiis, *cap. cùm in cunctis, de elect. cap. 1. in fine*, ubi gloss. *de postulat. Prælat.* In casu tamen, quo eligitur alterius Ecclesiæ Prælatus, non incurrunt electores hanc pœnam, nisi electionem, non admissâ postulatione, tenere voluerint, si videlicet ob vitium personæ admissa non fuerit, *capit. 2. de postulat. Prælat.* Ex his colligi poterunt casus, in quibus aliquis activâ & passivâ simul electione privatur, & talis omni jure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capitulo, & jure patiendi vocem datam de ipso à Capitulo, & Conventu, & Collegio, quoad ea, quæ sibi sunt onèri, & pœnæ, privatus censetur. Navar. *cons. 6. de elect. in antiq.* aliàs *cons. 6. de verbor. signific. in novit*, Sayr. *in floribus decision. sub illo titul. de elect. decis. 6.*

Ad probanda autem impedimenta electi, etiam
130 laïci & fœminæ admittuntur; eorum tamen testimonio non statur, si de fama tantùm & auditu deponant, *cap. tam litteris, de testib.* Illi tamen, qui
131 indignum, aut excommunicatum sola confessione eligunt, non incurrunt pœnas, quæ in jure eligentibus indignos decernuntur, quia pœnæ pertinent ad forum externum. Ita Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 16. n. 6. in fin.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prec. 2. lib. 6. cap. 2. n. 7. in fin.*

Et notanda sunt duo circa eligendas personas.
132 Primum est, quod olim unus de gremio ipsius Ecclesiæ erat ad prælaturam, vel dignitatem eligendus, quandiu in ea reperiretur idoneus, *cap. cùm inter Canonicos, cap. cùm dilectus, de elect.* Verùm si aliundè aliquis idoneus assumatur, valeret omninò electio Gloss. *verb. aliam, in d. cap. inter Canonicos*, Selu. *de benefic. p. 3. q. 23 n. 2.* Franc. Marc. *decis. 368. p. 1.* Navar. *cons. 6. n. 1. de elect. in novis*, Sahag. *in cap. eam te, n. 30. de rescrip.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficia*, §. 8. Et ideo electionem factam à 133
majori parte, & saniori Collegii, semper prævalere, sive electus sit ex propria Ecclesia, sive ex aliena, resolvunt plures quos refert Rendina *in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 36. n. 2.*

Aliud est notandum, quod scribit S. Hieronym. 134
relatus *in cap. quoscunque, 1. q. 1.* [Revera, inquiens, qui ad hoc eliguntur, ut cæteris præsint, sicut præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate, alioquin cur cæteris præferuntur, qui nullâ meritorum gratiâ à cæteris assumuntur?] Unde notat benè Chassan. *in catalogo gloriæ Mundi, p. 1. consid. 60.* quod homo non debet gloriari appetendo honorem terrenum non sibi debitum, quoniam ad honores mundi sine suffragio temporis, aut sine merito labotis velle promoveri dicitur ambitio, quæ non est permissa, cùm sit inordinatus appetitus honoris terreni, & amplitudinis, dignitatis, *cap. miramur, in fin. 6. dist.* Et ideò, ut dicit S. Thom. 2. 2. *quæst. 131. art. 2.* & Alex. de Ales *in 2. p. sum. in tract. de ambitione*, est peccatum, quia cùm honor sit præmium virtutis, Aristot. 4 *Ethic.* ambitiosus desiderat præsidentiam & regimen, quod non debetur nisi virtuosis, & per consequens non sibi imò etiamsi esset Sanctus, ex ambitione sit indignus, *cap. principatus, 1. q. 1.* & eligens indignum, ex quo multæ malæ 135
gubernationes oriuntur, non peccat nisi unum pec- 136
catum eligendo scilicet. Nav. *in man. cap. 11. n. 4.* Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. eligere 1.* Electus verò peccabit mortaliter, si admittat officium, cujus est indignus, si ex tali admissione aliquod damnum Reip. sequi possit, licèt eum effectu non sequatur. Ita post S. Antonin. *in sum. p. 2. in 5. cap. 6. §. 3. col. 1.* resolvunt Nav. *in cap. inter verba, 11. q. 3. corol. 13.* Burg. de Paz *l. 2. Tauri, n. 91. & 92.* D. Solorzan. *in suo memoriali, seu discursa informativo juridico, historico, politico, n. 68. & 69.*

Illud tamen scire oportet, eligentes non aliter 137
suæ obligationi satisfacere, quàm si eligant illum, qui majoribus juvatur meritis, ut probat textus *in cap. si fortè 63. dist. & in Auth. de Monachis, §. ult. collat. 1.* optimè Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 1.* resolvunt Rebuff. *in praxi, tit. requisita ad bonam collat. à n. 23.* Sot. *de justit. lib. 3. q. 9. art. 1.* Sarmient. *de reddit. b. p. 1. cap. 4. n. 2.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. electio indigni*, Cov. *in reg. peccatum, p. 2. §. 7. n. 5.* ubi Communem dicit. Quicquid contrarium teneant Gloss. *verb. qui præstantur, in d. cap. licèt 8. quæst. 1.* gloss. *pen. in cap. 2. de officio custod.* Gloss. *verb. magis, in cap. constitutis, de appellat.* plures citati à Lambert. *de jure patron. lib. 2. 1 p. quæst. 10. art. 3. n. 6.* Padil. *in l. cùm quidam, n. 19 ff. de legat. 2.* Quibus non favet textus *in cap. cùm nobis, vers. illius, de elect.* siquidem textus ille tantùm convincit factam electionem de digno, prætermisso digniori, validam esse, cujus rei eam rationem reddit S. Thom. 2. 2. *q. 63. art. 2. ad 3.* quia aliàs omnis electio, vel præsentatio calumniam pateretur, daretúrque locus penè infinitis litibus, si electiones eo prætextu revocari permitterentur: quod quidem neque tolerandum, neque Reipubl. Christianæ convenire testantur jura, de quibus Covar. *d. §. 8. n. 4. & seq. 7.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. n. 47.* (nisi quando per concursum & oppositionem beneficii provisio esset facienda, ut alibi diximus.) Id tamen non pro- 138

cedit in beneficiis simplicibus, & sine cura; in eis enim sufficit quod dignus eligatur, etiam omisso digniore: nam Concil. Tridentin. *citato loco*, & ibidem *cap.* 18. de Episcopalibus, & Cutatis tantùm loquitur, & ita docet Petr. Navarr. *de restit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 172. *& à n.* 182. quem sequitur Gutier. *Can. qq. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 12. *&* 28. subdens quod si aliud diceremus, omnes ferè Prælati essent in statu damnationis, providentes digni beneficia simplicia, prætermissis dignioribus. Vega *in summ. p.* 2. *cap.* 17. *casu* 1. Petr. Ledesma *in sum. p.* 2. *tract.* 7. *c.* 2. *conclus* 7. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7 *cap.* 16. *num.* 17. juvant quæ tradunt Less. *de justit. lib* 2. *cap.* 34. *dub.* 14. licèt contrarium doceat Vasq. *in opusc. moral. tract. de benefic. n.* 78.

139 Ad restitutionem verò non tenetur quis, si omisso digniore dignum eligat; nam restitutio tunc necessariò requiretur quando alicui damnum est illatum in re sibi debita ut propria, non verò in debita ut communi; quia, ut inquit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 16. *art.* 1. *ad* 3. alio modo debetur alicui quod est commune, alio modo quod est proprium: & in hoc casu Princeps, vel alius Prælatus dignioremomittens officio publico, vel beneficio Ecclesiastico, non infert ei damnum in re communi, & sic peccat contra justitiam distributivam, quæ ad restitutionem non obligat. Ita docent Sot. *de just. lib.* 4. *q.* 6 *art.* 3. *concl.* 2. Cov. *in d. reg. peccatum, p.* 2. *§.* 7. *n.* 6. Navar. *in man. cap.* 17. *n.* 72. Perez *in l.* 2. *tit.* 6 *lib.* 1. *Ordinam.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 57. Spin. *in speculo testam. gloss.* 18. *princ. n.* 9. *&* 10. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 11. *à n.* 47. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 4. *vers. quarto*, Petr. Navar. *de restit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 138. *&* 143. Ceval. *commun. contra communes, q* 659. *n.* 12. Less. *de justit. lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 15. & magis placet Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 15. *quæst.* 12. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. electio, differ.* 1. *n.* 2. sequitur Rebell. *de obligat. lib.* 3. *quæst.* 4. *&* 5. Quidquid contrarium doceant aliqui, quos refert Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 16. *n.* 30.

140 Non dubito tamen, Prælatum promoventem indignum teneri ad interesse Ecclesiæ, quam læsit, *cap. tales, dist.* 23. Felin. *in cap. si quando, n.* 13. *de rescript.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxorem not ab.* 2. §. 26. *n.* 11. quos refert Illustrissimus D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad d. cap. tales, n.* 2. Joan. Valer. *de different. inter utrumque for. verb. electio, diff* 1. *n.* 3.

141 Utrum autem quando per concursum & oppositionem beneficii provisio facienda sit, teneatur quis ad restitutionem, si omisso digniore dignum eligat? Quæstio est dubia, in qua pars negativa ex eo suadetur, quia per edictum, seu oppositionem tantùm promittitur beneficium, præbenda, seu cathedra ipsis oppositoribus; & inter ipsos illi, qui secundùm formam oppositionis, dignior fuerit judicatus; atque ideò licèt verum sit, quod ex eo habent jus quæsitum oppositores contra illos, qui oppositores non sunt, etiam dignissimos, non tamen inter ipsos habet ille jus quæsitum, qui verè dignior est; non enim promittitur beneficium, nisi tantùm illi, qui fuerit electus à majori parte secundùm formam oppositionis; is enim dignior reputatur. Unde quamvis lex præcipiat ut eligentes verè digniorem eligant, tamen si contra fiat, læditur solùm justitia distributiva, quæ ad restitutionem non obligat, ex S. Thoma. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 1. Ex quibus hanc opinionem tenent Martin. Ledesma 2. 4. *quæst.* 18. *art.* 2. *ad fin. vers. secunda conclusio*, Navar. *in man. cap.* 17. *n.* 74. *vers. nec obstat*, Mercado *de contract. lib. lib.* 6. *cap.* 18. *§. y assi dizen los Theologos, vers. esto no lo sigo*, Nicol. Garc. *d. part.* 7. *capit.* 16. *n.* 43.

Verùm pars affirmativa, videlicet quod teneatur quis ad restitutionem, si dignum eligat omisso digniori, quando per concursum & oppositionem provisio facienda est, videtur verior; quia ex hujus edicti propositione quidam quasi contractus obligatorius inter digniorem, & electores resultat, ex quo oritur obligatio, prout in casu subhastationis, in qua promittitur res plus offerenti, ut concludit Bart. *l. licitatio. ff. de publican.* unde omittens digniorem censetur offendere non solùm justitiam distributivam, verùm etiam commutativam ortam ex illo quasi contractu, & ex fide in illo data. Juvat, quia eligentes constituuntur Judices à lege inter oppositores, ut illos examinent, & digniorem suo suffragio declarent; atque ideo si scienter iniquè judicent minùs dignum esse digniorem, veluti lædentur in jure quæsito, ad restitutionem tenebuntur, juxta illa, quæ de Judice injustè judicante resolvunt communiter Doctores: & ita in specie tradunt Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 59. Barth. de Medina *in instruct. Confess. in præcepto*, §. 32. Petr. Navar. *de restitut. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 178. Gutier. *Canonic. l.* 2. *cap.* 11. *n.* 55. *cum seqq.* Vasq. *in opus. moral. tract. de benefic. num.* 117. Fernandez *in examine Theolog. Moral. p.* 4. *cap.* 4. §. 1. *n.* 2. *&* *cap.* 7. §. 2. *numer.* 11. Ego ipse *de officio & potestat. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 6. *num.* 68. 142

Superest nunc videndum, an, & quando Prælati, vel alii eligentes possint negare suffragia illi, quem ex sola confessione indignum agnoverunt absque violatione sigilli sacramentalis? In quo dubio puto eos turâ conscientiâ posse non eligere ad officia, & beneficia publica, & negare suffragia ad hujusmodi officia eis, quos noverint ex confessione indignos. Ratio est, quia alioquin daretur occasio indignis utendi cautelis injustis, ut eligantur, & plerumque non sine magna injuria Sacramenti, faciendo scilicet confessionem suæ indignitatis cum electoribus: tum quia Confessarius solùm obligatur ex sigillo ad non manifestandam personam sibi confessam: ergo tacita persona, & non manifestata, poterit, uti notitiâ relictâ ex ipsa confessione ad bonum commune, ad bonum proximi, ad bonum ipsius pœnitentis. Et ideò ita docent Sot. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 5. *ad finem, vers. de his autem subditorum officiis, & de tegendo secreto memb.* 2. *q.* 4. *post* 5. *concl. dub.* 1. Sylvest. *verb. Eucharistia* 3. *q.* 5. §. 7. Barthol. Ledesma *de Pœnit. dub.* 32. *concl.* 7. *ad medium*, Navar. *cons.* 75. *num.* 5. *de Regularib. in antiq.* aliàs *cons.* 3. *numer.* 5. *de statu Monach. in novis, & in cap. Sacerdos, de Pœnit. dist.* 6. *numer.* 146. & ibi Turrecr. *art.* 1. *n.* 10. Rebuff. *in cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. §. suscipiens reverenter, vers. octavò non debet*, Vivald. *in candel. aureo, p.* 1. ubi *de sigillo, num.* 20. Jacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *numer.* 5. *cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *capit.* 68. *concl.* 6. *num.* 6. Gutier. *de Matrim. cap.* 61. *numer.* 10. Vasq. *de pœnit. q.* 93. *art.* 4. *dub.* 8. *num.* 5. *&* 7. Pesant. *in addit. ad* 3. *p. quæst.* 11. *ad fin. dispur.* 6. Fernandez *in examine Theolog. Moral. p.* 3. *cap.* 6. §. 9. *n.* 28. *in fine.* Non obstat quod Confessarius scit peccata sibi confessa ut Deus, quia illa scientia subjectatur in intellectu humano, & ex hac parte est humana; ac proinde poterit eligens illâ uti ad dirigendos actus externos, quando sine alterius injuria, & sine justo, atque rationabili scandalo uti potest, prout in præsenti casu accidit, 143

dit, quia apud alios non potest esse suspicio peccati confessi, ut supponimus, nec inde sequitur injuria, aut pœnitentis damnum, cùm ille non habeat jus petenti tem gratuitam. Limitatur tamen hæc resolutio, quando unus ab omnibus creditur longè dignior cæteris, quia tunc repulsio illius justam suspicionem aliis præbet revelationis ipsius sigilli sacramentalis. Ita Sylvest. *verb. Confessio* 3. *n.* 9. Sot. *dict. membr. quæst.* 4. *dub.* 1. *post concl.* 5. Navar. *in dict. cap. Sacerdos, n.* 146. Henriq. *in sum. lib.* 3. *de Pœnit. cap.* 23. §. 4. Declaratur verò eadem resolutio, ut non teneatur eligens (licèt possit licitè) uti scientiâ confessionis ad deneganda suffragia indigno, casu quo teneretur, si extra confessionem conscius esset indignitatis illius, ut multis rationibus comprobant Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 16. *n.* 6. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prec.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *n.* 17. *cum seqq.* qui tamen contrariam sententiam probabilem fatentur.

144 Nunc circa tempus faciendæ electionis sciendum est primò, quod Prælati electio fieri non debet antequam mortuus prædecessor traditus sit sepulturæ, quando scilicet per mortem vacavit Ecclesia, *capite nullus*, 79. *dist. capite bona, il* 2. *de elect.* Petrus de Biaxio *in direct. electionis, parte* 3. *capite* 2. Petrus Gregor. *ad titul. de elect capite* 13. *numer.* 25. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 11. *n.* 4. Franc. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 52. *artic.* 13. *in princip.* Lavor. *d. tit.* 4. *cap* 18. *n.* 10. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 1. *conclus.* 1. ubi subdit, quod si antequam mortuus Prælatus sepulturæ tradatur, ad electionem novi procedatur, nihilominus valet electio, præcipuè si tales accedere possint circumstantiæ, quod electio statim, etiam ipsâ eadem die fit facienda, & omnis cunctatio abjicienda & repellendâ, non expectatâ corporis sepulturâ, ut in casu quo timeatur aliqua magna vis & violentia alicujus magni Principis, aut aliquæ ipsius litteræ, quæ valeant, aut possint justam, atque legitimam impedire electionem.

145 Secundò, quod statuit Innocentius III. in generali Concilio, de quo *in capite* 41. *de elect. Ne pro defectu Pastoris gregem Dominicum lupus invadat, aut in facultatibus in Ecclesia viduata dispendium patiatur*, ut in Cathedralibus, & Regularibus, Ecclesiis teneantur electores, legitimo impedimento cessante, intra tres menses Prælatum eligere, *capite post quam*, 50. *dist. c. obeuntibus*, 63. *d. ſ.* Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 18. *ex n.* 12. *&* 24. quibus elapsis ad Superiorem devolvitur electio, ut suprà vidimus. Fr. Ludov. Miranda *d. q.* 23. *art.* 10. *concl.* 2. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.* 7. *n.* 4. ubi subdit, quod hoc tempus non incipit currere, nisi à die certæ vacationis. De tempore autem electionis ad Parochiales Ecclesias, & ad cætera Ecclesiastica beneficia videbimus infrà *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 105. *cum seqq.*

146 Tertiò, quod factâ electione tenentur electores intra octo dies petere ab electo consensum, quem intra mensem à die præsentationis ejusdem electionis tenetur præstare, alioquin ea electione ipso jure privatur, *cap. cupientes, §. cæterùm, de elect. lib.* 6. Lr. Ludovicus Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 10. *conclus.* 5. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 18. *n.* 16. Tamburin. *d. q.* 7. *n.* 50. Laurent. de Peirinis *de privileg. Regul. tom.* 3. *in additam. cap.* 9. *num.* 21. *pag.* 446. ubi etiam, quod non currit tempus nisi à die, quo commodè consentire poterit. Et qui

147 semel electioni de se factæ renunciaverit, non est amplius audiendus, *cap. in præsentia, de renunciat.* Flamin. Paris. *de renunciat. benef. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 16. Lavor. *dict. cap.* 18. *n.* 33. Electores verò si consensum intra terminum prædictum non petant, eo ipso suspensi sunt per triennium ab omnibus ejusdem Ecclesiæ beneficiis, quod quidem in Cathedralibus, & Regularibus Ecclesiis locum habet, ut legitur *in dict. capite Ne pro defectu.* Denique post præstationem consensus, petenda est confirmatio intra trium mensium terminum, & demùm consecratio facienda, ut suprà *hoc eod. lib. cap.* 9. *in princ.* videbimus.

Modus, vel forma faciendæ electionis est triplex 148
de jure communi, videlicet per scrutinium, per compromissum, & per communem inspirationem, aliter autem facta electio ipso jure est nulla, ut colligitur ex textu optimo *in cap. quia propter, de electione:* & de his electionum modis vide Petr. Gregor. *ad tit. de elect. cap.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 51. *art.* 1. Azor. *instit. moral. part.* 2. *l.* 6. *c.* 14. *quæst.* 11. Ludovic. Miranda *d. tom.* 2 *q.* 23. *art.* 2. Lavor. *d. tit.* 4. *c.* 19. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.* 5. *&* 6. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 4. *n.* 5. Castellin. *in simili tract. cap.* 1. *n.* 3. *vers. forma igitur*, Bonacin. *de legitima Summi Pontif. elect. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 1. *cum seq.* Rot. *in causa Metensi Monasterii*, 5. *Julii* 1611. *& in Trevirensi Abbatia S. Maximi*, 20. *Novembr.* 1624. *&* 24. *Januarii* 1625. *coram R. D. meo Coccino*, quæ decisiones impressæ reperiuntur apud Castell. *de elect. cap.* 4. *prope fin.* Joan. Anton. Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud.* 8. *à num.* 50. *secundiem Romanam impress.* Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 41. *n.* 96. *cum multis seqq.* & apud Tamburin. *d. disput.* 5. *q.* 1. *post n.* 6. *&* *q.* 25. *post n.* 2.

Verbum autem *d. cap. quia propter*, sunt hæc: 149
[Quia propter diversas electionis formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent Ecclesiis viduatis, Statuimus ut cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter inquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto; ut his collatione habitâ eligatur, in quem omnes, vel major & sanior pars Capituli consentit, vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ provideant de Pastore, aliàs electio facta non valeat, nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata.]

Quamvis enim ex verbis relatis colligi videatur textum illum agere de electione Episcoporum, dum de viduata Ecclesia facit mentionem, cùm soli Episcopi sint sponsi Ecclesiarum, *c. sicut.* 21. *q.* 1. Regulares tamen Ecclesiæ viduatæ quoque dicuntur, cùm sine Pastore remanent, mortuo scilicet Prælato earum sponso, *d. c. ne pro defectu, officii,* 151
de elect. ubi Abbates Pastores nuncupantur, & Regularium Prælatorum electiones in multis Epis- 152
coporum electionibus comparantur, *c. cupientes, eod. tit. lib.* 5. Sylvest. *in sum. verb. Electio* 2. *n.* 2. *vers. præterea*, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 84. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 1. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 19. *n.* 5. Tamburin. *d. disput.* 5. *q.* 5. *n.* 2.

Et ideo forma dicti capitis *quia propter*, servanda 153
est, non solùm in electionibus Episcoporum, de quibus expressè loquitur, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, qui habent jurisdictionem generalem in dictis Ecclesiis; sed etiam in electione Abbatum, ut tenent ibi Joan. And. *n.* 59.

Biblioteca de Ciències Socials

Bellam. *in princ. n.* 3. Abb. *n.* 7. *in fine, & n.* 8. Butr. *n.* 10. Rot. *decis.* 5. *in princip. junctis n.* 2. *de elect. in novis.* Gregor. Lop. *l.* 19. *verb Obispar, tit.* 5. *part.* 1. Fr. Marc. *decis.* 992. *n.* 1. *lib.* 1. Cuch. *instit. major. lib.* 4. *tit. de elect. n.* 279. *in fine,* Colm. *in pragm. sanct. tit. de elect. verb. Abbatis, pag. mihi* 86. Canil. *de elect.* §. *& hac de Episcop.* Seraphin. *decis.* 647. *n.* 4. Jodoc. Lotich. *in thesauro utriusque Theologiæ, verb. electio in forma scrutinii, vers. ostavò hæc forma,* Sigism. à Bononia *de electione, dub.* 7. Rendi a *in promptuario recept. sent. tom.* 1. *tit.* 1. *n.* 2. Ludov. Miranda *d. q.* 23 *art.* 5. *concl.* 1. Novar. *in lucerna Regular. verb. electio, n.* 12. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 3. *eod. verb. n.* 2. & antea *tom.* 1. *cap.* 13. *n.* 11. *& tom.* 2. *cap.* 12. *n.* 25. & fuit resolutum *in dict. Metensi Monasterii, vers. quodautem, & in dict. Treverensi Abbatiæ, in princ. & in Metensi Abbatiæ,* 4. *Februarii* 1628. *coram R. P. D. Dunozetto:* quidquid Rofred. *de libellis, tom.* 2 *super Iure Pontif. p.* 1. *tit. quid sonet hoc nomen Abbatis, &c. n.* 8. *litt. G, fol. mihi* 633 dicat de mandato Papæ judicatum fuisse formam illius capitis non esse servandam in electione Abbatis, quia hoc est nomen sollicitudinis, non tamen est Pater.

154 Immò etiam in electione Regularium Prælatorum, sicut resolvunt *gloss.* 1. *in dict. cap. quia propter,* ubi Abb. *n.* 7. *vers. circa, & n.* 8. *vers. & placet,* Rot. *d. decis.* 5. *in princip. de elect. in novis.* Franc. Marc. *d. decis.* 991. Ludovic. Miranda *d. concl.* 1. Rot. *in d. Metens. Monasterii, vers. quod autem,* Suar. *d. relig. tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 5. Castellin. *de elect. canon. cap.* 1. *à n.* 1. Tamburin. *d. q.* 5. *n.* 1. Lavor *d. tit.* 4. *cap.* 19. *n.* 4. ubi *n.* 8. subdit non licere Provincialibus, seu Definitoribus discedere à forma dicti capitis *quia propter,* in electionibus Priorum, Guardianorum, & similium: & *n.* 6. quod dicta non est attendenda in electione Definitorum, Discretorum, & hujus-
155 modi: & demùm, quod in istorum Guardianorum electionibus servanda sit forma dicti capitis *quia propter,* reprobata Fr. Fmman. & Miranda, latè probat Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 7.

156 Hos autem Abbates, & Regulares utriusque sexus, Prælatos eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, districtè præcipit Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 6. est quo colligunt infrà citandi,
157 electionem hanc Prælatorum Regularium ita debere fieri per vota secreta, ut non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis, ut per Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 4. *n.* 204. Castell. *de elect c.* 7. *n.* 4. *vers. ad quorum,* Sigism. à Bonon. *in simili tract. dub.* 2. *n.* 7. *& dub.* 31. *n.* 14. *vers. & insuper,* affirmantes ita fuisse à S. Congr. decisum. Quicquid velit Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *c.* 102. *n.* 2. *& c.* 105. *n.* 3. *& qq. Regul. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 9. *in fine,* & infrà de hac materia latiùs agemus: non tamen eo, quod Regularium electiones debeant fieri per vota secreta, ut
158 suprà, censetur sublata forma dicti capitis *quia propter,* cujus dispositioni derogare non intendit Conc. Trid. *in d. c.* 6. ut benè resolvunt Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *c.* 102. *n.* 2. *&* 3. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Abbatissa,* §. 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 10. *q.* 2. Castellin. *de elect. c.* 1. *n.* 1. Sigism. à Bonon. *de elect. dub.* 27. *n.* 10. *&* 11. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.* 5. *n.* 9. & fuit dictum *in d. Treverensi Abbatiæ, la* 1. *vers. nec etiam, & in d. Metensi Monasterii, in fine.* Quamvis Ludov. Miranda *d. tom.* 2. *d. quæst.* 23. *art.* 15. *concl.* 2. *circa medium,* existimaverit dispositionem dicti capitis *quia propter,* modò sublatum esse per Conc. Trident. *in dict. cap.* 6.

159 In electionibus verò aliorum Beneficiatorum, seu Prælatorum inferiorum non est necessariò servanda illius textus dispositio, sed sufficiunt ad id singulares consensus existentium in capitulo, dummodò præstetur in communi, & omnibus collegialiter congregatis: nam sic electus simpliciter à majori, & saniori parte jus habebit in electione, ut per Sylvestrum *verb. Electio* 2. *q.* 1. Ludov. Miranda *dict. q.* 24. *art* 3. *concl.* 2. ubi *art.* 4. *conclus. unic.* 160 resolvit formam illius textus non habere locum, nec necessariò servandam esse in postulatione & collatione: quod etiam tradit Lavor. *dict. tit.* 4. 161 *cap.* 19. *n.* 7. & sic dispositionem dicti capitis *quia propter,* non se extendere ad inferiores Dignitates in Collegiatis existentes, resolvunt Abb. *in cap. Ecclesia vestra, n.* 7. *de elect.* Imol. *ibid. n.* 3. Franc. Marc. *decis.* 922. *n.* 3. *lib.* 1. Rot. *in Leodiensi Decanatus,* 15. *Decembr.* 1617. *coram R. P. D. meo Pirovano,* quia Ecclesia non viduatur per inferiores, sed per primam dignitatem. Gloss. Abb. Jo. n. Andr. Butr. Imol. *in d. cap. quia propter,* Franc. Marc. *d. decis.* 922. *n.* 1. *lib.* 1. Rot. *in d. Leodien. Decanatus.*

Quæ quidem forma adeò est de substantia elec- 162 tionis, ut aliter facta electio non teneat, sicut habetur *in d. capite quia propter,* & expressè ibi resolvunt Compostellan. *numero* 20. *vers. c. nunquid de ista.* Joan. Andr. *n.* 37. *in verb. non valet,* Innoc. *eodem verb.* Guillelm. Mandagor. *de elect. cap.* 22. ubi Boër. *lit. B,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part* 4. *collect.* 1127. Carol. Marant. *tom.* 2. *resp.* 2. *num.* 58. Castell. *de elect. cap.* 1. *n.* 2. *vers. forma;* contra quem textum non possunt Capitula quæcunque 163 etiam Regularium aliquid statuere. Oldrad. *consil.* 259. Nav. *cons.* 3. *n.* 1. *de elect. & cons.* 26. *n.* 4. *de Regular.* quia licèt reperiantur quamplurimæ formæ, quibus Regulares utuntur in electionibus suorum Prælatorum, juxta cujusque Religionis statuta, ut videre licet apud Fr. Emman. *quæstion. regul. tom.* 2. *q.* 51. *cum duobus sequent.* & Castellin. *de elect. cap.* 19. *à pag.* 361. *usque ad* 419. omnes tamen semper inhærent dispositioni dicti capitis 164 *quia propter,* & ideò nec vigore cujuscunque pri- 165 vilegii, in quo apposita sit clausula *Contrariis quibuscunque non obstantibus,* poterunt Capitula ipsa generalia, seu Generales eorundem Regularium Superiores supplere defectus occurrentes in ejusmodi electionibus ob non servatam formam dicti capitis *quia propter,* ut resolvunt Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 4. me citato *in hoc loco,* Lezana *d. verbo electio, n.* 2. Lavor. *d. titul.* 4. *cap.* 19. *n.* 6. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.* 5. *n.* 7. Ratio est, quia textus præcitatus continet constitutionem Concilii Generalis Lateranensis celebrati sub Innocentio III. cujus decretis non censetur derogatum per clausulas generales in privilegiis apponi consueta, nisi expressa mentio fiat, saltem his verbis, *Non obstante lege aliqua, aut constitutione in Concilio generali edita.* Ita colligitur ex capite *nonnulli, de rescript.* ubi Felin. *n.* 3. *cap. eam te, de ætate & qualitat. cap. ex parte, & cap. ult. de capell. Monach.* tradunt Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 26. *num.* 7. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 4. *cap.* 5. *n.* 40. Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 41. Suar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 16. *n.* 5. Lavor. *d. cap.* 19. *n.* 16. & Tamburin. *d. quæst.* 5. *n.* 7. quorum resolutio intelligitur de Conciliis generalibus in quibus non ex exp essè reservata auctoritas Papæ, & Sedis Apost. (sicut fuit excepta in Conc. Trident. *sess.* 25. *de reform. c.* 21.) Marescot. *d. c.* 38. *n.* 41. & Lavor. 1. *ubi suprà, n.* 26.

Tres, ut suprà dicebamus, *in d. cap. quia propter,* 166 statuuntur formæ, quibus ad Prælatorum electionem

tionem procedi potest; per sententiam nempe, compromissum, & quasi inspirationem. De duabus ultimis latè tractavimus *sup. c. 1. n. 85. cum seqq.* dum de Rom. Pont. electione agebamus; ea enim quæ ibi diximus etiam in Prælatis inferioribus respectivè procedunt. Remanet scrutinii forma, quæ usitatissima est in electionibus celebrandis, de qua licèt aliqua ibi dixerimus, tamen in præsenti ea omnia cumulanda diximus, quæ ad essentiam, & substantiam hujus electionis celebrandæ pertinent.

167 Primò igitur ad hoc ut electio per modum scrutinii facienda legitima sit, requiritur ut electores vocati ut suprà, collegialiter congregentur in unum in aliquo publico, & honesto loco Ecclesiæ, seu Conventus, putà in loco Capituli. Sacristia, choro & similibus; in tantum, quod non sufficiat consensus eligentium singulariter præstitus, putà domi, vel alibi, *cap. in Genesi 55. de elect.* Cosm. *in pragmat. sanct. de elect. verb. conveniant*, pag. 86. *versa*, Bertachin. *de Episcop. lib. 1. part. 3. q. 32.* Petr. de Biax. *in direct. elect. p. 3. c. 21.* Petr. Gregor. *de elect. c. 5. à n. 2. & c. 16.* Ludov. Miranda *d. tom. 2. q. 25. art. 29. concl. unica, vers. primò substantiale.* Sigism. à Bononia *de elect. dub. 111. n. 3. & 11.* Lavor. *d. tit. 4. c. 18. n. 1.* Castellin. *de elect. canon. c. 3. n. 2. vers. primò*, Tambur. *d. disp. 5. q. 6. n. 2. & seq.* Rota *in Cæsaraugustana electionis. 20. Martii 1623. coram R. D. meo Cocceio*

168 *Decano.* Et ideò vota data extra Capitulum, & post factum scrutinium, non augere numerum eligentium, resolvunt *in d. cap. in Genesi*, Host. *n. 17. in princ.* Joan. Andr. *n. 18. circa med.* Anchr. *col. 3. in 5.*

169 *notabil. circa fin.* Card. *col. 4. in 2. oppos.* & alii citati per Ferentil. *in annot. ad decis. Buratto 351. lit. C, n. 13.* Electiones enim in cubiculis & clandestinis locis per occulta conventicula factæ reprobantur *in d. cap. quia propter, §. electiones.* Joannes Baptista Fin. *de regulis juris, in vesper. homil. 5. vers. ex parte, pag. 86.* Lavor. *d. tit. 4. c. 18. n. 9.* Tamburin. *d. disp. 5.*

170 *q. 6. n. 1.* Unde ad tales clandestinas electiones vitandas, in quibus servanda est forma dicti capitis *quia propter*, electio non debet fieri de nocte, cùm requiratur forma secretè suffragandi per schedulas, quæ commodè fieri non potest sine lumine diei. Navar. *cons. 2.* aliàs 8. *de elect.* Sayrus *in floribus decis. sub eodem tit. decis. 2.* Ludovic. Miranda *d. q. 23. art. 12. concl. 1.* Molfes. *in sum. Moralis Theolog. tract. 6. de benef. cap. 16. n. 129.* Castellin. *de elect. in addit. ad c. 6. p. 498.* Lavor. *d. c. 18. n. 10.* ubi cum Rip. *de nocturno tempore, c. 98. n. 2.* subdit alias electiones benè posse fieri de nocte. Si tamen aliqua per gravis necessitas urgeret, putà si ex discordia primi diei sequenti die periret potestas eligendi, posset post tenebras electio fieri accensis ad minùs tribus luminaribus, aliàs etiam clam facta diceretur: ita Cuch. *d. tit. de elect. n. 22.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 51. art. 5.* Portel. *in dubiis regularib. verb. Electio, n. 5.* Ludovic. Miranda *d. concl. 1.* Lavor. *d.*

171 *n. 10.* ubi *n. 11. per cap. consuluit, de offic. deleg.* subdit per noctem intelligendum esse tempus, quod incipit post datum signum ad salutationem angelicam, quousque videri potest lumine artificiali usque ad diem, id est usque ad illud tempus, quo jam albescit, quia tunc propriè appellatur dies. Et ad-

172 verte, non esse speciale in casu illius textus *in d. cap. quia propter*, sed generale in omnibus explicandis per Capitulum, & Universitatem, ut collegialiter, & simul in unum consensus, vel dissensus præsetur, sicut tradunt Abb. *in d. cap. quia propter, n. 12. & in cap. in Genesi, n. 7. de elect.* & Butr. *in cap. auditis, n. 8. eod. tit.* subdit quod etiam ante 173
formam dicti capitis *quia propter*, exigebatur consensus, ut in unum, & certo tempore, & ad idem allegentur, Bald. *in l. & tanen, §. dictamen, n. 1. ff. de pact.* & ibi Angel. *n. 1.* imò etiam idem Butr. *in* 174
d. cap. in Genesi, n. 28. postquam dixit formam dicti capitis *quia propter*, non habere locum in electionibus inferiorum dignitatum, subdit, *si ille tamen actus spectet ad Capitulum, à Congregatis ut Capitulum, & simul in unum:* nec contrarium sentit. Card. *in cons. 103. n. 10.* dicens, sufficere quod Canonici singulariter consentiant, dummodo in Capitulo; quia per illud adverbium *singulariter*, non excludit 175
simultaneum Capituli consensum, sed excludit communem illam electionem post scrutinii publicationem ab uno nomine Capituli per verba singularis numeri faciendam, in terminis dicti capitis *quia propter*, & dicti capitis *in Genesi*, ut per Gloss. *in eod. cap. in Genesi, verb. communiter, & verb. repeti*, & Abb. ibi *notab. 4. in 3. requisit.* Ita Rota *in una Hispalensi Canonicatus*, 18. *Februarii 1619. coram Buratto*, inter ejus impressas *decis. 380.*

Locus verò electionis faciendæ, dummodò clan- 176
destinus non sit, nec in occultis conventiculis, ut supra, minimè est de substantia electionis; & ideo electio; quamvis facta non sit in loco consueto, 177
debet nihilominus confirmari, dummodo reliqua omnia fuerint servata, *cap. cùm terra*, ubi Abbas *de elect.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 18. n. 7.* licèt hujusmodi locus interdictus sit, ut per Perez *leg. 2. vers. queri etiam posset. tit. 6. lib. 1. Ordin.* Azor. *d. part. 2. lib. 6. c. 14. q. 17.* Lavor. *d. cap. 18. n. 6.* animadvertens, secus esse in electione Romani Pontificis, juxta caput *ubi periculum, §. porrò, de elect. lib. 6.* in quo expressè prohibetur fieri electio Pontificis in loco interdicto: & *n. 8* subdit speciale esse in ejusdem Pontificis electione, ut non possit fieri nisi in Conclavi clauso, ut statuit Gregor. XV. in sua Constitut. incipiente *Æterni*, cujus memini *d. c. 1. n. 59.* Quapropter electionem Prælati debere de con- 178
gruentia fieri in Ecclesia Cathedrali, seu loco consueto, in subsidium verò ubi commodiùs daretur facultas, *ex c. quod sicut, 28. de elect.* colligunt *d. l. 2. vers. dubitatur etiam, pag. 154.* Rendina *in prompt. recep. sent. tom. 1. tit. 36. n. 11.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 15. c. 12. n. 19.* Azor. *d. part. 2. lib. 3. c. 28. q. 18.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 6. n. 13.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. num. 13.*

Et quia principium omnium gerendorum à Deo 179
sumendum esse Pontifices, & Imperatores docuerunt *in cap. in nomine Domini, 23. dist. & in leg. 2. C. de officio Præf. Africa*, cum aliis adductis à Mozz. *de contract. tit. quomodo contractus deficiat, à n. 17.* Gratian. *Marchia decis. 1.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. c. 1. n. 1. & 14.* & in electionibus Præla- 180
torum Spiritus sancti gratiam esse invocandam; decidit textus *in d. c. cùm terra*; ideò pro forma 181
& validitate electionis præmittendam esse Missam de Spiritu sancto, statuit Basileense Concilium *in pragm. sanct. §. & cùm humanæ fragilitatis*: sequuntur Petr. de Biax. *in direct. elect. p. 1. c. 24. & p. 5. c. 13.* Mandag. *de elect. p. 2. cap. 19.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom 2. q. 52. art. 1.* Petr. Gregor. *tit. de elect. c. 15. n. 3.* quorum resolutio procedere poterat, ubi de hoc esset particularis constitutio cum clausula irritanti, juxta opinionem Abb. *cap. Ecclesia, num. 1. de causa possess. & propr.* Aliàs enim Missam de Spiritu sancto in electionibus non esse

de

Biblioteca de Ciències Socials

de essentia, sed de solemnitate, resolvunt Tabien. *in sum. verb. Electio* 1. *n.*20. *in fine.* Sigism. à Bonon. *de elect. dub.* 19. *n.*5. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.*19. *n.*43. Tamburin. *d. disp.* 3. *q.*6. *n.*28.

182 Electoribus sic collegialiter congregatis in unum in consueto, seu alio commodiori loco, juramenta publicè sunt eis præstanda de eligendo magis idoneo secundùm Deum, & eorum conscientias, juxta præceptum Concilii Basileensi *sess.* 23. & 38. *in Decret. de electione.* quod fuit deinde confirmatum per Clementem VIII. in generalibus decretis ad regularium reformationem spectantibus, editis sub die 25. Julii 1599. & nunc innovatis ab Illustriss. Domin. Cardina.. Congregationis Episcoporum, & Regularium causis præpositæ de mente S. D. N. Urbani Papæ VIII. sub die 21. Septembris 1624. ubi *sub* §. 36. habentur hæc verba: [Jurentque Electores secundùm veritatem cujusque conscientiæ probiores, ac magis idoneos electuros:] & postea *sub* §. 40. districtè præcipitur Generalibus, ad quos spectat, ut omnia decreta prædicta inter alias eorundem Ordinum perpetuò valituras Constitutiones reponant, interdictâ omnino ejusdem facultate illa declarandi, & adversùs eam unquam dispensandi. Quomodo autem hujusmodi juramentum præstandum sit, ponit Sigismund. à Bononia *de elect. dub.* 26. *à n.*5. & Lavor. *d. tit.* 4. *c.*19. *n.*49.

183 Deinde tractatus præcedere debent, ex Glossa *verb. tractantes, in capite in nomine.* 23. *distinct.* Sunt enim veluti præparatio ad electionem, non autem electio; fitque in eis discussio eorum, quæ facienda sunt, nominatur, utrimque plures, qui judicantur digni electione, & fit collatio nominatorum personæ ad personam, meriti ad meritum, & zeli ad zelum, juxta dictum caput *in Genesi*, & caput *Cumana, de elect.* & quisque dicit quod sibi videtur, absque eo tamen, quod sequatur aliqua conclusio, vel electio. Vide Sigismund. à Bononia *d. tract. de elect. dub.* 56. *n.*6. Unde aliqui existimaverunt hujusmodi tractatus esse de substantia electionis: ex quorum numero sunt Gloss. *verb. in tract. in cap. cùm in veteri, de elect.* Ant. de Butr. *in c. cùm inter, n.*1. & *in c. cum sit, de elect.* Petr. Greg. *d. tit. de elect. c.*15. *in fine.*

184 Secundò requiritur substantialiter, ut scrutatores, qui eligentium suffragia exquirere, ac suscipere debent, assumantur per Collegium; quia si per se ingerantur, redduntur suspecti, ut resolvunt Lavor. *d. tit.* 4. *c.*19. *n.*45. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.*6. *n.*4. licèt hoc ita indistinctè sumptum dubio non careat, si credimus Panorm. *in d. c. quia propter.*

185 Tertiò requiritur etiam substantialiter, ut scrutatores tres, & non pauciores eligantur, aliàs enim electio esset nulla. Ita tenent *in d. cap. quia propter*, Abbas *n.*1. *vers. tertium substantiale.* Imola *num.*7. Innocent. *n.*4. Bald. *à n* 31. Joan. Andr. *n.*9. *vers. assumuntur*, dum vult, quod substantialia illius textus incipiant à verbo *assumantur*, Butr. *n.*22. *vers. dicitur sextò*, Host. *n.*17. & 43. Cardin. *n.*3. *q.*13. Anchar. *col.*1. *in fine*, Goffred. *consil.* 187. *n.*1. ubi quod ab hac opinione non sit recedendum in consulendo, nec in judicando. Rebuff. *super concord. tit. de Regia ad Prælat. nomin. faciend. §. ultim. verb. formam, vers. tres.* Franc. Marc. *decis.* 1201. Joan. de Friburg. *in sum. tit. de elect. q.*6. *col.*1. *vers. assumantur*, Sylvest. *in summ. verb. electio* 2. *num.*12. *vers. tertium*, Angel. *in sum. eod. verb. n.*26. Tabien. *eodem verbo* 1. *n.*20. *vers. secundum quod*, Rosell. *col.*5. *vers. quot sunt formæ*, Roman. *consil.* 332. *n.*6. 11. & 12. Boër. *ad Mandagot. de elect. c.*22. *lit. C*, & *c.*23. *lit. Q.* Fr. Emman. *in sum. p.*1. *c.*102. *n.*3. *vers. dizemos la Ordinacion*, & *quæst. regular. tom.*2. *q.*51. *art.*2. Rendina *in prompt. recept. sentent. tom.*1. *tit.*36. *n.*17. Azor. *d. p.*2. *lib.*6. *c.*14. *q.*11. Jodoc. Lorich. *de thesauro utriusque Theolog. in verb. Electio in forma scrutinii, vers. secundò, ut ipsi eligant.* Ludovic. Miranda *d. q.*23. *art.*15. *concl...* Suar. *de Relig. tom.*4. *tract.*8. *lib.*2. *c.*5. *n.*8. *in fine*, Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. dub.*20. *n.*1. Tamburin. *d. disp.*5. *q.*6. *n.*5. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.*19. *num.*46. Castellin. *de elect. canon. cap.*3. *num.*2. *vers. secundò.* Et ratio hujus sententiæ est, ut tres faciliùs conveniant, & fideliùs negotium tractent. Host. *in summ.* Petr. de Biax. Butr. & Bertrand. *locis allegatis.*

Quartò requiritur essentialiter ut tres scrutatores debeant esse de Capitulo aliàs electio nulla est, ut colligitur *ex d. cap. quia propter*, ubi expressè dicitur, quod hi tres sint de Collegio, & postea subditur electionem aliàs factam non valere: & ideò ita tenent *in eodem capite Quia propter*, Abbas *n.*13. *vers. quartum substantiale*, Imol. *n.*8. Joan. Andr. *n.*11. Butr. *n.*22. *vers. dicitur septimò*, Host. *n.*25. & 43. Card. *n.*3. *q.*12. Compostell. *n.*5. *in fine, vers. de Collegio*, Anchar. *col.*2. *vers. circa hoc*, Goffred. *in sum. de elect. n.*7. Host. *in sum. ejusdem tituli*, §. *qualiter facienda*, *col.*4. *vers. de Collegio*, Roman. *d. consil.* 312. *n.*12. Rebuff. *loco citato, vers. quartò requiritur*, Biax. *de elect. p.*3. *c.*24. Franc. Marc. *d. decis.* 1201. *in fine.* Ludovic. Miranda *d. q.*23. *art.*26. *concl. unica*, *vers. quartò.* Sigism. à Bononia *d. dub.*20. *n.*3. Lavor. *d. tit.* 4. *c.*19. *n.*47. Tamburin. *d. disp.*5. *q.*6. *num.*7. Castellin. *d. c.*3. *n.*2. *vers. tertiò*, Rota *in d. Matensi, vers. neque est verum, & in dict. Treverensi Abbatiæ, la* 1. *vers. & quod etiam.* 186

Et quamvis secundùm aliquos substantialia formæ illius capitis non incipiant à verbis illis, *assumantur tres de Collegio*, sed à verbis immediatè sequentibus, *qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant*, prout Glossa ait *ibidem, verbo Sanior, in fine*, & fuit opinio Vincentii, & Tancredi, Mandag. *de elect. cap.*23. *in verbo Irritari*, ubi quod in Curia fuit confirmata electio Abbatis Tullensis, licet in ea fuerint electi sex scrutatores, tres scilicet de Collegio, & tres extra Collegium, quem etiam refert Cardin. *in eodem cap. quia propter, num.*13. *q.*12. *vers. & juxta Mandagotium*, & hanc opinionem esse in curia receptam dicunt, licèt ipsi contrarium expressè teneant, Host. *in summ. de elect.* § *qualiter facienda, col.*4. *vers. assumendo*, Goffred. *d. n.*7. Joan. de Friburg. *in summ. tit. de elect. q* 7. *col.*1. *vers. assumantur*, Joan. Andr. *n.*8. *vers. assumantur, in d. c. quia propter.* 187

Prædicta tamen opinio Glossæ non est vera, ut patet ex supradictis, & benè dicunt Doctores modò allegati; neque probatur, quod sit recepta in Curia, quia non est credendum Doctori de receptione attestanti, prout neque creditur de consuetudine attestanti. Mohedan. *decis.* 2. & 3. *de consuetud.* & est ratio, quia consuetudo est quid facti, & quod tunc fuit, potest hodie non esse: per quam rationem semper Rot. rep obavit opinionem illorum, qui tenent, quod credatur Doctori attestanti de consuetudine, quando est versatus in illo foro. Eoque magis non est credendum dictis 188

Docto

Doctoribus, quia hoc dictum non videtur congruum, cùm ferè omnes prædicti Doctores videantur moveri ex prædicta confirmatione electionis, in qua fuerunt adhibiti sex scrutatores: quæ quidem electio, ut rectè Rota advertit *in d. Metensi Monasterii, & Trevirensi Abbatiæ*, per Summ. Pont. potuit confirmari ex gratia, non autem ex eo quod electionem censuerit validam, & sic in terminis quod electio sit nulla, quando cum scrutatoribus de Collegio adhibentur alii, qui non sunt de Collegio, fuit dictum *in Nucinsi Parochialis*, 25. *Junii* 189 1629. *coram Card. Virili*, ubi etiam fuit resolutum, concursum esse nullum, in quo cum examinatoribus synodalibus intervenit alter, qui non sit examinator synodalis: & citat Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 2. n. 83. & 84. & n. 324. 341. & 342.* qui refert ad hoc decisiones Rotales, & asserit ita declarasse sacram Congregationem *in una Toletana*, & novissimè vidi eodem anno 1629. ab eadem S. Congregbis decisum in una Messanensi.

190 Nec etiam potest dici electionem adhibitis pluribus scrutatoribus, quàm tribus, posse sustineri, ex regula *Utile, de regulis juris in 6.* quia hæc regula non habet locum quando aliquid inducitur pro forma substantiali, prout est quod tres tantùm eligantur scrutatores de Collegio; nam cùm forma sit individua, *Utile per inutile vitiatur*. Decian. *consil. 532. n. 5.* Mandos. *reg. 27. q. 24. n. 10.* Mathiens. *lib. 1. gloss. 4. num. 9. titul. 4. lib. 5. nova recopil.* Bell. *consult. 12. num. 30.* Gutier. *Canon. lib. 2. c. 15. n. 114.* Rota *decis. 471. n. 9. part. 1.* & in terminis electionis Roman. *consil. 66. n. 2. usque ad finem*, ubi quod stante statuto, ut electio fiat ad annum, & non ultrà, & si contrà fiat, sit nulla, electio facta per triennium est nulla in totum, quia illa verba dant formam electioni, quæ faciunt eam individuam: quem sequitur Alciat. *in l. 1. § sed si mihi, n. 15. ff. de verbor. oblig.* Nicol. Garc. *de benef. p. 2. c. ... n. 59.* & fuit dictum *in d. Trevirensi Abbatiæ, la 1. vers. & quamvis.*

191 Utrùm autem consuetudine possit introduci, ut aliqui extra Collegium intervenient in electione, possintque eligi scrutatores? Quæstio est non contemnenda, in qua affirmativam partem sequuntur Cardin. *q. 11. in princ. in d. c. quia propter*, Specul. *de elect. §. 1. n. 12.* Boër. ad Mandagot. *de elect. c. 13. lit. R, vers. adde*, quorum opinio procedit tantùm quando illi extra Collegium de consuetudine legitimè præscripta habent vocem; tunc enim, ut considerat Cardin. *loco precitato*, hi dicuntur de Collegio eligentium, ac per consequens aliquo modo dici potest scrutatores de Collegio electos fuisse. Verùm quando prætenditur, de consuetudine posse eligi plures quàm tres scrutatores, aut ex his aliquos extra Collegium, talis consuetudo non esset observanda quia contraveniret dispositioni dicti capitis *quia propter*, quod cùm sit lex 192 Papæ, non potest abrogari, saltem absque illius scientia, ut egregiè probant Driedo *de libertate christiana, libro 1. cap. 2. in fine*, Vasquez *in Sanct. Thom. 1. 2. q. 97.* & ibi Petr. de Lorca *in titul. de* 193 *legib. disp. 29. in princip.* nam ad inducendam consuetudinem contra Canones requiritur scientia, & expressus consensus Papæ, etiam quantocumque temporis spatio illa facta fuerit servata. Archid. *in cap. cùm de beneficio, n. 2. circa med. versic. nam & ibi notat, de præbend. lib. 6.* ubi Joan. Andr. *post prine.* Gemin. *n. 6.* & Franc. *num. 3. & 4.* S. Antonin. *in summa, part. 1. tit. 16. cap. unic. §. 2. ante fin. versic. dicit autem Joannes*, Salas *d. disp. 19 n. 62. in fine*, Verall. *decis. 204. n. 3. part. 5.* Cavaler. *decis. 91. num. 8. & 9.* Ratio est, quia Summus Pontif. non 194 habet potestatem à populo, sed immediatè à Deo; & ideo non est populus, qui inducit consuetudinem contra Canones, sed auctoritas Papæ permittentis Abbas *in d. cap. fin. n. 8. in fine, de consuet.* Salas *de legib. q. 97. tract. 14. disp. 19. sect. 6. n. 59. vers. hac sententia*; quod in lege civili secus est: nam lex civilis tendit ad bonum publicum, & in utilitatem privatorum; unde si populus vult sibi præjudicium inferre, principes ab eodem populo potestatem habentes non curant, *leg. de quibus, vers. nam cùm ipse, ff. de legib.* S. Thom. 1. 2. *q. 97. art. 3. in resp. ad 3.* Abbas *in cap. fin. n. 9. de consuetud.* Driedo *d. tract. de libert. christiana, cap. 11. ad fin.* Rota *in d. Trevirensi Abbatiæ, la 2. vers. secundò.* Quæ eo magis de plano procedunt, cùm textus *in d. cap. quia propter*, habeat decretum irritans, quod tollit omnem consuetudinem in contrarium, ut in puncto Boër. *decis. 1. n. 49. & 50.* Nec obstat, quod aliqui dicebant, quod scilicet in hoc casu non agitur de præscribenda lege, sed communi Doctorem sententia; quia imò de præscribenda lege agitur: nam licet aliqui Doctores interpretentur substantialia illius textus incipere à verbis, *qui secretè inquirant*; nihilominus communis intellectus est, quod substantialia incipiunt à verbo *assumantur*, ut suprà ostendimus, & hoc in aliis Juribus declaratur *in cap. Ecclesia vestra, il 2. 57. §. denique, de elect.* ubi est expressum, quod clausula illa posita *in d. c. quia propter*, dum post requisita ad electionem legitimè faciendam subjungitur, *electio aliter facta non valeat*, refertur ad ea omnia, quæ attentantur contrà formam electionis repertam solùm ab alio textu in Concilio generali; non autem ad alia ibi narrata, quæ ad electionem faciendam reperta sunt, *ab aliis etiam Canonibus &c.* & sic agitur de præscribendo contra jus, non autem contra communem sententiam, quæ communis sententia versatur solùm circa interpretationem illius textus, ex Suar. *de legib. lib. 6. c. 5. n. 1. vers. de hac igitur interpretatione.*

Quintò, requiritur essentialiter ut hujusmodi 195 scrutatores cunctorum electorum vota diligenter exquirant, *dict. cap. quia propter, ibi Exquirunt*, quod verbum ex parte scrutatorum importat, ut ex se & proprio ore exquirant, imò adhibitis quibusdam verbis adhortatoriis, quæ tamen non possunt dici de substantia, prout de substantia est, quod ipsi exquirant. Specul. *de elect. §. 2. n. 17.* quem sequuntur Bertachin. *de Episcopo, lib. 2. part. 1. num. 2.* Butr. *num. 25.* Abbas *n. 5. vers. nota etiam*, Host. *num. 22.* Innoceni. *num. 6. in d. c. quia propter*, Rota *in d. Trevirensi Abbatiæ, la 1. vers. tertiò.* Ex parte verò electorum importat, quod non possunt in scriptis vota sua præstare, Boër. *decis. 1. n. 15.* Roman. *sing. 801.* ubi *additio.* Et quamvis aliqui 196 velint, quod eligatur quartus scrutator, qui unà cum notario scrutetur scrutatores, rectiùs tamen, & communiter servatur, quod duo ex illis tertium scrutentur: ita tenent *in dicto capite quia propter*, Abbas *n. 9. vers. quarto quæritur.* Innoc. *in verb. cunctorum, n. 6.* Host. *n. 43. vers. sed quis inquiret.* Joan. Andr. *n. 18.* Butr. *n. 26.* & Compostell. *n. 6.* Biax. *de elect. p. 3. c. 26. n. 8.* Joan. de Friburg. *in sum. de elect. q. 7. col. 2. ante fin. vers. & puto*, Ros. *in summ. verb. elect. 1. col. 5. vers. quot sunt.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 2. quæst. 52. art. 3.* Rendina *dict. tom. 1. tit. 46. n. 18.*

*n.*18 Rota *in d. Trevirensi Abbatia, la prima, vers. secundo.*

197 Per verbum illud *vota*, intelligi debent depositiones, & animorum desideria, ut advertit Ludovicus Miranda *d. q.*23. *art.*29. *concl.unica, vers.septimo.* Et particulâ aliâ *cunctorum*, intelligitur, nullo omisso; nam quoties omittitur scrutatio unius solus voti ex præsentibus, electio est nulla, ut *in d. cap. quia propter*, docent Joan. Andr. *col.*3. & 5. Host. Panormit. & Specul. *tit. de elect.* §.1. *vers. si ergo viam*, Petr. de Biax. *in suo direct. de elect. p.*3. *c.*27. *n.*1. & 2. Suar. 2. *tom. de relig. tract.*8. *lib.*2. *c.*5. *n.*14. Tamburin. *d. q.*6. *n.*9. ubi intelligit si esset contemptus. At verò alia, *diligenter*, importat, quod debeant scrutatores interrogare electores & suffragatores, in quem consentiant, & quare, & quo zelo, & de meritis & qualitate illius. Ita post Panormit. tradit Ludovic. Miranda *loco proximè citato.* Vota hujusmodi ut efficacia sint, debent esse determinata puta, syncera, gratuita, *cap. in nomine, vers. quod si pravorum*, 23 *dist.* Joan. Andr. *in cap. in election. n.*4. *de elect. lib.*6. necnon absoluta, non verò conditionalia, *d. cap. in electionibus.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. eligere, ultim.* Ludov. Miranda *d. tom.*2. *q* 23. *art.*17. *concl.*2. ubi intelligit de conditionibus, quæ reddunt electionem incertam, perplexam, & dubiam, non verò de aliis, quæ nihilominus sunt ex natura actus. Unde non valere electionem factam sub conditione, *si vacat*, vel simili, & quod in ea nihil adjici posset, quod sonet in conditionem, etiam de præterito, seu præsenti, resolvunt Gloss. *verb. incerta, versicul. contrarium, in d. cap. electionibus.* Rebuff. *in concord. in forma mandati, verb. innodatus, vers. intellige*, ubi Dom. *numero* 10. & 11. Franc. *n.*5.

198 Ripa *lib.*2. *respons.*32. ubi ait electionem factam sub illa conditione, *si placuerit Summo Pont.* irritam fore, Covarruv. *lib.*3. *var. cap.*17. *n.*2. Nicol. Garc. *de benef. part.*9. *cap.*2. *num.*9. Contra Franc.

199 Emman. *quæst. regul. tom.*2. *q.*51. *art.*3. Et demùm, quod electores non possunt sub conditione, vel alternativè eligere, per dictum caput *in electionibus*, tradunt Sylvest. *in summ. verb. elect.*2. *num.*6. Roch. *de jurepatron. verb. beneficium*, *q.*8. *num.*29. Lavor. *d. tit.*4. *c.*19. *ex n.*60. ubi *n.*63. subdit vota hæc debere esse expressa, id est scripto, seu voce, non autem per fabas, aut lupinos, quia sic facta non valerent.

200 Illud tamen advertere oportet, quod si quis per votum conditionatum, vel incertum suffragaretur, tum tale pro non dato habetur, nec in aliorum numero computatur, ac si neminem nominasset, vel ab extraneo datum esset; sed electio consurgit ex aliis votis, si aliquis majorem eorum partem obtinuerit, ut notat Lavor. *d. c.*19. *n.*64. Idem quoque erit si ex alio capite vota essent inutilia, ut si nominarentur personæ à passiva voce omninò exceptæ, ut explicat Sigism. à Bonon. *d. tract. dub.*29. vel si in scrutinio per schedulas celebrato reperiatur, aliqua schedula alba; tunc enim eâ rejectâ, ac si non esset, cætera vota numerantur. Ita Navarr. *cons.*7. *de elect.* Franc. Emman. *d. tom. q.*32. *art.*13. Ludov. Miranda *d. tom.*2. *q.*23. *art.*20.

201 Sextò requiritur essentialiter, ut vota hujusmodi secretè exquirantur, *d. cap. quia propter*, ibi, *qui secretè*, id est secundùm Innocent. & Panormitan. seorsim ab aliis de Collegio: ita Ludov. Miranda *d. art* 9. *concl.unica, vers. quintò.* Quod dupliciter fieri potest: primo modo, si singuli electiores vivâ voce proferant coram scrutatoribus, quem eligunt, & aliquis ipsorum scrutatorum scribat; quem modum servandum esse contendunt Boër. *de iss.*1. *n.*35. & Cuch. *instit. major. lib.*4. *de elect. num.*222. Suar. *d. c.*5. *n.*10. Tamburin. *d. q.*6. *n.*8. Sigism. à Bononia *d. tract. dub.*27. *n.*11. Lavor. *d. cap.*19. *num.*75. Quicquid dicat Ludov. Miranda *d. q.*23. *art.*15. *concl.*2. Si enim electi fuerint à Superioribus aliqui, qui vota omnium diligenter excipit, electionem ita factam reputari secretam & canonicam, censuit sacra Congregatio, ut attestantur Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *c.*4. *n.*189. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. lib.*6. *decis.*197. *n.*2. *p.*4. Castellin. *de elect. c.*4. *n.*4. Sigism. à Bononia *in simili tract. dub.*28. *numero* 11. Et in electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissæ, posse vota per Episcopum, una cum Vicario, vel alio viro assumpto oretenus accipi, censuit eadem S. Congr. sicut referunt Galet. *in margarita casuum conscient. verb. Abbatissa*, Nicol. Garc. *n.*189. Molfes. *in Theologia morali, p.*1. *tract.*6. *c.*16. *n.*154. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol* 637. *in* 1 *edit.* Castellin. *d. c.*4. *n.*4. & *c.*5. *n.*28. Franc Sigism. à Bononia *d. dub.*27. *n* 1. Lavor. *d. n.*8. *in fin.* Secundo modo, ut quisque eligentium in schedula votum suum scriptum deferat, adeò ut nec ipsis scrutatoribus notum fiat, Lavor. *d. c.*19. *n.*75. Tamburin. *d. q* 6. *num.*8. & hic modus videtur magis conveniens, & consulerem ut semper sic fiat, licet observantia quam plurimarum religionum sit contrarium.

202 203 204

Septimò requiritur essentialiter, ut vota singulorum eligentium nunquam publicentur, sed secreta maneant. Concil. Trid. *d. sess.*25. *de Regular. c.*6. Bonacin. *de elect. Pontif. disp.*1. *q.*5. *part.*1. *à n.*5. Lavor. *d. c.*19. *n.*52. ubi *n.*55. subdit, quod si quis de facto attentaret dare votum publicè & palàm, non debet permitti, quia si hoc fieret vidente, vel consentiente Capitulo, vel majori parte illius, electio esset nulla, per regulam legis *non dubium, Codic. de legib.* Garc. *de benef part.*5. *c.*4. *n.*184. Castellin. *de elect. c.*5. *n.*25. Lavor. *d. tit.*4. *de elect. c.*19. *n.*55. Sigismund. à Bononia *de elect. dub* 31. *n.*4. Laurent. de Peirinis *de privileg. regular. tom* 3. *in additam. cap* 9. *n.*13. *pag.*447. qui omnes resolvunt, quod si unus electorum publicè manifestaret suum votum, permittente Capitulo, electio nulla esset. Et advertit Francisc. Emman. *quæst. regular. tom.*2. *q.*52. *art.*9. intentionem Concilii *d. loco* fuisse statuere, quod Capitula facerent electiones secretas in hoc sensu, id est, quod non permitterent fieri aliquod, ex quo publicari possint nomina eligentium; & ideò electionem Abbatissæ factam per vota non secreta, etiam per ignorantiam decreti Concil. *in d. cap.*6. non valere, neque Episcopum posse dispensare, censuit sacra Congregat. sicut referunt Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolit.*197. *n.*7. *part.*4. Molfes. *d. p.*1. *tract.*6. *c.*16. *n.*156. Novar. *in singular. Canon. concl.*85. *n.*3. Sigismund. à Bononia *d. tract. de elect. dub.*31. *n.*10. Laurent. de Peirinis *d. n.*17. *pag.*447.

205 206

Hinc eligentes per schedulam aliquo parenti signo signatam, ut innotescat scrutatoribus, vel uni ex illis, quod talis electo eligit illum nominatum in schedula, faciunt electionem non secretam, & peccant moraliter, ac proinde sic electus factus de hoc certus tenetur resignare Prælaturam, sive Officium, vel petere à sanctissimo

207

confir

confirmationem cum dispensatione: ita referunt à sacra Congregat. decisum Laurent. de Peirinis *tom. 1. de Relig. subdito & Prælato. q. 1. de obedientia, c. 21.* Castellin. *de elect. c. 4. n. 61.*

208 Huic etiam electio erit nulla, quando aliqui ex electoribus unicam schedulam recipiunt unico nomine scriptam, & nomen electi notum scribæ, vel alteri reponunt in capsula: similiter qui accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & unam quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit revelare talem, qui non habuit nisi unam schedulam; vel talem, qui non habuit duas. Ita censuit sacra Congregat. cujus declarationis nobis idonei testes sunt Nicol. Garc. *dict. cap. 4. n. 193.* Aloys. Riccius *Neapol. decis. 197. n. 4. p. 4.* Castellin. *de elect. c. 5. n. 25.* Fr. Sigismund. à Bononia *dict. tract. de elect. dub. 31. n. 6.* Rota *in dict. Trevorensi Abbatiæ, la 1.*

209 Puta tamen, & simplex ostensio schedulæ secretò facta ab aliquo ex electoribus ad effectum, ut videat quem ipse eligat, non tollit quin electio subsequens immediatè sit secreta, sicut resolvunt Nav. *cons. 4. in antiquit., alias 9. in novis, de elect.* Sayr. *in floribus decision. sub eodem titul. de elect. decisione 4.* Fr. Emman. *in summ. part. 1. capite 102. numero 4.* Castellin. *in tractat. de elect. cap. 4. num. 3.* Bonacin. *de legitima Summi Pont. elect. disp. 1. quæst. 5. punct. 1. n. 10.* observantes eo casu electionem esse irritam, & nullam, quando electorum vota culpâ, & dolo totius, vel majoris partis Capituli publicarentur, vel quando manifestatio unius, vel plurium votorum est realis causa, vel præsumptiva rationabiliter, quod electio sequatur in hanc, vel illam personam particularem ex vi illius ostensionis. Unde provenit, ut Nicol. Garc. *dict. cap. 4. n. 183.* Molfes. *in sum. Theologia Moralis, part. 1. tractat. 6. cap. 16. n. 153.* & Tamburin. *d. disputat. 5. quæst. 22. n. 14.*

210 existimaverint, ostensionem unius schedulæ, sive per malitiam, sive per errorem, dummodo non causet effectum, de quo suprà, non officere secretæ electioni; si tamen major pars suffragiorum ostenderet esse nullam electionem ex quo ante publicationem scrutinii electio manifestaretur

211 contra formam Concilii *in dict. c. 6.* Verùm Rota *in dict. Trevorensi Abbatia, la 1.* censuit electionem esse nullam, etiamsi unicum tantum suffragium publicetur, prout refert Sigismund. à Bononia *dub. 31. ex n. 4.* nisi talis manifestatio fieret in fraudem, Lavor. *dict. tit. 4. cap. 19. n. 54.* Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 193.* ubi ait sic esse intelligendum Navar. *cons. 9. de elect.* quod tamen debet concludenter probari, secundùm Sigism. à Bononia *d. dub. 31. n. 8. & 9.*

212 Octavò, requiritur quoque essentialiter, ut inquisitio suffragiorum fiat sigillatim, & electores non vocentur ad scrutatores bini, vel terni, sed singuli, ut colligitur *ex dict. cap. quia propter*, ibi, *sigillatim*, & tradunt Ludovic. Miranda *dict. concl. unica, vers. sextò*, Sylvest. *in sum. verb. electio 1. quæst. 5.* Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. dub. 26. n. 1.* Tamburin. *d. disp. 5. q. 6. n. 10.*

213 Nonò, requiritur etiam essentialiter, ut omnium electorum vota sigillatim exquisita in scriptis redigantur, ut colligitur *ex d. cap. quia propter*, ibi *& in scriptis redacta:* & ibi tradunt Abb. *n. 6.* Butr. *n. 27.* Joan. Andr. *n. 19.* Host. *n. 31.* ubi expressè quod aliter non servatur forma. Innoc. *n. 6.* Imol. *n. 5. in fine, vers. in gloss. redacta*, ubi quod hoc requiritur, quia melius constat de voto per scripturam, hoc est, ne memoria scrutatorum pereat. Biax. *dict. p. 3. cap. 28. num. 1. cum seqq.* Ludov. Miranda *d. art 29. concl. unica, vers. octavò.* Lavor. *d. cap. 19. n. 81.* Tamb. *d. disp. 5. q. 6. n. 11.* Rota *in d. Trevorensi Abbatiæ, la 1. vers. quarta:* nec in hoc derogata est dispositio dicti capitis *quia propter*, per Concil. Trident. *d. c. 6.* quatenus vult omnes Regularium electiones debere fieri per vota secreta, ut advertunt Doctores suprà citati, *in vers. & ideò forma*; quicquid dicat. Ludov. Miranda *de conclus. unica, vers. nonò.*

Decimò, substantialiter requiritur, ut omnia suf- 214
fragia mox in communi publicentur, omni prorsus appellationis obstaculo remoto. Ita colligitur ex *dict. capite quia propter*, ibi, *mox publicent in communi:* in quod particula *mox*, interpretatur, id est incontinenti, nullo actu extraneo interposito, ut per Sylvest. *verb. electio 2. q. 10.* Ludovic. Miranda *d. q. 23. articul. 29. conclus. unic. vers. decimò*, Lavor. *dict. titul. 4. c. 19. n. 82.* ubi subdit, quod esset moralis interruptio, si interponeretur alius actus pertinens ad impediendam, sive differendam electionem, vel si absque alia causa cogente, Collegium non factâ tali publicatione dissolveretur: & addit dictionem *mox*, verificari in modico tempore, quod judicabitur arbitrio boni viri, habito respectu ad ipsius rei circumstantias, de quo vide Doctores citato *in tract. de dictionibus usufreq. dict. 205. n. 4.*

Et quod etiam sit de forma substantiali, ut vota 215
in scriptis redacta publicentur, tenent *in dict. cap. quia propter*, Host. *n. 44. vers. quintum est.* Joan. And. *n. 23. vers. 9.* Anch. & Butr. *eod. vers.* Biax. *d. part. 3. cap. 29. in princ.* Rota *in d. Trevorens. Abbatia, n. 1. vers. quinta, & in Metensi Abbatia, 4. Februarii 1628. coram R. P. D. Dunozetto.*

Vota autem dicuntur in communi publicari, 216
quando integer eorum numerus publicè quoad totam Congregationem profertur, non exprimendo in quorum favorem data fuerint, vel quot ex ipsis electoribus in hanc, vel illam personam descenderint, sed explicando tantùm numerum personarum, quæ suffragium tulerunt: ita Tambur. *dict. disp. 5. q. 6. n. 12.* licèt electores ante scrutinii 217
publicationem variare potuerint, & alios ad libitum nominare, *capite quod sicut, de elect. unc.* Publicato tamen scrutinio non possunt amplius nomina variare, sed collatio facienda est, & celebranda electio, ut expressè probat textus *in capite publicato, eod. tit.* & tradunt Sylvest. *in sum. verb. electio 2. q. 7.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 5. art. 14.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tractat. 5. n. 204. in med.* Ludovic. Miranda *tom 2. quæst. 28. art. 24. conclus. 2.* Rot. *in nullius Canonicatus, 22. Maii 1628. coram R. P. D. Dunozetto*, me citato *in hoc loco*, Lezana *in summ. quæst. Reg. tom. 3. verb. electio, n. 12.* Publicatio scrutinii realis & distincta est necessa- 218
ria in electionibus Abbatum, per quorum obitum viduatur Ecclesia. Sacra Congregat. Concil. *in nullius, 5 Julii 1628.*

Undecimò, substantialiter requiritur, ut factâ 219
suffragiorum publicatione statim fiat collatio votorum respectu numeri, meriti, & zeli, itaut non sufficiat habere majorem suffragiorum partem, sed requiratur ulteriùs eandem esse saniorem. Ita colligitur *ex dict. cap. quia propter*, ibi, *vel major, & sanior pars Capituli, &c.* Ludov. Miranda *dict. q. 23. art. 25. in princ. & consil. 1.* Tamburin. *d. q. 6. n. 13.* Lavor. *dict. tit. 4. cap. 19. n. 82.* ubi *n. 84.* dicit, quod particula illa *major*, intelligitur respectu numeri; & alia *sanior*, denotat authoritatem, zelum, & meritum electorum. Fit autem collatio zeli ad zelum quando expenduntur intentiones eligen-

Biblioteca de Ciències Socials

tium; & cum bonus, vel malus sit zelus, ab effectu, & persona electa judicandum erit, an vitâ, moribus, doctrinâ, pietate, cæterisque virtutibus aliis præstat, vel sit inferior; an proximus eligentium, ut ex affectu carnali videatur electus, & malo zelo. Ita Petr. Greg. *dict. tit. de elect. cap. 16. n. 14.*

220 Lavor. *d. c. 19. n. 85.* Et observa quod electio debet fieri à majori parte comparativè ad minorem partem omnium congregatorum pro electione, secundùm Abb. *conf. 25. n. 4. lib. 2. & in d. c. quia propter, n. 5.* Franc. Marc. *decis. 924.* Perez *l. 3. gloss. 2. post princ. tit. 3. lib. 2. Ordin.* Lavor. *dict. cap. 19. n. 85.* Quandoque tamen electus à minori parte præfertur, veluti si à majori parte electus non sit idoneus, & ubicumque electio ob culpam majoris partis devolvitur ad minorem, *cap. dudum 22. cap. congregato de elect.*

221 Verùm cùm plura inconvenientia oriretur ex investigatione, quænam esse major, & sanior pars, oportebat enim ut omnia vota publicè coram scrutatoribus scriberentur, & coram omnibus publicarentur non solùm quoad numerum, sed etiam quoad personas ipsas suffragia ferentes, ideò Conc. Tridentinum *dicto capite 6.* meritò decrevit electiones in posterum per vota secreta esse faciendas, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur: ex quo factum est, ut ampliùs non inquiratur, quænam suffragiorum pars sit sanior, sed tantummodò major, seu minor ipsorum numerus respiciatur: quapropter valida reputabitur electio

222 à majori votorum, seu suffragiorum numero facta dummodò ipsa vota sint legitima, nec ullam patiantur exceptionem & persona digna eligatur: semper enim major pars Capituli sanior præsumitur, si persona electa indignior non sit. Ita Franc. Marc. *decisione 782. n. 3. part. 1.* Suarez *de Religion. tom. 4. tract. 3. lib. 2. capite 5. numero 13.* Sigismund. à Bononia *de elect. dub. 38. numero 8.* Lavor. *dict. titul. 4. capite 19. numero 89.* Tamburin. *dict. disp. 5. q. 9. numero 21.* Rota *in nullius, seu Pampilonen. Canonicatuum de Roncesvalles. 22. Maii 1628. coram, R. P.*

223 *D. Dunozetto.* Quæ quidem major pars non attenditur comparatione minoris, & respectu numeri, sed respectu, & in ordine ad totum Capitulum, *cap. Ecclesia vestra, il 1.* & ibi Abb. *num. 1.* & alii communiter, *de elect.* idem Abb. *concl. 25. numero 4. part. 2.* Gloss. *verb. constitutum, in cap. omnes, de constitut.* & ibi Felin. *num. 20.* Franc. Marc. *decis. 1032. num. 1. & decis. 1504. num. etiam 1. part. 1.* Roch. *de jurepatron. verb. honorificum, q. 58.* Lambertin. *eodem tract. p. 3. q. 4. artic. 2.* Ludovic. Miranda *in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 23. art. 25.* & fuit resolutum *in Tarraconensi Abbatia, 14. Januarii 1630. coram R. P. D. Durano.* In quo numero hi solùm computantur, qui in eadem electione votum habuerunt, ut per Abb. *in dict. cap. Ecclesia vestra, il 1. n. 1.* & ideo non est habenda ratio in hujusmodi computatione de votis illorum, qui recedunt à loco, ubi

224 facienda est electio, *cap. cum nobis*, ubi Abb. *n. 3. de elect.* nec illorum qui noluerunt votare, Gloss. *in Clement. quod circa, verf. quo in facto, ante fin. verf. & in his etiam*, ubi Vitalin. *n. 29. verf. aut fuerunt vocati, de elect.* Nav. *cons. 7. n. 1. eodem tit. in novis.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom. 2. q. 52. art. 13.* quos sequuta est Rota *in Cæsaraugustana electionis 29. Martii 1623. coram Reverendiss. Dom. meo Coccino Decano.* Viro quidem indefessi laboris, & studii, moribus suavissimis prædito incomparabili vitæ virtute excellenti magnæ in pauperes misericordiæ, qui dum ad purpuratorum Collegium omnium acclamatione meritissimus habebatur, ex hac lachrimarum valle ad gaudia Beatorum transmigravit feliciori inter Rotæ Auditores defunctus, quàm si Cardinalitio galero, quem illi livor & invidia sustripuit, cohonestatus obiisset: *Quanto enim quis in loco superiori*, ut Augustinus ait, *tanto in periculo majori versatur.*

Ubi verò eligentium vota in duas æquales se 225
divisserint partes, Metropolitani judicio præferatur ille, qui majoribus juvatur studiis, ac meritis, *capite si fortè, 63. dist.* Gloss. *in cap. obeuntibus 35. §. nunc primò quæritur, post med. verf. sed quid, eod. 63. dist. & in cap. Ecclesia vestra, el 2. verb. non consenserit, post med. verf. sed quid, de elect.* ubi quod si par est zelus, numerus, & auctoritas eligentium, hinc inde recurritur ad meritum electi: idemque tradunt Butr. *in d. cap. Ecclesia vestra, n. 25. verf. quandoque hinc*, Turrecr. *in d. c. si fortè, n. 1. verf. in 1. notab.* Innoc. *in cap. cùm in jure 33. n. 2. de elect. in 6.* Host. *in cap. venerabilem 34. de elect.* D. Anton. *tit. 19. de elect. c. 2. §. 7.* Lambertin. *de jurepatron. 3. part. 2. lib. q. 5. art. 1. n. 1.* Bertachin. *de Episcopo, q. 2. principalis q. 21. n. 21. & tract. tom. 13. part. 2. fol. 319. à tergo*, Tiraq. *de jure primog. q. 17. opin. 3. n. 2. post med. verf. & in Capitulo*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 16. q. 40.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub 47. n. 9. verf. si verò vota.* Palao *tom. 2. tract. 13. de benefic. Eccles. disp. 2 punct. 11. §. 6. n. 3.* Rota *in Toletana Canonicatus, coram Clemente VIII.* relata per Nicol. Garc. *dict. benefic. part. 5. cap. 4. n. 166.* In paritate enim votorum & meritorum locus est gratificationi. Gloss. *verb. non consenserit, post med. verf. in casu isto, in dict. c. Ecclesia vestra, & verb. favore in cap venerabilem 34. de elect.* Abb. *in dict. cap. Ecclesia vestra, n. 13. in fine, verf. dicit tamen quod superior.* Tiraq. *d. q. 17. opin. 2. n. 7. verf. at si iterum.* Sigism. à Bonon. *dict. dub. 47. num. 9. verf. vel idem sequitur.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. p. 17. n. 193.*

Non obstat textus *in cap. Cumana, & in cap. in Genesi, & in cap. Ecclesia vestra, de elect.* ubi Abb. *n. 13. post med. verf. si autem omnia*, probantes neutram electionem in paritate votorum esse validam, cùm neutra dici possit facta à majori parte Capituli; quia procedunt ubi cum paritate vocum concurrit etiam parilitas meritorum, omniumque aliarum qualitatum, ut clarè apparet ex eorum lectura: secus, verò ubi cum paritate vocum merita sint inæqualia, quia tunc juxta dispositionem *dicti capitis, si fortè*, dignior est eligendus, ut admittit enim Gloss. *dict. cap. Ecclesia vestra*, ex adverso citata *in verb. consenserit, de elect.*

Minùs obstat, quod ubi vota sunt paria, deficit in unoquoque consensus majoris partis Capituli, qui tamen essentialiter requiritur in qualibet electione; quia respondetur, quod ubi electus in paritate votorum excedit in meritis, dicitur habere consensum majoris, & sanioris partis Capituli; quia majoritas, & sanioritas non coalescit solùm ex numero, sed etiam ex meritis electorum, & dignitate eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major & sanior pars, ut apertè declarat Gloss. *in d. cap. in Genesi, verb. ad zelum, & in d. c. quia propter, in figuratione casus, in verb. & sit collatio, de elect.* Innoc. *in cap. dudum, n. 2. verf. sanitas*, Bart. *in l. testium, n. 1. ff. de testib.* Illa enim major pars & sanior censetur, quæ est justior, & majori nititur ratione, & æquitate, *leg. matrimonium*, ubi Gloss. *ff. de pact. cap. multi, in fine, 40 dist.* & benè Gloss. *in dict. cap. in Genesi, verb. ad zelum, in fine.* Abb. *in dict. cap. Ecclesia vestra, n. 13.* Ita Rota *in Toletana Canonicatus*

nonicatus Pœnitentiariæ, 22. Aprilis 1641. coram R. P. D. Cerro.

Debet igitur ante adjudicationem discuti merita, ut constare posset uter electorum esset dignior; quæ quidem discussio qualitatum & meritorum fieri non potest nisi inter habiles, *l. graduatim vers. etsi lege, ff. de muneribus & honoribus.* Gutier. *cons.* 31. *n.* 21. 22. & 26. Garc. *de benef. part.* 5. *c.* 4. *n.* 212. *in addit.* Et si inter duos contentio sit, & unius moriatur per obitum talis coelecti, cessat omnis ejus habilitas, & non potest esse locus ulteriori discussioni ex defectu positivi, sine quo fieri non potest comparatio, ut in proposito post Host. nota Joan. Andr. *in dict. cap. Ecclesia vestra n.* 55. *post med. vers. imo sic la, de elect.* Anchar. *consil.* 215. *n.* 6. *vers. decimo.* nam per obitum unius coelecti res devenit ad eum statum, ut beneficium esset necessariò adjudicandum coëlecto superstiti, quia licet per obitum unius non acquiratur novum jus superstiti, exemplo cessionis per quam coëlecto renunciatio non acquiritur novum jus ultra proprium, negari tamen non potest quin jus illud, quod ex vi electionis in paricate votorum erat æqualiter indeterminatum ad utrumque per mortem unius totum remaneat apud superstitem, non quidem ex nova acquisitione, sed ex determinatione sui juris, & quia per remotionem competitoris, superstes remanet necessariò inclusus jure proprio. Ubi enim dispositio, aut materia comprehendit indeterminatè duo suppositа, illud in quo per eventum subsequentem terminatur ipsa dispositio habetur ac si ab initio in ea specialiter, & determinatè comprehensum fuisset, quod autem ante determinationem deficit per mortem, aut alio modo mutat statum, habetur ac si ab initio non fuisset comprehensum, *c. nam & ego, de verbor. signif. & cap. pastoralis, in fine, de rescript.* Tiraq. *de jure prim. q.* 40. *n.* 198. Et quando electio debet esse unius ex duobus, deficiente uno necessaria remanet electio de superstite, juxta reg. *l. Stichum aut Pamphilum. 95. §. quod si promiserit, ff. de solut. &* notat *ibidem* Albet. *in princ. & n.* 1. *in fine, & 2. post med. vers. unde* & Bart. *n.* 1. *vers. venio ad secundum, & n.* 5. *post. med. vers. si ante, &* consuluit. Bald. *cons.* 324. *num.* 1. *col.* 2. *vers. nam conditio lib.* 2. Garc. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 221. *cum seqq.* ubi quod cedente, vel decedente altero coëlecto antequam electio sortiatur effectum, aperitur via superstiti, illique debetur canonicatus, seu beneficium, etiamsi defunctus esset magis idoneus, dummodo superstes sit habilis.

225 Duodecimò, substantialiter requiritur, ut facta collatione communis electio fiat, quæ est veluti unus actus totius Capituli, qui non intelligitur consummari, donec unus nomine ejusdem Capituli, cui ipsum talem auctoritatem dederit per verba singularis numeri loquatur, & eligat futurum prælatum. Ita Abb. *in d. cap. quia propter, ante n.* 11. *vers. electio autem.* Franc. Marc. *decis.* 922. *n.* 2. *lib.* 1. Lavor. *d. cap.* 19. *n.* 92. Tamburin. *d. q.* 6. *n.* 17. Si verò nulli sit commissum, fit ab eo, qui Capitulo præest, vel qui primam vocem obtinet Suar. *d. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *ad fin.* & hic ita alloquitur. *Placetne vobis electionem publicari?* Resp. *Placet,* deinde sic ait: [Ego N. nominibus meo, & omnium eligentium mihi in his consentium, invocata gratia Spiritus sancti, & gloriosissimæ Virginis Mariæ, & S. N. hujus Ecclesiæ patroni, venerabilem virum N. ætatis legitimæ, moribus gravem, in sacris Ordinibus constitutum, litteris competenter imbutum, de legitimo matrimonio natum, in spiritualibus & temporalibus providum, & idoneum secundùm Canonicas sanctiones, in quem collatione facta omnes consenserunt, (vel in quem major pars consensit) in nostrum & dictæ Ecclesiæ Episcopum, vel Abbatem, aut Priorem, seu Præpositum, eligo, electúmque pronuntio, & in communi coram vobis publico, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.] Si verò sit Compromissum, dicat: [Ego N. Compromissarius nomine meo & sociorum meorum Compromissariorum virtute Compromissi limitati in me, eligo N. in quem major pars nostrûm consensit.] Quæ quidem communis electio etiam de substantia actus debet fieri statim post collationem absque ulla morali interruptione, Tamburin. *d. q.* 5. *n.* 19. Lavor. *d. cap.* 19. *n.* 94. ubi subdit quòd facta publicatione concremantur schedulæ coram Capitulo; quod etiam uti substantiale requirit Tamburin. *d. disput.* 5. *q.* 22. *n.* 13. pet declarationem à sanctæ mem. Pio V. vivæ vocis oraculo Card. Cribello factam, quam referunt Fr. Emman. *in collect. privil. Mendicant.* post Bullas ejusdem Pont. *sub n.* 4. & Castellin. *d. cap.* 4. *n.* 62. 226

Hæc autem publicatio facienda est expressa, & clara voce nec sufficit aliquis actus eligentium, qui electionem importet, sed requiruntur verba ora prolata, *cap. Ecclesia vestra, de elect.* ubi Panorm. *n.* 5. Petr. Biax. *d. p.* 3. *cap.* 36. Cuch. *d. lib.* 4. *tit. de elect. n.* 176. Sigism. à Bononia *d. tract. dub.* 40. *n.* 1. ubi *num.* 8. quòd solemniter & publicè in Capitulo facienda est, Lavor. *d. cap.* 19. *n.* 96. ubi etiam post Cuch. *citato loco n.* 176. subdit aliter dicendum fore, ubi non esset servanda forma *d. cap. quia propter*, cùm tunc sufficit quæcunque declaratio vel expressio consensus, etiamsi non fiat per verba ore prolata. His omnibus peractis decretum fiet electionis in scriptis per aliquem Notarium, in quo decreto eligentium nomina singulorum assensus & subscriptiones, electi nomen & dignitatis titulus continebuntur, cum scrutinio, & voti publicatione, collatione & electione & sigillo Capituli corroborata; cujus decreti forma ponunt Sigism. à Bononia *d. tract. dub.* 43. Lavor. *d. cap.* 19. *n.* 100. 227 228

Quod tamen decretum non est de forma electionis, cum scrutatores possent, etiam per litteras fidem facere, glos. *vers. subscriptionibus in cap. Episcopus, distinct.* 61. Host. & Abb. *in d. cap. innotuit, n.* 16. Lavor. *dict. cap.* 19. *n.* 103. subdit nec esse de forma ut cantetur Hymnus, *Te Deum laudamus*, unde si omittatur, non propterea vitiari electionem tenent Mandag. *p.* 1. *cap.* 35. Petr. Greg. *d. tit. de elect. cap.* 17. *n.* 38. 229 230

Sunt præterea in nonnullis casibus irritæ ipso jure electiones, in aliis verò irritandæ & cassandæ veniunt. Primo ergo nulla erit ipso jure electio veniens in dignitates ecclesiasticas per sortem ad officia & dignitates ecclesiasticas per sortes facta, ut per Ludov. Miranda *d. q.* 23. *art.* 18. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 205. *in addit.* Sigismund. à Bononia *d. tract. de elect. dub.* 27. *n.* 8. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 20. *n.* 4. Tamburin. *d. disput.* 5. *quæst.* 22. *n.* 9. 231

Contra Suar. *de Relig. tom.* 2 *tract.* 3 *lib.* 22. *c.* 12. *n.* 9. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 85. Bonacin. *in præcepta Decalogi, disp.* 3. *quæst.* 5. *punctо* 3. *n.* 13.

Secundò, electio celebrata per metum impedientem omninò liberratem eligendi, ipso jure est nulla; ita gloss. *verb. metuebant, in cap. bona memoria, tit.* 1. *de elect.* ubi Panorm. *num.* 11. *& in* 232

cap. licet de vitanda, n.12. & in cap. quiſquis, n.5. eodem tit. Navar. *conſ.5. num.2. eodem tit.* Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.2. q.23. art.1.* Laurent. de Peirinis *tom.1. de Religioſo ſubdito, queſt.1. de obedient. cap.31. §.8.* Caſtellin. *de elect. cap.4. n.56.* Tamburin. *d. diſp. queſt.22. n.7. & 8.* Fr. Sigiſm. à Bononia *d. tract. dub.54.* Lavor. *d. tit.4. cap.21. ex n.4.* qui duo ultimo loco citati addunt, quòd ut metus ſit ſufficiens ad reddendam electionem nullam, debet eſſe metus cadens in conſtantem virum: qui ut talis ſit tria requiruntur; primum, ut malum, quod timetur, ſit grave quod arbitrio Judicis relinquitur; fortis enim & intrepidus non timet, quæ non oportet, *vel* ubi, & quando non oportet; ſecundum, ut probabiliter pertimeſcatur, inſpecta qualitate incutientis, & patientis metum; tertium, ut timens non poſſit facilè occurrere malis, quæ timentur. Item ad incurrendum juſtum metum non requiritur neceſſariò ut mala prædicta timeantur in perſona propria, ſed ſatis eſt ſi timeatur in perſona conſanguineorum & arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjunctorum, Lavor. *d. cap.21. num.5.* Sigiſm. à Bononia *d. dub.54. n.14.* ubi ſubdit hæc procedere etiam in ſuſpicione metus.

233 Tertiò, nulla quoque ex defectu libertatis ipſo jure erit electio, ſi arctaretur ad tres vel quatuor ſine urgentiſſima cauſa & auctoritate Sedis Apoſtolicæ. Ita Fr. Emman. *queſt. Regul. tom.2. q.56. art.1.* Sigiſm. *de elect. dub.52. n.5.* Laurent. de Peirin. *de privileg. Regul. tom.3. in addit. cap.9. n.31. pag.449.* Illuſtriſſimus D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. inutile, n.1. diſt.88.* Caſtellin. *de elect. cap.3. n.7.* Lavor. *d. tit.4. cap.21. ex n.11.* ubi *n.14.* ex Abb. *in cap. Abbate n.4. de verborum ſignific.* ſubdit quòd tunc tollitur libertas, cum præcisè electores compelluntur eligere unam certam perſonam, ſecus ſi unam de certo genere perſonarum, & ex Fr. Emman. *tom.2. q.51. art.11.* ſimiliter advertit non eſſe coarctatam electionem ſi in aliqua Religione fiat ſtatutum, in quadam provincia unius Nationis ſolum tres in Prælatos eligantur. Nec ſolùm arctata appellatur electio, ſi unum de pluribus, eligendus proponatur, aliis excluſis, verùm etiam ſi excludantur aliqui aliis admiſſis, ut colligitur ex noviſſima declaratione factæ Congregationis Concilii Tridentini *ſuper ſeſſ.25. de Regular. cap.6.* in qua propoſito dubio: [An in electione Superiorum Regularium Præſidens Capituli poſſit præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto S. obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus certis perſonis ultra numerum, qui electioni ſit inſufficiens, ſed tali numero exiſtente dicant aliis electoribus ad aures, ut ſervari dicitur, quod dent aliis eorum vota, & an electio ſit celebrata ſit valida? Sacra Congreg. Conc. Trid. Interpretum hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali conſenſui adverſatur, omninò improbavit, cenſuitque electiones hactenus celebratas ſi ſcrutatores præcepto Superioris optemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint, pro Canonicis non haberi.] Referunt Caſtellinus *dict. tract. de elect. cap.4. n.66.* Lavor. *d. tit.4. cap.21. n.16.* & Laurent. de Peirinis *de privileg. Regul. tom.3. in additam.*

234 Quarto, nulla quoque ipſo jure eſt electio facta per abuſum ſecularis poteſtatis, *cap. quiſquis, de elect.* Tamburin. *dict. diſp.5. q.22. n.10.* ubi *n.11.* ſubdit electionem per abuſum ſecularis poteſtatis celebratam dici, quando Clerici requirunt laicos ut electioni intereſſint, item quando Principis ſecularis aſſenſum ſuper certa perſona eligenda requirunt, vel eligunt minis alicujus ſecularis Potentatus. Simplex verò interventus laici tanquam conſulentis, vel protegentis, aut pro bono pacis, non videtur de jure prohibitus, Bald. *in cap. Meſſana, poſt princip. de elect.* Archid. *in cap. Abbatem, ante fin. 18. q.2.* Præpoſ. *in cap. Epiſcopus de loco n.4. 7. q.1.* prout non videtur electionem vitiare præſentia laïci, qui ut ſopiret diſcordias, & lites jam inter vocales ortas, intervenit, quod quidem ſe habet ut quid ſeparatum, & præambulum electioni ad inſtar tractus. Butr. *in cap. cum inter el 3. de elect.* Imol. *in cap. officia, n.1. eod. tit.* cui tractatui ne dum poſſunt intereſſe perſonæ eccleſiaſticæ, ſed etiam laïci, itaut conſuetudo ſuper hoc non reprobetur, Archid. *in cap. laici in fine, 63. diſt.* Qui tali electioni 235
de ſe factæ per abuſum ſecularis poteſtatis ſuum præſtiterit aſſenſum, in pœnam electionis commodo carere debet, & de cætero ad aliquam dignitatem eligi non poteſt, ut ex *d. cap. quiſquis* collegit Rendina *d. tom.1. tit.36. n.27.* ubi reſolvit prædictis pœnis plectendum eſſe eum, qui per talem abuſum nedum ad epiſcopalem, ſed etiam ad quamlibet aliam dignitatem eligitur, quia text. ille loquitur generaliter de electione, non facta diſtinctione Epiſcoporum, & aliorum; unde Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. cap.4. q.28. verſ. ſi iterum roges,* cum Abb. tenet illum, qui conſenſit in ſui electione contra illum text. poſſe promoveri ad canonicatum, & beneficium, quod non ſit dignitas, & *verſ. nunquid*, ſubdit non poſſe promoveri ad beneficium habens curam animarum, cum æquiparetur dignitati.

Quintò, irritandæ & caſſandæ veniunt clan- 236
deſtinæ electiones, quæ in cameris, & per occulta conventicula fiunt, *d. cap. quia propter, §. electiones,* Silv. *in ſum. verb. elect. 1. q.10.* Tambur. *d. diſp.5. q.11. n.1.*

Sextò, caſſanda quoque eſt illius electio, qui 237
requiſitus antequam eſſet electus, electioni de ſe faciendæ conſenſit, quia vitio ambitionis notatur, *cap. cum poſt, de elect.* Sylveſt. *in ſum. verb. elect. 1. q.10. n.11.* Lambert. *de jur. patr. lib.2. p.1. q.9. art.11. n.2.* Ludov. Miranda *d. tom.2. q.23. art.30. concl.1.* Sigiſm. à Bononia *d. tract. de elect. dub.41. num.1.* Tambur. *d. q.22. num.2.* ubi cum Innoc. *in cap. cùm in jure, de elect.* animadvertit, quòd ſi conſenſus ante electionem requiratur, requiſitus aſſentiri non debet, ſed reſpondebit: *Nolo quid me eligatis, & ita rogo, vel non intendo Dei vocationi reſiſtere.*

Cùm autem probabilis & recepta adeſt Doctorum opinio de nullitate alicujus electionis, ſubditi non obligantur eam admittere, nec electo tanquam Superiori obedire, juxta commune Theologorum placitum, ut videre eſt apud Gerſon. *tom.3. de vita ſpirit. lect.4. corol.10. alphab.62. lit.N,* Vaſq. 1.2. *diſput.62. cap.6.* Salas etiam 1.2. *tract.8. diſput. unic. ſect.8. n.78.* Lorca etiam 1.2. *tom.2. diſp.26. §. adverte præterea,* Sayr. *in clavi Regia, lib.1. cap.12.* Leſſ. *de Juſtit. lib.2. cap.41. dub.9. n.77.* Caſtr. Palao *tom.1. diſp.2. punct.6. n.8.* Joan. Sanci. *diſp.33. à n.31.*

In nonnullis caſibus poteſt eadem electio ite- 238
rum celebrari, veluti ſi electus nolit præſtare conſenſum, aut poſt conſenſum renuntiet, vel decedat, aut ſi electio propter occultum vitium poſtea irritetur; in quibus & ſimilibus habent electores

electores integrum tempus, ac si Ecclesia nuper vacaret, dummodo nihil egerit fraudulenter. Ita expressè probat *cap. si electio* 26. *de elect. lib.* 6 Tiraq. *in l. hoves, §. hoc sermone, n.* 4. *cum seqq. ff. de verborum signif.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 38. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 28. *quæst.* 17. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 45. §. 3. *n.* 6. faciunt tradita per Bero *cons.* 128. *n.* 35. *lib.* 2. ubi quòd actus nulliter factus non impedit reiterationem ejusdem actus, vel sui oppositi, Coccin. *decis.* 188. *n.* 3. ubi quòd provisio nulla non consumit vacationem. Quod in præsentatione locum habere tradunt Rot. *decis.* 269. *alias* 8. *de jurepatron. in novis*, Roch. *de jurepatron. verb. honorificum, quæst.* 42. Seraphin. *decis.* 1007. *n.* 3. Put. *decis.* 200. *aliàs* 194. *in correctis, lib.* 1. ubi dicitur beneficium non vacare per
239 mortem præsentati, non fuit institutus, sed per mortem primi, & sic potuisse patronos de novo præsentare. Ex jure autem devoluto secus erit, quia si Superior jure devoluto elegit, & electus dissentit, vel renuntiat, aut moritur, non poterit iterum eligere, sed ad Canonicos redit electio, glos. *verb. integrum. in d. cap. si electio*, Tiraq. *in d. §. hoc sermone limit.* 1 *n.* 49.

Electus post consensum, ante tamen confirma-
240 tionem, potest sine Superioris auctoritate electioni de se factæ renunciare, glos. *verb. renunciatio, in d. cap. si electio*, ubi Gemin. *n.* 5. Franch. *n.* 3. Rot. *decis.* 6. *num.* 1. *de elect. & decis.* 8. *n.* 3. *de jurepatron.* Cuch. *instit. major. lib.* 4. *tit. de potest. elect. num.* 33. Flamin. Paris. *de renunciat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 1. *n.* 78. Paul. Layman. *in quæst. Canon. de Prælator. Eccles. elect. cap.* 2. *quæst.* 15. *in fine*, Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. dub.* 41. *n.* 8. & 9. ubi *num.* 10. subdit quòd si negotium ad Antistitem confirmatorem sit jam delatum, & contra electum aliquid opponatur, quod electionem infirmet, electorésque eligendi potestate privet, tunc quamvis electus possit eam electionem quoad se repudiare, nihil tamen ea renunciatio confirmatori oberit, quin super oppositis veritatem inquirere, usque compertis eligere & providere non secus possit, quàm si nulla renunciatio facta esset. Ratio autem supradictæ resolutionis est, quia renunciatio illorum, qui habent jus ad rem, non est necesse ut fiat in manibus Superioris, juxta tradita per Flamin. Paris. *d. lib.* 2. *q* 25. *n.* 17.

Est quoque adnotandam, quòd Clericus, qui
241 aliquid opponit in personam electi ad Dignitates, Personatus, & Canonias, & in probatione defecit, suspensionem incurrit à beneficiis per triennium, ad quæ si temerè in illo triennio se ingesserit, erit ipso jure perpetuò privatus, sine ulla spe indulgentiæ, *cap.* 1. §. *adjicientes, de elect. lib.* 6. Vivald. *in candelabro aureo, tit. de suspen. n.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 13. Suar. *in simili tract. disput.* 31. *sect.* 5. *n.* 12. ubi ait non extendi contra electum ad beneficium ecclesiasticum, Squillante *de obligation. Cleric. p.* 4. *num.* 84. ubi intelligit de beneficiis illius Ecclesiæ, de cujus electione agitur, ut culpæ sit proportionata pœna.

Postremò, notandum est quòd impensæ neces-
242 sariæ quæ fiunt à Capitulo pro electione Prælati, sunt de bonis ipsius Prælaturæ solvendæ, *cap. ut præterita*, 45. *de elect.* Duen. *reg.* 98. Lambert. *de jurepatron. lib.* 2. *p.* 5. *q.* 11. *art.* 14. Marc. Anton. Genuens. *in præticabilib. Eccles. q.* 589. me citato *in hoc loco.* Mendez de Castro *in praxi Lusit. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 19.

De confirmatione electi, quod quidem ad Epi- 243
scopo pertinet, supra de electione Episcoporum ostendimus. Hoc autem in loco de omnium electorum confirmatione non nulla in communi notabimus. Primò ergo notandum quòd electio intimenda est electio antequam ad Superiorem deferatur, ut appetat verùm consentire, aut repudiare velit, *cap. quàm sit*, ibi, *electo præsentare, de elect. lib.* 6. Paul. Layman. *in quæst. Canonic. de Prælator. Eccles. elect. cap.* 2. *n.* 14. ille vero si intra men- 244
sem à tempore electionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi præstituto non consenserit electioni tunc vacat Prælatura *d. cap. quàm sit, vers. electus*, Rot. *decis.* 7. *de elect. in novis.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 5. *cas.* 477. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 15. *num.* 50. Mastobr. *in sua praxi habendi concursum requis.* 1. *dub.* 1. *n.* 11. secundùm Roman. impress.

In tribus casibus tenetur ritè & debitè electus 245
in Prælatum consentire electioni de se factæ. Primò, quando à Superiore per obedientiam cogitur, *cap. dilectissimi*, 8. *q.* 1. *cap. nisi cum pridem, de renunt.* Secundò, quando conscientia ob inopiam alterius idonei stimulat, ex quo probabile dispendium, & periculum imminet Monasterio, nisi consentiat, juxta sacros Canones *cap. olim, cap. in scripturis* 8. *q.* 1. Tertiò, quando per viam illicitam fugit, seu abscondit se absque speciali Spiritus sancti instinctu. Extra hos casu vel potest se humiliter excusare, allegando suam indignitatem: vel bona intentione ob profectum Ecclesiæ acceptare. Sed quia difficile quisque se ipsum dignum cognoscere potest, melius facit se humiliter, non verò pertinaciter excusando. Ita Sylvest. *in sum. verb. elect.* 2. *q.* 19. & 20. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 1. Miranda *in man. Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 31. Hieronym. Roder. *in compendio, qua Regul. resol.* 58. *n.* 41. Et quando quis electioni de se factæ renunciat in manibus cujuscunque Prælati, tunc electio devolvitur ad primos electore de jure communi, *cap. si electio, de elect. in* 6. Sigism. *de elect. dub.* 11. *n.* 1. quod tamen limitat *n.* 5. nisi jam dissoluto Capitulo electorum quisque ad propria remearet, nam tunc propter incommoda, quæ inde provenirent ex nova Capituli coadunatione, posset Prælatus Generalis, vel Provincialis providere. Verùm P. de Bayso *in direct. elect. p.* 3. *cap.* 1. *à n.* 2. docet, quòd providere de Prælatu per renunciationem pertinet ad illam Superiorem, in cujus manibus facta est renunciatio, & se vidisse in praxi observari hanc P. de Bayso opinionem his adductis, refert Laurent. de Peiris *de privileg. regul. tom.* 3. *in addicam. cap.* 9. *n.* 10.

Post præstitum intra legitima tempora consen- 246
sum electus per se vel per procuratorem, aut electores ipsi, petere à Superiore electionis confirmationem intra tres menses tenetur, quo termino elapso, legitimo impedimento cessante, irrita reddatur electio, *d. cap. quam sit, vers. Cæterum quivis elector*, ubi glos. *verb. Eccles.* ait hoc quidem in Prælatis cujuscunque Ecclesiæ locum habere. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *q.* 10. Ludov. Miranda *d. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 9. *concl.* 4. Petr. Greg. *rei benef. cap.* 25. *n.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. *n.* 51. Ego ipse *de off. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 57. *n.* 115. Lavor. *d. tit.* 4. *cap.* 25. *n.* 34. Satis tamen erit ad evadendam pœnam nullitatis electionis supradictæ, si aliquis electi amicus ejus nomine confirmationem petat sine mandato, modò elec-

tus tatum habeat infrà illos tres menses glos. *verè, petere, vers. sed pone quod amittat, in d. cap. quàm sit,* Tiraq. *de pœnis temp. cauſ. 22. n. 37.* Azor. *d. cap. 29. q. 11.* quos refero ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. cap. 4. n. 4.* quia ratihabitio fieri omninò debet intra terminum datum ac acceptandum, Covar. *var. lib. 3. cap. 16. num. 5.* In Cathedralibus verò, & Regularibus Eccleſiis, quæ confirmationem à Sede tantummodo Apoſt. accipiunt, tempus hujuſmodi moderatur, juxta Conſtitutionem Nicolai Papæ, de qua *in cap. cupientes, eod. tit. & lib.*

247 Ante confirmationem electus adminiſtrare non præſumat in Eccleſia ut œconomus, vel procurator, vel ſub alio quæſito colore in ſpiritualibus, vel in temporalibus, per ſe, vel per alium, in totum, vel in parte; ſi ſecus faciat, eo ipſo privatur omni jure acquiſito per electionem, ut expreſsè probat *cap. avaritiæ 5. de elect. lib. 6.* & tradunt Tabien. *in ſum. verb. electio 1. n. 27.* Jacob. de Graff. *tom. 2. lib. 1. ſub tit. de elect. conſult. 2. n. 3.* Laurent. de Peirinis *de Relig. ſubdito, tom. 1. q. 1. cap. 23. §. 11. vers. dico quintò.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 45. n. 6.* latè Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 13. à princip. & lib. 3. q. 17. n. 289. cum ſeqq.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 57. num. 214.* dummodo dolus intercedat, ut inſinuat *d. cap. avaritiæ*, ibi, *exquiſitis fraudibus*; & ideo ab hujuſmodi pœna excuſare quamlibet cauſam, quamvis injuſtam & fatuam, cenſuit Rota citata per me *in collect. ad illum text. num. 4.* Illam tamen pœnam incurri per unicam actum perfectum & conſummatum, probant latè Creſcent. *deciſ. 6. n. 17. & 18. de jurepatron.* Lotter. *d. q. 13. num. 6.* Dicitur autem in propoſito actus perfectus & conſummatus, non ex inſtrumentali poſſeſſione, ſed ex actuali perceptione fructuum ſive temporalium, ſive ſpiritualium; Hieronym. Gabr. *conſ. 199. n. 4. lib. 1.* Pute. *deciſ. 45. lib. 3.* Rota *deciſ. 83. n. 4. & 6. p. 5. lib. 3. diverſor.*

248 Intellige ſupradictam reſolutionem de electis ingerentibus ſe in adminiſtratione beneficiorum non curando de confirmatione, ne ſe ſubmitterent periculo caſſationis, ſecus autem in proviſionibus Apoſtolicis, in quibus non proceditur, per viam confirmationis, cùm proviſio unico actu habeat validam electionem, & confirmationem, ideóque in proviſionibus, quæ fiunt à Curia Romana, non eſt ſervanda Conſtitutio *cap. fin. de elect. lib. 6.* Ita Lambertin. *de Jurepatron. 2. p. 2. quæſt. 6. princ. art. 3. n. 4.* & fuit dictum *in Bracharenſ. Parochialis, de Moreira, 15. Junii 1605. coram Ortemberge.*

249 Excipitur tamen Abbatiſſa à majori parte, quàm à duabus electa, ſi ejus confirmatio impugnetur, quia nihilominus poterit interim miniſtrare, *cap. indemnitatibus, §. ſi verò, de elect. lib. 6.*

250 Confirmatio hujuſmodi ab Ordinariis fieri ſolet, aut à ſuperiore Prælato, ſi ab ordinaria juriſdictione exempti ſint erectores, vel à Romano Pontifice, aut à Legato de Latere in provincia exiſtente, ſi Pontifici ſint immediatè ſubjecti, *cap. ſi Abbatem, de elect. lib. 6.* Etaſm. à Cochier *de Juriſdiction. Ordin. part. 4. quæſt. 5.* ob idque olim Generales Religionum exemptarum confirmabantur à Romano Pontifice, cujus tamen conceſſione hodie omnes Generales ſtatim ac creati ſunt, confirmati cenſentur, ſicut tradunt Fr. Eman. *quæſt. Regul. om. 2. quæſt. 52. art. 3.* Sigiſmund. à Bononia *d. tract. dub. 48. n. 1.* me citato *in hoc loco* Novar. *in lucerna Regular. verb. electio confirmanda, num. 4.*

Confirmatur ex officio ſuo habet jus confir- 251
mandi vel caſſandi electionem, prout ſibi videbitur expedire pro bono communi, ita prorſus ut ſicut electores liberè eligunt, quem judicant dignum ſcientia privata, ita ille legitimè confirmat, quem dignum judicaverit, vel per viam judicii cum proceſſu & cauſæ cognitione, & contradictorio, & cum ſententia definitiva, Sigiſm. à Bononia *d. tract. dub. 46 n. 8. & dub. 47. n. 7. cum ſeq.* vel extrajudicialiter, ut ait Lavor. *d. tit. 4. cap. 23. n. 59.* nam poteſt & debet cognoſcere & inquirere de modo electionis, an ſit canonicè facta, & de perſona etiam electi, an ſit idonea; & alia facere, quæ ad publicam utilitatem ſpectant, Navar. *conſ. 1. in antiq. aliàs 2. in novis, de elect.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 1.* & ſic non ex abrupto, ſed ſervatis ſervandis ad confirmationem devenire debet, *cap. cùm ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* Sylveſt. *in ſum. verb. confirmatio humana, n. 4.* nec debet per repentinam confirmationem propriam cupiditatem & inordinatum effectum Juri & æquitati præferens competitore vel oppoſitoribus neglectis, nec diſcuſſo negotio, electo manus imponere, immo ubi fuerunt competitores, vel opponentes, electum confirmare non debet, niſi fiant publicè edicta quòd volentes opponere veniant peremptorio termino aſſignato ſi verò nullus eſt coëlectus, vel oppoſitor generaliter in Eccleſia in qua electio celebrata eſt, proclamari debent, ut ſi qui ſint qui ſe velint opponere, compareant aſſignato peremptorio termino, idque etiamſi electio unanimiter & in concordantia celebrata fuerit, *cap. fin. de elect. lib. 6.* Lambertin. *de Jurepatron. lib. 2. p. 2. q. 6.* Lotter. *d. lib. 2. q. 13. à n. 20.* Lavor. *d. tit. 4. cap. 23. n. 52.* Et debet legitimè conſtare non ſolùm de lectione, & affixione edictorum, ſed etiam de refixione; & ſic quòd fuerint lecta, atque ibi dimiſſa per congruum temporis intervallum, Rot. *deciſ. 325. n. 6. lib. 3. p. 3. diverſ. & deciſ. 624. n. 10. p. 1. recent.* Lotter. *d. q. 13. à n. 47.* De qua publicatione non ſtatur ſimplici aſſertioni Notarii ſine teſtibus, Put. *deciſ. 5. lib. 1.*

Si autem nullus, elapſis etiam terminis, contra 252
electum aliquid oppoſuerit, debet tamen Superior ex officio ſuo diligenter inquirere, & examinare proceſſum electionis, & perſonam electi, ejuſque mores, qualitates & ſcientiam perpendere, *cap. cum nobis, §. his igitur, & cap. nihil in princ. de elect.* ubi gloſſ. *verb. examinet*, Lavor. *d. tit. 4. cap. 23. n. 53.* ubi *n. 57.* ſubdit, quòd quando electus eſſet ita notoriè idoneus, & communiter dignus exiſtimatus, ut nulla alia ſit facienda examinatio, tunc non indigeret alio judicio ſuæ perſonæ.

Nam Prælatus iſte confirmator, qui aliàs tene- 253
tur examinare proceſſum electionis, & perſonam electam in ſcientia, vita & ætate, ſi indignum per negligentiam confirmaverit, carere debet poteſtate confirmandi in ſequenti electione, & ſuſpendi à perceptione fructuum proprii beneficii, quouſque indulgentia promereatur, *cap. nihil 44. de elect.* Coſm. *in pragm. ſanction. tit. de elect. verb. ea vice, pag. 125.* Lambertin. *de jurepatronat. lib. 2. p. 3. art. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 62. in fine.* Si enim ſciens & per malitiam indignum confirmaverit, debet deponi, gloſſ. *verb. ſuſpendatur, in d. cap. nihil.*

Firman.

Firman. *de Episcopo, in 1. part. secunda partis princ. q. 2.* Vivian. *in praxi jurispatron. lib. 12. c. 7. n. 8. in ult. impress.* Lavor. *d. c. 25. n. 62.* peccat mortaliter, & tenetur ad omnia damna, ut com Navar. & Fr. Emman. resolvit Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Electio, different. 1. num. 4.* advertens post Petr. Navar. *de restitut. 1. lib. 2. c. 2. num. 156.* majorem diligentiam circa personam & merita electi fieri debere ab eligentibus quàm à confirmatoribus.

254 Nullibi autem in jure præfixum reperitur tempus confirmatori ad confirmationem concedendam, sicut nec ad instituendum, Massobr. *in praxi habendi concursum, requis. 9. dub. 1.* Lavor. *d. tit. 4. c. 25. n. 43.* Quare sicut institutor, si absque causa non instituat, potest per Superiorem compelli ad instituendum, assignando terminum intra quem instituat, quo elapso poterit ipsemet Superior instituere, qui terminis brevis status debet, ita ut licèt sit arbitrarius, non debet excedere sex menses, Lambertin. *de jurepatron. lib. 2. pag. 3. quæst. 2. art. 6. num. 4.* Massobr. *d. dub. 1.* ita si confirmator nulla existente rationabili causa renuat facere confirmationem, recurritur ad Superiorem, qui eum compellat infra breve tempus præfigendum cum commutatione, seu intimatione, quod nisi infra talem terminum confirmet, Superior jure devoluto hoc faciet. Ita Sigism. à Bononia *d. tract. de elect. dub. 45. n. 3.* Lavor. *d. cap. 25. n. 44.* Rota *in Legionen. confirm. 23 Januarii 1617. coram Cardin. Pamphilio jun.*

255 Absit à confirmatione quæcumque simoniæ labes; omnis enim electio, provisio, nominatio, & confirmatio simoniacè facta est ipso jure nulla, nullumque jus, vel effectum sic electo confert, immo tenetur ille in conscientia prælaturam renunciare, nec ante absolvi poterit, ut expressè probat *Extravag. Cùm detestabile, de simonia*, Less. *de justit. lib. 2. c. 35. dub. 25. n. 157.* Seraph. *decis. 516. n. 1.* Azor. *instit. moral. p. 3. l. b. 12. c. 20. q. 8.* Suar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simon. c. 57. n. 10. 25. & 27.* Laurent. de Peisinis *de privil. regul. tom. 3. in additam. c. 9. n. 7.* Sigism. à Bononia *in tract. de elect. dub. 58. n. 8.* ubi per *d. Extravag.* ita procedere, etiamsi simonia esset occulta, Lavor. *d. tit. 4. c. 25. n. 65.* Tamburin. *d. tom. 1. disp. 10. dub. 5. ex n. 1.*

256 Electio simoniaca reputabitur si pro suffragio, sive, ut dicunt, pro voce quis promiserit beneficium, Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 7. q. 1. vers. & videm.* Tamburin. *d. disp. 10. q. 3. n. 3.* non enim licet promittere beneficium pro suffragio, seu voce electionis, *cap. de hoc 11. de simon.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 244. vers. secundo.* Suar.

257 *d. lib. 4. de simon. c. 39. n. 14.* Sic eodem modo erit illa electio simoniaca in qua electores conveniunt ut alter suffragetur uni in una electione, qua alter suffragabitur alteri in alia, secundùm Navar. *in man. c. 23. n. 100. vers. 2.* Valer. Reginald. *d. lib. 24. n. 44. vers. quantum est.* Franc. Emman. *tom. 3. quæst. regul. q. 63. art. 4.* Erit quoque electio simoniaca,

258 ac proinde irrita, si aliquis ignorante electio pro eo eligendo pecuniam dederit, *cap. de regularibus, 25. de simon.* Azor. *d. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. vers. simonia.* Tamburin. *d. disp. 10. q. 3. n. 8.* Paul. Laym. *in Theologia morali, lib. 4. tract. 10. cap. ult. num. 73. vers. porrò.* Pro electione enim particularis perso-

259 næ etiam dignissimæ non est licitum pecuniam of-

260 ferre, Less. *d. dub. 19.* & sic electus est privatus ipso jure, & tenetur cedere beneficio ubi primùm scierit, fructúsque bona fide non consumptos reddere, *cap. si alicujus, 59. de elect.* Majol. *de irreg. lib. 5. c. 45. n. 2.* Covarruv. *in reg. peccatum, part. 2. §. 8. num. 6. vers. sic qui*, Flamin. *de resign. lib. 14. q. 7. num. 37.* dummodo tamen hoc in ejus fraudem factum non sit, Tamburin. *d. q. 3. n. 7.* Paul. Laym. *d. n. 73. vers. similia*, ubi dicit, quòd talis fraus homini malitioso contra innocentem prodesse non debet.

At quando eligendus sciens vel dubitans com- 261
mittit simoniam in sui favorem, contradixerit, & declaraverit se illi non consentire, tunc non videtur irrita electio, seu provisio, *cap. sicut tuis, 33. de simon.* Ugolin. *de simon. tab. 4. c. 6. n. 3. & de irregularitate, c. 8. n. 3.* Card. Tolet. *in instruct. Confess. lib. 5. cap. 90. vers. duo quarto*, Valer. Regin. *d. lib. 15. n. 178.* Bonacin. *de sanam. q. 7. puncto 2. n. 17. vers. secundo intelligitur*, Azor. *d. lib. 12. c. 7. q. 1. vers. quid si.* Paul. Layman. *d. n. 73. vers. limita, post princ.*

Sicut etiam nec erit simoniaca electio, si quis tra- 262
diderit pecuniam electoribus indignum eligere volentibus ne illum eligant, Soto *de justit. & b. 9 q. 6. art. 1.* Gregor. de Valent. *tom. 3. disp. 6. q. 16 puncto 3. col. 16. vers. quarto.* Bonacin. *de simon. q. 4 puncto 5. n. 12.* Lessius *de justit. lib. 2. c. 35. dub. 19.* Suar. *d. lib 4. de simon. c. 50. num. 56.* Cajet. *tom. 2. opu. cul. tract. 9. de simonia, q. 3.* Paul. Layman. *in Theologia moral. lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. 2. n. 23.* Illustriss. Dom. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. inutile, n. 4. dist. 88.*

Sed quid si manifestum sit unicum dumtaxat 263
dignum esse, nonne dando pecuniam, ut non eligatur indignus, & Ecclesiæ noxius, virtualiter alterè digno comparabitur aditus ad beneficium pecunia? Respondetur primò, non esse directè intendendum aut postulandum, ut electores accepta pecunia eligant hanc particularem personam, quæ sola digna videtur, sed solùm indignum non eligant, sive ut aliquem dignum, per accidens autem esse censebitur, si unus solus dignus sit qui eligi possit. Secundò, respondetur hanc doctrinam præcipuè locum habere posse in electione Summi Pontificis, de qua Cajetan. loquitur; aliæ verò inferiores electiones irritæ erunt, quia simoniaca ex parte accipientis pecuniam, saltem ob positivi juris constitutionem; ordinariè autem non licitum cooperari ad talem electionem, vel collationem beneficii ecclesiastici, sicut notavit Adrian. *quodlib. 9. quoad tertium principale.* Valent. *d. puncto 3. q. 3. conclus. 2. circumst. 3.* Suar. *d. cap 50. num. 42.* Sed an qui ad redimendam vexationem electori dedit pretium ne minus dignus eligatur ad beneficium, sit simoniacus? Vide Moscon. *in summ. tract. 15. c. 15. n. 6.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 37. diffic. 23. n. 3.* Diana *moral. resolut. part. 5. tract. 14. resol. 1.*

Non obstat *cap. Matthæus 23. de simon.* dum pro- 264
bat non excusari à culpa simoniæ electum à majori & saniori parte Capituli paucis contradicentibus, qui magistro discordiæ dari consensit? quia respondetur ibi non ideo pecuniam illicitè fuisse datam quòd electus nondum fuerat confirmatus, ut malè Innocent. & communis existimat, nec etiam quia contradicentes justam causam habebant, ut contra verba ejusdem text. gloss. vult; sed quia constabat tantam esse adversarii potentiam, ut non potuisset electus commodè jus suum apud Judicem consequi & objecta impedimenta removere, quo pacto etiam procedit text. [*in cap. ad aures, de simonia*], portat enim excommunicatus, de quo ibi, Superiorem adire, ut Gloss. & Docto-

res *ibidem* observat. Potest etiam non ineptè dici electum læsam habuisse conscientiam, & ideo jubetur celeriter administrationem dimittere, ne fortasse si scrupulum removere non possit, maneat in peccato; ad quod etiam erronea conscientia obligat. *cap. ult. de præscript.* & in dubio Summus Pont. quod est tutius imperavit, juxta text. *in cap. penult. de homicid.* Cui interpretationi conveniunt illa verba, *multum tibi consulit*, &c. sicque non constabat de simonia, sed dubitabatur.

265 Simoniam committit dignus offerendo in concursu beneficiori pecuniam digniori, ut desistat ab oppositione, & tenetur ad cedendum beneficium, & restituendos fructus perceptos, ut latè probat Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 4. c. 14. §. 1. n. 1. & 2.*

266 Illud pro coronide advertendum duxi, quòd si simonia commissa fuerit in confirmatione, vel collatione, propter quam eam irrita existat, non ideo tamen & irrita erit electio, vel præsentatio, arg. *cap. si confirmationem, de elect. lib. 6.* ubi habetur si confirmatio irritetur, vel irrita declaretur propter defectum substantialem jurisdictionis, non propterea etiam præcedentem electionem (si aliàs canonica fuit) infirmari. Ita Less. *de justit. lib. 2. cap. 35. lib. 4. tract. 10. cap. ultim. num. 73. in fin.*

CAPUT XX.

De Diœcesibus, & Parochiis.

SUMMARIUM.

1 *Diœceses, & Parochiæ distinctæ olim fuerunt à Dionysio Papa.*
2 *Diœceses, & territoria dividere, & assignare ad solum Papam spectat.*
3 *Diœcesis est civitas, & territorium ubi Episcopus jurisdictionem habet in spiritualibus.*
4 *Diœcesis unde dicatur?*
5 *Diœcesis appellatione an comprehendatur civitas, seu Cathedralis, ostenditur.*
6 Cap. Rodulphus, de rescript. *declaratur, & num. 7.*
8 *Diœcesis appellatione civitas, non continetur in litteris impetratis ad beneficia.*
9 *Civitatis appellatione in litteris beneficialibus Diœcesis comprehenditur.*
10 *Verba*, Clericus Bracharens. *sunt apta capere civitatem & Diœcesim.*
11 *Parochia dicitur à Parocho.*
12 *Parochus derivatur à prohibitione, eo quod Plebi sui commissa Sacramenta, & sacra præbeat.*
13 *Parochia idem est, quod accolarum Conventus, seu habitatio, aut cura.*
14 *Parochia dicitur locus in quo degit Populus alicui Ecclesiæ deputatus certis finibus limitatus.*
15 *Parochia qualibet habet suum territorium separatum, & divisum.*
16 *Parochia ad minus debet constare ex decem familiis.*
17 *Parochialis Ecclesia dicitur quæ habet curam animarum sine prærogativa, seu prælatione.*
18 *Parochialis Ecclesia ut talis, dicitur quæ requirantur, ostenditur.*
19 *Parochialis Ecclesia superioris auctoritate, & consensu ex lapsu temporis erecta præsumitur, quando in illa divina Officia publicè celebrata fuerunt.*
20 *Parochialis Ecclesia ut talis probetur quæ requirantur, ostenditur.*
21 *Presbyteri per Castella, & modicas civitates atque villas ab Episcopis instituuntur. Episcopus verò ad honorabiliorem locus est titulandus.*
22 Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13. *declaratur.*
23 *Parochiæ novæ constitui possunt ubi Parochiani ob locorum distantiam aut difficultatem sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta & divina Officia audienda accedere non possunt.*
24 *Ecclesia plures Baptismales in ejusdem Ecclesiæ limitibus esse non debent.*
25 *Diœcesis una non est in duas dividenda.*
26 *Basilicæ omnes per diversa loca constructæ, vel quæ quotidie construuntur, in ejus ordinatione, & potestate persistere debent.*
27 *Fines Diœcesium, vel Parochiarum, de quibus constat, præscribi non possunt.*
28 *Fines Diœcesium, & Parochiarum in utilitatem publicem, non privatam, sed publica auctoritate constituti.*
29 *Fines Diœcesium, & Parochiarum si non sint certi, præscribuntur spatio 30. annorum.*
30 *Episcopus si locum alterius Diœcesis convertat ad Fidei Catholicæ unionem, cum præscribit spatio trium annorum, nisi intra hunc terminum repetatur.*
31 *Fines Diœcesium multis modis probantur.*
32 *Historiis maxima fides adhibenda.*
33 *Mappæ probant confines, dummodo sint factæ servatis servandis.*
34 *Lapides, seu columnæ terminorum probant confinia.*
35 *Instrumenta pro confinibus facta illos probant.*
36 *Confinia probantur ex enunciativis plurium instrumentorum, præsertim junctis à minioulis.*
37 *Testes quamvis sint de auditu & singulares, probant confinia, si rationem reddant dicti sui.*
38 *Fama publica, & antiqua probat confinia.*
39 *Probationes plures imperfectæ ad constituendam unam perfectam admittuntur in probandis antiquis confinibus.* & n. 41.
40 *Probatio levis, licèt non sit omnino plena sufficit in probatione confinium.*
42 *Parochi intra fines suarum Parochiarum habent assistentiam Juris super jure Parochiali percipiendo.*
43 *Jus Parochiale consistit in pluribus.*
44 *Parochia alterius nullus judicet, vel condemnet.*
45 *Clericus unus Diœcesis si delinquat in aliena, judicari poterit ab Episcopo apud quem deliquit.*
46 *Episcopus nullus alienas plebes, usurpare potest.*
47 *Decima Ecclesiæ suæ Parochiali ab iis, qui id tenetur, integrè, & legitimè persolvi debent.*
48 *Ecclesia major per circuitum 40. passus habet, capella verò, vel minores Ecclesiæ 30.*
49 *Aliquis fit de Parochia vel Diœcesi alterius per domicilium, quod ibidem contrahit.*
50 *Subditus quis fit quod ad collationem sacramentorum, & censuras incurrendas, illius Diœcesis, seu Parochiæ in qua tunc temporis reperitur, & tenetur ad jejunia, quæ in ea indicta,*

junt,

ſunt, quamvis per duos vel tres dies ibidem detineatur.

51 *Carnibus veſci in loco domicilii non poteſt qui diſcedit manè ex oppido domicilii ubi eſt jejunium perventus ad locum ubi non eſt jejunium.*

52 *Miſſum prius audire non tenetur qui in ipſo manè diei feſto exit ad alium locum ubi dies feſtus non eſt laborandi cauſa.*

53 *Feſta, & jejunia ex præcepto Epiſcopi ſervare non tenetur quis in loco exempto ab illius juriſdictione, quamvis ſit intra eandem Diœceſim ipſius Epiſcopi.*

54 *Excommunicatio Epiſcopi pro tota Diœceſi non ligat eos ſubditos, qui commorantur in loco exempto intra eandem Diœceſim.*

QUONIAM de animarum Prælatis hactenus loquuti ſumus, & de eorum officio, ac poteſtate, & juriſdictione egimus, nunc aliqua ſunt dicenda de eorum Diœceſibus, & finibus juriſdictionis. Et enim primò
1 ſciendum, quòd olim à Summis Pontificibus, præſertim verò Dionyſio, fuerint Diœceſes, & Parochiæ diſtinctæ, ut refertur *in cap. unic.* 13. *q.* 1. ubi gloſſ. *verb. diviſimus*, & dicitur *in cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*, Polydor. Virgil. *de inventorib. lib.* 4. *c.* 9. Navar. *in cap. placuit, n.* 3. *cum ſeqq. de Pœnit. diſt.* 6. Selu. *de benef. part.* 1. *q.* 4. *n.* 19. Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. Hojed. *de incompatib. benef. part.* 1. *in præfat. num.* 5. Bertrand. *conſ.* 350. *volum.* 2. *p.* 1. Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de decim. lib.* 1. *cap.* 21. *à n.* 4. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 18. Rot. *in Conchen. decimar. del Infantado* 7. *Februarii* 1618. *coram bon. mem. Andrea, & in Florentina Parochialis* 22. *Maii* 1630. *coram Reverendiſſimo D. meo Coccino Decano*, & unicuique gregi proprii aſſignati Paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores, qui ſuarum ovium ſinguli curam haberent, ut inquit Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *de reform. cap.*... Diœceſes enim, & territoria dividere, &
2 aſſignare ad ſolum Papam ſpectat, Hoſt. *in cap. cùm contingat, n.* 1. Butr. *n.* 11. *in fine*, Abb. *num.* 18. Bella. *n.* 13. *de foro compet.* fuit dictum *in Conſtantien. Juriſdictionis coram Reverendiſſimo Attrebaten. impreſſ. deciſ.* 324. *n.* 1. *p.* 1. *recent. & in Calaguritana Juriſdictionis* 16. *Junii* 1606. *coram eodem, & in Burgo ſancti Sepulchri Juriſdictionis* 13. *Martii* 1626. *coram bonæ mem. Buratto*, inter ejus impreſſ. *deciſ.* 920. *num.* 1.

3 Diœceſis autem eſt civitas, & territorium, ubi Epiſcopus Juriſdictionem habet in ſpiritualibus, *Clem. unic. de ſupplen. neglig. Prælat.* Dicitur Diœceſis locus, ubi eſt Epiſcopus, & Epiſcoparus, *cap. cùm pro utilitate* 16. *q.* 1. gloſſ. *verb. Presbyteri, in Clem.* 1. *de privileg.* quæ propterea dicitur Parochia Epiſcopi, *cap. ſuper eo, de Paroch. cap.* 1. *de raptorib.* Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Curiæ Archiepiſc. Neapol. cap.* 57. *n.* 7. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop.*
4 *part.* 3. *alleg.* 8. *num.* 12. dicta Diœceſis, à verbo græco, quaſi Adminiſtratio; vel ſecundùm aliquos, diviſio; quia fines Epiſcopatuum dividuntur, *cap. Provincia* & *ibi* gloſſ. 99. *diſtinct. cap. unic.* 10. *q.* 3.

5 An appellatione Diœceſis comprehendatur civitas, ſeu Cathedralis Eccleſia; Quæſtio eſt non contemnenda, in qua ita paucis diſtinguendum duxi, quod aut ſumus in materia favorabili, aut in odioſa; primo caſu venit civitas appellatione Diœceſis, *cap. ſacrorum*, 65. *diſt. cap. cùm Clerici. de verb. ſignif. cap. cùm nullus, de tempore ordinat.* aut ſumus in materia odioſa, & tunc minimè comprehenditur, *cap. unic. de rer. permut. lib.* 6. Ita diſtinguunt Card. Florent. *n.* 1. *oppoſit.* 1. Imol. *col.* 1. *n.* 5. *verſ. in gloſſ.* 1. Butr. *col.* 1. *n.* 10. Panorm. *col.* 5. *n.* 5. *verſ. ad ſecundùm*, Felin. *col.* 5. *n.* 8. *verſ. tertia concluſio, in cap. Rodulphus*, 35. *de reſcript.* gloſſ. *verb. Diœceſi, in d. cap. unic.* cum qua ibi conveniunt Joan. Andr. *in lect. col.* 2. *n* 3. *verſ. in gloſſ* 2. Joan. Monach. *col.* 1. *n.* 1. *verſ. quid ſi in civitate.* Philip. Franch. *col.* 3. *num.* 5. *verſ. in gloſſ.* 2. Andr. Gambar. *n.* 106. *cum ſeqq. ſuper d. gloſſ. verb. Diœceſi*, Ferret. *conſ.* 220. *n.* 1. *verſ. cupit etiam*, Mandoſ. *reg.* 16. *Cancel. q.* 42. *n.* 7. Rendin. *in prompt. recept. ſent. tom.* 1. *tit* 124. *n.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. *à n.* 193. Eraſm. à Cochier. *de Juriſdict. Ordin. in exemptos, p* 4. *q.* 74. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 350. *n.* 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *cap. ult. n.* 76. *cum ſeq.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 34 *n.* 169. *& in tract. de appellat. verbor. utriuſque jur. ſignific appel.* 49. *n.* 7. 6

Non obſtat text. *in d. cap. Rodulphus*, ubi civitatis homines non comprehenduntur in reſcripto impetrato contra hominem alicujus Diœceſis: quia reſpondebat olim doctor Michaël à Coſta in lectura Salmantina ſuæ Cathedræ veſpertinæ, prout eum refert Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap. ult. numer.* 79. idèo appellatione Diœceſis in illo text. non venire homines civitatis, quia præceſſerat in eodem reſcripto mentio civitatis per illa verba: *Contra Epiſcopum Sagienſem*, & proinde in dictis verbis generalibus poſtea ſequutis, non potuit iterum includi civitas, *ad l. dois cauſa, ff. de verb. oblig. & l. ſanctio legum, ff. de pœnis*: unde addit noviſſimè Anton. de Fuertes. *Canon. queſt. lib.* 3. *cap.* 2. Gregorium *d. cap. Rodulphus*, non ſine cauſa prius nominaſſe civitatem in ſpecie, dum de Epiſcopo in illa commorante meminit; deinde verò Diœceſim in genere, dum dicit, *& quoſdam alios Diœceſis Sagienſis*, ad oſtendendum memoratos in ſecunda clauſula generali non eſſe ſub priori ſpeciali comprehenſos, quoties enim ſpecialitas præcedit clauſulam generalem, & genus poſtea ſubſequutum non comprehendit ſpeciem prius nominatam, ſicque cives Sagienſes, quia ſemper genus ſubſequutum intelligitur de dictis ſpeciebus prius relatis, atque nominatis, *d. l. dolì* 119. *ff. de verb. ſignif.* Bart. *in l.* 1. *ff. de reb. dub.* ergo in hac ſpecie, ut Rector Eccleſiæ ſancti Chriſtophori poſſet per reſcriptum conveniri, aliter debuiſſet concipi quàm fuit conceptum, ita nempe *contra Epiſcopum, & quoſdam alios Diœceſis Sagienſis*, tunc enim, quia tantùm repetitur genus, quod verificari poteſt in omnibus ſuis ſpeciebus, non ſolùm illi de Diœceſi, ſed etiam illi de civitate conveniri poſſunt, cùm tunc verba habeant ſignificationem intenſivam, ex qua reſcriptum ampliatur, ut comprehendat alias res, & perſonas, præter nominatas. Quæ & extendenda eſt ad eum caſum, quo reſcriptum ita conciperetur *contra Archiepiſcopum Bracharen. & quoſdam alios Diœceſis Portugalen.* nam tunc tale reſcriptum habet vim comprehenſivam: quia genus poſtea ſubſequutum non poteſt verificari in ſpecie, quæ antea præceſſerat, tanquam quòd ſit omninò diverſa, & ſeparata.

Ego autem in communi intelligo diſpoſitionem text. *in d. cap. Rodulphus*, procedere, quia 7
reſcripta delegatoria ſunt ſtricti juris, Bec. *conſ.* 21. *n.* 11.

Biblioteca de Ciències Socials

n.11. & 33. Mar. Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut. 8. n. 4.* ac proinde strictè interpretanda; ideò nimirum, si in eo text. in rescripto impetrato contra hominem alicujus Diœcesis, non comprehendantur homines Civitatis, quod est conformius distinctioni suprapositæ; illa enim ratio D. Michaëlis à Costa solùm convincebat, quòd per clausulam generalem non posset conveniri Episcopus Sagien. de quo specialis mentio præcesserat, non tamen quod non possint conveniri alii civitatis, cùm de eis non esset facta specialis mentio; & mentio hic facta de Civitate, & Diœcesi est indirecta, & in obliquo; ita Nicol. Garc. *citato loco*, qui in addit. subdit sibi non placere intellectum D. Sahag. *in cap. super litteris, n. 29. de rescript.* dicentis ex illo individuo *Episcopi Sagien.* in rescripto expressi, non posse conveniri alium Sagien. præter Episcopum, juxta *l. hæret 98. §. 1. ff. de legat. 3. & l. 1. §. item si duo, de aur. & arg. leg.* ubi probatur, quòd si nominentur aliqua individua speciei contentæ sub genere, ad alia in eadem specie contenta non porrigitur illud genus: quem etiam intellectum videtur idem Sahag. tradere *in cap. 1. n. 24. de offic. delegati.* Convincitur enim iste intellectus, quia in *dict. l. hæret, §. 1. & in d. l. 1. §. item si duæ*, ideò in legato facta alicui de duabus statuis marmoreis, & de omni marmore, non comprehenduntur aliæ statuæ marmoreæ, præter duas, quia, ut inquit Iureconsl. *in d. §. 1.* duas statuas legendo potest videri non putasse in marmore se statuas legasse, quæ ratio cessat in casu *d. cap. Rodulphus*, ubi fuit nominatus Episcopus Sagien. in litteris, & commissione, quia contra eum in particulari fuerunt impetratæ, & ideo dicta nominatio, & expressio non erat superflua, si rescriptum fuisset impetratum contra eum, & quosdam alios Sagien. Civitatis, maximè quod Episcopus propter suam dignitatem, & præeminentiam non videretur venire in clausula generali, arg. *cap. sedes de rescript.*

8 Ex quibus infertur in litteris impetratis ad beneficia, Diœcesis appellatione Civitatem non contineri, ex text. *in cap. ult. de preb. in c. quamvis, in eod. tit.* ubi in litteris beneficialibus exprimitur Civitas, vel Diœcesis; nam expressio Diœcesis esset superflua, si nomine Civitatis contineretur. Item, cùm rescripta beneficialia sint restringenda, *dict. cap. quamvis*, Joan. à Cochier *in reg. 16. Cancell. n 35. pag 169.* nomine Civitatis in eis expresso, non debet venire Diœcesis: ita firmant *in dict. cap. quamvis*, Archid. *col. 2. n. 3. & 4.* & Gemin. *n. 4. verf. quæro quare*, gloss. *verb. in majori Ecclesia, in cap. accepimus, de ætat. & qualit.* & ibi Butr. *n. 13. verf. quæro*, Panorm. *n. 8. verf. quæro quid si dicatur*, plures, quos refert & sequitur Rondin. *dict. tit. 124. n. 8.*

9 Civitatis verò appellatione in eisdem litteris beneficialibus, Diœcesis comprehenditur, veluti si quis dicat se clericum Bracharen. cùm non sit ex ipsa civitate, sed ex alio Diœcesis loco oriundus, quia

10 verbum *Clericus Bracharen.* est aptum capere civitatem, & Diœcesim, Ferret. *consil. 122.* Nicol. Garc. *de benef. part. 7. cap. 9. n. 27.* Rot. *in Toletana Parochialis 10. Maii 1596. coram Cardin. Arigonio*, apud eundem Garc. *part. 9. cap. 2. n. 241.*

11 A parocho verò dicitur parochia, seu parœcia, ut Budæus vult, & parochiani, seu parœciani, ut *in tit. de Parochis*, & eo nomine usos fuisse antiquos Christianos demonstrat S. Augustin. *lib. 14. de civitate Dei*, his verbis: *Fuit Presbyter nomine Restitutus in Parœcia Calamensis Ecclesiæ*, & detinatur, vel à præbitione, eo quòd plebi sibi commissæ Sacramenta, & sacra præbeat (*Parochus* enim Græcè idem quòd præbitio est) vel à parœcia, quæ Græcè idem est, quòd accolatum Conventus, seu habitatio, aut cura, eò quòd illi præficiatur, & curam habeat animarum totius populi intra illos limites congregati. Ita Petr. Gregor. *syntagm. juris, lib. 15. cap. 24. n. 6. & 7.* Læl. Zech. *de Republic. Ecclesiast. cap. 28. n. 1.* Gutier. *allegat. 8. n. 6.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 39.* 12 13

Parochia igitur dicitur locus, in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputatus certis finibus limitatus. Ita Ægid. Bella. *cons. 38. n. 8.* Grilenzon. *cons. 6. n. 5.* Roman. *cons. 356. in princ.* quos refert Card. Tusch. *tom. 6. littera P, concl. 94. n. 1.* Mantic. *decis. 48. n. 1.* quælibet enim parochia habet suum territorium separatum, & divisum, in quo non est licitum alteri parochiæ aliquid facere, quia dicitur data Jurisdictio distincta. Calcan. *cons. 34. ex num. 10.* Cardinal. Tusch. *d. littera P, conclus. 95. n. 7.* & quòd sit certa pars Diœcesis, quæ constat ad minus ex decem familiis, tradit Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 51. n. 25.* parochialis autem Ecclesia est, quæ habet jus consistens in cura animarum ipsorum parochianorum, de quibus parochus presbyter tenetur Deo reddere rationem. Ægid. Bellarm. *cons. 38 n. 8.* & dicitur Ecclesia, quæ habet curam animarum sine prærogativa, vel prælatione, Feder. de Senis *cons. 49. & 86.* Card. Tusch. *d. littera P, conclus. 93. n. 1.* 14 15 16 17

Parochialis Ecclesia, ut talis dicatur, quatuor requiruntur. Primum, quòd in ea adsit Sacerdos habens potestatem ligandi. Secundum, quòd habeat certos fines. Tertium, quòd curam exerceat nomine suo. Quartum, quòd solus, & non cum aliis administret. Ita Rot. *decis. 52. num. 2. 14. 16. & 17. part. 2. diverf.* Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. statuimus, il 2. in verb. Parochiales, verf. & ad probandum*, Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 2.* Camill. Borrel. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 2. n. 17.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 561. in 2. edit.* & latè infrà *lib. 2. cap. 1. propè fin.* Potest tamen habere plures Curatos in solidum, & exercentes curam eandem. Ægid. Bella. *cons. 38. n. 12.* Card. Tusch. *d. litt. P, concl. 96. n. 1.* Et propterea Rota *loco proximè citato*, considerans statum Ecclesiæ breviter dixit ad ostendendum Ecclesiam esse parochialem non sufficere quòd Rector administret Sacramenta, nisi etiam ostendat, quòd de necessitate administret, & populus ab eodem de necessitate recipiat, quia, etsi omnis Ecclesia parochialis dicatur habere curam, dicitur parochialis, gloss. *verb. impendat, in Clem. Dudum, de sepultur.* ubi Imol. *n. 32.* Abb. *in cap. de multa, n. 14. verf. sed adde, de præben.* Dec. *in cap. aures, n. 6. verf. ad Curatum, de rescript.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 36.* Mantic. *decis. 48. n. 5.* & fuit resolutum *in Sabinen. decimorum*, 30. *Aprilis 1599. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & in eadem 16. Martii 1609. coram R. D. meo Coccino Decano, & in Florentina Parochialis 22. Maii 1630. coram eodem, in verf. quantum attinet.* 18

Superioris auctoritate, & consensu, ex lapsu temporis erecta præsumitur Ecclesia parochialis, quando in illa, divina officia publicè celebrata fuerunt, ut per Afflict. *decis. 568. n. 6.* Gam. *Lusit. dec. 144. in fine, & decis. 168. n. 1.* Lancell. Gallia *cons. 124. num. 6. vol. 1.* Camil. Borrel. *in sum. omn. decis. tom. 1. tit. 2. de sacros. Eccles. n. 7.* ubi *num. 10.* 19

subdit.

subdit procedere quando requiritur consensus, secus autem si exigeretur licentia, in qua non sufficit aliquis.

20 Ad probandam Parochialem Ecclesiam, plura esse necessaria ponit Rom. *cons.*356. *num.*3. quem refert Card. Tusch. *d.concl.*94. *num.*3. & 4. Primò quod locum habeat certis limitibus constitutum, in quo regatur Populus ipsi Ecclesiæ deputatus, ut suprà vidimus. Secundò, quod Parochiani Missam audiant diebus festivis in Parochia, juxta dispositionem Concil. Trid. *sess.*25. *de reform. cap.*14. junctis traditis per Rot. *in d. Florentina Parochialis, in vers. & multum.* Tertiò, quod Sacramenta in ea percipiant, declarando ut suprà. Quartò, quod ibidem sepeliantur, quamvis non inde resultet concludens præsumptio Parochialitatis, cùm quilibet possit sibi eligere sepulturam in loco sacro sibi benè viso, *cap. cùm liberum*, & ibi Gloss. *verb. disposuit, de sepult. cap.*1. *eod. tit. in* 6. resultare tamen, si doceatur quod non factâ aliquâ electione sepulturæ per defunctos, & non existentibus sepulturis Majorum in dicta Ecclesia, corpora fuerint ibi sepulta, tanquam in Parochiali, in qua concurrentibus prædictis, defuncti debent sepeliri, *capite Ex parte de sepult.* & consuluerunt Rot. *in dict. Florentina*, & declarant Gonzal. *d. glos.*7. *n.*53. Gratian. *disceptat. forens. cap.*865. *n.*14. Quintò, quod præstent decimas, quamvis ex sola solutione decimarum non possit per necesse concludi ad Parochialitatem, cùm decimæ possint etiam acquiri Ecclesiæ non Parochiali ex alio titulo, quàm de jure divino, ex quo Ecclesiæ Parochiali debentur, *Exod. cap.*2. *in fine*, & habetur *in cap.*1. *& in cap. cùm homines, & in capite Pastoralis, de decim.* possunt enim & aliis Ecclesiis acquiri, putà ex præscriptione, *cap. cùm contingat. cap. cùm in sua, eod. tit. cap.*1. *de præscript. in* 6. Rebuff. *de decim. quæst.*23. *n.*6. Abbas *cons.*94. *n.*2. *vol.*1. Covar. *lib.*1. *var. cap.*17. *num.*7. Rot. *in dict. Florentina Parochialis, vers. nec dicatur.* Sextò, quod in dicta Ecclesia retineatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod in Parochialibus, debet de necessitate retineri, juxta notata *in Clem.*1. *de privileg.* itaut in aliis non retineatur, nisi ex indulto Apostolico, quod habent Regulares, *cap. tribus*, §. *tanta, de consec. dist.*2. & ita sibi fuisse responsum à sacra Congregatione Eminentissimorum Interpretum Concilii de anno 1609. refert Marc. Ant. Genuens. *in pract. Archiepiscop. Neapolit. cap.*110. & tangit Piasec. *in praxi Episcop. part.*2. *cap.*3. *num.*7. Septimò, quod fiant oblationes. Octavò, quod habeat jus baptizandi. Et quamvis ex hoc omnis Parochialis dicatur Curata, non sic omni Curata dici potest Parochialis. Hojed. *de incompat. benefic. part.*13. *n.*2. Rebuff. *d. verb. Parochiales Ecclesiæ*, Camill. Borrell. *d. tit.*2. *de sacros. Eccles. n.*18.

21 De Diœcesibus autem, vel Parochiis constituendis, sciendum est primò quod statutum est *in cap. Episcopi, cum seq.* 80. *& in cap.*1. *de privileg.* & in Concil. Lateranensi sub Leone X. *sess.*10. ne Episcopi in Castellis, neque in modicis Civitatibus constituerentur, sed ut Presbyteri per Castella, & modicas Civitates, atque villas ab Episcopis instituantur, atque ordinentur, singuli tamen per singulos titulos, atque loca, Episcopus verò ad honorabilem locum titulandus est nominandus, ne vilescat nomen *Episcopus* ut inquit Anacletus Papa *in dict. cap. Episcopi*, 80. *distinct.* Leo quoque Summus Pontifex *in eadem distinct.* [Episcopalia, inquit, gubernacula, non nisi in majoribus populis, & frequentioribus civitatibus, ne viculis, vel obscuris, aut solitariis municipiis tribuatur Sacerdotale fastigium.] Alzed. *in praxi Episcop. part.*1. *c.*6. *ex n.*1. Sed postèa diversis de causis aliud servatum vidimus.

Secundò sciendum, quod statuit Concil. Trid. 22
*sess.*24. *de reformat. cap.*13. ut in locis illis, & Civitatibus, ubi Parochiales Ecclesiæ certos non habent fines, nec eorum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscuè petentibus Sacramenta administrant, distincto populo in certas Parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum Episcopus assignet: quod quidem Concilii decretum utique non comprehendit Parochias, quæ licèt certos fines non habeant, certum tamen populum, & per certas familias distinguuntur, usque adeò ut Sacramenta promiscuè non administrentur, sicut refert decisum Gonzal. *ad reg.*8. *cancell. glos.*6. *n.*96.

Ubi etiam propter locorum distantiam, aut dif- 23
ficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, Episcopi constituere possunt, *cap. ad audientiam, de Eccles. ædific.* quibus provictu, & sustentatione novi Parochi fructus assignentur arbitrio Episcopi ad Ecclesiam matricem quomodocunque pertinentes, & si necesse fuerit, compellat populum Ecclesiæ noviter erectæ ad necessaria eidem Sacerdoti subministranda, ut Concil. Trident. disponit *sess.*21. *de reform. cap.*4. *& infra de Eccles. ædificand.* libro sequenti videbimus, quia hoc in loco de Jurisdictione tantùm, & Territorio loquimur.

Tertiò, non debent esse plures Ecclesiæ Baptis- 24
males in ejusdem Parochiæ limitibus ut antiqui Canones statuerunt, de quibus *in cap. plures Baptismales, cum duobus seqq.* 16. *q.*1. sed debet Baptismus à majori Ecclesia accipi, secundùm antiquum Ecclesiæ ritum, qui hodie in nonnullis Civitatibus servatur, in quibus ex Cathedrali tantùm Ecclesia Baptismus sumitur, & extra Urbem à matricibus tantùm Ecclesiis, quæ inde matrices vocari videntur, quia animas per Baptismum regenerant, secundùm Glos. *in Clem. unica, de Baptismo.*

Quartò, quod una Diœcesis non est in duas 25
dividenda, *cap.*1. *dist* 10. *cap. unic. dist. ult. cap. quoniam, de offic. ordin.* facilius enim duæ invicem uniuntur, quam una in duas dividatur: quomodo autem dividantur Diœceses inter Episcopum hæreticum reversum, & eum qui ei fuerat substitutus docet Concil. African. *in c.*1. *de Paroch.*

Quintò quod Basilicæ omnes per diversa loca 26
constructæ vel quæ quotidie construuntur, in ejus ordinatione, potestate persistere debent, in cujus territorio positæ, sub anathematis pœna, quam irrogat Aurelian. Concil. *in cap.*1. *cum seqq.* 10. *q.*1. quod si dubium emerserit cujus sit Diœcesis Ecclesia consectanda eam consecrabit, qui prior ibi Pontificalia exercebat, *cap.*1. *de relig. domib.* Et si Papa uniat Ecclesiam unius Diœcesis Ecclesiæ alterius, nihil juris in ea perdit Episcopus cujus est Diœcesis, *cap.*2. *eod. tit.* sed de unionibus Ecclesiarum *lib.*3. *cap.*16. agemus.

Sextò, quod fines Diœcesum, vel Parochia- 27
rum præscribi non possunt, *cap. licet, cum seqq.* 16. *q.*3. *cap. super eo, de Paroch.* Balb. *de præscript. part.*6. *n.*8. *vers. dicimus*, Parlad. *lib.*1. *rer. quotid. cap.*1.

§. 17.

§.17. *n.*3. Menoch. *conſ.*147. *n.*44. ubi hoc intelligit; quando limites ſunt clarè, & manifeſtè diſtincti. Ratio eſt, ne aliàs admiſsâ in propoſito finium præſcriptione cum publico incommodo, oriatur confuſio jam inter Prælatos, quàm inter ſubditos, ut intendit textus *in cap. quicunque, & in d.cap. licet.* 16. *q.*3. quæ ratio ſatis defendi poteſt ſi advertas fines Provinciarum, Diœceſum & Parochiarum in utilitatem publicam, non privatà, ſed
28 publicâ auctoritate conſtitutos, & diſtinctos fuiſſe, *cap.*1. *diſt.*80. *cap.*1. 13. *q.*1. & intendit textus *in d.c. ſuper eo*, ibi: *Eccleſiaſtica ordinatione inſtitutos.* Conc. Trid. *ſeſſ.*14. *de reform. cap.*9. *& ſeſſ.*24. *de reform. c.*13. *in fin.* unde fines hujuſmodi, quatenus fines, ſunt juris publici auctoritate, & utilitate conſtituti, ut in ſimili probat lex *id quod* 7. §. 1. ibi, *limites, ff. de peric. & commod. rei vendit.* ac proinde immutabiles eſſe debent, & meritò præſcribi prohibentur, ne aliàs privatà cujuſque præſcribentis auctoritate, ſublatis antiquis, paſſim novi limites conſtituantur, & tam in juriſdictione, quàm in reliquis ad publicam utilitatem pertinentibus frequens detur occaſio incertitudinis, & confuſionis. Id quod non ita contingit in finibus prædiorum, qui non publici, ſed privati juris ſunt, non publicâ, ſed privatâ uniuſcujuſque auctoritate, & voluntate inſtituantur, & mutantur, *leg.* 1. *C. finium regund.* & confuſio, quæ timeri poteſt, non ita principaliter publicum, ſed magis privatum continet detrimentum: ſic ſanè licèt intra fines Provinciæ, Diœceſis, vel Parochiæ admittatur præſcriptio ad effectum, ut præſcribens intra illos obtineat juriſdictionem, vel jura Epiſcopali, ſeu Parochialia, ut colligitur ex regula capitis *auditis*; & capitis *cùm olim*, & clariùs *ex cap. ad aures, de præſcript. c.*1. *eodem tit. lib.*6. nihilominus tamen fines ipſi præſcribi non poſſunt ad effectum ut deſinant eſſe qui antea erant, vel reſtringantur, & alii exendantur, & ſint ubi non erant: quia ratio prædicta, & citati capitis *ſuper eo*, prohibitio non offenditur, ubi manentibus finibus, ſicut antea, intra illos præſcribitur.

29 Si verò non ſint certi Diœceſum, vel Parochiarum fines, præſcribuntur ſpatio 30. annorum, quod intra limites tantùm ejuſdem Provinciæ locum habet, *cap.*1. *cum ſeqq.* 16. *q.*2. Hieron. de Monte *de finib. regund. cap.*107. *n.*2. Menoch. *d. conſ.*147. *n.*44.

30 Sed ſi Epiſcopus locum alterius Diœceſis convertat ad Fidei Catholicæ unionem, eum præſcribit ſpatio trio annorum, niſi intra hunc terminum repetatur, *cap.*1. *de præſcript.* Balb. *de præſcript.* 1. *p. quarta, q.*1. *in fine*, Covar. *in reg. poſſeſſor. part.*2. §.11. *num.*8. Mench. *illuſtr. cap.*73. *n.*6. Anaſtaſ. Germ. *animadverſ. lib.*1. *c.*20. *per tot.*

31 Septimò, quod multis modis probantur fines Diœceſum, de quibus *in cap. cùm cauſam* 13. *de probat.* primò per libros antiquos, ut advertunt per illum textum Duen. *regul.*157. Socin. *rtg.*194. Chaſſ. *in catal. gloriæ Mundi, part.*5. *conſid.*28. *verſ. unde.* Gam. *Luſit. deciſ.*337. Valaſc. *de Jur. emphyt. q.*9. *num.*16. Marcard. *de probat. concluſ.*398. Joſeph. Ludov. *tom.*3. *commun. opin. tit. de lib. mercat. concl. unic. verſ. amplia* 31. Cald. Pereira *de emption. & vendit. cap.*21. *num.*20. etiam & Hiſtoriarum Chronicarum, ſi illis à Majoribus noſtris fides adhibita ſit, Chaſſan. *in diſt. catal. gloriæ Mundi*, p. 10. *conſid.*46. *ad fin.* Gutier. *pract. lib.*3. *q.*13. *numer.*23. Menoch. *conſid.*378. *n.*8. Maſcard. *de probat. concl.*105. *n.*9.
32 *& concluſ.*396. *num.*6. Hiſtoriæ enim ſunt ſcripturæ privatæ, quæ ex antiquitate, & fama fidem aſſumere dicantur. Mench. *d. cap.*84. *num.*16. ac proinde maximam fidem eis eſſe adhibendam, tradunt Caputaq. *deciſ.*190. *p.*2. Xuar. *allegat.*8. *num.*21. Decian. *conſ.*21. *n.*19. *vol.*1. Baron. *in annot. ad Pand. in introd. rubr. de donat. inter vir. & uxor. tom.*2. *littera A*, Joan. Garc. *de nobilit. cap.*18. *n.*10. Salgado *de protect. Regia, tom.*1. *part.*3. *cap.*10. *num.*178. Unde tabulas geographicas, & mappas probare confines cenſuit Rota *in Claſina poſſe Puteoli*, 14. *Decembr.* 1618. *coram bon. mem. Burat.* inter ejus impreſſas *deciſ.*367. *num.*1. dummodò mappæ ſint factæ ſervatis ſervandis, aliàs parum, aut nihil pro- 33
bant, Rot. *in nullius, ſeu Aprutina Juriſdictionis*, 20. *Martii* 1624. *coram bon. memor. Dunozetto ſen.* Secundò probantur confinia per lapides, ſeu columnas terminorum, quibus litteræ inciſæ ſunt, ut
per Michaël. Graſſ. *tom.*1. *commun. opin. lib* 3 *titul.*26. 34
*n.*6. *pag.*429. Kirchou. *lib.*4. *tit.*9. *n.*188. *pag.*498. Card. Tuſch. *tom.*2. *litt. C, concl* 700. *n.*4. Menoch. *conſ.*21. *num.*30. *& conſ.*112. *numer.*97. *cum ſeq.* Valaſc. *d. q* 9. *n.*28. Maſcard. *diſt. concl.*329. *n.*10. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.*11. *n.*20. ubi 35
*num.*23. quod etiam probantur per privilegia antiqua: & *num.*29. per cuſtodiam locorum. Tertiò, per inſtrumenta pro confinibus facta Brun. à Sole *in locis communibus, verb. confinia*, Maſcard. *concluſ.*394. Cald. Pereira *d. cap.*21. *n.*28. Valaſc. *d. q.*9. *num.*21. ubi *num.*12. reſolvit, quod inſtrumenta facientia mentionem de confinibus enunciativè, veluti dicendo, quod vendita fuit talis domus, cui ab Aquilone cohæret domus Titii, & eſt in tali Caſtro, vel Territorio, non probant illa 36
confinia eſſe eorum, quæ nominatur, niſi agatur de probandis finibus antiquis, de quo etiam Maſcardus *concluſ.*394. *à num.*1. Ex enunciativis verò plu- 37
rium inſtrumentorum, junctis adminiculis probantur confinia. Rot. *deciſ* 683. *num.*4. *in fin.* apud Farin. *part.*1. *recent.* Quartò, per teſtes, quamvis ſint de audito Maſcard. *concl.*395. Roman. *conſ.*92. *ſub num.*1. *vol.*4. Hieron. de Monte *de finib regund. cap.*61. Farin. *in praxi crim. part.*2. *q.*69. *num.*150. 38
Cald. Pereira *d. cap.*21. *num.*15. quod abſque dubio locum ſibi vendicat in teſtibus, qui non ſimpliciter dicunt audiviſſe ab antiquis, ſed expreſsè teſtantur audiviſſe ab eorum Majoribus, quorum aliquos nominat Cravet. *de antiq. tempor. verſ. Viſo de forma, num.*12. Hieron. de Monte *diſt. cap.*51. *numer.*9. Maſcard. *concl.*395. *num.*7. & probant, quam ſingulares ſint, Maſcard. *concl.*395. *num.*21. *& concl.*753. *num.*49. dummodò rationem reddant dicti ſui, Maſcard. *d. concl.*397. *num.*3. *& concl.*369. *n.*24. Farin. *d. part.*2. *q.*70. *num.*186. Q. intò, per 39
famam publicam, & antiquam. Ruin. *conſ.*92. *n.*2. *vol.*4. Hier. de Monte *d. tract. de finib. regund. cap.*55. *num.*10. *& cap.*66. *num.*1. Xuar. *alleg.*6. *n.*9. *&* 10. Grat. *reſp.*139. *n.*11. *vol.*1. Jaſ. *in l. Prætor, num.*25. *ff. de edend.* Dec. *in cap.*1. *de appellat.* ubi Franch. *n.*10. idem Dec. *in cap. veniens, il* 1. *n.*11. *de teſtib.* Afflict. *deciſ.*177. *num.*2. Gaſſad. *deciſ.*2. *de probat. numer.*2. Tiraq. *de jure primog. in præfat. num.*103. Maſcard. *concluſ.*396. Duen. *reg.*299. *verſ. limita* 7. Mench. *illuſt. d. cap.*84. *num.*16. illud demùm advertere oportet, in probandis antiquis confinibus admitti plures probationes imperfectas ad conſtituendam unam perfectam, ut probatur *diſt. capit cum cauſam*, & reſolvunt Hieronym. de Monte *diſt. tract. de finibus regund. cap* 51. *num.*2. *&* 4. Menoch. *conſ.*147. *num.*48. Maſcard. *concluſ.*343. *n.*2. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *d. littera C, concluſ.*700. *n.*1. Menoch. *illuſtr. quæſt.*

queſt. capite 84. *n.*17. Rot. *deciſ.* 354. *n.*1. apud Farin. *part.* 2. *recent.* ubi cenſuit in probatione confinium,
40 quæ eſt difficilis, attendi adminicula, & ideò ſufficere levem probationem, licèt non ſit omninò plena: tenent Hieronym. de Monte *dict. tract. cap.* 50. *num.* 2. *cum ſeqq.* Pariſ. *conſ.* 104. *num.* 24. *& conſ.* 107. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 1.

41 Si verò quis prætendat Eccleſias aliquas ab alio detentas ad ſuam Parochiam pertinere, eas non debet propriâ auctoritate invadere, etiamſi plebes conſentiant; ſed per cauſæ diſcuſſionem expoſcere, alioquin cauſæ damnum patietur, ut dicitur in Milevitano Concilio, de quo *in capite Placuit*, 16. *queſt.* 6. Si verò contingat Domania, aut Regna temporalia mutari, Diœceſum fines, & diviſiones non ſunt immutandæ; neque enim Eccleſiam Dei per diſcordias Regum diviſionis aliqua pati damna neceſſe eſt, ut dicit Nicol. Papa *in capite Hæc quippe, in fine* 3. *queſt.* 6. *& in capite* 1. *diſtinct.* 10. Super jure Parochiali percipiendo aſſiſtentiam juris habent Parochi intra fines ſuarum Parochiarum Abb. *in cap. dilecti, numero* 4. *verſ. ſed dubitatur, de offic. Ordin.* Rot. *deciſ.* 256. *numero* 1. *part.* 1. *recent.* proindeque ex ſola Juris aſſiſtentia, nullâ etiam concurrente poſſeſſionis probatione, manutentio illis eſſet concedenda, ut fuit dictum *in Taurinenſi decimarum, ultima Aprilis* 1604. *coram Seraphino*, inter ejus impreſſas *deciſ.* 1497. quoniam hæc juris aſſiſtentia in judicio retinendæ ſummariiſſimo ſola ſufficeret, ſi verſaremur in juriſdictionibus, in quibus terminis loquuntur deciſiones 273. *numero* 1. & 382. *numero* 1. & 501.
42 *ex numero* 1. *part.* 2. *recent.* Sed in aliis cauſis non juriſdictionalibus nunquam Rota conſuevit ex ſola Juris aſſiſtentia manutentionem impartiri, & pluries propoſitâ illâ cauſâ Taurinenſi, Rota nunquam reſolutioni prædictæ coram bon. mem. Cardinale Seraphino inhærere voluit, & ſignanter *in Reatina decimarum*, 4. *Decembris* 1606. *coram Iuſto, & in Mediolanenſi decimarum*, 9. *Junii* 1610. *coram R. P. D. Pirovano, & in Mediolanenſi quarta funeralium*, 14. *Martii* 1622. *coram R. P. D. Merlino.*

43 Jus autem Parochiale conſiſtit in pluribus, quæ
44 ſimiliter referemus: Primò enim ad Jus Parochiale pertinet, quod nullus alterius Parochiæ ſubditum judicet vel condemnet: qua de re ſic inquit Calixtus Papa *in capite* 1. 9. *queſt.* 2. [Nullus alterius terminos uſurpet, ne alterius Parochiam judicare, aut excommunicare præſumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius Judicis, niſi ſui, ſententiâ
45 tenebitur, aut damnabitur.] Si autem Clericus unius Diœceſis in aliqua delinquat, judicari poterit ab Epiſcopo apud quem deliquit, ſed uſque ad ſententiam tantùm excluſivè, quam niſi proprius Epiſcopus dare non poteſt, & exequi, *capite poſtulaſti* 14. *de foro compet.* D. Barboſ. *in l. hæres abſent.* §. 1. *in art. de foro delicti, n.* 5. *&* 6.

46 Præcipit quoque Carthaginenſe Concil. de quo *in capite placuit, il* 2. 7. *queſt.* 1. ut nullus Epiſcopus alienas plebes uſurpet, nec aliquis Epiſcoporum ſupergrediatur in Diœceſi Collegam ſuum. Secundò, ut nullus in aliena Diœceſi, vel Parochia ſpiritualia, aut Sacramentalia adminiſtret, vel ea ſubditis alienis communicet; eſt enim conſtitutum *in cap. Epiſcopus in Diœceſi*, 7. *queſt.* 1. *& in c nullus, de Paroch. & ſæpè alibi*, ut Epiſcopus in aliena Diœceſi Epiſcopalia non exerceat ſine conſenſu proprii Epiſcopi, ſicut eſt Ordinum collatio, Eccleſiarum, vel aliarum rerum conſecratio, Chriſmatis confectio, & alia hujuſmodi, quæ ſuprà *hoc cod. libro, capite* 11. expoſuimus. Verùm ſi Epiſcopi, vel Preſbyteri, viſitandi causâ ad alterius Eccleſiam venerint, præcipit Carthagin. Concil. *in cap. Epiſcopi*, 7. *queſt.* 1. ut in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam invitentur. Præterea Parochiani alieni, qui proprium contempſerint Sacerdotem, non ſunt ad Miſſas admittendi, *capite* 2. *de Paroch.* Dicitur etiam in Agathenſi Concil. de quo *in cap ſi quis etiam, de conſecrat. diſt.* 1. Parochialem Eccleſiam, maximè in Paſcha, & in Natali Domini, in Epiphania quoque, & Aſcenſione ejuſdem, ac Pentecoſte, Natali S. Joannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtivitatibus habentur, viſitandam eſſe, nec Miſſas his diebus in privatis Oratoriis celebrandas eſſe, vel audiendas: ſimiliter ad Sacramenta, & Pœnitentias accipiendas Parochialis Eccleſia eſt adeunda, *cap. placuit* 9. *q.* 2. *cap. in ſacris*, 16. *q.* 1. *cap. omnis utriuſque ſexus, de Pœnitent. & remiſſ.* in quibus explicandis non immoror, quia de omnibus latè dixi *de officio, & poteſt. Parochi, cap.* 11. 19. *&* 20. ac proinde præcipitur *in Clem. Religioſi, in Princip. de privileg.* ſub pœna excommunicationis ipſo jure incurrendæ omnibus Religioſis, ne ſine Parochialis Preſbyteri licentia ſpeciali talia unquam præbere, aut miniſtrare præſumant; eiſque mandatur in virtute obedientiæ, ſub interminatione maledictionis æternæ, ne verbis, aut alio modo retrahant laicos ab Eccleſiarum ſuarum frequentia, vel acceſſu: dixi latè *d. tract de officio & poteſt. Parochi, cap.* 17. *num.* 40. Privilegia enim Regularibus, aut aliis Eccleſiis conceſſa ſuper rebus Divinis, ſine præjudicio juris Parochialis conceſſa intelliguntur *cap. in hac, de privileg.* junctis latè adductis per me *d. tract. cap.* 10. *n.* 1.

Tertiò, ut dicimæ ſecundùm Canones, & lo- 47
corum conſuetudinem Eccleſiæ ſuæ Parochiali ab his, qui ad id tenentur, integrè, ac legitimè perſolvantur, *cap cùm contingat, de decim.* ibi: *Quod cùm perceptio decimarum ad Parochiales Eccleſias de jure communi pertineat.* Et *cap. cùm in tua, eodem tit.* ibi, *Alioquin Parochialibus exſolvantur, ad quas de Iure communi ſpectat perceptio decimarum.* Caſtr. *conſ.* 38. *per tot. p.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *num.* 75. Seraphin. *deciſ.* 1449. *num.* 5. Gregor. XV. *deciſ.* 519. *n.* 2. Rot. *in Novarienſi decimarum*, 7. *Maii* 1627. *coram R. P. D. meo Pirovano*, & infrà *lib.* 3. *capite* 22. *de decim.* latiùs oſtendemus, ubi etiam de oblationibus hoc ipſum reſolvemus, de quibus quoad hoc propoſitum, adeſt optima S. Rotæ deciſio *in Lunenſi & Sarzan. oblationum*, 8. *Februarii* 1627. *coram R. P. D. Merlino.* Similiter, ut ſepultura cujuſque apud ſuam Eccleſiam fiat, & oblationes pro anima, & quarta funeralium Parochiali Eccleſiæ ſolvantur, ſicut *libro* 2. *capite* 10. *de ſepulturis*, pleniùs exponemus.

Quartò, ut Eccleſia major ſicut, antiquitus à 48
SS. Patribus fuit conſtitutum, *in cap. ſicut antiquitus*, 17. *q.* 4. per circuitum quadraginta paſſus habeat, Capellæ verò, vel minores Eccleſiæ triginta: qui autem confinia earum confringere tentaverit, aut perſonam hominis, vel bona ejus inde ſubtraxerit, excommunicationis ſententia ligetur, ut pleniùs *libro* 2. *cap.* 3. *de immunit. Eccleſ.* dicemus.

Fit autem aliquis de Parochia, vel Diœceſi al- 49
terius per domicilium, quod ibidem contrahit,

sicut in Tributiensi Concil. de quo *in cap. ubicunque, ad fin.* 13. *q.*2. legitur his verbis: [Si quis de provincia ad provinciam transiret, & ibi domicilium sibi collocaret: liber factus à ditione prioris Judicis, jurisdictioni illius Judicis subjiceretur, in cujus Provincia sedem sibi eligeret,] quoad collationem Ordinum, & in judicio, in quo ageretur de substantia, aut de statu personæ; in his enim requiritur contractum domicilium, ut suprà: in collatione verò Sacramentorum, & in censuris imponendis, ac correctione, quisque ejus est subditus, in cujus Diœcesi, vel Parochia tunc temporis reperitur, per textum *in cap. illa dist.* 12. ubi sic habetur, *Ad quamcunque Ecclesiam veneris, ejus nomina serva:* ubi Gloss. notat illud Proverb. *Cùm fueris Romæ, Romano vivito more*; ac proinde tenetur ad jejunia, quæ in ea indicta sunt, quamvis per duos, vel tres dies *ibidem* detineatur, *cap. consilium, de observ. jejun.* Covar. *lib.* 4. *variar. cap.* 10. *n.* 8. Navar. *in cap.* 3. *num.* 5. *& capite* 23. *n.* 110. Ortiz *in summ. cap.* 19. *mand.* 2. *n.* 12 *in fin.* Mexia *in tract. tax. panis, conclus.* 5. *n.* 30. Maldet. *in p.* 2. *q.* 96. *art* 5. *circa fin. pag. mihi* 409. Suar. *de Relig tom.* 1. *lib.* 2. *cap* 14. *n* 8. *& de legib. lib.* 3. *cap.* 33. *n.* 3. Salas *eod. tract. disp.* 14. *sect.* 4. *n.* 415. Joan. de la Cruz *in direct. Conscient. p.* 1 *p ecep* 3 *art.* 4. *disp.* 9. *concl.* 1. etiamsi secluso scandalo, non teneri viatorem servare jejunium, vel dies festos alicujus loci per quem transit, existimaverint Veg. *in sum. tom.* 1. *cap.* 14. *cas.* 11. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 4 *cap.* 12. *num.* 136. Azor. *instit. moral. lib* 7. *cap.* 19 *q.* 4. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract* 2. *d iffic.* 33. *numero* 8. Bonacin. *de legib. disput.* 1 *q.* 1. *punct.* 6. *n.* 49. *& disp. ult. q.* 1. *punct.* 6. *n.* 6. Joan. Sancius *in select. disp.* 44. *n.* 31. Qui verò discedit manè ex oppido domicilii, ubi est jejunium, cùm pervenerit ad locum ubi non est jejunium, non potest quidem in loco domicilii vesci carnibus, potest tamen sumere jentaculum, quia non tenetur illo die abstinere à secunda refectione, cùm in loco, in quo perventurus est, possit secundò, & tertiò comedere: ergo potest primam refectionem sumere manè antequam discedat. Ita Less. *de Iustit. libro* 4. *capite* 2. *dub.* 8. *n.* 88. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *n.* 22. Portel. *in addit. ad dub. Regularia, verb. jejunium, num.* 2. Nald. *in sum verb. jejunium, n.* 2. Filliuc. *part.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *n.* 109. Molfes. *in sum. Theolog moral. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 4. *n.* 22. Villalob. *d. tract.* 2. *diffic* 34. *n.* 3. ubi sic ait: *El que sale de su lugar do de se ajuna, y llega la hora de la Cena à otraà donde se come carne, la puede cenar alli, y aun podria antes de salir de su lugar se tiene por cierto, que ha de ir al lugar, donde no se ajuna, almorzar en su casa por la mañana conque no coma carne entonces.* Addit ulteriùs Joan. Sancius *in select. disp.* 54. *n.* 28. hoc etiam verum esse, quamvis nocte sit perventurus ad proprium oppidum, à quo manè exivit, & ubi jejunium servabatur: nam cùm ipse ferè per totum diem fuerit in loco, ubi non jejunabatur, potuit licitè pluries comedere, cum quo jejunium nequit servari: erit tamen adstrictus serò in oppidum reversus à carnibus abstinere.

51 52

53 Notandum est tamen, quod ille, qui in die festo Patriæ se transfert ad alium locum, ubi dies festus non est, laborandi causâ, non tenetur priùs Missam audire, si in ipso mane diei festi exit, quia talis homo non tenebatur audire Sacrum, nisi usque ad meridiem: ergo si intra meridiem exeat Sacro non audito, non peccat: & ita docent Sanchez *de matrim. libro* 3. *disput.* 18. *numero* 21. Less. *de justit. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 8. *n.* 56. Malder. *in p.* 2. *q.* 96. *art.* 5. Fagundez *in præcepta Decalogi, præcept.* 1. *libro* 1. *cap.* 7. *numero* 13. Quicquid in contrarium asserant Emman. Sà *verb. Festum, numero* 8. Nald. *in summ. eod. verb. etiam num.* 8. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 14. Filliuc. *tract.* 27. *cap.* 27. *n.* 111. Unde Fagund. *dict. cap.* 7. *numero* 8. infert, posse aliquem laborare diebus festis de præcepto Episcopi, & jejunia ejus non servare intra eandem Diœcesim ipsius Episcopi, si ibi sit locus exemptus ab illius jurisdictione; & hinc etiam Henriq. *in summ. libro* 13. *capite* 26. §. 1. Avil. *de censur. part.* 2. *cap.* 3. *dub.* 5. colligunt excommunicationem Episcopi pro tota Diœcesi non ligare eos subditos, qui commorantur in loco exempto intra eandem Diœcesim ipsius Episcopi, qui censuram fert.

54 55

CAPUT XXI.

De Dignitatibus Ecclesiasticis in genere.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiasticarum personarum, quæ sunt divino cultui mancipatæ, triplex est ordo.*

2 *Dignitates quædam, in Ecclesiis præsertim Cathedralibus, ad conservandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam institutæ fuerunt.*

3 *Vocati ad dignitates tales esse debent, qui suo muneri respondere possint.*

4 *Dignitates novæ in Ecclesia Cathedrali instituti non possunt absque Apostolica auctoritate, distinguendo ut n* 5.

6 *Dignitatum Ecclesiasticarum aliæ sunt collativæ, aliæ electivæ.*

7 *Dignitates in dubio censentur esse electivæ.*

8 *Archidiaconatus, & Archipresbyteratus Collegiatæ de jure sonant in dignitatem.*

9 *Archipresbyter de jure sonat in dignitatem, si Collegium, Conventum, vel duas Capellas, aut saltem prærogativam in Cathedrali, aut præeminentiam in Collegiata habuerit, alias secus.*

10 *Dignitas dicitur ubi est jurisdictio.*

11 *Beneficium dicitur habere dignitatem, quando quis habet administrationem rerum ecclesiasticarum cum jurisdictione.*

12 *Dignitatem quis habere dicitur, qui habet nomen dignitatis, & prærogativas sedendi ante alios, tam in Choro, quàm in Capitulo, licèt non habeat jurisdictionem.*

13 *Archidiaconus Parmæ licèt nullam administrationem, nec ullum Officium exerceat de rebus pertinentibus ad Archidiaconum, tamen in Ecclesia dignitatem censetur habere.*

14 *Dignitates ex consuetudine, vel institutione Ecclesiæ dignoscuntur.*

15 *Consuetudo signat locum sedendi, eundi, & standi.*

16 *Consuetudo plurimùm operatur ad dignoscendum quæ sit prima dignitas in aliqua Ecclesia.*

17 *Fama publica, & communi reputatio plurimùm operatur ad dignoscendum quæ sit prima dignitas in aliqua Ecclesia.*

18 *Dignitas qualiter probetur esse talis, ostenditur.*

19 *Digni*

19 *Dignitatum nomina, quas consuetudo vel Ecclesia institutio tales effecit, qua sint referuntur.*

20 *Dignitas, Personatus, & officium inter se differunt.*

21 *Dignitas annexum habet Officium, vel rerum Ecclesiasticarum administrationem cum jurisdictione, etiam in modicis causis.*

22 *Dignitatem habere est habere jurisdictionem in foro exteriori.*

23 *Vicarius Episcopi, qui habet jurisdictionem, quare dignitatem non habet.*

24 *Officium simplex cum perpetuum rerum administratione quandoque dignitas appellatur, secundum consuetudinem Ecclesiarum.*

25 *Personatus est quadam prærogativa in Ecclesia post existentes in dignitate, sed non est dignitas.*

26 *Præeminentia sola non ponit quem in dignitate.*

27 *Personatus unde habuit originem, ostenditur.*

28 *Officium simplex in Ecclesia est quid diversum à dignitate, & personatu.*

29 *Officium non est Dignitas, etiamsi haberet quit ratione Officii administrationem aliquarum rerum sine tamen aliqua prærogativa in Choro, & in Capitulo ultra alios sui Ordinis.*

30 *Officio quando esset annexa dignitas, tunc Officium diceretur habere dignitatem.*

31 *Officium habere dicitur largo modo omnis, qui habet aliquod onus, vel curam seu administrationem, aut custodiam.*

32 *Præpositura non est dignitas ad officium, etiamsi sederet ante omnes in Choro, nisi ex constitutione Ecclesia, vel de consuetudine loci aliud fuisset institutum, vel sit privata in Cathedrali, aut Collegiata.*

33 *Sedendi præeminentia est signum personatus, non dignitatis.*

34 *Primiceriatus est officium, non dignitas, nisi quando probatur ipsum communi opinione habitum fuisse pro dignitate.*

35 *Plebania Officium appellatur, non dignitas, etiamsi Plebanus haberet curam animarum cum aliqua jurisdictione.*

36 *Plebania quando esset Collegiata, ipsiusque Ecclesia Plebanus esset caput, haberetque, præeminentiam & jurisdictionem in Canonicos Ecclesia, tunc diceretur dignitas.*

37 *Priores tunc demum censentur esse in dignitate constituti, si sunt Collegiati, & habent præeminentiam, vel jurisdictionem in Ecclesia.*

38 *Decanatus acceptus pro simplici beneficio non est nomen dignitatis, nisi habeat jurisdictionem, aut nisi pro dignitate habeatur in Ecclesia.*

39 *Decanus de jure nullam habet jurisdictionem, cùm careat jure Prælatura in Capitulo, cujus ipse est pars.*

40 *Decanus dum locum Archipresbyteri Ecclesia obtinet tanquam subrogatus, eadem potest quæ Archipresbyter; & hac ratione dicitur dignitas.*

41 *Doctores referuntur de officio, & auctoritate Decani agentes.*

42 *Cantoria de jure communi non est dignitas, sed Officium simplex.*

43 *Thesauraria non est dignitas, sed Officium.*

44 *Episcopatus est culmen, & fastigium dignitatum.*

45 *Episcopatus in odiosis appellatione dignitatis continetur.*

46 *Dignitatum Ecclesiasticarum quædam habent curam animarum annexam, quædam verò minimè.*

47 *Ad dignitates, quibus cura animarum, etiam jurisdictionalis subest, nullus est promovendus, qui saltem 25. sua ætatis annum non attigerit.*

48 *Dignitas principalis in Collegiata requirit ætatem 25. annorum incœptorum.*

49 *Dignitati si accessoriè unita sit cura, eam obtinens non debet necessariò attingere 25. ætatis annum.*

50 *Ad dignitates, quibus animarum cura nulla subest, requiruntur 22. anni completi.*

51 *Ætas ad dignitates Ecclesiarum inferiorum requisita remanet in dispositione juris communis.*

52 *Dispensare non potest Episcopus super ætate requisita ad dignitates Cathedralium, quibus animarum cura nulla subest.*

53 *Ad dignitatem ecclesiasticam nullus recipiendus est, nisi qui eo Ordine sacro, quem dignitas illa requirit, aut sit initiatus, aut in tali ætate, ut infra tempus à jure statutum valeat initiari.*

54 *Professionem Fidei facere tenentur provisi de dignitibus, & Canonicatibus in Cathedralibus Ecclesiis à die adepta possessionis, saltem intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel ejus generalis Vicarii.*

55 *Professio Fidei potest fieri coram Vicario, etiam Episcopo non impedito.*

56 *Professio Fidei potest fieri per Procuratorem speciali mandato constitutum.*

57 *Dignitates, & Canonicatus Cathedralium Fidei professionem facere tenentur, sive sint seculares, sive regulares; & sive sint sæculares, sive exempta, ut n. 58.*

59 *Professionem Fidei emittere non tenetur qui eam emisit in adeptione similis dignitatis.*

60 *Provisus de dignitate Sede Episcopi vacante, tenetur facere Fidei professionem.*

61 *Provisus de dignitate, sive per obitum, sive per resignationem tenetur facere professionem Fidei.*

62 *Monitio de necessitate non requiritur ad faciendum Fidei professionem.*

63 *Coadjutores dignitatum durante coadjutoriâ non tenentur facere professionem Fidei.*

64 *Portionarii, & alii provisi de Capellaniis in Ecclesia Cathedrali non tenentur facere Fidei professionem.*

65 *Dignitates Ecclesiarum Collegiatarum non tenentur facere professionem Fidei.*

66 *Professio Fidei fieri debet intra duos menses ad minus à die capta possessionis dignitatis in Cathedrali.*

67 *Terminus duorum mensium datus ad faciendam professionem Fidei non currit proviso, qui non accepit possessionem, quamvis per eum stet quominus illam accipiat.*

68 *Provisus tenetur probare se feciss Fidei professionem, quando Ordinarius super illa inquirit.*

69 *Professio Fidei omissa creditur, si pars dicat illam feciss, dummodo collatio beneficii sit decennalis.*

70 *Professione Fidei omittens peccat mortaliter, nisi per ignorantiam, seu inadvertentiam illam non fecerit*

71 *Fructuum amissionem incurrit Fidei professionem omittens debito tempore.*

72 *Professionem Fidei non emittens intra duos menses minimè tenetur fructus perceptos restituere, donec condemnetur, contra citatos n.73.*

74 *Distributiones quotidianæ non amittuntur ob non factam Fidei professionem.*

75 *Fructus amissi ob non factam Fidei professionem, cui assignandi & applicandi sint, ostenditur.*

76 *Fructus amissos ob non factam Fidei professionem non potest condonare Ordinarius.*

77 *Professionem Fidei omittens non potest quoad fructus amissos retinendos regula de annali se tueri.*

78 *Professionis Fidei omissio non excludit provisos circa titulum, & proprietatem, nec tollit omninò possessionem, sed impedit illius effectum.*

79 *Possessio adepta per provisum tenebatur facere professionem Fidei, est manutenibilis.*

80 *Ordo, & gradus inter omnes ecclesiasticas dignitates, & personatus, sive officia in sedendo, dupliciter consideratur.*

81 *Episcopales functiones absente Episcopo pertinent ad primam dignitatem, non autem ad hebdemadarium.*

82 *Processiones Ordinandi munus intra, & extra civitatem, absente Episcopo habet prima dignitas, nisi Vicarius sit præsens, quia ad ipsum spectabit, ut n.83.*

84 *Dignitas prima est, & vocatur prima dignitas, licèt Vicarius generalis sedeat in suo loco.*

85 *Dignitas prima in Collegiata, qua caput est Capituli, præcedit Canonicis Cathedralis ut singulis incedentibus.*

86 *Inter ejusdem gradus personas, qui majores sunt Ordine, & in eo Ordine antiquiores, aliis in sedendo, & incedendo præferuntur.*

87 *Canonici, qui in Ordine Presbyterali constituti Canonicatum Presbyteralem obtinuerint, in Choro, Capitulo, Processionibus &c. præcedere debent Canonicis in Diaconatu, & Subdiaconatu constitutis.*

88 *Consuetudo Ecclesiæ, ut quis obtineat locum secundum tempus admissionis, licèt Prebendæ sint distincta, est observanda.*

89 *Consuetudo Ecclesiæ servanda est circa vocem, & locum in Capitulo inter dignitates, & Canonicos Prebendatos, & non Prebendatos.*

90 *Cæteris paribus in ordine ille erit præferendus, qui prior per cæperit Ecclesiæ deservire, vel prævenit in antiquiori possessione, ut n.91.*

92 *Dignitas nova in Ecclesia instituta debet, eum locum habere, quem similis dignitas in aliis vinis civitatibus obtinet.*

93 *Dignitates non supplent vices Canonicorum, & aliorum inferiorum, sed benè inferiores pro dignitatibus.*

94 *Dignitas, si obtineat ex consuetudo simul Canonicatum, vel Portionem, debet munera his incumbentia adimplere, etiamsi talia sint, à quibus dignitates aliqui immunes sunt.*

95 *Dignitates qui habent Prebendas cum onere cantandi Evangelium, seu Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus.*

96 *Dignitati, vel Canonico solemniter celebrantis Canonici pariter pro Diacono, Subdiacono, & non alii inferiores inservire debent.*

97 *Dignitatem, & Canonicatum in eadem Ecclesia legitimè obtinens tenetur utriusque onera subire, nisi servitia simul ita concurrant, ut ab una persona eodem tempore nequaquam præstari possint.*

98 *Dignitas prima post Pontificalem potest absente, vel impedito Episcopo celebrare Missas solemnes, & alias functiones facere, quas Episcopus celebraret, seu faceret, si præsens esset: & hoc non ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione, ut n.99.*

100 *Dignitas prima si velit functiones Episcopales facere, debet etiam Missam cantare.*

101 *Dignitas prima si noluerit, vel non potuerit per se functiones Episcopales facere, id alteri suo arbitrio delegare non potest, sed ad secundam spectabit, nisi consuetudo sit in contrarium.*

102 *Episcopus non potest Missas solemnes, & functiones Episcopales si sit impeditus vel absens, alii delegare quàm primæ dignitati.*

103 *Vicarius Episcopi, nec Episcopo absente, nec Sede vacante potest functiones Episcopales facere, & Missas solemnes celebrare.*

104 *Dignitas prima debet exercere Officium Presbyteri assistentis, nisi esset impedita.*

105 *Aspersorium aqua benedicta debet dignitas prima vel primus Canonicus porrigere Episcopo venienti in porta Ecclesiæ.*

106 *Dignitas prima loci debet ministrare Episcopo ingredienti aquam benedictam, & Crucem offerre, etiamsi non ad illius Ecclesiam processio dirigatur.*

107 *Dignitas prima sedere debet à dextris Episcopi etiam in Collegiatis Ecclesiis celebrantis.*

108 *Dignitates in Choro sedere debent ab una parte Chori unà cum Canonicis Presbyteris, ab alia verò Canonici, Diaconi, & Subdiaconi.*

109 *Vicarius generalis quando est præsens, absente Episcopo, dignitate in Choro ita sedere debent, ut si primus locus super omnes dignitates in dextero Altaris detur Vicario, à parte sinistra primus locus detur Archidiacono primæ dignitati, secunda verò dignitati tertius locus apud Vicarium.*

ECCLESIASTICARUM personarum, quæ sunt divino cultui mancipatæ, triplex est ordo; quædam enim præcipuè sunt curæ animarum addictæ, & dicuntur Prælati, vel Pastores, de quibus hactenus disseruimus. Quædam autem ex officio suo divinis tantùm recitandis Officiis, seu decantandis laudibus in Ecclesia incumbunt, & in nonnullis rebus Episcopo in Divinis serviunt: hi sunt habentes ecclesiasticam dignitatem. Aliæ sunt ecclesiasticæ personæ, quæ sine animarum cura, & absque dignitate sunt in Ecclesia, divinis tamen in sacro Ordine Officiis adstringuntur, qui Clerici simpliciter nominantur. Primi gradus personæ dicuntur præcipuè habere curam; secundi verò dignitatem, tertii Ordinem Clericatus, omnes verò Officium, & omnes habent Ordinem Clericatus. De primis jam egimus; nunc de secundis agendum est, postea verò de Clericatus Ordine disseremus. 1

Sciendum est igitur primò, quod dignitates quædam in Ecclesiis, præsertim Cathedralibus, ad conservandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam institutæ fuerunt, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos operâ, & officio juvarent, *capite hi quoscunque, 1. quæst. 1.* Unde meritò qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri 2 3

respon

respondere possint, ut in Conc. Trident. *sess 24. de reform. cap. 12.* Institui autem non possunt novæ 4
dignitates in Ecclesia Cathedrali absque Apostolica auctoritate, ut tradunt gloss. *verb. concessimus, in cap. cùm olim, de consuet.* ubi Imol. *n. 1.* gloss. *verb. omnes, in cap. 1. dist. 22.* recepta per Mandos. *de Signat. gratiæ, tit. exactiones, n 1 col. 1. vers. pro nova creatione,* Roman. *in l. Imperium, sub n 2. vers. Item potestatem interponendi auctoritatem, ff. de jurisd. omn. jud.* Felin. *in c. cùm accessissent, à n. 14. de constit.* ubi quod Episcopus potest antiquam dignitatem restaurare, si accedat Capituli consensus, & congrua dos assignetur. Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2 q. 31. n. 1. & 2.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Beneficium, vers. ad dignitates, pag. mihi 36.* ubi testatur sic fuisse ab Urbe responsum. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. decis. 382. in 1. edit.* aliàs *resol. 322. in 2. edit.* Monet. *de Conservator. cap. 5. n. 96.* & sequi videtur Filliuc. *tract. 41. de benef. c. 3. n. 141.* Alii verò, ut sunt Innoc. referens gloss. *verb. concessimus, in cap. cùm olim, de consuet.* & Selvam *de benef. part. 1 q. 4. n. 18. & part 4. q. 7. n. 120. cas. 116.* ubi citat Bertachin. & alios, existimant posse Episcopum hujusmodi inferiores dignitates creare.

Ego tamen sub distinctione sic rem hanc esse 5
componendam judico. Vel enim dignitas, quæ est erigenda, est omninò nova, quippe quæ aliàs non reperitur in Ecclesia, & tunc non potest creari sine licentia Papæ: quo casu intelligendi veniunt textus *in d. c. 1. dist. 22.* & citati pro prima sententia ex Imol. *id cap. cùm accessissent, n. 5. de constit.* Vel fuit jam instituta communiter pro universa Ecclesia, quales sunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & similes; & tunc non solùm Episcopum, sed etiam Capitulum cum illius consensu, hujusmodi dignitatem in aliqua Ecclesia creare posse observat Imol. *d. n. 4.* adducens dictum caput 1. *distinct. 22. & cap. præcipimus 16. q. 1. & cap. sicut 8. de excess. Prælat.* & respondet *ad d. cap. cùm olim*, per quod videtur quod in creatione novæ dignitatis in Ecclesia requiratur auctoritas Papæ, ex eo procedere, quia ibi ad cautelam, non de necessitate fuit petita licentia à Papa, vel quod Episcopus volebat solus sine consensu Capituli inducere novam dignitatem in Ecclesia, cujus tamen consensum requiri, si Episcopus ex dignitatibus ecclesiasticis velit dignitatem in Ecclesia constituere, tenent Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 28. n. 11.* Cardin. Tusch. *tom. 2. littera D, concl. 421. n. 5.* Imol. quem sequitur Joan. Ant. Massob. *in sua praxi habendi concursum, prælud. 21. dub. unico, à n. 12. secundum Roman. impress.* ubi *n. 16.* subdit consuetudinem inoleviss, ut Episcopus nedum in Collegiatis, & Parochialibus simplicibus, etiam Pagorum erigant Rectorias in dignitates, verùm etiam in Cathedralibus. Et Rota *in una Forolivien. Decanatus, 4. Junii 1590. coram Cardin. Mant.* inter ejus impressas *dec. 114. n. 3. cum seqq.* censuit Capitulum sine consensu Episcopi in ipso actu interveniente non posse dignitatem in Ecclesia constituere, clarè præsupponens hanc nostram sententiam, quam quidem expresè sequitur cum prædicta distinctione Gambar. *de officio, & potestate Legati de Latere lib. 5. tit. de potestat. Legati in erigendo nova beneficia, n. 12. & 13.*

Dignitatum Ecclesiasticarum aliæ sunt collativæ, aliæ electivæ, ut per Pacian. *dict. lib. 2. cap. 30.* 6
num. 1. in dubio autem censentur electivæ quia 7
communiter de illis per electionem providetur. Gemin. *in cap. statutum, sub n. 6. vers. item iste textus, de prabend. in 6.* Calderin. *consil. 12. de preb.* Pacian. *dict. cap. 30. n. 71.* quæ verò de jure communi sonant 8
in dignitatem; sunt Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, secundùm Aret. *cons. 25. n. 4.* Federic. de Senis *cons. 80. num. 2. vers. Considerantur ergo,* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 27. n. 66. & 48.* Cardin. Tusch. *tom. 1. littera A, cons. 685. n. 3.* Put. *decis. 89. n. 1. lib. 3. incorrect.* & plures, quos refero *in tract. de appellat. verbor. utriusque juris significat. appell. 71. n. 4.* Monet. *de conservator. c. 5. n. 88. & 89.* & hoc intelligo etiam de Archidiacono, & Archipresbytero Collegiatæ, secundùm Bald. *consil. 1 in fine, lib. 1.* Federic. de Senis *d. cons. 80. n. 2. vers. considerantur ergo,* Cardin. Tusch. *d. conclus. 685. n. 6.* Immò etiam de Archipresbytero, si Collegium, Conven- 9
tum, vel duas Capellas, vel saltem prærogativam in Cathedrali, aut præeminentiam in Collegiata habuerit, aliàs secus. Federic. de Senis *cons. 86. n. 1. in fine,* Franc. *in cap. 1. n. 4. de Cleric. vel Monach. lib. 6.* Castrens. *cons. 66. n. 4. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d.* 10
conclus. 685. n. 12. Dignitas enim dicitur, ubi est jurisdictio. Boër. *dec. 186.* Franc. Aretin. *cons. 13. n. 1.* Cavaler. *dec. 649. n. 7.*

Ultra duas præfatas dignitates, quæ de jure 11
tales ex nomine tantùm præsumuntur, in Ecclesia dignitas tribus modis cognosci potest. Primò enim dicitur beneficium habere dignitatem, quando quis habet administrationem rerum ecclesiasticarum cum jurisdictione. Ita Abb. *in cap. de multa, num. 21. vers. communiter tamen, de prabend.* & ibi Joan. de Imol. *sub num. 39. vers. sed Archidiaconus;* 12
Butr. *num. 24 vers. qualiter autem,* Archid. *in cap. 1. num. 2. col. 2. de consuet. lib. 6.* ubi Anch. *num. 6.* & Gemin. *num. 7.* Pacian. *de probat. lib. 2. capit. 27. n. 7.* Monet. *de conservat. capit. 5. num 84.* Secundò dicitur quis habere dignitatem, qui habet nomen dignitatis, & prærogativas sedendi ante alios, tam in Choro, quàm in Capitulo, licèt non habeat jurisdictionem, ut notat apud Tamburin. *in* 13
fine tom. 3. de jure Abbatum, decis. 5. n. 9. Archid. *in dict. cap. 1. n. 2. col. 2.* ubi dat exemplum in Archidiacono Parmæ, qui licèt nullam administrationem, nec ullum officium exerceat de rebus pertinentibus ad Archidiaconum, tamen in Ecclesia dignitatem censetur habere, quod idem notarunt plures, quos refert, & sequitur Pacian. *d. cap. 27. ex n. 15.*

Denique sunt & alia dignitatum nomina, se- 14
cundùm locorum consuetudinem institutarum; illæ enim ex consuetudine, vel institutione Ecclesiæ dignoscuntur, *dict. cap. cùm olim 6. de consuet.* Boër. *decis. 286. n. 7.* Pacian. *d. cap. 27. n. 19.* Rot. *decis. 29. n. 3. part. 2. divers.* & apud Tamburin. *d. decis. 3. n. 10.* Unde per illum textum tenet ibi Bald. *nor. 1.* quod consuetudo signat locum sedendi, eundi, & standi, prout eum cum multis aliis refert Salgado *de protectione Regia, tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 18.* 15
in fine; nam illa plurimùm operatur ad dignoscendum, quænam sit prima dignitas in aliqua Ecclesia; & ideò attenditur potiùs solitum ipsius Ecclesiæ, quàm jus commune. Grammat. *decis. 64.* 16
n. 17. & 18. Mantic. *decis. 175. num. 3.* sicut etiam communis reputatio, & publica fama loci Boër. *decis. 286. n. 8.* Mantic. *d. decis. 115. num. 3.* Gregor. *dec. 482. num. 3.* Rot. *decis. 185. num. 2. part. 4. di-* 17
vers. & fuit dictum *in Cephalud. Archidiaconat. 18. Martii 1614. coram bon. memor. Dunozetio sen. & in Taurin. Thesauraria, 15. Maii 1620. coram bon. memor. Buratto* inter ejus impressas *decis. 473.*

Biblioteca de Ciències Socials

ubi ex *n.6.* resolutum dicitur, dignitatem probari esse talem ex ejus expressione facta in collationibus, Apostolicâ, aut Ordinariâ auctoritate factis, & ex declaratione facta per Capitulum, & ex pluribus actibus & functionibus Capitularibus, & ex communi reputatione in Ecclesia pro tali.

19 Harum autem dignitatum nomina, quas consuetudo, vel Ecclesiæ institutio tales effecit, sunt hæc, videlicet Primicerius, Præpositus, Decanus, Cantor, Magister scholæ, seu Scholasticus, Thesaurarius, & similes, de quibus omnibus infrà particulariter agemus: item & canonicus, qui largè inter Ecclesiasticas dignitates numeratur, ut etiam suo loco dicemus.

20 Sed est notandum, differre inter se dignitatem, personatum, & officibm, secundùm Archidiacon. *in cap. 1. de consuet. in 6.* & quæ notant Doctores *in*
21 *cap. de multa, de prabend.* Dignitas namque annexum habet officium, vel rerum ecclesiasticarum administrationem cum jurisdictione, etiam in modicis casis. Hojed. *de incompatib. benefic. part. 1. cap. 7. n. 1.* Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib. 2. q. 27. n. 15.* Monet. *de Conservat. cap. 5. num. 84.* habere enim
22 dignitatem est habere jurisdictionem in foro exteriori; unde olim habebant omnes hujusmodi jurisdictionem, quamvis hodie non omnes, sed aliqui tantùm secundùm consuetudinem Ecclesiarum: & qui habet jurisdictionem, largè dicitur dignitatem habere, quod de jurisdictione ecclesiastica in foro exteriori intelligitur, & de ea, quæ ex perpetua, id est annexa personæ ratione dignitatis, vel beneficii, quod quis in titulum perpetuò obtinet. Innoc. *in cap. de multa, in fine, de præbend.* & ibi Joan. Andr. *sub n. 13. vers. ex quo autem putatur*, & Butr. *n. 23. col. 4. in fin.* Abb. *n. 32. vers. quinta conclusio*, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 27.*
23 *n. 8.* Monet *de Conservat. cap. 5. n. 41.* Quare Vicarius Episcopi, qui habet jurisdictionem; non
24 habet propterea dignitatem: verùm quandoque officium simplex cum perpetua rerum administratione dignitas appellatur, secundùm consuetudinem Ecclesiarum, quamvis de jure communi dignitas non dicatur, ut est Thesauraria, & quas proximè diximus; & quamvis hodie multis in locis dignitates jurisdictionem non habeant, non propterea minimè est dignitas, quæ de jure communi dignitas nominatur.

25 Personatus autem est quædam prærogativa in Ecclesia post existentes in dignitate, sicuti habere locum honorabiliorem in choro, & primum locum in Processionibus, & Capitulis, & hujusmodi supra cæteros sui Ordinis ejusdem Collegii, vel Capituli; sed minùs quàm illi, qui sunt in dignitate constituti: est tamen sine officio, vel jurisdictione, etsi quandoque sit nomen etiam competens dignitati, & nonnunquam officio simplici, vide Archid. *in d. cap. 1. num. 2.* ubi Joan. Andr. *numero 2.* & Gemin. *num. 8.* item Imol. *in d. cap. de multa, sub num. 29.* & Butr. *num. 24. vers. Personatus autem.* Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 27. num. 12.* Petr. Gregor. *in part. Jur. Canon. lib. 1. tit. 27. cap. 2. num. 6.* Monet. *de Conservat. cap. 5. num. 85.* Hojed. *de incompatib. benef. part. 1. cap. 9. n. 2.* Cotras. *de benefic. part. 4. cap. 3. n. 6.* Framin. Paris. *de resign. benef. lib. 1. quæst. 1. n. 90. & 91.* Filliuc. *in quæst. moralib. tom. 3. tract. 41. cap. 1. num. 24.* Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud. 16. secundum Roman. impress.* Pacian. *d. cap. 27. n. 23.* Rota apud Tamburin *in fine, tom. 3. de jure Abbatum, decis. 14. n. 5.* ubi ait quod Personatus in Diœcesi Tarraconensi sunt beneficia ecclesiastica, nec per istam simplicem prærogativam, quam super alios sui Ordinis Canonicos habet, dicitur habere dignitatem, quia sola præeminen- 26
tia non ponit quem in dignitate Gemin. *in dict. cap. 1. num. 8.* Aretin. *cons. 15. n. 5. col. 2.* Pacian. *d. cap. 27. sub n. 23.* Originem verò Personatus habuit ab Angelis, qui vocant Personas eos, quos nos Curatos, vel Rectores Parochialium vocamus, 27
quos clarum est in nulla dignitate esse constitutos, ut scripsit Joan. Andr. *in d. cap. de multa, sub n. 25. vers. hic autem dicebat*, quem refert Pacian. *d. cap. 27. n. 26.* ubi etiam subdit ex Anch. *in Clem. 1. in pr. de prabend.* Secundùm alios Personarum dici ob honorificentiam, in qua ponuntur personæ, quæ illud beneficium habent.

Officium enim simplex in Ecclesia est quid di- 28
versum à dignitate, & personatu, ut colligitur *ex cap. quia sæpè, & ex cap. fin. de prabend. in 6.* & tradunt Imol. *in d. cap. de multa, n. 40. vers. Officium verò*, Pacian. *d. cap. 27. n. 27.* Monet. *de Conservat. cap. 5. n. 86.* hinc inferentes officium non esse dignitatem, etiamsi haberet quis ratione officii admi- 29
nistrationem aliquarum rerum, sine tamen aliqua prærogativa in Choro, & in Capitulo, ultra alios sui Ordinis, ut est Sacrista; vel quando Officium habet onus annexum sine honore, & sine prærogativa honoris, ut sunt Syndici, Advocati, Procuratores, Castellani, Œconomus, & Vicedominus: & addit Pacian. etiamsi tale Officium esset perpetuum, & etiamsi Custos, Sacrista, vel alius de consuetudine haberet officium dandi distributiones præsentibus, & eas subtrahendi absentibus, & non intervenientibus officiis divinis, quia hæc esset potiùs simplex subtractio, quàm præminentia, vel potestas suspendendi.

Verùm, quando officio esset annexa dignitas, 30
tunc officium diceretur habere dignitatem, *l. honor, in princ. ff. de muner. & honor.* Innoc. *in d. capit. de multa, in fine.* Pacian. *d. cap. 27. n. 30.* Idem erit quando in officio concurrunt in signa, quibus ecclesiastica dignitas discernitur, quia tunc certissimum est strictâ appellatione dignitatis ipsum quoque officium, contineri, sicut & ipse personatus continetur, nam & jura quandoque officium appellant. Dignitatem, vel personatum, ut post alios concludit Gemin. *in d. cap. 1. n. 8. vers. Ex his deciditur*, quem refert Pacian. *dict. cap. 27. n. 34.* ubi *n. 37.* subdit, quod omnis, qui habet aliquod onus, vel curam, seu administrationem, 31
aut custodiam, largo modo dicitur habere Officium.

Unde colligitur Præpositurum non esse dignitatem, 32
quia non habet nomen sonans in dignitatem à jure communi introductum, & consequenter officium appellatur, ut patet *ex cap. dudum, il 1. prope fin. de elect.* Joan. Andr. *in d. cap. 1. n. 3. de consuet. lib. 6.* ubi Gemin. *sub n. 8.* Card. Tusch. *tom. 2. littera D. concluf. 419. num. 10.* Rota apud Tamburin. *in fine tom. 3. de jure Abbatum, decis. 12. n. 5.* ubi *n. 8.* dicit, quod Præpositi Gerundenses sunt merè administratores: & *decis. 13.* id latiùs dicit Pacian. *d. cap. 27. n. 39.* ubi subdit hoc esse verissimum, etiamsi Præpositus sederet ante omnes in choro, quia per hoc non conferetur habere 33
dignitatem, nisi ex constitutione Ecclesiæ, vel de consuetudine loci aliud fuisset institutum, quia

præeminentia

præeminentia ſedendi eſt ſignum perſonatus, non dignitatis, ut gregiè conſulit Aretin. *conſ.*23. *n.*5. *verſ. his breviter præmiſſis.* Vel niſi ſit prima in Cathedrali, vel Collegiata, aut Conventuali, ſeu haberet ſub ſe Clerum; & Capellas. Rota *in Vicentina Parochialis*, 20. *Februarii* 1617. *coram Ubaldo ſeniore.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, præl.*15. *dub.*1. & ita ſi haberet curam & conventum. Eadem Rota apud Tamburin. *poſt tom.*3. *de jure Abbatum, deciſ.*9. *n.*5.

34 Secundò colligitur, Primiceriatum eſſe Officium, non dignitatem, ut conſulit Alex. *conſil.*77. *In cauſa, n.*5. *verſ. & ad iſtud oſtendendum, vol.*2. ubi *in verſ. nec prædictis obſtat*, ſubdit, quod tunc Primiceriatus eſt dignitas, quando probatur ipſum communi opinione habitum fuiſſe pro dignitate, aliàs ſecus. Refert, & ſequitur Pacian. *d. cap.*27. *num.*47. & 52. Monet. *de conſervat. cap.*5. *n.*93. quicquid dicat Aretin. *dict. conſ.*23. *num.*5. *verſ. nos poſſumus.*

35 Tertiò colligitur, Plebaniam Officium appellari, non dignitatem, ut habetur *in cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monach.* Joan. Andr. *in dict. cap.*1. *n*3. Pacian. *dict. cap.*26. *n.*9. ubi ſubdit procedere etiamſi Plebanus haberet curam animarum, & Baptiſmum, & Chriſma, poſſetque Capellanos ſui Plebanatus excommunicare, mittere edictum, & confirmare; quoniam talia non facerent dignitatem, cùm poſſent de conſuetudine etiam ad Canonicum pertinere, tatione ſuæ præbendæ; & tamen Canonicus non dicitur eſſe in dignitate, ut eleganter hæc omnia tradit Federic. de Sen. *conſ.*80.

36 *Factum tale, col. fin.* Verùm ſecus quando Plebania eſſet Collegiata, ipſiúſque Eccleſiæ Plebanus eſſet caput, haberetque præeminentiam, & juriſdictionem in Canonicos Eccleſiæ; tunc enim cenſeretur in dignitate conſtitutus, ut concludunt Gemin. *in dict. capite* 1. *n.*9. *col.*3. & ibidem Franc. *num.*6. *verſ. & quid de Plebanis.* Feder. de Senis *d. conſ.*80. *n.*2. *col.*2. quos refert, & ſequitur Pacian. *dict. c.*27. *num.*62.

37 Quartò, colligitur quod dictum eſt de Plebanis, idem quoque dicendum de Prioribus, qui tunc demùm cenſentur in dignitate conſtituti, ſi ſunt Collegiati, & habent præeminentiam, vel juriſdictionem in Eccleſia, aliàs ſecus. Federic. de Senis *conſ.*132. *Caſus talis eſt.* Plures, quos refert Pacian. *dict. capite* 27. *n.*65. Monet. *de Conſervat. cap.*5. *n.*25. & 94. Vel habeant Conventum; nam Prioratus illum habens cenſetur dignitas actu, & habitu. Abb. *in cap. niſi eſſent, n.*6. & *in cap. de multa, n.*23. *de præb.* Rebuff. *ſuper concord. §. in Monaſteriis, in verb. Prioratus, verſ. nota quod ſi.* Rota apud Tamb. *in fine tom.*3. *de jure Abbatum, deciſ.*10. *n.*1. Et ſic ſimiliter licèt Abbatis nomen ſonet in dignitatem, & Abbatia dicatur dignitas, Felin. *in cap.*2. *in princ. de judic.* Decian. *in cap. decernimus, num.*10. & 12. ubi Ripa *de communi, n.*30. *cum ſeqq. eod. tit.* tamen hoc non procedit à ſola nominatione, ſed ab effectu, qui colligitur ab exercitiis. Anchar. *in Clem. ſi dignitatem, n.*1. *verſ. à nomine autem, de præbend.* Selva *de benefic. part.*1. *q.*2. *n.*37. *verſ. à nomine autem*, Rota apud Tamburin. *in fine tom.*3. *de jure Abbatum, deciſ.*5. *n.*4. & 5. unde ſi careat curâ & conventu, non dicitur dignitas, Rota *deciſ.*9. *n.*3.

38 Quintò colligitur, Decanatum acceptum pro ſimplici beneficio non eſſe nomen dignitatis, niſi habeat juriſdictionem, aut niſi pro dignitate habeatur in Eccleſia. Ita Pacian. *d. cap.*27. *n.*76. Monet. *de Conſervat. cap.*5. *n.*92. Card. Tuſch. *tom.*2. *littera D, concl.*419. *n.*22. de jure autem nullam 39
habet juriſdictionem, cùm careat jure prælaturæ in Capitulo, cujus ipſe eſt pars. Abb. *in cap. poſt electionem, ſub n.*9. *circa fin. verſ. Item puto, de conceſſ. præb.* dum verò locum Archipreſbyteri in Eccle- 40
ſia obtinet, tanquam ſubrogatus eadem poteſt, quæ Archipreſbyter, & hac ratione dicitur dignitas. Rot. *deciſ.*17. *ſub n.*1. *verſ. Sed cave, de conceſſ. præb.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris lib.*15. *cap.*21. *n.*12. & *de benefic. cap.*10. *num.*14. & *in part. Iuris Canon. lib.*2. *tit.*9. *cap.*5. *n.*4. Sicque eſt intelligenda Putei deciſio 209. *num.*2. *lib.*3. quatenus vult Decanum reſpectu Capituli non cenſeri perſonam privatam, ſed habere Prælaturam cum juriſdictione in Capitulum, cui præeſt. De officio, & auctoritate Decani 41
vide Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib.*3. *cap.*10. *in princip.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.*1. *q.*1. *num.*86. Azor. *inſtitut. moral. part.*2. *lib.*5. *cap.*17. Card. Tuſch. *tom.*2. *littera D, concl.*60. Filliuc. *in quæſt. Moralib. tract.*41. *cap.*1. *n.*29. Rota apud Farinac. *deciſ.*333. *à n.*4. *part.*1. *recent.*

Sextò colligitur, Cantoriam de jure communi 42
non eſſe dignitatem, ſed officium ſimplex, ut reſolvunt Oldrad. *conſ.*146. *Factum, de conſuet. Eccleſ. col.*2. Put. *deciſ.*89. *lib.*3. *in correctis.* Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*30. *n.*11. *de offic. & auctoritat. Cantor.* vide Gregor. *lib.*5. *tit.*6. *part.*1. Navar. *in cap ſi quando, de reſcript. excepti.*11. *n.*4. Azor. *d. lib.*3. *cap.*22.

Septimò colligitur, Theſaurariam non eſſe di- 43
gnitatem, ſed officium, ut per Abb. *conſ.*93 *in princ. lib.*2. Aretin. *conſ.*23. *in princ.* Card. Tuſch. *tom.*2. *lit. D, concluſ.*419. *n.*21. Monet. *de Conſervat. cap.*5. *num.*95.

Notandum eſt autem, quod non ſolùm hujuſ- 44
modi, quas oſtendimus, dignitates, vocantur, verùm epiſcopalis quoque, & ſuperiores gradus ſunt dignitates: ſiquidem epiſcopalis dignitas in multis rebus non comprehenditur nomine dignitatum in genere, quia eſt culmen, & faſtigium dignitatum, ſecundùm Pacian. *de probation. lib.*2. *cap.*18. *n.*1. & 2. Alzed. *in praxi Epiſcop. part.*1. *cap.*12. *n.*1. & 2. & ideò in odioſis appellatione dignitatis non continetur Epiſcopatus, ut per Doctores, quos plena manu retuli *in tract. de appellativa verborum* 45
*utriuſque Iuris ſignificatione appell.*72. *n.*1. quibus addo Alzed. *dict. n.*2. De quibus & omnibus illud dicitur in communi, *Infamibus porta non pateant dignitatem:* ſic *in cap. pen. de regul. Iuris in* 6. *cap. inter dilectos, de exceſſ. Prælat.* & nemini cauſas auctoritate litterarum Apoſtolicarum committi, qui non ſit in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus, *cap. ſtatutum, de reſcript. lib.*6. ubi dixi. Prædictæ autem, de quibus hìc agimus, dicuntur ſpeciali nomine dignitates, reſpectu ſcilicet inferiorum, & inter Capituli, & Cleri Collegas & fratres.

Eccleſiaſticarum autem dignitatum hujuſmodi 46
quædam habent curam animarum annexam, quædam verò minimè. Ad dignitates quibus cura 47
animarum ſubeſt, nullus eſt promovendus, qui ſaltem xxv. ſuæ ætatis annum non attigerit, & in Clericali Ordine verſatus, doctrinâ ad ſuum munus exequendum neceſſariâ, ac morum integritate commendetur. Ita colligitur *ex capit. cùm in cunctis, de elect. & cap. licèt canon. eod. tit. lib.*6. & ex Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*12. *in princip.* & probat Joan. Andr. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ.*1. *dub.*11. *num.*24. *ſecundum Roman. impreſſ.* Novarin. *in ſingular. Iuris Canon.*

Biblioteca de Ciències Socials

concluſ. 14. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 4. *num.* 72. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 60. *n.* 63. *& in d. cap. cum in cunctis*, §. *inferiora*, *n.* 30. Et procedit hæc reſolutio, quamvis cura juriſdictionalis ſit, ut per Nav. *conſ.* 4. *n.* 2. *ſub tit. de ætat. & qualit. in utraque edit.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ.* 4. me citato *in hoc loco.* Didac. Narbona *de ætate ad omnes actus humanos requiſ. an.* 25. *q.* 56. *num.* 2. Unde ad dignitatem principalem in Collegiata requiri ætatem XXV. annorum incœptorum, cùm regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, reſolvit Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *n.* 65. 48

Intellige ſupradicta, ſi principaliter cura ſubeſt, non verò ſi acceſſoriè unita ſit dignitati parochiali; eam enim tunc obtinentem non debere neceſſariò attingere vigeſimum quintum annum referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum Confeſſar. verb. Parochus* 6. & Campan. *in diverſ. Iuris Canon. rubr.* 7. *c.* 6. *n.* 22. Filliuc. *de ſtatut. cleric. tr.* 41. *c.* 5. *n.* 30. *&* 31. Didac. Narbona *loco infra citando*, *n.* 12. *& à n.* 25. *q.* 56. *n.* 3. 49

Ad cæteras verò dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clericos alioquin idoneos, & 22. annis non minores eſſe aſciſcendos, ſtatuit idem Conc. Trid. *d. cap.* 12 *verſ. ad cæteras*, & referunt per me citati *d. alleg* 60 *n.* 65. quibus addo Maſſobr. *dict. requiſ.* 10. *dubit.* 11 *n.* 24. Novar. *in ſingular. Canon. concluſ.* 15. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 4. *n.* 74. Monet. *de commut. ult. vol. cap.* 10. *n.* 113. Gabr. Vaſq. *in opuſcul. de benef. cap.* 3. §. 2. *n.* 15. noviſſimè Didac. Narbona *in tract. de ætat. ad omnes humanos actus requiſ. ann.* 22. *q* 3. *n.* 8. Qui quidem 22. anni ad dignitates requiſiti debent eſſe completi, ut reſolvunt Navar. *conſ.* 4. *de ætat. & qualit. in utraque edit.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. deciſ.* 4. Mandoſ. *in tract. de ætat. minor. cap.* 3. *n.* 10. Leſſ. *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 108. ubi dicit illam formulam, *ut non ſit minor viginti duobus annis*, inſinuare annos 22. debere eſſe completos. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 591. *n.* 9. Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 4. *n.* 70. Atmendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ*, *lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcop. n.* 2. Maſſobr. *d. requiſ.* 10. *dub.* 13. Novar. *d. concluſ.* 15. *n.* 2. Didac. Narbona *d. q.* 3. *n.* 9. Squillante *d. cap.* 4. *n.* 75. Ego ipſe *d. allegat.* 60. *n.* 66. 50

Contra Sà *verb. beneficium, n* 31. Zerol. *in praxi Epiſcoporum, part.* 1. *verb. beneficia*, §. 1. *verſ. ad dignitates.* Henriq. *in ſum. lib.* 14. *c.* 8. §. 10. *in fine*, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 3. *in fine*, exiſtimantes dictos 22. annos ſufficere incæptos, & non requiri completos.

Supradicta abſque dubio procedunt in dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium, quoad alias verò in inferioribus Eccleſiis exiſtentes, requiſita ætatis remanete in diſpoſitione juris communis, reſolvunt, deciſumque referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. *n.* 92. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pag.* 350. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 735. *in* 2. *edit.* aliàs *reſol.* 512. *n.* 3. *in fine*, *in* 2. *edit. & in praxi aurea reſol.* 159. *n.* 2. Squillante *dict. c.* 4. *n.* 76. Novar. *dict. concluſ.* 15. *n.* 2. Didac. de Narbona *dict. q.* 3. *n.* 11. Fr. Emman. *99 Regul. tom.* 1. *q.* 11. *art.* 2. *& in addit. ad Bullam Compoſitionis*, *n.* 4. ubi refert Chriſtophorum Velam Archiepiſcopum Burgenſem contuliſſe dignitatem Scholaſticæ Collegiatæ Eccleſiæ de Aquilar del Campo cuidam ſcholari, qui non habebat majorem ætatem 17. annorum; & cùm litigaretur ſuper hoc, fuiſſe judicatum collationem eſſe canonicam, & juridicam. Refero ego ipſe *d. alleg* 60. *n.* 67. 51

Contra Nicol. Garc. *d. part.* 7. *cap.* 4. *n.* 59. *&* 62. *cum ſeqq.* & Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcop. n.* 2. exiſtimantes, deciſumque referentes, prædictos 22. annos, qui requiruntur ad dignitates in Cathedralibus, requiri etiam in Collegiatis.

Quamvis olim attentâ diſpoſitione textus *in cap. unic. de ætat. & qualit. lib.* 6. poſſet Epiſcopus diſpenſare, ut quid 22. annum compleverit, ſi aliud non obſtet canonicum, poſſit obtinere dignitates, & perſonatus, quibus cura non immines animarum, tamen cùm ætas illa 22. annorum ſit determinata à Conc. Trid. *d. cap.* 12. ſuper illa jam non potuerunt Epiſcopi diſpenſare, juxta ea, quæ in ſimili tradunt Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *q.* 9. Nicol. Garc. *d. part.* 7. *c.* 4. *n.* 71. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. dec.* 309. *num.* 9 *p.* 4. Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub.* 62. *n.* 6. Didac. Narbon. *d. q.* 3. *n.* 12. *prope fin.* 52

Nullus præterea eſt ad dignitatem eccleſiaſticam recipiendus, niſi qui eo Ordine ſacro, quem dignitas illa requirit, aut ſit initiatus, aut in tali ætate, ut infra tempus à jure ſtatutum valeat initiari. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 4. *verſ. nec alii.* Seraph. *deciſ.* 318. *n.* 5. Monet. *de diſtrib. quotid. p.* 2. *q.* 9. *à n.* 9. Debent namque in omnibus Cathedralibus Eccleſiis dignitates, aut Præbendæ annexum habere Ordinem Preſbyterii, Diaconatus, & Subdiaconatus, ut præfatum Concil. Trid. ſtatuit *in d. cap.* 12. & de hoc latè diximus *in tract. de Canonicis, c.* 12. *per tot.* 53

Proviſi autem de dignitatibus, & canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus, tenentur à die adeptæ poſſeſſionis, ſaltem intra duos menſes in manibus ipſius Epiſcopi, vel ejus generalis Vicarii orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondere, ac jure debent, atque id etiam in Capitulo facere præcipiuntur, ſicut ſtatuit idem Concil. *in ſæpè citato cap.* 12. de quo citati per Vivian. *in praxi Iuriſpar. lib.* 15. *c.* 3. *ex n.* 23. *in ultim. impreſſ.* Squillante *de oblig. Cleric. p.* 1. *à n.* 86. Formam verò dictæ profeſſionis faciendæ ordinavit Pius IV. in ſua Conſtitutione quæ incipit *Injunctum*, ſub dat. idibus Novembris 1564. quam referunt Archiepiſc. Bononienſ. *p.* 2. *in princ.* Quarant. *in ſum. Bullarii. verb. Fidei profeſſio*, Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 5. *n.* 26. *pag.* 540. 54

Satisfieri autem poteſt ſupradictæ conciliari diſpoſitioni faciendo hujuſmodi profeſſionem coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito, ut optimè reſolvunt Nicol. Garc. *d p.* 3. *c.* 3. *n.* 33. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 6. *n.* 8. Squillant. *d part.* 1. *n.* 92. Ego ipſe *d. part.* 3. *alleg.* 60. *n* 16. advertentes verba illa Concilii, *in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, &c.* ſolùm poni ad monitionem, & denotandum convenientius eſſe eam facere coram ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento. 55

Et non ſolùm per ſe, ſed etiam per procuratorem cum ſpeciali mandato conſtitutum poteſt fieri profeſſio Fidei, ut reſolvunt Navar. *conſ.* 4. *ſub num.* 1. *de ſum. Trinit in antiq.* aliàs *conſ.* 11. *de jurejurand. in novis*, Petr. de Ledeſma *in ſum. part.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *poſt* 10. *concl. diffic.* 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *q.* 6. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Fidei profeſſio*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. Campan. *in diverſor. Iuris Canon. rubr.* 8. *cap.* 3. *num.* 19. Ricciul. *de jure perſo-* 56

narum

narum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 1. cap. 13. à num. 21. Vivian. d. lib. 15. cap. 3. num. 27. Novar. in ſingularib. Canon. ſingul. 114. num. 8. in fine, Caſtro Palao de Fide tract. 4. diſp. 1. puncto 19. n. 10. noviſſimè Novar. in ſum. Bullarum, tit. de Fidei profeſſione, n. 8. latè & eleganter Maſſobr. in tract. de Synodo Diœceſana. cap. 4. dub. 40. per tot. ſecundum Roman. impreſſ. ubi diſertiſſimis fundamentis hanc ſententiam enixè pro me defendit, Tamburin. de jure Abbatum tom. 1. diſp. 8. queſt. 3. num. 11. Lavor. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 22. num. 16. Ferentil. in annot. ad deciſ. 522. Buratti, num. 16. Ego ipſe dicta alleg. 61. n. 29. Rota in Varnien. Canonicatus, 13. Iunii 1608. coram Illuſtriſſimo D. Card. Sacrato, ubi etiam fuit dictum ſpeciale mandatum ad hoc cenſeri datum, non ſolùm quando datur expreſſum ad faciendam Fidei profeſſionem, ſed etiam ex mandato ad capiendam profeſſionem dignitatis, vel Canonicatus. Ratio eſt, quia neque Concil. Trident. nec Conſtitutio Pii V. utuntur verbis ſignificantibus perſonalitatem & propterea cedit regula *Quicunque poteſt aliquid facere per ſemetipſum, poteſt illud facere per procuratorem*, l. 1. ff. de procurat. cap. qui per alium, & cap. poteſt quis, de reg. Iur. in 6. Tum quia id expreſsè colligi videtur in cap. optatum, in fine, 100. diſt. in illis verbis, *Nec aliquem, qui hanc jurejurando firmaret miſeris.* Ubi Præpoſ. hoc expreſsè notat.

Contra Addit. ad conſ. 11. Navar. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. n. 169. verſ. ſimiliter, Ugol. de poteſt. Epiſcop. cap. 50. §. 16. num. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 3. num. 75. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. n. 22. Squillante de obligat. Cler. part. 1. n. 91. Trullench. in præcepta Decalogi, lib. 1. cap. 2. dub. 8. num. 6. Fr. Sigiſm. à Bononia de elect. dub. 50. n. 3. patum modeſtè, & religiosè de me loquentem; exiſtimantes abſque bono fundamento, hanc Fidei profeſſionem debere fieri per ſemetipſum, adeò ut non ſufficiat fieri per procuratorem: quorum fundamentis ſigillatim reſpondet latiſſimè Maſſobr. d. dub. 40. lege apud illum, & non te pœnitebit.

57 Amplia primò, dignitates, & Canonicos ut ſuprà, Fidei profeſſionem emittere teneri, ſive ſint ſæculares, ſive Regulares, Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 3. n. 16. Ricciul. d. lib. cap. 13. Ego ipſe dict. alleg. 61. num. 6.

58 Secundò amplia, ſive ſint ſubjectæ, ſive exemptæ. Nav. conſ. 1. de ſum. Trinit. in antiq. aliàs conſ. 9. de jurejur. in novis. Sayr. in florib. deciſ. ſub illo tit. de ſum. Trinit. deciſ. 1. in fine, Petr. de Ledeſma d. part. 2. tract. 1. cap. 4. d. diſſic. 9. Nicol. Garc. dict. cap. 3. n. 21. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. collect. 579. ampliat. 1. Ugolin. d. §. 16. n. 2. Sanch. d. cap. 5. num. 1. Ricciul. dict. lib. 1. cap. 15. n. 14. Ego ipſe d. alleg. 61. n. 5.

59 Tertiò amplia in eo, qui ſemel emiſit Fidei profeſſionem in adeptione alterius ſimilis dignitatis, vel Canonicatus, ut per Ugolin. dict. §. 16. in princ. Azor. d. part. 2. lib. 7. cap. 2. q. 8. Nicol. Garc. d. cap. 3. n. 17. Squillante d. part. 1. num. 90. Campan. in diverſ. Juris Canon. rubr. 8. cap. 3. num. 20. Ricciul. dict. cap. 13. num. 19. Sigiſmund. à Bonon. d. dub. 50. n. 4. Tamburin. d. queſt 3. num. 8. refero Ego ipſe d. alleg. 61. n. 8. contra Sanch. d. lib. 2. c. 5. numero 6.

60 Quartò amplia etiam in proviſo Sede Epiſcopali vacante. Nicol. Garc. d. cap. 3. n. 24. Squillante cap. 1. n. 94. Ricc. d. cap. 13. n. 15. Ego ipſe d. alleg. 61. n. 17. & 18. qui etiam reſolvunt non ſufficere facere hujuſmodi profeſſionem coram Capitulo, ſed coram ejus Vicario.

Quintò amplia, ſive ſit proviſus per obitum, 61
ſive per reſignationem. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 9. in princ. Ricciul. d. c. 13. n. 17.

Sextò amplia, ut proviſi teneantur ultrò ſe 62
offerre, adeò ut non requiratur de neceſſitate monitio ad faciendam profeſſionem. Nicol. Garc. d. c. 3. n. 19. & 20. Ricciul. d. cap. 13. n. 18. Trullench. d. lib. 1. c. 1. dub. 8. n. 1. in fine.

Limita primò in Coadjutoribus dignitatum, 63
ſeu Canonicorum durante coadjutoriâ. Nic. Garc. de benef. part. 4. cap. 5. num. 76. Ego ipſe d. alleg. 61. n. 14. Trullench. d. lib. 1. cap. 1. dub. 8. n. 1. in fine.

Limita ſecundò in Portionariis, & aliis proviſis de Capellaniis in Eccleſia Cathedrali. Nicol. 64
Garc. d. p. 3. cap 8. n. 13. Sanch. d. cap. 5. ſub num. 1. Ricciul. dict. cap. 13. num. 57. Trullench. dict. dub. 8. num. 2.

Limita tertiò in dignitatibus, & Canonicati- 65
bus Eccleſiarum Collegiatarum; cùm Concilium tantùm loquatur de proviſis de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, ut reſolvunt Nicol. Garc. d. cap. 3. n. 15. Ricciul. d. cap. 13. n. 56. Squillante d. part. 1. num. 89. Ego ipſe dict. alleg. 61. n. 15.

Contra Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. bene- 66
ficium, §. 5. diſt. 4. Ugolin. d. §. 16. n. 3. ex ſtimantes dignitates Eccleſiarum Collegiatarum teneri Fidei profeſſionem emittere.

Hæc Fidei profeſſio fieri debet intra duos menſes ad minus à die captæ poſſeſſionis dignitatis, vel Canonicatus in Cathedrali Eccleſia, ut ſtatuit Concil. Trid. d. cap. 12. verſ. Proviſi etiam, cujus meminit Tamburin. dict. queſt. 3. n. 9. Si verò intra præfatum tempus non fiat, non ob id facere debent ſolutus remanet ab obligationem illam in poſterum emittendi, ſed nihilominus ſemper ad eam faciendam tenetur, quia terminus duorum menſium à Concilio aſſignatus non eſt præfixus ad remittendam ac terminandam obligationem, ſed ad differendam pœnam. Ita Fr. Emman. in ſum. tom. 1. cap. 119. n. 5. Petr. de Ledeſma d. cap. 4. poſt 10. concl. differ. 3. Azor. d. part. 2. lib 7. cap. 2. q. 5. Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 3. n. 19. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. dec. 220. n. 4. part. 1. Ant. Ricciuli d. cap. 13. n. 37. Tamburin. d. queſt. 3. n. 9. Ego ipſe d. alleg. 61. n. 22. Squillante d. p. 1. n. 96. Trullench. d. dub. 8. n. 5.

Qui quidem terminus duorum menſium datus 67
ad faciendam profeſſionem, non currit proviſo, qui non accepit poſſeſſionem, quamvis per eum ſtet, quominus illam accipiat, ut tenet Nicol. Garc. dict. cap 3. num. 32. quem refero Ego ipſe d. alleg. 61. n. 25. Addo Trullench. d. dub 8 n. 5. ante med. 13. Ant. Ricciul. d. cap. 13. n. 50. ubi n. 62. dicit, quod ad effectum, ut incipiant currere prædicti duo menſes, non ſufficit fuiſſe adeptam poſſeſſionem, ſed requiritur poſſeſſio pacifica: & n. 63. ſubdit poſſeſſionem dici pacificam ad iſtum effectum, ſi ſit pacifica reſpectu Curiæ, in cujus exercitio non fuerit ſtatim turbatus de jure, vel de facto, ſed in eo ſteterit ſine turbatione per unum, vel duos menſes ſine moleſtia, quamvis illa pacifica poſſeſſio deinde non duret continuè, nec ſit pacifica reſpectu omnium fructuum, ſeu majoris partis ipſorum.

Tenetur autem probare proviſus ſe feciſſe Fidei 68
profeſſionem, quando Ordinarius ſuper illa inquirit

rit ex officio, ut aiunt Nicol. Garc. *dict. part. 3. cap. 3. num. 48. cum ſeqq.* Ricciul. *dict. cap. 3. num. 40.*

69 Trullench. *dict. dub. 8. num. 4. in princ.* Quam Fidei profeſſionem emiſſam credi, ſi pars dicat illam feciſſe, dummodò collatio beneficii ſit decennalis, reſolvunt Campan. *d. cap. 3. à n. 24.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. dec. 681. in 1. edit.* aliàs *reſol. 580. in 2. edit.* Trullench. *d. num. 14.* Ego ipſe *d. alleg. 62. num. 21.*

70 Omittens Fidei profeſſionem peccat mortaliter, quia Concil. Trid. *dict. cap. 12.* utitur gravibus verbis, & infert gravem pœnam, ut tenent Petr. de Ledeſma *d. tract. 1. cap. 4. concluſ. 10.* Fr. Emman. *d. cap. 119. n. 7.* Squill. *d. p. 1. num. 95.* Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 65. in fin.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 5. ante n. 2.* Ricc. licèt dubius *d. lib. 1. cap. 16. num. 1.* Trullench. *d. dub. 8. n. 12. in princip.* Verùm ſi per ignorantiam, incogitantiam, ſeu inadvertentiam illam non fecerit, mortaliter peccare non videtur, cùm bonâ fide legem humanam tranſgrediens mortale peccatum non committat, ſicut reſolvunt Navar. *conſ. 2. de ſum. Trinit. in antiq.* aliàs *conſ. 12. de jurejur. in novis*, Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. de ſum. Trinit. deciſ. 3.* Azor. *dict. cap. 2. q. 2.* Flamin. *dict. lib. 10. queſt. 9. cum ſeqq.* Sanch. *dict. lib. 5. capit. 13. num. 5.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. verb. beneficiorum poſſeſſio, lit. B, verſ. inter alia*, Molin. *de juſtit. tract. 4. diſput. 71. n. 8.* Squillante *p. 1. n. 100.* Anton. Ricciul. latè diſtinguens *dict. lib. 1. cap. 13. n. 43.* Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 1. diffic. 6. num. 8.* Trullench. *d. dub. 8. num. 12.* Ego ipſe *d. alleg. 61. num. 19.*

71 Ultra peccatum, quod contrahit Fidei profeſſionem intra ſpatium duorum menſium à die captæ poſſeſſionis non emittens, incurrit quoque fructuum amiſſionem, ut idem Concil. Trident. *dict. cap. 12.* ſtatuit: quod quidem intelligitur de decurſis poſt lapſum duorum menſium, non verò de decurſis in ipſis duobus menſibus, ut cum Nicol. Garc. *dict. part. 3. cap. 3. n. 39.* reſolvo Ego ipſe *d. alleg. 61. n. 23.* & profeſſio exinde facta non proficit ad recuperandum fructus amiſſos poſt dictos duos menſes, ſed tantùm ad quærendum futuros, ſecundùm Navar. *dict. conſ. 4.* aliàs *11. n. 3.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 10. queſt. 9. n. 12. & ſeq.* Nicol. Garc. *dict. capit. 3. n. 30.* Ricciul. *dict. cap. 13. n. 39* Squillante *dict. part. 1. num. 97.* Ego ipſe *dict. alleg. 61. n. 23.* Trullench. *dict. dub. 8. num. 7.* Novar. *dict. tit. de Fidei profeſſione, num 9.* Rot. *in Ovetenſi Mercedis, 12. Decembris 1605. coram Reverendiſſimo Domino meo Coccino Rotæ Decano*, impreſſa poſt tractatum Alexandri Monetæ *de diſtrib. quot.*

72 Non tenetur tamen in conſcientia fructus ſic amiſſos reſtituere, donec condemnetur, ſeu ſequatur ſententia declaratoria, ex Navar. *conſ. 3. n. 1. de ſum. Trinit. in antiq.* aliàs *conſ. 12. n. 1. de jurejur. in novis*, Fr. Emman. *queſt. Regul. tom. 2. queſt. 73. art. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 61. n. 18.* Sanch. *dict. cap. 5. n. 10.* Caſtr. Palao *dict. tract. 4. de F. de, diſput. 1. puncto 19.*

73 *n. 16.* Trullench. *dict. lib. 1. cap. 1. dub. 8. n. 8.* aſſerentes Decretum Concilii *in dict. cap. 12.* eſſe pœnale, ac proinde etiamſi pœnam ipſo jure irroget, non obligare in foro conſcientiæ.

Contra Azor. *dict. cap. 2. q. 1. in fine*, Nicol. Garc. *d. cap. 3. n. 35.* Squillante *d. part. 1. n. 98.* Petr. de Ledeſma *dict. tract. 1. capit. 4. concl. 10. diffic. 1.* Ugolin. *d. §. 16. n. 4.* Ricciul. *dict. cap. 13. n. 43.* exiſtimantes intra dictos duos menſes Fidei profeſſionem non emittentes ita fructus ſuos non facere, ut in conſcientia teneantur illos reſtituere, etiam non interveniente aliquâ ſcientiâ.

Hæc ſuperiùs reſoluta rectè procedunt in fructibus, non autem in diſtributionibus quotidianis, quæ ob omiſſionem profeſſionis Fidei minimè amittuntur, cùm dentur tactione miniſterii, & ſervitii perſonalis, ſicut tradunt, deciſumque referunt Azor. *dict. cap. 2. q. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 2. proœm. n. 17. in 1. edit.* aliàs *§. 6. proœm. n. 170.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect 1461. verſ. infertur ſextò*, Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. profiteri 2.* Monet. *de diſtribut. quotid. part. 1. q. 6. & 7.* Ugolin. *dict. §. 16. n. 5. verſ. ſecundo*, Proſper de Auguſtino *citato loco*, Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 166. n. 22.* Nicol. Garc. *dict. cap. 3. n. 60.* Campan. *dict. cap. 3. n. 18.* Ricciul. *d. capit. 13. num. 51.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 112. part. 4.* Squillante *d. part. 1. n. 99.* Trullench. *d. lib. 1. cap. 1. dub. 8. n. 9.* Novar. *dict. tit. de Fidei profeſſione, num. 11.* Novar. *in ſingul. Canon. concl. 115. n. 3.* ubi *n. 5.* quod nec amittunt anniverſaria defunctorum. Ego ipſe *dict. alleg. 61. n. 30.* Rot. *in Varmienſi Canonicatus, 28. Aprilis, 13. Junii, & 4. Februarii 1611. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & advertit Ricciul. *dict. cap. 12. n. 55.* quod quando beneficium, ſeu Canonicatus, aut dignitas non haberet aliquos fructus, ſed emolumenta omnia conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, tunc ut pœna adjecta per Conc. *d. cap. 12.* poſſit in aliquo verificari, debet intelligi de diſtributionibus.

Cui autem ſint aſſignandi, & applicandi fructus amiſſi ob non factam Fidei profeſſionem, cùm id Concilium non determinet, dubitari ſolet: ſed eos eſſe impendendos vel in uſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ, ſicut fructus eorum, qui non reſident, per caput 1. *verſ. ſi quis autem, ſeſſ. 23. de reformat.* aſſerunt Azor. *dict. cap. 2. queſt. 3.* Ugolin. *dict. §. 16. n. 4. in fine*, Sanch. *dict. capit. 5. num. 10. ad fin.* Novar. *dict. concl. 115. num. 9.* & loquendo de Parochis, firmant Fuſch. *de viſitat. lib. 2. cap. 13. n. 4.* Læl. Zech. *de benefic. & penſionib. cap. n. 4. verſ. quod ſi Parochiales.* Flamin. Pariſ. *d. lib. 10. queſt. 9. n. 122. & ſeq.* Nicol. Garc. *p. 5. d c. 3. n. 36.* ubi *n. 30.* ſubdit, quod in dignitatibus habentibus fructus diſtinctos, & ſeparatos à menſa Capitulari, videtur amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem eſſe reſtituendos, & applicandos fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco, arbitrio Ordinarii, per caput 3. *ſeſſ. 22. de reform.* refeto Ego ipſe *d. alleg. 61. n. 31.* latè Trullench. *d. dub. 8. n. 13.*

Ordinarius non poteſt condonare hujuſmodi fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem, quia ille minimè poteſt remittere pœnam inflictam à Concilio, niſi in caſibus ibi expreſsè permiſſis, ſicut reſolvunt Navar. *conſ. 3. n. 1. de Cleric. non reſid.* Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 53.* Ego ipſe *d. alleg. 61. n. 32.* Trullench. *d. dub. 8. num. 15.* Neque ante Fidei factam profeſſionem proviſus poteſt haberi pro præſente à Capitulo, ſecundùm Nicol. Garc. *d. cap. 5. n. 50.* Rot. *in d. Ovetenſi Mercedis.* Ricciul. *d. lib. 1. cap. 16. n. 8.* ubi *n. 9.* declarat, niſi fortè hoc factum fuiſſet ex indulto Apoſtolico, non ſolùm explicitè concedendo, ut poſſit percipere fructus ante factam Fidei profeſſionem, ſed etiam implicitè, nempe ſi paulò poſt proviſionem concedatur ſi indultum de percipiendis fructibus in abſentia.

Quoad illus fructus, ut ſuprà amiſſos, retinendos

dos, non poteſt Fidei profeſſionem omittens tegula *de annali* ſe tueri, nec longiſſima poſſeſſio ei prodeſt quoad dictos fructus percipiendos quandiu profeſſionem non emiſerit, ſicut reſolvunt Flamin. Pariſ. *d. lib. 8. quæſt. 9. n. 122.* Nicol. Garc. *dict. cap. 3. n. 34.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 119. num. 7.* Proſp. de Auguſtin. *ubi ſuprà, lit. B. in fine,* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 220. n. 11. p. 1.* Anton. Ricciul. *d. cap. 16. n. 13.* Ego ipſe *d. all. g. 61. n. 26.*

78 Circa titulum, & proprietatem, profeſſionis Fidei omiſſio non excludit proviſos, nec tollit omnimodo poſſeſſionem, ſed impedit illius effectum quoad fructuum perceptionem. Ita Navar. *conſ. 5. in antiq.* aliàs 3. *in novis, de verb. ſignificat. & conſ. 7. & 8. de jurejur.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 8. q. 9. n. 122.* Sayr. *in ſtorib. deciſ. ſub tit. de verb. ſignif. dec. 6.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 5. n. 10.* Azor. *dict. cap. 1 q. 3.* Ugolin. *d. §. 16. n. 4.* Campan. *d. rubr. 8. cap. 3. n. 17.* Ricciul. *d. lib. 1. cap. 16. n. 10.* Ferentil. *in annot. ad deciſ. 522. Buratti, n. 17.* Novar. *d. tit. de Fidei profeſſione, num. 9. verſ. unde.* Ego ipſe *d. dict. alleg. 6. num. 16.* Rot. *in Varmien. Canonicatus, 28. Aprilis, & 13. Junii 1608. & 4. Februarii 1611. coram bon. mem. Card. Sacrato,* ubi etiam fuit reſolutum, poſſeſſionem adeptam per proviſum, qui tenebatur facere Fidei profeſſionem eſſe manutenibilem, etiam poſt tempus præfixum ad faciendam profeſſionem: & in Tiburtina Parochialis, 27. Junii 1619. contra R. P. D. Pirovano, ubi quod ita cenſuit Sacra Congregatio ejuſdem Concilii Interpres in illa cauſa; & ideò tales poſſeſſores juvari regula de triennali ad effectum ne poſſint moleſtari ſuper titulum, tenent Flamin. Pariſ. *d. lib. 10. quæſt. ult. n. 4. & ſeq.* & Sanch. *d. cap. 5. n. 9.* ac Ricciul. *d. c. 16. n. 12.*

79

80 Ordo autem, & gradus inter omnes eccleſiaſticas dignitates, & perſonatus, ſive officia in ſedendo, & aliis eccleſiaſticis actibus exercendis, dupliciter conſideratur, videlicet circa titulum dignitatis, & circa Ordinem ſacrum: quod namque ad titulum attinet, de jure quidem communi Archidiaconus Archipreſbytero, Archipreſbyter verò aliis inferioribus antefertur, ut in ſequentibus Capituli oſtendemus: ſecundùm ſtatuta verò, vel conſuetudines Eccleſiarum ordo iſte prævertitur, & alibi Archipreſbyter, alibi vero Præpoſitus, aut alia dignitas antefertur; quæ quidem conſuetudines juxta diverſas Eccleſiarum rationem admittuntur, unde conſuetudinem plurimùm operari ad dignoſcendum, quænam ſit prima dignitas in aliqua Eccleſia, ac proinde attendi potiùs ſolitum ipſius Eccleſiæ, quàm jus commune, reſolvunt Grammat. *deciſ. 64. n. 17. & 18.* Mantic. *deciſ. 175. numer. 3.* quos refert Ferentil. *in annotat. ad deciſ. 473. Buratti, littera A.*

81 Ad primam dignitatem, Epiſcopo abſente, pertinent functiones epiſcopales, ut cenſuit ſacra Rituum Congregatio *in Aretina, 23. Januar. 1610. & in Neritonenſi 1. Martii 1614. & in Hydruntina 1. Martii 1614.* non autem ad Hebdomadarium, ut per eandem Congregationem. *in Piſaurienſi 21. Martii 1609.*

82 Habet etiam prima dignitas munus ordinandi proceſſiones intra, & extra Civitatem, abſente Epiſcopo, ex eadem ſacra Congregatione *in una Tarentina 10. Januarii 1597.* præſente autem Vicario ad ipſum ſpectabit: ſacra Congregatio Rituum *in Vigilenſi, 28. Septembris 1630. & in Biſuntina 3. April. 1632.* & tetigi *de Officio Epiſcopi, part 3. alleg. 78. n. 5.* Semper enim dignitas prima 84
eſt, & vocatur prima dignitas, licèt Vicarius generalis ſedeat in ſuo loco, ut *in Placentina 19. Maii 1607. in 4. dub.* At dignitas prima in Collegiata, quæ caput eſt Capituli, & cui ſolent à Sede Apoſtolica cauſæ committi, præcedit Canonicis Cathedraalis; non collegialiter, ſed uti ſingulis incidentibus, ut *in Viterbienſi 20. Decembris 1601.* omnibus tamen aliis dignitatibus, & Canonicis Eccleſiarum Collegiatarum præcedunt dignitates Eccleſiæ Cathedralis in omnibus locis, præterquam in ipſis Eccleſiis Collegiatis, ut *in Caputaquenſi, 30. Septembris 1614.* 85

Quod verò ad ſacrum Ordinem pertinet, jure 86
expreſſum reperitur *in cap. fin.* ubi Gloſſ. *17. diſt. & in cap. fin. 75 diſt. & in cap. 1.* ubi Gloſſ. *de major. & obed.* ut inter ejuſdem gradus perſonas, qui majores ſunt Ordine, & in eo ordine antiquiores, aliis in ſedendo, & incedendo, ac in aliis eccleſiaſticis actibus exercendis meritò præferantur, quamvis ad gradum, vel dignitatem fuerit aliquis poſterior admiſſus, ut dicitur *in cap. ſtatuimus, de majorit. & obed.* & quamvis hodie pleriſque in locis contraria conſuetudo ſervetur, non videtur, admittenda, cùm rationabilis non videatur, ut antiquitas dignitatis ſacri Ordinis excellentiæ deroget, *cap pervenit, il 1. in fine, 93. diſt. d. cap ſtatuimus, de major. & obed.*

Ex his ſacra Rituum Congreg. ducta ſæpe ſæ- 87
pius cenſuit Canonicos, qui in Ordine Preſbyterali conſtituti Canonicatum Preſbyteralem obtinuerint, in Choro, Capitulo, ſeſſionibus, & proceſſionibus præcedere debere Canonicis in Diaconatu, & Subdiaconatu conſtitutis, Canonicatus Diaconales, aut Subdiaconales obtinentibus, etiam poſtquam fuerint in Eccleſia admiſſi, & recepti, non obſtante conſuetudine Eccleſiæ, quæ tanquam abuſiva, & improbata non debet admitti: ita *in Saonenſi 11. Aprilis, & 11. Octobris 1601. & in Neapolitana 23. Martii 1602. & in Tropien. 17. Junii 1607.* reſolvit Stephan. Gratian. *March. deciſ. 16. num. 7.* ubi ex hoc infert Canonico proviſo de Canonicatu Preſbyterali in Eccleſia, ubi Præbendæ ſunt diſtinctæ, deberi locum inter alios Preſbyteros ſupra omnes Diaconos, & Subdiaconos, licèt priùs in Eccleſia receptos.

Conſuetudo autem Eccleſiæ, ut quis obtineat 88
locum ſecundùm tempus admiſſionis, licèt Præbendæ ſint diſtinctæ in Preſbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, quando omnes ſunt actu Preſbyteri, & ſerviunt in celebrandis Miſſis, ſervanda eſt, ut cenſuit eadem ſacra Rituum Congregat. *in Saonen. 10. Januarii 1604.* quia circa vocem, & locum in Capitulo, inter dignitates, & Canonicos Præbendatos, & non Præbendatos ſervanda eſt Eccleſiæ conſuetudo. Eadem ſacra Congregat. *in Egitanien. 25. Maii 1603.* 89

Cæteris verò paribus in Ordine, ille erit præfe- 90
rendus, qui prior per ſe cœperit Eccleſiæ deſervire, & perſonaliter reſidere. Gloſſ. *in dict. cap. fin. 17. diſt.* vel ſecundùm ordinem receptionis in Canonicis, quorum Præbendæ non ſunt diſtinctæ, & omnes requirunt Ordinem Preſbyteralem, ut cenſuit eadem S. Rituum Cong. *in Albanenſi, 2 Martii 1602. & in Ortan. 19. Junii 1604. & in Tropien. 10. Decembris 1619.* tunc enim qui prævenit in 91
antiquiori receptione, debet aliis præcedere in ſtallo, voce, optione, & aliis prærogativis, & præeminentiis,

eminentiis, quamvis alii poſteriores in poſſeſſione ſunt priores in receptione. Boër. *de auctor. magni Conſilii*, n. 80. Rot. *deciſ.* 2. n. 1. *de conſuet. in novis*, & *deciſ.* 867. *num.* 2. *in* 1. *collect. novis Farin.* aliàs p. 4. *diverſ.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 3. *præam. n.* 25. Stephan. Gratian. *dict. Marchia deciſ.* 16. *in addit.* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 555. *in* 2. *edit.* Seraph. *deciſ.* 437. *num.* 3. Præeminentiæ enim debentur antiquiori de Collegio, *l.* 1. & 2. *C. de præfectis prætor. lib.* 12. *l.* 1. *C. de præf. ſacri Cubic. eod. lib.*

92 Sed ſi contingat novam dignitatem in Eccleſia inſtitui (quod à ſolo ſit Romano Pont. ut ſuprà reſolvimus *hoc cap. num.* 4.) eum locum habebit quem ſimilis dignitas in aliis vicinis civitatibus obtinet: quod ſi exemplum aliarum non adſit, eum ſibi locum accipiet, quem ſine præjudicio alterius, vel conſuetudinis Eccleſiæ poterit obtinere, ut Innocentius III. reſpondit *in c. cùm olim, de conſuetud.*

93 Vices Canonicorum, & aliorum inferiorum non ſupplent dignitates, ſed benè inferiores pro dignitatibus, ut cenſuit S. Rituum Congreg. *in Malacitana*, 3. *Junii* 1617. Si verò dignitas ex
94 conſuetudine obtineat ſimul Canonicatum, vel Portionem, debet munera his incumbentia adimplere, etiamſi talia ſint, à quibus dignitates alioqui immunes ſunt, ut declaravit eadem S. Congreg. *in Gerundenſi*, 16. *Maii* 1601. & *in Tuden.* 18. *Maii* 1602.

95 Dignitates qui habent Præbendas cum onere cantandis Evangelium, ſeu Epiſtolam, non tenentur miniſtrare inferioribus. S. Rituum Congr. *in Salamantina* 10. *Januarii* 1604. nam dignitati, vel
96 Canonico ſolemniter celebranti Canonici pariter pro Diacono, & Subdiacono, & non alii inferiores inſervire debent. Eadem S. Congr. Rit. *in Spontina Montis Galgani*, 3. *Martii* 1631.

97 Digniratem, & Canonicatum in eadem Eccleſia legitimè obtinens tenetur utriuſque onera ſubire, niſi ſervitia ſimul ita concurrant, ut ab una perſona eodem tempore nequaqam præſtari poſſint. Ita S. Congr. Conc. Trid. cenſuiſſe refert Nic. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 503.

Jam ſuprà diximus, conſuetudinem plurimùm operari ad dignoſcendum quæ ſit prima dignitas in aliqua Cathedrali, vel Collegiata, & nonnulla pertinentia ad ipſam primam dignitatem adduximus: nunc verò alia ſpecialia breviter notabimus.

98 Dignitas prima poſt Pontificalem poteſt abſente, vel impedito Epiſcopo celebrare Miſſas ſolemnes, & alias functiones facere, quas Epiſcopus celebraret, ſeu facere, ſi præſens eſſet, quocunque nomine prima dignitas appelletur, dummodo ſit in Ordine Sacerdotali conſtitutus. Ita S. Congr. Rituum *in Callien.* 18. *Januarii* 1606. & *in Valliſoletana* 11. *Junii* 1605. & *in Brunduſina* 16. *Julii* 1605. & *in Baren.* 16. *Januarii* 1608. & *in Piſauren.* 21. *Martii* 1609. & *in Aretina* 30. *Januarii*, & *in Civitat. ſeu ſancti Sever.* 25. *Junii* 1611. & *in Hydruntina* 15. *Martii* 1614. & *in Lamecen.* 22. *Novembris ejuſdem anni*, & *in Meliten.* 4. *Aprilis* 1615. & *in Gravienſi* 18. *Martii* 1617. & *in Alexandrina*: 18. *Auguſti* 1618. & *in Meſſanen.* 23. *Januarii* 1621. Idem facere poterit ejus coadjutor, ut declaravit eadem ſacra Congreg. *in Pientina* 8. *Maii* 1621.

99 Et non tenetur ipſa prima dignitas ex obligatione, ſed ex ſua voluntate & devolutione hujuſmodi functiones facere, abſente Epiſcopo. Eadem ſacra Congregat. Rit. *in Regien.* 9. *Decembris* 1600.

Dignitas prima, ſi velit functiones epiſcopales facere, debet etiam Miſſam cantare, alias pertinet ad ſubſequentes cum eadem conditione. Eadem ſacra Congregat. Rit. *in Aretina*, 3. *Januarii* 1612. & *in Troſſonen.* & *alia Neritonen.* 1. *Martii* 1614. Et ideò ſi vult portare ſanctiſſimum Sacramentum in Proceſſione, abſente Epiſcopo, debet Miſſam cantare: quod ſi noluerit, portare debebit ea dignitas, vel Canonicus, qui Miſſam celebraverit: eadem S. Congr. *in Baren.* 19. *Januarii* 1608. 100

Si verò ipſa prima dignitas noluerit, vel non 101
potuerit per ſe adimplere, non poteſt id alteri ſuo arbitrio delegare, ſed dignitas poſt ipſum immediatè ſequens, vel primus Canonicus, & ſucceſſivè per ordinem, debet dictas functiones facere. Sacra Rit. Congregat. *in Andrien.* 10. *Decembris* 1601. & 9 *Maii* 1606. & *in Mediolanen.* 28. *Aprilis* 1607. & *in Andrien.* 22. *Januarii* 1618. & *in Alexandrina* 18. *Auguſti ejuſdem anni.* Et ſic dignitate primâ abſente, vel impeditâ, ad ſecundam, non ad tertiam, vel Canonicum hebdomadarium pertinet facere Officium, & celebrare Miſſa pertinentes ad primam dignitatem, licèt tertia dignitas, vel alius Canonicus habeat curam Chorii, vel ſit hebdomadarius: eadem ſacra Congregat. *in Andrien.* 11. *Martii* 1608. & *in Pientina* 8. *Maii* 1621. Niſi conſuetudo immemorialis habeat quod ad Canonicum hebdomadarium, vel ad Archipreſbyterum, licèt non ſit prima dignitas, vel ad aliam dignitatem hujuſmodi functiones ſpectent, quia ſervanda eſt, cùm non tollatur per cæremoniale. Eadem ſacra Rit. Congregat. *in Aſten.* 25. *Januarii* 1602. & *in Hydruntina* 630. *Januarii* 1606. & *in Metropolitana* 3. *Septembris* 1616. Sed donec legitimè probetur conſuetudine, debet manuteneri prima dignitas. Eadem ſacra Congregat. *in Hydruntina*, 30. *Aprilis* 1616.

In tantum ſpectat ad primam dignitatem, & 102
alios ſucceſſivè Miſſas celebrare ſolemnes, & alias functiones epiſcopales facere abſente, vel impedito, aut nolente Epiſcopo eas habere, ut non poſſit alteri dignitati vel Canonico ſibi benè viſo, ſeu Vicario dictas functiones delegare. Eadem S. Rit. Congreg. *in Algaren.* & *Brunduſin.* 20. *Decembris* 1601. & *in Hydruntina* 25. *Septembr.* 1611. quia Vicarius nec Epiſcopo abſente, neque Sede 103
vacante poteſt has functiones facere. Eadem ſacra Congr. *in Marugien. nullius*, 25. *Januarii* 1603. & *in Brunduſin.* 11. *Junii*, & 16. *Julii* 1605. & *in Valven.* 26. *Novembr.* 1605. *in Neriton.* 25. *Februar.* 1605. & *in Andrien.* 9. *Maii* 1606. & *in Neocaſtr.* 16. *Januar.* 1607. & *in Baren.* 19. *Januar.* 1608. & *in Alatrina* 22 *Januar.* 1618. Etiamſi ſit Vicarius ab Apoſt. Sede conſtitutus. Eadem ſacra Congr. *in Brunduſina*, 15. *Febr.* 1614.

Dignitas prima debet exercere Officium Preſ- 103
byteri aſſiſtentis, quocunque nomine nuncupetur; & ad ipſam pertinet cum Pluviali aſſiſtere Epiſcopo celebranti, & candelam benedictam, ac palmam Epiſcopo miniſtrare: eadem S. Congregat. Rit. *in Brixienſi*, 28. *Maii* 1616. niſi impeditus eſſet, quia ſtante hujuſmodi impedimento evidenti & notorio, ac minimè fraudulento, quod illum excuſat ab aſſiſtentia, poterit nihilominus adeſſe in Choro, & lucrari diſtributiones, ut fuit deciſum

ab

ab eadem S. Cong. ad favorem D. Franciſci Spinulæ Præpoſiti, & primæ dignitatis Cathedralis Eccleſiæ Saonenſis, ſub die 24. Aprilis 1627. & ipſe mihi oſtendit originale hujus deciſionis.

105 Aſperſorium aquæ benedictæ debet Dignitas prima, vel primus Canonicus porrigere Epiſcopo venienti in porta Eccleſiæ. S. Rit. Congr. *in Brundufina, 16. Julii 1605.*

106 Dignitas prima loci debet miniſtrare Epiſcopo ingredienti aquam benedictam, & Crucem offerre, etiamſi non ad illius Eccleſiam proceſſio dirigatur. Quando verò ingreditur aliquam Parochialem Eccleſiam, debent hæc ei miniſtrari à digniore illius Eccleſiæ, etiamſi Canonici præſentes fuerint: eadem S. Rit. Congr. *in Calaguritana, 1. Junii 1601.*

107 Dignitas prima ſedere debet à dextris Epiſcopi, etiam in Collegiatis Eccleſiis celebrantis, prout in Cathedrali ſedere conſuevit. S. Rit. Congreg. *in Theleſina, 2. Martii 1602.*

108 Dignitates in Choro ſedere debent ab una parte Thori, unà cum Canonicis Presbyteris; ab alia verò Canonici, Diaconi, & Subdiaconi. Quod ſi aliquæ Dignitates cum aliquibus Canonicis ſedeant ab una parte Chori, aliæ verò Dignitates cum reliquis Canonicis ab alia, inteſſatio debet fieri prius ab una parte, incipiendo à Dignitatibus, & ſucceſſivè progrediendo ad Canonicos, & poſtea ab alia; non autem debent ſedere primò Dignitates ab utraque parte, omiſſis Canonicis. S. Rit. Congr. *in Cremon. 7. Decembris 1601.*

109 Dignitates in Choro ita ſedere debent quando Vicarius generalis eſt preſens, abſente Epiſcopo, ut ſi primus locus ſuper omnes Dignitates in dextera Altaris detur Vicario, à parte ſiniſtra primus locus detur Archidiacono primæ Dignitati, ſecundæ verò Dignitati tertius locus apud Vicarium. S. Congr. Rit. *in Andrienſi, 23. Septembris 1610.*

CAPUT XXII.

De Referendariis.

SUMMARIUM.

1 *Signaturam Gratiæ & Juſtitiæ inſtituerunt Romani Pontifices conſulentes indemnitati litigantium.*

2 *Ad Referendariatum non niſi cognita, & ſpectatæ virtutis viri aſſumi conſueverunt.*

3 *Referendariorum utriuſque Signaturæ numerus præſcribitur.*

4 *Referendarii Juſtitiæ quâ ætate, & qualitate præditi eſſe debeant, oſtenditur.*

5 *Referendarii Gratiæ non creantur, niſi ſaltem triennio in Signatura Juſtitiæ laudabiliter fuerint verſati, exceptis Camera Apoſt. Auditore, & Clericis.*

9 *Referendarii utriuſque, vel alterius Signaturæ, familiares, & continui commenſales Papæ, & nobiles declarantur, & ab omni juriſdictione Ordinariorum exempti.*

7 *Referendarii in Monaſteriis per eos in commendam obtentis, quorum Abbates Mitrâ, & aliis Pontificalibus inſignibus uti conſueverunt, & ipſis uti poſſunt.*

8 *Referendarii habent facultatem eligendi Confeſſorem ab Ordinario approbatum, qui ſemel in vitâ, & in articulo mortis plenariam eis concedat Indulgentiam.*

9 *Miſſas celebrandi, & celebrari faciendi circa altarem, & in locis interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſitis facultatem habent Referendarii.*

10 *Dignitate de qua* in cap. ſtatutum, de reſcript. lib. 6. *gaudent Referendarii.*

11 *Referendariorum Officium quod ſit, oſtenditur.*

12 *Referendarii dicuntur habere Dignitatem ſimul cum officio.*

13 *Referendarii an poſſint deputari in Conſervatores?*

14 *Referendariis præcedit Auditor contradictarum.*

15 *Referendarios tantum qui ſunt de numero, eſſe exemptos, qui tenent, probatur.*

16 *Referendarii non ſolùm Canonicis, ſed etiam Dignitatibus extra Eccleſiam præcedunt.*

LItigantium indemnitati conſulentes Romani Pontifices Gratiæ, & Juſtitiæ Signaturam inſtituerunt, ad cujus miniſteria non niſi cognitæ & ſpectatæ virtutis viri aſſumi conſueverunt, qui Referendarii dicuntur, quibus ampliſſima conceſſit Indulta Paulus III. in ſua Conſtitutione 23. incipiente *Debita* in Bullario novo *tom.* 1 *p.* 647. & de eorum officio egit item Pius IV. in ſua Conſtitutione 59. incipiente *Cum nuper*, ſub dat. Kal. Julii 1562. in Bull. novo *tom.* 2. *pag.* 84. Poſtmodum Sixtus V. in quadam ſua Conſtitutione 4 incipiente *Quemadmodum*, ſub dat. 10. Kal. Octobris 1586. ſtatuit & ordinavit, quod *nullus deinceps in Referendarium alterutrius Signaturæ, prædictæ, etiam cedentibus, vel decedentibus, aut aliàs deficientibus, qui nunc ſunt, Referendariis præfatis, omninò admittatur, donec, & quouſque omnium Referendariorum hujuſmodi numerus imminutus, & ad centum dumtaxat redactus fuerit: illo autem ſic redacto, & imminuto, præſcriptus centenarius numerus Referendariorum hujuſmodi nullo unquam tempore augeatur, ſed neque inter hos omnes ultra ſeptuaginta Signaturæ gratiæ Referendarii eſſe poſſint.* 1 2 3

Item §. 2. ſtatuit, *ne ullus numero & conſortio Referendariorum Juſtitiæ de cætero adſcribatur, niſi ſit ex legitimo matrimonio, honeſtiſque parentibus procreatus, & Clericali charactere inſignitus, ac utriuſque, vel alterius Iurium Doctor in aliqua ſtudii generalis Univerſitate promotus, & in Romana Curia habitu, & tonſurâ Clericalibus incedendo per biennium verſatus, vitaque integritate, ac morum probitate commendatus, & ſaltem in viginti quinque annis conſtitutus, habeatque in bonis temporalibus vel beneficiis Eccleſiaſticis unde in ipſa Curia Dignitatis ſuæ gradum valeat decenter ſuſtinere.* 4

Item in §. 4. ſtatuit, quod *ad Signaturam gratiæ nemini pateat acceſſus, niſi ſaltem triennio in Signatura juſtitiæ fuerit laudabiliter verſatus, exceptis dumtaxat cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, & Camera Apoſtolica Clericis, quorum quiſque ad utramque Signaturam quovis tempore aſciſci valeat.* Et §. 7. Referendarios ſuper conceſſione Referendariatus infrà tres menſes litteras Apoſtolicas expedire præcipit. 5

Ulterius §. 8. omnes, & ſingulos Referendarios utriuſque, vel alterius Signaturæ in ſuos, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis familiares, & continuos commenſales gratioſè recipit, & ab omni juriſdictione Ordinariorum locorum quorumcunque eximit, & totaliter liberat, & ſibi ac ſanctæ Sedi immediatè ſubjicit, nobilitatiſque titulo decorat, ac veros, & indubitatos familiares, continuos cõmenſales ſuos, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, ut præfertur, liberos, & nobiles eſſe, ſeque tales in 6

quibuscunque Apostolicis, & aliis litteris, scripturis, & actibus, tam publicis, quàm privatis, scribere, & nominare, ac ab aliis inscribi, & nominari debere decernit, & declarat, eisdemque Referendariis nunc, & pro tempore existentibus in signum honoris, & veræ nobilitatis insignia ipsius Romani Pontificis gentilitia, unà cum suis armis, & insigniis gestare, ac omnibus, & singulis privilegiis, præeminentiis, indultis, immunitatibus, honoribus, & gratiis, quibus alii veri, & indubitati nobiles, ex nobilium, etiam illustrium genere ex utroque parente procreati, tam in judicio, quàm extra, ubicunque locorum de jure vel consuetudine, atque alias quomodocunque utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia, perinde ac si de nobilium illustrium genere verè, & non fictè procreati, & geniti forent, uti, & potiri, & gaudere posse concedit.

7 Item §. 9. sic decernit: *Necnon in Monasteriis per eos in commendam pro tempore obtentis, quorum prædicti Abbates Mitrâ, & aliis Pontificalibus insigniis ex privilegio, Apostolico, aut alias uti consueverunt, etiam Mitrâ, Annulo, & Baculo, cæterisque Pontificalibus insigniis, & ornamentis, perinde ac si eisdem Monasteriis tanquam Abbates præessent, etiam uti, necnon est Missarum, & aliorum divinorum Officiorum solemnia, Populo tunc interessenti, solemni more, dummodo inibi præsens non sit aliquis Antistes, seu dicta Sedis Legatus, aut si præsens fuerit, ad id ejus accedat assensus, benedicere liberè, & licitè valeant.*

8 Item §. 10. eis facultatem concedit eligendi Confessorem ab Ordinario approbatum, qui semel in vita, & in articulo mortis plenariam eis concedat
9 Indulgentiam. Et §. 11. pariter eis facultatem dat celebrandi, & celebrari faciendi circa auroram, & etiam in locis interdicto Ecclesiastico suppositis. Et
10 §. 14. quod Dignitate gaudeant, de qua *in cap. statutum, de rescript. in 6.* Unde ex dicta Constitutione §. 2. colligit, me citato Didac. Narbona *in tract. de ætate ad omnes humanos actus requis. an. 25. quæst. 74. n. 6.* ætatem Referendariorum esse 25. annorum.

11 Referendariorum igitur officium est signare supplicationes ordinarias Justitiæ, prout sunt appellationes à diffinitiva, & etiam extraordinarias, prout suspiciones Judicum, & aliorum gravaminum: & si quidem pars citanda venit, tunc citatur, quatenus concordet benè; & euatenus non, proponitur supplicatio in plena Signatura coram eminentissimo Cardinali Præfecto Signaturæ, informantibus partibus, & de voto Signatoræ expeditur. Sic & coram Sanctissime, si petitur gratia. Prælatus semper proponit supplicationem coram Sanctissimo, & ut plurimùm causæ, quæ non excedunt quingentos aureos, & non sunt Rotales, solent committi Referendariis Prælatis. Ita Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. litt. R. concl. 19.*

Referendarii, quamvis dicantur habere Dignitatem simul cum officio, Vestr. *in prax. lib. 1. cap. 3. num. 2.* & ibi Gavant. *num. 10.* Chassan. *in catalog. gloriæ Mundi p. 7. consid. 11.* Gom. *in compend. utriusque Signaturæ*, quod loco 16. quæstionis posuit *ad reg. de non judic. juxta formam supplic. propè med.*
13 Card. Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 5. num. 5.* tamen cùm illi Dignitatem verè non dicantur habere in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, deputari nequeunt Conservatores, ita Monet. *de conserv. c. 3. n. 11.* sed hoc non caret, sua difficultate, juxta ea quæ dixi *c. præcedenti, vers. quoad dignitatem.*

Referendariis præcedit Auditor confidentiarum, 14
ut de declaravit S. Rituum Congreg. 6. *Decembris* 1621.

Circa exemptionem sciendum est, quod Zerol. 15
in praxi Episcop. part. 1. verb. Referendarii, ait illos tantùm, qui sunt de numero, esse exemptos, alios verò non, quia hodie sunt quasi innumerabiles, & idcò Staphil. *de prærog. expectativ. fol. 281. num. 15.* quatenus ait eos non posse excommunicari, vel interdici ab Episcopo, cùm sint Officiales Papæ, est intelligendus de illis principalibus Referendariis Justitiæ, & gratiæ, qui sunt undecim, & undecim: refero Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 75. num. 29.* & quod subsunt locorum Ordinariis ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, dicit Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 30.* Sed isti Doctores non viderunt, aut non perceperunt tenorem dictæ Constitutionis Sixti V. *in* §. 8. ubi Pontifex ille eos eximit ab omni jurisdictione Ordinariorum locorum quorumcunque, sicut notavimus suprà *num. 6.*

Sed quoad præcedentiam illud est notandum, 16
Referendarios hujusmodi non solùm Canonicis, sed etiam Dignitatibus extra Ecclesiam præcedere, ut declaravit S. Rituum Congreg. in Veronensi, his verbis: *Conquestus est R. P. D. Veritas Veronensis, utriusque Signaturæ Referendarius, de bono quodam Canonico dictæ civitatis, denegante sibi præcedentiam, supplicans responderi quid servandum? Et sacra Rituum Congregatio sub die 6. Junii 1626. respondit Prælatum extra Ecclesiam præcedere debere Canonicis.* Et iterum ortâ controversiâ circa præcedentiam cum Archipresbyto dictæ civitatis, eadem S. Rituum Congreg. censuit, *R. P. D. Veritatem non solùm Canonicis, sed etiam Archipresbytero, aliisque Dignitatibus præcedere debere*, die 4. Julii 1626.

CAPUT XXIII.

De Protonotariis.

SUMMARIUM.

1 *Protonotarii, seu Notarii Sedis Apost. Officium in ipsis primitivæ Ecclesiæ initiis ad Sanctorum gesta perquirenda, ac conscribenda noscitur institutum.*

2 *Protonotarii habitum, & Rochettum deferentes, actuque exercentes, tam in civilibus, quàm in criminalibus, ab omni jurisdictione Ordinariorum exempti sunt.*

3 *Protonotarii in Capella Papali, & Consistoriis publicis quemodo sedeant, ostenditur.*

4 *Collegium septem Notariorum Sedis Apost. antiquitus institutum ad numerũ duodecim ampliavit Sixtus V. & multis privilegiis exornavit.*

5 *Protonotarii de numero participantes habent facultatem doctorandi, Notarios creandi, spurios legitimandi, & familiares Papæ, & ejus Prælati domestici declarantur.*

6 *Exempti totaliter sunt Protonotarii participantes, & Sedis Apost. jurisdictioni, & potestati immediatè subjiciuntur.*

7 *Protonotarii participantes tantùm deferre possunt pileum nigrum chordulis violaceis circumornatum, & etiam serico violaceo suffultum, cum floccis & ornamentis ejusdem coloris.*

8 *Protonotarii participantes præcedunt Sacristam Papæ in thurificatione, & receptione pacis, candelarum, cinerum, & palmarum, ac in adoratione Crucis in Capella S. D. N.*

9 *Præceptor Hospitalis S. Spiritus, Archimandrita Messanensis, & Abbates usum Mitræ habentes post Protonotarios participantes, & correctorem Cancellariæ in bancho ipsorum Protonotariorum sedere debent in Capella Papæ.*

10 *Protonotarii participantes præcedunt Canonicis, tam in Ecclesiis Patriarchalibus, quàm in aliis quibuscunque, etiam Cathedralibus extra Urbem.*

11 *Episcopi præcedunt Protonotariis participantibus, tam in urbe, quàm extra, in Capella tamen Pontificia quatuor ex ipsis, qui de rebus ibi gestis rogari consueverunt, honorabiliorem locum habere debent.*

12 *Protonotarii dicuntur, id est primi Notarii Apostolicæ Sedis.*

13 *Protomartyr dicitur, id est primus martyr.*

14 *Protonotarius nomen nunquam ponitur in dispositionibus Apostolicis, sed tantùm Notarius, licèt in regulis Cancellariæ ponatur ad majorem excellentiam.*

15 *Protonotarii alii sunt non participantes, hoc est extraordinarii, vel ut alii vocant, titulares, qui habent Dignitatem.*

16 *Protonotariorum titularium Dignitas vilescit propter numerum eorum excessivum.*

17 *Protonotarii titulares habitu prælatitio, nempe Rocheto cum mantelletto coloris violacei uti possunt.*

18 *Protonotarii non possunt prohiberi deferre habitum Prælatitium in Ecclesiis, & functionibus Ecclesiasticis, & cum eo incedere, & sedere.*

19 *Canonicus, seu dignitas in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, & simul Protonotarius titularis si cum habitu Protonotarii in Ecclesia, Choro, & processionibus, ac divinis assistat, non lucratur distributiones.*

20 *Canonicus Protonotarius potest uti habitu Protonotarii in actibus non competentibus sibi tanquam Canonico.*

21 *Canonicus Protonotarius potest in Ecclesia portare subtanam violaceam, dummodo in cæteris omnibus gerat habitum Canonicis congruentem.*

22 *Rochetto sub cotta non potest uti Canonicus Protonotarius, dum in Choro assistit horis Canonicis. Protonotarii, si non sunt Canonici, habent locum in Ecclesia, non tamen supra Canonicos, nec inter eos.* ibid.

23 *Protonotarii titulares, ubi non est Canonicorum Collegium, possunt sedere in Presbyterio cum habitu prælatitio, & in processione incedere post Sacramentum.*

24 *Protonotarii titulares præcedunt Canonicis Cathedralis non collegialiter incedentibus.*

25 *Protonotarii titulares cedunt locum Vicario Episcopi.*

26 *Protonotarii titulares post Abbates, & non suprà sedere debent.*

27 *Dignitatem cum officio habent Protonotarii titulares.*

28 *Conservatores deputari possunt Protonotarii titulares.*

29 *Pileum super insignibus apponere possunt Protonotarii titulares.*

30 *Annulum in Missa gestare non possunt Protonotarii titulares.*

31 *Paramenta sumere pro Missa de Altari non possunt Protonotarii titulares, sed in Sacristia, ut cæteri.*

32 *Abacum præparare non potest Protonotarius titularis, dum celebrat, more Prælatorum.*

33 *Paramenta benedicere non potest Protonotarius titularis.*

34 *Collegium Protonotariorum participantium solet Protonotariis titularibus litteras suarum facultatum expressivas concedere.*

35 *Protonotarius titularis est exemptus à jurisdictione Ordinarii quoad causas excedentes summam 25. Ducatorum.*

36 *Protonotarius titularis incedens in habitu Clericali gaudet fori privilegio, tam in civilibus, quàm in criminalibus, quamvis servitia alicujus Ecclesiæ adscriptus non sit.*

37 *Beneficia Protonotariorum, etiamsi illi non sint de numero participantium, sed ad instar, vel à Legatis creati, sunt reservata.*

38 *Protonotarius etiam titularis non potest coram Ordinario beneficia sua permutare cum alio.*

39 *Permutatio facta coram Ordinario de beneficio Protonotaris, an censeatur abdicare jus à permutante, ut ita tunc inducatur vacatio.*

40 *Vacatio vera in permutatione oritur.*

41 *Permutantes non possunt redire ad prima beneficia sine nova collatione.*

42 *Protonotariatus probatio, cùm agitur ad effectum reservationis, debet esse excludens.*

43 *Protonotariatus littera debent esse acceptata ad effectum reservationis probandæ.*

44 *Acceptatio determinatur per expeditionem litterarum Protonotariatus.*

45 *Littera Protonotariatus quando sunt expedita, tunc probatur acceptatio, secus vero quando non sunt expedita.*

46 *Respondetur pluribus objectionibus, quæ reservationem concedere videbantur beneficiis Protonotariorum participantium, non autem titularium,* & numeris seqq.

47 *Protonotarii non participantes, etiam creati à Legatis de Latere, non autem à Papa, comprehenduntur sub Extravaganti* Ad regimen.

48 *Protonotarii alii ultra numerum participantium jam erant de tempore Polydori Virgilii.*

49 *Lex semper loquitur, & propterea comprehendit personas quandocunque extantes.*

50 *Lex Florentiæ mandans quod omnes civitates subjecta solvant certum quid, habet locum in civitate Pisarum, effecta subjecta post legem.*

51 *Protonotarii creati ratione officii remanent Protonotarii, etiam finito officio, & gaudent omnibus privilegiis veris Protonotariis concessis.*

52 *Beneficia per mortem Protonotariorum creatorum ratione Officii, etiam illo finito vacantia, sunt reservata,* & num. 53.

54 *Reservationes particulares ad favorem certarum personarum sunt odiosæ; illæ verò quæ fiunt per viam legis generalis, ubi principalis intentio Papæ est, ut provideri valeat pauperibus clericis, & personis benemeritis Romanam Curiam sequentibus, judicantur favorabiles.*

PROTONOTARII, seu Notarii Sedis Apostolicæ officiū in ipsis primitivæ Ecclesiæ initiis à fœlicis recordationis Clemente Papa I. ad Sanctorū gesta perquirenda, atque conscribenda noscitur institutum; ad quod assumpti 1

assumpti habitum, & Rochettum deferentes, actu exercentes, tam in civilibus, quàm in criminalibus ab omni Ordinariorum jurisdictione exempti sunt, ut statuit Leo X. in sua Constitutione incipiente *Regimini*, sub Dat. Romæ 4. Non. Maii 1515.

In capella Papali in banco, seu scamno secundo 3 post Episcopos seorsum sedent, secundùm ordinem institutionis eorum. In Consistoriis verò publicis (ubi de rebus, quæ geruntur, ut authentica conficiant instrumenta, rogari consueverunt) quatuor ex eis, qui Numerari dicuntur, aut ipsis absentibus, totidem ex aliis secundùm institutionem eorum seniores, juxta gradum Apostolici solii honorabiliorem tenet locum, Sedique Pontificiæ proximiores assident: in aliis autem locis, tam in Curia, quàm extra ubique gentium, atque terrarum Archiepiscopos, & Episcopos omnes Notarii hujusmodi sequi debent, eisque cedere ita statuit Pius II. in sua Constitutione incipiente *Cum servare*, sub dat. Mantuæ pridie idus Junii 1459. in Bullario novo *tom. 1. pag. 516.* ubi extendit ad Ecclesiarum Cathedralium auctoritate Apostolica electos pariter, & confirmatos.

Sixtus V. in sua Constitutione incipiente *Ro-* 4 *manus Pontifex*, sub dat. 16. Kalend. Decemb. 1585. ampliavit collegium septem Notariorum Sedis Apostolicæ antiquitus institutum ad numerum duodecim, cum gratiarum, & privilegiorum ex- 5 tensione pro ipsis septem Notariis. Postmodum idem Pontifex aliâ suâ Constitutione incipiente *Laudabilis*, sub dat. Non. Februarii 1586. privilegia pro supradictis Notariis constituit, & in primis §. 3. Doctorandi facultatem concedit: & §. 4. Notarios etiam creandi: & §. 5. Spurios legitimandi ad successionem bonorum, etiam Ecclesiasticorum: & §. 6. Statuta pro Collegio condendi: & §. 7. familiares Papæ, ejus Prælati domestici declarantur: & §. 8. concedit, ut panem, vestes, & locum in cavalcatis habeant: & §. 9. ut litteræ Apostolicæ gratis pro eis expediantur: & §. 10. ut emolumenta illis assignata nusquam eis diminuantur: & §. 11. licentiam dat deferendi arma pro ipsis, & eorum familiaribus, & §. 12. facultatem facit testandi etiam de acquisitis ex bonis Ecclesiasticis pro- 6 Ducatis duobus mille: & §. 13. eos eximit, & totaliter liberat, ac Sedis Apostolicæ jurisdictioni, & potestati dumtaxat immediatè subjicit, à quorumcunque Ordinariorum locorum, & aliorum omnium Judicum jurisdictione, potestate, superioritate, & dominio, *ita ut Ordinarii, & alii prædicti, eorumque Officiales & Vicarii, ac quicunque alii Judices nullam in eos etiam ratione delicti, contractus, aut rei, de qua agi contigerit, superioritatem, potestatem, jurisdictionem, vel dominium valeant exercere, aut excommunicationis, vel alias sententias, censuras, & pœnas proferre, nisi de Romani Pontificis mandato, ipsique in flagranti aliquo delicto deprehendantur.* Et §. 14. facultatem concedit creandi unum Notarium: & §. 15. locum eis designat in Signaturis: & §. 16. pariter in actibus publicis Consistorii: & §. 17. Canonizationibusque Sanctorum: & §. 18. Consistoriis quoque publicis, & Capellis: §. 19. concedit, ut habeant monetas coronationis: & §. 20. constituit quando Papæ serviant: & §. 21. quando utantur Pontificalibus: & §. 22. Altarique portatili. Refert me non citato, Anton. Novar. *in sum. Bullar. tit. de Protonotar. num. 3. pag. 626.*

Cùm in Romana Curia primum, & antiquis- 7 simum sit Collegium hujusmodi Protonotariorum Apostolicorum de numero participantium, à sancto Clemente I. ut diximus, institutum, in quo semper Illustrissimi Viri, & ex sereniſſimis Principum familiis adscripti fuerunt, ac ex eo numero quamplurimi ad S. Rom. Eccles. Cardinalatus Dignitatem promoti, nonnulli etiam summum Pontificatum adepti sint, qui etiam ante annos 150 Epis. copis præferebantur: ut tam insigne, & antiquissimum Collegium, & qui in illo adscripti sunt, dignoscerentur, precibus super hoc sanctæ memoriæ Paulo Papæ V. porrectis, & de ipsius Papæ ordine in sacra Rituum Congregatione propositis, & maturè discussis, maxima cum ipsius Collegii laude, & honore, omnes Illustriss. & Reverendiss. DD. Cardinales in Congregatione præsentes, unanimi voto & consensu (si ita eidem S.D. Papæ placuerit) in peculiare signum, & prærogativam ipsorum DD. Protonotariorum de Collegio, & numero Participantium, privativè quoad omnes alios Prælatos, & etiam privativè quoad omnes, & quoscunque alios Protonotarios, qui de dicto Collegio & numero Participantium non sunt, censuerunt concedendum dictis Protonotariis de Collegio, & numero Participantium tantùm, ut pileum nigrum cordulis violaceis circumornatum, & etiam serico violaceo suffultum, cum floccis, & ornamentis ejusdem coloris deferre possint & valeant: & S.D. Papa, auditâ Congregationis sententiâ, annuit, & dictis Protonotariis de Collegio, & numero Participantium prædicta concessit, & indulsit, ut videre est in Decreto ejusdem sacræ Congregationis, sub die 17. Febr. 1617. subscripto, *D. Episcopus Ostiensis Card. Pinellus. I. P. Mucantius Secretarius Congr.* 8

Eadem sacra Congregatio sub die 13. Julii 1601. auditâ item instantiâ factâ pro DD. Protonotariis Participantibus super executione decreti aliàs sub die 12. Februarii 1598. ad eorum favorem ab eadem Congregatione emanati super præcedentia D. Sacristæ, thurificatione & receptione Pacis, Candelarum, Cinerum, & Palmarum, ac in adoratione Crucis in Capella S.D.N. auditis etiam iis, quæ pro eodem D. Sacrista deducta fuerunt, censuit *prædictum Decretum maturè alias factum, confirmandum, ac servandum esse, & mandavit ut per magistros Cæremoniarum, & alios, ad quos spectat, executioni demandetur, & ad similes præcedentiarum differentias computandas, ac dictorum DD. Protonotariorum præeminentiam conservandam, ordinavit ut imposterum Præceptor Hospitalis sancti Spiritus, Archimandrita Messanensis & Abbates usum Mitræ habentes, post ipsos Protonotarios & Correctorem Cancellariæ in bancho ipsorum Protonotariorum in eadem Capella S.D.N. sedere debeant.* 9

Cùm in Ecclesiis Patriarchalibus Urbis in du- 10 bium revocata fuisset antiqua quasi possessio præcedendi, & sedendi supra Canonicos, & immediatè post Episcopos, quam Protonotarii Apostolici de numero participantium semper habuerunt, sanctissimus D. Paulus Papa V. per speciale rescriptum negotium hujusmodi ad sacram Rituum Congregationem remisit, & postmodùm visâ attestatione à Magistris Cæremoniarum ad favorem eorundem Protonotariorum factâ, eidem Congregationi in hunc modum rescripsi: *Alla Congregacione de Riti, che nostro Signore intende che non si faccia novita alcuna, mas si servi illi solito, secondo l'attestatione delli Maestri di ceremonie, & si faccia sapere à chi bisogna.* Eadem sacra Congregatio dictos Protonotarios in eorum possessione præcedendi Canonicos, *tam in prædictis Ecclesiis Patriarchalibus*

quàm

quàm in aliis quibuscumque etiam Cathedralibus extra Urbem manutenendos fore & esse censuit, & declaravit, atque in futurum servandum esse decretum, mandando Vicariis, & Canonicis dictarum Ecclesiarum Patriarchalium & aliarum quarumcunque, ut in posterum in quibuscunque actibus hujusmodi Decreto parere teneantur, die 4. Maii 1613. Refert me non citato, Novar. *de tit. de Protonotar. n. 5.*

11 Episcopi præcedunt Protonotarios, tam in Urbe, quàm extra; in Capella tamen Pontificali quatuor ex ipsis Protonotariis, qui de rebus ibi gestis rogati consueverunt, honorabiliorem locum habere debent, ex Constitutione 4. Pii incipiente *Cum servare*, de anno 1549. in Bullario novo *tom. 1. pag. 319.* cujus meminit Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcopal. verb. præcedentia*, *n. 4* Novar. ubi suprà, *n. 6.*

12 Dicuntur autem Protonotarii, id est primi Notarii Apostolicæ Sedis, à πρῶτος Græcè, quod est primus Latinè. Mandos. *de signat. Gratia, tit. Protonotarii, in princip.* Ludov. Gom. *in proœm. super reg. Cancell. quæst.* 1. Erasm. à Choxier *de jurisdict. Ordin. in exempt. part. 1. quæst. 18. num. 1.* Unde dicitur Protomartyr, idest primus Martyr; ut declarat Gloss. *in Auth. de tabellionib. § illud quoque, collat. 4.* Vide Chassan. *in catalog. gloriæ Mundi p. 4. con-*

14 *sid. 28.* ubi advertit, quod istud nomen *Protonotarius*, nunquam ponitur in Bulla, nec in aliis dispositionibus Apostolicis, sed tantùm *Notarius*, licet in regulis Cancellariæ ponatur illud nomen ad majorem excellentiam refert me citato in hoc loco, Didac. Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requis. anno 20. q. 10. n. 2. num. 5.* post Monet. *de Conserv. c. 1. n. 161.* & alios subdit, speciali Constitutione Pauli II. statutum esse, neminem ante 20. annum Protonotarium creari debere.

15 Alii sunt Protonotarii non participantes, hoc est, extraordinarii, vel ut alii vocant, Titulares, qui cùm habeant Dignitatem, præferuntur quibuscunque Clericis sæcularibus, ut infrà ostendemus; quamvis eorum Dignitatem hodie vilescere propter numerum illorum excessivum, dicat Chassan. *d. con-*

16 *sid. 26. propè fin.* Horum autem privilegia, & præeminentiæ restrictæ sunt secundùm varias sacræ Con-

17 gregationis Rituum Declarationes. In primis habitu Prælatitio, nempe Rochetto cum mantelletto coloris violacei possunt, ut censuit sacra Rituum Con-

18 gregatio 28. Julii 1626. & non possunt prohiberi deferre illum habitum in Ecclesiis, & functionibus Ecclesiasticis, & cum eo incedere, & sedere juxta dispositionem Cæremonialis, *lib. 1. cap. 13. circa fin.* Ita eadem sacra Congregatio Rituum in Mazarien. 28. Septembris 1630. & in Catanien. 5. Julii 1631.

19 Verùm si aliquis Canonicus, seu Dignitas in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia sit simul Protonotarius, & cum habitu Protonotarii in Ecclesia, Choro, & Processionibus, ac Divinis assistat, non lucrabitur fructus, & distributiones sui Canonicatus, vel dignitatis, ut censuit eadem sacra Congregatio in una Melitensi, 7. Augusti 1621. & prius in Asculana, 27. Februarii 1610. confirmata

20 sub die 27. Januarii 1612. ubi quoque fuit dictum, quod in aliis actibus non competentibus sibi tanquàm Canonico, potest uti habitu Protonotarii; & hoc idem fuit resolutum in nullius Terræ Piscia, sub die 19. Novembris 1611. Potest tamen in Ecclesia portare subtanam violaceam, dummodò in cæteris omnibus gerat habitum Canonicis congruentem, ut in una Panormitana, sub die 14.

21 Jan. 1512. & 11. Dec. 1627. Rochetto verò sub cotta non potest uti, dum in Choro assistit horis Canonicis, ut in Trican. 15. Martii 1614.

Circa verò præcedentiam sciendum est, eos, in 22
Ecclesia locum habere, non tamen supra Canonicos, nec inter eos, si non sunt Canonici, ut censuit eadem Congregat. in Spoletana Terræ Casciæ, 23. Martii 1619. & in alia Castellæ & Legionis, 30. Aprilis 604. At verò ubi non est canonicorum 23
Collegium, possunt sedere in Presbyterio cum habitu Prælatitio, & in processione incedere post Sacramentum, vel post celebrantem. Eadem sacra Con- 24
greg. 12. Julii 1628. nam præcedunt Cathedralis Canonicis non collegialiter incedentibus, eadem sacra Congreg. 16. Maii 1601. & 12. Julii 1602. Cedunt tamen locum Vicario Episcopi, eadem Sac. Congr. quæ refert Sanctissimum approbasse, & exequi mandasse, in una Legionensi, & Castellæ, 30. Aprilis 1604. & post Abbates, & non suprà sedere debent: eadem sacra Congreg. in una Asculana in 26
Apulia, 6. Martii 1610.

Quoad Dignitatem verò sciendum quoque est, 27
eos illam cum officio habere, ut docent Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 5. fere per tot.* Guillelm. Bened. *de cap. Raynutius, verb. Adjecta impuberi, num. 14. de testam.* Mandos. *in praxi Signaturæ Gratia, verbo Protonotarii*, Franc. Leo *in Thesaur. fori Eccles. p. 1. cap. 2. num. 35.* Tamen cùm hujusmodi Dignitatem 28
verè non dicantur habere in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, deputati nequeunt Conservatores, prout resolvit Monet. *de Conservator. c. 5. num. 112.* Verùm contrarium censuit novissimè sacra Congreg. Concilii de anno 1630. ex eo, quia licèt Protonotarii Dignitatem non habeant in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata; eam tamen habent in Ecclesia Romana, quæ omnium aliarum mater 29
est, & magistra, *cap. 2. de summ. Trinit. cap. antiqua, 23. de privileg.* cum citatis per me *de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. cap 2. n. 14.* & ideò posse apponere pileum super insignibus, censuit eadem sacra Congregatio in Clemacensi, & Neocastrensi, 21. Augusti 1601. Non ob id, quod Dignitatem ha- 30
bent, licet eis in Missa annulum gestare, ut censuit sacra Rituum Congregatio, 11. Februarii 1623. nec paramenta sumere pro Missa de Altari, sed in Sa- 31
cristia, ut cæteri, eadem sacra Congr. in Asculana in Apulia, 6. Martii 1610. nec Abacum præparare dum 32
celebrant, more Prælatorum, eadem sacra Congreg. in Clemacensi, & Neocastrensi, 21. Augusti 1601. nec paramenta benedicere: eadem sacra Congrega- 33
tio 17. Julii 1617.

Collegium igitur Protonotariorum S. D. N. Pa- 34
pæ, & sanctæ Sedis Apostolicæ de numero participantium, ne amplius dubitare quis possit, solet Protonotariis honorariis litteras suarum facultatum expressivas concedere, tenoris sequentis, videlicet: *Noverint universi præsentes nostras litteras visuri, inspecturi, & pariter audituri, qualiter perillustr. & Adm. R. Dominus N. uti Protonotarius Apostolicus honorarius creatus à Sanctissimo D. N. D. URBANO Papa Octavo, prout patet, & plenius continetur in litteris Apostolicis in forma Brevis desuper expeditis, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscat. die, &c. Pontificatus sui anno, &c. Habet, & de cætero habere debet (extra tamen Curiam Romanam) facultatem, & auctoritatem deferendi, seu gestandi Rochetum, & Mantellettum, tam nigri coloris, quàm violacei, ac etiam incedendi in habitu more Prælatorum Rom. Curiæ, & utendi Pileo super suis insignibus gentilitiis, seu stemmatibus suæ familiæ, necnon aliis ornamentis, quibus dicti Prælati, & protonotarii*

tarii Apostolici utuntur, & gaudent: & insuper declaramus dictum D. N. ratione dicti Protonotariatus Apostolici esse in Dignitate Ecclesiastica constitutum; & hac de causa in Canonizationibus Sanctorum, ad eundem D. N. in loco consciendi examinis, seu processus existentem curam, & munus spectare. Et propterea eidem D.N.ni Protonotario Apostolico, ac in Dignitate Ecclesiastica constituto, causas seu lites beneficiales Ecclesiasticas, & mixtas per Apostolicas litteras, seu quovis alio modo committi, seu delegari posse, sicut ab immemorabili tempore citra observatum fuit, & de praesenti observatur. In quorum fidem, & testimonium praesentes manu nostra firmatas per infrascriptum ejusdem Collegii Clericum, & Secretarium subscribi, sigilloque dicti Collegii muneri jussimus, atque mandamus. Datum Roma, in Cancellaria Apostolica. Anno Incarnationis Dominica, &c.

35 At circa eorum exemptionem sic disponit Concil. Trident. *sess.24. de reform. cap. 11. Decernit sancta Synodus, ut si quando justis, gravibus, & ferè necessariis suadentibus causis aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Acolytatus, Comitis Palatini, Capellani Regii, aut aliis hujusmodi in Romana Curia, vel extrà insignibus decorandos esse placuerit, necnon alios cuicunque ministerio oblatos, vel quomodocunque addictos, aut sub nomine servientium Militiis, seu Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocunque alio titulo assumi, nihil ex iis privilegiis detractum esse Ordinariis intelligatur, quominus ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis tanquam Apostolicae Sedis delegatis plenè in omnibus, & quoad Capellanos Regios, juxta Constitutionem Innocentii III. qua incipit,* Cum Capella, *subjecti existant: exceptis tamen iis, qui praedictis locis, aut militiis actu serviunt, &c.* Unde credo, quod licèt Protonotarii subjecti maneant Ordinariis in iis tantùm causis in quibus tanquam Apostolicæ Sedis delegati procedere, & cognoscere valent, in cæteris tamen exempti à jurisdictione Ordinaria sunt, prout antea erant, juxta Constitutionem Leonis X. ut videntur insinuare Anton. de Prætis *de jurisdict. Episcop. cap.8. n.17.* Choxier *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p.1. quæst.17.n.3.* ubi intelligit, si Rochettum, habitúmve Protonotariorum deferant: refero Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part.3. alleg.74. num.31. & 32.* Novissimè tamen sacra Congregatio Concilii in Papiensi 14. Decembris 1630. *censuit Protonotarium Apostolicum ex privilegio in civilibus esse exemptum à jurisdictione Ordinarii, quoad causas excedentes summam 25. Ducatorum, ex Bulla 8. Leonis X.* quia Concilium non derogavit privilegiis Protonotariorum, nisi in causis criminalibus.

36 Incedens in habitu Clericali Protonotarius gaudet fori privilegio, tam in civilibus, quàm in criminalibus, quamvis servitio alicujus Ecclesiæ adscriptus non sit: sacra Congregatio Concilii in Toletana, 17. Maii 1632. refert me non citato, ex hoc loco desumens, Novar. *ubi suprà, numero 23. & 24.*

37 Denique circa beneficiorum reservationem, sciendum est, Protonotariorum beneficia, etiamsi illi non sint de numero participantium, sed adinstar, vel à Legatis creati, esse reservata per Extravagantem *Ad regimen, de prabend.* & regulam 1. Cancell. Put. *decis.329. lib.1. in Correct.* Caputaq. *decis.407. p.2. & decis. 27. part.3.* Rot. *dec.407. num.1. part.1. recent. & in* Burgensi *Abbatia de Salas, 14. Maii* 1612. *coram bon.mem. Ubaldo, & 20. Novembris* 1615. *coram eodem,* ubi abundè fuit firmatum: *& in Comensi Capella, 7. Februarii* 1610. *coram bon.mem. Rembol.do: & in Casalensi beneficiorum, 10. Decembris* 1627. *coram R.P.D. Merlino: & in Romana Capellania, 20. Novembris* 1618. & 29. *April.* 1630. *coram R.P.D. Pirovano.*

38 Unde provenit, ut Protonotarius non possit coram Ordinario beneficia sua permutare cum alio, quia illud ipse conferre non potest, sed Papa erat adeundus, ut conferret. Felinus *in cap. nostra, num.12. de rescript.* Federic. de Senis *consil. 112. in princ.* Put. *dec.255. lib.2. in correct.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.2. q.16. num. 4.* ubi Rotæ decisiones refert Cochier *de permut. benefic. p.2. cap.2. num.2.* Rot. *in d. Casalensi beneficiorum, 10. Decembris* 1627. *coram R.P.D. Merlino.*

39 Quæstio est circa hanc materiam controversa, an ex tali permutatione abdicatum dicatur Jus à permutante, ita ut tunc inducatur vacatio? Et quamvis Rota *in d. Casalensi beneficiorum,* nihil certi firmare voluerit, postea tamen sub die 18. Junii 1629. coram eodem R.P.D. Merlino censuit induci vacationem, quia licèt dici possit permutationem illam effectum habere non posse, ex quo beneficia, tanquam Protonotarii, conferri non potuerint ab Ordinario, nec ideò fuerit abdicatum jus à permutante, & sic beneficium videatur postea vocare per obitum ejusdem Protonotarii, juxta decisionem Put. 158. *lib.3. in correct.* Achil. *decis.5. super reg. de valore,* cum aliis; tamen istæ decisiones loquuntur in resignationibus ad favorem, quæ sunt conditionales, & propterea non abdicatur jus, neque possessio à resignante, nisi resignatio habeat effectum, quia eatenus resignatario acquiratur: at secus est in permutatione beneficiorum, quia per resignationem beneficii etiam reservati ex causa permutationis inducitur vacatio, cùm per dictam resignationem debeat sequi vera collatio, & institutio, ut *in cap. unico, de rerum permutat. in 6. & in Clement. unic. eod. titul. in fin.* quæ fieri non possunt de beneficio non vacante, *cap.1. cap. nulla, de concess. prabend.* 40 & ex ista ratione per omnes Dominos de Rota fuit dictum in permutatione oriri veram vacationem. Rot. *decis.1. num.4. de rer. permutat. in novis,* Flamin. Paris. *de resignat. lib.7. quæst.14. n.6. & 7.* Coch. *de permut. benefic. lib.2. cap.2. num. 4.* & Protonotarius dum permutavit, non permutavit eâ contemplatione, ut sola consequeretur beneficia, ut evenit in resignatione ad favorem; & hoc adeò verum est, ut etiamsi permutatio non teneat, tamen compermutantes non possunt redire ad pri- 41 ma beneficia sine nova collatione, secundùm opinionem quam Rota servat, ut *in d. decis. de rer. permutat. in novis:* nec contrarium dicit Rot. *decis. ult. num.6. vers. ad tria ista, eod. tit. in antiq.* quia loquitur quando superior non admittit permutationem, aut quando culpâ unius compermutantis permutatio non habuit effectum, ut quia beneficium non esset valoris expressi: & propterea cùm habeamus opinionem Rotæ, non est curandum cur Doctores fuerint varii in hac materia.

Protonotariatus probatio, cùm agitur ad effectum reservationis, debet esse concludens. Put. *decis.166. num.2. lib.3.* Rot. *decis.46. num.5. & 4. part.2. diverf.* Gregor. XV. *decis. 369. num.1.* quos refert Rot. *in d. Casalensi beneficior. 10. Decembris* 1627. *coram R.P.D. Merlino:* & quamvis possit probari per literas patentes, *l. nemini licere, §. non aliter, ff. de advoc. diversor. judic.* ulteriùs tamen requiri- 43 tur, quod constet de illarum acceptatione, prout in his terminis ad probandam reservationem firmavit

vit Rot. *in d. Burgensi Abbatia de Salas*, *in vers. pro cujus resolutionis fundamento*, de qua dicebatur
44 non constare, quia hoc etiam supposito, quæstio de acceptatione determinatur per expeditionem litterarum Protonotariatus, requirentium considerabilem impensam, ex qua inducitur acceptatio tacita sufficiens ad hunc effectum, prout expressè Mohed. *decis.* 18. *de prabend.* Pur. *decis.* 27. *num.* 9. *lib.* 1. Cresc. *dec.* 1. *de præsumpt.* & Rot. *in Carthaginensi beneficii*, 26. *Februar.* 1603. *coram Card. Lancellotto*,
45 in qua ponitur hæc distinctio, quod quando litteræ sunt expeditæ, tunc probatur acceptatio, secus verò quando non sunt expeditæ, & prout contigerat in casu decisionis supradictæ Burgensis Abbatiæ de Salos, 20. Novembris 1615. in quo reperiebantur tantummodò signatæ, ut fuit dictum in præcitata Romana Capellaniæ, 20. Aprilis 1630. coram R.P. D. Pirovano.

46 Non obstant contra reservationem inductam ex Pro onotariatu per dictam Extravag. *Ad regimen*, nonnulla fundamenta quæ videntur restringere hujusmodi reservationem ad beneficia tantùm Protonotariorum participantium, & in primis ex Constitutionibus Nicolai V. & Sixti IV. quia imò cùm Nicolaus V. in dicta sua constitutione declarer, quod ex pacto cum inclyta Natione Germanica inito, Extravagans *Ad regimen*, locum tantùm habere intelligatur quoad septem Notarios participantes, & eodem modo Sixtus quoque IV. ex conventione facta cum Rege Galliæ restringat dictæ Extravagantis reservationem ad Protonotarios gestantes publicè, & continuè habitum Protonotariatus, clarè ex dictis Constitutionibus colligitur sensum dictorum summorum Pontificum, prout & aliorum fuisse, quod circumscriptis dictis modificationibus & pactis, sub dicta Extravaganti comprehendantur beneficia Protonotariorum etiam non participantium.

47 Minùs facit auctoritas eorum, qui tenuerant, quod sub dicta Extravaganti non sint comprehensi Protonotarii non participantes, quia vel loquuntur de Protonotariis creatis à Legatis de Latere, non autem à Papa, inter quos multi conati sunt constituere differentiam, ut colligitur ex traditis per Mandos *super reg.* 1. *q.* 7. ubi tamen *sub n.* 3. dicit quod Rota semper tenuit, quod indistinctè omnes Protonotarii, sive sint creati à Papa, sive à Legato, sint sub dicta Extravaganti comprehensi: vel non sunt aliquo modo attendendi cùm, ut dictum est, Rota contrariam semper opinionem amplexa fuerit, atque opinio optimâ ratione fulciatur.

48 Nec obstat, quod dicti Protonotarii non possunt censeri sub dicta reservatione comprehensi, quia tempore dictæ Extravagantis nondum fuerant creati; nam præterquam quod satis verisimile videtur, quod etiam de dicto tempore adessent alii quoque Protonotarii ultra numerum participantium, cùm jam illi essent de tempore Polydori Virgilii, qui floruit de anno 1496. fine numero, prout ipse testatur *in lib.* 4. *de invent. rerum.* in omnem etiam eventum,
49 quatenus dicti Protonotarii fuissent dicta Extravaganti creati, nihilominus comprehenderentur sub dicta reservatione, quia lex semper loquitur, & comprehendit, propterea personas quandocumque extantes, *l. Arriani*, *C. de hæret.* Franch. *in capit. unico*, *num.* 1. & ibi Gemin. *numero* 8. *de excess. Prælat. in* 6. ubi etiam in fortioribus terminis tradit quod licèt textus loquatur de Monasteriis hactenus ædificatis, tamen est intelligendus de Monasteriis pòst ædificandis; quia cùm lex semper loquatur, dictio *hactenus*, est intelligenda, ut operetur semper, quando casus venerit. Castr. *consil.* 235. *sub numero* 1. *post med. vers. Restat respondere*, *lib.* 1. ubi quod lex Florentiæ mandans, quod omnes Civitates 50
subjectæ solvant certum quid, habet locum in Civitate Pisarum, effecta subjecta post legem, quia lex semper loquitur.

Minùs obstat, quod etiamsi dicta Extravagans comprehendat Protonotarios posteà creatos, non 51
potest tamen comprehendere Notarios creatos ratione officii, atque accessorii ad officium, quod ipsis fuit principaliter collatum; sed illos tantùm, qui verè, sunt Protonotarii, & tales principaliter creati; quia imò etiam dicti Protonotarii sunt verè Notarii, nec inter illos & alios potest constitui aliqua differentia, cum maximè etiam finito officio remaneant Protonotarii, atque tunc quoque gaudeant omnibus privilegiis veris Protonotariis concessis, ut expressè disponitur in supradicta Pauli III. & Pauli IV. Constitutionibus adeóque. proculdubio beneficia etiam per mortem hujusmodi 52
Protonotariorum vacantia sunt reservata, ut in terminis Protonotarii creati ratione officii dicit Rot. *in d. Palentina Scholastria*, *Canonicatus*, & *prabenda de Valladolid.* 9. & 14. *Aprilis* 1584. *coram Robusterio*, relata per Gatc. *de benefic. part.* 5. *capite* 1. *numero* 104. ex qua etiam apparet, quod nunquam fuit dubitatum in Rota, quia beneficia, etiam per mortem Protonotariorum ratione officii creatorum vacantia, sunt reservata; sed quod in eo erat controversia, an dicti Protonotarii finito officio desinerent esse Protonotarii? Quæ tamen hodie penitus remanet sublata, & quidem in specie quoad Milites de Lilio per dictas Pauli III. & IV. Constitutiones, & generaliter quoad omnes, qui ratione alicujus officii sunt Sedis Apostolicæ Notarii, per declarationem Sixti V. & aliorum subsequentium Summorum Pontificum, *in reg.* 1. *Cancel.* per quam dicta Extravagans innovatur, factam in qua expressis verbis disponitur, quod beneficia, quæ Sedis Apostolicæ Officiales, qui ratione officiorum hujusmodi ejusdem Notarii erant; etiam dimissis ipsis officiis, & quandocunque assequuti fuerint, sub reservationibus dictæ Extravagantis *Ad regimen*, comprehendantur, ita ut stantibus hodie dictis constitutionibus, & declarationibus, nullus amplius supersit in hac re scrupulus.

Nec obstat, quod dicta Sixti V. declaratio intel- 53
ligi debet de Notarii ratione officiorum enumeratorum in dicta Extravaganti, non autem ratione officii Militum de Lilio, & aliorum, quorum nulla fit mentio in dicta Extravaganti: quia verba regulæ sunt generalia, & apta comprehendere omnes Notarios cujusvis officii ratione creatos; nec subest ratio illa restringendi ad certa officia, cùm maximè reservatio non fit fundata in officio, sed in notariatu, & Notarii ratione officiorum creati, quinimò inter dictos Notarios creatos ratione officiorum, & alios creatos absque officiis, nulla (ut suprà dictum fuit) est differentia, & omnes iisdem oneribus, & honoribus fruuntur.

Nec obstat, quod reservationes sunt odio- 54
sæ, propter præjudicium Ordinariorum, ideóque non extendendæ: quia præterquam quod objectum hoc non ampliatur, cùm non agatur de extensione dictæ reservationis, sed propria ejus comprehensione, illud etiam procedit in reservationibus particularibus ad favorem certarum personarum; secus autem quando reservatio est per viam

legis generalis, ubi principalis intentio Papæ est, ut providere valeat pauperibus Clericis, & personis benemeritis, Romanam Curiam sequentibus, quia tunc reservationes judicantur favorabiles, non habito respectu ad incidens præjudicium Ordinariorum. Simonet *de reservat. quæst. 5 cap. fin.* Mandos. *reg. 2. q. 2. num. 27. & seqq.* Caputaq. *decis. 141. n. 3. part 1.* Rot. *decis. 457. n. 11. & seqq. part. 1. divers.* & benè Hieron. Gabr. *cons. 197. n. 3. lib. 1.* assignans rationem, quod in primitivo tempore tota collatio fuit Papæ, quam postea communicavit Episcopis privativè. Ergo dum reversat, utitur jure proprio, sicut ille, qui redimit ex pacto, cùm non dederit tantam portionem, quin majorem retinuerit. Flamin. Paris *de resignat. benefic. lib. 1. q. 10. n. 47.*

CAPUT XXIV.

De Archidiacono.

SUMMARIUM.

1 *Archidiaconus Græco vocabulo dicitur quasi ministrorum princeps.*
2 *Archidiaconus principalem habet dignitatem post Episcopum.*
3 *Archidiaconus est dignior Archipresbytero, & Primicerio, in voce, loco, & administratione.*
4 *Archidiaconus de jure est prima dignitas in Cathedralibus Ecclesiis.*
5 *Archidiaconus, qui oculus Episcopi dicitur, in omnibus Ecclesiis, ubi fieri potest, eligendus est qui sit Magister, seu Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico.*
6 *Intellige de iis tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel jurisdictionem, juxta titulum de officio Archidiaconi.*
7 *Archidiaconi jurisdictionem contentiosam habentes debent esse Doctores, & promoti in publico gymnasio.*
8 *Archidiaconus nullus reperitur in tota Hispania, qui totam illam juris communis retineat potestatem.*
9 *Archidiaconi in Hispania non tenentur esse Doctores, aut Licentiati.*
10 *Ætas 25. annorum requiritur in Archidiacono habente curam annexam, in aliis, quibus ea non inest, 22. anni completi sufficiunt.*
11 *Visitare Clericos omnes debet Archidiaconus tertio quoque anno, si Episcopus ipse non possit.*
12 *Archidiaconus quare dicatur oculus Episcopi, ostenditur.*
13 *Visitationem quam Archidiaconus legitimè exercere consuevit, assumpto Notario, de consensu Episcopi, facere per se ipsum tantùm debet.*
14 *Archidiacono ad visitationem expediendam poterit Episcopus terminum præscribere. comitatum, & equitatum.*
15 *Distributiones quotidianas non amittit Archidiaconus interim, dum visitaverit Ecclesiam, jura vel reditus sua prabenda.*
16 *Distributiones quotidianas non percipit Archidiaconus, qui propriam Ecclesiam non visitat, sed solum Ecclesias sua Diœcesis.*
17 *Archidiaconus dum visitat Ecclesiam sua prabenda, non percipit fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, vel ex illius Ecclesia consuetudine.*
18 *Archidiaconi ad officium pertinet Episcopo ministrare, & solemniter celebraturo Episcopo sacrum Evangelium, cùm voluerit, legere, & illos designare quid illud, & Epistolam canent.*
19 *Lectiones, & responsoria divini Officii Lectoribus, & cantoribus assignare pertinet ad officium Archidiaconi.*
20 *Archidiaconus tanquam prima dignitas post Pontificalem in Choro alii superior, & major habetur.*
21 *Vasa divinis Ecclesia usibus dicata sedulò custodire, pertinet ad Archidiaconum.*
22 *Clericos ad Ordines promovendos examinare, atque probare, eosque Episcopo nomine S. Ecclesia ordinandos offerre, spectat ad Archidiaconum.*
23 *Episcopo solemniratem, vel etiam Missam solemnem & Vesperas audienti à dextris assistit Archidiaconus.*
24 *Archidiaconus inspicit, ut Primicerius, & Sacrista vel Custos, injuncti sibi muneris sollicitudinem diligenter exequantur.*
25 *Abbates, & Abbatissas in sede sua collocat Archidiaconus.*
26 Iurisdictionem, licet inferiorem, *in multis habet Archidiaconus*
27 *Clericorum lites, & jurgia, modica tamen, audit* Archidiaconus.
28 *Beneficiis privat, & auctoritate Episcopi punit Archidiaconus.*
29 *Censuras imponit Archidiaconus, non tamen sine Episcopi auctoritate.*
30 *Archidiaconus instituit in beneficiis curam animarum habentibus de auctoritate tantum, & mandato Episcopi, vel si hoc habeat, ex præscriptione.*
31 *Archidiaconus ratione sui muneris non potest curam committere animarum.*
32 *Beneficiorum in possessionem corporalem mittit Archidiaconus institutos ab Episcopo.*
33 *Iurisdictionem quando habeat Archidiaconus ostenditur.*
34 *Archidiaconus post Episcopum dicitur esse Vicarius in omnibus.*
35 *Vicarii munus exercet Archidiaconus ipso jure absque aliquo facto, Episcopo absente, & ejus Officialibus, non autem Sede vacante.*
Vicarius natus, seu legitimus, quis, ibid.
36 *Archidiaconus à Vicario Episcopi in quo differat ostenditur.*
37 *Archidiaconi jurisdictio hodie per consuetudinem est imminuta.*
38 *Archidiaconus de jure major est omnibus post Episcopum, & Archipresbyter ejus subjacet jurisdictioni.*
39 *Consuetudo in aliquibus Ecclesiis introduxit, ut Archipresbyter, vel Præpositus, aut alia* Dignitas *Archidiacono præferatur.*
40 *Archipresbyter in civitate Paduæ ex antiqua consuetudine præcedit Archidiaconum, & quomodo probetur hac consuetudo, ostenditur.*
41 *Archidiaconus cur de jure præferatur Archipresbytero, ostenditur.*
42 *Archidiaconus de jure precedit Archipresbyteros in administratione, cùm in divinis Archipresbyter præcedat Archidiaconum, nisi Archidiaconus sit etiam in Presbyteratus Ordine constitutus.*

43 *Digni*

43 *Ad Dignitatem primam spectat, & eâ impeditâ ad secundam, & successivè ad tertiam, deferre sanctissimum Sacramentum, absente, vel impedito Episcopo, in ejus festivitate necnon Missas, & Vesperas pontificales cantare.*

44 *Archidiaconus Sacerdos in celebratione Missarum solemnium, absente Episcopo, est præferendus Archipresbytero.* & n. 45.

46 *Missas Pontificales per seipsum celebrare non valens Episcopus, non potest in præjudicium primæ Dignitatis, ad quam id spectat, alteri sibi benè viso pro libito voluntatis demandare.*

47 *Dignitas prima pro libito ad munus sibi incumbens non potest alium sibi benè visum Canonicum, aut Dignitatem substituere, sed in eo munere proximior Dignitas succedere debet.*

48 *Dignitas prima, licet sit coadjutor cum futura successione, nihilominus juxta formam litterarum coadjutoriæ ad eum spectabit absente coadjuto functiones illi incumbentes facere, & exercere.*

49 *Archidiaconus, & Archipresbyter si in funeralibus de eadem Cathedrali concurrant, danda est præcedentia Archipresbytero, ratione stolæ.*

50 *Archidiaconus si sit prima dignitas, debet exercere officium Presbyteri assistentis cum pluviali Episcopo celebranti, illique candelam, & palmam benedictam ministrare.*

51 *Archidiaconus dum in assistentia est apud Episcopum, intelligitur præsens in choro, tam in Ecclesia Cathedrali, quàm in alia.*

52 *Archidiaconus, qui sustinet Baculum Episcopi dum celebrat solemniter thurificandus est immediatè post Diaconos assistentes.*

53 *Archidiaconus, qui sit ex privilegio Protonotarius, non lucratur fructus, & distributiones sui Archidiaconatus, si cum habita Protonotarii in Ecclesia, choro, processionibus, ac divinis Officiis assistat.*

54 *Protonotarii habitu uti non potest Archidiaconus, in publicis functionibus, in assistentia Episcopi, nec in aliis actibus sibi tanquam Archidiacono competentibus.*

55 *Vicarius Episcopi Archidiacono, tam in choro, quàm ubilibet præcedit.*

56 *Vicarius generalis absente Episcopo debet habere primum locum super omnes Dignitates & Canonicos, non obstante consuetudine in contrarium.*

57 *Vicarius foraneus ratione sui officii nullam habet præcedentiam in choro, sessionibus, processionibus, & aliis actibus, & functionibus Ecclesiasticis.*

58 *Doctores referuntur de Dignitate, Officio, & jurisdictione Archidiaconi agentes.*

1. PRima dignitas Ecclesiastica in Cathedralibus Ecclesiis est Archidiaconatus de jure Communi, ut n. 3. ostendemus; propterea de Archidiacono nunc primùm agere proposuimus, qui Græco vocabulo quasi ministrorum princeps est appellatus, *capit.* 1. *distinct.* 21. ἀρχὴς enim princeps, διάκονος ministrum, seu famulum Græce, καὶ τὸ διακονεῖν ministrare, significat. Pett. Gregor. *Syntagm. Iuris lib.* 25. *cap.* 20. *in princ.* Anastas. Germon. *de Sacrorum immun. lib.* 3. *c.* 3. *in fine.* Valet. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 49. Sebast. Cæsar *de Eccles. hierarch. p.* 2. *disp.* 11. §. 1. Azor. *Instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. *quæst.* 1. Castald. *in praxi cæremon. lib.* 2. *sect.* 8. *cap.* 7. *num.* 3. Nam licèt de consuetudine Ecclesiæ Archidiaconus non habeat jurisdictionem, quia tamen de jure communi habet nomen dignitatis, censeri debet administrationem spiritualem habere, & in Dignitate Ecclesiastica versari: novissimè Steph. Vveyms *ad constit.* 24. *ex antiquo jure desumptas, & per Concil. Trident. specialim innovatas, constit.* 1. *num.* 5. & adhuc principalem habere Dignitatem post Episcopatum probat textus *in capit.* 1. ibi, *Post Episcopatum, de offic. Archid.* Glossa. *verb Electionis, in capit. pen. de offi. Leg. in* 6. Menoch. *consil.* 51. *numero* 20. *& consil.* 257. *numero* 21. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 24. *numero* 6. Anton. Fabric. *in praxi benefic. titul. de benefic. cum dignitat. numero* 23. *in fine*, Rota *decis.* 865 *numero* 1. *p.* 4. *divers.* Ascan. Tamburin. *de jure abbatum tom.* 1. *disputat.* 25. *quæst.* 4. *num.* 1. novissimè Michaël Ferrus *de præcedent. Ecclesiast. quæst.* 5. *num.* 1. Unde digniorem esse Archipresbytero, & primicerio in voce, loco, administratione, & aliis consuluit Barbat. *cons.* 5. *lib.* 2. quem refert Card. Tusc. *tom.* 1. *lit.* A, *concl.* 482. *n.* 6. quia de jure regulariter Archidiaconatus est prima dignitas. Arctin. *cons.* 23. *n.* 3. *vers. quia de jure communi*, Addent. ad Greg. XV. *dec.* 411. *n.* 5. Vivian. *dec.* 299. *n.* 2. Marcel. Vulpe *in praxi. cap.* 34. *n.* 12. Rot *in Andrien. Archidiaconatus*, 5. *Decem.* 1625. *coram R. P. D. Merlino*, Lottet. *de re benef. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 112. 2 3

Eligendus est autem Archidiaconus (qui oculus Episcopi dicitur, quasi ab eo in specula, & statione positus. Gloss. *verb. oculi, in cap. diaconi*, 93. *dist.* Anton. Fabric. *d. titul. de benefic. cum dignit. n.* 25. *in fine*) in omnibus Ecclesiis ubi fieri potest, qui sit Magister, seu Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel jure Canonico, ut statuit Trid. Concil. *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. & tradunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 4. *n.* 68. Campan. *in divers. Iuris Canon. sub.* 7. *cap.* 6. *num.* 41. Nicol. Gatc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 7. *num.* 36. Galganet. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 238. *num.* 2. *& in dec. Curiæ Archiep. Neapol. dec.* 248. *num.* 4. *& dec.* 305. *n.* 11. *part* 4. Bennius *de privileg. Iurisconsult. part.* 2. *privil.* 28. *num.* 2. Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 6. *capit.* 7. *num* 62. Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.* 11. *cap.* 9. *quæst.* 55. Novar. *in singul. Canonic. conclus.* 41. Sebast. Cæsar *d. disp.* 12. §. 1. *n.* 9. Ego ipse *de offic & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 60. *n.* 60. Squillante *d. cap.* 14. *n.* 109. Et propterea stylus Curiæ inhærendo supradicto decreto Concilii Trident. exigit in promovendo ad hujusmodi Archidiaconatum gradum Magisterii in Theologia, vel Doctoratus saltem in jure Canonico, ita ut dum porrigitur supplicatio pro Archidiaconatu hujusmodi obtinendo, seu pro habenda Dignitate majori post Pontificalem in Cathedrali, vel principali in Collegiata, ea non aliter signetur, quàm si positivè etiam narratum sit Oratorem esse aut Magistrum in Theologia, aut Doctorem saltem in jure Canonico, vel in eodem jure Licentiatum, quod si talis non sit, non aliter rescribitur supplicationi, quàm sub hac clausula: *Et cum decreto, quod dictus Orator infra annum proximum Magisterium in Theologia, seu Doctoratus, aut Licentiatura in decretis gradum, previo examine in aliqua approbata Universitate studii generalis, ac aliàs servatis servandis, suscipere omninò teneatur, alioquin præsens gratia nulla sit, ipsoque* Archidiaconatus *vacet eo ipso.* Et cùm litteræ expediuntur, clausula hæc 4

extenditur

extenditur per verba decretoria & præceptiva, *Volumus autem*, &c.

6 Quod quidem intelligitur de iis tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel jurisdictionem, juxta *tit. de offic. Archid.* non autem de his, qui verè animarum cura, & omni prorsus jurisdictione carent. Ita Sacram declarasse Congregationem referunt Anastas. Germon. *de indultis Cardinal §. quibusvis, num. 4.* Campan. *dict. num. 14.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 473. in 1. edit. alias resolut. 497. in 2. edit. & p. 4. dec. 248.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. capit. 5. num 20.* Massob. *in praxi habendi concursum, requis. 10. dub. 6. secundum Romanam impress.* Machado *en su perfettor confessor., tom. 2. lib. 4. parte 4. tractat. 7. docum. 5. num. 4. &* 5. Novar. *d. concluf. 41. num. 2.* Squillante *d. cap. 4. n. 111.* Nicol.
7 Garc. *d. cap. 7. n. 41.* ubi *num. 40.* refert pariter resolutum, hujusmodi Archidiaconos jurisdictionem contentiosam habentes, debere esse doctores, & promotos in publico Gymnasio, alias gradus eis non suffragari, ex Bulla 63. Pii V. quod etiam tradunt Massob. *dict. dub. 6. num. 6.* & Novar. *ubi suprà, num. 4.* Squillante *dict. cap. 4 num. 113.* ita ut doctoratum ex privilegio ad hujusmodi dignitatem nequaquam promoveri posse dicendum esset, ut per Novarin. *qq. forens. lib. 1. q. 143. & conclus. unic. de Archidiacon. n. 5.* Squillante *d. cap. 4. n. 114.* ubi *n. 115.* post Menoch. *de arbit. casu 425. n. 42.* & Aloys. Ricc *part. 4. dec. 248.* tenet quod si ex Ecclesiæ consuetudine potestas & jurisdictio, quæ competit Archidiacono, competeret Archipresbytero, similem gradum Doctoratus deberet Archipresbyter assumere.

8 Sed cùm hodie ipsorum Archidiaconorum incuriâ, vel imperitiâ, seu Episcoporum potentiâ omnis penè jurisdictio extincta sit, nec in tota Hispania unus reperiatur Archidiaconus, qui totam illam juris communis retineat potestatem, ut testantur Zerola *in praxi Episcop. verb. Archidiaconus*, Læl. Zech. *de Republ. Eccles. tit. 14. à n. 13.* meritò notant jam hodie apud Hispanos cessare
9 obligationem illam Trident. quod sint Doctores, aut Licentiati, ut ante omnes scripsit Navarr. *in man. c. 25. num 135.* referunt & sequuntur Valconcel. *in harmon. rub. juris Canon. sub tit. de offic. Archid. in princ.* Nicol. Garc. *dict. cap. 7. à num. 37.* Sebast. Cæsar *dict. §. 1. n. 10.* Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 4. n. 10*

10 Si verò Archidiaconus habet curam animarum annexam, ætas viginti quinque annorum requiritur, licèt in aliis dignitatibus, quibus ea non inest, viginti duo anni completi sufficiant, ut statuit Concil. Trident. *dict. c. 12. verf. ad cæteras*: & traduncper me citati *d. allegat. 60. n. 65.* quibus addo Massob. *d. requis. 10. dub. 11. n. 24.* Novar. *in singul. canon. concluf. 15.*

11 Officium Archidiaconi de jure quidem communi est circa Clerum præcipuè, cui omnium Clericorum cura post Episcopum demandatur; ipse enim debet Clericos omnes tertio quoque anno, si Episcopus ipse non possit, visitare, *cap. 1. &* ca-
12 *pit. ad hæc, de offic. Archid.* & propterea dicitur oculus Episcopi, quia lustrans actus totius Ecclesiæ, si quem videat proximum esse peccato, tenetur referre ad Episcopum, ut inquit Clemens Papa *in cap.*
13 *diaconi, il. 1.* ubi Gloss. *93. distin.* Visitationem autem, si quam legitimè exercere consuevit, assumpto Notario de consensu Episcopi facere per seipsum tantùm debet, ut statuit Concil. Trident *sess. 24. de reform cap. 3.* Felician. Comnen. *in man. visitat. lib. 1. tit 3. verf. Archidiaconi*, Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 2. n. 14.* Sbroz. *de officio Vicarii lib. 2. q. 120. n. 10.* Flores de Mena *variar. lib. 3. q. 24 n. 23.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 73. n. 22.* & ad illam expediendam 14
poterit Episcopus ei terminum præstituere, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit Ecclesiis, quas visitaverit, prout declaravit Sacta Congregatio, ut attestatur Piasec. *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 62. pag. 213.* quem refero ego ipse *dict. alleg. 73. n. 39.*

Et interim dum visitaverit Ecclesiam, jura, vel 15
redditus suæ præbendæ non amittit distributiones quotidianas, cùm visitando prædicta jura, & loca serviat Ecclesiæ in re utili, sicut resolvunt, & per Sacram Congregationem fuisse decisum referunt Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 7. c. 7. q. 10.* Monet. *de distribut. quotid. 2. q. 11. n. 93.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 3 cap. 2. n. 335. & seq.* Cened. *practic. & canon. quæst. lib. 1. q. 1. num. 36.* Ego ipse *d. part. 3. al. leg. 53. n. 163.* me citato in illo loco, Sanctarel. *var. q. 13. n. 9.*

Si verò non visitaverit propriam Ecclesiam, sed 16
solùm Ecclesiam suæ diœcesis, quamvis illam visitaret ex officio & jure sibi competenti, tunc non posse percipere distributiones, tenet Monet. *d. q. 11 n. 63.* Cened. *d. q. 1. n. 36. &* 74. Nicol. Garc. *d. cap. 2. 332.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 1. tit. 6. l. 6. de visitat. num. 81. &* 108. Sanctarel. *d. quæst. 11. n. 10.* Ego ipse *d. alleg. 53. num. 126.*

Sic etiam eadem durante visitatione non poterit 17
ipse Archidiaconus percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, vel ex illius Ecclesiæ consuetudine, stante quod fructus Canonicatus distincti sint à fructibus præbendæ, nisi pro tribus mensibus vacationis ex causa à Concilio permissis, prout decisum attestantur Nicol. Græc. *d. cap. 2. num. 332. in 2. dub.* & Armendar. *d. lib. 6. de visitat. num. 82.* animadvertentes hæc de lucrandis fructibus locum haberet nisi extet Ecclesiæ consuetudo, ut Archidiaconus visitans nihil fructuum percipiat, quæ servanda erit.

Secundò ad officium Archidiaconi pertinet 18
Episcopo ministrare, ut censuit S. Rit. Congreg. *in una Pisaurien si*, 10. *Iuni* 1600. & solemniter celebraturo Episcopo, sanctum Evangelium cùm voluerit legere, & eos antè probatos designare, qui Evangelium, & Epistolam cantent, *cap. perlectis, 21. dist. cap. 2. de Archid.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 14. q. 2. verf. deinde*, Galganet. *de jure pu-* 19
blico lib. 3. tit. 21. num. 5. Lectiones quoque, & responsoria Divini Officii Lectoribus, & Cantoribus assignare, atque Acolytos, & thuribulum deferentes, & qui minora gerant officia, ordinare, & omnia denique, quæ ad divinorum Officiorum celebrationem pertinent, disponere. Gloss. & Doctores *in d. cap. 2.* Sebast. Cæsar *dict. §. 1. n. 7.*

In choro enim tanquam prima Dignitas post 20
Pontificalem, aliis superior & major habetur, & illi in choro permanenti spectat in principio Matutini, Horarum Canonicarum, ac Vesperarum intonare *Pater noster*, quo dicto, ad eundem pariter spectat manu signum dare, ut incipiatur, *Domine labia mea, &c.* vel *Deus in adjutorium meum. &c.* ad ipsumque etiam ad Primam pertinet dicere, *Dies, & actus nostros, &c. Adjutorium nostrum, &c.* &, *Deus nos benedicat, &c.* ad Completorium

torium, *Noctem quietam, &c. Benedicat, & custodiat nos, &c.* in fine Horarum, & Matutini, *Dominus det nobis, &c.* Et antequam finis signum per ipsum detur, nemo officio expleto è choro egredi valet. Ita S. Congregat. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita *in una Theatina, sub die 18. Aprilis 1917.*

21 Tertiò ad eundem pertinet vasa divinis Ecclesiæ usibus dicata sedulò custodire, ut dicitur *in cap. ea qua 3. de offic. Archid.* Azor. *d. c. 14. quæst. 2. §. deinde, vers. ad eundem pertinet.* Sebast. Cæsar. *d. §. 1. num. 8.*

22 Quartò Clericos ad Ordines promovendos examinare, atque probare, eosque Episcopo nomine sanctæ Ecclesiæ ordinandos offerre potest, *cap. ad hæc, cap. ut nostrum, de offic. Archid. cap. unic. de scrutin. in Ordine faciend.* Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 20. n. 6. vers. hoc examinat.* Quaranta *in sum. Bullarii. verb. Ordo, vers. subsequenter*, Azor. *d. c. 14. quæst. 2. vers. deinde*, Campan. *in divers. Iuris Canon. rub 3. à n. 15.* Galgan. *de jure publico lib. 3. tit. 21. n 7.* Castald. *in praxi cæremon. lib. 1 sect. 8. cap. 7. num. 3.* Sebast. Cæsar *d. §. 1. n. 8. vers. ejus*, Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. num. 49. vers. Archidiaconos*, noviſſimè Marc. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. cap. 45. n. 20.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 10. num. 21.* Non peccat tamen Archidiaconus, quando interrogatus ab Episcopo ordinante, an sciat ordinandos dignos esse, respondet, Scio, & testificor illos dignos esse, *cap. unic. de scrut. in ordine faciend.* licèt ipse non examinaverit, dummodò contra conscientiam non testificetur, quia quem indignum non novit, dignum existimare debet: ita noviſſimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Ecclesiast. cap. 8. n. 35.* In ipsa ordinatione, atque in consecratione Chrismatis, & aliis similibus Episcopo ministrare,

23 *cap. Acolytus, cap. Ostiarius, 23. dist.* Et demùm Episcopo celebranti solemniter, vel etiam Missæ solemni, & Vesperis assistenti à dextris modo suo loco præscripto assistere, ut animadvertit Castald. *citato loco.*

24 Quintò dispicere, ut Primicerius, & Sacrista, vel Custos in junctis sibi numeris solicitudinem diligenter exequantur, *c. perlectis, 25. dist. cap. ea qua contra, de offic. Archid.*

25 Sextò Abbates, & Abbatissas in sede sua collocare, *d. c. ut nostrum, de offic. Archid.* Sebast. Cæsar *d. §. 1. n. 8. vers. ad Archidiaconum*, Petr. Greg. *d. c. 20. n. 6. vers. Abbates.*

26 Non solùm autem exercet officium Archidiaconus, sed jurisdictionem quoque habet in multis, licèt inferiorem, *cap. ad hæc, de offic. Ordinat.* Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benef cum dignitate, num. 13. in fine.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num. 30.* nam ipse de jure quidem communi antiquiori, de quo *in d. cap. perlectis, vers. Archidiaconus, 25. dist. & in d. cap. ad*

27 *hæc*, Clericorum lites, & jurgia, modica tamen, audit Azor. *d. cap. 14. quæst. 2. vers. deinde*, Galgan. *d. tit. 21. n. 6. vers. jurgia*, Sebast. Cæsar *d. §. 1. n. 5.*

28 & Auctoritate Episcopi punit, & privat benefi-

29 ciis, *cap. licet, de pœnis: cap. referente, de prabend.* censuras imponit, non tamen sine Episcopi auctoritate, *cap. Archidiaconis, de offic. Archidiac.* Azor. *d. cap. 14. quæst. 2. vers. atque hac quidem*, Galganet. *d. tit. 21. num. 6.* ex speciali consuetudine, non autem nomine proprio. Zech. *dict. tit. 24. num. 13. vers. ad Archidiaconum quoque*, Suar. *de censur. disput. 2. sect. 2, num 9. vers. denique*, Sebast. Cæsar *d. §. n. 12.* Anton. Fabric. *tit. de benef. cum dignitate, num 14.*

Instituit quoque in beneficiis etiam curam ani- 30
marum habentibus, de auctoritate tantùm & mandato Episcopi, *d. cap. ad hæc, cap. cùm satis, eod. tit. cap. si in plebibus, 63. dist. cap. nullus, 16. quæst. 7.* vel si hoc habeat ex præscriptione, vel consuetudine nomine, & vice Episcopi legitimè præscripta. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 72. num. 185.* ubi respondeo textum *in d. cap. cum satis*, solùm prohibere consuetudinem, seu magis præscriptionem, per quam Archidiaconus intendit instituere in beneficiis nomine proprio. Et ideo Archidiaconum ratione sui mune- 31
ris non posse curam committere animarum, per textum *in cap. cùm satis*, resolvunt Azo. *d. 14. q. 2. vers. atque hac quidem*, Gaganet *dict. tit. 21. num. 6.*

Mittit denique in corporalem beneficiorum 32
possessionem institutos ab Episcopo, *d. cap. ad hæc*, Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 20. num. 6.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. tract. 1. cap. 3. n. 49. vers. item mittere*, Cov. *lib. 3. var. cap. 16. num. 7. vers. tertius*, ubi advertit, quod quamvis *in cap. licèt Episcopus, de prabend. lib. 6.* responsum sit ad Episcopum pertinere missionem in beneficiorum possessionem, illud potest intelligi non quidem de ipsa missione in possessionem corporalem, sed de sententia, aut decreto, quo Episcopus pronunciat institutum in possessionem mittendum fore, seu de ipsa corporalis possessionis traditione: vel potest intelligi ut procedat de consuetudine, secundùm quam hodie ad Episcopum, non verò ad Archidiaconum spectat corporalis possessionis traditio, ut tradit Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 10. q 6 num. 32.*

Non tamen habet in omnibus ordinariam ju- 33
risdictionem, sed in iis tantùm, quæ à jure, vel consuetudine in fine speciali mandato Episopi competunt exequenda, *cap. fin. de offic. Archid.* Viderur autem ei de jure communi competere jurisdictionem in visitando, & corrigendo in modicis tantùm causis: nam inquit textus *in d. cap. ad hæc*, arduà negotia non debere absque majoris sui præsentia terminare; reliqua verò, quæ ad eum pertinent, plenâ auctoritate exequitur. Roman. *cons. 171. In proposita, n. 4.* ubi quod Archidiaconus non habet jurisdictionem in criminalibus, nec in civilibus arduis, sed tantùm in civilibus pauci valoris: refert Card. Tusch. *littera A conclus. 482. num. 9.*

Quare Archidiaconus post Episcopum dicitur 34
esse Vicarius in omnibus *dict. cap. 1. de officio Archid* ibi, *ut Archidiaconus post Episcopum sciat se Vicarium*, &c. *d. cap. ad hæc*, Gloss. *in c. Pontifices 7. quæst 1.* Anton. de Prætis *in clypeo pastoralis officii, cap 6. num 39.* Marant. *de ordine judic, p. 4. dist. 5. princ. num. 7.* Rebuff. *in praxi, tit. forma Vicariatus, num 199.* Sbroz. *de officio Vicarii lib. 1. q. 3. n. 27.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 10. n. 2. vers. sexta*, Azor. *d. cap. 14. q. 2.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q 1. n. 26. vers. ratio.* Narbona *de appell. à Vicario ad Episcopum, part. 1. n. 22.* quos refero ego ipse *de officio & potest. Episcopi, p. 3. allegat. 54. num. 16.* quibus addo Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. cap. 34. n. 18.* Vicarius natus, seu legitimus dicitur, eo quòd à lege ipsa, nullo facto, aut ministerio Episcopi constituatur, Sbroz. *dict. tract. lib. 1. q. 36. n. 10.* Anton. Cuch. *instit. major. lib. 2. tit. 9 de offic. Archiepiscopi, num. 17.* Alphons.

Narbona

Narbona *ad l. 59. Gloss. in num. 16. tit. 4. lib. 2. nova Recop.*

35 Unde ipso jure, absque aliquo facto, Episcopo absente, & ejus officialibus, Vicarii munus exercet Archidiaconus. Card. Tusch. *tom. 1. lit A, concl. 482. num. 10.* Sbroz. *d. lib. 1. quæst. 2. num. 15. & q. 36. num. 10.* non autem Sede vacante, nec etiam infra illos octo dies, quibus à Capitulo Sede vacante Vicarii electio facienda est, juxta formam Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 16.* quia jura suprà allegata loquuntur tantùm Sede repletâ: tum quia intra illos octo dies totum Capitulum potest, & debet administrare: quare ita tenent Quarant. *in summ. Bullarii, verb. Sede vacante, §. duodecimò quæro, vers. primo*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. post resol. 505. in notab. de materia Vicarii à Capitulo Sede vacante, vers. primò*, Ego ipse *d. alleg. 54. num. 163.* Quamvis Archidiaconum sustinere Vicarii vices Sede vacante, dum agitur de electione Vicarii à Capitulo, post Foller. & Abb. teneat Sbroz. *dict. lib 1. q. 61. & addit. ad q. 3. eod. lib. 1.* Potest tamen Archidiaconus acquirere quasi possessionem administrandi Episcopatum, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, Sede vacante, & si de hujusmodi quasi possessione constiterit ex pluribus actis gestis per eum tempore quo sedes vacavit, concernentibus dictam administrationem, & jurisdictionem Episcopalem, debet ei dari mandatum de manutenendo, prout per sacram. Rotam datum fuit Archidiacono Vicentino, in una Vicentina administrationis Episcopatus, 16. Decembris 1624. coram R. P. D. Remboldo, impressa per Ludovic. Postium *post suum tract mandati de manutenendo, decis. 194.* ubi *n. 2. & 3.* probat, quod licèt de jure communi administratio Episcopatus Sede vacante spectet ad Capitulum, *cap. bona memoria, & ibi decis. num. 37. de appellat.* tamen de consuetudine potest etiam spectare ad Archidiaconum: & *num. 6. cum seqq.* ait non obstare, quod ex dispositione facti Concilii Trident. *sess. 24. de reform. cap. 16.* deputatio Vicarii Sede Episcopali vacante spectat ad Capitulum, quodque dictum factum Concilium habet in fine decretum irritans, quod inficit titulum, & possessionem contrariam, quia decretum irritans operatur quando est justificatum, secus verò ante illius justificationem; tunc enim tollit detentionem, & insistentiam facti, ex decisionibus ibi allegatis, ac propterea cùm in casu isto dubium sit, an intret dispositio dicti Concilii, ex quo illud non tollit consuetudinem contrariam de jure communi permissam, meritò non obstat Archidiacono, pendente judicio manutentionis, dictum decretum, quin interim debeat in sua possessione manuteneri: & *num. 10. cum seqq.* pariter asserit; non obstare quod Archidiacono resistit jus, quo casu non datur manutentio inferiori absque titulo: tum quia licèt jus, ut dictum est, assistat Capitulo, tamen resistit Archidiacono, ex quo potest etiam ista administratio spectare ex consuetudine ad inferiorem. Gregor. XV. *decis. 411.* & Rot. *in Metensi juris corrigendi*, 8. *Februarii* 1626. coram R. D. meo Coccino Decano: tum quia datur etiam manutentio inferiori, quando ipsius possessio, prout in casu nostro, est diuturna. Rot. *decis. 595. num. 6. & seqq. p. 1. divers.* Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis. 312. n. 4. vers. item assistentia.* Denique eadem Rota in Vicentina administrationis apud Post. *num. 23.* dicit non obstare, quod non constat de possessione moderni Archidiaconi, quia in omnem eventum sufficit, quod constet de possessione suorum antecessorum in dignitate; illa enim juvat etiam successorem, quia dicitur possidere ipsa dignitas, ad not. per Felin. *in cap. constitutus, num. 14. de rescript.* Rot. *decis. 1. de restit. spol. in novis & decis. 99. n. 11. p. 1. divers.* & coram R. D. meo Coccino Decano *decis. 86. n. 1.*

Differt autem Archidiaconus à Vicario Episcopi, quòd Archidiaconi officium est dignitati annexum, nec potest ad nutum amoveri, sicut Vicarius simplex: præterea simplex Vicarius ea exequitur, quæ ad Episcopum ex officio pertinent, quibus tamen ob plurimas occupationes deservire non potest: Archidiaconus verò officium habet ab Episcopi officio separatum, nec potest Episcopus ejus officium exercere. Quare cùm hujusmodi Vicariatus ipsius Archidiaconi personæ, & dignitati inhæreat, per Episcopi revocationem ab eo avelli non potest. Sbroz. *d. tract. 3. lib. 3. q. 32. num. 14.* Narbona *de appellat. à Vicar. ad Episcopum, p. 1. num. 96.* alter Narbona Germanus *d. l. 59. gloss. 1. n. 16.* 36

Quamvis hodie Archidiaconi jurisdictio per consuetudinem sit imminuta, & ad Vicarium Episcopi pertineat; & licèt officium in ministrando Episcopo in collatione Ordinum, & Chrismatis confectione, & aliis similibus retineat; tamen secundùm consuetudinem Ecclesiarum ejus officium attenditur; consuetudo enim per diversa loca prævalet in officiis, *cap. cùm olim, de consuetud. cap. ad hæc, de excessib. Prælator.* Ubi autem cessat consuetudo, jus commune attenditur, ut *in tit. de offic. Archid.* Et casu, quo Archidiaconus de consuetudine esset aliis dignitatibus inferior, prout in aliquibus Ecclesiis est tertia, vel quarta Dignitas, retinet tamen officium ministrandi Episcopo in Sacramentis, juxta Ritum universalis Ecclesiæ, ut etiam suprà attigimus. 37

Similiter de jure communi Archidiaconus major est omnibus post Episcopum, & Archipresbyter ejus subjacet jurisdictioni, *d. cap. 1. cap. ad hæc, de offic. Archid. c. 1. de offic. Archipresb.* & colligitur ex ordine titulorum de officio utriusque, *in Decret.* Barbat. *cons. 5. n. 18. lib. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. num 80.* Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 15. q. 2. & 3.* Cardin. Tusch. *d. lit. A, concl. 482. ex num. 11.* Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 21. num. 16.* Valer Regin. *d. lib. 30. tract. 3. num. 49. in princ.* Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis. 411. num. 5.* Rota *decis. 224. p. 1. recentiss.* Mucel. Vulpe *in praxi, cap. 34. n. 12.* In hoc tamen etiam prævalet consuetudo Ecclesiarum, ut Archipresbyter, vel Præpositus, aut alia Dignitas Archidiacono, & aliis Dignitatibus præferatur, quia rationabilis esse potest diversa in hujusmodi rebus consuetudo, propter diversas causas, vel officia singulis Dignitatibus attributa, Card. Tusch. *dict. lit. A, concl 982. num. 22.* & exemplum ponit Alex. *cons. 142. Viso processu, lib. 6.* in civitate Paduæ, ubi Archipresbyter præcedit Archidiaconum ex antiqua consuetudine, & sic installat Abbatissas exemptas, & beneficiatos in civitate, Archidiaconus verò beneficiatos extra civitatem. Quæ quidem consuetudo, cùm sit contra Jus Canonicum, debet esse præscripta per quadraginta annos, aliàs non relevat. Barbat. *cons. 5. num. 6. vers. præmitto etiam, lib. 2.* Cotta. *consil. 155. col. pen. lib. 4.* Bart. *cons. 136. lib. 1.* Cravet. *de antiq. tempo-* 38 39 40

rum

rum, 1. *in 4. p. num 9.* ubi *num. 11. seqq.* reprobat Aret. *cons.* 23. refert Card. Tusch. *cons.* 482. *nn.* 24. ubi *num.* 25. cum Alex. *d. cons.* 142. *num.* 6. ait tempus vacantis Dignitatis deduci debere : & *num.* 19. post Gem. *in cap. pen. num.* 6. *de offic. deleg. lib.* 6. dicit quod eadem est consuetudo in Ecclesia Taurinensi, quæ in Paduana, Ratio autem juris communis, cur Archidiaconus Archipresbytero præferatur (cùm alioquin Presbyter Diacono sit superior, *cap. Diaconos, cum seqq.* 39. *dist. cap. statuimus, de major. & obed.*) est quia est Dignitas, & officium, & cùm propter ministerium semper Episcopo adhæreat, ac propterea oculus dicitur Episcopi: Archipresbyteri verò officium non est ministrare, cùm Diaconus, non Presbyter, sit minister. Sicut ergo Diaconus Presbytero, sic Archidiaconus ministrat Episcopo, ac propterea est supra cæteros major apud Episcopum, sicut Cardinales apud Romanum Pontificem majores Episcopis. In aliis verò Dignitatibus Diaconi constituti non debent Presbyteris antefferri, *cap. pervenit, il* 1. 93. *dist.* nisi auctoritatem gerant Prælati majoris, *cap. fin. ead. dist.* Sed ipsi Archidiaconi cavere debent, juxta præceptum *c. fin.* 94. *dist.* ne dominari in Sacerdotibus velint, nec in Clericos tyrannidem exercere : quod nec ipsis Episcopis est permissum. 41

Intellige supradictam resolutionem, quatenus debet Archidiaconus præcedere Archipresbytero, ut procedat in administratione, cùm in divinis Archipresbyter procedat Archidiacono. Gloss. *verb. subesse, vers. sed duas, in cap.* 1. *de officio Archipresbyteri*, Boër. *de auctoritate magni Concilii, num.* 73. Anton. de Prætis *in clypeo Patroralis officii, cap.* 637. Gam. *Lusit. decis.* 1. *num.* 47. Menoch. *consil.* 51. *n.* 56. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *num.* 35. Hermosil. *ad Gregor. Lopez ad gloss.* 2. *prol. part.* 5. *num.* 72. novissimè Theodos. de Rubeis *in singularib. Rota, tom.* 2. *part.* 4. *tit. de præcedent. Protonot. num.* 11. *pag.* 488. Contelor. *de præcedent. num.* 63. Ferrus *dict. tract. quæst.* 5. *n.* 12. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 556. *in* 2. *edit. & part.* 4. *ejusdem praxis, resol.* 394. *num.* 1. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 114. nisi Archidiaconus sit in Presbyteratus Ordine constitutus, Bero. *consil.* 22. *num.* 31. *lib.* 1. Card. Tusch. *d. lit. A, concluf.* 482. *num.* 16. Barbat *consil.* 5. *per tot. lib.* 2. Rot. *dec.* 244. *num.* 2. *cum seqq. part.* 1. *recentiss.* Lotter. *dict. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 115. Marcel. Vulpe *in praxi, cap.* 34. *num.* 13. quia tunc cùm sit par etiam in Ordine, & major in administratione, debet præcedere Archipresbytero, absente Episcopo, in celebratione Missarum, in diebus solemnibus, & aliis relatis in quadam decisione sacræ Congregationis Rituum in una Regiensi, 9. Decembris 1600 cujus meminit Cardin. Tusch. *loco proximè citato*, quæ ita habet : *Censuit sacra Congregatio Archidiaconum Ecclesiæ, qui prima Dignitas post Pontificalem extitit, & Sacerdos nunc est, non quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione, in decantatione Missarum in diebus solemnibus, delatione sanctissimi Sacramenti, benedictione candelarum, cinorum, & palmarum, & aliis hujusmodi actibus, & functionibus Sacerdotalibus, Episcopo absente, præferendum esse Archipresbytero, neque allegatam consuetudinem, qua legitimè probata non fuit, eadem Archipresbytero ad excludendum Archidiaconum Sacerdotem, in casu de quo agitur, suffragari.* Refert etiam Marc. Anton. Genuens. *in sua praxi Archiepiscopatus. Neapol. cap* 52. *in novissima editione*, & de illa meminit Marcel. Vulpe *dict. cap.* 37. *num.* 13. *in fine.* 42

In Metropolitani Ecclesia Barensi quatuor adesse dignitates, nempe Archidiaconum, Archipresbyterum, & duos Primicerios sacræ Rituum Congregationi narratum est, & pro parte Archidiaconi petitum, ad quam ex dictis dignitatibus pertineret semper sanctissimum Sacramentum, absente, vel impedito Archipiscopo, in solemni ejus festivitate, & per Octavam in processione deferre, & Missas, ac Vesperas Pontificales cantare diebus in quibus Archipiscopus, si esset præsens, vel non impeditus, cantaret, nec non Missas, & Vesperas infra annum distribuere. *Eadem sacra Rituum Congregatio, ut sæpe aliàs in similibus, ita nunc declaravit, munia predicta absente, vel impedito Archiepiscopo ad primam dignitatem, vel eâ impeditâ, ad secundam, & successivè ad tertiam, vel quartam, & omnibus dignitatibus absentibus, vel impeditis, ad primum, vel secundum Canonicum pertinere, sub die* 19. *Ianuarii* 1608 Idem fuit decisum in una Pisaurensi, 21. Martii 1609. & in Lamacensi, 11. Novembris 1614. & in Aretina 30. Januarii 1610 nisi ad alium pertineat absente Episcopo prædictas functiones facere juxta Ecclesiæ constitutiones, & antiquam, ac immemorabilem ejusdem Ecclesiæ consuetudinem, ut alias censuit eadem sacra Congregatio in una Juvenacensi, 9. Maii 1609. 43

Idem quoque fuit resolutum in Rota in una Viterbiensi celebrationis Missarum, 11. Decembris 1609. coram bonæ mem. Cardin. Sactato, quam decisionem, quia in hac materia singularis est, hîc de verbo ad verbum transcribere opera pretium dixi, prout sequitur. *Stante quod modernus Archidiaconus Viterbiensis est Sacerdos, dubitavi an in celebratione Missarum solemnium absente Episcopo ipse sit præferendus Archipresbytero. Et licèt pro resolutione ad favorem Archidiaconi sufficere viderentur decisiones sacræ Congregationis super Ritibus quæ habentur, nec in Rota contra illas fuisset aliquid unquam attentatum ; nihilominus quia informantes pro Archipresbytero inculcabant multas juris conclusiones, quibus instabant satisfieri per decisiones Rotales, juxta constitutionem Pii IV. ac etiam super hoc porrexerunt Memoralia Sanctissimo, qui jussit fieri justitiam, Domini examinanda quæstionem censuerunt pretensionem Archidiaconi esse justam, & benè fundatam auctoritate, & ratione, Auctoritate Host. in cap.* 1. *n.* 5. *versic. quid si Archidiaconus. de offic. Archipresb quem ibi sequuntur Ioan. And. Arch. Butr. & alii passim. Et vanitas dicebatur dicere, quod Host. non loquatur de celebratione Missarum, sed de simplici precedentia, in quibus ponit regulam Officii celebrationis Missarum ad favorem Archipresbyteri, & posteà formar quæstionem, quid si Archidiaconus esset Sacerdos : & tunc dicit quod Archipresbyter ei cedere debet quod est intelligendum retentis eisdem terminis, & ut excetio sit de regula, & sic ut cedat quoad celebrationem Missarum : & facit quia distinctio, an sit Sacerdos, vel ne, minimè erat necessaria quoad præcedentiam, cùm nemo sit qui nesciat præcedentiam deberi per Archipresbyterum Archidiacono, & ita post Hostiensem intelligunt Bero. cons.* 22. *num. lib.* 2. *Card. Tusch. in dict. verb. Archidiaconus, concluf.* 482. *num.* 15. *Eandem conclusionem ad favorem Archidiaconi firmat gloss. in capite Pontifices, vers. quæ licita, junctâ gloss. in vers. quæ Sacerdotes,* 7. *quæst.* 2. *& ne videretur oblita casus, in quo adesset Dignitas Archipresbyteralis, allegat textum in c. perlectis,* 25. *dist. ubi de* 44

Archipresbytero, & illius officio sit particularis mentio. Ratio etiam non videtur deficere pro Archidiacono, quippe quia ipse simpliciter loquendo est dignior & eminentior Archipresbytero, & ob hanc rationem illi in Ecclesia, & extrà præcedere debet, in admittunt omnes in dicto cap. 1. & latius prosequitur Barbat. consil. 5. lib. 2. per tot. Conveniens igitur videtur majestati sanctissimi Sacramenti, & decentia Ecclesia, ut per digniorem celebretur, nisi alias obstet defectus Ordinum.

45 *Non obstat, quod hoc minùs specialiter reperiatur demandatum Archipresbytero, d. cap. 1. vers. in Episcopi absentia, quia non propterea prohibetur Archidiacono, si ex aliis juris regulis potest ad illum spectare, & non est novum in jure, quod idem officium pluribus competat, ordinativè tamen, ita ut unus alteri præferatur, ut in terminis celebrationis Missarum prosequitur Bero. cons. 22. num. 23. cum pluribus seqq. lib. 1. Non etiam obstat, quod celebratio Missarum sit de iis, quæ spectant ad Ordines, & in istis Archipresbyter dicatur major Archidiacono. Gloss. Hostiens. & alii in dict. cap. 1. quia Doctores loquuntur cum præsupposito, quod Archidiaconus sit, qualis necessitas illius Dignitatis illum expostulat, hoc est simplex Diaconus; non enim ex necessitate tenetur suscipere Sacerdotium, cap. gesta, cap. ubi, 64. dist. cum concord. secus si sint Sacerdos, quia tunc respectu Ordinis non est amplius major, sed par, ut benè seipsum declarat Host. in d. cap. 1. num. 5. vers. cùm sit par in ordine, quem alii sequuntur. Et facit, quia ordo sacerdotalis non inest dignitati, sed personæ, in cujus anima imprimitur character: & licèt una Dignitas requirat personam majoris Ordinis, quàm altera, non propterea loquendo propriè dici potest, quod una Dignitas sit Ordine Sacro major, quàm altera. Atque hinc corruit aliud fundamentum, quod qualitas Sacerdotis sit accidentalis, cùm illum ex necessitate sua Dignitatis non teneatur suscipere, proinde non sit attendenda, ad notata in l. qui habent, ff. de tutel. quia Ordo sacer, si verè attendantur persona, utrique inest, si considerentur sola Dignitates, nullo modo eis inest accidentaliter. Unde cum in hoc sint pares, illa debet præferri, quæ in cæteris est dignior, per prælegata, & ita concluſum fuit.* Hactenus Rota, quæ decisio reperitur impressa inter recentissimas, p. 1. *decis.* 244.

46 Sed poterit dubitari, an impedito, seu nolente Episcopo Missas Pontificales per seipsum celebrare, possit id munus alteri sibi beneviso pro debito voluntatis demandare; In quo dubio sacra Rituum Congregatio in una Algarensi, sub die 20. Februarii 1601. censuit non posse in præjudicium primæ Dignitatis, ad quam spectat: & ita in Puteolana præeminentiarum, sub die 6. Decembris 1617. &
47 in Melitensi, 4. Aprilis 1615. Nec ipsa prima Dignitas pro libito in locum suum alium sibi benevisum Canonicum, aut Dignitatem substituere poterit, sed in eo munere proximiorem Dignitatem succedere, & deficientium vices ab aliis immediatè succedentibus suppleri debere declaravit eadem sacra Rituum Congregatio in una Andriensi, eodem die, & anno, & in una civitatis Castellanæ oppidi Arignani, sub die 22. Januarii 1618. & alia Andriensi, etiam 22. Januarii 1618.
48 junctis per me adductis infrà *cap.* 31. Quamvis ipsa prima Dignitas sit coadjutor cum futura successione, quia adhuc ex forma litterarum coadjutoriæ ad eum spectabat, absente coadjuto, illas functiones actus, & jurisdictiones facere & exercere in omnibus, quas faceret ipse coadjutus, si præsens esset, ut declaravit eadem S. Congr. in una Paduana, 14. Februarii 1615.

Verùm quando de eadem Cathedrali concurret in funeralibus Archidiaconus, qui est prima Dignitas, & Archipresbyter, qui est secunda, & cui incumbit cura animarum, & defert stolam, quique in Ecclesia dum facit officium, præcedit, an debeat etiam in via præcedere, nullâ probatâ ex alterius parte consuetudine: Sacra Rituum Congreg. in una Troiana nullius, sub die 4. Maii 1614. declaravit dandam esse præcedentiam Archipresbytero ratione stolæ: refert Jul. Lavor. *var. lucub. tom. 1. tit. 2. c. 3. n. 211.* 49

Archidiaconus, si sit prima Dignitas, debet exercere officium Presbyteri assistentis cum pluviali Episcopo celebranti, juxta formam Cæremonialis, illique Candelam, & Palmam benedictam ministrare, si sit in Sacerdotali Ordine constitutus: eadem S. Rituum Congreg. in una Reatina 10. Januarii 1609. ubi etiam quod recusans cogendus est pœnis & censuris: & in Brixiensi, 28. Maii 1616. 50 51
Et dum in assistentia est apud Episcopum, intelligitur præsens in Choro, tam in Ecclesia Cathedrali, quàm in alia, ut in una Camerinensi, 15. Martii 1608.

Archidiaconus, qui sustinet Baculum Episcopi dum celebrat solenniter, thurificandus est immediatè post Diaconos assistentes, ut censuit eadem sacra Rituum Congreg. in una Bracharensi, 28. Aprilis 1607: quamvis sit primus Archidiaconus, & alias prærogativas habeat, in eadem, 19. Januarii 1608. 52

Archidiaconus, qui fit ex privilegio Protonotarius, non lucratur fructus, & distributiones sui Archidiaconatus, si cum habitu Protonotarii in Ecclesia, Choro, & Processionibus, ac divinis Officiis assistat: & si voluerit in sua Ecclesia uti habitu Protonotarii, reputatur tanquam extraneus, & ei locus assignandus est, non inter Dignitates, & Canonicos, sed post Abbates. Et 53 54
non potest in publicis functionibus in assistentia Episcopi, ac aliis actibus sibi tanquam Archidiacono competentibus, uti habitu Protonotarii, sed suo habitu Canonicali, ut censuit eadem sacra Rituum Congregatio in una Asculana in Apulia, 6. Martii 1610.

Et licet Archidiacono solita sedes in Choro adimi non possit, attamen Vicarius Episcopi illum tam in Choro, quàm ubi libet præcedere debet, ut declaravit sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita in una Theatina, 6. Julii 1618. & sentiunt Joan. de Annona *sing.* 28. Seraph. *dec.* 639. *n.* 10. Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Vicarius*, §. 15, novissimè Mich. Ferrus *de præcedent. Eccles. q. 5. n.* 8. ubi *n.* 6. distinguit, quicquid contrarium teneat, Menoch. *cons.* 51. & *decis.* 257. *à num.* 1. nam Vicarius generalis absente Episcopo debet habere primum locum super 55 56
omnes Dignitates, & Canonicos, non obstante consuetudine, aliisque in contrarium, sicut censuit sacra Rituum Congregatio in una Andriensi, 7. Augusti. 1610. & in alia Ferrariensi, 20. Decemb. 1614: & in Melitensi. 13. Julii 1619. ubi quod præcedit Capitulo, & Clero.

Vicarius verò foraneus ratione sui officii nullam habet præcedentiam in Choro, sessionibus, processionibus, & aliis actibus, & functionibus Ecclesiasticis supra Archidiaconum, seu Archipresbyterum, & alios Presbyteros ipso Vicario antiquiores, & digniores; sed debet Vicarius stare, sedere 57

te; & incedere in loco suæ receptionis, & dignitatis, ac si non esset Vicarius, tam cum stola, quàm sine illa, non obstante quacunque ordinatione Episcopi in contrarium, præterquam in congregationibus, quæ singulis mensibus de mandato Episcopi fiunt, in quibus tanquam Episcopi delegatus præcedere debet omnibus, non tamen in processionibus, Missis, & aliis, quæ fiunt ante Congregationem. Ita declaravit sæpissimè eadem sacra Rituum Congregatio *in Brundusin.* 17. *Novembris* 1600. *Marsien.* 11. *Aprilis* 1601. *Regien.* 2. *Martii* 1602. *Tropien.* 25. *Ianuarii* 1602. *Neocastr.* 23. *Aprilis* 1607. *Licien.* 16. *Octobr.* 1604. *Tran.* 19. *Ianuarii*, & 24. *Septembris* 1605. *Umbriatic.* 25. *Februarii* 1606. *Algaren.* 17. *Novembris* 1607. *Nucer.* 25. *Iunii* 1611. *Leocin.* 7 *Iul.* 1612. *Hydruntin. Soleti*, 1. *Martii* 1613. *Licien.* 13. *Februarii* 1614. *Mediolanen. Corbetta*, 3. *Nov.* 1616. *Compsan. terræ Auletæ*, 12. *Mart* 1618. *Messanen. terræ Castri*, 7. *Septemb.* 1618. *Spoletan. terræ Cascia*, 23. *Martii* 1619. *Messanen. terræ Nugarę*, *eadem die*, §. *Severi oppidi turris majoris*, 20. *Aprilis* 1619 *Messan. Castri Regalis*, 28. *Septemb.* 1619. *Syracusana* 22. *Augusti* 1620. *Muren.* 30. *Mart.* 1612. *Salernit.* 27. *Martii* 1628. *Neritonen.* 22. *Decemb* 1629.

58 De dignitate, officio, & jurisdictione Archidiaconi, qui plura scire cupit, legat legem 4. *tit.* 7. *p.* 1. Lancel. Contad. *in templo omnium judic. lib.* 2. *c.* 8. Guillelm. Duaren. *in speculo juris, lib.* 4. *sub titul. de officio Archid.* Sarmient. *lib.* 3 *select. c.* 15. Grammat. *decis.* 64. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. & 2. *verb. Archidiaconus*, Læl. Zech. *de Republ. Eccles. tit.* 24. *num.* 13. *cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 25. *cap.* 10. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 14. Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana*, *lib.* 3. *cap.* 10. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1618. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 482. Nicol. Grac. *de benef. part.* 7. *cap.* 7. *n.* 36. *cum seqq.* Galganet. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 21. Sebast. Cæsar. *de Eccles. hierarchia p.* 3. *disp.* 11. §. 1. *de Archid.* Sbroz. *de offic. Vicarii*, *lib.* 1. *q.* 2. *à n.* 16. & *lib.* 2. *quæst.* 25. *per tot.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 84. & 85. Anton. Fabric. *in praxi Eccles. benef. titul. de benef. cum Dignitate, personatu, & offic. à n.* 23. Valer Riginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *c.* 3. *n.* 49. & novissimè Michaël Ferr. *in tract. de præcedent. Ecclesiast. q.* 5 *per tot.* novissimè Didac. Narbona *in tract. de state ad omnes humanos actus req. ann.* 25. *quæst.* 61. Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4 *part.* 4. *tract.* 7. *docum.* 5.

CAPUT XXV.

De Archipresbytero.

SUMMARIUM.

1 *Archipresbyter post Archidiaconum habet dignitatem*, & n. 4.
2 *Archipresbyter dicitur quasi Presbyterorum primus, sive præfectus.*
3 *Archipresbyter vocatur Decanus Presbyterorum.*
5 *Archipresbyter est duplex, unus urbanus, & alius ruralis.*
6 *Urbanus Archipresbyter est qui in Urbe degens dignitate præest in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia.*
7 *Ruralis, vel foraneus Archipresbyter est qui in jure Ecclesiæ præest Parochiali, seu Plebanię.*
8 *Decanus solet appellari omnis ille, qui alicujus ordinis primus est.*
9 *Officium Archipresbyteri civitatis in Cathedrali Ecclesia, quod sit de jure communi, ostenditur.*
10 *Missas distribuit inter dignitates, & Canonicos Archipresbyter, non semper uni, sed successivè per ordinem.*
11 *Archipresbyter non potuerit, vel noluerit celebrare Missas sibi incumbentes, non potest pro suo arbitrio eas alteri delegare, sed alia dignitates, & Canonici per ordinem subintrant in ejus locum.*
12 *Archipresbyter non debet se intromittere in regimine chori, quod ad solum Cantorem pertinet.*
13 *Archipresbyter quamvis sit prima dignitas in choro, debet tamen cedere primum, ac digniorem locum celebranti.*
14 *Archipresbyter quomodo dicatur* in c. 2. de offic. Archipr. *Sacerdotibus Cardinalibus præsse, ostenditur.*
15 *Episcopo solemniter celebranti assistit Archipresbyter, & Sacerdotibus tunc præcipit, ut sacris se vestibus induant.*
16 *Pœnitentes in feria quarta Cinerum ab Ecclesia expellit Archipresbyter, & feriâ quinta in Cœna, cum reconciliantur, Episcopo repræsentat.*
17 *Fontes benedicit Archipresbyter, & Pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro Episcopo, eo infirmo, vel absente ministrat.*
18 *Archipresbyter est quasi parochialis Sacerdos omnium post Episcopum, videlicet in administratione Sacramentorum.*
19 *Cathedralis dicitur Parochia totius civitatis, vel diœcesis.*
20 *Archipresbyter omnibus de Diœcesi Sacramenta administrare potest.*
21 *Confessione omnium de Diœcesi audit Archipresbyter, & absolvit, præterquam à casibus Episcopo reservatis.*
22 *Pœnitentes solemniter, Episcopo inconsulto, non absolvit. vel reconciliat Archipresbyter.*
23 *Pœnitentiarius hodie in singulis Cathedralibus decreto Concilii Trid. institui jubetur ad Confessiones pro Episcopo audiendas.*
24 *Vicarius natus Episcopi quoad spiritualia dicitur Archipresbyter.*
25 *Jurisdictio, & aliorum cura Archipresbytero incumbens per contrariam consuetudinem hodie sublata videtur.*
26 *Officium Archipresbyteri hodie secundum consuetudinem Ecclesiarum attenditur.*
27 *Archipresbyter ruralis eam habet auctoritatem propter Parochiale officium, quam ei Episcopus dare voluerit.*
28 *Archipresbyteri officium non omnis Plebanus habet, sed is tantùm, quem Episcopus statuerit.*
29 *Archipresbyteri præferendi sunt in processionibus Vicariis Parochialium Ecclesiarum.*
30 *Vicarius non dicitur possidere nomine proprio, sed ejus à quo deputatur.*
31 *Archipresbytero ratione stolæ debetur præcedentia.*
32 *Decisio sacræ Rotæ Romanæ refertur.*
33 *Archipresbyter nullam habet judicialem jurisdictio-*

dictionem in suo Archipresbyteratu sed omnia debet referre Episcopo, nec aliquid contra ejus decreta ordinare potest.

34 *Archipresbyter in Parochianos non habet jurisdictionem fori contentiosi, sed tantùm pœnitentialis.*

35 *Archipresbyter non potest inobedientes coërcere, atque pœnam injungere, sed omnia debet Episcopo denuntiare ad effectum, ut contra eos, prout ipsi visum fuerit, procedat.*

36 *Archipresbyter potest amicabiliter, & non per viam juris jurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in sua Ecclesia componere.*

37 *Archipresbyter minora, seu minima, quæ expediri possunt absque figura judicii, per se ipsum determinare potest.*

38 *Doctores referuntur de dignitate, officio, & potestate Archipresbyteri agentes.*

1 ARchipresbyter post Archidiaconum primam habet dignitatem, ut probat textus *in cap. ult. de offic. Archipr.* & Archipresbyteratus dignitatem sonat jure communi attento, ut suprà dictum est *cap. 4. n. 5. & 6.* & *ibi* citatis addo Rot. *decis.* 683. *n. 2. part. 1. recentiss.* & sic est major, & dignior Cantore, Gregor. XV. *dec.* 482. *n. 2.* Unde quemadmodum inter Episcopos Episcoporum primus, sive antiquissimus dici cœpit Archiepiscopus, & inter Diaconos primus, sive cæteris antiquior dictus est Archidiaconus, ita primus Presbyterorum Archipresbyter vocatur, quasi Presbyterorum primus,
2 sive præfectus, Petr. Gregor. *syntagm. juris part. 2.*
3 *lib. 15. cap. 21. n. 1.* ubi ait, quod à Presbyteri no-
4 mine Archipresbyter dicitur, qui Sacerdotibus, seu Presbyteris certis quibusdam de causis præponitur. Mart. *in votis novissi. decis. voto 77. num. fin.* Reginald. *in praxi lib. 30. tract. 3. num. 49. vers. 6.* ideo vocatur Decanus Presbyterorum à Rot. *decis.* 535. *n. 2. d. p. 1.* & olim sicut post Episcopum Archidiaconus honore, dignitate, & jurisdictione primus erat, sic post Archidiaconum proximus est Archipresbyter, unde & post titulum *de Offic. Archidiaconi*, proximè sequitur titulus *de offic. Archipresbyteri.* Ita Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 15. q. 1.* Sebast. Cæsar. nobilis Lusitanus, *in doctissima sua relectione de Ecclesiast. hierarch. p. 3 disp. 12. §. 2. n. 1.* Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benef. cum Dignitate, num. 30.*

5 Est autem duplex Archipresbyter, unus urbanus,
6 & alius ruralis, seu foraneus: urbanus est, qui in urbe degens dignitati præest in Cathedrali, vel Col-
7 legiata Ecclesia; ruralis verò, vel foraneus, qui in rure Ecclesiæ præest Parochiali, seu Plebaniæ, *cap. si in plebibus, 63. dist.* novissimè Mich. Ferrus *in tract. de*
8 *præcedent. q 6. n. 1.* & hic propriè videtur dici Decanus, *cap. ad hæc, in fine, de offic. Archid.* non quòd necessariò decem præesse debeat, sed quia facta translatione à perfectione denarii muneri, Decanus solet appellati omnis ille, qui alicujus Ordinis primus, & præcipuus est, Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 15. c. 21. n. 13.* Sebast. Cæsar. *d. §. 2. n. 9.* Valer. Reginald. *citato loco.*

9 Officium Archipresbyteri civitatis in Cathedrali Ecclesia de jure quidem communi est primò curare, ut cæteri Sacerdotes divina officia, & Missas ritè celebrent, & eorum vitæ, & moribus ac correctioni post Episcopum præest, sicut Archidiaconus cæteris Clericis, & eorum necessitatibus, provident, *cap. perlectis, vers. Archipresbyter, 25. dist. cap. 1. 2. & 3. de offic. Archipresbyt.* Azor. *dict. cap. 25. quæst. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. c. 3. n. 49. vers. sexta*, Ascan. Tambur. *de jure Abbatum, tom. 1. disp. 25. q. 4. n. 3.* Michaël. 10
Ferrus *d. q. 6. num. 1.* Galganet. *de jure public. lib. 3. tit. 22. à num. 3.* Sebast. Cæsar *d. §. 2. n. 5.* & Missas distribuit inter Dignitates, & Canonicos, non semper uni, sed successivè per ordinem, nempe solemniores inter Dignitates, & solemnes inter Canonicos, servatâ eorum prærogativâ, ut omnes honorentur, prout censuit sacra Rituum Congr. in una Tarentina Cryptaliarum, 27. Februarii 1610. & in eadem Tarentina Cryptaliarum, 24. Oct. 1609. fuit resolutum, Archipresterum habere jus distri- 11
buendi Missas, ipso impedito, secundæ Dignitati, & deficientibus Dignitatibus, primo Canonico, & sic per Ordinem successivè: unde si ipse non po-
tuerit, vel noluerit celebrare, non potest suo arbi- 12
trio Missas alteri delegare, sed Dignitates, & Canonici per Ordinem debent subintrare ejus locum, ut suprà dictum est, in dicta Tarentina, 3. Septembr. 1605. ubi etiam fuit dictum, quod non debet se intromittere in regimine Chori, quod ad solum Cantorem pertinet; & quamvis sit prima Dignitas in Choro, debet tamen cedere primum, ac digniorem locum celebranti. Eadem sacra Rituum Con- 13
gregatio *in una Arborensi in Sardinia, 27. Julii* 1601.

Archipresbyterum etiam Sacerdotibus Cardi- 14
nalibus præesse, & eorum ministerium, & vitam providere, ait Leo Pont. *in cap. 2. de offic. Archipr.* quod ad Sacerdotes principales referendum esse explicat ibi Glossa. Sed qui sint isti principales, seu Cardinales Sacerdotes, qui Archipresbyteris subsunt, non dicit: ideo rejectis latè traditis per Quintanad. *Ecclesiast. lib. 4. ex n. 42.* non malè, ut ipse credit, explicat Duaren. *de Sacris Eccles. ministr. lib. 1. cap. 8. & 15.* dum interpretatur loqui Pontificem de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, qui cum Episcopo rem divinam faciunt, atque unum corpus constituunt, & in hunc sensum dicuntur Cardinales Sacerdotes, tanquam principales, eo maximè, quia textus ille agit de illis, qui per singulas horas solemne agere debent officium per totum anni cursum, quod Canonicis incumbit Cathedralium, & de his magis agere videtur dictus textus à Quintanad. *citato loco* relatus *in cap. fraternitatem, 71. dist.* ibi, *Ecclesiæ tuæ Deo propitio constituere Cardinalem.* Alloquitur enim ibi Gregorius Episcopum Neapolitanum, & in ejusdem Ecclesia jubet constitui Gratianum Diaconum Cardinalem, quod ad Parochos adæquatè, & propriè referri non potest.

Secundò, Episcopo solemniter celebrant; assistere, 15
& Sacerdotibus tunc præcipere, ut sacris se vestibus induant, & quomodo ad Missam procedere debeant, *cap. officium, de offic. Archipresb.* Azor. *d. cap. 25. q. 3.* & absente, vel infirmo Episcopo ad vicem ejus Missarum solemnia, & divina officia celebrare, *d. cap. perlectis, c. 1. & 2. de offic. Archipresb. cap. Pontifices*, & ibi Gloss. 7 *q. 1.*

Tertiò, feriâ quartâ Cinerum, cùm pœnitentes 16
ab Ecclesia expelluntur, eorum capitibus cineres imponere: item feriâ quintâ in Cœna Domini, cùm reconciliantur in ingressu Ecclesiæ, eos Episcopo repræsentare. Pont. Rom. *p. 2. tit. de expulsi. publ. pœnit. feriâ quartâ Cinerum, pag. 543.* Castald. *in praxi Cæremon. lib. 1. sect. 8 cap. 7. n. 5.*

Quartò, in absentia Episcopi, vel ipso infirmo 17
Fontes benedicere, & Pœnitentiam, aliâque Sacramenta pro ipso Episcopo ministrare, *d. c. 1. de offic. Archipr.*

Archipr. & ipſi ſpecialiter cura incumbit in communicatione Corporis & Sanguinis Domini, *dict. cap. Officium*, juncta Gloſſ. *eod. tit.* Azor. *d. cap.* 15. *q.* 3. Et denique ſicut Archidiaconus Epiſcopo, in his, quæ ad miniſtri officium pertinent, ex officio adjuvat, ita Archipresbyter in his, quæ ad munus Sa-
18 cerdotis ſpectant, eidem inſervit, *cap.* 1. 2. & 3. *eod. tit.* & eſt quaſi Parochialis Sacerdos omnium poſt Epiſcopum, in adminiſtratione videlicet Sacramentorum, *cap. in capite*, 30. *diſt. d. cap. Officium*, ubi Gloſſ. *verb. à foris.*

19 Dignitate enim præeſt, & habet curam animarum in Cathedrali, quæ Parochia totius civitatis, & diœceſis dicitur. Ubald. *p.* 1. *cap.* 1. *n.* 5. Gutier. *canon. qq. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 24. *ſeq.* Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *n.* 64. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 24. *verſ. circa feſtum*, Card. *in Clem. Dudum*, §. *verùm, de ſepult.* quem refert Bellet *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de bonis Cleric.* §. 3.
20 *num.* 43. Nam & ipſe omnibus de diœceſi Sacramenta miniſtrat. Gloſſ. *verb. ſubdito*, *in cap.* 2. *de pœnit. lib.* 6. Ant. Cuch. *lib.* 5. *inſt. major. tit.* 4. *n.* 168. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 27. *n.* 1. Galet. *in margarita caſuum Conſcientiæ*, *verb. Sacramentum* 2. ac proinde Confeſſiones omnium de diœceſi audit,
21 & abſolvit, ac pœnitentialis injungit, *d. cap. officium.* Azor. *d. cap.* 15. *q.* 8. *verſ. quare*, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. Oldrad. *conſ.* 230. *n.* 2. *in fine*, præter quàm in caſibus Epiſcopo reſervatis ſine ipſius authoritate, ſecundùm Hoſt. & Joan. Andr. *in cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. in* 6. Sylveſt. *in ſum. verb. Archipresbyter*, *q.* 2. *d. cap.* 15.
22 *quæſt.* 8. Nec ſolemniter pœnitentes eo inconſulto abſolvit, vel reconciliat. Gloſſ. per textum ibi *in d. cap. officium*, *cap.* 2. *eod. tit.* Sed hodie ex decreto Concilii Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 8. *verſ. pœnitentiarius*, proprius Pœnitentiarius in ſingulis Ca-
23 thedralis inſtitui jubetur ad Confeſſiones pro Epiſcopo audiendas, de quo multa videbis apud Salaz. de Mendoza *in libello de inſtitut. Canonicatus Pœnitentiaria*, Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c* 4. *n.* 140. *cum multis ſeqq.* Novar. *in fin. Canon. concl.* 17. & plures alios per me citatos *de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 55.

24 Et quoad ſupradicta ſpiritualia dicitur Archipresbyter Vicarius natus Epiſcopi. Gloſſ. *verb. ſuo ſubdito*, *in d. cap.* 12. *de pœnit. & remiſſ. lib.* 6. Bald. *conſ.* 161. *Caſus ſuper quo*, *n.* 11. *lib.* 2. Card. Tuſch. *tom.* 1. *litt.* A, *concluſ.* 485. *n.* 2. Bero. *in rub. de off. deleg. num.* 9. & *conſil.* 22. *num.* 3. *volum.* 1. Decian. *reſp.* 16. *num.* 20. *vol.* 3. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. *verſ. ſexta*, Sbroz. *de offic. Vicarii lib.* 11. *q.* 3. *num.* 18. & *lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 2. Azor. *d. cap.* 15. *quæſt.* 4. *verſ. alter verò*, Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 1. *n.* 26. *verſ. ratio*, Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcop. p.* 1. *num.* 22. & ordinatia lege, ratione Officii, & Dignitatis, ſibi tributâ fruitur juriſdictione. Gloſſ. *verb. referant*, *in cap. ult. de offic. Archip.* Azor. *d. cap.* 15. *quæſt.* 6. Narbona *d. part* 1. *num.* 30. Monet. *d. quæſt.* 1. *n.* 26. *in fine.*

Verùm in his omnibus Archipresbyteri juriſ-
25 dictio immiouta videtur, quæ ad Vicarium tunc Epiſcopi ſpectat, & ſic juriſdictionem, & aliorum curam Archipresbytetio incumbentem per contrariam conſuetudinem hodie ſublatam videri refert. Monet. *dict. quæſt.* 1. *num.* 28. ut de Archidiacono diximus, & ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum ejus Officium attenditur, quia gene-
26 raliter in hæc materia exaudiendam eſſe conſuetudinem firmarunt Hoſt. *in ſine ſum. d. titul. de offic. Archipresbyt.* Rot. *dec.* 6. *de prabend. in novis*, Boër. *dec.* 286. *n.* 5. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 26. & *part.* 5. *cap.* 1. *n.* 256. *cum ſeqq.* quamvis à jure communi id retinere videatur, quòd Epiſcopo celebranti aſſiſtat, & fontes conſecret, & ſimilia Sacramentalia exequatur. Pont. Roman. & Caſtald. *citatis locis.*

Archipresbyter ruralis eam habet auctoritatem 27
præter Parochiale Officium, quam ei Epiſcopus dare voluerit: vide *cap. cùm ab Eccleſiarum*, *de offic. Ordin.* Et in Concil. Trident. *ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 2. ſalubriter diſponitur, ut Archipresbyter, & alii curam animarum habentes, diebus ſaltem Dominicis, & feſtivis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, docendo ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciandóque eis cum brevitate, & facultate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes quas ſectari oporteat. De jure autem communi, de quo *in cap. fin. de offic. Archipr.* præeſt plebibus, ut ſcilicet non ſolùm imperiti vulgi ſolicitudinem gerat, verùm etiam Presbyterorum, qui per minores Eccleſias habitant, & quâ unuſquiſque induſtriâ divinum opus exerceat, Epiſcopo ſuo denunciet: nihil autem eo inconſulto, nec contra eius decreta facere debet. Ita Duaren. *de ſacris Eccleſiæ miniſt. lib.* 1. *cap.* 8. Petr. Gregor. *d. lib.* 15. *cap.* 21. *n.* 14. Azor. *d. cap.* 15. *q.* 4. *verſ. alter*: Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 2. *num* 2. Valet. Reginald. *d. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 49. *verſ. ſexta.*

Unde non omnis Plebanus habet hujuſmodi 28
Archipresbyteri officium, ſed is tantùm, quem Epiſcopus ſtatuerit: & hi vocari ſolent Viſitatores, aut Vicarii foranei, quorum operâ Epiſcopus in tota utitur Diœceſi, *cap. ult. de offic. Archipresbyt.* Sunt autem Archipresbyteri præferendi 29
in Proceſſionibus Vicariis Parochialium, ut cenſuit Rot. *deciſ.* 316. *Fuit concluſum*, *part.* 2. *diverſ.* ex eo, quiâ nomen Archipresbyteratus de jure ſonat dignitatem Rot. *dec.* 9. *d. prabend. in novis*, *& dec* 1. *de offic. Archipresbyt. in antiq.* Vicarius 30
verò non dicitur poſſidere nomine propter ſed ejus, à quo deputatur. Vitalin. *in Clem. unic. n.* 22. & 23. *de officio Vicarii*, Lap. *alleg.* 1. *num.* 7. *verſ. ſecus in temporalibus*; & potentius eſt jus, quod quis habet jure proprio, quàm alieno. Jaſ. *in l. more*, *n.* 4. *de juriſdict. omn. judic.* quem citat Theodoſ. de Rubeis *in ſingul. ex Sac. Rota Roman. deciſionibus ſelectis*, *p.* 1. *circa dec. Lancell. pag.* 343. ubi *pag.* 348. refert in una Pampilonenſi antelationum, 10. Maii 1577. coram Card. Lancell. ſeniore fuiſſe dictum, quod ſicut Archipresbyter debet præferri Vicario Parochialis, ita etiam illi eſt præferendus Clericus dicti Archipresbyteratus. Et Archipresbytero ratione 31
ſtolæ deberi præcedentiam, cenſuit ſacra Rituum Congreg. in nullius, 12. Maii 1612.

Quam autem habeat juriſdictionem Archipres- 32
byter in ſuos Parochianos, Clericos, & Sacerdotes, nullibi meliùs explicatur, quàm in una Materanenſi officii Archipresbyteratus *n.* 11. Decembris 1598. coram Litta, impreſſa per Farin. *poſt lib* 2. *conſil. deciſ.* 119. cujus tenor talis eſt: *Stante reſolutione facta in hac cauſa ſub die* 15. *Iunii proximi præteriti, quod tam Archiepiſcopo, quàm Archipresbytero dandum ſit mandatum de manutenendo, in iis tamen, qua unicuique competunt, tam ex diſpoſitione juris communis, quàm Conc. Trid. hinc deſcendendo ad particularia nondum deciſa dubitatum fuit, an*

circa infrà scripta tria capita esset ita fundata intentio ipsius Archipresbyteri contra Archiepiscopum, ut ei dari debeat mandatum de manutenendo.

33 *Primum caput est, an possit sumere informationes super Matrimoniis à forensibus contrahendis, & illas transmittere Ordinario pro gratia obtinenda, juxta dispositionem Concilii Trident. cap. 7. sess. 24. de reformat. Matrimon. circa quod fuit resolutum Archipresbyterum posse quidem in executionem dicti Concil. Trid. sumere informationes super Matrimoniis à forensibus indistinctè, juxta declarationem Illustriss. interpretum ejusdem Concilii, de qua in sum. Archiepiscopali, n. 5. & ulterius intelligendo de reformatione assumenda extrajudicialiter, & non in figura judicii, nec cum receptione testium formaliter, cùm ista fieri non possint absque jurisdictione, quam Archipresbyter ipse non habet, cùm ejus effectus sit omnia referre ad Episcopum, nec aliquid contra ejus decreta ordinare, ut dixit textus in cap. fin. in fine, de offic.*

34 *Archipresb. ubi expressè Abb. sub num. 1. vers. quæro, an sit Archipresb. Tamen non posse procedere contra quemquam in figura judicii; & facit quia Archipresbyter non habet jurisdictionem fori contentiosi in Parochianos, sed tantùm fori pœnitentialis, ut tenet Petrus de Perus. in tract. de union. Eccles. cap. 7. n. 3. Card. in Clem. 1. q. 2. & 7. de prab. ubi etiam Imol. num. 7. hoc notat.*

35 *Secundum caput est, an possit sibi inobedientes in ejus officio coërcere, eisque pœnam injungere? Circa quod fuit resolutum, eum non posse inobedientes in ejus officio coërcere, nec pœnam eis injungere, cum corrigere, & imponere pœnas absque jurisdictione esse non possit, quam Archipresbyter non habet, licèt habeat facultatem eos amovendi, ut munera eis injungenda præstent, & facienda suo loco, & tempore faciant, prout decet; & in casu inobedientiæ habent facultatem referendi omnia Episcopo ad effectum, ut contra eosdem, prout illi visum fuerit expedire, procedat; ita notat Anchar. in d. Clem. 1. in fine, & alii Canonistæ in cap. 1. & 2. de offic. Archipresb.*

36 *Tertium caput est, an possit furgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in sua Ecclesia componere, & excitantem clamorem in Choro, vel Sacrario punire? Circa quod Domini dixerunt, eum posse amicabiliter, & prout decet bono Religioso, furgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in sua Ecclesia componere, sed non per viam furis: excitantes autem clamorem, vel discordias seminantes in Choro, vel in Sacrario, posse quidem admonere, ut à præditis desistant, sed non propterea eos punire posse; cùm, ut dictum est, jus coërcendi, & puniendi præsupponat jurisdictionem fori contentiosi, quam non habere Archipresbyterum ex suprà dictis liquet.*

37 *Nec supradictis obstare dixerunt Domini, quod Archipresbyter minora, seu minima per seipsum determinare possit, absque eo quod referat Episcopo, ut dicit Gloss. in d. cap. fin. in verb. referre in fine, de offic. Archipresbyt. cujus dictum sequitur Abb. in vers. obliv. quia intelligi de his minoribus, seu minimis, quæ determinare possit absque figura judicii, vel in figura judicii, secundum tamen ordinem ipsius Episcopi, ut declarant addentes ad dictam Gloss. & probant tantùm verba finalia dicti textus. ibi: Cuncta tamen referant ad Episcopum, ne aliquid contra ejus decreta ordinare præsumant.*

38 De officio, munere, & potestate Archipresbyteri qui plura alia scire cupit, consulat Gregor. Lop. per textum ibi *in l. 8. tit. 6. part. 1.* Lancellot. Contrad. *in templo omnium judic. lib. 2. cap. 11.* Guillelm. Durant. *in speculo furis, lib. 4. sub tit. de offic. Archipresbyt.* Emman. Sà *in aphorism. verb. Archipresbyt.* Duaren. *de sacris Eccles. minist. lib. 1. cap. 8.* Hieron. Roman. *de Repub. Christian. lib. 3. c. 10. vers. succede, fol. 202. verso,* Petr. Greg. *Syntagm. juris lib. 15. cap. 21.* Joan. Garc. *de expens. cap. 9. n. 5. & 6.* Anton. Fabr. *in praxi & Theorica de re benef. tit. 9. de benef. cum dignitate, n. 30. cum seqq.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 4. n. 17.* Læl. Zech. *de Repub. Eccles. tit. 24. n. 14.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 15.* Galganet. *de jure publico, lib. 3. tit. 22.* Sebast. Cæsar. *in relect. de Ecclesiast. hierarch. p. 3. disp. 12. §. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 1. c. 3. n. 49. vers. sexta,* novissimè Mich. Fertus *in tract. de præced. Eccles. q. 6. &* Diac. Narbona *in tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita, ann. 25. q. 60.*

CAPUT XXVI.

De Decano.

SUMMARIUM.

1 *Decanus quare appellatur, qui inter Canonicos alicujus Ecclesia primas tenet.*
2 *Decanus de jure nullam habet jurisdictionem, ac proinde non sonat in Dignitatem, nisi pro tali habeatur.*
3 *Decanus in tota ferè Hispania, & Gallia in Cathedralibus primum locum obtinet, & dicitur major Dignitas post Pontificalem.*
4 *Decanus in Capitulo, & in Collegio habet primam vocem.*
5 *Archidiaconus ubi non adest, in illius locum succedit Decanus.*
6 *Dignitas prima semper est, & vocatur prima Dignitas, licèt Vicarius sedeat in suo loco.*
7 *Dignitas prima habet munus ordinandi processiones intra, & extra civitatem, absente Episcopo, & non Vicarius.*
8 *Decano Capituli, & non Cantor pertinent aliqua præeminentia in Choro.*
9 *Decanatum qui consequi vult, nullo Concilii Trident. Decreto tenetur esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, aut Iure Canonico.*
10 *Dignitas prima post Pontificalem, & principalis in Collegiata non potest esse judex ordinarius, seu delegatus appellationum in Regnis Castellæ, & Legionis.*
11 *Doctores referuntur de officio, & munere Decani agentes.*

DEcanus ille propriè dicitur, qui decem præest viris, teste Gloss. *in rub. de Decanis, lib. 12.* Brisson. *verb. Decanus,* Petr. Gregor. *syntagm. juris part. 5. lib. 15. cap. 21. num. 13.* Angmian. *de legib. libro secundo, controv. 4. num. 9.* Sed translatione facta à perfectione, & præstantia denarii numeri, Decanus dicitur præcipuus inter aliquos ejusdem Ordinis, vel status; sic enim quemadmodum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Canonici, tanquam digniores Decumani appellabantur, ut *in l. non plures, C. de sacrof. Eccles.* ita & is, qui inter Canonicos alicujus Ecclesiæ primas, & principatum tenet, eique præficitur, solet Decanus vocari. Gloss. *verb. ad Decanum, in cap. cùm inter, de elect.* qui in Capitulo honorabilior videtur pars Capituli, *cap. post electionem, de concess. prab. cap. cùm inter*

inter universos, 18 *de elect* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lic.* 32. *tract.* 1. *num.* 48. Inter Cardinales etiam præcipuus eorum D. canus appellatur, & inter Rotæ Auditores honorabiliot Decanus est in capella Papæ, propter ministerium, quod vocatur Mitræ Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benefic. cum dignitate*, *num.* 42. & 43. Petr Gregor. *d. cap.* 21. *num.* 13.

2 Iure tamen communi attento Decanus nullam habet jurisdictionem, ac proinde nec Dignitatem, nisi pro tali habeatur ut diximus supra *cap.* 4. *num.* 31. *& seqq.* Unde de jure Archidiacono præcedere Decano resolvit novissimè Mich.
3 Ferrus *tract. de præcedent. Eccles. quæst.* 5. *num.* 2. In aliquibus tamen partibus, prout in Lusitania, & tota ferè Hispania, & Gallia, locum Archidiaconi, & qui de jure primus est in Cathedralibus obtinet, & tunc dicitur major Dignitas post Pontificalem, hoc est ei post Episcopum major, & principalior Cura, & Collegii administratio competit, ut per Rodet. Zamorens. *in suo speculo humanæ vitæ, lib.* 2. *cap.* 13. Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib.* 30. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 48. ubi refert in omnibus ferè Ecclesiis Galliæ consuetudinem obtinere, ut Decanus habeat jurisdictionem in capitulum, seu Collegium Canonicorum, illique præsit: novissimè Mich. Ferrus *de præcedent. Eccles. q.* 5. *num.* 3. *cum seqq. & q.* 21. *num.* 1. Aloysi. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. part.* 4. *solut.* 394. *num.* 6. Machado *en su perfetto Confessor*, *tom.* 2. *lib.* 4. *part* 4. *tract.* 7. *documm.* 6. *n.* 2. habetque in Collegio primam vocem.
4 Chassan. *in catalogo gloriæ Mundi*, *p.* 4. *consid.* 37. Aloys. Ricc. *dict. resolut* 394. *num.* 6. & ideò Rot. *decis.* 533. *numer.* 5. *&* 6. *part* 2. *recent.* dixit, quod
5 ubi Archidiaconus non adest, in illius locum succedit Decanus. Et quamvis quandoque in jure Archidiacono præferri videbatur Decanus, ut *in cap. ad aure*, § 1. *de rescript.* & patebit si expendas in illa Ecclesia, cujus meminit textus *in cap. eam te, de rescript.* adfuisse Archidiaconi Dignitatem, & tamen in rescripto dumtaxat Decani facta fuit mentio, & reliquæ personæ de Capitulo sub cumulo involucróque verborum fuerunt comprehensæ, ex quo dubium non est, quin Archidiaconus omnibus aliis dignior existat, & post Episcopum primum locum occuper, ipso Decano Ecclesiæ Cathedralis absente, textu expressus *in cap. ad hæc, vers. secundùm, de offic. Archid.* Nihilominus tamen id intelligendum est procedere, & initium sumpsisse non ex lege aliqua, sive Canone scripto, sed ex consuetudine, à qua hæc Decanatus Dignitas originem traxit, fuisséque merum consuetudinis inventum, certissimum est. Cosm. *in pragm. sanct. titul. quomodo divinum, officium*, §. *super his*, *verb. Decanus*, Anguian. *dict. lib.* 2. *controv.* 4. *num.* 6. *&* 7. quoties enim mentio fit in jure de aliquibus Prælatis gratiâ exempli, seu doctrinæ causâ dumtaxat, non debet attendi, nec servari ordo scripturæ, juxta textum *in cap. cum. in cunctis* §. *inferiora*, ibi: *Decanum, Archidiaconum, &c. de elect.*

6 Dignitas prima semper est, & vocatur prima Dignitas, licet Vicarius generalis sedeat in suo loco, ut declaravit S. Rituum Congreg. in una
7 Placentina, 19. Maii 1607. *in* 4. *dub.* Et habet munus ordinandi processiones intra, & extra civitatem, absente Episcopo. Eadem S. Congreg. in una Tarentina, 10. Januarii 1597. Vicario autem præsente, ad illum spectabit: eadem S. Congreg. in Vigilien si, 28. Septembris 1630. & in Bisuntina, 2. Aprilis 1631. & antea in una Tarentina 10. Januarii 1597. At verò novissimè S. Congreg. Rituum in Cassanensi, 5. Martii 1633. censuit munus ducendi, dirigendique processiones absente Episcopo esse Vicarii generalis, & functiones solemnes, quas si Episcopus præsens esset, obiret, Episcopo absente, vel impedito, spectant ad dignitatem de Capitulo, non autem ad hebdomadarium, eadem S. Congreg. Rit. in Pennensi, 13. Februarii 1633. Et Decano majori Dignitati & non Cantori, pertinent 8
aliquæ præeminentiæ in Choro & præsertim mandare incipi Officia, dare ictum in signum incipiendi lectiones, & facere signum exeundi de Choro. Eadem S. Congreg. in una Ulyssbonensi, 2. Septembris 1597. Canonici exire volentes de Choro, ne punctentur, non Cantori, seu Decano digniori de Capitulo in choro existenti venium petere debent, sacra congreg. Rit in dicta Cassanensi, 5. Martii 1633. Vide infrà *cap.* 9. *n.* 12. Majori etiam dignitati competit manutentio in præeminentia. Postius
9 *de manutent. obs.* 45. *n.* 12.

Nullo Concilii Tridentini Decreto statutum est, ut qui Decanatum consequi velit, is necessariò sit Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, aut Jure Canonico, ut rescripsit sacra Congregat. Concilii Archiepiscopo Hispalen si, teste Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *n.* 43. & Zerola *in praxi Episcop. part* 1. *verb. Canonia*, §. 2 *in fine* & Aloys. Ricc. *decis.* 248. *n.* 5. *part.* 4.

Prima Dignitas post Pontificalem, quæ de consuetudine in tota ferè Hispania est decanatus, & major in Collegiata, non potest esse judex ordinarius, sed delegatus appellationum in tota Provincia Toletana, ut statuit Paulus V. in sua constitutione incipiente *Ecclesia universa*, sub die 27. Augusti 1615. quam Gregorius XV. sua constitutione incipiente *Alias à felicis*, sub die 9. Maii 1622. extendit ad Ecclesias omnes Metropolitanas, Cathedrales, & Collegiatas totius Regni Castellæ, & Legionis.

Cur autem aliquando fiat mentio in jure & in rescriptis Apostolicis de decano, & Capitulo simul, quasi Decanus, sicut cæteræ dignitates, non si de Capitulo? vide infrà *cap.* 42. *post. n.* 23. *versic. hinc etiam.* 10

Plura de officio, & munere Decani, si quis scire 11
cupit, consulat Chassan. *in catal. gloriæ Mundi, part.* 4. *consid.* 37. Boët. *de authoritate magni Consil. an* 81. Fr. Hieron. Roman. *de Repub. Christiana lib. cap.* 10. *in princ.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 17. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit D, conclus.* 60. Flamin. Paris. *de resig. benefic. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 86. Vincent. Filliuc. *in qq. moral. tom.* 3 *tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 29. Isidor. Moscon. *de majest. Militantis Ecclesiæ, lib.* 1. *part* 2. *cap.* 13. *paulò post Principium.* Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benefic. cum dignitate, personatu, vel officio, n.* 41. *cum seq.* Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 8. *num* 5. *cum seq.* Valerius Reginald *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract* 1. *n.* 48. novissimè Mich. Ferr. *in tract. de præcedent. Ecclesiast. q.* 21. Machad. *en su perfetto Confessor*, *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 4. *tract.* 7. *docum.* 6.

CAPUT XXVII.

De Thesaurario, Sacrista, & Custode.

SUMMARIUM.

1 *Thesaurarius à thesauro Ecclesia custodiendo appellatur.*
2 *Sacellarius vocatur à parvo sacco, quem ferebat secum.*
3 *Thesaurarius cimeliarcha Graco nomine dicitur, id est, rerum pretiosarum asservator, seu custos.*
4 *Thesaurarius olim nullam dignitatem, aut beneficium, sed tantum Officium Ecclesiasticum habebat.*
5 *Thesauraria ex consuetudine, & omnium ferè Ecclesiarum Cathedralium statutis inter Dignitates referri cœpit.*
6 *Thesauraria ex quibus probetur Dignitas, ostenditur.*
7 *Dignitas prima ut dignoscatur plurimum operatur communis reputatio, & publica fama loci.*
8 *Custos ille dicitur, cui ea qua Ecclesia competunt, custodienda committuntur.*
9 *Custos fuit tantùm minister Sacristia, eidemque addictus.*
10 *Custodis ad Officium qua spectent, ostenditur.*
11 *Sacrista, seu Thesaurario minori qua hodie competant ostenditur.*

1 THesaurarius à Thesauro Ecclesiæ custodiendo appellatur, ut per Isidor. *in capit. perlectis, verſ. ad Thesaurarium*, 25. *dist.* & videtur in Ecclesia introductus tanquam coadjutor Ostiarii, qui Ordinem quidem Ecclesiasticum habet, & ejus munus est claudere, & aperire januas, ac fores Ecclesiæ: nam Ostiarii coadjutorem fuisse Sacellarium ex temporali deputatione Sacerdotis, & Sacellatio in Ecclesia Cathedrali successisse Thesaurarium, refert Henriquez *in summ.*
2 *lib.* 10. *capit.* 9. §. 2. Unde notat Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *qu.* 5. quod alicubi Sacellarius vocabatur à parvo sacco, quem ferebat secum,
3 vel habebat ad pecunias Ecclesiæ in eo reponendas, & asservandas Græco nomine Thesaurarius Ecclesiæ χειμηλιάρχης etiam à Justiniano dicitur in *l. ult.* §. *ult C. de bon. auctorit. jud. possid.* id est, rerum pretiosarum asservator, seu custos. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 15. *cap.* 39. *num.* 3. & locus in quo asservantur, Cimeliarchium appellatur *in d.* §. *ultim.* & Ciminile, seu Ciminilia à nostris Summis Pontificibus *in cap. cùm inter* 29. *de verb. signif. & in cap. ea quæ, de off. Archid. & in cap.* 1. *in fine*, 25. *dist.*

4 Propter quam illarum rerum sacrarum administrationem, & custodiam olim Thesaurarius nullam Dignitatem, aut beneficium, sed tantùm officium Ecclesiasticum habebat, ut tradunt Rebuff. *in praxi, titul. seculare benef. quotuplex, num.* 9. Petr Gregor. *d. c.* 39. Anton. Fabric. *de re beneficiar. tit. de benef. cum dignitate, num.* 59. noviſſimè Mich. Ferrus *in tract. de præcedentiis Eccles. q.* 48. *num.* 2.
5 Moneta *de conservat. cap.* 5. *n.* 203. *cum seqq.* Deinde ex consuetudine, ac omnium ferè Ecclesiarum Cathedralium statutis, inter Dignitates referri cœpit, ut per Abb. *in cap. de multa, num.* 23. *versic. secus, de prabend.* ubi Quintan. *in repet. n.* 89. *circa med.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *quæſt.* 1. 4. *& 5. ante fin. verſ. tandem*, Sebast. Cæsar *de Eccles. hierarch. q.* 292. *num.* 11. *& q.* 5. *num.* 5. Rot. *in Pampilonensi Thesauraria*, 23. *Januarii* 1617. *coram Reverendiss. D. meo Decano*, & latè *in una Taurinensi Thesauraria*, 15. *Maii* 1600. *coram bon. mem. Buratto*, inter ejus impressas *decis.* 473. *ex num.* 5. ubi aliqua ponderata fuerunt, ex quibus probari visum fuit Thesauratium esse Dignitatem. Primò ex col- 6
lationibus tam Apostolica, quàm ordinariâ auctoritate factis de illa tanquam tertia Dignitate. Secundò ex declaratione Capituli, visione Bullæ electione Thesauratiæ, & aliis juribus in protocollis Capituli existentibus, ex quibus constat Thesaurarium esse tertiam Dignitatem post pontificalem. Tertiò ex pluribus actibus, & functionibus Capitularibus factis, videlicet convocatione Capituli in absentia obtinentium majores dignitates, ut in simili majoritatem ponderavit eadem Rot. *dec.* 516. *n.* 3. *p.* 1. *divers.* Quartò resultat probatio communis reputationis, nedum Capituli, quod se congregavit de mandato Thesaurarii, ut illius præsidis, in defectum obtinentium majores Dignitates, sed etiam aliorum, penes quos communitet habita fuit pro Dignitate; quam reputationem ponderavit Rot. *d. decis.* 518. *num.* 2. & magis in specie eadem Rot. *decis.* 29. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* Et circa dignoscendam 7
primam Dignitatem plurimùm operari communem reputationem, & publicam famam loci, tradunt Boër. *decis.* 286. *n.* 8. Rot. *decis.* 584. *num.* 2. *part.* 4. *divers.* Mantic. *decis.* 173. *n.* 3. Gregor. *decis.* 482. *n.* 3. & fuit dictum in Cephaludensi Archidiaconatus, 18. Martii 1614. coram bonæ memoriæ Dunozetto seniore, cum aliis per Ferentil. *ad dictam decis. Burat.* 483.

Custos autem ille dicitur, cui ea quæ Ecclesiæ 8
competunt, custodienda committuntur; quamvis enim in pleriſque ministeriis idem videatur atque Thesaurarius, seu Sacrista, ut insinuat *cap.* 2. *ad finverſ. in terminis, de offic. Custodis*, & Azor. *d. cap.* 16. *q. ult.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *trat.* 1. *c.* 3. *n.* 50. *verſ. nona*; attentâ tamen origine diversa sunt officia, ut constat ex diversitate titulorum in decretalibus, quia verisimile non est Gregorium IX. in earum compilatione duos, diversosque titulos ejusdem Officii unum post alterum inutiliter addidisse. 9

Quapropter videtur Custodem fuisse tantùm ministrum Sacristiæ, eidemque addictum, ut ex Anton. de Butr. dicit Gloss. *in rub. ejusdem tit.* quam sequitur Petr. Gregor. *d. lib.* 15. *c.* 39. *n.* 7. *& partitionem juris Canon. lib.* 2. *titul.* 9. *cap.* 5. *num.* 10.
Nam ultra munia Sacristiæ, qui à rerum sacrarum 10
nomine dictus est, Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benefic. cum dignit. num.* 59. incumbentia, servandi scilicet, & custodiendi utensilia Ecclesiæ, quæ etiam Custodi incumbunt, *capit.* 1. *eod.* ad ejus munus etiam spectat signa dare ad Horas Canonicas recitandas per tintinnabuli pulsationem, & luminaria Ecclesiæ accendere, & ignem vigilanter custodire, ne extinguatur, *d. cap.* 5. vinum, hostias, incensum, & alia ad Altaris sacrificium necessaria præparata habere, ac denique eleemosynas, & alia jussu Archidiaconi inter pauperes distribuere, ut habetur *in cap.* 2 *eod. tit.* prosequuntur Azor *d. cap.* 16. *quæst.* 7. Card. Tusch. *lit. D, conclus.* 419. *num.* 24. Galganet. *de jure public. lib.* 3. *tit.* 33. quæ omnia Sacristæ, seu Thesaurario de jure

jure non competunt. De Sacristæ officio latè & novissimè Didac. de Narbona *in qq. annual. annot. 8. quæst. 5.*

11 Hodie tamen ex consuetudine hæc omnia in Ecclesiis inferioribus Sacristæ seu Thesaurarii propria sunt, & in Cathedralibus Thesaurarii minoris: proindeque attenta consuetudine idem utriusque censetur esse officium ad quam forsassis consuetudinem quarundam Ecclesiarum respexit textus *in d. cap. 2. in fin. vers. hi tres, eod. tit.* dum Custodis appellatione Sacristam comprehendere videtur: nullam tamen habent Dignitatem, seu beneficium Ecclesiasticum, sed subsunt Thesaurario majori, & ad jus nutum ponuntur, & de competenti salario ab illo providentur, ut omnium ferè Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum servat usus

CAPUT XXVIII.

De Primicerio, Cantore, Præposito.

SUMMARIUM.

1 *Primicerius est primus in Choro cantantium, & dicitur secundum alios quasi primus cantor, seu primus ratione cantus, quia cæteros docet quid sit canendum in Choro.*
2 *Cantorum schola fuit instituta in Ecclesia Cathedrali.*
3 *Primicerios alii sic dictos credunt, quia primi erant qui in cera præsentiam & absentiam cæterorum adnotabant.*
4 *Primicerius melius sic dicitur, quasi primus in eo officiis genere, & antesignanus in qualibet arte.*
5 *Primicerius* in rub. C. de primicer lib. 12. *dicitur primus Notarius Principis, vel Magistratus ille, qui Principis litteris cereum signum imponebat.*
6 *Primicerii officium de jure Ecclesiastico est docere Diacono, & reliquos Clericos cantandi formam, & alia quæ hic referuntur.*
7 *Primicerius ad regendum Chorum destinatus, à suo officio non est dimovendus, ut assistat Episcopo.*
8 *Primicerio quis locus tribuendus, ostenditur.*
9 *Primicerius licèt dubitetur, an sit Dignitas, debet in Processionibus capere Pluviale, sicut dignitas; & non planetam, sicut Canonicus.*
10 *Præcentor, & Cantor idem sunt, quod Primicerius.*
11 *Succentoris officium est, absente Cantore, sive Præcentore, incipere canum in Choro, Antiphonas, & Psalmos inchoare.*
12 *Cantor, qui est Dignitas in Cathedrali, debet suum munus obire, vel per seipsum, vel per Vicecantorem à se assumendum, & ab Episcopo approbandum.*
13 *Cantoris munus quod sit, ostenditur.*
14 *Præpositi dicuntur omnes aliorum præfecti, & qui aliis præsunt.*
15 *Præpositi castrorum dicebantur, qui præfecti erant militibus præsidii causâ degentibus in Provinciis.*
16 *Præpositi labarorum qui, remissivè.*
17 *Labarum quod signum olim fuerit, ostenditur.*
18 *Præpositus regulariter quis.*
19 *Præpositi in multis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis præcipuam gerunt Dignitatem cum animarum cura, & juri dictione.*
20 *Præpositus quem locum habere debeat, ostenditur.*

PRimicerius est primus in Choro cantantium, 1
sic dictus, quòd in cera, sive tabula cerata, in qua Psallentium ordo in Choro descriptus erat, primus esset. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. cap. 3. num. 50. in princip.* accipitur enim pro Cantore, & supplet Archidiaconi officium, cùm ipse absens fuerit; ipsi namque Archidiacono subest, *capit. 1. de offic. Primicer.* Dictus est autem Primicerius, quasi primus cantor, seu primus ratione cantus, quia cæteros docet quid sit canendum in Choro, *capit. perlectis, vers. ad Primicerium, 25. dist.* Læl. Zech. *de Republic. Ecclesiast. titul. 24. à numero 16.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 15. capit. 22. à princip.* ubi ait Primicerium esse primum inter Clericos & Diaconos, quibus præest in dicendo, subditus tamen Archidiacono. Valer. Reginald. *citato loco*, Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. hierarchia, quæstione 2. præam. numero 10.* Machado *in su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 4. tract. 6. docum. 4.* Initium institutionis Dignitatis hujusmodi credit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. capit. 16. quæst. 1.* ex eo processisse, quia olim in Ecclesia Cathedrali fuit Cantorum schola instituta, quorum munus erat 2
officia divina, & horatias preces in Choro piè, & studiosè cantare ut divinæ laudes religiosè celebrarentur: huic scholæ unus præficiebatur, cujus curâ, studio, & operâ Clerici ad cantum, & chorum destinati docebantur, ut in Sacrorum librorum lectionibus, & in divinis Officiis, & precationibus Ecclesiasticis probè exercitati essent. Hic igitur præfectus, Primicerius appellari cœpit.

Alii ex quorum numero est Anton. Fabric. *in* 3
praxi, & thesaur. de rebenefic. de benef. cum Dignitate, ex num 54. putant Primicerii veram etymologiam duci ex veteri more, ante chartæ vel membranarum inventionem, in cera, seu in cerat is tabulis scribendi: quia scilicet isti veluti in albo primi scribebantur, vel quia primi erant, qui in cera præsentiam, & absentiam cæterorum adnotabant.

Ego verò Primicerium dictum existimo à pri- 4
mato, ut sicut officio, ita & nomine à Primate, & Præposito differat: dicitur Primicerius quasi Primus in eo officii genere, & Antesignanus in qualibet arte. Alciat. *in rubr. C. de Primicer. lib. 12.* Connan. *comment. juris Civilis lib. 4. cap. 14. n. 9.* Azor. *d. q. 1.* Cæl. Rhod. *lib 12. lection. antiq. cap. 6. ad fin.* explicantes Primicerium in illa rubrica dici 5
primum Notarium Principis, vel Magistratum illum, qui Principis litteris cereum signum imponebat: sequitur Gerard. *in anchora titulorum, verb. Primicerius*, unde inferiores Notarios, secundos cerios, & tertios cerios dici notat Guido Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. c. 7.*

Primicerii autem officium de jure Ecclesiasti- 6
co est docere Diaconos, & reliquos Clericos cantandi formam eisque Lectiones ad Matutinum cantandum distribuere modum cantandi in Choro pro solemnitate & tempore ordinare, *cap. unic. de offic. Primicer.* Petr Gregor. *d. lib 15. c. 22. n. 11.* Valer. Reginald. *citato loco*, cujus institutionis Primicerialus rationem ibi reddit; ut scilicet ipsius

cura

curâ & operâ Clerici ad cantum destinati lectione sacrorum librorum, & optimis moribus instituerentur, & alia circa divina Officia exercere, quæ ad Archidiaconum spectare ostendimus, eo tamen absente, & minori cum jurisdictione, nisi in aliqua Ecclesia Primicerius accipiatur, aut idem sit qui & archidiaconus de jure communi. Gloss. *in d. cap. unic.* Nam & ipse quod necessarium fuerit pro repatatione Basilicarum Sacerdoti denunciat, epistolas Episcopi pro diebus jejuniorum Parochianis per Ostiarios dirigit, Clericos delinquentes distringit, quos emendare non valet, eorum excessus Episcopo refert, & eo absente datur ei substitutus, & alia his similia, ut docet Isidor. *in c. perlectis, versic. ad Primicerium*, 25. *distinct.* Colliges ex Gregor. Lop. per textum ibi *in l. 5. tit. 6. part. 1.* Chassan. *in catalogo gloriæ Mundi, p. 4. consid. 42. fol. 97.* Grammat *decis. 64. n. 6. cum seqq.* Raynaldo Sandoval. *in tract. de offic. Eccles. p. 2. c. 3.* Roderic. Zamorensi *in spec. hum. vitæ, lib. 2. cap. 15.* Valenzuel. *tom. 1. cons. 22. num. 154.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 16.* Læl Zech. *de Repub. Eccles. tit. 24. à num. 16.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 15. cap. 22.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. P, conclus. 650.* Galganet. *de jure publico lib. 3 tit. 21.* Sebast. Cæsar *in select. de Ecclesiast. hierarch. p. 3. disp. 12. §. 3.* qui multa de officio, & potestate
7 Primicerii referunt. Ille autem ad regendum Chorum destinatus à suo officio non est dimovendus, ut assistat Episcopo, ut declaravit S. Rituum Congreg. in una Monopolitana, 6. Septembris 1603.

8 Circa locum Primicerio tribuendum notat Castald. *in praxi caerem. lib. 1. sect. 8. capit. 7. num. 1. vers. inter cæteros*, illum ubicunque fuerit, videlicet in Choro, in comitiis & in omni consessu, Canonicorum gradum, & beneficiatorum habere locum, quem subdit juxtà locorum consuetudinem diversimodè statui. ac propterea consuetudini stari
9 oportere: & sacra Rituum Congregat. in una Capuana, 28. Aprilis 1607. censuit Primicerium, licèt dubitetur, an sit dignitas, debere in Processionibus capere Pluviale, sicut Dignitatem, & non Planetam, sicut Canonicum.

10 Præcentor, de quo fit mentio *in cap. cùm olim, de consuetudine*, & Cantor, idem sunt quod Primicerius; nam hæc tria nomina idem ferè significant: solùm enim pro diversitate locorum fit nominis, non tamen muneris seu officii mutatio; ita ut qui alicubi dicitur primicerius, alibi Cantor, seu præcentor nominetur: vide Valer. *consil. 33. 9. 89. tom. 1.* Mich. Ferrum *de præced. q. 30. num. 1.* Valer. Reginad. *d. lib. 30. tract. 3. num. 50. vers. octava*, ubi ait, quod sicut primicerius scholæ Cantorum, ita præcentor Choro eorundem canentium in Ecclesia præficitur, ut Choro in duas partes ad canendum alternatim divina Officia diviso, ipse cantum incipiat, Antiphonasque inchoet; & qui ad ipsius absentis munus explendum constitutus erat, dicebatur Succentor. Put. *p. 3. decis. 80 in utraque edit.* ubi dicit Cantorem habere officium, non tamen simplex, sed cum administratione, eo quòd primus intonat, & dat ordinem gerendum in Choro: vel ut ait Petr. Gregor. *d. cap. 22. n. 2.* quòd voces in Choro moduletur, &c. Azor. *d. lib. 3. cap. 22. q. 1.* ubi *q.* ait
11 Succentoris officium, cujus sit mentio *in cap. inter dilectos, de excessib. Prælat.* esse absente Cantore, sive præcentore incipere cantum in Choro, Antiphonas, & psalmos inchoare: unde in quibusdam Ecclesiis vocatur Vicecantor, quia Cantoris vice fungitur. Et dicit Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benef. cum. dignit. num 57.* quod si sub primicerio, sive Cantore sunt, præcentor nempe, & Succentor, sive Concentor, personatum dumtaxat habere videantur, ex quo nihil juris in alios, sed certum dumtaxat in Choro, processionibus, & cantu præeminentiam obtineant, *c. cleros, §. Præcentor, 21. dist.* & vocatur præcentor qui voce præit, qui ante omnes incipit; & Concentor qui simul concinit. Petr. Gregor. *d. cap. 22. n. 2.* Ferrus *d. q. 30. in fine.*

Cantor enim qui est Dignitas in Cathedrali, ut 12
inf. num. 15. in fine, dicitur is cujus & primicerii (nam idem sunt) ministerium ad cœlestes laudes & cultus divini augmentum ordinatur, & ipsi incumbit regimen omnium divinorum Officiorum tam intra, quàm extra Chorum, quoad quæ omnia etiam decano ipsius Ecclesiæ præest, ipse Acolytos, & cæteros Ecclesiæ inferioris gradus ministros ad divina dirigit Officia canenda & legenda, hymnos, & psalmodiam prævidet, atque instituit, & quicquid divinæ laudis in communi Choro decantatur, per eum præordinatur, sollicite psallendi ordinem, orandi modum ipse committit, silentium indicit, risus cohibet, & colloquia; curat etiam ne quis in psallendo nimium festinet, vel tardet, ne versus alter ante alterius finem incipiatur: ipse cappas, & sceptra partitur, & alia id genus multa facit. Ita ex multis dicit Valenzuel. *cons. 33. num. 159. tom. 1.* Aliquæ tamen præeminentiæ in Choro non ad illum, sed ad Decanum, primam Dignitatem spectant, ut in decisione S. Congreg. Rit relata supra *cap. 7. num. 8.* quam D. Ildephonsus Hurtado de Mendoza decanus Metropolitanæ Ulysbonensi habet per litteras in forma Brevis à Clement VIII. prædecessori suo transmissas, ut mihi in hac Curia Lattitensi retulit vir quidam acris ingenii, ac utriusque juris peritissimus, quia de se multa & gravia in dies pollicetur. Debet suum munus obire, vel per se ipsum, vel per Vicecantorem à se assumendum, & ab Episcopo approbandum, qui non sit de iis, qui alioquin Choro sunt obligati ut censuit sacra Rituum Congreg. in una Nucerina, 19. Martii 1711.

Cantoris enim munus est distribuere Lectio- 13
nes, Antiphonas, Propheriam, eadem S. Congreg. in una Hydruntina, 6. Decembris 1613. & & Chorum regere, ita ut in gubernando nec Archypresbyter, nec alius quispiam debeat se intromittere, ex eadem sacra Congr. in Tarentina Cryptaliarum, 3. Septembris 1605. Et novissimè eadem S. Congreg. Ritum consulta de Cantoris hujusmodi munere in una Cassanensi, 5. Martii 1633. declaravit illud esse distribuere Lectiones, Antiphonas, Prophetias, Chorum regere, & gubernare, ordinare tabella, & functiones ecclesiasticas per turnum ordine successivo: subjunxitque Canonicos exire volentes de Choro, non Cantori, sed digniori de Capitulo in Choro existenti veniam petere debere. Et quod saltem de consuetudine Cantoratus, vel, ut aliis placet, Cantoria, sit de principalibus Dignitatibus in tota ferè Hispania, videtur insinuare Valenzuel. *tom 1. cons. 33. num. 90.* me citato Machado *d. lib. 4. part. 4. tract. 6. docum. 4. num. 4.*

Præpositi secundùm nominis proprietatem di- 14
cuntur omnes aliorum præfecti, & qui & aliis præsunt ut probat textus *in cap. quamvis 6. in princ. de verbor.*

verbor. ſignif. unde Præpoſiti caſtrorum dicebantur, qui præfecti erant militibus præſidii causâ degentibus in Provinciis, de quibus *in l. viros, C. de*
16 *diverſ. offic. lib.* 12. & Præpoſiti labarorum, ut *in tit. C. de præpoſit. labarorum, eod. lib.* quem ſic legunt Vaſq. *ad* 3 *part. S. Thom q.* 111. *art.* 4. Orozco *en ſus Emblemas morales, lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 44. *verſo*, Tiraq. *Alexand. ab Alexandro lib.* 4. *dierum genial. cap.* 2. *pag.* 417. Cardin. Baron. *tom.* 3. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 312. *pag.* 58. quicquid legat *laborum*, Trie-
17 ratch. *in Anchora tit. verb. Præpoſitus laborum.* Erat enim labarum ſignum illud nobile quod ante Imperatores ferebatur à tempore Conſtantini Imper. ex auro, & lapidibus pretioſis Crucis ſigno inſignitum, ut etiam ex aliis, & ad varios Præpoſitorum modos in Republica Romana congetit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 85. notans ad iſtorum exemplum nomen hoc in eadem ſignificatione ductum fuiſſe ad præfectos Clericorum alicujus Eccleſiæ, & qui quandam Prioratus cutam ſuper alios gerunt, ut probatur *in dicto. c. quamvis.*

18 Præpoſitus regulariter dicitur, qui præfectus aliquibus eſt; ſed & is uſu talis, qui primam habet inter aliquos Dignitatem. Quamobrem & Præpoſitura per ſe ſingulare nomen Beneficii Eccleſiaſtici facit, quod aſſiduitatem, ſeu (ut loquuntur jura) reſidentiam exigit, *cap. ex parte, el* 2. *de cleric. non reſident.* & ætatem, & ſcientiam legitimam, & Ordines, *cap. dudum, el* 2. *de elect.* In aliquibus tamen Eccleſiis ex earum conſuetudine ubi officium nullum gerunt Præpoſiti, Præpoſituræ Dignitates non ſunt, ut notant Joan. Andr. *in cap.* 1. *num.* 5. *de conſuet. lib.* 6. ubi Gem. *ſub n.* 8. & Archid. *n.* 3. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 18. *num.* 7. ſecus verò ſi toti Canonicorum Collegio præficiuntur, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 558. *num.* 3. *in* 2. *edit.* & quamvis in jure Canonico nullus reperiatur ſpecialis titulus de officio Præpoſiti, ejus tamen non tatò fit mentio in reſponſis Romanorum Pontificum, ut *in cap. Salvator*, 1. *quæſt.* 3. *& in cap. cum*
19 *inter* 25. *& in cap. dudum* 22 *de elect.* & propriè dicuntur qui in multis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ Eccleſiis Cathedralibus, ſive Collegiatis præcipuam gerunt Dignitatem cum animarum cura, & juriſdictione, eo quòd toti Canonicorum Collegio præſunt, & ſic in Archidiaconorum locum in illis partibus creduntur ſucceſſiſſe. Ita Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 11. *c.* 18. *à num.* 6. Læl. Zech. *de Republic. Eccleſ. tit.* 24. *n.* 15. *& tit.* 26. *à princ.* Azor. *inſtitut. moralium part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 18 *q.* 1. Anton. Fabric. *in praxi, & theoria benef. tit. de benef. cum Dignitate, à num.* 38. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 48. Redoan. *in tract. de ſimonia ment. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. Monet. *de conſervator. cap.* 5. *num.* 91. Tamburin. *de jure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 23. *q.* 4. *num.* 5. Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſ. q.* 41. *à num.* 1. Fulv. Pacian. *de probat lib.* 2. *capit.* 27. *num.* 39. *cum ſeq.* junctò *n.* 45. Sebaſt. Cæſar *de Eccleſiaſt hierarch. part.* 3. *diſput.* 12. §. 5. Caſtald. *in praxi Caremon. lib.* 1. *ſect.* 8. *cap.* 7. *num.* 6. ubi ſubdit quod in illis partibus, in quibus talis reperitur Dignitas, juxta locorum conſuetudinem honoratum locum obtinere debet in Choro, & præcipuè cùm divina celebrentur Officia. Rot. *decif.* 865. *num.* 8. *& decif.* 866. *num.* 1. apud Farinac. *in* 1. *collect. noviſſ.* aliàs *part* 4. *diverſ.* ubi quod Sedes Præpoſiti in illis partibus poſt Pontificalem ſit dignior. Et tunc, quando ſcilicet fuerit prima Dignitas in Cathedrali, ſeu Collegiata, vel Conventuali Eccleſia, habueritque ſub Clerum, & Capellas, præſumitur de jure Præpoſitura Dignitas; aliàs ſecus, ut pluries fuit in Rota reſolutum, & ſignanter in Aquenſi Monaſterii, 13. Maii 1598. coram Cardin. Lancellotto, & in Deſtuſenſi Prioratus, 5. Maii 1614. coram Reverendiſſ. D. meo Coccino, & in Vicentina Parochialis, 20. Februatii 1617. coram Ubald. ſeniore, quas refert Maſlob *in praxi habendi concurſum, pralud.* 15. *dub.* 1. *ſecundum Rom. impreſſ.* Sed quod de jure ſit dignitas, per dictum caput *quamvis*, ubi Gloſſ. *de verb. ſignif.* tenet eadem Rota *decif.* 483. *n.* 7. *p.* 1. *recentiſſim.* & Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benef. cum Dignitate, n.* 49 *cum ſeqq.*

CAPUT XXIX

De Magiſtro ſcholæ, ſeu Scholaſticis.

SUMMARIUM.

1 *Magiſter ſchola, nonnullis Scholaſticus, eſt ſcholæ præpoſitus, ſive præfectus.*

2 *Scholaſticum, id eſt obtinentem Scholaſtriam, inſtituendi formam præſcribit Conc. Trid.* ſeſſ. 23. de reformat. c. 18. verſ. deinde.

3 *Scholaſtria neceſſariò conferenda eſt Doctori vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, vel Iure Canonico, dummodo ſit in aliqua Univerſitate approbata graduatus.*

4 *D. Torquatus Perottus intimus cubicularius, & major Capellanus S. D. N. Urbani VIII. laudatur.*

OLim in Eccleſiis Cathedralibus unus conſtitui 1
ſolebat, qui Clericos omnes inferiores cantum, Latinum ſermonem, & alias artes, ac diſciplinas doceret, ut ſcirent Latinè legere, ſcribere, loqui, & cantare, & ut quæ de Officiis divinis recitarent, probè intelligerent. Hic Magiſter ſcholæ dicebatur, qui modò in nonnullis Eccleſiis dicitur Scholaſticus, aliis Scholiarchus, hoc eſt ſcholæ præpoſitus, ſive præfectus: de quo licèt in jure titulus ſpecialis non extet, nec ab eo cognitus fuerit eo modo, & formâ, quæ in uſu modò eſt in omnibus ferè Hiſpaniarum Eccleſiis, in eis tamen jam hodie ex particularibus Eccleſiarum ſtatutis & iſtorum beneficiorum erectione de principalibus eſt Dignitatibus Cathedralium: vide Duaten. *de benefic. lib.* 10. *c.* 15. Hieron. Roman. *de Republic. Chriſtiana, lib.* 3. *c.* 10. *in med. verſ. Meſtreſcuela*, Gregor. Lop. *l.* 7. *tit.* 6. *p.* 1. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 15. *cap.* 19. Sandov. *de offic. Can. p.* 5. *cap.* 3. Azor. *inſtit. moral p.* 2. *lib.* 3. *c.* 23. Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 27. *ex n.* 107. Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 50. *verſic. decima.* Mich. Ferrus *in tract. de præcedent. Eccleſiaſt. quæſt.* 5. *num.* 17. *atque* 30. *per tot.* Sebaſt. Cælar *de Eccleſ. hierarch p.* 3. *diſp.* 12. §. 4. Machado *en ſu perfetto Confeſſor, tom.* 2. *lib* 4. *p.* 4. *tract.* 6. *docum.* 3. qui omnes latè tractant de officio, munere, & dignitate Magiſtri ſcholæ, ſeu Scholaſtici.

De eo expeditè fit mentio in Concil. Trident 2
ſeſſ. 23. *de reform. cap.* 18. *verſ. deinde*, ubi poſtquam multa de Seminario eligendo piè, & ſanctè ſtatuit, formam præſcribit inſtituendi Scholaſticum, id eſt obtinentem Scholaſtriam, his verbis: *Deinde*

ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis provideatur, statuit sancta Synodus, ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii locorum Ordinarii Scholastrias obtinentes, & alios quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum ad docendum in ipsis scholis instituendo per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos ab eisdem Scholasticis eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant. Quod si judicio Episcopi digni non fuerint, alium qui dignus sit, nomment, omni appellatione remotâ: quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem præcipi quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero verò officia, Dignitates illæ quæ Scholastria dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra Pagina, aut in jure Canonico, & aliàs personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta provisio nulla sit, & invalida, non obstantibus quibusvis privilegiis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus.

3 Unde colliges Scholastriam necessariò conferendam esse doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, vel jure Canonico, aliàs provisionem esse nullam, ut tradunt Bennius *de privil. Iurisconsult. privil.* 28. *n.* 7. Molfes. *in sum. Theologiæ Moral. tract.* 9. *c.* 7. *n.* 16. Squillante *de privileg. cleric. c.* 4. *n.* 104. & 105. Machado *dict. docum.* 3. *num.* 2. dummodo sit in aliqua Universitate approbata graduatus, quamvis non sit ex illis, quæ existerent in illa regione, in qua esset Scholastria, prout refert decisum Nicol. Garc. *de benef p.* 7. *num* 35. quem cito ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 62.

4 Huic profectò patrocinatur sententiæ Illustriss. & Reverendissim. D. meus Torquatus Perottus, quem summæ auctoritatis & honoris hîc causâ nomino, Saxoferatensis, Patritius, Urbani VIII. intimus Cubicularius, & major Capellanus, ac proximus, vir & morum, & generis nobilitate conspicuus, cui quidem præterquam quod velut suorum jure hæreditario divite eruditionem cornus (ut aiunt) copiâ circumfluat, nihil adhuc est potius, & antiquius, quam sui civis Bartoli ingenio, labore, & meditatione lustrare, & implere vestigia. Itaque non mirum est, si hanc litterarum, quam in se videt, in aliis quoque pulchritudinem deamet; atque eos quidem juvandi, protegendi, & provehendi amore, & officio prosequatur. Quid plura? vir præterea, quem si de suis virtutis, naturæ, & fortunæ dotibus ignorasses, intuendo dumtaxat, ex augusta facie ad omnia summa natum judicares.

CAPVT XXX.

De Prioribus.

SUMMARIUM.

1 *Priores dicuntur qui aliquibus Ecclesiis præsunt super aliquas personas earundem.*
2 *Priores in duplici sunt differentia, quidam sæculares, alii Regulares.*
3 *Priores rurales dicuntur, qui curam animarum absque Collegio habent, & sic Parochialem simplicem.*
4 *Priores Collegiales, qui in Ecclesiis Collegiatis toti præsunt Canonicorum Collegio, Dignitatem habere dicuntur, & non alii.*
5 *dignitas principalis in Collegiata debet esse constituta in ætate 25. annorum inceptorum.*
6 *Dignitas prima in Collegiata necessariò non requiritur, ut sit Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel jure Canonico.*
7 *Prior an aliquando possit excusari à residentia, ostenditur.*
8 *Prior Collegiata non habet præcedentiam super Canonicos Cathedralis*
9 *Prior Collegiatæ si in Cathedrali interest, simul cum illius Dignitatibus, & Canonicis duplici duetu thuribuli thurificandus est.*
10 *Prior magnus insigni Ecclesiæ Vimaranensis inter omnes Collegiatorum Lusitaniæ Priores primas tenet.*
11 *Ecclesia Collegiata Vimaranensi inter omnes Regni insignior, & antiquior est.*
12 *Ecclesia Vimaranensis, sub Beatæ Virginis tutela, quæ de Oliva nuncupatur, Ioannis Regis Lusitaniæ, hujus nominis Primi, sumptus & munificentiâ primùm exstructa.*
13 *Ecclesia Vimaranensis sex habet ex Capitulo Dignitates, & Prebendas vigintiocto.*
14 *Prior magnus Vimaranensis omnibus præest in Ecclesia, & Vicarium nominat, ad quem minora crimina in Primatiali visitatione referuntur. ad Primates verò graviora spectant.*
15 *Prior magnus Ecclesiæ Vimaranensis nunc est Illustriss. & Reverendiss. D. meus Bernardus Attaydius.*
16 *Concordia inita inter Ecclesiam Bracharensem & Vimaranensem.*

1 PRiores dicuntur, qui aliquibus Ecclesiis præsunt supra alias personas earundem, unde & Prioratus Ecclesiæ quæ illis in titulum dantur, nominantur. Ita Petr Gregor. *Syntagm. juris parte* 4. *libro* 15. *capite* 18. *numero primo.* In
2 duplici quoad propositum sunt differentia; quidam sæculares, & alii Regulares. Seculares denique sunt, qui vel in secularibus, vel secularizatis Ecclesiis reperiuntur, Anton. Fabric. *ubi suprà, numero* 39. Ex his alii rurales, alii Collegiales dicuntur. Rurales sunt, qui curam ani-
3 marum absque Collegio habent, & sic Parochialem simplicem, de quibus loquitur textus *in capit. licèt canon, de elect. lib.* 6. ut ait Federic. de Senis *cons.* 86. *Casus talis est*, quem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 6. *lit* P, *conclus.* 707. *num.* 15:
4 Collegiales verò sunt personæ principales, quæ in Collegiatis Ecclesiis toti præsunt Canonicorum Collegio, ut colligitur ex superscriptione textu *in capit. ult. de major. & obedient.* & istos solos, & non alios, qui in Ecclesiis præsunt non Collegiatis, Dignitates esse, ex Selva *de benef. part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 62. tradit Monet. *de Conservatorib. capit.* 5. *num.* 25. & 94. & ex Fulv Pacian. resolvit Sebast. Cæsar *in select. de Eccles. hierarchia, p.* 3. *disp.* 13. §. 1. *n.* 1. & diximus suprà *cap.* 1. *num.* 29. & 30.

5 Et iste prior, cùm sit principalis Dignitas in Ecclesia Collegiata, & regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, debet esse constitutus in ætate 25. annorum inceptorum, ut resolvunt Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 65. Filliuc *in quæst. moralib. tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 5. *n.* 3. quos refero ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part.* 3. *allegat* 60. *n.* 64. me citato *in hoc loco*, novissimè Didac. Narbona *in tr. de ætate ad omnes humanos actus req. anno* 25. *q.* 50. *n.* 4. *in fine.*

Non

6 Non tamen necessariò requiritur, ut sit Doctor, vel Licentiatus in Theologia, aut jure Canonico, quamvis illi ordinaria jurisdictio cum omnibus juribus quasi Episcopalibus competat, & Collegiata Ecclesia exempta sit, quia hoc nullibi cavetur: & Concil. Quando loquitur de Dignitatibus *sess. 24. cap. 12. de reform.* hortatur, ut conferantur Doctoribus, non præcipit. Ita ex sententia S. Cong. resolvit Nicol. Garc. *p. 7. c. 7. n. 31.*

7 Sed an aliquando exculetur à residentia, solet ab aliquibus in dubium revocari: at id nullibi melius potest decidi, quàm ex declaratione factæ Congregationis Concil. in hæc verba: *Prior insignis Ecclesiæ Collegiatæ obtinuit Prioratum prævio examine, & approbatione, ut sit in beneficiis curam animarum habentibus, in cujus literis collationis dicitur Prioratui hujusmodi curam Parochianorum dicta Ecclesia, quæ etiam Parochialis existit, imminere cum cura etiam jurisdictionali, & inter statuta dictæ Ecclesiæ confirmata à Visitatore Apostolico disponitur, quod in dicta Ecclesia unus debeat esse Prior, qui præ cæteris nominis prærogativâ, & duplici Præbendâ perfruatur in ordine Sacerdotali existens, ibique faciens assiduè residentiam personalem, nisi secum super residentia dispensatum fuerit per eum, qui potestatem habet dispensandi, tanquam personam cui, seu cujus Dignitati, & officio Parochianorum ejus cura imminet principaliter animarum, qui etiam habet distinctas cameras in domo canonicali: in eadem tamen Ecclesia assiduè retinentur duo Capellani, qui actu exercent curam animarum ad formam dictorum statutorum, & antecessores per longum tempus, & ultra 50. annos non residerant, imò domus canonicalis ad longum tempus, & à multo tempore locata reperitur laicali familiæ. Quæritur, an Prior modernus de jure ad residendum in dicta Ecclesia, & in illius domo canonicali prædicta dicatur obligatus?* S. Cong. Conc. die 20. Aprilis 1602. respondit hunc Priorem ad residentiam teneri.

8 Et quamvis Prior Collegiatæ non habeat præcedentiam supra Canonicos Cathedralis, est tamen, si ibi intereat, simul cum illius dignitatibus, & Canonicis duplici ductu thuribuli thurificandus, ut censuit sacra Rituum Cong. *in una Tuscanen. 19. Augusti 1619.*

9 Inter omnes Collegiatarum Lusitaniæ Priores
10 noster magnus Vimaranensis Prior primas tenet, sicut & nostra Collegiata Ecclesia inter omnes Regni insignior, & antiquior est; illa enim in decentiori loco constructa cum nobili Priorali Palatio, S. Benedicti Monialium quondam cœnobium fuisse constat, conditúmque anno à partu Virgi-
11 nis nongentesimo decimonono. Hæc ædificii forma sub Beatæ Virginis tutela, quæ *de Oliva* nuncupatur, Joannis Regis Lusitaniæ hujus nominis Primi sumptu, & munificentiâ primùm exstructa, exteriùs magnifica gravissimaque prospectu, intus triplici testudine confirmata, Beatum Damasum Pontificem Mag. Patronum, & concivem agnoscit, itemque Torquatum sancti Jacobi Hispaniarum Partoni, ut creditur, discipulum; est enim ipsius corpus ad duo milliaria sepultum in templo, quod Monasterium olim S. Augustini fuerat, nunc tamen unitum mensæ Capitulari hujus Collegiatæ Ecclesiæ existit. De hac insigni Collegiata agit Illustrissimus D. Roderic. à Cunha *in histor. Archiepisc. Bracharens. p. 2. cap. 7. num. 5. cum*
12 *seqq.* Sex adsunt in Capitulo Dignitates, Præbendæ viginti octo. His omnibus magnus Prior præest, cujus redditus ad sex millia ducata adscendunt, ut refert Emman. de Faria y Sosa *en el epitome de Aug. Barbosa de Jure Eccles.* Pars I. *histor. Portuguesas, p. 4. cap. 8. vers. Igleſias Collegiadas.* lite Vicarium nominat, ad quem minora 13
crimina in Primatiali visitatione referuntur, ad Primates verò graviora, juxta concordiam inter Archiepiscopum Bracharensem & præfatum Priorem initam, originalem, & authenticam, quam casu inveni Romæ in Bibliotheca Vaticana, cujus copiam ibi fideliter mea manu transcripsi ex libro Honorii Papæ III. anno 1. & 2. *fol.* 197. & hic inferendam duxi, prout infrà *n.* 16.

Insignis hujus Ecclesiæ, & illustris Cleri ingens 14
nunc eminet Prior Illustrissimus & Reverendissimus D. meus D. Bernardus Attaydius, Illustrissimi, & Excellentissimi Domini D. Attaydii Castri de Ayro ac Castaneiræ Comitis filius: qui quidem genitor præter heroïdam utiqui generis claritudinem, quâ spectabilis fuerat, eo adhuc redditur spectabilior, quòd olim ad Cæsaream Majestatem Regis nostri Catholici Orator missus, officium tanto splendore administravit, ut tam facundam viri eloquentiam, eloquentem facundiam, singularem in rebus tractandis spirantem prudentiam non potuerit Cæsar ipse non præconis exornare, non observare, non admirari. Deinde ex-Oratore Prætor totius Regni Lusitaniæ creatus, vix enarrari potest quâ morum integritate, quâ legum, jurisque prudentiâ, quo Religionis studio, quâ muneris vigilantiâ illud gubernare incipit. Itaque vir hic tantus edocuit Majorum suorum gloriam majorem esse potuisse, si quæ ei virtus meritorum prodiga, prometendi ornamenta præbuit, fortuna occasionibus avara non invidisset. Filiis tanto parente dignus ipsius implens 15
vestigia, non tam augustis Gentilium suorum natalibus innixus, quàm propriis virtutibus confirmatus hunc Prioratum Regio munere obtinuit, ubi sapientiam, quam cum liberalibus conjunctam artibus à puero didicit, cum omni modestia, & candore semper excolens, velit nolit, merita majora explicat: neque fefellit opinio, siquidem similibus ipse junior excellens dotibus ad Vimaranense Pontificium evehitur, quâ in speculâ constitutus dignior in dies magis, ac magis amplissimarum Dignitatum incrementis efficitur. Concordiæ autem confirmatio, cujus suprà meminimus est ut sequitur.

Archiepiscopo Bracharensi.

Sacrosancta Romana Ecclesia, &c. usque 16
confovere. Ea propter Ven. in Christo F. tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem inter Ecclesiam tuam & Vimaran. Prioratum super subjectione, ac aliis juribus Diœcesano ipsi debitis amicabiliter initam, mediantibus dilectis fil. F. Zamoren. & F. Astoren. Archid. judicibus super iis à Sede Apostolica delegatis, sicut sine pravitate providè facta est, & ab utraque parte sponte recepta, & hactenus observata, auctoritate Apostolica firmamus, & præsenti patrocinio communimus. Ad majorem autem evidentiam compositionis ejusdem, tenorem ipsius, prout in litteris delegatorum ipsorum perspeximus contineri, de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est. In nomine Domini. Amen. Quàm fragilis est mortalium memo-

ria, ut potè in cute, & lubrico constituta, ideò necessarium fuit Scripturæ remedium, propter ea quæ quotidie obliterantur, & ad oblivionis tendunt interitum. Hac itaque paginâ in perpetuum valiturâ notum sit omnibus, tam præsentibus, quàm futuris, quod cùm inter Archiepiscopum Dominum S. & Capitulum Brachar. ex una parte & D. Priorem, & Canonicos, ac Portionarios Vimaran. ex altera, super subjectione, & aliis juribus Diœcesano Episcopo debitis, restitutione etiam quorundam oblatorum, & quibusdam aliis, in nostri, scilicet F. Zamoren. & F. Actoris. Archidiaconorum judicum à Domino Papa Innocentio bonæ memoriæ delegatorum præsentia quæstio verteretur, placuit partibus dictam controversiam per compositionem amicabiliter terminari, quæ in hunc modum processit, ut Brachar. Archiepiscopus liberam, & absolutam habeat, & exerceat jurisdictionem in Priore & Ecclesia Vimaran. quam habet de jure in aliquo suo suffraganeo Episcopo, & ejus Ecclesia, hoc addito, quod ipsi Priori posset dare cedendi licentiam, si ad alium locum se transferre vellet, & quod possit eum amovere, vel suspendere in perpetuum, si causa exegerit, servato ordine judiciario. In Canonicis verò, & Protonotariis illam habeat jurisdictionem Archiepiscopus, & in illis casibus eam exerceat, quam habebat de jure, & in quibus casibus eam exercebat in Canonicis & Portionariis alicujus Ecclesiæ suæ suffraganeæ Cathedralis. Prior verò jurisdictionem habeat in Canonicis suis, & Portionariis, quam habet Episcopus Diœcesanus in suis Canonicis, hoc excepto quod de gravioribus, quæ depositionem, vel suspensionem perpetuam exigunt, cognoscat Archiepiscopus, & non Prior In aliis autem Clericis & Laicis Vimaran. jurisdictio, quam hactenus habuit, eidem Archiepiscopo non denegetur. Vocatus autem Prior Vimaran. ad Synodum veniat Bracharam semel in anno, collocandus in loco honorabili secundùm providentiam Domini Archiepiscopi. Præterea procurationem canonicam, quæ ratione visitationis debetur semel in anno, exhibebit dicto Archiepiscopo idem Prior, in optione Archiepiscopi permanente, utrùm velit hospitari intus in Claustro, vel in domo Prioris, cùm dictam procurationem receperit. Item quatuor Capellæ, scilicet Ecclesia sancti Pelagii, & sancti Michaëlis de Castello, & sanctæ Eulaliæ de Forromandaes, & sancti Michaëlis de Creixomir sint liberæ à præstatione census, & respiciant plenariè Priorem Timaran. Pro duabus autem Capellis, scilicet sancti Vincentii de Mosquotelos, & sancti Petri de Azurei ex solvat Prior in calendis Maii sex aureos annuatim, & non amplius hoc objecto quod Ecclesia Vimaran' solvat tertiam partem de omnibus eidem relectis in ultima voluntate ab omnibus illis, qui non fuerint de villa Vimaran. Si autem civis Crachar. apud Vimaran. Ecclesiam elegerit sepulturam, vel aliquid eidem reliquerit, medietas remaneat apud Ecclesiam Bracharen. & è converso idem juris servetur, putà si Vimaran. civis sepulturam elegerit apud Ecclesiam Bracharen. vel aliquid ei legaverit. Promissum fuit etiam ex parte Prioris Vimaran. quod cùm Burgen. Vimaran. voluerit facere testamentum, Clerici Vimaran. qui præsentes fuerint, hortabuntur eum, ut aliquid relinquat tanquam matri suæ Ecclesiæ Bracharen. In Ecclesiis autem aliis extra Burgum, in quibus Vimaran. Ecclesia jus obtinet patronatus, habeat Archiepiscopus jura sua secundùm quod hactenus habuit, & Prior præsentet in eis Clericos, & Archiepiscopus confirmet, vel ejus vicarius. Super restitutione autem oblatorum facienda Priori, & fautoribus suis, & Ecclesiæ Vimaran. ab Archiepiscopo, hoc placuit in ter partes, ut Archiepiscopus interrogetur, quod bona fide dicat verum, & ea quæ recognoverit ad se pervenisse, vel culpâ suâ fuisse deperdita, restituat. Super iis verò, de quibus responderit sic, si bona fide dicet quod hæc non pervenerunt ad me, nec perierunt culpâ nostrâ, stetur verbo Archiepiscopi, ut non teneatur de eis. De aliis verò de quibus dubitaverit Archiepiscopus, stetur juramento Prioris, & Canonicis, & Gunsalvi Canonici Vimaran ita quod jurent in veritate sic esse. Si quæ verò dicuntur ad homines Archiepiscopi pervenisse, vel eorum culpâ deperiisse, exhibeat justitiam Archiepiscopus de hominibus illis. Actum fuit etiam ut Canonici, & alii Clerici Vimaran. tam fautores Archiepiscopi, quàm Prioris, ad præbendas, & omnia beneficia sua quæ habebant, tam in Ecclesia Vimaran. quàm alibi, restituerentur. Præterea actum est, ut injuriæ utrinque illatæ remitterentur, statimque præsentes id humiliter impleverint. Pro iis autem, quæ superiùs scripta sunt adimplendis, & observandis præstiterit utraque pars in nostris manibus super sacra Evangelia juramentum. Præterea actum fuit, ut si Burgen. Vimaran. in quæstione, quam dicunt se habere contra Archiepiscopum Bracharens. non potuerint se, vel per communes amicos concordare, Prior, & Canonici Vimaran. sine offensa Archiepiscopi juvent eos, ita tamen quod in causa ipsa aliquam malitiam non procurent; insuper de voluntate communi utramque partem

ad

ad hanc compositionem firmiter observandam penes praefatos judices potestas coërcendi remansit. Facta fuit ista compositio apud Beneventum in Ecclesia S. Petri, sub Era 1290. mense Octobris, 10. Kalendis Novembris, quae ut perpetuum robur obtineat, eam sigillis nostris, & Domini Archiepiscopi, Prioris, & Capitulorum suorum fecimus communiri. Nulli ergo, &c. nostrae confirmationis infringere, vel ei, &c. usque, contraire. Si quis autem, &c. usque, incursurus, &c. Dat. Lateran. 4. Idus Januarii, Pontif. nostri anno secundo.

CAPUT XXXI.

De Canonicis.

SEquitur jam, ut de Canonicis tractemus, sed quia de illis integrum & plenum tractatum Romae in lucem edidimus apud Franciscum Corbelettum, anno Domini 1632. & novissimâ impressione quamplurimorum additamentorum accretione Lugduni sumptibus Laurentii Durand & Laurentii Arnaud 1620. locupletatum, ideò Lectorem ad eum remittimus.

CAPUT XXXIII.

Canonicorum Capitulum quam habeat auctoritatem, tam Episcopo vivente, quàm Sede Episcopali vacante.

SUMMARIUM.

1 *Canonicorum Collegium, seu Capitulum Cathedralis Ecclesiae est veluti Senatus quidam Ecclesiae*

2 *Canonici cujusvis Cathedralis bipartitò cerni & considerari possunt.*

3 *Capituli consensus non requiritur in administratione bonorum, & reddituum Ecclesiae.*

4 *Verba,* solus Episcopus cognoscat, *intelliguntur respectu molestantis, non autem respectu Capituli connexi Episcopo.*

5 *Verba,* solus Episcopus possit degradare, *non concludunt Capitulum non concurrere in degradatione, sed alios Episcopos.*

6 *Jurisdictio quando detur alicui, ut solus cognoscat, censetur sublata jurisdictio alterius.*

7 *Capituli consensus requiritur in rerum Ecclesiasticarum alienatione, quae ad Cathedralem Ecclesiam pertinent.*

8 *Capituli consensus requiritur in unione unius Ecclesiae alteri Ecclesiae, seu Dignitati, vel Praebendae per Episcopum facienda.*

9 *Unio potest fieri per Episcopum absque Capitulo ubi extaret consuetudo in contrarium.*

10 *Unio ubi sit ab Episcopo tanquam Apostol. Sedis delegato, etiam Capituli consensus requiritur.*

11 *Capituli consensus non sufficit in unione facta ab Episcopo ipsi Capitulo, cùm non possit auctorizare in facto proprio, secus si fieret alicui Dignitati, vel Praebendae Capituli.*

12 *Capituli consensus an exigatur in unione à Legato de Latere facienda, ostenditur.*

13 *Canonici compelli possunt ad consentiendum, si nolint, & justa causa unionis facienda subesset, quando consensus Capituli in unione facienda per Episcopum requiritur.*

Suppressio Canonicatuum, & beneficiorum non permittitur Episcopo sine consensu Capituli ibid.

14 *Capituli consensus in multis casibus exigitur, ita ut quod sine ipso ab Episcopo factum fuerit, nullius sit roboris, & momenti.*

Sacramenta nova & antiqua mutare possunt Canonici absque consensu Episcopi, &c. ibid.

15 *Capitulum potest statuere, si intervenias praesentia, & consensus Episcopi in concernentibus statum universalem Ecclesiae seu in iis, quae tangunt particularia ipsius Capituli negotia,* ut num. 16.

17 *Capitulum non potest statuere contra jus commune, etiam intervenient consensu Episcopi.*

18 *Statutum à Capitulo conditum, quod descendentes ex genere infecto non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, est invalidum.*

Concordias super juribus Ecclesiae quando facere possit Capitulum. ibid.

Requisita quae desiderantur, ut subsistant statuta facta à Capitulo. ibid.

19 *Consilium Capituli in Episcoporum tractatibus vel negotiis plerumque est requirendum.*

20 *Consilium Capituli per Episcopum est requirendum, non autem consensus exigendus in processionibus edicendis, decernendis, dirigendis, atque deducendis.*

Consilium Capituli sui requirere tenetur Episcopus ad designandum quibus Canonicatibus quisque Ordo imposterum debeat esse annexus. ibid.

21 *Capitula Cathedralium Ecclesiarum vocanda sunt, & admittenda ad Concilia Provincialia.*

22 *Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem jurisdictionem habentia ad Synodum Provincialem sunt vocanda.*

23 *Episcopus an teneatur sequi Capituli consilium in decernendo, aut statuendo quae visa fuerint opportuna in Synodo, ostenditur.*

24 *Capitula Ecclesiarum ex manifesta & rationabili causa possunt cessare à Divinis in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, & divinorum Officiorum celebrationem suspendere.*

25 *Capitulum etiam semotâ aliquâ speciali consuetudine cessationem inducere potest.*

Canonici absentes à civitate, an sint vocandi in omnibus negotiis pertractandis à Capitulo. ibid.

In negotiis agendis per Episcopum cum consensu Capituli, an Episcopus cum uno, vel duobus Canonicis faciat majorem partem, & ita sit attendenda? ibid.

26 *Devolutio fit ad Episcopum tanquam ad immediatum superiorem, propter negligentiam Capituli Cathedralis Ecclesiae in conferendis beneficiis, quae ad suam collationem separatim ab Episcopo pertinent.*

Legata facta Canonicis in dubio an censeantur relicta Capitulo, ibid.

27 *Capitulum Sede vacante inventarium de rebus Ecclesiae conficere tenetur.*

28 *Vicarium intra octo dies post mortem Episcopi constituere;*

Biblioteca de Ciències Socials

stituere, vel existentem confirmare omninò tenetur Capitulum.

29 Administratio jurisdictionis residet penes totum Capitulum ante electionem Vicarii infra octo dies faciendam.

30 Capitulum Sede vacante ad vicarii Capitularis electionem iteratis vicibus devenire potest, absque causa tamen non debet.

31 Capitulum Sede vacante non arctatur ad constituendum Vicarium intra illos octo dies, & successivè potest de per se administrare.

32 Sedes quando dicatur vacare, ubi Episcopus transfertur ad aliam Ecclesiam, ostenditur.

33 Vicarius unus tantùm eligendus à Capitulo Sede vacante, nisi legitimè adesset immemorialis consuetudo duos, aut plures eligendi.

34 Capitulum Sede vacante duos Vicarios substituere potest, ut alternis mensibus Vicarii munere fungantur, si legitimè probetur immemorialis consuetudo, & aliis qualitatibus sint præditi, quas requirit Concil. Trid.

35 Vicario Capituli Sede vacante debet provideri de competente salario.

36 Vicarii in electione si discordia fuisset inter Canonicos, & plures ad hoc officium assumerentur, magis idoneus, & habens qualitates Conc. remanere debet, cæteris remotis.

37 Capitulum quamvis non teneatur eligere personam in Vicarium de gremio ipsius Capituli, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus est præferendus.

38 Capitulum Episcopi Sede vacante eligere valet in Vicarium generalem Canonicum ejusdem Ecclesiæ, qui in eadem civitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum.

39 Canonicus ex gremio Capituli in Vicarium Sede vacante electus, & tempore divinorum Officiorum suo numeri, & officio incumbens, distributiones quotidianas non percipit.

40 Vicarius Capitularis, qui semel est Canonicus, si in choro interveniat cum canonicali apparatu, ut distributiones quotidianas lucretur, debet sedere in loco proprio sui Canonicatus, antiquioribus non præcedendo.

41 Archidiaconus, seu alia Dignitas major post Pontificalem, præfertur vicario Capitulari, etiamsi non sit Canonicus.

42 Vicarius Capitularis occupare non debet in Ecclesia sedem Archidiaconi, sed debet sedere in alia sede portatili.

43 Capitulum sede vacante in commissione Vicarii potest certum tempus præfinire, quo elapso ejus jurisdictio exspiret.

44 Capitulum potest Vicarium eligere cum clausula quod non duret, nisi per annum.

45 Vicarius Capituli magis expedit ut eligatur liberè absque ulla conditione mutationis, & assignationis assessoris.

46 Si Capitulum constituerit Vicarium simpliciter absque temporis præfinitione, ejus officium durat durante sedis vacatione.

47 Vicarii Capitularis electione facta non potest Capitulum illum revocare, nisi ex causa bene visa sacræ Congregationi.

48 Vicarius à Metropolitano deputatus in vim capitis 16. sess. 24. amoveri potest ad nutum ipsius Metropolitani.

49 Vicarius Capituli sede vacante debet eligi Doctor, vel Licentiatus in jure Canonico, seu aliàs quantum fieri potest idoneus, si secus fiat, electio est nulla.

50 Vicarius Episcopi demortui non debet confirmari, nisi esset Doctor.

51 Vicarius Capitularis debet esse Doctor in aliqua Universitate, non vero persona privata.

52 Capitulum, ubi non esset Doctor, potest in ipso actu deputationis Vicarii dare ei consultorem Doctorem sibi benè visum, partibus non suspectum.

53 Doctor Theologus non potest esse Vicarius Capitularis, Sede vacante.

54 Ætas viginti trium annorum permitti potest in Vicario Capituli, si aliàs est idoneus, non tamen expedit.

Vicarius generalis, Provisor, aut Officialis in Regnis Castellæ & Legionis debet esse in sacris constitutus. ibid.

55 Capitulum, si infrà octo dies post mortem Episcopi non providerit de Vicario, vel non idoneum elegerit, poterit Archiepiscopus deputare Vicarium, seu Officialem in Ecclesia suffraganea.

56 Metropolitano negligente suum Vicarium constituere, Episcopus antiquior ex Suffraganeis in Metropolitana illum constituere potest, Vpiscopo verò exempto negligente, Episcopus propinquior deputare poterit.

57 Vicarius Capituli Sede vacante non potest cognoscere de causis delegatis Vicario generali Episcopi, nec exequi dispensationem in Matrimonii impedimentis, & litteras in forma Dignum, qua hujusmodi Vicario Episcopi solent committi.

58 Dispensationes matrimoniales directæ Episcopo, & ejus Vicario generali, si Sedem vacare contingat, non possunt per Vicarium Capitularem expediri.

59 Capitulum, seu Vicarius Capitularis, Sede vacante non potest exequi commissiones Apostolicas in forma Dignum, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario generali intuitu officii, vel sub nomine Dignitatis.

60 Vicarius Capituli Sede vacante executioni demandare poterit litteras Episcopo per sacram Congregationem directas, & ab illo non exequutas, nec non illud, quod Episcopo mortuo per Bullam, seu Breve in causis jurisdictionem importantibus concessum erat.

61 Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Sede vacante in jus Episcopale subintrat, & potest omnia facere quæ sunt jurisdictionis, nisi expressè prohibita reperiantur.

62 Absolvere a excommunicatione potest Capitulum; à qua poterat absolvere ipse Episcopus, nisi ei fueris a Sede Apostolica specialiter interdicta potestas.

63 Infirmare electos, & præsentatos per patronos instituere potest. Capitulum Sede vacante.

64 Confessores pro casibus Episcopo reservatis assignare potest Capitulum Sede vacante.

65 Excommunicationes, & alias censuras, ac pœnas inferre, & excessus corrigere potest Capitulum, quatenus defunctus Episcopus poterat.

66. Cognoscere de crimine hæresis potest Capitulum, Sede vacante.

67 Visitare potest Diœcesim Capitulum Sede vacante, & sic omnia loca, quæ poterat visitare Episcopus.

68 Vica

68 *Vicarius Capitularis Diœcesim visitare potest, quamvis id à Capitulo specialiter ei non fuerit commissum.*

69 *Capitulum Sede vacante potest Diœcesim visitare per se, vel per aliurn.*

70. *Capitulum Sede vacante potest tunc demum Diœcesim visitare, quando lapsus est annus à postrema Antistitis visitatione.*

71 *Capitulum potest visitare Diœcesim post lapsum annum à die ultima visitationis per Episcopum facta, tempore triennii non expectato, licèt dicatur Episcopum consuevisse visitare singulis trienniis.*

72 *Cognoscere de arduis causis potest Capitulum Sede vacante.*

73 *Statuta condere potest Capitulum Sede vacante quæ ad statum Ecclesiæ pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Episcoporum succedentium.*

74 *Capitulum circa quotidianas distributiones nihil potest statuere.*

75 *Capitulum non potest habere pro præsentibus Dignitatem, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem nondum emiserunt.*

76 *Defunctorum ultimas voluntates exequi potest Capitulum Sede vacante, quatenus jure ordinario competebat Episcopis.*

77 *Religiosos piarum voluntatum exequutores compellere potest Capitulum Sede vacante ad reddendas administrationis rationes.*

78 *Rationem ab administratoribus piorum locorum exigere potest Capitulum Sede vacante.*

79. *Vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus constituere potest Capitulum Sede vacante.*

80 *Deponere, & interdicere potest Capitulum Sede vacante.*

81 *Dispensare ratione Episcopalis jurisdictionis, & cum illegitimis ad beneficium simplex, potest Capitulum Sede vacante.*

82 *Dispensare, & absolvere vigore Concil. sess. 24. de reformat. c. 6. potest Capitulum Sede vacante.*

83 *Charitativum subsidium exigere potest Capitulum Sede vacante.*

84 *Capitulum non potest statuum condere, quo charitativum subsidium in futurum ex parte minuatur.*

85 *Capitulum cognoscere potest de causis in prima instantia vigore Conc. sess. 24. de refor. c. 20.*

86 *Matrimonio celebrando assistere potest Capitulum Sede vacante, & alii Sacerdoti assistendi licentiam concedere.*

87 *Licentiam concedere potest Capitulum Sede vacante, quam dare posset Episcopus.*

88 *Licentiam ædificandi Ecclesiam, ut acquiratur jus patronatus, concedere potest Capitulum Sede vacante.*

89 *Pontificalia exercendi in Ecclesia vacante licentiam concedere potest Capitulum Sede vacante extero Episcopo.*

90 *Licentiam ut novitii disponant de bonis temporalibus concedere potest Capitulum Sede vacante.*

91 *Indulgentias concedere potest Capitulum Sede vacante.*

92. *Oeconomos præficere potest Capitulum Sede vacante.*

93 *Portiones congruas assignare, & recognoscere potest Capitulum Sede vacante.*

94. *Commendare Ecclesias, sine beneficia ad tempus, potest Capitulum Sede vacante.*

95 *Præsentatos Clericos à patronis admittere, sive instituere potest Capitulum Sede vacante.*

96 *Resignationes beneficiorum recipere potest Capitulum Sede vacante.*

97 *Permutationibus beneficiorum auctoritatem præstare potest Capitulum Sede vacante.*

98 *Uniones ex causa facere potest. Capitulum Sede vacante, dummodo per eas jurisdictioni Episcopali nihil detrahatur.*

99 *Capitulum Sede vacante non potest supprimere quodcumque beneficium, & sibi unire.*

100 *Confessores approbare, & exponere potest Capitulum Sede vacante per Vicarium à se electum.*

101 *Commutare ultimas voluntates potest Capitulum Sede vacante in casibus, in quibus de jure communi posset Episcopus.*

102 *Matrimoniales causas cognoscere potest Capitulum Sede vacante.*

103 *Capituli auctoritas an etiam in iis, quæ requirunt speciale mandatum, transeat in Vicarium, ostenditur.*

Capitulum Sede vacante extra visitationem ex delictis contra certas personas inquirere potest. ibid.

Capitulum potest munus syndicandi contra officiales exercere. ibid.

104 *Capitulum Sede vacante potest facere ea omnia, quæ competunt Episcopo jure proprio, non autem alieno, hoc est jurisdictione ordinaria, non autem delegata.*

105 *Exemptos visitare non potest Capitulum Sede vacante, declarando ut* num. 107.

106 *Monasteria Monialium, quæ visitat Episcopus auctoritate Apostolica, non potest visitare Capitulum Sede vacante.* & 107.

108 *Capitulum Sede vacante non succedit Episcopo in jurisdictione, quæ illi competeret jure aliquo speciali, seu accidentali.*

109 *Beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi conferre non potest Capitulum Sede vacante.*

110 *Quid si beneficia spectarent ad collationem Episcopi, cum consensu, vel concilio. Et quid si ad eundem Episcopum pertinerent jure devoluto.*

111 *Donationem juris patronatus confirmare non potest Capitulum Sede vacante.*

112 *Prebendarum, aut Portionum in suppressione sufficit Capituli consensus.*

113 *Capitulum Sede vacante succedit in jus exercendi Pontificalia per vicarios Episcopi.*

114 *Dimissorias litteras Clericis sua Diœcesis dare potest Capitulum Sede vacante, ut ab alio Episcopo ordinentur: post annum à die vacationis concedere potest Vicarius Capitularis, etiam infra annum, laicis qui expectant præsentari per patronos ad aliqua beneficia.*

115 *Vicarius Papæ etiam statim post vacantem Sedem Apostolicam dimissorias litteras ad Ordines concedere potest.*

116 *Dimissorias etiam ad primam Tonsuram non potest Capitulum, seu Vicarius Sede vacante infra annum concedere.*

117 *Pœnam Concil. sess. 23. cap. 10. incurrit Capitulum, seu Vicarius, Sede vacante concedens dimissorias infra annum vacationis, quamvis illis usus non fuerit is, cui concessa fuerant.*

118 *Dimissorias litteras ac primam Tonsuram concedere potest Vicarius Capitularis, etiam infra annum laicis, qui expectant præsentari per patronos ad aliqua beneficia.*

119 *Dimissorias ad Ordines dare non potest Capitulum Sede vacante infra annum, etiamsi haberet territorium distinctum, & exemptum.*

120 *Dimissorias concedere post annum spectat ad Vicarium, & non ad Capitulum.*

121 *Capitulum Sede vacante non potest infra annum vacationis dare licentiam Episcopo commoranti in civitate, vel Diœcesi, ut ordinet Regulares.*

122 *Testimonium idoneitatis facere potest Capitulum Sede vacante*

123 *Capitulum ante lapsum anni vacationis Sedis poterit obtinenti facultatem à Sede Apostolica de suscipiendo Ordines cum licentia sui Ordinarii, hanc licentiam subordinatam concedere.*

124 *Capitulum infra annum concedere potest Episcopo extero exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum, non tamen subditorum vacantis Sedis.*

125 *Dimissorias infra annum Capitulum per Vicarium à se electum concedere potest arctatis beneficiis, tam habitis, quàm habendis.*

126 *Arctati occasione beneficii recepti, & recipiendi qui dicantur, ostenditur, & n. 127.*

128 *Dispensare potest Capitulum Sede vacante, seu illius Vicarius in interstitiis temporum, cum ordinandis in vim suarum litterarum dimissorialium.*

129 *Dimissoria littera à Capitulo Sede vacante ritè, & rectè concessa ante ingressum moderni Episcopi non expirant.*

130 *Capitulum Sede vacante contraveniens decreto Concil. Trid.* sess. 7. cap. 10. *quam pœnam incurrat, ostenditur.*

131 *Ordinati contra formam dicti capitis* 10. *Concilii, non gaudent privilegio clericali.*

132 *An possint habere beneficium:* & numero 133. & 134.

135 *Episcopo mortuo nihil debet ab Episcopo innovari.*

136 *Capituli Sede vacante potestas intelligitur de Capitulo Cathedralis.*

137 *Formula creandi Vicarium Capitularem.*

1 NOn solùm vacante Sede, verùm etiam ipso vivente Episcopo, Canonicorum Collegium, seu, ut passim vocatur, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ auctoritatem habet, & potestatem in multis. Est enim veluti Senatus quidam Ecclesiæ, ut innuit Hieron. *in cap. Ecclesiæ*, 16. *quæst.* 1. Duaren. *libro primo de sacris Eccles. minist. cap.* 18. Marc. Anton. Columna *in tract. de Eccles. reddit. orig. part.* 2. *capite* 14. *numero octavo.* Valenz. *tom.* 1.
2 *cons.* 34. *num.* 199. Ideo pro materiæ hujus capitis faciliori cognitione sciendum est, Canonicos cujusvis Cathedralis Ecclesiæ bipartitò cerni, & considerari posse: uno modo quatenus conjuncti, & copulati in unum corpus, Capitulum, seu Collegium aliquod constituunt: alio verò modo in quantum repræsentant illam Ecclesiam, & illius clerici sunt, qua ratione, sicuti docuit Pontifex *in cap. requisisti*, ibi, *est Apostoli conjugio copulatus, de testam.* non possunt tales Clerici unam Communitatem, sive unum corpus constituere, nisi cum Episcopo, qui caput ipsorum est, clerici autem membra; & ideo non debent dividi, nec separari à capite. Bellarmin, *consil.* 20. *num.* 7. Cardin. Tusch. *numero primo, littera C. concl.* 54. si verò considerentur in quantum efficiunt Capitulum, seu Collegium, reverà etiamsi Episcopus non interveniat, erunt & sunt unum corpus, juxta expressa *in cap. Capitulum S. Crucis, de rescript. cap dilecta, de excess. Prælator.* quo casu Episcopus non erit pars Capituli, ut probat textus *in cap. irrefragabili, vers. excessus, de excess. Præl.* & admonuit Abb. *in cap. eam te, num.* 3. *de rescript.* refert Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 4 *numero* 4. Deinde sciendum, ex mente ejusdem Anguiani *citato loco, num.* 11. & 14. in rebus & negotiis, quæ ad ipsa Collegia, sive communitates spectant, Canonicos considerari posse, vel tanquam clericos Cathedralis Ecclesiæ, quæ casu capitulariter congregari poterunt, & particularia negotia ad ipsos spectantia sine Episcopi consensu tractare; vel tanquam Capitulum repræsentans ipsam Ecclesiam, quo etiam casu non poterit ardua, & difficillima negotia disponere statuendo, sive constituendo, neque illa, quæ statum universalem Ecclesiæ, vel ipsum Episcopum concernunt, sine ejusdem Episcopi consensu, nec vice versa sine consensu, vel consilio Capituli pleraque negotia exequi potest Episcopus, juxta titulum *de his quæ fiunt à Prælat sine consensu Capituli, per tot.*

3 Primò igitur Capituli consensus requiritur in administratione bonorum, & reddituum Ecclesiæ; si etiam hæc omnia sunt communia inter Prælatum, & Capitulum, ad eos simul spectare debet administratio, *cap. novit, cap. quanto, cap. ea noscitur*, ubi Abb. *num.* 4. *de his quæ fiunt à prælatis sine consensu Cap.* Lap. *allegat.* 31. Selva *de benefic. part.* 2. *quæst.* 22. *num.* 45. Cæsar de Grassis *decis.* 5. *de his quæ fiunt à Prælat.* Fr. Emman. *quæst. Regn. tom.* 2. *quæst* 62. *art.* 7. & 8. & *quæst.* 78. *art.* 12. & 13. Felin. *in cap. edoceri, num.* 3. & 9. *de rescript.* Abb. *num.* 5. per textum ibi in cap. *relatum* 12. *de testam.* Seraphin. *decis.* 339. *num.* 1 Mantic. *dec.* 207. *num.* 4. Cavaler. *decis.* 57. *num.* 2. Rot. *decis.* 16. & *dec.* 183. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & *in Gerundensi administrationis*, 16. *Februarii* 1619. coram R.P.D. Verospio, & *in eadem* 11. *Decembris* 1630. *coram reverendiss. D. meo Coccino Decano*: quod adeò verum est, ut non censeatur sublatus hic consensus Capituli, & ejus coadministratio talium bonorum, & jurisdictionum, quamvis soli Prælato concessa specialiter videatur, ut benè per Bald. *in l.* 1. *num.* 4. *de bonor. possess. contra tab.* ubi si tertius referat molestiam Episcopo in jurisdictione, & Papa dicat, *solus Episcopus procedat*, illa verba intelliguntur respectu molestantis, non autem respectu Capituli connexi Episcopo: & ibi etiam notat Jas. *num.* 6. ubi quod natura termini taxativi est excludere extranea, cuncta autem pertinentia indulgere: hinc etiam Papa dicit, *solus Episcopus possit degradare*, non tamen excludit Capitulum concurrens in degradatione, sed alios Episcopos, *cap.* 1. & ibi Gloss. 5 finalis *de hæret. lib.* 6. Joan Monach. *num* 1. Archid. *num.* 1. Joan Andr. *in princ.* Hinc denique si Papa in indulto dicat, *quod solus Episcopus possit providere beneficia, ad quæ provisus solet per electionem assumi*, non propterea excluditur Capitulum, ad quod spectat electio, sed dispositio intelligitur in præjudicium ipsius Papæ. Puteus *dec.* 190. *n.* 2. *lib.* 3. Anastas. Germon. *de indultis Cardinal. in* § *ad beneficia*

6 *beneficia, num. 32. & 39.* Nec obstat, quod si jurisdictio datur alicui, ut solus cognoscat, censetur sublata jurisdictio alterius, secundum Beroi. *conf. 22. num. 28. volum. 1.* Rip. *de peste, tit. de remediis præservativis, num. 62.* Cott. *in memorab. verf. solus,* Mandos. *ad conf. Rom. 563. lit. B.* Felin. *in cap. pastoralis, num. 2. limit. 3. de officio Ordinar.* qui unà cum Rip. solùm limitat hoc dictum quando alteri competeret jurisdictio de consuetudine, non autem de jure communi, ex quo consuetudini non censetur derogatum, nisi expresè dicatur, & sic declarat textus *in l. viros, C. de divers. offic. lib. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib 2 præs. 18. num. 14.* ubi dicit hanc veram, & receptam sententiam: nam huic fundamento poterit responderi, quod contrarium tenent Ange'. *in l. 1. num. 1. C. ubi & apud quem.* probat Cotta *loco citato, in fine,* Dec. *conf. 3. num. 7. col. 5. vers. supereft respondere,* Jas. licèt videatur dubitativè loqui, *in l. quod in rerum, §. si quis, post num. 9 ff. de legat. 1.* Decian. *respons. 118. num. 23 vol. 1* Grammatic. *conf. 28. num. 9.* Roman. *conf. 393. n. 3. & 4* Menoch. *de arbitrar lib. 1. q. 80. num. 8.* Sed quicquid sit de hac opinione, quatenus affirmativa esset vera, procedit quando agitur principaliter inter duos, non autem quando agitur inter duos, & unus ex illis, ad cujus favorem disponitur, habet alium connexum, quia disposita in illo habent locum etiam ad favorem connexi: & ratio differentiæ est, quia quando agitur inter duos simpliciter, si alius non excluderetur, statutum nihil operaretur, & frustrà occuparet membranas, ut dicit Cotta *loco allegato,* quæ ratio cessat quando agitur cum tertio, quia etiam quod præserveturjus connexo, nihilominus dispositio operatur, quia ille tertius excluditur.

7 Secundò, Capituli consensus requiritur in rerum Ecclesiasticarum alienatione, quæ ad Cathedralem Ecclesiam pertinent, *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. ut super, §. fin. de rebus Eccles. non alien. cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat.* Molin. *dict. tract 5. disput. 11. num. 15.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 54. in 1. edit. aliàs resolut. 51. in 2. edit* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 2. num. 9. in princ. vers. similiter,* latè Rota in Trevirina beneficii, 12 Novembris 1629. coram R. P. D. Queipo, impressa *part. 5. divers. decis. 318.* Seraphin. *decis. 338. num. 2.* ubi quod in alienatione bonorum Episcopatus requiritur consensus Capituli, non uti personæ interesse habentis, sed solùm tanquam solemnitas: & *decis. 443. num. 4.* ubi quod in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa Capituli requiritur consensus Capituli, sed si probetur evidens utilitas, defectus dicti consensus non obstat: & *num. 5.* subdit consensum Capituli in hujusmodi alienatione magis respicere solemnitatem, quàm substantiam alienationis: ego ipse *de officio & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 95. num. 70.* Rota *decis. 18. num. 3 par. 1. recentior.* ubi quod sine hujusmodi consensu facta alienatio est nulla, & debet Capitulum vocari in figura judicii Decius, *conf. 603. Viso puncto, num. 13.* Anell. Amat. *conf. 64. num. 10. tom. 1.* & Canonicorum subscriptio intervenire, *cap 1.* ubi Gloss. finalis, *de his quæ fiunt à Prel.* & ibi Innoc, *in fine,* dicens in bonis Episcopalibus alienandis necessariam esse subscriptionem Canonicorum majoris Ecclesiæ, ita quod sine ea non valeat alienatio. Bertrand. *consil. 6. Alienatio rerum, n. 5. vol. 1.* Covar. *var. lib. 2. cap. 17. col. 1.* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst. 644.* Anell. Amat. *d. conf. 64. num. 11.* ubi *n. 13.* ex Gemin *in d. cap. sine exceptione, in fine vers. gloss. ult.* subdit non sufficere generalem Capituli mentionem habitam, sed omnium Canonicorum nominationem esse exprimendam: & *num. 4.* addit adeò hanc solemnitatem requiri, ut consuetudine tolli non possit, & quod plus est, omnes se subscribere debent, etsi non sint ejusdem voti. Capyc. *decis. 148. num. 6.* Roland. *cap. 90. num. 21. volum. 1.* Vincent de Franchis *decis. 2.* Bobadill. *in sua politica, lib. 3. cap. 8. num 181.* Tepat. *recept. sentent. tit. 537. de his quæ fiunt à majori parte,* Castill. *lib. 1. de usufructu, cap. 54. num. 17.* ubi loquitur de alienatione rerum Ecclesiæ. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 1. tit. quod cujusque univers. nom. resol. 1. num. 10.* ubi quod quando agitur de alienatione rerum civitatis, quæ servando servari possunt, scribenda sunt nomina singulorum, quia iste actus est ponderosus. Et ubi habet consentire Capitulum, non sufficit consensus singulorum de Capitulo, sed requiritur consensus capitulariter. Rota *decis. 484. num. 6 p. 1. recentior.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 18. num. 1.*

Tertiò in unione unius Ecclesiæ alteri Eccle- 8
siæ, seu Dignitati, vel Præbendæ, per Episcopum facienda, aut si Religioso loco donatur, præsertim irrequisito ejusdem Ecclesiæ Rectore, aut (si vacabat) defensore ejus non existente, *cap. antepenult.* ubi Gloss. finalis, *12. q. 2. cap. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælat. Clem. fin. de rebus Eccles. non alien.* Rebuff. *in regul. de union. gloss. 11. num. 2.* Paul. Fusc. *de visitat. lib 2. cap. 26. num. 25.* Ugolin. *de officio Episc. c. 52. §. 1. num. 1* Rot. *decis. 133. num. 2. p. 2 divers. & decis 194. num. 17. part. 5. divers.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 819. num. 3.* Seraphin. *decis. 1078. num. 1.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 6. c. 28. quæst. 12.* Nicol. Garc. *de benef. part. 13. c. 2. num. 145.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 198. num. 17. part. 4.* latè Sanch *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 29. num. 164.* ubi *num. 183.* id ait verum etiam post Concil. Trident. Et hic consensus Capituli potest intervenire etiam post unionem, cùm non sit necessarium quod in ipsa interveniat, ex Rebuff. *dict. gloss. 1. num. 20.* Boër. *decis. 145. num. 3. & 4.* Hojed. *de incomp. benef. p. 2. c 3. num. 9.* Ricc. *decis. 198. num. 16. part. 4.* Azor. *d. quæst. 8. in fine,* Hojed. *de comp. benef part. 2. c. 3. num. 9.* Hieron. Gabr. *consil. 100 lib. 1.* Rota *d. decis. 133. num. 9. in fine, p. 2. divers.* Nicol. Garc. *d. c. 1. num. 147. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 578. num. 32. & c. 278. num. 30.* ubi etiam resolvit nullitatem unionis ob defectum consensus Capituli à nullo posse opponi, cùm hæc exceptio illi soli concedatur: quod etiam comprobat *d. tom. 5. decis. 819. num. 17.* contra Nicol. Garciam, & allegat pro se Rot. *decis. 133. num. 10. cum seqq. p. 2. divers.* Quamvis contrarium, nempe in ipso unionis actu, vel incontinenti prædictum Capituli consensum adesse debere, ita ut unio ex defectu prædicti consensus ab initio nulla, per ejus exhibitionem postea factam non convalescat, existimaverit Bursat. *conf. 285. num. 14. lib. 2.* cujus opinionem verissimam judicat. Rota *dict. decis. 294. à num. 9. p. 5. diversor.* ubi tamen *num. 32.* subdit illud sine controversia receptum esse, quod postquam de nullitate actus judicium inceptum fuerit, consensus superveniens nihil operatur.

Ubi tamen extaret consuetudo in contrarium, 9
videtur unionem posse fieri per Episcopum absque Capitulo, ut per Fusc. *d. lib. 2. c. 26. n. 5.* Petr. Greg.

Biblioteca de Ciencies Socials

de re benef. cap. 20. *n.* 6. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 112. ubi *num.* 153. *&* *num* 154. intelligit de consuetudine generali, quæ esset consuetudo propria, & non præscriptio, quia tunc sufficiet solùm tempus quadraginta annorum, quamvis hujusmodi consuetudinem in contrarium non valere teneant Glos. *verb. consentiente, in d. Clem. si una,* ubi Imol. & Bonif. à n. 16. Add. *num.* 2. Felin. *in c. cùm causam, n.* 10. *& 20. de re judic.*

10 Amplia, Capituli consensum requiri etiam ubi unio fit ab Episcopo tanquam Apostolicæ Sedis delegato, vigore Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. c.* 5. ubi, *juxta formam juris*: & ita decisum fuisse attestatur Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 158. quem refero ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part.* 2. *alleg.* 66. *n.* 29.

11 Declara tamen non sufficere Capitulo consensum in unione facta ab Episcopo ipsi Capitulo, cùm non possit auctorizare in facto proprio, quia tunc requiritur auctoritas Papæ, Glos. *verb. mensa, ad fin. in d. Clem. si una,* quam sequuntur ibi Card. *num.* 3. & Add. *num.* 6. & alii, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 168. & censuit Rot. in una Perusina beneficii, 4. Junii 1608. coram bonæ mem. Peña, ubi quod in unione, quæ fit ad favorem Capituli, quam ipsum non poterit auctorizare, requiritur auctoritas Papæ, etiamsi fiat vigore Concilii *dict. c.* 5. Secus verò ubi unio fieret alicui Dignitati, vel Præbendæ Capituli Rot. *decis.* 788. *num.* 4. *part.* 1. *diverf.* imò etiam omnibus Præbendis distinctis, non simul, sed separatim, & distinctè unicuique, ut resolvunt Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 170. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 234. *num.* 4. *in fine*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 37. *num.* 25. Concilium enim videtur facultatem concedere uniendi tenuibus Præbendis singulorum Capitularium, non tamen mensa Capitularis, secundùm Aloys. Rice. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1067. *in fine, & in praxi rerum fori Eccles. decis.* 488. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 379. *num.* 4. *in* 2. *edit.* & ita de jure probatur *dict. Clem. si una*, ad quam respicit Concil. Trident. *d. c.* 5. ibi, *juxta formam juris.* Ubi verò distributiones quotidianæ, & etiam Præbendæ tenues fuerint, vel quando nullæ sunt distributiones, & Præbendæ tenues, vel è contra, poterit Episcopus facere unionem omnibus Præbendis, seu distributionibus simul, quia hoc casu tenuitati distributionum succurri potest per remedium capitis 3. *sess.* 31. *de reformat.* Ita censuit sacra Congreg. ut refert Nicol. Garc. *d. c.* 11. *num.* 171. Ego ipse *dict. allegat.* 76. *num.* 33.

12 Utrùm autem in unione à Legato de Latere facienda exigatur consensus Capituli? nonnulli tenent non requiri, eo quòd ille nullum consortium cum Capitulo habeat, ut habet Episcopus: ita Boër. *decis.* 513. *num. unic.* Gambar. *de officio & potest. Legati de Latere, tit. de potestate ejus ad uniendа beneficia, n.* 58. Hojed. *de incompatib. benefic. part.* 2. *c.* 3. *n.* 9. Cæterùm sic distinguendum est cum Mar. Socin. seu. *in c. sicut unire, artic.* 6. *concl.* 14. *n.* 115. *de excess. Prælat.* si eam unionem facit ex Pontificia commissione, in qua consensus Capituli mentio non fiat, non exigetur is consensus, quia tunc non unit ut Ordinarius, sed ut Pontificis delegatus, & ideo sicut Pontifex potest absque consensu Capituli unire, ita & ipse. Si autem id faciat ex sua potestate ordinaria, indiget consensu Capituli, quia tunc non ampliorem in beneficiis uniendis habet potestatem, quàm Episcopus: si ergo hic indiget consensu Capituli: ergo & ille. Refert & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 166.

Quid si Canonici consentire nolint, & justa causa unionis faciendæ subesset, quando consensus Capituli in unione facienda per Episcopum requiritur. Posse eos compelli probant Rebuff. *dict. reg.* 21. *Cancell. gloss.* 11. *n.* 3. Azor. *d. c.* 28. *quæst.* 22. Mar. Socin. sen. *in d. c. sicut unire, art* 6. *concluf.* 1 *n.* 92. ubi addit, alios allegans, existente justâ contradicendi causâ, contradictionem unius sat esse ad impediendam unionem: refert Sanch. *d. c.* 29. *n.* 64. *post princ.* 13

Quartò in suppressione Canonicatuum & beneficiorum, quæ non permittitur Episcopo absque consensu Capituli, & sine legitima causa, *capit. cùm accessissent, de constitut.* ubi Abb. *num.* 4. & 9. Felin. *num.* 17. & Dec. *num.* 45. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib* 6. *c.* 30. *quæst.* 11. & 12. Mantic. *decis.* 114. *n.* 2. Ego ipse *de officio & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 67 *n.* 3. Nicol Garc. *de benefic. p.* 12. *c.* 1. *n.* 1. & 2. Stephan Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *c.* 8. & 9. *à n.* 1. ubi *n.* 12. resolvit, quod ex cursu triginta annorum præsumitur intervenisse consensum Capituli: & *n.* 15. quod talis consensus Capituli potest intervenire ex intervallo post suppressionem factam: & *n.* 4. & 19. quod canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum præfixione numeri, & decreto irritanti, non possunt supprimi per Episcopum: & *n.* 5. post Seraphin. *decis.* 1385. *n.* 2. & 3. Gregor. XV. *decis.* 485. tenet, quod causa, ob quam fit ista suppressio, debet legitimè, & plenè probari, ita ut si allegetur diminutio reddituum, quæ est potentissima ratio reducendi & supprimendi beneficia, non solùm debeat constare de tali diminutione, sed etiam erit probandum, quod ista diminutio consideretur respectu quantitatis assignatæ à principio erectionis Canonicatus, & beneficii, quæ præsumitur fuisse congrua, & sufficiens pro oneribus incumbentibus, & aliis necessariis, & quod ad talem effectum suppressionis debet esse perpetua, non transitoria, occasione pestis, vel similis causæ. Vide suprà *c.* 2. *n.* 25.

Quintò in omni negotio, quod concernat præ- 14
judicium Ecclesiæ Cathedralis, Capituli consensus requiritur, veluti quoad subjectionem, *cap. ult. de major. & obed.* Piasec. *loco proxime citato.*

Sextò in his, quæ concernunt interesse Capituli. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *c.* 2 *num.* 9. *in princ.* per caput ultimum, *de his quæ fiunt à Prælat.* veluti si Episcopus Dignitatem in Ecclesia constituere velit. Card. Mantic. *decis.* 114. *num.* 3. *cum seqq.*

Septimò in his, quæ spectant ad Episcopum, & Capitulum simul, aut quia promiscuæ sunt jurisdictiones, aut quia specialiter in negotio aliquo adinvicem convenerunt, vel à Sede Apostolica est ita in speciali casu mandatum: nam Capitulum habens mensam separatam ab Episcopo suo, potest ea de se, quæ possunt alii Rectores, & beneficiati. Ita Federic. de Sen. *conf.* 295. Card. Tusch. *tom.* 1. *litt. C. concluf.* 25. *n.* 1.

Octavò in casu, quo diminueretur Ecclesiæ auctoritas, *c. dilecti, de major. & obed.* Piasec. *d. p.* 2. *c.* 2. *n.* 9. *vers. item in casu.*

Nonò ubi præter hos casus talis est consuetudo, ut scilicet tale negotium sine consensu Capituli non fiat, veluti confirmatio electorum, quæ secundùm Archidiac. *in c. fin. de elect. lib.* 6. fieri debet

bet cum consensu Capituli, ubi, inquam, est consuetudo. Et in his casibus, quod ab Episcopo sine consensu Capituli factum fuerit, nullius erit roboris, & momenti.

13 Post hæc scripta inveni de hac materia novissimè Theodos. de Rubeis *singularium Rotæ tom. 2. p. 3. verb. Abbas*, §. 4. *pag.* 117. ubi post Abb. *in cap. cùm consuetudinis, num. 8. de consuet.* Henric. Bottæum *in tract. de Synodo Episcop. p. 3. num.* 132. & Rotam, quam ibi citat, tenet Episcopum incondendis statutis consilium Capituli adhibere debere, nisi in quibusdam casibus, ut putà si agatur de re communiter spectante ad Episcopum, & Capitulum simul, quia tunc non sufficit consilium sed requiritur atiam consensus. Abb. *ubi suprà, num. 4. & in cap. quantò, num. 7. de his quæ fiunt à Prælat.* Item ubi sumus in arduis, in quibus etiam debet intervenire consensus Capituli. Abb. *in d. cap. cùm consuetudinis, sub num. 5.* Henric. Bottæus *ubi suprà, num.* 142. Sicut etiam requiritur in corrigendis excessibus, & exercenda jurisdictione. Anton. Gariel *commun. tit. de crimin. concl. 36. in fine.* Item requiritur consensus Capituli, quando agitur de præjudicio Ecclesiæ. Abb. *in d. cap. quanto, num. 7. & in cap. cùm dilectus, num. 11. de consuet.* Henric. Bottæus *ubi suprà, num.* 142. Quæ omnia ait Theodos. de Rubeis, sunt intelligenda quando Episcopus procedit jure ordinario, quia in his, in quibus procedit vigore Concilii Trident. uti Sedis Apost. delegatus, nullam habet communionem cum Capitulo, neque indiget aliqua statutorum abj ctione.

14 Paramenta nova & antiqua mutare possunt Canonici absque consensu Episcopi, & de aliis mobilibus non pretiosioribus disponere, quatenus non adsit consuetudo, quod de consensu Episcopi id fiat. S. Congreg. Concil. *in Naxien. 23. Augusti 1631.*

15 Sed an, & quando Capitulum possit statuere, videtur in præsenti indagandum, in quo dubio respondendum est affirmativè in his quæ concernunt suam communitatem, seu collegium, & sic circa negotia, quæ Canonicos solos tangunt, & non Episcopum, nec statum Ecclesiæ, & hoc sine consensu Episcopi Ita glossa *verb. statutum, in capis. 251. de verbor. signific. lib. 6.* Doctores, & præcipue Imol. *num. 4.* & Bero. *num. 41. in cap. cùm omnes, de constitut.* & Dec. & Felin. *in c. cùm accessissent, verb. uterque, num. 9. eod. tit.* ubi Abb. *num. 4.* idem. *in cap. 1. num. 14. de his quæ fiunt à majori parte Cap.* Menoch. *cons. 28. num. 33.* Joseph. Selle *Arag. decis. 70. num. 14. tom. 1.* latè Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 4. num. 12.* ubi intelligit posse statuere sponte & pro arbitrio suo absque Episcopo in spectantibus ad suam communitatem, seu collegium. Beltram. *cons. 262. vol. 8.* Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. quæst. 675.* ubi intelligit de statutis, quæ non tangunt Episcopum, nec statutum Ecclesiæ, sed sua negotia singularia, putà quod certo modo quotidianas obventiones distribuant &c. Cardos. *in praxi judicum, verb. Canonicus, num. 6.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 14. n. 88.* Seraphin. *decis. 530. n. 14.* Ugolin. *de officio & potest. Episcopi. p. 1. c. 19. n. 1. vers. quartò,* Præpos. *in cap. Catholica, in vers. nota quod unaquæque Ecclesia, dist. 11.* & ibi Gemin. *n. 11.* Rota *decis. 606. num. 1. p. 2. recentiss.* Consentiente verò Episcopo etiam circa ardua & concernentia universalem statum, potest statuere Capitulum, suprà reg. 9 *num. 1.* Theod. Rub. *in sing. Rotæ tom. 2 p. 2. circa stilū, verb. Capitulum*, §. 2. Cæs. de Grassis *dec. 4. n. 4. de his quæ fiunt à majori parte Cap.* Seraph. *dec. 1447. num. 1. & 2.* Rota *d. dec. 606. n. 1. in fine.* & sufficit consensus saltem tacitus, ut quia scivit, & passus fuit statuta per Capitulum facta. Calderin. *cons. 2. n. 2. de constit.* quem sequitur Fel. *in c. cùm omnes. n. 10. circa fin. vers. reliqua in hac materia, de constit.* Rot. *in Illerdensi statuti, 19. Maii 1597.* coram Corduba, *& in Paduana sedilium. 27. Januar. 1618.* coram bon. mem. Card. Sacrato, impressa per Farin. *decis. 606. num. 1. p. 2. recentiss.*

Intellige de statutis concernentibus statum 16
universalem Ecclesiæ, vel Episcopum, aut ejus jura tangentibus, in quibus casibus non potest statuere Capitulum sine Episcopi consensu, secus autem in his, quæ tangunt particularia ipsius Capituli negotia, ut declarat Glossa *de verb. statutum, vers. si verò*, quam sequuntur communiter Doctores. Cald. *d. cons. 2. num. 2.* Butr. *in c. constitueus, num. 35. de rescript.* Abb. *in dict. cap. cùm accessissent, num. 4.* & ibi Dec. *n. 9.* Ferret. *cons. 286. num 1.* Maresc. *var. resolut. lib. 2. cap. 32. num. 22. & 23.* Cardoso *d. verb. Capitul. num. 9.* Benedict. Capra *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 2. num. 24. pag.* 154. Gregor. *dec. 66. num. 11.* Gratian. *discept. cap. 482. num. 3.* & Rot. *in d. Illerdansi. statuti, & in d. Paduana sedilium*, quæ decisiones loquuntur in concernentibus ordinationem chori: & eadem Rota *decis. 423 num. 1. & dec. 494. num. 6. p. 2. recentiss.* loquitur in concernentibus divinum cultum, & servitium Ecclesiæ: latè Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 4. num. 14.* ubi per Gloss. Magistralem *in cap. 2. §. caterùm, de verb. sign. lib. 6.* tenet non posse Capitulum sine Episcopo disponere circa negotia admodum ardua, statuendo, sive constituendo per viam constitutionis, quantumvis ad Capitulum spectent privativè. Inter negotia autem ardua, & difficilia, aliqua in jure nostro commemorata reperiuntur, ex quorum numero sunt augere, sive minuere Præbendarum numerum, quod Capitulum efficere per se non potest, ut docent Interpretes post gloss. *in cap. cùm accessissent, de constit.* & decernere, novumve aliquid inducere circa residentiam Canonicorum, quod etiam Capitulum facere non valet, ut pariter tradiderunt DD. *in cap. cùm consuetudinis, de consuet.* Ex qua doctrina orta fuit decisio textus *in cap. ex parte, de constit.* ubi statuitur ab Honorio III. augmentum, sive diminutionem Præbendarum, & similia negotia ob dictam rationem judicio Episcopi reservari: refert Anguian. *dict. lib. 2. controv. 4. num. 16.*

Intellige etiam suptadicta locum habere ubi 17
statuta non fuerint juri communi contraria; tunc enim non sufficit consensus Episcopi, sed requiritur beneplacitum Apostolicum, quia Capitulum nec etiam interveniente consensu Episcopi potest statuere contra jus commune. Oldrad. *consil. 259. num. 6.* Feder. de Sen. *cons. 17. per tot.* Alex. *cons. 105. num. 2. lib. 2.* & fuit resolutum *in Hispalensi portionis de Ossuna, 10. Februarii 1623. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo.*, in qua
fuit dictum, fuisse invalidum statutum à Capitulo 18
conditum, quod descendentes ex genere infecto, nempe Judæorum, Maurorum, vel Hæreticorum, non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, cùm hujusmodi statutum sit contra jus commune, de quo *in c. eam te, de rescript.* ut censuit Rot. *in Cordubensi dimidiæ portionis, 20. Junii 1628.* coram R. P. D. Merlino: optimè Ferentil. *in annot. ad*

ad decis. 570. *Buratti*, & in aliis adductis per Theodos. de Rubeis *singular. Rotæ tom.* 2. *part.* 6. *observat.* 5. §. 7.

Adverte tamen, quod in illis casibus, in quibus omnimoda potestas faciendi statuta residet penes Capitulum, sive totum communitatem, quatuor potissimùm desiderantur requisita, ut subsistat, & valeat conditum statutum. Primum quidem erit, ut statuentium consensus non quovis in loco, sed *in domo* & parte publicis Congregationibus designata præstetur, Capitularibus non quomodocunque, vel singulariter, sed per modum communitatis adstantibus. Secundum requisitum est, quod adsint, præsentesque sint duæ saltem partes Capitularium. Tertium, ut omnes advocentur. Quartum, & ultimum, ut major pars illorum, qui adsiunt, statuto consentiat. Quæ requisita commemorat Anguian. *dict. controv.* 4. *num.* 30. 31. & 32. ubi *n.* 153. addit quintam conditionem, ut major illorum pars, qui statuto Ecclesiastico consentiunt, sanior sit, hoc est, constet ex personis majoris momenti & auctoritatis.

Concordiam facere potest Capitulum nomine Ecclesiæ suæ super juribus Ecclesiæ, & iisdem dubiis, & in controversiam deductis, quæ servanda veniat, & liget etiam Canonicos successores, si interveniat auctoritas & decretum Episcopi, adhibitâ causæ cognitione, ac prævio diligenti tractatu, ut probat textus *in c. statuimus* ubi Abb. *num.* 1. & *seq. in c. de cætero*, ubi Innoc. *num* 4. & 5. *in c. veniens*, ubi Card. *sub num.* 2. *de transact.* Natt. *cons.* 441. *num.* 9 Rot. *decis.* 759. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & *in Elnen distributionum.* 25. *Junii* 1629. coram Reverend. P. D. Duran. & *in Alexandrina funeralium*, 2. *Julii* 1630. coram R. P. D. Merlino, quæ reperitur impressa novissimè *p.* 5. *divers. decis.* 402. Utrùm autem transactio facta cum Capitulo successorem liget, vide Rot. *decis.* 218. *p.* 5. *recentissim. in postb.* & an transactio super decimis cum Capitulo valida sit, Rot. *decis.* 270. *d. p.* 2.

De statutis per Capitulum validè, vel invalidè faciendis, & de materia post hæc scripta inveni decisionem Rotæ *in Illerden. statutorum.* 3. *Decembris* 1593. coram R. D. Corduba Episcopo Pacen. impressam per Maresc. *p.* 1. §. 1. *pag.* 553. quæ cùm plura scitu digna habeat, eam hîc transcribere non dubitavi. *Die Veneris* 3 *Decembris proposui dubium, an valeat statutum factum à Capitulo Illerdensi, quo statuitur, ut si Præcentor non fuerit præsens in choro festis duplicibus ad omnes horas, tam diurnas, quàm nocturnas, per se, & non per substitutum, mulctetur tribus ducati. pro unoquoque die applicandis Canonico à quo servitum fuerit, & quod teneatur præsentare Succentorem idoneum admittendum à Capitulo, qui serviat singulis diebus in choro, & assignetur illi salarium quadraginta ducatorum? Domini dixerunt præditum statutum non valere, quia licèt Canonici quarumcunque Ecclesiarum possint facere statuta in sua Ecclesia sine auctoritate superioris, c. cùm omnes, de const. c. statutum, de haret. in 6. Gem. in c. 2. §. cæterùm, num. de verb. signif. in 6. Ferret. consil.* 186. *tamen non possunt statuere super residentia, vel super statu Ecclesiæ sine consensu Episcopi. Anchar. in repet. c.* 1. *q.* 6. *num.* 105. *de const. Butr. in c. constitutus, num.* 25. *de rescript. Oldrad. cons.* 181. *gloss. in verb. statutum, in c.* 2. *de verb. signific. Felin. in c. cùm omnes, num.* 7. *in princ. de const. maximè quando statuit circa impositionem pœnæ, quia est jurisdictionis, quæ non cadit in Capitulum, nisi Sede vacante, ut post Feder. de Senis notat Felin. in dict. c. cùm omnes, num.* 9. *in fine, & num.* 10. *vers. est advertendum.*

Neque obstat, quod Capitulo competat facultas statuendi super eo, per quod reditur ad jus commune, & sit contra consuetudinem de non residendo, ad Abb. in d. c. cùm omnes, in 2. *not. post Host. & Joan. Andr. quos citat Felin num.* 7. *Dec.* 1. *lect.* 2. *not. & 2. lect. num* 6. *in fine, vers. nota secundo, Ioan. Andr num.* 59. *vers. tertio nota, Gloss. in verb. tolli, in Clement. ne Romani, & ibi Card q.* 3. *de elect. Dec. cons.* 199. *num.* 3. *in fine, vers. & ideo istud quod est prohibitum de jure. Cravet. consil.* 973. *num.* 41. & 42. *& reddunt rationem consuetudinis de non residendo, quia statutis Ecclesiæ revertitur ad jus commune, quo omnes residere tenentur, c. relatum. c. inter quatuor, de major. & obed. c.* 1. 21. *q.* 1. *c. sanctorum.* 70. *dist. Concil. Trid. sess.* 6. *c.* 1. & 2 & *sess.* 23. *c.* 1. *quasi hic non tractetur super residentia, nam Præcentor residet, ut deponunt testes, ut in ejus summario; sed super certo numero per ipsum Præcentorem imponendo, nempe servit. o viginti quinque dierum, quod respicit servitium, sive exercitium Officii; in hoc enim adest iniquitas statuti, quod nullam habet rationem justi impedimenti, quod supervenire ei potest, ex quo per se munus explere non possit. Non etiam obstat quod Capitulum sit in quasi possessione statuendi sine Episcopo circa residentiam in his, quæ respiciunt chorum, & exercitium muneris uniuscujusque, ut in summario* 1. 2. 3. & 8. *testis super primo & octavo, nec dubium est, quin consuetudo, si probetur, tribuat jurisdictionem, c. duo simul, c. irrefragabile, de offic. Ordin. c. cùm ex Officii, de præscript. c. cùm contingat, de foro comp. Roman. cons.* 300. *num.* 1. *Bald. in c.* 1. *de elect. Corn. cons.* 312. *num.* 11. *lib* 1 *quia, ut dictum fuit, de residentia non agitur, & cùm statutum super non residentia sit contrarium dispositioni decreti Concilii sess.* 24. *cap.* 12. §. *præterea, quod inducit certam formam, dicitur contrarium juri, & ut illo Capitulum possit juvari, necessarium est quod probet quadragenariam cum titulo, quæ est impossibilis, si inspiciamus Concilium; idem etiam, si jus commune, quia contra c. novit, de his quæ fiunt à Prælat. c. fin. ubi Doctor. de consuet. Secundò, quia per hujusmodi statutum liberat se Capitulum à solutione salarii debiti succentori, quoniam vult per Præcentorem illi assignari annis singulis scuta quadraginta. Nec facit, quod dicitur id fieri ratione annonæ, cùm Præcentori non incumbat onus illud, cui deficit, à succentore suppletndum, sed Capitulum debet de suo providere. Tertiò, quia pœna trium ducatorum pro quolibet intermissione exercitii decreta, est alterata à consueta in notabili quantitate, in commodum privatæ cujusque bursæ, non autem Divinum cultum respicit, licèt aliàs si fuisset communis omnibus, & in Ecclesiæ utilitatem convertenda, pœna valuisset, ut tradunt scribentes in d. cap. cùm omnes, ubi Abbas n.* 3. *Felin. n.* 7. *Imol. & alii, ut per Dec. de elect. sub num.* 5. *de constit. cum aliàs si nō fuisset apposita pœna, redderetur frustratorium, quia & factum in odium particularis personæ, aliàs dummodo rationabile, valeret, ad Felin. in d. c. cùm omnes. n.* 21. *Bald. in l.* 1. *in princ. num.* 2. *Jason. cons.* 9. & 18. *Claud.* 4. 10. 11. *de legibus, &c.*

Consilium verò Capituli in Episcoporum tractatibus, vel negotiis plerumque est requirendum, videlicet in institutionibus beneficiorum, *cap. novit, de his quæ fiunt à Prælat.* In dispensationibus, & confirmationibus, *cap. fin. cum gloss. 1. q.* 5. *cap. quanto, illotit. de his, quæ fiunt à Prælat* & *in*

aliis

aliis Ecclesiæ negotiis arduis, *d. cap. quanto, c. pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.* plures citat Brunor. à Sole *in locis communib. ver. Prælatus explicare arduæ*: sicut etiam in inquirendis, puniendis, & corrigendis subditorum excessibus, *cap. 1. de excessib. Prælat. cap. Episcopus nullus, 15. q. 7.* quamvis enim in hoc secundùm Gloss. *in d. cap. 1.* videatur olim Canonicorum requiri consensum, consilium tamen satis esse colligitur *ex cap. non est, de consuetud. in 6.* quod neque requiritur si consuetudo in in contrarium extaret, *d. cap. non est*, Gloss. *verb. præsentia, in cap. degradatio, de pœnis lib. 6.* sicut in aliis quoque, quæ diximus, contraria prævalet consuetudo, ut *in dict. cap. ea noscitur*, exceptis nonnullis, quæ nullâ possunt consuetudine præscribi, ut alibi dicemus.

2 In processionibus edicendis, decernendis, dirigendis, atque deducendis consilium Capituli per Episcopum est requirendum, non autem consensus exigendus, & Sacr. Congregat. Rit. *in Elboren. 28. Martii* 1628. & novissimè *in Commen. 7. Februarii* 1632. declaravit ad Episcopum pertinere, cum Capituli tamen consilio, indicere publicas processiones, & præscribere quomodo, & quò sint dirigendæ: quod per Vicarium generalem absente Episcopo requirendum quoque esse ab eodem Capitulo, declaravit eadem S. Congreg. *in Oriolen. 27. Martii* 1632. Ad 15. respondit, Episcopum in Synodo Diœcesana facere posse Constitutiones, Statuta, & Decreta, absque consensu Capituli; debere tamen requirere illius consilium, licèt illud non teneatur sequi, nisi in casibus à Jure, expressis. Et *in resp. ad* 14. censuit, posse Episcopum solum absque consensu, vel consilio Capituli Synodum Diœcesanam indicere, & publicare. Et *in resp. ad* 2. declaravit, pro generali visitatione Diœcesis decrero Concil. Trident. *cap. 3. sess. 14. de reform.* demandata, posse Episcopum per se solum facere edicta generalia absque consensu, seu consilio Capituli.

Consilium quoque Capituli sui requirere tenetur Episcopus eo casu, quo Canonicatus, & Portiones omnes suæ Ecclesiæ Cathedralis ex fundatione, aut antiqua consuetudine, aut statuto aliquem Ordinem Presbyterii, vel Diaconatus annexum non habent, ut scilicet cum prædicti sui Capituli consilio designare & distribuere valeat quibus quisque Ordo in posterum debeat esse annexus, ita ut saltem pro dimidia parte sint Presbyteri, cæteri verò Diaconi, vel Subdiaconi. Ita Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 12. vers. Episcopos autem*: ubi jussit observari consuetudinem illam, quæ habuerit, ut plures, vel omnes sint Presbyteri circa quam decisionem Conciliarem in hac parte invenio à sacra Congreg. Concilii tres emanasse decisiones. Prima est: *Episcopus cum consilio Capituli designare debet quibus beneficiis, vel Canonicatibus quisque Ordo debeat esse annexus, non qualis personis vel Canonicis, quia mandavit Synodus sacros Ordines annecti Canonicatibus ipsis, ut in posterum perpetua, & continua foret sacrorum Ordinum assignatio, non ipsis personis possidentibus Canonicatus, ne opus foret singulis vicibus novâ assignatione, accedentibus novis Canonicis.* Secunda: *Episcopus auctoritate dicti decreti non potest imponere omnibus Canonicatibus Ordinem Presbyterii, sed dumtaxat sub hoc numero dimidiæ partis, comprehensis Dignitatibus, vel iis, qui dignitatem obtinent; nam reliqua pars manere potest solis Ordinibus Diaconatus, vel Subdiaconatus obnoxia* Tertia: *In facienda distributione, seu designatione sacrorum Ordinum Episcopus teneatur dumtaxat adhibere consilium sui Capituli, non etiam assensum ejusdem expectare, quia potest etiam invito Capitulo efficere id quod judicaverit magis expedire.* Refert Steph. Vveyms *in const. 24. ex jure antiquo depromptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 4. in fine, pag.* 40. ubi ait longè diversa esse in omni actu consilium petere, & assensum debere expectare: & allegat textum *in c. cùm olim*, & ibi Gloss. *de arbitr.* Bart. *in l. 1. §. si plures, n. 7. ff. de exercit. action.* Vide sup. *c. 16. post n. 4.*

Præterea in hoc quoque Capituli auctoritas, vivente Episcopo considerabatur, quod ad Concilia Provincialia Capitula Cathedralium Ecclesiarum vocanda sunt, & admittenda, aut eorum nuncii, præsertim ad ea tractanda, quæ Capitula ipsa contingere dignoscuntur, ut respondit Honorius III. *in c. fin. de his fiunt à Prælat.* ubi Abb. *num. 4.* dicit procedere etiam in negotiis non tangentibus Capitula. Bottœus *in tract. de Synodo, part. 2. num. 42.* Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Concilium Provinciale, vers. quarto quæro*, ubi Prosp. de Augustin. *in addit.* resolvit quod si tempore celebrationis Concilii Provincialis vacaret Sedes Cathedralis, Capitulum succedens in jurisdictione est ordinarius judex, & debet de necessitate vocari, & potest comparere per Vicarium generalem cum speciali mandato dandi vocem decisivam, cùm sit jurisdictionis, quæ transit in Capitulum Sede vacante: addiqué sacram censuisse Congregationem Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem jurisdictionem habentia, ad Synodum Provincialem esse vocanda. 21 22

Utrum autem in decernendo, & statuendo quæ visa fuerint opportuna in Synodo, teneatur Episcopus sequi consilium Capituli, quæstio est dubia, in qua videtur negativè respondendum, ex eo quia facultas condendi hujusmodi statuta dicitur esse meri imperii maximi, ut docet Bart. *in l. imperium, num. 8. ff. de jurisdict. omnium judic.* quam exornat Suar. *de legibus lib. 1. c. 8. à n. 6.* istud autem merum imperium est in Episcopo, ut per Bald. *in rub. sub num. 7. ad fin. vers. vel dic quod Episcopus. de constitut.* Imol. *in c. cùm contingat. n. 2.* per eum textum, *de foro compet.* ac proinde prædicta potestas pendet à jure monarchico constituto in ipso Episcopo, & per consquens incommunicabili Capitulo, aut cuivis alteri: quod ultra textum & illius rationem, *in l. 1. ff. de officio ejus, cui est mandata jurisdict.* in terminis nostris optimè firmat Suar. *d. tract. de legibus, lib. 4. c. 5. in 2. dubit.* ut propterea, quod scriptum legitur in *dict. c. novit, & in c. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* circa consilium requirendum per Episcopum, veniat restringendum ad statutum super alienationibus bonorum Ecclesiæ, ut advertit Suar. *loco præcitato*, vel ad judicia, & sic ad jurisdictionalia, non autem ad ea, quæ pendent à mero imperio, & ipso jure monarchico; & nihilominus etiam in illis casibus quamvis aliqui voluerint consilium in dictis Decretalibus sumi pro consensu, quæ fuit opinio Vincentii, & Goffredi; contraria tamen sententia verior est, videlicet quod nec in his Capitulum aliud habet, quàm simplex consilium, absque ulla necessitate Episcopi illud sequendi, *in dict. cap. quanto*, præ cæteris docet Host. *sub n. 1. vers. dic quod cogitur.* Abb. *num. 4. & sub n. 5. vers. & est mihi indubitabile*, plures citat Mandos. *de inhibit. q. 192. num. 2.* hanc esse communem sententiam agnovit Rot. apud Achil. *dec. 57. aliàs 2. de offic. Ordin. sub num. 7.* 23

num. 7. *vers. communis tamen*, ubi *num.* 3. ait non reperiri textum aliquem, per quem probetur exigi consensum; & singulares rationes, & auctoritates in contrarium affert Put. *decis.* 92. *à n.* 3. *lib.* 3. In publicatione constitutionum Synodalium de jure requiritur etiam consilium Capituli, *dict. cap. quarto*, *de his quæ fiunt a Prælato.* Henric. Bottæus *de Synodo, part.* 3 *num.* 137. Vetall. *p.* 2 *dec.* 222. *à princ.* Camill. Borrel. *in summa decis. tom.* 1. *tit.* 13. *de legib. num.* 28. & attestatur idem Vetall. *cad. p.* 1. *decis.* 305. *num.* 4. constitutiones de quibus ibi, factas ab Episcopo, de rigore juris non fuisse ritè & rectè factas, quia non intervenit consilium Capituli, ut de jure requiritur: & *num.* 3. ait, quod ubi consilium alicujus requiritur ad faciendum aliquem actum, debet priùs ille actus tractari in præsentia illius, & super eo consilium ejus peti, & debito termino expectari responsum, *cap. cùm olim*, ubi Abb. *num.* 2. *de arbitr.* quia Capitulum potest causas allegare, ex quibus Episcopus moveri posset, & meliores rationes sumere pro expeditione actus gerendi. Sed novissimè sacra Congregat Concil. sub die 5. Junii 1627. censuit, *Episcopum in condendis statutis in Synodo non teneri sequi consilium Capituli, nisi in casibus à jure expressis.* Et eadem Sacra Congregat. *in Oriolen.* 27. *Martii* 1632. *ad* 15. respondit, *Episcopum in Synodo Diœcesana facere posse Constitutiones, Statuta, & Decreta absque consensu Capituli, debere tamen requirere illius consilium, licet illud non teneatur sequi, nisi in casibus à jure expressis.* Et *in resp. ad* 14. censuit, *posse Episcopum solum absque consensu vel consilio Capituli Synodum Diœcesanam indicere, & publicare.* Et *in resp. ad* 2. declaravit, *pro generali visitatione Diœcesis, Decreto Conc. Trident. sess.* 24. *de reform. mandata posse Episcopum per se solum facere generalia absque consensu seu consilio Capituli.*

24 Item ex manifesta, & rationabili causa possunt Capitula Ecclesiarum cessare à Divinis in Ecclesia Cathedralis, aut Collegiata, & divinorum Officiorum celebrationem suspendere, *cap. irrefragabili*, §. *cæterùm*, *de effic. Ordin.* ubi non simpliciter conceditur Episcopo relaxare cessationem factam à Capitulo sine ipsius consensu, sed factam sine causa rationabili, vel in ejus contemptum: unde ego *in collect. ad illum text.* teneo Capitulum etiam
25 semotâ aliquâ speciali consuetudine cessationem indicere posse, ut videtur deduci *ex Clement.* 1. §. *in cessationibus, de sentent. excom.* ibi. *Quia ipsos hoc unico lumine ad repellendas injurias eis factas privare nolumus*: quæ verba satis supponunt agere textum de his, qui jurisdictionem non habent fori exterioris; tunc enim cessationem, unicum lumen non diceret. Nec his obstat textus *in cap. si Canonici*, ibi, *Ex consuetudine*, *de officio Ordin. lib.* 6. quia referri potest ad consuetudinem generalem, quæ admisit ut Capitulum, & Conventus ex prædicta ratione cessationem indicere valeat. Quamvis communis Doctorum resolutio teneat cessationem à Divinis sine Episcopi auctoritate fieri à Capitulo non posse, nisi ipsum hanc potestatem cessandi à Divinis ex consuetudine, aut privilegio acquisierit: ut docent Covar. *in cap. alma mater*, *part.* 2. §. 2. *n.* 6. Henriq. *in summa*, *lib.* 13. *cap.* 54. *in princ.* Fr. Emman. *quæstionum Regul. tom.* 2. *quæst.* 117. *art.* 1. Avil. *de censur. part.* 6. *disp.* 1. *dub.* 1. Sayr. *eo dem tract. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 2. Suarez *tom.* 5. *disput.* 39. *sect.* 3. *à num.* 2.

Utrùm in omnibus negotiis pertractandis in Capitulo Canonici absentes à civitate sint vocandi; Quæstionem movet, & resolvit Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. q.* 570. *à num.* 1. & respondet, regulariter absentes non esse vocandos, nisi *in* tribus casibus, juxta Gloss. communiter receptam *in cap.* 2. *de testib. lib.* 2. in quibus de Ecclesiæ gravi præjudicio agitur. Primus est in electione Prælati, *cap. cùm inter*, *cap. universis*, *cap. quia propter*, *de elect.* Secundus in cessatione à Divinis ex consuetudine competenti, juxta textum *in d. cap. si Canonici, de officio Ordin. in* 6. Tertius in collatione Præbendarum, *cap. cùm in Ecclesiis, de prabend. lib.* 6. Denique idem Marc. Anton. *a n.* 3. post Abb. *in d. cap. cùm inter*, tenet quod si occurreret casus gravis similis supradictis, sunt vocandi absentes, cùm non appareat ratio diversitatis, quare in illis tribus casibus sint vocandi, nisi propter gravitatem præjudicii: ergo in similibus debent absentes vocari, quia casus exceptus à regula extenditur propter identitatem rationis, *cap. cum debita de cens. in fin.* Vide quæ dixi suprà, *cap.* 39.

An in negotiis agendis par Episcopum cum consensu Capituli, Episcopus cum uno, vel duobus Canonicis faciat majorem partem, & sit attendenda. Disputat idem Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. q.* 643. & videtur remanere cum opinione Hostien. *in c. postulastis*, *de concess. prabend.* distinguentis inter Episcopum, qui interest Capitulo ut Canonicus, & inter illum, qui interest tanquam Prælatus. In primo casu ejus vocem respectu numeri non esse majoris auctoritatis ait, quàm sint aliæ voces aliorum, sed æqualem esse cum aliis, & censeri unicam: in secundo casu tenet tantùm valere ejus vocem solam, quemadmodum omnes voces totius Capituli per se, & sic censeri habere dimidiam partem. Idem tenet Cardos. *in praxi judicum*, *verb. Capitulum*, *num.* 14.

Propter negligentiam Capituli Cathedralis Ecclesiæ in conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem separatim ab Episcopo pertinent, ad Episcopum tanquam ad immediatum superiorem ut devolutio, juxta textum *in cap.* 2. *de concess. prabend.* ubi Panorm. *n.* 6. resolvit, & Gloss. *verb. Capitulum, in cap. irrefragabili, de effic. Ordinar.* expressit *lib.* 9. *tit.* 17. *part.* 1. ubi Gregor. Lopez, Rebuff. *in praxi benef. tit. de devolut. n.* 21. Pert. Gregor. *tract. benefic. cap.* 9 *n.* 40. Rzov. *d. cap.* 27. *q.* 2. Ubi autem beneficiorum collatio ad Episcopum, & Capitulum communiter spectaverit, tunc devolutio ex capite ignorantiæ non fiet ad Episcopum, sed potiùs ad Archiepiscopum tanquam ad proximum Superiorem, *cap. postulastis. de concess. prabend.* cum latè per me adductis *de officio & potestate Episcopi*, *part.* 3. *allegat.* 126. *n.* 71. *cum multis seqq. secundum Lugdunens. impress.* 26

Cùm fit mentio de Canonicis alicujus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, venit Capitulum ejusdem Ecclesiæ, quod repræsentatur ex Canonicis. Unde legata facta Canonicis indefinitè, vel generaliter omnibus Canonicis, in dubio censentur relicta Capitulo. Ripa *in cap. cùm M. Ferrariensis*, *num.* 11. *post princ. vers. contra illud notabile, de Constit.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 113. *n.* 6. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 22. & 24. *ad fin.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 533. *n.* 25. *cum seqq.* Cassan. *consil.* 54. *n.* 20. tanquam Capitulo scilicet, & Collegio, non autem singularibus personis; unde non dividerentur æqualiter inter ipsos Canonicos, sed

adhibe-

adhibebitur distinctio qualitatem faciendo distributionem, prout solent distribui cætera bona ipsius Collegii, dando plus uni Canonico, quàm alteri habito respectu Ordinis sacri, seu antiquitatis, vel alterius qualitatis uniuscujusque secundùm statuta Ecclesiæ. Covar. *in c. requisivisti, num. 10. de testament.* Card. Mantic. *d. tit. 6. num. 24. in fine, vers. unde puto quæstionem*, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c. 72. num. 7. ad fin.* Cevall. *commun. contra commun. quæst. 278. ad med part. 1.* benè Anguian. *d. lib. 2. controvers. 4. num. 10. & 20.* Stephan. Gratian. *d. c. 133. n. 16.* ubi *num. 18.* intelligit aliquos Doctores contrarium tenentes loqui quando adessent conjecturæ, quod Canonici fuerint contemplati ut singuli, putà si præcesserint merita singulorum, vel quod legata non possint convenire ipsi Collegio, sed singulis.

17 Hinc etiam quomodocumque Capituli mentio fiat, comprehenditur Decanus, quippe qui de Capitulo existit, & sub nomine Capituli tanquam pars sub toto involvitur; & continetur, ut voluit Gloss. *in c. cùm inter universas 18. de elect.* & Gloss. *verb. Nullatenus*, per textum *ibi, in c. post electionem, de concessione præbend.* nec necesse erit Decani mentionem facere, ut censeri debeat comprehensus sub nomine Capituli. Quod si aliquando in jure nostro repereris expressam mentionem Decani alicujus Ecclesiæ, sive directum rescriptum aliquod Decano, & Capitulo, ut *in c. eam te, de rescriptor.* totum id referendum est Dignitati, & qualitati, seu claritati ipsius Decanatus: negari enim non potest fulgere & coruscare, seu splendescere inter alios Dignitatem Decanatus, utpote quæ dignior, & nobilior est, teste Chassan. *in catal. gloriæ Mundi, part. 4. consid. 37.* Boër. *de auctoritate magni Concilii, à n. 71.* junctis iis, quæ habentur suprà *capit. 7.* Ita optimè Anguian. *in tract. de legib. lib. 2. controv. 4. n. 5.*

Sede autem vacante morte Episcopi, depositione, vel translatione, aliquave alia ratione, inventarium de rebus Ecclesiæ conficere tenetur, ut *in capit. charitatem, 12. q. 2.* & ubi fructuum percipiendorum munus incumbit, œconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernere debet qui rerum Ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri *cap. hac hujus, 12. quæst. 2. c. quoniam, in fine, 75. dist.* Conc. Trident. *d. sess. 24. de reform. cap. 16. in princ.* Et sic tenetur Capitulum reddere rationem Episcopo novo de negotiis, seu instrumentis, & scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si ad Capitulum pervenerunt, sive de omnibus, quæ gessit Sede vacante, Menoch. *de arbitr. casu 169. n. 8.* Cardos. *in praxi judic. verb. Capitulum. n. 11.*

18 Item primo loco Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, aut ejus translationem constituere, vel existentem confirmare omninò tenetur, aliàs illius deputatio devolvitur ad Metropolitanum, ut statuit idem Concil. Trid. *sess. 24. de reform. capit. 16.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 10. num. 7.* Cardos. *in praxi judicum, verb. Capitulum 3.* Ragu. *de voce Canon. q. 37.* Nicol Garc. *de benef. p. 5. c. 7. ex n. 6.* ubi *n. 22.* subdit in electione vicarii hujusmodi non requiri quod servetur forma electionis præscriptæ per Concil. *sess. 25. de regul. c. 6.* post *cap. quia propter, de elect.* quia isti Vicarii utplurimùm sunt temporales, & momentanei: & Concil. *in d. cap. 16.* loquitur de constitutione, & non de electione: novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c. 44. num. 1.* quamvis de jure communi non tenebatur Capitulum deputare Vicarium Sede vacante, sed de per se poterat jurisdictionem exercere. Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 1. q. 6. n. 9.* Quarant. *de verb. Capitulum Sede vacante, n. 1.*

Ante electionem Vicarii infra octo dies faciendam eo tempore administratio jurisdictionis residet penes totum Capitulum, ut resolvunt Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Capitulum, §. 3.* Quarant. *in summa Bullar. verb. Capitulii Sede vacante, § duodecimò quæro, vers. primò*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.* post *resol. 505. in notab. de materia Vicarii à Capitulo Sede vacante, vers. primò, & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 305. num. 3. part. 4.* Ragu. *de voce Canon. in Capitulo, q. 37. n. 2.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. allegat. 54. num. 163.* Sacr. Congreg. Concil. *sub. die 19. Septembris 1620.* ubi expressè, *quod donec durant dies electionis dicti Vicarii, jurisdictio est penes Capitulum, non autem penes primam Dignitatem.* Quamvis Petr. Foller. *in comment. super constit. Regni*, quæ incipit, *Pervenit ad audientiam nostram, num. 75.* & novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c. 34. n. 19.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 1. q. 61.* Novar. *in sum. Bullar. tit. de Capitulo Sede vac. num. 16.* existimaverint, quod stante præfixione termini octo dierum Archidiaconus sustineat Vicarii vices.

19

Et si Capitulum Sede vacante ad Vicarii Capitularis electionem iteratis vicibus devenire possit, absque causa tamen non potest, ut declaravit sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum *in Massanensi 6. Martii 1618.* Poterit etiam Capitulum Sede vacante Vicarios pedaneos constituere, sicut Episcopus posset illos constituere. Panuin *de offic. & potest. Capit. Sede vacante, p. 2. quæst. 10.* Molin. *de justit. tract. 5. disp. 11. n. 1. vers. Panuinus.*

20

21

Intra illos octo dies non arctatur Capitulum ad constituendum Vicarium, & successivè potest de per se administrare, secundum Quarant. *ubi proximè, vers terminum*, quem refero Ego ipse *dict. allegat. 54. n. 136. in fine.*

22

Terminus autem præfatus octo dierum currit Capitulo etiam à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam: quando tamen à Summo Pont. fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ, ut dicit decisum Quarant. *d. vers. terminum*, & statim post translationem absque alio consensu Episcopum translatum petere jura primæ Ecclesiæ, censuit Rot. apud Farin. *decis. 475. part. 1. recent.* Gratian. *discept. forens. cap. 296. n. 17. cum seqq.* Valenz. *cons. 190. n. 10. cum seq.* Jul. Lavor. *var. lucubr. tit. 4. c. 25. n. 17.* Alzed. *in praxi Episc. p. 1. c. 3. num. 91. cum seqq.* latè Solorz. *d. lib. 3. c. 13. num. 77. cum seqq.* & me citato *in collect. ad cap. 1. num. 5. de translat. Episcopi*, Joan. Anton. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis. 1. dub. 9.* secundùm Romanam impress. attestatur resolutum Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur in consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & posteaquam hujusmodi absolutionis notitiam habuerit, etiam ex testimonio, seu documento Secretarii sacri Collegii, illicò teneri eum abstinere ab exercitio Ordinis

riæ jurisdictionis, eamque transire in Capitulum, tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea jurisdictione uti, ac vicarium, juxta Concilii *dict. cap. 6.* præscriptum eligere, Sedemque vacante publicare.

33 A Capitulo Sede vacante unus tantùm Vicarius eligendus est, nisi legitimè adesset immemorialis consuetudo duos, aut plures eligendi, secundùm Quarantam *ubi supra. vers. non dubitatur*, quem refero Ego ipse *d. alleg. 54. n. 165 in princ.* Novar. *dit. tit. de Capit. Sede vac. num. 15.* Et dicit Raguc. *de voce Canonicor. quæst. 40. num. 8.* quod potest plures Vicarios constituere æquè principales, vel unum generalem, & alterum foraneum, maximè si est ampla Diœcesis; & stante immemoriali consuetudine admittit Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 193. parte 4* & sacra Congreg. Concilii *in Salernitana 26. Iulii 1589. & in Panormitana 13. Maii 1592.* censuit, Capitulum Sede vacante duos Vicarios substituere posse, ut alternis mensibus Vicariatus munere fungantur, si legitima probetur immemorialis consuetudo, & illis qualitatibus sint præditi, quas requirit Concil. Trid. *sess. 24. cap. 16. de reform.* Ita testatur Nic Garc. *in addit. ad tract. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 37.* Quamvis Panuin. *de officio & potest. Capituli Sede vacante, part. 2. q. 10.* quem refert Mol. *de Iustit. tract. 5. disp. 11. num. 1. vers. Panuinus*, teneat indistinctè Capitulum Sede vacante posse constituere unum, aut plures Vicarios loco sui.

35 Et huic Vicario debet providere de competenti salario, ut censuit sacra Cong. sub die 15. Octobris 1601.

36 Si discordia fuisset inter Canonicos in electione Vicarii, & plures ad hoc officium assumerentur, magis idoneum, & habentem qualitates Concilii remanere debere, cæteris remotis, tenent Quarant *d. loco, vers. secundò dubitatur*, Aloys. Ricc. *post d. resolut. 505. vers. secundò*, Garc. *de benef. parte 5. cap. 7. n. 23.* ubi refert, sic censuisse dictam sacram Congregat.

37 Quamvis Capitulum non teneatur eligere personam in Vicarium de gremio ipsius Capituli, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus, ille est præferendus, ut per Garc. *d. cap. 7. num. 13.* Marcel. Vulpe *d. cap. 44. n. 25.* Quarant. *d. loco, vers. sextò dubitatur*, Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. dec. 180. part. 1.* Novar. *d. loco, n. 18. vers. si verò.* Nec potest in talem Vicarium eligere Parochum habentem curam animarum, nisi illam gereret in eadem civitate & Ecclesia, ut ex sequenti decisione constat. Petitum fuit à sacra Congr. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium

38 præpositorum, *an Episcopali Sede vacante Canonici eligere valeant in Vicarium generalem Canonicum ejusdem Ecclesiæ, qui in eadem civitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum?* Sacra eadem Cong. affirmativè respondit *in una Orien. 19. Martii 1619. & 19. Iulii ejusdem anni*, ubi etiam fuit dictum, quod contrariæ decisiones intelliguntur de Parocho rurali.

39 Canonicus ex gremio Capituli in Vicarium Sede vacante electus, dum tempore divinorum Officiorum suo muneri, & officio incumbit, distributiones quotidianas non percipit, ut resolvit Monet *de distribut. quotid. part. 2. quæst. 11. n. 83.* & stante consuetudine illum absentem non excusante, admittit Rot. *dec. 222. num. 6. part. 2. diversi.* Quarant. *d. loco, vers. octavò dubitatur, in fine.* Qui

40 quidem si in Choro interveniat cum Canonicali apparatu, ut distributiones quotidianas lucretur, debet sedere in loco proprio sui Canonicatus, antiquioribus non præcedendo, ut tradunt Sayr. *in floribus decis. sub tit. de officio Vicarii, decis. 3.* Quarant. *d. loco, vers. octavò dubitatur, in princ.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. dec. 475. in 1. edit.* aliàs *res. 492. in 2. edit.* Sbroz. *lib. 2. quæst. 25. num. 17.* ubi *n. 20.* advertit, quod etiam quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, illi in processionibus præferendus est Archidiaconus, seu alia Dignitas major, & prima post Pontificalem: refero ego ipse *d. alleg. 54. num. 167.* 41

Nec Vicarius hujusmodi Capitularis occupare debet in Ecclesia Sedem Archidiaconi, sed debet sedere in alia sede portatili, ut declaravit S. Cong. Rituum *in Nucerina, 10. Aprilis 1601.* 42

Capitulum in commissione Vicarii potest præfigere tempus, & modum procedendi, sed non postea, cùm enim jurisdictio Vicarii Capitularis dependeat ab ipso Capitulo, potest Capitulum illam ampliare, & limitare, ex quo ipsa jurisdictio residet principaliter penes Capitulum. Panuin. *dict. part. 2. q. 10. num. 6.* Marcel. Vulpe *cap. 44. num. 28.* Ruguc. *d. q. 19. n. 24.* & sacra Congreg. Conc. censuit Capitulum Sede vacante posse certum tempus in Vicarii deputatione præfinire, quo elapso jurisdictio expirat, ut testatur Garc. *in addit. ad tract. de benef. p. 5. cap. 7 num. 37.* & ita poterit eligere cùm clausula quod non duret nisi per annum, eadem sacra Congreg. sub die 17. Junii 1617. Ac ego crederem melius fieri, si Vicarius Capitularis Sede vacante eligatur liberè absque ulla conditione mutationis, & assignatione Assessoris, prout censuit sacra congregat. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, Episcopo Caiet. rescribens, sub die 28. Octobris 1587. Si verò Capitulum constitueret Vicarium simpliciter absque temporis præfinitione, ejus officium durare durante Sedis vacatione, resolvit Quaranta *d. verb. Capitulum Sede vacante, prope fin. vers. circa quam commissionem*, quem refero Ego ipse *d. alleg. 54 num. 173* 43 44 45 46

Et sic dicta electione Vicarii non potest Capitulum illum ad libitum revocare, & novum constituere, quia electio etsi à Capitulo fiat, fit tamen in executionem, & complementum præcepti Concilii Trident. *d. loco*, ut tenent Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 5. collect. 1602. in fine, & in decl. Curiæ Archiepisc. Neapol. dec. 187. part. 4.* Raguc. *d. q. 37. n. 4.* Ego ipse *d. alleg. 54. num. 171.* nisi ex causa benè visa sacræ Congregationi negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, ut ipsamet declaravit de hoc ann. 1631. & antea idem respectivè Capitulo Neapolitano 1. Septemb. 1603. & Nuncio Neapolis 22. ejusdem mensis & anni, & Capitulo Tarraconensi die 24. Novembris & Capitulo Aretino die 26. Octobris 1603. quicquid dicant Quarant. *d. loco, n. 3. vers. tertiò dubitatur*, & Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Vicarius, §. 11. versic. 3.* citati novissimè à Larrea *Granat. dec. 2. n. 4.* novissimè etiam Marcel. Vulp. *d. cap. 44. n. 24.* Anton. Nald. *verb. Vicarius. n. 8.* Solorz *d. lib. 3. c. 13. n. 6. cum seqq.* 47

Vicarius verò à Metropolitano deputatus in vim capitis 19 *sess. 24.* quando Sede vacante Capitulum ad quod spectabat, intra tempus à Concilio præscriptum illum non deputavit, amoveri potest ad nutum ipsius Metropolitani, ut censuit S. Cong. Conc. *in Liman. 29. Septembris* 1626. me citato Solorzan. *d. c. 13. n. 65* 48

Debet

49 Debet Vicarius Capituli Sede vacante eligi Doctor, aut Licentiatus in Jure Canonico, vel aliàs quantum fieri poteſt, ut ſtatuit Conc. Trid. *d. c. 16.* ibi, *qui ſaltem in Jure Canonico, &c.* & docent Navar. *conſ. 2. aliàs unic. de offic. Vicar. in novis* Sayr. *in florib. dec. ſub illo tit deciſ. 2.* Garc. *d. part. 5. cap. 7. num. 9.* Petr. Henriq. *conſ. 90.* Marcel. Vulpe *d. cap. 44. n. 15.* Novar. *ubi ſuprà, num. 18.* Solorzan. *d. lib. 5. cap. 13. n. 38. cum ſeqq.* Sbroz. *de offic.*
50 *Vicar. lib. 1. q. 36. num. 12.* ubi *in addit.* refert decium, quod Sede Epiſcopali vacante vicarius debet eligi Doctor, aliàs electio eſt nulla, nec debet confirmari Vicarius Epiſcopi demortui: niſi eſſet Doctor: quod etiam cepetit *in addit. ad q. 55. ſub n. 1.* Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Vicarius 4.* Molin. *de juſtitia, tract. 5. diſp. 11.* Aloyſ. Ricc. *d praxi reſol. 497. n. 2. & in collect. dec. p. 3. collect. 1602.* ubi limitat in Vicario Capituli Eccleſiæ Collegiatæ; ſede vacante, de quo etiam Garc. *d. cap. 7. n. 10.* Raguc. *dict. q. 37. n. 6.* Sacra Congreg.
51 Concil. *ſub die 19. Septembris 1620.* ubi quod *debet doctorari in aliqua Univerſitate, non verò a perſona privata.*

Ubi verò non eſſet Doctor, poterit Capitulum
52 in actu deputationis dare ei conſultorem Doctorem, alioquin poterit ipſe Vicarius eligere conſultorem Doctorem ſibi benè viſum, partibus non ſuſp. ctum, in c.ibus in quibus eo opus erit, ut docent Sbroz. *d. q 36. n. 13.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, num. 3. in fine*, Garc. *d. p. 5. c. 7. n. 12.* ubi quod eo caſu ſunt eligendi Doctores, vel Licentiati in Vicarios, ſi in Capitulo adſint, aliàs ſufficit ut unus eligatur, qui ſit quantum fieri poterit idoneus. Aloyſ. Ricc. *poſt d. reſol. 505. in notabil. de materia Vicarii, num. 4. verſ. Capitulum*, & addit ipſe *in dec iſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. part. 4. deciſ. 305. num. 15.* quod Doctor ſacrorum Canonum præfertur Magiſtro ſacræ Theologiæ quoad hoc Officium: & *num. 16.* ſubdit electionem in Vicarium factam de Theologo, omiſſo Canoniſtâ, valere; ſed contrà cenſuit ſacra Congr. Concil. ſub
53 die 28. Auguſti 1621. dum ibi dicitur, Doctorem Theologum non poſſe eſſe Vicarium Capitularem
54 Sede vacante; quod probat Solorzan. *d. lib. 5. c. 13. n. 38. & 39.* Ætas vigintitrium annorum permitti poteſt in Vicario Capitulari, ſi aliàs eſt idoneus; non tamen expedit. S. Congr. Conc. *ſub die 11.* Auguſti 1614.

Vicarius generalis, ſeu Proviſor, aut officialis alicujus Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alterius perſonæ juriſdictionem Eccleſiaſticam obtinentis in Regnis Caſtellæ, & Legionis, nullus poſthac in perpetuum eſſe poteſt, qui in aliquo ſaltem ex Ordinibus ſacris non fuerit conſtitutus, ita ut omnes, & ſingulæ deputationes, electiones, aſſumptiones, admiſſiones, & diſpenſationes ad hujuſmodi munera, aut aliquod illorum, de quibuſvis perſonis in aliquo ſacro Ordine non conſtitutis, quandocunque, & per quoſcumque faciendæ, nullæ, & invalidæ, ac nullius roboris & momenti ſint. Ita Clemens VIII. *in ſua conſtit. incip. Eccleſiaſtici Ordinis*, ſub die 1. Februarii 1601. quam approbavit, & confirmavit S. D. N. Urbanus VIII. *in ſua conſtit. incip. Decet Romanum Pontificem*, ſub die 16 Decembris 1523. Qui eſt Parochus, & habet curam animarum, non poteſt eſſe Vicarius Capituli Epiſcopali Sede vacante, ut per Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, num. 15. verſ. nem eſt obſervandum, circa fin.* Marcel. Vulpe *d. c. 44. n. 18.*

At ſi Vicarius Capitularis fuerit ab aliquo allegatus ſuſpectus, Capitulum debet eligere arbitros ad cognoſcendum de ſuſpicione; quâ cognitâ, & militante, cauſam à Vicario auferre, & alteri committere debet. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante. num. 5.* ubi refert ſacram Congreg. ita cenſuiſſe, Marcel. Vulpe *dict. cap. 44. num. 29.* & ſubdit ipſummet Capitulum cognoſcere poſſe, ſicut Epiſcopus poteſt cognoſcere, cauſas ſuſpecti ſui Vicarii abſque electione arbitri. 55

Si infra octo dies poſt mortem Epiſcopo Capitulum non providerit de Vicario, vel non idoneum elegerit, poterit Archiepiſcopus deputare Vicarium, ſeu Officialem in Eccleſia Suffraganea, ut ſtatuit Concil. Trid. *d. cap. 19. verſ. ſi ſecus factum fuerit*, & docent Quarant. *in ſumma Bullarii, verb. Archiepiſcopi auctoritas, num. 36.* Marc. Anton Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapolit. cap 70. n. 6.* 56
Et ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulúmque negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in exempta Vicarium idoneum conſtituere poterit, ut decidit idem Conc. *d. c. 16. verſ. Et ſi Eccleſia ipſa Metropolitana, &c.* reſolvunt Cuch. *inſtit. Juris Canonici lib. 1. tit. 8. de offic. Vicarii. num. 39.* Sbroz *de Vicar. Epiſc. lib. 1. q. 58.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 10 n. 7.*

Non poteſt alium inſtituere Vicarius Capitularis, niſi ad modicum tempus, & ex urgenti & magna cauſa, ac non nimis frequenter. Hoſtienſ. *in cap. Clericos, de offic. Vicar.* Card. *in Clem. unic. eod. tit. q. 19.* vel niſi haberet mandatum ſpeciale à Capitulo, ut poſſit alium ſubſtituere cum clauſula *Quem ex nunc, prout ex tunc nos ſubſtituimus.* Et ſi Vicarius infirmitate detentus eſſet, vel alio legitimo impedimento occupatus, poſſet, de conſenſu tamen ipſius Capituli, cauſas tunc pendentes alteri delegare. Panorm. *dict. p. 1. q. 10.* ſed ſi Capitulum vellet durante infirmitate alium Vicarium deputare, poſſet utique facere. Quarant. *d. verb. Capitulum. n. 10.* Marcell. Vulpe *d. cap. 44. num. 17.* 57

Utrum autem iſte Vicarius Capituli Sede vacante poſſit cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, & ſic exequi diſpenſationes in Matrimonii impedimentis & litteras in forma Dignum, quæ hujuſmodi generali Epiſcopi Vicario ſolent committi? Affirmativè videbatur reſpondendum, quia forma committendi non eſt directa Vicario Epiſcopi, ſed Vicario generali Diœceſis: at Sede vacante Vicarius generalis Diœceſis eſt Vicarius Capituli. Igitur, &c. ideò hanc partem ſuſtinent Salas *de legib. diſput. 20. ſect. 17. num. 124.* Ochagav. *de Sacram. tract. 4. de Matrim. q. 11. n. 23.* Baſil. Pont. *de Matrim. lib. 8. c. 28. §. 1. n. 13. in fin.* Sanch. *etiam de Matrim. lib. 8. diſp. 27. n. 32.* ubi *n. 33.* ſubdit Vicarium Capituli poſſe de prædictis cognoſcere, quamvis commiſſio ſit directa Vicario generali Epiſcopi; & id dicitur ex eo quod Capitulum non ſuccedit Vicario Epiſcopi, ſed ipſimet Epiſcopo: at Vicarius Capitulo ſuccedit in Dignitate Vicarii Epiſcopi. Ergo, &c. Contrarium verò mihi videtur probabilius, attento ſtylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ vacante Sede Epiſcopali non dirigit litteras in forma Dignum, nec diſpenſationes Vicario Capituli, quia non confidit de illo: ſed Epiſcopo viciniori, ſeu ejus Vicario, de quo ſtylo teſtatur Hier. Paul. *in tract. Cancell. in pr. verſ. circa qualitatem perſonarum.* Cùm

ergo Curia, & Cancellaria nolit committere Vicario Capituli Sede vacante, apertè innuit sub nomine Vicarii absolutè prolati in litteris, quæ Vicario v. g. Bononiensi diriguntur, intelligere Vicarium Episcopi, non Capituli; & sic hanc ultimam negativam sententiam tuentur Squillante *d. cap. 4 n. 199.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 10. n. 8. vers. secundo fallit, cum seqq.* Nicol. Garc. *de benef. part. 6. cap. 2 à n. 44.* Bonac. *de legib. disp. 1. q. 3. puncto 8. §. 1. n. 7.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepisc. Neap.*

58 *dec. 44. incip. Magna fuit.* Joan Maria Nov. *in sum Bull. tit. Capitulis Sede vacante, n. 27.* & S. Congreg. Eminent. DD. Card. S. Concil, Trident. Interpretum, sub die 24. Maii 1621. declaravit, dispensationes Matrimoniales directas Episcopo, & ejus Vicario generali, si Sedem vacare contingat, non posse per Vicarium Capitularem expediri: & novissimè *in Camenoten. 2. Augusti* 1631. censuit, Capitulum,

59 seu Vicarium Capitularem Sede vacante non posse exequi commissiones Apostol. in forma *Dignum*, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario generali intuitu Officii, vel sub nomine Dignitatis. Vide Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 4. & 6.* me citato *in hoc loco*, Diana *moral. resol. p. 5. tract. 14. requis. 29.*

Et sic jam hodie Capitulum Sede vacante exequi non potest causas Vicario Episcopi delegatas, nisi in commissione exprimeretur nomen Diœcesis tantùm, v. g. Vicario Bracharensi, quia dum Sedes vacat Vicarius est Officialis illius Diœcesis. Ita novissimè Marcel. Vulpe *in d. praxi judic. fori Eccles. c. 44. n. 6.*

60 Poterit tamen Vicarius Capitularis Sede vacante executioni demandare litteras Episcopo per sacram Congregationem directas, & ab illo non exequutas. S. Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositа, sub die 10. Aprilis 1615. necnon omne illud, quod Episcopo mortuo per Bullam, seu Breve in causis jurisdictionum importantibus concessum erat: eadem S. Congr. *in Tranen 26. Januarii* 1604. *& in Neapolitana 10. Februarii ejusdem anni* Non potest tamen hujusmodi Vicarius Capitularis Sede vacante concedere licentiam erigendi nova monasteria, ex *c. 3. de Regularib.* ut censuit S. Congr. Concil. sub die 19. Februar. 1633.

Utrum autem Vicarius hujusmodi Sede vacante debeat, & possit in Capitulo assistere eodem modo, & præcedentiâ, quâ posset Episcopus Sede plenâ: vide supra *c. 36. num. 8.* Et an ab eo appelletur ad ipsum Capitulum, negativè Gambar. *de auctor. Legati de Latere, lib. 9. n. 55.* Scacc. *de appellat. q. 8. n. 60.*

61 Vicarius Capitularis debet habere salarium ex bonis Ecclesiæ vacantis. Gloss. *verb. expensa, in Clem. Statutum, de elect.* quia nemo tenetur suis stipendiis militare, *c. jam nunc, 28. q. 1. c. cùm ex officiis, de præscript.* etiamsi Vicarius sit Canonicus, vel aliàs de gremio ipsius Ecclesiæ, quia illud salarium est pro labore, quem exercet: ita Panuin. *de potest. Capituli Sede vac. p. 2. q. 10. n. 5.* Sbroz. *d. officio Vicarii lib. 1. q. 55. n. 7.* novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c. 44. n. 41.*

Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Sede vacante in Jus universum Episcopale subintrat, & potest omnia facere, quæ sunt ordinariæ jurisdictionis, nisi expressè prohibita reperiantur, ut docent Gloss. & Doctores *in c. his quæ, & in cap. cùm olim, de major. & in cap. illæ, ne Sede vacante.* Gloss. *verb. Sede vacante, in cap. ad abolendam, de hæret.* Gloss. *eodem verb. in Clem. 1. §. 1. tit. 1.* Gloss. *verb. observari, in cap. quia sæpè, de elect. lib. 6.* Abb. *in d. cap. cùm olim, circa fin. vers. posset tamen*, ubi Burr. *num. 15.* Feder. de Senis *cons. 30. col. 1. vers. è contra Capitulum*, Cardos. *in praxi judic. verb. Capitulum. n. 2.* Nav. *consil. 44. num. 1. de tempor. Ordinat. in novis*, Panuin. *de offi. & potest. Capituli Sede vacante, part. 1. quæst. 1. à num. 3. & q. 5. num. 2. vers. item regulariter*, Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 11 num. 10.* ubi quod succedit generaliter in jurisdictione Prælati sui, & etiam in administratione spiritualium, & temporalium: potestque judices dare ac constituere, & omnia quæ ad jurisdictionem pertinent, expedire: novissimè Marcel Vulpe *in praxi judic. c. 44. num. 1.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 13. à num. 26.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. capit. 27. quæst. 6.* Sbroz. *de officio Vicarii lib. 1. q. 15. & 16.* Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, à princip.* Quintanad. *Eccles. lib. 1. c. 5. num. 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de devolut. à num. 58.* Suar. *tom. 5. disput. 50. sect. 5. n. 6.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. c. 7. à num. 4.* Filliuc. *quæst. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 2. num. 4.* Ego *de offic. Episcopi allegat. 56. num 9. & alleg. 73.* Rot. *dec. 1. num. 13. part. 1. diversi. & dec. 632. num. 4. part. 2 etiam recentior.* Card. Tusch. *practic., concl. tom. 1. lit. C. conclus. 65. n. 2.* & fuit dictum *in Pa. n ilonensi juris visitandi, 15. Decembris.* 1623. coram R. P. D. Merlino. Eadem Rot. *dec. 156. à n. 1. p. 1. recentissim.* Molin. *de justit. tract. 5. disput. 1. num. 2.* ubi *n. 10.* ampliat ad jurisdictionem, quæ ex consuetudine competeret.

Primò igitur Capitulum Sede vacante, & loco 62
Capituli Vicarius generalis, seu Provisor ejusdem Capituli, fungitur jure Episcopi in absolutione ab excommunicatione, à qua poterat absolvere ipse Episcopus, nisi ei fuerit à Sede Apostolica specialiter interdicta potestas, ut statuit Bonifac. VII. *in cap. unic. de major. & obed. lib. 6.* Sylvest. *in sum. verb. Capitulum, §. 2.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de devolut. n. 63.* Raguc. *de voce Canonic. in Capitulo. q. 36. n. 4.* Suar. *tom. 5. disp. 7. sect. 2.* Cardos. *d. verb. Capitulum. n. 4* cùm olim id successori Episcopo dimitteretur, *cap. si Episcopus, 11. q. 3.* Gloss. *in d. c. illam, ne Sede vacante.* Unde Vicarium Capitularem Sede vacante posse absolvere à casibus *sess. 24. de reform. c. 6.* censuit S. Cong. Concil. *sub die 3. Decemb.* 1632.

Secundò in confirmationibus, vel infirmationi- 63
bus electionum, quas facere Episcopus poterat, videlicet de Præpositis Religionum, & similibus, *c. cùm olim*, ubi Gloss. & Doctores, *de major. & obed.* Cardos. *d. verb. Capitulum, num. 6 in princ.* Item in confirmandis electis, & per patronos præsentatis & instituendis, Rebuff. *d. tit. de devolut. à num. 68.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 241.* Azeved. *cons. 9. à n. 10.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 8. c. 38. quæst. 1.* Steph. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, §. non quæro, vers. quæ conclusio*, Nicol. Garc. *de benef. p. 5 c. 7. num. 54.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 72. n. 183.* Cardos. *d. verb. Capitulum, n. 6. post princ.* Molin. *dict. tract. 5. disput. 11. n. 13, vers. quamvis.*

Tertiò, in Confessore pro casibus Episcopo re- 64
servatis assignando, secundùm Panorm. *in d. c. his quæ, in fine, de major. & obed.* Quarant. *d. verb Capitulum Sede vacante. vers. tertiò quæro, post med.* Azor. *dict. capit. 37. q. 16.* Meipsum *dict. part. 3. alleg. 52. num. 2.*

num. 2. Potest enim facultatem concedere absolvendi ab omnibus casibus Episcopo reservatis, Panuin. *d. part.* 1. *quæst.* 5. Molin. *d. disput.* 11. *n.* 5. *vers. potestatem.*

65 Quartò, in excommunicationibus, & aliis censuris, ac pœnis inferendis, & excessibus corrigendis, quatenus defunctus Episcopus poterat, *d. c. ad abolendam*, & ibi Gloss. & Doctor. *de hæret.* Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo, quæst. num.* 4. Novar. *in man. c.* 27. *n.* 3. Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 11. *num.* 6. *in princip.* sic contrà potest absolvere ab excommunicatione, tam à jure, ut ob percussionem clerici, quàm ab homine, quando ab illis Episcopus absolvere potest, *c. unic. de major. & obed. lib.* 6. Molin. *dict. disp.* 11. *num.* 6. *vers. potest item absolvare, tract.* 5.

66 Quintò, in cognoscendo de crimine hæresis prout poterat Episcopus cognoscere, in comprehendendis scilicet, judicandis, ac puniendis hæreticis, Gloss. *verb. prærogativa, in dict. c. ad abolendam*, ubi Hostiens. *num.* 2. & 4. Henric. *num.* 4. Panorm. *num* 1. Sylvest. *verb. hæresis, num.* 2. Molin. *de justit. tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 2. *in fine.* Diana *part.* 4. *tract.* 8 *resolut.* 35. Sanctarel. *in tract. de hæresi, c.* 40. *num.* 4. Farin. *de hæresi, q.* 186. *num.* 177. idem Molin. *dict. disputat.* 11. *sub n.* 10. Novar. *d. tit. de Capitulo, num.* 10.

67 Sextò, in visitanda Diœcesi universa, ut videtur insinuare textus *in c. Ecclesiæ, de suppl. negl. Prel. lib.* 6. dum decidit Metropolitanum posse mittere visitatorem Ecclesiæ vacanti, si Capitulum negligens sit in exequenda jurisdictione Episcopali ad se devoluta. Cùm enim id ad jurisdictionem Episcopi spectet, sanè competit Capitulo Sede vacante, non solùm quoad crimina particularia, de quibus sit infamia, eo quòd tunc visitatio sit necessaria; sed etiam generaliter, quia id est executio jurisdictionis Episcopalis, non solùm utilis Ecclesiis ac Diœcesi, quod sufficeret, sed etiam necessaria, incumbens ex officio habenti curam Episcopatus, juxta *c. inter cætera, de offic. Ordin. cum similibus.* Ita Panuin. *quæst.* 7. *citato loco*, Sylvest. *verb. Capitulum, num.* 3. Abb. *in c. cùm olim, sub n.* 2. *vers. sed indistinctè*, & ibi Bald. *num.* 1. *de major. & obed.* Archidiacon. *in c. si Episcopus, n.* 2. *de suppl. neglig. Prel. in* 6 Socin. *in tract. visitat. col.* 4. Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. n.* 65. Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, vers. primò quæro*, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 44. Raguc. *d. q.* 36. *n.* 2. Azor. *part.* 2. *lib.* 5. *c.* 37. *quæst.* 14. Novar. *dict. tit. de Capitulo Sede vacante*, 6. Solorzan. *d. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 17. *cum seqq.* Rot. *dec.* 346. *n.* 2. apud Farin. *p.* 1. *recent. & d. dec.* 166. *n.* 2. *p.* 1. *recentiss.* ubi quod etiam potest procurationes recipere. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *c.* 10. *n.* 8. *vers. decimò*, Molin. *d. disp.* 11. *num.* 7. *vers. in eodem*, Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 73. *num.* 24. novissimè Marcel. Vulpe *in d. praxi jud. c.* 44. *n.* 11. & *in Burgen. procurationum*, 10. *Martii* 1697. coram Orano, & *in Trident. jurisdictionis*, 28. *Novembris* 1607. coram Cardin. Sacrato, & *in Pampilonen. juris visitandi*, 15. *Decembris* 1623. coram R.P.D. Merlino: sacra Congregat. Concil. *in Pampilonen.* 13. *Aprilis* 1630. ubi quod *potest visitare omnia loca, qua poterat visitare Episcopus*; & hanc facultatem habet Vicarius Capitularis, quamvis id à Capitulo specialiter non fuerit Commissum, ut ex sententia ejusdem sacræ Congregationis resolvit Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benef. p.* 5. *c.* 7. *n.* 29.

68

Intellige primò, Capitulum Episcopali Sede vacante posse visitare per se, vel per alium, visitatorem deputando, nec hujusmodi visitationem soli Summo Pontifici competere. Gloss. *verb. Capituli, post med. in d. Clement.* 1. §. 1. *de hæret.* & sustinent post Archidiac. Abb. *in d. c. cùm olim, num.* 2. *col.* 3. *post princ. de major. & obed.* Panuin. *de potest. Capituli Sede vacante, part.* 1. *princ. q.* 7. *num.* 1. *cum seqq.* Sylvest. *in sum. verb. Capitulum, num.* 3. Molin. *de justit. tom.* 7. *tract.* 5. *disput.* 11. *sub num.* 7. *vers. ex eodem*, Cardin. Tusch. *tom.* 1. *lit. C, concl.* 56. *n.* 10. latè ego ipse *de officio. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 133. *per tot. secundum Lugdun. impress.* ubi *num.* 9. resolvo Capitulum Sede vacante posse deputare visitatorem, id est administratorem generalem Episcopatus in spiritualibus, & temporalibus: & *à n.* 14. quod Capitulum Sede vacante habet etiam jus visitandi in ordine ad morum correctionem, & potest ad hoc munus particularem, vel generalem visitatorem deputare. 69

Intellige secundò, tunc demùm Capitulum Sede vacante posse Diœcesim visitare, quando lapsus est annus à postrema Antistitis visitatione, nec de proximo Ecclesia est de Pastore providenda: in ipsa verò visitatione circa famulatum, equitatum, & alia, forma sacri Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. c.* 3. est præcisè observanda. Ita sacra Congregat. Conc. *in Liman.* 10. *Maii.* 1629. Post lapsum anni hujusmodi à die ultimæ visitationis per Episcopum factæ potest Capitulum visitare diœcesim, tempore triennii non expectato, licèt dicatur Episcopum consuevisse visitare singulis trienniis. Eadem sacra Cong. *in Pampilonen.* 3. *Februarii*, & 10. *Decembris* 1629. 70 71

Unde priùs Rota in Pampilonensi juris visitandi, sub die 15. Martii 1614. coram R.P.D. Merlino, denegavit remissoriam clero de Guipozcoa adnitenti impedire Capitulum ne visitaret Sede vacante ante lapsum triennii, sub præiextu immemorabili, consuetudinis, quia materia est impræscriptibilis, & quia semper actus ex parte Episcopi remanet merè facultativus. Gratian. *discept.* 298. *n.* 10. & 399. *n.* 33. Lotter. *d. lib.* 2. *quæst.* 2. *n.* 49. & 50. Coccin. *decis.* 402. *n.* 10.

Extende, Capitulum Sede vacante posse visitare etiam monasteria Monialium non exempta, exempta verò minimè, ut referunt decisum Nicol. Garc. *de benefic. p.* 6. *c.* 7. *num.* 45. Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ. lib.* 1. *tit.* 9. *de visitat. num.* 84. Novar. *ubi sup. num.* 7. Franc. Leo *d. p.* 1. *c.* 10 *num.* 8. *vers. decimò*, noviss imè Marcel. Vulpe *in praxi judic. c.* 44. *num.* 11. Optimè Molin. *d. disp.* 11. *num.* 88. *tract* 5. advertit in hac materia attendendum esse, num muneri Episcopi aliquid jurisdictionis tanquam Sedis Apost. delegato in perpetuum committatur, ut ex officio Episcopis deinceps competat: atque tunc dicit eam jurisdictionem per epikeiam transire ad Capitulum Sede vacante, nisi aliquid apponatur unde colligatur contrarium fuisse intentum Concilii, aut summi Pont. id statuentis. Cùm ergo perpetuò ei muneri annectatur tanquam pars jurisdictionis ejus muneris, idque non in bonum; & tanquam privilegium Episcopi, sed in bonum eorum, in quos ea jurisdictio exercetur, aut in bonum aliorum, & Ecclesiæ, censendum est eam partem jurisdictionis in eum transire, inquem Episcopalis reliqua jurisdictio transit, ac proinde transire in Capitulum Sede vacante. Vide *infr. num.* 105. & 106. 72

UAB Biblioteca de Ciències Socials

71 Utrum autem Capitulum Collegiatæ Sede Abbatiali vacante succedat in jure visitandi, suo Prælato spectante, disputavit Rota *decis.* 346. *à n.* 3. *p.* 1. *recentior.* ubi post Felin. per textum *ibi, in c. his qua. n.* 2 *de major. & obed.* & Panuin. *de potestate Capit. Sede vacante. p.* 1. *q.* 7. *vers. septima Sedes est Abbatialis,* tenet affirmativam partem, quamvis jus visitandi competeret Abbati ex præscriptione, vel privilegio, cùm hoc casu visitatio non esset delegata, sed ordinaria, competens Abbati nomine proprio.

72 Septimò, in cognoscendo de arduis causis, veluti de causis matrimonialibus, & criminalibus, quæ inter majora computantur, ex Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, vers. quintò quæro.* Vide *infra n.* 102.

73 Octavò, in condendis statutis, quæ obligent totam Diœcesim, quæque durare debeant etiam tempore Episcoporum succedentium, Panuin. *in tract. de potest. Capit. Sede vacante, part.* 1. *quæst.* 6. Sbroz. *de officio Vicarii lib.* 2. *quæst.* 187. *n.* 5. & 6. Calderin. *cons.* 2. *de constit.* Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verb. Capitulum,* §. 15. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 1. *lit. C, conclus.* 53. *n.* 1. ubi intelligit de statutis capitulariter factis super re concernente augmentum cultus divini, & servatâ debitâ formâ. Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 16. ubi intelligit in pertinentibus ad ipsum Capitulum, putà qualiter debeat congregari, vel distributiones dividi, &c. Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante. vers. quartò quæro*: ubi etiam intelligit dum modò sint justa salubria; secus verò si tendant in præjudicium Ecclesiæ, vel Episcopalis mensæ. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 37. *quæst.* 11. Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 13. *n.* 24. Molin. *d. tr.* 5. *disput.* 11. *num.* 7. ubi addit, quod quicumque Episcopus in eo Episcopatu succedens, poterit illa revocare, sicut & revocare potest quæcumque alia cujusvis alterius Episcopi sui antecessoris. Ferentil. *ad decis. Buratti* 758. *à num.* 11. & ideò non poterit statutum condere, quo charitativum subsidium in futurum ex parte minuatur, ut resolvi *de officio & potest. Episcopi part.* 3. *allegat.* 87. *num.* 14.

74 Circa quotidianas autem distributiones nihil potest statuere, etiam Sede plenâ, sine Episcopo, Monet *de distrib. quotid. part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 26. *in ult. edit.* Ego ipse *dict. part.* 3. *allegat.* 53. *num* 139. nec

75 potest habere pro præsentibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem nondum emiserunt, ut censuit sacra Congregat. teste Nicol. Garcia *de benef. part.* 3. *n.* 32. quem refero ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 61. *num.* 14. Intellige principalem resolutionem de potestate Capituli in condendis statutis, quæ obligent totam Diœcesim, ut procedat solùm in Capitulo Sede vacante; nam Sede plenâ nullatenus poterit statuere his verbis, quæ tangunt statum generalem Ecclesiæ, vel jura Episcopi, sine consensu illius. Ita gloss. *verb. constitutum, vers. quia sine consensu, & in c. cùm. omnes, de constit.* ubi Innocent. *num.* 1. Abb. *num.* 4. Butr. *num.* 45. Felin. *n.* 9. Beroi. *num.* 36. & 46. Benedict. Capra *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *de Episcopis, & cleric. n.* 24. *pag.* 154. Ror. *decis.* 21. apud Farin *p.* 2. *recent.* & diximus *sup. n.* 15. *cum seqq.*

76 Nonò, in exequendis ultimis defunctorum voluntatibus, quatenus jure Ordinario competebat Episcopis, ut per Franc. *in cap.* 1. *col.* 4. *de major. & obedient. lib.* 6. Molin. *d. tract.* 5. *disput.* 11. *num.* 5. *in fine,* Covar. *in c. Joannes, n.* 2. *de testament.* Panuin. *p.* 2. *q.* 7. Azor. *d. part* 2. *lib.* 3. *c.* 39. *quæst.* 6. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. septimò quæro.* Zerol. *in praxi Episc. part.* 2. *verb. Capitulum,* §. 6. quos refero ego ipse *dict. part.* 3. *allegat.* 82. *num.* 31. addo Novar. *dict. tit. de Capitulo Sede vac. num.* 5. Nam in executione testamentorum jure speciali Episcopo competente non succedit Capitulum Sede vacante, ut tenent Panuin. *in tract. de potest. C. Sede vacante, p.* 2. *q.* 7. *vers. respondeo,* Azeved. *cons.* 11. *n.* 9.

77 Decimò, in compellendis Religiosis piarum voluntatum exequutoribus ad reddendas administrationis rationes, ut per Panuin. *de potest. Capituli Sede vac. part.* 2. *q.* 7. *num.* 9. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 39. *sub q.* 6. quos refero ego ipse *d. p.* 2. *alleg.* 82. *num.* 35.

78 Undecimò, in exigenda ratione ab administratoribus piorum locorum, ut per Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante. vers. septimò,* Zerol. *in praxi Episc. p.* 2. *verb. Capitulum.* § 9. quos refero ego ipse *d. p.* 2. *alleg.* 75. *n* 61.

79 Duodecimò, in constituendo Vicarium generalē in spiritualibus, & temporalibus, ut per Bonacos. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 13. *pag.* 182. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 10 Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Capitulum,* §. 3. Azor. *dict. c.* 37. *q.* 8. Novar. *d. tit. de Capitulo, n.* 14. Quomodo autem hodie Capitulum Sede vacante debet Vicarium constituere, & qualem, & intra quod tempus, dixi suprà *ex n.* 28. *cum seqq.*

80 Decimotertiò, in deponendo, & interdicendo. *c. his qui, in fine, de majorit. & obed. c. unic. eod. tit. lib.* 6. Rebuff. *in pract. benef. tit. de devolut. n.* 63. refert, & sequitur. Sbroz. *de officio Vicarii lib.* 2. *q.* 182. *n.* 7. P. nuin *p.* 2. *q.* 6. Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 1. *n.* 6. *vers. potest similiter.*

81 Decimoquartò, in quibuscunque casibus potest Capitulum, Sede vacante, & loco illius Vicarius, seu Provisor illius, dispensare, in quibus Episcopus dispensare poterat ratione Episcopalis jurisdictionis, ut in votis, in petitione debiti, & ut illegitimus minores Ordines suscipere possit, & obtinere beneficium aliquod simplex, juxta *c.* 1. *de filiis Presbyt. lib.* 6. nullibi enim Capitulo hanc jurisdictionem comperimus esse denegatam. Et cùm sæpè expediens, ac necessarium sit cum subditis dispensare in multis, ut ex se est notissimum, & colligitur *ex capit. Domino sancto,* juncta Gloss. *ibi, verb. necesse,* & *ex c. ut constitueretur,* 50. *dist.* non sufficienter esset provisum diœcesibus, si jurisdictio Episcopi sine dispensandi jurisdictione ad Capitulum Sede vacante devolveretur: ita Molin. *d. tract.* 5. *disput.* 11. *num.* 5. & in dispensationibus illegitimorum ad beneficium simplex, Navar. *cons.* 28. *sub tit. de tempor. Ordin.* Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante vers. Secundò quæro,* Zerol. *in praxi Episc. p.* 2. *verb. Capitulum,* §. 3. citati per me *de officio Episcopi allegat.* 45. *n.* 25.

82 Decimoquintò, in dispensando & absolvendo vigore Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. c.* 6. nam licèt illa facultas competat Episcopo jure speciali, tamen competit ei jure communi, & jurisdictione ordinaria illi tributa: ita resolvunt Henriq. *in sum. lib.* 6. *cap.* 16. §. 1. *& lib.* 14. *c.* 1. §. 1. Ludov. Beja *respons. casuum conscient. p.* 4. *casu* 37. *vers. tandem nullus,* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 61. *artic.* 9. Cened. *ad Sextum collect.* 4. *n.* 3. Suar. *tom.* 4. *de Pœnit. disput.* 50. *sect.* 2. *num.* 4. Sayr. *in florib. decis. sub tit. de temporib. ordin. decis.* 31. *& in*

clavi

clavi Regia, lib. 6. cap. 11. *num.* 84. Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p. 3. collect. 721. verſ. tertiò dubitatur*, & *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 533. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 446. *in* 2. *edit.* & *in praxi aurea, reſolut.* 118. *num.* 5. Piaſec. *in praxi Epiſc. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. *pag.* 106. Sanch. *de Matrimon. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. Nicol. Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 41. *&* 42. *p.* 7. *cap.* 11. *n.* 21. Sacr. Congreg. Conc. ſub die 22. Januarii 1602. quicquid dicant Mar. Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſp.* 8. *de ſuſpenſ. c.* 3. *verſ. ex eodem*, Bonac. *de cenſur. diſp.* 7. *q.* 5. *puncto* 1. Novar. *d. loco*, *n.* 13. noviſſimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccleſ. c.* 44. *n.* 9.

83 Decimoſextò, in exigendo charitativum ſubſidium, ut per Bellencin. *de charitativo ſubſid. q.* 7. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 9. *c.* 14. *queſt.* 4. *verſ. item. collegium*, Novar. *ubi ſuprà, num.* 5. *in fin.* meipſum *d. part.* 5. *allegat.* 67. *n.* 13. Quamvis Capitulum nequeat ſtatutum condere, quo tale ſubſidium in futurum ex parte minuatur, ſecundùm Bellencin. *d. tract. q.* 45 Azor. *d. lib.* 9. *c.* 15. *q.* 7. *verſ. item Canonicum.*

84

85 Decimoſeptimò, in cognoſcendo de cauſis in prima inſtantia vigore Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *de reformat. c.* 20 quia ſuccedit Epiſcopo in omnibus, quæ ſunt juriſdictionis, etiam voluntariæ: ita Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 130. Ego ipſe *d. p.* 3. *allegat.* 81. *n.* 6. Novar. *d. loc. n.* 7.

86 Decimooctavò, in aſſiſtendo Matrimonio celebrando, & alii Sacerdoti aſſiſtendi licentiam concedendo, juxta formam Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. c.* 1. Ita Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 29. *num.* 5. Gutier. *eod. tract. c.* 66. *num.* 9. Coninck *de Sacram. & cenſur. tom.* 2. *diſp.* 27. *n.* 17. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 32. *num.* 123.

87

Decimononò, in concedenda facultate, ſeu licentia, quam dare poſſet Epiſcopus, ut per Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 5. *q.* 2. Novar. *d. tit. de Capit. Sede vac. n.* 4. Veluti in licentia præſtanda clericis curam animarum habentibus ad ſtudium ire volentibus. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Capitulum.* §. 2. quamvis id hodie poſt Concil. Trident. Epiſcopus afficere nequeat, ut ſuo loco diximus. Et in danda licentia ædificandi Eccleſiam, ut acquiratur juſpatronatus. Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 5. *art.* 9. Panuin. *de poteſt. C. Sede vac. p.* 5. *q.* 1. *n.* 5. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 79. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 70. *n.* 32.

88

89 Et in concedenda licentia extero Epiſcopo exercendi Pontificalia in Eccleſia vacante, ſecundùm Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 22. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. undecimò quæro*, Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 7. *num.* 93. *verſ. quinta.* Et in concedenda licentia ut novitii diſponant de bonis temporalibus. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 5. *num.* 68. Ego ipſe *d. part.* 3. *allegat.* 99. *num.* 5.

90

91 Vigeſimò, in concedendis Indulgentiis, cùm illæ potiùs juriſdictionem, quàm Ordinem concernere videantur. Ita Doctores *in c. accedentibus, de exceſſ. Prælat.* Panorm. *in c. cùm olim, in fine, de major. & obed.* Sylveſt. *verb. Capitulum, in calce, n* 5. Panuin. *p.* 1. *princ. q.* 4. Henriq. *in ſum. lib.* 7. *c.* 31. §. 1. Nav. *lib.* 5. *in Levit. monit.* 31. *n.* 6. & 7. Noviſſimè Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *n.* 22. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacant. verſ. duodecimò quæro*, Zerol. *in praxi Epiſc. part.* 1. *verb. Indulgentia* §. 2. Jul. Lavor. *de Jubileo & Indulg. part.* 2. *n.* 52. Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 88. *n.* 21.

92 Vigeſimoprimò, in œconomis præficiendis, *c. cùm vos* 4. *de offic. Ordin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 1. *n.* 241. Molin. *de juſtit. tract.* 5. *diſp.* 11. *n.* 11. *verſ. licèt.*

93 Vigeſimoſecundò, in cognoſcendis, & aſſignandis congruis portionibus, ex Rebuff. *in tract. con. grua portionis, n.* 56.

94 Vigeſimotertiò, in commendando Eccleſias, ſive beneficia ad tempus, ſecundùm Rebuff. *in praxi benefic. tit. de devolut. num.* 77. *&* 80. *& in tract. nominat. q.* 8. *num.* 30. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 38. *quæſt.* 8. Molin. *de juſtit. tract.* 3. *diſput.* 11. *num.* 11. *verſ. licèt*, ubi ait, quod quamvis ad Capitulum Sede vacante non pertineat conferre beneficia, quæ conferre ad Epiſcopum attinebat; ad Capitulum tamen tunc pertinet illa commendare providendo de idoneo œconomo, qui illa adminiſtret, aſſignato ei congruo ſtipendio, donec beneficia illa ab eo conferantur, ad quem collatio eorum ſpectat; ſubditque, ſive beneficium Eccleſiaſticum quod Juriſpatronatus non ſit, tempore Sedis vacantis in menſe Summi Pontificis reformatum, vel affectum vacet, ſive in menſe Epiſcopi, omnia in Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 17. præſcripta peragere Capitulum Sede vacante uſque ad electionem dignioris inclusivè, non ſecus atque illa perageret Epiſcopus; collationem verò eorum omnium beneficiorum remittere Summo Pont. at circa beneficia etiam curata, quæ juriſpatronatus ſunt, ea omnia peragere idem Capitulum Sede vacante, quæ ibi præſcribuntur, ut Epiſcopus efficiat, & quæ Epiſcopus perageret, ſi Sedes non vacaret.

95 Vigeſimoquartò, in admittendis, ſive inſtituendis, vel confirmandis præſentatis clericis à patronis, *c.* 1. *de inſtit. in* 6. Rebuff. *d. tract. de devolut. à num.* 68. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 98. *q.* 2. Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 7. *num.* 54. latè Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 13. *cum ſeqq.* Ego ipſe *d. p.* 3. *allegat.* 72. *n.* 183. Azeved. *conſ.* 9. *n.* 19. ubi *n.* 13. ſubdit ex Rebuffo, quod Capitulum Sede vacante poterit facere collationes nominatis faciendas, quia neceſſariæ ſunt.

96 Vigeſimoquintò, in recipiendis reſignationibus beneficiorum, non ſolùm ſpectantium ad collationem Epiſcopi & Capituli, ſed etiam ſpectantium ad collationem Epiſcopi ſolius, ut per Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 71. *num.* 13. *&* 14. *q.* 130. *n.* 3. Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.* 7. *q.* 23. *à num.* 20. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, q.* 9. *propè fin. verſ. quartò limita*, Zerol. *part.* 2. *verb. Capitulum*, §. 7. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *c.* 3. *n.* 256. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 143. meipſum *dict. part.* 3. *allegat.* 69. *num.* 8. Novar. *d. tit. de Capit. Sede vac. num.* 3. Non tamen poterit Capitulum beneficia ſic reſignata conferre, juxta ea quæ dixi infrà *n.* 109. *cum ſeqq.* Non autem poterit præbendarum, & beneficiorum, quæ eotempore vacare contigerit, collationem facere merè voluntariam, ſecus de neceſſariis, & debitis, quæ magis confirmationes, vel inſtitutiones dicuntur. Nicol. Garc. *d. c.* 7. *num.* 54. *&* 55. latè Solorzan. *d. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 32. *&* 33.

97 Vigeſimoſextò, in præſtanda auctoritate permutationibus beneficiorum ſpectantium ad collationem Epiſcopi, & Capituli communiter, vel tertii, per Gloſſam *verb. conferantur, in Clem.* 1. *de rerum perm.* Gambar. *in c. unic. de rerum permut. n.* 114. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 11. *pag.* 183. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede*

vac.q.9.vers.qua concl.in med. Azor. *d.part.2. lib. 7. c. 29. q. 4* Nicol. Garc. *de benef. part. 11. c. 4. ex num 75.* Bonac. *de simon.quæst.4. §. 12. n. 7. vers. alii verò.* Non potest tamen admittere permutationes beneficiorum spectantium ad collationem solius Episcopi. Put *decis. 320. lib. 2. in correctis*, Aloys. Ricc. *in collect. decis.p.6 collect. 2497. vers. undecimò.*

98 Vigesimoseptimò, in unionibus ex causa faciendis, dummodò per eas jurisdictioni Episcopali nihil detrahatur. Ita docent Imol. *in Clement. 1. num. 31. de statu monach.* & ibi Cardin. *in §. ad hæc,num.4. quæst. 6.* Bonifac. *eodem §. num. 19.* Marian. Socin. Sen. *in c. sicut unire, art. 3. num. 40. q. 9.de excess. Prælat.* Peruf. *de union. c. 5. num 26* Rebuff *in praxi benefic. tit. de unionib. num. 35. & dict. tit. de devolut. n. 100.* Hojed. *de incompatib. benef.p. 2. c 3.num.7.vers.similiter Capitulum.* Quarant,*dict.verb Capitulum Sede vacant. quæst. 9. vers. qua conclusio*, Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb unio*, §. 11. *& part. 2. verb. Capitulum*, §.4. Azor. *d. part. 2. lib. 6. c. 28. quæst. 9.* & sibi contrarius *lib. 3. c. 38 quæst. 9.* Sanch.*in præcepta Decalogi, tom.2.lib 7.c.29.num.155.* Nicol. Garc: *de benefic.*

99 *part. 12.c. 2. n.* 67.ubi *n.* 68.refert per sacram Congregationem Concilii decisum, Capitulum Sede vacante non posse supprimere quodcunque beneficium,& sibi unire,sicut Sede plena non potest consentire unioni faciendæ ipsi Capitulo directè, & principaliter.

100 Vigesimooctavò, in approbandis & exponendis Confessoribus per Vicarium à se electum, cùm hic actus approbandi non sit actus formaliter Ordinis, & dignitatis Episcopalis, sed jurisdictionis ordinariæ. Ita Suar.*tom 4.de Pœnit. disp. 28.sect. 3. n. 5.* Henriq. *in sum. lib. 3.de Pœnit. c. 6. in. princ* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta,prac.2. lib. 7. c. 2. num. 54.*

101 Vigesimononò in commutando ultimas voluntates in casibus, in quibus de jure communi posset Episcopus, ut docent Marc. Anton. Cuch. *Inst. major.lib.2.tit.9.num.82.* Monet. *de commut. ultim. volunt. c. 7. n. 447. cum seqq.*

102 Trigesimò, in cognoscendis causis matrimonialibus, ut probatur *in c. veniens, de eo qui duxit in matrimon.* docent Panuin. *de officio, & potest Capituli Sede vacant. q. 5.* Covarr. *de sponsalib. part. 2.c. 8. §. 12.num. 1.* Quaranta *d. verb. Capitulum Sede vacante, quæst. 5.* ubi ait Concil. Tridentinum *sess. 24. de reform. c. 20. vers. ad hæc causæ Matrimoniales*, disponere quod causæ matrimoniales relinquantur examini, & jurisdictioni Episcopi tantùm, ut excluderentur alii Prælati inferiores: at Capitulum in hoc casu non dicitur inferior Episcopo, sed par. Quod quidem intelligere oportet in causa matrimoniali ex ordinaria jurisdictione, non ita si delegata, commissa Episcopo, aut ejus Vicario, per hæc verba, *Dilecto filio Vicario fratris nostri Episcopi.* ut optimè distinguit Aloys.Ricc.*in praxi rerum fori Ecclesiastic. decis. 245. in 1. edit.* alias *resolut. 215.vers.sed quicquid, in 2. edit.*

Trigesimoprimò, de delictis extra visitationem coctra certas personas inquirere potest, per doctrinam Bonifac. *in Clement. 1. num. 117. de hæret* Fedric. de Senis *consil. 16.num.1.in fine*, ubi dicit, quod in puniendis criminibus & excessibus, & reformandis moribus, Capitulum id potest Sede vacante, quod potest Episcopus. Rot. *decis. 166. num.2.part. 1.recentiss.* non tamen poterit facere alium carcerem suum proprium pro his malefactoribus puniendis. Molin. *dict. tract. 5. disputat. 11. num.10.in fine.*

Trigesimosecundò. Cùm syndicare sit actus jurisdictionis. Paris. de Puteo *tract. de syndicatu, rub. de officio syndicatus, § Judices ad syndicatum.n.9.* & in illo procedatur tam ex officio, quàm ad instantiam partis,ut per eundem *d.rubr. §. proceditur autem*, eo ipse quod Capitulum succedit Episcopo in jurisdictionalibus, & potest de delictis in genere, & in specie inquirere, ut suprà firmatum est, sequitur quod hoc etiam munus syndicandi possit exercere. Ita Rota *d.decis. 166. num. 3.* ubi *num. 4. cum seqq.* respondet contrariis.

Trigesimotertiò, in faciendis gratiis & remittendis pœnis condemnatis per Episcopum præmortuū, ut ex Aloys. Ricc.resolvit Marcel. Vulpe *d. c. 44. num. 26.*

Trigesimoquartò, in remittendis interstitiis ordinandis, & super eis dispensando,sicut Episcopus virtute Concilii *sess.25.de reformat.c.11.* Sic censuit S. Congreg. ejusdem Concilii,teste Marcel. Vulpe *d.c.44.num.27.*

Utrùm autem tota hæc Capituli auctoritas 103
etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum, transeat in Vicarium? Simpliciter affirmant Gutier. *canon.lib.1.cap.11.num,10.vers id. quod hodie*, Marc. Anton. Genuens. *in prax. Archiepisc. Neapol cons 86.num.5.* Molin *de Iustit.tract.5.disp. 11. n. 4.* Nicol. Garc.*de benef.p.5.cap. 7. num 25.* sed horum opinionem non benè firmati censuit Rot. *in Marian. pensionis. 25. Iunii 1626.* coram R.P.D. meo Pirovano,*in fine.*

Prædicta autem regula generalis, quod Capi- 104
tulum Sede vacante possit omnia facere,quæ sunt jurisdictionis, nisi expressè prohibita reperiantur, intelligenda venit ut procedat in iis, quæ, competunt Episcopo jure proprio, non autem alieno; hoc est, jurisdictione ordinariâ, non autem delegatâ, juxta ea, quæ per textum *in c. pastoralis, §. præterea, de Offic. Ordin.* resolvunt Glossa. *verb. Capituli, in Clement. 1. de hæretic.* Federic. de Senis *cons.30.vol.1.* Marant.*in pract.disp. 5. n. 66.* Abb. *in d.c. cum olim, sub num. 1.colum.3. in med.* Panuin. *d.tract.de potest. Cap. Sede vacante, part. 1. princ. q. 10.* Azeved. *ad Curiam Pisanam lib. 1. c. 8. n. 12. & cons. 11. num. 7.* Sbroz. *de officio Vicarii lib. 1. q.16.num.1.& lib.2 q.135.num.4* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, in princ. vers. & primò ut intelligatur*; D. Barbos.*in l.quia tale,num.1. ff soluto matrimo.* Azor. *d.p.2.lib. 3.c. 39. q. 4.* Carc. Tusch. *tom.1.lit.C.concl. 56. sub n. 5.* Molin.*de Just. tom. 6. tract.5.disp.11. sub num. 8. & 9.* Filliuc. *qq. moral. tom.3.tract.41.cap. 2.num. 40.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepisc.Neapol.decis.38 aliàs 44. num. 3.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. Capitulum 1.* Rota *decis.346. num. 4. p. 1. recentior.* idem Aloys. Ricc.*part.6. collect 2486.vers. decimò*, Grilenzon. *consil.119.num.6.* Marc Anton. Genuens. *in practic. Archiepisc.Neapol.cap.87.n. 30.* noviss. Ciarlin. *controv. forens. lib. 1.cap.46.num. 15.* Nicol Garc. *d.p. 5. c.7. num. 42.* ubi *num 43.* ampliat etiamsi post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus: & *num.44.* pariter ampliat, etiamsi delegatio fiat à Canone. Franc.Leo *in Thesauro fori Eccles.part.1. c. 10. n.num.8. vers. quartò fallit.* Idem Aloys.Ricc. *in praxi aurea,resol. 118. per tot.* Ego ipse *d.p.3.allegat. 92. num. 17.* Et amplius procedit etiamsi Episcopus apposuerit manus ante obitum per caput *quoniam Abbas.de offic. delegati*, March

ef.

de commissione. super commissione appellationum extra Romanam Curiam. part. 1. c. 6. num. 32. Ex quibus inducta est Sacra Rota Romana elapsis annis ad validam judicandam impetrationem quandam beneficiorum certo modo factam à quodam Hispano, eo quia illa minùs justè possidebat alter adhuc Hispanus, & illegitimè natus, qui obtinuerat dispensationem illegitimitatis à Vicario Capituli Sede vacante, suffulto delegatione Apost. vigore Brevis expediti cum clausula *Officiali, &c.* solite apponi in Brevibus directis ad partes Hispaniarum, ubi dicitur Officialis, qui in Italia appellatur Vicarius, ex notaris per Bellam. *decis. 5. de Offic. Vicar.* & Add. *ad decis. 2. eod. tit. in novis*, refero ipse *d. part. 3. alleg.* 84. *num.* 4.

105 Limitanda tamen videtur prædicta resolutio ne procedet respecta exemptorum, & Sedi Apost. immediate subjectorum: hos etenim Capitulum Sede vacante non videtur posse ita visitare per se, vel per alium: nam licèt hæc eorum visitatio incumberet Episcopo, si viveret, juxta textum *in Clem. Attendentes, in princ. vers. hoc igitur, de statu monach.* Concil. Trident. *sess. 25. de Regularibus, cap. 9.* tamen quia Episcopus vivus taliter exemptos visitare non poterat jure ordinario, sed solùm jure delegationis Apostol. ut constat ex eodem decreto; & *ex d. Clemat. Attendentes, vers. hoc igitur*. ergo Capitulum Sede vacante non poterit taliter exemptos visitare, ut docent Abb. *in dict. c. cùm olim, sub n. 2. col. 3. in med.* Panuin. *dict. p. 1. in princ. q. 7.*

106 *num.* 2. Hinc etiam non potest Capitulum Sede vacante visitare monasteria exempta Monialium, quæ visitat Episcopus auctoritate Apostolica, secundùm Nicol. Garc. *d. c. 7. num.* 45. Azor. *d. p. 2. lib. 3. c. 37. quæst. 15. & c.* 40 *q.* 8. & alios plures, quos refero *d. part. 3. alleg.* 73. *num.* 25. Vide tamen quæ dixi suprà hoc *c. num.* 73.

107 Ego verò in hac re distinguendum duxi cum Molina *de Justit. tom. 6. tract. 5. disput.* 11. *n.* 8. *&* 9. inter casum, in quo aliquid jurisdictionis in perpetuum committitur muneri Episcopali ex delegatione Sedis Apostolicæ, ita ut ex officio deinceps competat Episcopis; & inter casum in quo id Episcopo sub nomine dignitatis committitur, & consequenter etiam ejus successori à summo Pontifice delegato ad aliquam peculiarem tantùm causam, vel negotium, juxta textum *in c. quoniam Abbas, de offic. delegat.* Etenim in hoc ultimo casu jurisdictio delegata non transit in Capitulum Sede vacante & ita procedit limitatio communis Doctorum, de qua *suprà*. At in primo casu non procedit eadem limitatio, sed potiùs resolvendum, Capitulum in dubio succedere etiam in hujusmodi jurisdictione in perpetuum Episcopali muneri delegata, nisi aliud aliunde legitimè colligatur ex mente delegantis. Ratio est, quia suppositâ perpetuitate hujus delegationis, per quam id, de quo actum fuerit, annectitur in perpetuum Episcopali muneri, non quidem principaliter in bonum Episcopi, nec tanquam ejus privilegium, sed in bonum eorum, in quos ea jurisdictio taliter delegata exercetur, vel aliorum, & Ecclesiæ, consequitur eandem jurisdictionem censendam esse ut accessorium, imò ut partem totius jurisdictionis Episcopalis in communi, ac proinde ut talem transituram in Capitulum, in quo Sede vacante transit per viam regulæ tota Episcopalis jurisdictio, ut bono cum judicio advertit Molin. *sub d. n.* 8. Cùm ergo hoc ita habeat in jurisdictione in perpetuum Episcopali muneri delegata, jam infertur prædictam limitationem veram non esse in terminis dictæ Clementinæ *Attendentes, vers. hoc igitur*, & Conc. Trident. *d. c.* 9. & similium, cùm constet jurisdictionem delegatam, de qua in his juribus, commissam esse in perpetuum Episcopali muneri, ac proinde quod in ea succedat etiam Capitulum Sede vacante, sicque poterit ejus virtute visitare in specialibus prædictas Moniales taliter exemptas, juxta modò resoluta: quòd magis confirmatur ex eo, quia ut benè advertit Molin. *sub d. n.* 8. *ante fin.* credendum non est id esse consentaneum rationi, quod nec intenderet Conc. Trid. aut dicta Clementina *dictis locis*, ut toto tempore Sedis quoquo modo vacantis monasteria Monialium sic exempta, & soli Summo Pontifici immediatè subjecta, & eorum Moniales destituantur visitatione, & quolibet alio regimine spirituali, quod ab eodem Clem. V. & Concil. Trident. tantopere *dictis locis* intenditur, & procuratur.

Prædicta regula, de qua suprà, non procedit in 108
jurisdictione, quæ competeret Episcopo jure aliquo speciali, seu accidentali, secundùm Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 61. art.* 9. Cened. *ad Sextum, collect. 4. num.* 6. D. Barbosa *in l. quia tale, num. 1. ff. soluto matrim.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. subsequenter*, Nicol. Garcia *dict. part. 5. c. 7. num.* 39. latè Azeved. *cons. 11. num.* 3. ubi quod Capitulum Sede vacante non succedit in iis, quæ ex speciali provisione, & dispositione Episcopo, & ejus Provisori competunt jure accidentali, etiamsi essent de iis, quæ jurisdictionis sunt, licèt Episcopo succedat Capitulum in iis, quæ sunt jurisdictionis ordinariæ, ex dictis suprà hoc eodem cap. *n.* 61. & huic subdit idem Azeved. *ubi suprà, num.* 4. quod Capitulo Sede vacante non competit potestas creandi Doctores, vel Licentiatos, si Episcopo de jure speciali jus creandi competeret: & *num.* 5. quod in mandatis Episcopo succedit Capitulum Sede vacante. Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 12. Unde inferunt Doctores, Capitulum Sede vacante non succedere Episcopo in casibus infrascriptis.

Primò igitur infertur, Capitulum Sede vacante 109
non posse beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi conferre, *c.* 2. *ne Sede vacante, c. quantò, & c. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.* Gloss. *in d. c. his quæ, de major. & obedient.* Selv. *de benefic. part. 2. quæst.* 11. Corras. *in paraphrasi benefic. part. 3. c. 7. num.* 1. & 2. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de devolut num.* 70. 71. 88. & 90. Azeved. *consil. 9. ex num.* 1. Panuin. *de potest. Capit. Sede vacante, p. 2. in princ. quæst.* 1. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 23. num.* 19. ubi extendit ad beneficia, quæ vacant per renunciationem. Molin. *de Justit. tom. 6. tract. 5. disp. 9. num.* 11. novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c.* 44. *num.* 5. Piasec. *in praxi Episc. part. 2. c. 1. num. 16. in fine*, Cardos. *dict. verb. Capitulum, n.* 8. Menoch. *cons. 190. n.* 4. Franc. Leo. *in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 10. num.* 8. *vers. tertiò fallit*, Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Capitulum*, §. 5. Molin. *de Justit. tract. 5. disp. 11. num.* 11. Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 4 procem. num. 55. & gloss. 9. §. 1. num.* 77. ubi de beneficiis patrimonialibus, Azor. *d. part. 2. lib. 13. c. 38. quæst. 1.* Vincent. Filliuc. *quæst. moral. tom. 3. tract. 41. c. 2. n.* 42. Novar. *citato loco, n.* 38. Ego ipse *d. p. 3. alleg. 72. num.* 182. Nicol. Garc. *dict. part. 5. c. 7. num.* 51. ubi *num.* 52. extendit ad præsentationem, seu electionem spectantem ad Episcopum. Rot. *in Abulensi Parochialis*, 22. *Junii*

nii 1594. coram Cardin Blanchetto, ubi extendit ad beneficia etiam Parochialia, latè Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante. vers. nono quæro*, ubi refert hoc ipsum jure novissimo cautum esse per Constit. fel. mem. Pii V. incipientem *Sanctissimus in Christo Pater*, per quam omnia beneficia Episcopali Sede vacante quomodolibet vacantia ad eorumdem Episcoporum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia ipsi Pontifici reservantur: & quamvis asserat Garc. *d. p. 5. cap. 1. num. 234.* constitutionem illam exspirasse cum suo conditore, tamen idem hodie dispositum reperitur per regulam 3. Cancellariæ. Ratio autem hujus resolutionis est, quia collatio est fructus beneficii, secundùm Gloss. *in c. cùm olim, de major. & obed.* fructus autem futuro successori reservantur, *c. quia sæpè. de elect. in 6. Clement. statutum, eod. tit. c. cùm vos, de offic. Ordin. c. fin. eod. tit. lib. 6.* tum quia collatio est donatio, *c. fin. de offic. Vicar. lib. 6. c. si tibi absenti, de prabend. eod. tit.* utitur quippe liberalitate Prælatus in conferendo cui vult, *c. relatum*, ubi Gloss. *de prab. c. post electionem, in princ. de concess. prab.* donare autem prohibetur is, cui libera bonorum administratio non conceditur, *l. contra*, §. *si filius. ff de pactis*, *l. filius*, §. 1 *ff. de donat.* Et ideò Capitulum Sede vacante conferre non potest.

110 Quod quidem adeò verum est, ut procedat etiamsi collatio spectaret ad Episcopum cum consensu, vel consilio Capituli, quia adhuc Capitulum Sede vacante non potest hujusmodi beneficia conferre, ut probatur *in c. unic.* §. *cum verò, ne Sede vacante, lib 6.* in quo habetur, quando ad Episcopum spectat collatio beneficii cum consilio, aut consensu Capituli, defuncto Episcopo aut suspenso, ita tamen ut Episcopus non sit in mora in petenda relaxatione talis suspensionis, quasi per eam tanti temporis moram devolutum fuerit jus conferendi id beneficium ad Capitulum, etiamsi Sedes non vacaret, tunc collationem ejus beneficii non pertinere ad Capitulum, si contingat tunc Sedem vacare, sed pertinere ad Summum Pontif. Ex quo textu colligitur consilium, aut consensum attinentem ad Capitulum non efficere provisionem beneficii communem Capitulo cum Episcopo, quasi ratione juris communionis provisio talis beneficii pertineat ad Capitulum Sede vacante. Ita Panuin. *d. tract. p. 2 quæst. 1. in princ.* Navarr *cons. 20. n. ult. de prabend.* Azved. *cons. 9. num. 5.* Molin. *d. tract. 4 disp. 11. num. 9. & 13. vers. in eodem*

Quando verò provisio beneficii simul pertinet ad Episcopum, & Capitulum, ut provisio Canonicatuum, qui in Regnis Castellæ & Legionis vocantur Magistrales, Doctorales, & Theologales, & per concursum providentur suffragiis Capituli & Episcopi, ut suprà dictum est, *cap. 27. n. 62*, item & Pœnitentiatii Canonicatus ac Præbendæ, quæ simili modo in eisdem Regnis providentur, juxta formam constitutionis Gregorii XV. de qua suprà *c. 26. num. 24.* tunc Capitulum Sede vacante confert hujusmodi beneficia. Ita habetur *in cap. 1. in princ. ne Sede vacante, lib. 5.* Nav. *d. cons. 10. de prabend.* Molin. *d. tract. 5. disp. 11. n. 13. in princ.*

Utrùm autem ad Capitulum Sede vacante pertineat conferre beneficia: quæ conferre pertinebat ad Episcopum ratione suæ Dignitatis, quando tamen ad Episcopum devolvuntur ob negligentiam, vel delictum inferioris, illa conferre spectare ad Capitulum Sede vacante, tenent Læl. Zech. *de benefic. & pension. cap. 5. num. 5.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verb. Capitulum*, §. 5. *& part. 2. eod. verb.* §. 10 Molin. *d. tract. 5. disput. 11. num. 12.* quoniam ea devolutio tunc!, idque jus pertinet ad jurisdictionem Episcopalem, ratione illius administrationis suæ diœcesis, in bonum & favorem non Episcopi, sed beneficiorum, ac animarum; in ejusmodi autem jurisdictione succedit Capitulum Sede vacante.

Verùm contrarium, imò Capitulum Sede vacante non succedere in collatione hujusmodi beneficiorum pertinentium jure devoluto ad Episcopum ob negligentiam, vel culpam inferiorum Prælatorum non conferentium, vel malè conferentium, tenet Abb. *in d. c. cùm olim, num. 3. vers. sed circa, de major. & obedient.* & ibi Felin. *in fine*, Panuin. *part. 2. quæst. 2. n. 10.* Rebuff. *d. tit. de devolut. num. 49.* Nicol. Garc. *part. 5. cap. 7. num. 53.* ubi *num. 54.* intelligit in collatione libera, non verò in confirmatione, & institutione, quæ sunt necessariæ, & debitæ. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. nono quæro, ampl. 3.* nam in iis, quæ sunt necessaria, lex indulget Capitulo, ut ministret, *cap. 1. de justit. in 6.* Azved. *consil. 9. num. 8.* ubi *à num. 15.* resolvit, etsi conferre Capitulum non possit, ne tamen diutiùs vacet Ecclesia Parochialis, deficiente Prælato aut Episcopo, ob hanc necessitatem licere Capitulo Sede vacante tales Ecclesias commendare etiam ultra sex menses, donec fuerit provisum de pastore.

Secundò infertur, non posse Capitulum Sede 111
vacante confirmare donationem juris patronatus, quia tunc necessariò intervenire debet Episcopi consensus, ut per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 305. num. 10. cum seqq.* quem refero *d. part. 3. allegat. 71. num. 24.*

Tertiò idem infertur in suppressione Præbenda- 112
rum, aut Portionum vigore Concil. Trident. *sess. 24. de reformat cap. 15.* quam minimè facere licere Capitulo Sede vacante, resolvunt Monet. *de distribut. quotid. quæst. 1. c. 5. num. 29. & de commut. ult. vol. cap. 12. num. 117.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 38. quæst. 9. in med.* Ego ipse *d. tract. de officio, & potest. Episcopi part. 3 allegat. 67. num 3.* Vide suprà *c. 3 num. 23.*

Quod verò ad potestatem Ordinis pertinet, 113
succedit Capitulum Sede vacante in jus exercendi Pontificalia, ut Ordines conferendi, Chrisma conficiendi, consecrandi Basilicas, & hujusmodi; sed hæc quidem non Canonici ipsi per se, sed per Vicarios Episcopos faciunt. Gloss. *in d. c. his qua, & in c. si Episcopus, de suppl. negl. Prælator. lib. 6.* cùm Pontificalia hujusmodi nonnisi à consecratis Episcopis valeant exerceri, ut *in tract. de officio, & potest. Episc.* ostendimus.

Et sicut Episcopo convenit litteras dimisso- 114
rias sibi subditis concedere, ut ab aliis Episcopis Ordines suscipere possint, sic Capitulum Sede vacante potest Clericis suæ diœcesis dimissorias litteras hujusmodi dare, ut ab alio Episcopo ordinentur, sicut probat Bonifac. VIII. *in c. cùm nullus, de tempor. ordinat. lib. 6.* Sede per decretum Concil. Trident *sess. 7. de reformat. cap. 10 & sess. 23. etiam de reform. cap. 10.* potestas hujusmodi limitatur, ut scilicet non valeat Capitulum Sede vacante infra annum à morte Episcopi, seu alterius vacationis, dare licentiam ordinandi proprios Clericos extra diœcesim, dimissorias concedendo, nisi

nisi beneficii susceptí, vel accipiendi occasione arctati fuerint: docent Navarr. *consil. 19. aliàs 27. & consil. 20. aliàs 18 sub tit. de temporib. ordinat.* Sayr. *in floribus dec. sub eod. tit. dec. 21. 22. & 65.* Henriq. *in summa lib. 10. cap. 22. §. 3.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verb. Capitulum, in princ.* Piasec. *in simili praxi, part. 1. cap. 1. num. 13.* Petr. de Ledesma *in summa, part. 1. tit. de Sacrament. Ordinis, cap. 8. conclus. 3.* Quarant. *in summa Bullarii, verb. Capitulum Sede vacant. vers. decimoquarto*, Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 26. lit. C, in novissim. edit.* Cardos. *in praxi judicum, verb. Capitulum, num. 5.* Piasec. *in praxi Episc. part. 1. cap. 1. num. 13. in fine*, Molin. *tract. 5. disput. 11. n. 14.* novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. cap. 8. num. 34. & cap. 44. num. 20.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 10. num. 8. in princ. & p. 5. cap. 7. n. 47. cum seqq.* Campan. *in diversorio juris Canon. rub. 9. cap. 7.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 106. & in diverss. Curiæ Archiepisc. Neapol. dec. 185. part. 4.* Raguc. *de voce Canonicor. quæst. 39. num. 2.* Homobon. de Bonis *de exam. Ecclesiastico part. 1. tract. 2. cap. 1. q. 6. prope fin.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. cap. 7. n. 93. cum seqq.* Monet. *de commutat. ultim. volunt. cap. 10. n. 164. cum multis seqq* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, alleg. 7. ex num. 10.* Marchin. *de Sacram. Ordinis tract. p. 6. c. 3. n. 12.*

115 Quod quidem Concilii Tridentini decretum minimè restringit jurisdictionem Sedis Apostol. quamvis vacantis, ac proinde non prohibetur Vicarius Papæ etiam statim post vacantem Sedem Apost. dimissorias litteras ad Ordines concedere, Majol. *de irregul. lib. 4. c. 20. in fine, & cap. 5. n. 5. in fine*, Henriq. *in sum. lib. 10. c. 22. §. 3.* Salzed. *dict. c. 26. lit. C, vers. poterit*, Campan. *dict. c. 8. num. 6.* Ego ipse *d. alleg. 7. n. 13.* Marchin. *d. c. 3. num. 22.*

116 Unde colligitur primò, Capitulum, seu Vicarium Sede vacante non posse infra annum dare dimissorias, etiam ad primam Tonsuram, ut resolvunt Majol. *de irregul. lib. 4. c. 2. n. 3.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 14. n. 6.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacant. vers. decimoquarto*, Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 7. n. 95.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 106.* Monet. *d. c. 30. n. 137.* Novar. *d. tit. de C. Sede vac. n. 29.* novissimè Marcel. Vulpe *d. c. 8. n. 34. & d. c. 44. n. 20. in fine.* Et si dederit, incidit

117 in pœnam impositam *d. c. 10. sess. 23. de reformat.* quamvis illius usus non fuerit is, cui concessæ litteræ fuerunt, quia actus fuit perfectus quoad Vicarium concedentem, per quem non stetit. Ita ex sententia S. Congregationis resolvit Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 5. c. 7. n. 92.*

118 Hinc S. Congregat. rescripsit Episcopo Squillacensi die 13. Januarii 1594. Vicarium Sede vacante posse litteras dimissorias ad primam Tonsuram concedere, etiam infra annum Laicis, qui expectant præsentari per patronos ad aliqua beneficia.

119 Secundò colligitur, non posse Capitulum Sede vacante infra annum dimissorias ad Ordines concedere, etiamsi haberet territorium distinctum, & exemptum ob immemorabilem possessionem, & in eo essent Judices ordinarii. Ita Quarant. *d. verb. Capitul. Sede vacante, vers. decimoquarto.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 185.*

120 *part. 4.* post annum verò concedere hujusmodi dimissorias spectat ad Vicarium, & non ad Capitulum, prout Vicario Capitulari Neapolitano rescripsit S. Congregat. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, sub die 12. Januarii 1604.

Tertiò colligitur, non posse idem Capitulum dicto durante anno dare licentiam Episcopo commoranti in civitate, vel diœcesi, ut ordinet Regulares, etiam prævio examine per ipsum Vicarium facto, ut tenet Raguc. *de voce Canon. q. 9. n. 4.* 121

Declaratur autem supradicta resolutio multipliciter, & primò, ut procedat quoad testimonium idoneitatis; illud enim infra annum posse Capitulum Sede vacante facere, tradunt Novar. *cons. 19. in antiq. aliàs cons. 27. in novis, de temporibus ordin.* Sayr. *in floribus dec. sub eod. tit. dec. 21.* Bonac. *de Sacrament. disp. 8. q. unica, punct. 4. num. 24.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. Capitulum 5.* Molin. *d. tract. 5. disp. 11. n. 4. vers. quamvis*, Marcel. Vulpe *d. c. 44. num. 21.* Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, vers. decimò quarto, limit. 3.* Monet. *d. cap. 10. n. 181.* ubi refert modernum Romanæ Curiæ stylum habere, ut Sede Episcopali vacante ipsæ quoque testimoniales dentur ab Ordinario viciniore. Marchin. *dict. part. 6. c. 3. n. 17. & 18.* novissimè Ciarlin. *controv. forens. lib. 1. c. 46. n. 12.* & addit Molin. *loco proximè citato*, quod etiam accedente rescripto nuncii Apostol. ut aliquis intra annum Sedis vacantis ordinari possit ab alieno Episcopo, accedente testimonio sui Ordinarii idoneitatis ad Capitulum, & loco Capituli ad suum Vicarium generalem spectat tunc illum examinare quoad litteras, & mores, testimoniumque illi tradere idoneitatis, ut cum eo ordinari ab Episcopo alieno possit. 122

Ante lapsum anni vacationis Sedis poterit Capitulum obtinenti facultatem à Sede Apostolica de 123
susciendo Ordines cum licentia sui Ordinarii, hujusmodi licentiam subordinatam concedere, ut docent Novar. *cons. 19. in antiq. aliàs cons. 27. in novis, sub tit. de tempor. ordin.* Piasec. *d. part. 1. c. 1. n. 15. vers. Capitul. pag. 30.* Ego ipse *dict. part. 1. allegat. 7. num. 1.*

Poterit insuper idem Capitulum præfato anno durante concedere Episcopo extero exercitium 124
Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum vacantis Sedis, ut per Novar. *cons. 27. de temporibus ordinat.* Fornar. *de Ordine, c. 3. num. 7. vers. quartò nota*, Molfes. *in sum tract. 2. c. 2. n. 28.* Henriq. *in sum. lib. 10 c. 22. §. 1.* Quarant *d verb. Capitulum Sede vac. q. 11.* Piasec. *loco proximè citato*, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c. 87. num. 33.* Marchin. *dict. part. 6. c. 3. num. 16.* quia quoad subditos vacantis Sedis nonnisi post annum elapsum. Solorzan. *d. lib. 3. c. 13. num. 16.*

Poterit quoque idem Capitulum per Vicarium 125
à se electum arctatis beneficiis, tam habitis, quàm habentis, intra annum litteras dimissorias concedere. Concil. Trident. *d. sess. 7. de reformat. c. 10.* Salzed. *d. c. 26. lit. C, vers. poterit*, Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Capitulum, in princ. vers. secundum*, Molin. *d. tract. 5. disp. 11. n. 14. vers. quamvis* Garc. *d. part. 5. c. 7. à n. 99.* Quarant. *d. vers. decimò quarto*, Novar. *d. loco, num. 33.* Monet. *d. c. 10. num. 170.* ubi subdit posse hujusmodi Capitulum pro arctatis litteras dimissorias ei concedere, qui habeat Episcopum à quo ratione originis, domicilii, aut alterius beneficii compatibilis ab eo recepti illas posset obtinere. Marchin. *d. part. 6. c. 3. num. 19.*

Arctati occasione beneficii recepti illi dicuntur, qui obtinent aliquod beneficium requirens 126
servitium

servitium personale, ratione cujus de jure, consuetudine, privilegio, statuto Ecclesiæ, vel fundatione intra annum teneatur se promoveri facere 121
Ita Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 5. num.* 89. Ugolin. *de potest. Episc. c.* 26. §. 20 *num.* 5. *vers. & primo*, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 98. exemplificantes in eo, qui obtinet Parochialem Ecclesiam, quod *sit* arctatus ad Sacerdotium intra annum, & 121
in eo, qui obtinet Canonicatum ad Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, seu Capellaniis requirentibus ex institutione servitium personale, seu aliquem Ordinem, latè Monet. *de commut. ult. volunt. c.* 10. *num.* 166. *cum multis seqq.* ubi cum Nicol. Garc. & Ugol. *locis proximè citatis*, idem ex eadem ratione dicendum putat, ubi Ordo suscipiendus beneficio est ita annexus, ut tempore provisionis in eo constitutus esse debeat, qui beneficium obtinet, sed impetrans dispensatus fuit, ut hoc non obstante hujusmodi beneficium posset obtinere, vel ubi in litteris contineretur clausula, *Non obstantibus aliquibus, &c. per quæ effectus gratiæ nostræ impediri valeat quomodolibet, vel differri*, vel similis.

127 Arctari verò occasione beneficii recipiendi illi dicuntur, qui habent jus, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu Capellaniam, quod tamen requirit actu certum Ordinem, quo illi carent; vel, illi dicuntur, qui cùm sint Ordinati primâ Tonsurâ, sunt præsentati ad beneficia, ut docent Aloys. Ricc. *d. resol.* 85. Monet. *d. c.* 10. *n.* 175. Ugol. *d.* §. 10. *num.* 5. Nicol. Garc. *d. c.* 7. *num.* 99. & 100. ubi *num.* 101. subdit electum in concursu ad beneficium Curatum, cujus collatio facienda est à Papa, non posse interim dici arctatum, tam occasione beneficii recepti, quàm recipiendi: & *num.* 102. pariter resolvit, non dici arctatum occasione beneficii recipiendi illum, cui aliquis vult resignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret, de quo etiam Aloys. Ricc. *d. resol.* 95. *num.* 2. & 3. Monet. *d. c.* 10. *num.* 176. Unde Capitulum Sede vacante posse dimissorias concedere intra annum ad primam Tonsuram ei, qui est præsentatus à patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum Jurispatronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat, docent Nicol. Garc. *c.* 7. *n.* 1. *n.* 30. Molfes. *in sum. Theolog. Moral. tract.* 6. *c.* 7. *num.* 59.

128 In interstitiis temporum (post elapsum scilicet primum annum Sedis vacantis) dispensare poterit Capitulum Sede vacante, seu ejus Vicarius cum ordinandis in vim suarum litterarum dimissorialium, eo modo, quo poterat Episcopus cum sibi subditis, ut per Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. quæro decimo*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec.* 715. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 483. *n.* 6. *in* 2 *edit.* Piasec. *d. part.* 1. *c.* 1. *num.* 50. *vers. eadem*, Mart. *de jurisd. part.* 2. *c.* 9. *num.* 13. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. in prælud. n.* 339. *in fine.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *Episcopis, in declar. n.* 57. Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 6. *c.* 2. *n.* 8. Solorz. *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 13. *num.* 12. Felic. de Vega *ad c.* 4. §. *de admitter. n.* 52. & 53. *de judic.* Valenz. *cons.* 107. *n.* 17. *vol.* 2.

129 Quæ quidem dimissoriæ litteræ à Capitulo Sede vacante ritè, & rectè concessæ per ingressum moderni Episcopi non exspirant, quia gratia semel obtenta non exspirat morte concedentis, *c. si super gratia, de officio de leg. lib.* 6. *c. cui nulla* 51. *de præb. lib.* 6. ita benè resolvunt Quarant. *in sum Bullarii. verb. Capitulum Sede vacante, vers. secundò dubitatur.* Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *tr. de Sacramento Ordinis, c.* 8. *concluf.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 12. *n.* 37. Monet. *d. c.* 10. *num.* 179. Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 11. *num.* 4. Gutierr. *Canon. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 11. ubi consulit Ordinatoripus, ut si tempore præsentationis dictarum litterarum coram eis sciverint novum Prælatum atque successorem possessionem ejusdem Episcopatus accepisse, vel in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi revalidatæ, vel noviter à successore concessæ productæ fuerint, vel ab ejus Officiali ad id speciale mandatum habente. Refert novissimè Bonac. *de suspension. omnibus in particulari, disput.* 5. *quæst.* 1. *puncto* 12. *num.* 26. novissimè Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 6. *c.* 6 *num.* 5 & 12. Quod autem à novo Antistite revocari possint per edictum omnes, & quæcumque dimissorie à prædecessoribus Episcopis, sive Capitulo Sede vacante concessæ, tenet Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma dimissor. num.* 44 & id justâ subsistente causâ admittit Camp. *d. rub.* 6. *c.* 8. *n.* 36.

Sed est advertendum, Vicarium Capituli Sede vacante, sicut & Vicarium Episcopi, sine speciali mandato litteras dimissorias concedere non posse, secundùm Rebuff. *in pract. tit. de forma Vicariatus Archiepisc. n.* 47. Franc. Panuin. *de potestate Capituli Sede vacant. c.* 10. *part.* 2. *princ. n.* 17. Mandos. *super reg.* 24. *Cancel. q.* 6. *num.* 9. & *seqq.* quos refert. & sequitur Rot *in Maurian. pensionis*, 25 *Junii* 1626. coram R. P. D. meo Pirovano. Et quamvis mandatum speciale à Vicario non exhibeatur cum clausula facultativa concedendi litteras dimissorias; attamen cùm illud possit probari nedum expressè per illius exhibitionem, sed etiam tacitè per conjecturas, & præsumptiones, Cravet. *de antiquitate tempor. part.* 2. *primæ partis, num.* 17. Hieronym. Gabr. *cons.* 181. *num.* 9. *lib.* 2. Rot. *decis.* 675. *in princ. part.* 2. *divers.* non potest dubitari tales concurrere posse, quæ indicent Vicarium habuisse sufficientem facultatem, ubi de illa dubitari contingat. Prima est ex quo ista facultas dandi dimissorias est de solitis pro jurisdictione Vicariorum. Joan. Andr. *in c. cùm nullus in fine, de tempor. ordin.* dicens istis temporibus solere dari Vicariis: idem firmat Crescent. *decis.* 13. *n.* 6. *de probat.* Secunda desumitur ex quo ordinans & ordinatus sunt notæ probitatis, qui faciunt jam facta præsumi licita, *c. nisi essent, de prabend.* Oldrad *cons.* 115. *num.* 1. Hieron. Gabr. *cons.* 17. *n.* 57. *lib.* 2. Tertia colligitur ex eo, quod Vicarius præsumitur voluisse id quod poterat concedere. Rot. *d. decis.* 675. *n.* 2. *p.* 3. *divers.* Quarta denique ubi Tonsuratus recipit characterem in publica ordinatione facta per Episcopum, cui erant directæ litteræ dimissoriales in eadem civitate, ubi Capitulum Sedem habebat, quæ sola sufficit ad probandum ejusdem Capituli consensum quoad hanc facultatem dandi dimissorias, propter verisimilem scientian & notitiam illius, ut in puncto tenuit Rot. in *Burgensi Canon.* 17. *Octob.* & 24. *Novemb.* 1586. coram Gypsio, & has omnes præsumptiones, & conjecturas uti sufficientes in his terminis consideravit Rot. *in Maurian. pensionis.*

Pœna verò imposita *in d. c.* 10. *Concil. Trident.* 130
contra Capitulum Sede vacante, quod contravenit dicto decreto Concilii, concedendo intra annum præfatum in casibus sibi non concessis litteras dimissorias ad Ordines, est ut Ecclesiastico subjaceat interdicto. Franc. Leo *in thesauro*

fori

fori Eccleſ. part. 3. *cap.* 8. *num.*48. Molin. *d. tract.*5. *diſput.* 11. *num.* 8. ubi extendit adminiſtratorem Sede vacante loco Capituli, quæ locum habet, etiamſi is, cui conceſſit, illis uſus non fuerit, quia actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non ſterit, ut per Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. part.*5. *cap.* 7. *num.* 92. Marchin. *de part.*6. *cap.*3. *n.*15.

131 Sed adversùs ſic ordinatos ſi in minoribus Ordinibus conſtituti fuerint, ſtatutum eſt *eodem c.*10. ut nullo privilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudere debeant: ita per illum textum tradunt Navarr. *conſ.*20. *aliàs* 28. *ſub tit. de temporib. ord.* Sayr. *in floribus dec. ſub eod. tit. deciſ.*22. *in prine.* Card. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.*1. *c.*49. *verſ. ſecunda.* Henriq. *in ſum. lib.*13. *c.*38 §.2. *lit. C,* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.*3. *c.*8. *n.*47. Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. Ordo, verſ. ſecundò limitat,* Leſſius *de juſtit. lib.*2. *cap.* 34. *ſub n.* 49. Molin. *d. diſput.*11. *num.* 4. Thom. Valaſc. *alleg. juris tom.*1. *allegat.*45. *n.* 19. & 20. Matt. *de juriſdict. part.* 1. *caſu* 149. *n.*8. Campan. *d. tract.*9. *cap.*2. *n.*9. Marchin. *d. part.*6. *cap.*3. *num.*15. ubi ſubdit hanc privationem privilegii Clericalis hodie non incurri, niſi poſt judicis declarationem, juxta Conſtit. S. D. N. Urbani VIII. adversùs malè promotos.

132 An poſſint habere beneficium, contingit nonnunquam dubitari? Et prima facie videbatur dicendum quod non, quia quod ſit capax beneficii Eccleſiaſtici, eſt clericale privilegium, ut probatur *in cap. litteris, de tranſact. & in cap.*2. *de inſtit.* Verùm quia taliter ordinatus hoc privilegium non amittit ipſo jure, ſed debet illud amittere per ſententiam, vel per exceptionem ſequitur quod poterit beneficium habere antequam privetur: & ratio eſt, quia Concil. *ſæpè citato cap.* 10. utitur verbo *gaudeat*, quod eſt futuri temporis: & ideo ita reſolvunt Navar. *d. conſ.*28. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, quæſt.*10. *verſ. hinc contingit*, Sanchez *de Matrim. lib.*7. *diſp.*46. *num.* 18.

133 Verùm contra ſic in majoribus Ordinibus conſtitutos idem Concil. *citato cap.*10. ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati ſuſpenſos ipſo jure eſſe declarat. Ex quo colligitur impedimentum hoc perpetuum non eſſe, ſed temporale, donec ſcilicet aliud placeat futuro ſucceſſori, ut notant. Salzed. *dict. cap.*26. *verb. ſine licentia. verſ. has autem dimiſſorias*, Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 31. *ſect.* 1. *n.*20. Petr. de Ledeſma *in ſum. part.* 1. *tractat. de Sacrament. Ordin.* 8. *concl.* 5.

134 Ad reliqua autem Pontificalia exercenda vicinus, vel alius advocatur Epiſcopus cum cautelæ ſtudio, ut inquit textus *in cap. Pontifices,*7. *quæſt.*1. ideſt, ab eo præſtitâ cautione, quod ex hoc nullum ſibi jus in Eccleſia vendicabit, ut exponunt Gloſſa & Doctores ibi.

135 Denique mortuo Epiſcopo, nihil debet à Capitulo innovari in iis, quæ ad jus Eccleſiæ, aut Epiſcopi pertinent, cùm non ſit qui Epiſcopale jus tueatur, *cap.* 1. *ne Sede vacante.* Unde refert Panorm. *in cap. cùm olim, de major. & obed.* non poſſe Capitulum præſcribere poteſtatem, quam pro Epiſcopo Sede vacante èxercuerit in iis, in quibus de jure communi non ſuccedit; non enim valet conſuetudo, quod Capitulum Sede vacante exerceat ea quæ ei à jure communi non permittuntur, *argum. cap.* 1. *& cap. de quart, de præſcript.* Hinc pariter fit, ut nec etiam poſſit Capitulum Sede vacante res aut jura Eccleſiaſtica alienare, aut permutare, *cap. ſi qua de rebus*, 12. *quæſt.* 2. Gloſſ. *in cap. cùm olim, de major. & obed.* licèt locare valeat, ad tradita per Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.*26. *num* 14. Imò qui in Sede vacante bona relicta, ut tempore vacationis collecta occupant, diſſipant, conſumunt, &c. ſunt ſuſpenſi ab officiis, & beneficiis, non obſtantibus conſuetudinibus, & ſtatutis etiam juratis: & à Sede Apoſtol. confirmatis. Ita expreſsè decidit textus *in cap. quia ſæpè* 40. *de elect. in* 6. & ex eo colligunt Suar. *tom.*1. *de cenſur. diſp.*28. *ſect.* 3. *n.*6. Rainet. *in catalogo cenſur. & irregul. tit. de ſuſpenſ. cap.*4. *ſuſpenſ.*2. noviſſimè Bonacin. *de ſuſpenſ. omnibus in particulari, diſput.*3. *q.*4. *punct.*25. *per tot.*

Et quamvis Capitulum Sede vacante habeat juriſdictionem Epiſcopalem, non tamen lucratur emolumenta ex ipſa juriſdictione provenientia, ſed reſervantur Epiſcopo ſucceſſori, *Clement. Statutum, de elect.* noviſſimè Marcel. Vulpe *d. cap.*44. *num.*13. ubi *num.* 14. refert ita declaraſſe Sacram Concilii Congregationem, his verbis: *Congregatio Concilii cenſuit emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis obvenientia ex juriſdictione, & ſigillo, aut aliàs undecunque, quæ ad Epiſcopum Eccleſiâ non vacante pertinuiſſent, ad Capitulum minimè ſpectare, niſi Apoſtolico privilegio illi conceſſa fuiſſent: ſed debere futuro Epiſcopo reſervari; ex his tamen emolumentis deducendum eſſe rationabile ſalarium vicario conſtituendum & perſolvendum. Quod ſi ex privilegio Apoſtolico Capitulo competerint, non poſſe Canonicos, ſi Regulares ſint, & tria emiſerint, inter ſe dividere.*

Et demùm illud eſt ſciendum, quod ea, quæ de 136
poteſtate Capituli cum Epiſcopo, aut Sede vacante diximus, de Capitulo Cathedralis Eccleſiæ intelligenda ſint, cùm in aliis quoque Eccleſiis, quæ inde Collegiatæ dicuntur, ſint Canonicorum Capitula, quæ hujuſmodi poteſtatem non obtinent, *cap. Sanctorum*, 70. *diſt.* nam cùm Prælatus, & Eccleſia, præſertim in præſtanda obedientia, exprimuntur, tunc nomine Eccleſiæ ſolùm cum Prælato Capitulum Cathedralis Eccleſiæ continetur, *c. cùm clerici, de verb. ſignif.*

Denique Vicarius Capitularis tenetur ſtare ſyndicatui, & reddere rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo ſucceſſori, etiamſi illam reddidiſſet Capitulo, & ab eo, vel ab ejus deputatis obtinuiſſet abſolutionem, aut liberationem. Concil. Trid. *d. ſeſſ.*24 *de reform. cap.* 6. noviſſimè Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num.*19. *in princ.* Et licèt idipſum in Vicariis Epiſcoporum, jure communi attento dicendum eſſet, eoſque obnoxio ad reddendam rationem officii exiſtimarint Pannin. *de poteſt. Capituli Sede vacante, part.* 2. *q.* 8. Sbroz. *de officio Vicarii lib* 3. *q.*52. nihilominus tamen conſuetudo eſt in contrarium, ut ſtatuit, & mandavit Gregor. XIII. obſervari pro Vicario Tarentino in litteris Apoſtolicis in forma Brevis, incipientibus *Quoniam in Eccleſia Dei*, ſub dat. Romæ, ſub annulo Piſcatoris, die 2. Maii 1579. ibi: *Statuimus & mandamus, quod de cætero Vicarii, & Officiales, ſive generales, ſive particulares, etiam foranei nuncupati, per eundem Archiepiſcopum, ſive ejus pro tempore ſucceſſores in dicta Eccleſia Tarentina, ſive ejus Diœceſi deputati, vel deputandi, ad aliquem ſyndicatum nullo modo teneantur, aut ſub quovis reſpectu ſint obnoxii, &c.* Refert. Marcel. Vulpe *dicto loco*, ubi advertit, quod licèt in hoc caſu ſummus Pontifex ſtatuat pro Eccleſia Taren-

tina, tamen lex communis est, & ad alias extendi debet, ut ibi probat.

Dicetur autem potestas, & jurisdictio Capituli ex spirare statim quod Sedes cessat esse vacans, & est tunc quando novus Episcopus adeptus est possessionem Episcopatus. Panuin, *d. p. 2. q. 10. num. 19.* Marcel. Vulp. *d. c. 44. num. 32.* & non sufficit quod Episcopus sit electus, quia Episcopo nominato non licet Vicarium mittere, sed necesse est quod capiatur possessio Episcopatus cum Bullarum ostensione Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, n. 13.* quia Sedes Episcopalis intelligitur semper vacare donec litteræ Apostolicæ Prælati præsentatæ fuerint Capitulo, *Extravag. Injuncta, de elect.* Marcel Vulpe *d. cap. 44. n. ult.*

137 Quia decet Capitulum commissionem Vicario in scriptis facere, ut de ejus facultate in futurum ambigi non possit, talis commissionis formulam pro coronide subnectere censuimus, qui pro voluntate Capituli addi, vel minui potest.

FORMULA CREANDI Vicarium Capitularem.

Nos Canonici, & Capitulum Cathedralis N. Sede vacante per obitum bonæ memoriæ N. Episcopi, &c. Reverendo N. salutem in Domino sempiternam. Cùm ex sacrorum Canonum dispositione Ecclesiarum Cathedralium Capitula in deficientium Episcoporum (præsertim si ex humanis eximi contigerit) locum subrogentur, eisque in spiritualibus & temporalibus succedant: eorum munus erit viduatis Ecclesiis ita consulere, ut ministrorum solertiâ, & diligentiâ viduitatis incommoda minimè sentiantur. Ne igitur supradicta Ecclesia nostri culpâ aliquid detrimenti in spiritualibus, & temporalibus patiatur. Nos dictis sacris Canonibus, & Concil. Trident. decretis obtemperare volentes, vocatis omnibus, & singulis Canonicis infra tempus à dicto Concilio statutum, ad Vicarium, qui vices nostras sustinere debeat, deputandum, congregatisque iis, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt interesse, habitisque interessentium votis, de consensu, & voto ejusdem Capituli, te Reverendum N. de cujus probitate, scientia, & sufficientia confisi, generalem in spiritualibus & temporalibus Vicarium nostrum in prædicta Ecclesia Cathedrali, Civitate, & Diœcesi, tenore præsentium deputamus, creamus, & constituimus (per menses sex...) vel (Episcopali Sede vacante) cum omnibus, & singulis facultatibus, privilegiis, honoribus, oneribus, præeminentiis, & prærogativis ad hujusmodi munus exercendum necessariis, & oportunis. Dantes tibi plenam, & liberam potestatem omnia & singula exercendi, quæ Capitulo Sede vacante in utroque foro à jure permittuntur, & proinde causas omnes, tam civiles, quàm criminales, & mixtas, etiam hæresis, & matrimoniales audiendi, providendi, decidendi, cum facultate excommunicandi, & censuras proferendi, cum voto tamen ordinariorum Consultorum nostræ Curiæ in sententiando, & procedendo ad actus, quorum gravamen per appellationem à diffinitiva reparari non potest; nec non ea omnia faciendi, quæ nos facere, & mandare possumus, etiamsi speciale mandatum requirant. Reservantes vobis collationem beneficiorum, eorúmque institutionem ad Capitulum spectantem, deputationem examinatorum, officialium, actuariorum, & ministrorum Curiæ, regimen Seminarii, facultatem cognoscendi de causis suspicionum, & denegatâ justitiâ, & constitis (servatis de jure servandis) alteri delegandi. Volumus autem, ut concedere licentiam ordinandi, etiam ad primam Tonsuram (in casibus à Sacro Concil. Trident. Capitulo permissis) & providere de Prædicatoribus in Adventu, & Quadragesima, ac dispensare in foro exteriori, etiam quoad temporum interstitia, & casus reservatos de novo facere non possis absque expresso nostro consensu particulariter habito: Nec approbare Confessores, ordinandos, & ad beneficia obtinenda, nisi prævio examine ab examinatoribus deputatis, quorum approbationes per Secretarium annotentur in libro. In casu verò infirmitatis, vel absentiæ substituere non possis, vel causas delegare, sed in his casibus provisio ad nos spectare debeat. Præcipimus itaque universo Clero hujus Civitatis, & Diœcesis, aliisque hujus Ecclesiæ jurisdictioni subjectis, quatenus te in Vicarium, Officialemque nostrum generalem recipiant, tibique in omnibus præmissis pareant, & obediant. Dantes tibi vices, & voces nostras, &c. Contradictores, & inobedientes pœnis, & censuris Ecclesiasticis compescendo; & ita te Vicarium deputamus, cum solutione salarii per eum, cui incumbit, facienda. In quorum fidem præsentes scribi jussimus per Notarium nostræ Curiæ, & manu propria subscripsimus. Datum in nostro Capitulo Cathedralis Ecclesiæ N. Die.. Anno.

CAPUT XXXIII.

De Ordine, & qualitate ordinandorum.

SUMMARIUM.

1 *Ordo est unum ex novæ legis Sacramentis à Christo Domino institutum, signaculum quoddam*

dam, seu characterem indebilem in anima imprimens.

2 Ordinis definitio ponitur.

3 Ordines propriè sunt septem.

4 Episcopatus proprie non est Ordo.

5 Ordinis Sacramentum quando institutum?

6 Ordines tres Sacri ac majores dicuntur, Sacerdotium scilicet, seu Presbyteratus, Diaconatus, & subdiaconatus.

7 Subdiaconatus olim inter Sacros Ordines non numerabatur.

8 Ordines Minores Sacri propriè non dicuntur, eo quòd eorum Officium ad Sacra contingenda non pertingat.

9 Ordines majores in quibus differant, ostenditur.

10 Ordinis Sacramentum imprimit characterem in singulis Ordinibus in anima suscipientis.

11 Sacramenti Ordinis substantialia sunt sex, quorum uno deficiente non suscipitur, nec imprimitur character.

12 Ordinis conferendi potestas est jure directo, & proprio apud Episcopum, sive majorem Prælatum, qui Episcopalem habet consecrationem.

13 Episcopus, qui deposuit Episcopatum, an habeat potestatem conferendi Ordines, & ostenditur.

14 Ordinis character, & executio simul officii, ut conferatur, non solùm dignitas, sed etiam jurisdictio exigitur.

15 Ordines Minores possunt à non Episcopis dari, non quidem Episcoporum delegatione sed Apostolica tantùm Sedis privilegio.

16 Abbates possunt primam Tonsuram, & quatuor Minores Ordines suis Monachis, & Regularibus sibi subditis in suo tantùm Monasterio conferre.

17 Cardinales Presbyteri, quamvis non sint Episcopi, possunt minores Ordines conferre Clericis, & Regularibus quibuscunque ad voluntatem tantùm Ordinariorum suorum.

18 Primam Tonsuram an simplex Sacerdos conferat, ostenditur.

19 Episcopus eos dumtaxat ordinare potest, qui de sua sunt Diœcesi, & ordinaria jurisdictione.

20 Ordines suscipere possunt ab Episcopo illi qui ab ejus Diœcesi sunt oriundi, aut ibi domicilium contraxerunt, seu beneficium Ecclesiasticum ibi obtinere noscuntur.

21 Oriundi à Diœcesi, ut ab ejus Episcopo ordinari possint, dicuntur illi, qui in ea nati sunt, vel pater eorum ibi natus fuit, ut n. 22.

23 Oriundus dicitur à nativitate propria, vel paterna.

24 Filius ordinari potest ab Episcopo originis paterna, etiamsi pater tempore nativitatis filii ad aliam Diœcesim jam transtulerat domicilium.

25 Domiciliarii quoad Ordines suscipiendos dicuntur illi, qui degunt in aliquo loco, habentes animum perpetuo in eo permanendi.

26 Animus perpetuò permanendi in loco colligitur, cum quis in eo, emerit domum, aut aliam possessionem, vel eam conduxerit, & maximè si in illum locum aliquam majorem partem bonorum transtulit, & ibi contrahit.

27 Habitatio assidua in aliquo loco non minori tempore decem annorum constituit quem domiciliarium.

28 Recedere quod quis noluerit, præsumitur ex cursu decem annorum, si sint continui, nisi adsit aliquod indicium, illum non habere animum permanendi. ibid.

29 Domicilium ubi constat de voluntate, acquiritur absque aliquo lapsu temporis.

30 Licentia Episcopi non requiritur in domicilio mutando.

31 Domiciliarii portare tenentur veritatis testimonium circa mores, sufficientium, & natalitia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translatum.

32 Beneficium Ecclesiasticum obtinens potest ordinari ab Episcopo Diœcesis, in qua illud habet, seu ab alio de ejus licentia, quamvis alias ei alio modo subditus non sit, habitâ scilicet possessione beneficii, ut numero 33. & quamvis beneficium residentiam non requirat, ut num. 34.

35 Præstimonium possidens ab Episcopo loci, ubi illud situm est, ordinari potest.

36 Beneficium in commendam habens potest ordinari ab Episcopo Diœcesis, in qua illud habet, si commenda est ad utilitatem Commendatarii.

37 Beneficium obtinens, quod habet certum Ordinem annexum, potest ratione talis beneficii ordinari ab Episcopo loci, ubi situm est, etiam ad alios Ordines.

38 Beneficium etiam tenue obtinens potest ordinari ab Episcopo Diœcesis, in qua illud habet.

39 Beneficia plura in diversis Diœcesibus habens, ab uno illorum Antistite promoveri potest.

40 Beneficium obtentum in fraudem, non juvat obtinentem quoad susceptionem Ordinis ab Episcopo loci ubi situm est.

41 Pensionem obtinens non potest promoveri ab Episcopo loci ubi illam habet.

42 Præbenda temporalis ratione non potest quis ordinari ab Episcopo Diœcesis, in qua eam habet.

43 Dimissorias litteras accipere quis valet ab Episcopo originis, seu domicilii, vel beneficii, ut ab alio valeat ordinari.

44 Subditus pluribus Episcopis ratione originis, seu domicilii, aut beneficiorum, si semel elegerit unum Episcopum à quo Ordinem aliquem suscepisset, non poterit variare.

45 Familiares suos & an quando Episcopi valeant ordinare, ostenditur.

46 Familiares Episcopi quoad effectum Ordines suscipiendi dicuntur illi, qui cum Episcopo fuerunt commorati, & præsentes inservierunt.

47 Triennium quo familiaris debet esse cum Episcopo ad effectum ut possit ab illo ordinari, debet esse continuum, & sufficit quod inceperit antequam fuisset Episcopus, ut num. 49.

48 Episcopo asserenti quem esse familiarem, non creditur.

50 Beneficium quacumque fraude cessante debet Episcopus familiari suo Triennali statim, seu postò post conferre, ut valeat illum ordinare.

51 Familiarem suum ordinare non potest Episcopus ratione beneficii in alterius Diœcesi possessi.

52 Familiares triennales Episcoporum quando possint ordinari ad titulum patrimonii.

53 Episcopus titularis non potest aliquem ordinare prætextu cujuscunque familiaritatis, sine proprii prælati expresso consensu.

54 Episcopus ordinans alterius subditum, & sic ordinatus absque proprii Episcopi consensu, quas pœnas incurrant, ostenditur.

55 Episcopi Italiæ prohibentur Ultramontanum ordinare, qui non potuit habere litteras sui Episcopi, absque Romani Pontificis licentia.

56 *Privilegium Episcopi per S. Conc. Trid. quoad eorum familiares concessum, non censetur sublatum per Decretum generale, quo prohibetur omnibus Episcopis & Archiepiscopis Regni Neapolis Ultramontanis Ordines conferant.*

57 *Regulares non comprehenduntur in ordine, quo præcipitur ne Ultramontanis absque Sanctitatis suæ, vel S. Congregationis licentia Ordines conferantur.*

58 *S.D.N. Urbanus VIII. quid statuerit contra Episcopos in Italia existentes, qui Ultramontanos ordinant, ostenditur.*

59 *Papa potest quemlibet Clericum, aut Regularem indistinctè ordinare.*

60 *Episcopus non potest sine Papæ licentia ad majores Ordines promovere, quem ipse ad Subdiaconatum, vel Diaconatum promovit.*

61 *Dimissorias litteras suis subditis concedere, an & quando possit Prælatus inferior nullius Diœcesis, territorium distinctum habens, ostenditur,* & num. seqq.

62 *Religiosos quoscunque, qui in sua Diœcesi commorantur, potest Episcopus ad Ordines promovere, etsi inde non sint oriundi, aut ibi non contraxerint domicilium.*

63 *Dimissorias litteras suis subditis Regularibus, an, quando, & quomodo debeant concedere superiores Regulares, ostenditur.*

64 *Patres Societatis* Jesu *ex indulto Gregorii XIII. possunt à quocunque Catholico Antistite ordinari.*

65 *Novitium alibi natum quis valeat ordinare, ostenditur.*

66 *Episcopi alienis subditis Ordines quare conferre non possint, ostenditur.*

67 *Licentia suscipiendi Ordines ab alio Episcopo, quàm à proprio, quando sint concedenda, ostenditur.*

68 *Abbates, & alia quacunque Capitula, & Collegia prohibentur litteras dimissorias Clericis sæcularibus dare, ut ab aliis ordinentur.*

69 *Capitulum Ordinarium privativè ad Episcopum, fúsque habens visitandi, & congregandi Synodum, non comprehenditur sub dispositione Concil. Trid.* sess. 24. de reform. cap. 10.

70 *Vicarius Episcopi nequit dare litteras dimissorias ad Ordines sine speciali Episcopi mandato, nisi ipso Episcopo in remotis agente.*

71 *Episcopus tenetur per seipsum Ordines suis Clericis conferre; si verò fuerit impeditus, aut ex alia causa debeat litteras dimissorias dare; nonnisi examinatos, & approbatos ad alium Episcopum eos transmittere debet.*

72 *Facultates de promovendo à quocunque nemini suffragari debent, nisi habentibus legitimam causam, ob quam non possint à propriis Episcopis ordinari.*

73 *Dimissoria nonnisi postulantibus sunt concedenda.*

74 *Dimissoria, & commendatitia littera in quo differant, ostenditur.*

75 *Clericus quando sine proprii Episcopi licentia possit ab alio ordinari, ostenditur.*

76 *Ordines, aut dimissorias denegare non potest Episcopus ei, qui obtinet beneficium, vel est in Dignitate Ecclesiastica constitutus, nisi obstet Canonicum impedimentum.*

77 *Ordines non tenetur Episcopus conferre illis, qui beneficia non obtinent.*

78 *Ordinare invitum non potest Episcopus, quamvis cogere ad suscipiendos voluntariè Ordines possit eum, qui beneficium Ecclesiasticum obtinet.*

79 *Episcopus invito Ordines conferens suspensus est à celebratione Missarum per annum, & ab Ordinum collatione.*

80 *Regulares non potest Episcopus contra Prælatorum suorum voluntatem ordinare.*

81 *Ordines suscipiens quibus casibus poterit iterum ordinari, ostenditur.*

82 *Qualitates plures exiguntur in promovendis ad Sacros Ordines.*

83 *Masculi tantummodò sunt promovendi, fœmina verò minimè in tantum ut si de facto ordinentur, non recipiant characterem.*

84 *Clavium potestas fœminis minimè competit.*

85 *Fœmina ipso jure divino incapaces sunt eorum quæ Ordinis sunt.*

86 *Hermaphroditus ordinari non potest, nisi in eo prævaleret sexus virilis.*

87 *Viri ex fœminis aliquando facti.*

88 *Ætas in singulis Ordinibus quæ requiratur, ostenditur.*

89 *Annorum numerum in singulis Ordinibus sufficit attigisse, nisi contrarium exprimatur in Canone.*

90 *Ordinatus antè ætatem suscipit Ordinis characterem, non verò executionem.*

91 *Constitutio Pii II. incipiens* Cùm ex Sacrorum, *efficit tantùm promotos ad Ordines majores, & tam sæculares, quàm Regulares Clericos comprehendit.*

92 *Episcopus non potest dispensare in suspensione incausa ob susceptum Ordinem ante legitimam ætatem.*

93 *Episcopus scienter ante ætatem aliquem ordinans, quam pœnam incurrat, ostenditur.*

94 *Infans an characterem suscipiat, si ordinetur, ostenditur.*

95 *Illiterati prohibentur ad Ordines promoveri.*

96 *Litterarum scientia quæ requiratur in quolibet Ordine, ostenditur.*

97 *Illiteratum ordinare præsumens est per annum à collatione ejus Ordinis, quem tali contulerit, ipso jure suspensus.*

98 *Qualitates quæ requirantur quoad vitam, & mores in ordinando, ostenditur.*

99 *Infideles ordinari prohibentur.*
Hæretici non merè mentales ordinari prohibentur. ibid.

100 *Hæreticorum fautores, credentes, & defensores non possunt ordinari.*

101 *Nec eorum fautores, & filii usque ad secundam generationem per lineam paternam, & usque ad primam per lineam maternam.*

102 *Neophyti non repelluntur simpliciter à Clericatu.*

103 *Descendentes ab Hebræis, etiam in primo gradu, non debent impediri quominus ad Sacerdotium ascendere valeant.*

104 *Homicida est irregularis, ac proinde ad Ordines promoveri non valet.*

105 *Mutilatio membrorum principalium, aut debilitatio notabilis quantum ad irregularitatem homicidio comparatur.*

106 *Ordinari prohibentur qui hic recensentur.*
Miles.

107 *Excommunicatus.*
Suspectus.
Interdictus.

108 *Infamis.*

109 *Crimi*

109 *Criminosus.*
110. *Peccator notorius.*
111 *Usurarius.*
112 *Simoniacus.*
113 *Falsificatores litterarum Apostolicarum.*
114 *Accusatus de aliquo crimine, pendente accusatione.*
115 *Furiosus.*
116 *Pœnitentes solemniter.*
117. *Bigamus.*
118 *Monachus ordinari prohibetur, qui uxorem post factam continentiæ professionem ducere ausus fuerit.*
119 *Clericus, qui in Sacris constitutus uxorem duxerit, pro bigamo ad recipiendos majores Ordines reputatur.*
120 *Bigamus non censetur, qui plures habuit concubinas.*
121 *Ordinandus non est ille, cujus uxorem constat adulterium commisisse.*
122 *Bigamus dicitur ille, cui virginem duxit, & post adulterium ab ea uxore commissum, eandem carnaliter cognovit, etiam Ecclesia præcipiente, & ignoranter.*
123 *Ordinandus non est qui uxorem habuerit ancillam, aut spectaculis publicis mancipatam.*
124 *Clericus in minoribus constitutus, qui incontinenter vixit, poterit arbitrio Episcopi ad Sacros Ordines promoveri.*
125 *Bigamus effectus bigamiâ interpretativâ, etiamsi antè constitutus esset in Ordine Ostiariatus, non potest mortua uxore dispensari per Episcopum, ut in Ordina suscepto ministret.*
126 *Conjugati non sunt ad Ordines promovendi, nisi Religionem intraverint de consensu uxorum, aut de earum consensu Clerici velint in sæculo fieri.*
127 *Prima Tonsura non est conferenda alicui conjugato sine uxoris licentia.*
128 *Matrimonium contrahere possunt in minoribus Ordinibus constituti.*
129 *Conjugatus, si de facto ordinetur in Sacris, & Ordinator illius quas pœnas incurrant, ostenditur.*
130 *Servi, vel mancipia ordinari non possunt, nisi plena libertati fuerint restituti.*
131 *Servus si de facto ordinetur, an & quando libertatem consequatur, & domino servire teneatur, ostenditur.*
132 *Liber est qui nascitur ex patre servo, & matre libera.*
133 *Servi originarii, & adscriptitii coloni ordinari non possunt.*
134 *Curiales ordinari non debent, & qui tales dicantur, ostenditur.*
135 *Obligati ad reddendas rationes alicujus administrationis publicæ, an & quando possint ordinari, ostenditur.*
136 *Corpore vitiati ordinari non debent, & qui tales dicantur, ostenditur.*
137 *Manum habens mutilatam, vel articulatam, seu aridam, ordinari non potest.*
138 *Os habens corrosum, ac contortum ordinari non potest.*
139 *Nasum pressum, aut grandem, vel tortum habens, ordinari non potest.*
140 *Oculo carens an & quando ordinari possit.*
141 *Debilis, aut deformis ordinari non debet.*
142 *Chiragrâ, vel podagrâ continuâ laborantes ordinari non possunt.*
Ordinari non possunt etiam qui hic recensentur
143 *Scabiosus.*
144 *Paralyticus.*
145 *Morbo comitiali, seu caduco laborans.*
146 *Leprosus.*
147 *Eunuchi.*
Castrati sponte, non autem casu.
148 *Arreptitii, sive à dæmone obsessi.*
149 *Illegitimi.*
150 *Peregrini, & igneti.*
151 *Ordinari non possunt in Sacris qui non habent titulum, nisi sint Regulares professi.*
152 *Ordinatus sine titulo justè ab Ordinatore suo petere potest beneficium, aut vitæ necessaria, donec ei de beneficio provideatur.*
153 *Patrimonii ad titulum non prohibetur aliquis ordinari cum necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, non autem sine ea.*
154 *Patrimonium donatum per parentes ea conditione, ut filius usumfructum habeat interim dum bona alia ad ejus congruam sustentationem sufficientia acquirat, est sufficiens.*
155 *Patrimonii quantitas ad quod quis promoveri possit, non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilii.*
156 *Patrimonii examen pertinet ad Episcopum.*
157 *Patrimonia pro Clericis ad sacros Ordines promovendis possunt constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione, &c.*
158 *Ordinari quis potest ad sacros Ordines cum patrimonio sibi assignato à patre in bonis, quæ sunt directis dominii Ecclesiæ, &c.*
159 *Ordinatus in Subdiaconum ad titulum patrimonii ipsi à patre assignati, qui habuit postea notitiam prioris obligationis dicti patrimonii, non incurrit pœnas capitis 2. sess. 21. de reform.*
160 *Patrimonium Clerici ad cujus titulum fuit ad sacros Ordines promotus, non potest capi in executionem.*
161 *Dicta suprà ab Ordinibus suscipiendis impediunt.*
162 *Impedimenta ad Ordines suscipiendo alia perpetua, alia temporalia.*
163 *Impedmenta quæ in omnibus Ordinibus locum habeant.*
164 *Impedimentum nullum irritat ipso jure ordinationem, præter impedimentum sexus.*
165 *Ministerii executionem quæ ipso jure, vel per sententiam impediant.*
166 *Ordinantes scienter contra impedimenta, quas pœnas incurrant.*
167 *Scrutinium, seu examen per Archidiaconum & ipsum Episcopum, Clericorum ordinationem præcedere debet & n. 168.*
169 *De vita, & moribus ordinandi quomodo inquirendum.*
170 *Examinandi sunt ab Episcopis singuli etiam Regulares de qualitatibus, & requisitis Ordinum singulorum, & de cujusque Ordinis officio, quem sunt suscepturi.*
171 *Ordines furtivè recipientes quas pœnas incurrant.*
172 *Tempora conferendi Ordines, quæ sunt, ostenditur.*
173 *Ordines minores quibus diebus conferendi?*
174 *Festi diei nomine qui veniant?*
175 *Prima Tonsura potest omni die conferri ad libitum ordinantis.*
176 *Ordinans, & ordinandus debent esse jejuni saltem in sacris Ordinibus conferendis, aut suscipiendis.*

177 *Consuetudo non valet, quod extra statuta tempora sacri Ordines conferantur.*

178 *Papa solus dispensat, ut extra statuta tempora in diebus Dominicis, vel festivis majores Ordines conferantur.*

179 *Fratres Minores ex dispensatione Papæ extra tempora à jure statuta Dominicis, vel aliis festivis diebus sacros Ordines suscipiunt.*

180 *Patres Societatis* Jesu *ordinari possunt ad quosvis Ordines etiam majores, extra tempora à Iure statuta.*

181 *Patres Congregat. S. Ioannis Evangelistæ possunt ordinari extra tempora, & per quemcunque Episcopum, ex concessione Clem. VIII.*

182 *Regulares non possunt extra tempora ab Episcopis ordinari virtute privilegiorum à Summis Pontificibus ante Concil. Trident. concessorum.*

183 *Ordinatus in Sacris extra tempora absque dispensatione Papæ est ipso jure suspensus, & si celebrat, irregularis fit, Ecclesiasticisque privatur beneficiis.*

184 *Ordines plures eidem una die conferri non possunt.*

185 *Prima Tonsura, & quatuor Minores Ordines eadem die uni conferri possunt.*

186 *Ordo unus sacer cum minoribus, vel plures sacri simul conferri non possunt.*

187 *Ordines minores, & majores per temporum interstitia conferri jubet Concil. Trident.*

188 *Ordines gradatim sunt conferendi.*

189 *Ordinatus per saltum debet Ordinem omissum recipere.*

190 *Episcopus potest legitima causa dispensare cum Clerico in Ordine per saltum accepto, si non ministrarit, ut possit ad majores ascendere, aut in eo suscepto, post susceptum omissum, ministrare.*

191 *Episcopus non dispensat cum promoto per saltum, si in Ordinibus saltuatim susceptis ministraverit.*

192 *Characterem recipit, qui etiam sacrum Ordinem ante primam Tonsuram, & minores Ordines susceperit.*

193 *Ordines præsertim majores sunt inter Missarum solemnia conferendi.*

194 *Missa ab Ordinante in majoribus Ordinibus est celebranda de necessitate præcepti, non verò de necessitate Sacramenti, non autem in minoribus.*

195 *Ordinans, & Ordinandus debent esse jejuni*

196 *Character imprimitur in actu porrigendi singulorum Ordinum instrumenta, cum certa forma verborum.*

197 *Ritus, & cæremoniæ, quæ ab Ecclesia traduntur, in singulis Ordinibus conferendis servandæ sunt.*

198 *Locus celebrandi Ordinationem solemnem debet esse Ecclesia Cathedralis vel alia ex dignioribus Ecclesiis Diœcesis.*

199 *Episcopus, aut alius Ordinans eorumve Ministri, nihil mercedis recipere possunt pro Ordinum collatione.*

200 *Notarii pro litteris dimissoriis, vel testimonialibus quid, & quando recipere possint, ostenditur*

201 *Ordinatus quilibet alicui Ecclesiæ, aut pio loco est adscribendus.*

202 *Clericus aliquis Ordinatus in Ordine ministrare non debet, non obtentâ priùs à suo Episcopo promissione.*

IAm verò ex Ordine, quem suprà proposuimus, sequitur, ut de Clericatus Ordine pertractemus, ac de Ecclesiasticis personis, quæ gradus illos sine cura, & Dignitate obtinent, sine quibus aliæ personæ, de quibus hactenus egimus, curam, & Dignitatem retinere non possunt. Gradus autem hujusmodi Ordo sacer vocatur, eo quòd plures graduum Ordines in se contineat, & est unum ex novæ legis Sacramentis, à Christo Domino institum, ab Apostolis (in quorum personis initium habuit) ad nos usque productum. Concilium Tridentinum *sess. 23. de Sacrament. Ordinis, cap. 1. & canon. 1.* signaculum quoddam, seu Characterem indelebilem in anima imprimens: idem concil. *d. sess. 23. cap. 4.* cum adductis per me *de offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 2. num. 2. & 4.* & majores, minoresque gradus complectens; ita tamen, ut qui à minoribus ad majores ascendunt, minores retinere non desinant. Sic autem à Doctoribus definitur. *Ordo sacer est signaculum quoddam, in quo singularis gratia, & spiritualis potestas, atque officium traditur, Ordinatis ut munus in Ecclesia ex professo gerant.* Ita paucis additis Magist. *in 4. distinct. 24 §. si autem*, & ibi S. Thom. *quæst. 1. art. 1.* & Sot. *vers. unde*: idem S Thom. *in suppl. ad 3. part. quæst. 34. art. 1.* Viguer. *in sum. cap. 16. §. 6.* annotantes vebum illud, *signaculum*, non pro charactere Ordinis hîc accipi; sed pro Sacramento, quo character imprimitur, qui est potestas illa spiritualis. 1 2

Gradus autem, quos continet, sunt septem, qui septem Ordines nominantur, quamvis novem ab aliis numerentur; septem verò propriè hoc ordine recensentur, videlicet Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diacocatus, & Presbyteratus. Alii verò ante hos septem numerant Psalmistam seu Primam Tonsuram, & post Presbyteratum Episcopatum adjiciunt; novem namque Ordines esse volunt, sicut novem sunt Ordines Angelorum: sed septem potiùs dumtaxat propriè numerantur, juxta septiformem gratiam Spiritus sancti. Nam prima Tonsura, quæ Psalmistæ officium tradit, non est propriè Ordo, sed tantùm præparatio ad Ordines, sicut exorcistatus ad Baptismum, & sponsalia ad matrimonium; per eam namque nihil aliud, quàm Clericatus insigne confertur, quæ est Tonsura capitis omnium Clericorum insigne; unde & speciali nomine dicitur Clericatus, *in cap. cum contingat, de ætat. & qualit.* & psallendi officium tribuit, quod solâ Presbyteri jussione conceditur, *cap. Psalmista, 23. dist.* & quamvis Clericalis Ordo vocetur *in d. cap. cum contingat*, impropriè tamen dicitur Ordo, id est ad Ordines dispositio, ut latè probavi *hoc lib. in cap. 38. de Acolytis, & aliis minoribus Ordinibus, in fine.* 3

Similiter, neque Episcopatus propriè dicitur Ordo; quamvis enim Episcopi supra Presbyteros sint Officio & Dignitate non tamen præcipuâ Sacerdotis potestate, quæ in conficienda Eucharistia, & absolutione peccatorum consistit. Ordo enim, ut est Sacramentum, ordinatur ad sacrificium Missæ, circa quod Episcopus majorem non habet potestatem Presbytero simplici. Est autem Episcopatus Ordo specialis Presbyterorum specialem tribuens inter Presbyteros potestatem; quamvis enim 4

enim Episcopatus Ordo vocetur *in c.1. Gloss. 32. dist. & in capit. Cleros*, 21. *dist. & in capit. porrò*, 66. *dist. & in cap. sicut*, 68. *dist. & in cap. post translationem*, §. *cùm ergo, de renunc.* non tamen quoad Sacramentum, sed quoad gradum Ecclesiæ dicitur cum singulari inter Presbyteros potestate. Etenim Episcopatus esset Ordo supra Presbyteratum, sequeretur tot esse Ordines sacros, quot Ecclesiasticæ potestates, unde & Archiepiscopi, vel Patriarchæ, aut Summus Pontifex alios super Episcopum Ordines constituerunt, cùm verè, & propriè unus sit Episcopalis Ordo quadripartitus, *d. cap. Cleros*, & una Sacerdotalis potestas in duos Ordines, vel gradus divisa. Quod verò Characterem videatur imprimere, eo quòd dimisso etiam Episcopatu, potestas eadem retineretur, ut *in cap. 1. de Ordin. ab Episc. qui ren. Episcop.* non propterea sequitur, quod si Ordinis Sacramentum, sicut & in prima Tonsura character imprimitur; sed differt uterque ab Ordinis Sacramento, sicut Catechismus, & confirmatio differunt à Baptismo, quamvis symbolum quoddam cum eo videantur habere. Largo igitur modo omnes Ordines appellantur, sicut minores quoque Ordines sacri dicuntur, cùm tres tantùm propriè sacri dicantur, ut *in cap. 1. de filiis Presb. in.* 9. strictè verò & propriè, cùm prima Tonsura sit quid minus quocunque Ordine, Episcopatus verò nequaquam major Ordo in hoc Sacramento probetur, non novem, sed septem tantummodò Ordines numerantur, licèt quoad quædam hæc duo esse Ordines censeantur, & aliis Ordinibus æquiparentur, nec negare possimus Episcopatum esse Ordinem à Sacerdotio distinctum, ut probat expresè Tridentini locus (cui se nescire, nec posse bona fide respondere asserit Navar. infrà citandus) *sess. 23. de Sacramento Ord. cap.* 4. ibi: *Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere*, ac proinde illum esse Ordinem aliorum Jurium auctoritate existimarunt Gloss. *verb. Episcopus in proœm. lib. 6. & gl. 2.* ubi Doct. *in cap. quoties 3. de purgat. Canon.* Navar. *in man. c. 22. n. 18.* & plures quos refero *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 1. n. 18.* quibus addo Aled. *in praxi Episcop. p. 2. c. 4. n. 8.*

5 Institutum est autem Ordinis Sacramentum præcipuè propter Sacerdotium; Sacrificium enim, & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege semper extiterit. Concil. Trident. *sess. 23. de Sacram. Ordinis, cap. 1.* Unde Christus Dominus in novo Testamento cum Eucharistiæ sacrificio etiam Sacerdotium instituit; quando Apostolis, & eorum successoribus potestatem tradit consecrandi, offerendi, & ministrandi Corpus & Sanguinem suum, necnon & peccata dimittendi, ac retinendi: cùm autem divina res sit tanti Sacerdotii ministerium, ut inquit Trid. Conc. *eadem sess. 23. de Sacram Ordinis, cap. 2.* consentaneum fuit, quod dignius ac majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia plures, & diversi essent Ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita videlicèt distincti, ut qui jam Clericali Tonsurâ insigniti essent, per minores ad majores ascenderent. Hinc namque Diaconorum, & aliorum Ministrorum exorta sunt nomina, de quorum officiis, ac ministerio infrà videbimus. Et Dionysius Papa *in epist. ad Severum. Episcopum*, ut refertur *in cap. fin. 96. dist.* licèt Gregorio, & Bonifacio adscribatur, inquit, *Ad hoc divina dispensatione constitutum esse gradus diversos, & Ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores prioribus exhiberent, ac potiores minoribus dilectionem impenderent; una concordia fieret ex diversitate contextio, & recta officiorum generaretur administratio singulorum: neque universitas aliâ poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiam Ordo servaret. sicut in cœlesti Angelorum militia adversere possumus.* Hæc ille. *Si quis enim* (inquit Conc. Trid. *eadem sess. 23. de Sacram. Ordinis*, c. 4.) *omnes Christianos promiscuè novi Testamenti Sacerdotes esse aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quàm Ecclesiasticam hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata, confundere.* Sacerdotium igitur ipsum à Christo Domino originem, & institutionem trahit, ut diximus. Diaconatus verò ab Apostolis fuit institutus, in eorum *Actibus* legimus *c. 6.* Subdiaconatus quoque, & alii minores Ordines ab ipsis Apostolis, & ab eorum primis successoribus introducti fuerunt. Gloss. *verb. Subdiaconos*, per text. ibi *in cap. 1. 36. distinct.* Concil. Trid. *d. sess. 23. d. Sacram. Ordinis, c. 2.* omnes verò Ordines à Christo instituti dicuntur, qui omnium Ordinum officia in seipso quodammodò gessisse probatur.

Ex septem portò Ordinibus tres sacri, ac majores dicuntur, alii verò quatuor minores, & non sacri propriè appellantur: sacri sunt, & majores, Sacerdotium, seu Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus; hujusmodi enim personæ ad Altaris ministerium accedunt, & sacra contingunt, *c. à multis, de ætat. & qualit.* ob idque votum castitatis emittun, *cap. 1. dist. 31.* olim verò Subdiaconatus inter sacros Ordines non numerabatur, sed Gregorius pontifex, atque Urbanus II eum inter sactos retuleruut, & Innocent. III. testatur *in cap. miramur, de servis non ordin.* Gregorius namque constituit, ut is castitatem voveret, *in dict. cap. 1. dist. 31.* Urbanus verò eum Ordinem expresè in sacrorum numerum retulit, ut *in c. erubescant, 32. dist. & in c. fin. 60. dist.* de quo latiùs diximus *hoc eod. lib. 37. num. 22. cum seqq.* Relliqui quatuor Ordines, minore dicuntur, nec sacri propriè nominantur, eo quòm eorum officium ad sacra contingenda non pertingat, etsi omnes septem sacri propter Sacramentum dicantur *in d. capit. 1. de fil Presbyt. lib. 6.*

Sunt autem quædam inter sacros, & minores Ordines differentiæ. Primò enim in majoribus major ætas requiritur, & scientia, ut infrà videbimus. Secundò, officia sacrorum ordinum à non ordinatis exerceri non possunt impunè, *cap. 1. & 2. de Cleric. non Ordin. minist.* minorum verò officia, quamvis ab iis, qui ordinati non fuerint, prohibeantur exerceri, non tamen pœna aliqua, vel censura imponitur, & facilius permittuntur; nam minores Clerici assistentes dicuntur; majores verò ministri: vide *cap. 1. dist. 24. §. de seruiente, 33. dist.* Tertiò, ubi dispensatio circa Ordines Papæ est reservata, de majoribus tantùm intelligitur, veluti si extra statuta tempora, & irregularibus conferantur, ut infrà in Capitulis sequentibus videbimus. Quartò in degradatione, cùm ab Ordinibus sacris solus Episcopus degradare non possit; à minoribus verò is solus cum consilio Capituli potest, ut ostendimus *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 120.* Quintò differunt in voti emissione, ut suprà vidimus; in minoribus namque Ordinibus tantummodò constituti possunt contrahere Matrimonium, *cap. 2. qui Cleri-*

rici vel volentes, Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 31.* Gutier. *cod. tract. cap. 94. n. 19.* Sextò, in Horarum Canonicarum recitatione, cùm ad id teneantur qui in Sacris non sunt constituti, nisi beneficium obtineant. Septimò, in beneficiorum acquisitione, cùm aliqua sunt beneficia, quæ majores Ordines requirant, ut infrà *de collat. benef.* videbimus. Nonò, in potestate conferendi; nam majores Ordines solus Episcopus confert, minores verò etiam non Episcopus ex privilegio potest conferre, ut videbimus; & denique in officiorum administratione, ut infrà suis locis ostendemus. Cæterùm in privilegiis Clericalibus, & in iis, quæ ad vitam, & mores pertinent, nulla est inter omnes Ordines differentia, etsi plus aliquid ab iis, qui in Sacris sunt constituti, exigi videatur, ut infrà suis locis videbimus.

10 Hoc Sacramentum Ordinis imprimit characterem in singulis Ordinibus in anima suscipientis, id est, quandam spiritualem animæ qualitatem. Quod quidem fit in susceptione illius signi exterioris, ad quod concurrunt alicujus instrumenti traditio, & expressio verborum, *c. Acolytus, cum similibus*, 23. *dist.* Vnde duplex signum Clericorum notatur, interius, & exterius: interius est character, exterius verò Tonsura. Concil. Trident. *sess. 23. cap. 4.* & citati per me *de effic. Episc. part. 2. alleg. 2. n. 4.*

11 Est autem notandum, sex esse substantialia hujus Sacramenti, quorum uno deficiente, non suscipitur, nec character imprimitur. primum est potestas ordinantis. Secundum materia, id est instrumenta tangenda, & in presbyteris unctio. Tertium, forma verborum. Quartum, sexus virilis, quia fœmina non suscipit characterem, ut infrà dicemus. Quintum, intentio recta. Sextum, Baptismus in ordinato, cùm sine Baptismo nullum possit suscipi Sacramentum, *cap. veniens, de Presbyt. non baptiz.* Alia verò, quæ ad hoc Sacramentum requiruntur, non sunt de substantia, & ea postea referemus; primùm enim de potestate tantùm agemus, quæ quidem potestas consideratur ex parte conferentis, & ex parte etiam illius, cui Ordo confertur.

12 Primò enim potestas Ordinis conferendi est jure directo & proprio apud Episcopum, sive majorem prælatum, qui Episcopalem habeat consecrationem; est enim proprium Episcoporum officium, *cap. perlectis*, 25 *dist.* adeò quod alteri non Episcopo id nequeat delegari, ut suprà ostendimus. & à quocunque Episcopo, quamvis Episcopatum non habeat ritè confertur; est enim jure divino unius Sacramenti Ordinis Minister Concil. Trid. *sess. 23 cap. 4. & 7.* plures citati per me *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg 3. num. 2.* quibus addo Anguian. *de legib. lib. 2. contr. 1 n. 70.* Alzed. *in praxi Episc. p. 2. cap 5. de ordin. num. 1.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 18. à n. 1.* Marchin. *de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 2. c. 1. cum seqq.* Torrebl. *in practicab. Iuris spirit. lib. 2. cap 13. n. 4* Circa quod tamen est notandum, quod etsi omnium Ordinum collatio ad Episcopum spectet, nihilominus illud, quod diximus, hoc alteri non Episcopo non posse competere, ad solos tres sacros, & majores Ordines restringitur, quia minores à non Episcopis
13 etiam conferuntur, ut statim videbimus. Item, quod diximus, quemcunque Episcopum Ordines posse conferre, duplicem recipit expositionem. Primò namque, si non solùm Episcopatum deposuit, sed etiam Dignitatem, ordinandi potestas quoad executionem officii ad minores tantummodò ordines restringitur, in majoribus verò characterem tantummodò confert, non etiam executionem officii; si verò retinet Dignitatem, tunc etiam in majoribus non solùm characterem, sed executionem quoque officii confert, *cap. 1. de ordin. ab Episcopo qui ren.* Hieron Ven. *in examine Episc. lib. 1. cap. 12. n. 14* Raguc. *in lucerna Paroc. tit. de Sacram. Ordinis, q. 18.* Alzed. *d. cap. 1. num. 11. & 12.* ubi *n 14.* post Gratian. *discep. forens. cap. 191. num. 50. cum seqq.* ostendit, quomodo cognosci possit quando quis renunciavit loco, & Dignitati, & quando loco tantùm; Secundò, ut à quocunque Episcopo 14
character, & executio simul officii conferatur, non solùm Dignitas, sed etiam Jurisdictio exigitur, quæ aut non habenti cedatur, aut habenti per censuras non suspendatur, *cap. fin. de ordin. ab Episcop. qui ren. Episcop.* 15

Minores verò, ut diximus, Ordines possunt à non Episcopis dari, non quidem Episcoporum delegatione, Gloss. *in cap. pervenit, 95. dist.* Alzed. *dict. cap. num. 10.* sed Apostolicæ tantùm Sedis privilegio, quod privilegium Abbatibus perpetuis est concessum, si sint in Presbyteratus Ordine constituti, & ab Episcopo benedicti, *cap. 1. dist. 69.* Anguian. *d. controv. 1. n. 70.* Sanch. *d. lib. 7. c. 1. dub. 18. n. 5* Alzed. *d. c. 5. n. 8.* Hi namque possunt primam 16
Tonsuram, & quatuor minores Ordines suis Monachis, & Regularibus sibi subditis in suo tantùm Monasterio conferre, *cap. Abbates*, ubi Gloss. & Doctores, *de privil. in 9.* Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 10.* & latè diximus *hoc lib. cap. 17. num. 65. cum seqq.* Unde infertur id eis non licere pro sæcularibus, etiam cum dimissoriis suorum Ordinariorum, prout in præsenti casu, cùm Thomas Narduccius Camplen. fuisset promotus ab Abbate de Cotropoli Ordinis Cœlestini, cum litteris dimissorialibus Vicarii generalis Camplen. eidem Abbati directis, fuit dubitatum an dictus Thomas esset bene ordinatus *S. Congregatio negotiis Episcoporum & Regularium præposita, audito procuratore generali Ordinis hujusmodi, Eminentissimo Gypsio referente, censuit declarandum esse, prout præsentis Decreti virtute declaravit, dictum Thomam esse malè promotum, atque adeo indigere nova promotione. Roma die 27. Iunii* 1631. Nisi speciali privilegio muniti sint hujusmodi Abbates prout Abbatibus, seu Commendatariis B. Mariæ Farfensis, & sancti Salvatoris Majoris concessit S. D. N. Urbanus VIII. *in sua Constit. incip. Romanus*, 18. Novembris 1628. ut possent primam Tonsuram, & quatuor minores Ordines conferre, ac dimissorias litteras dare dictarum Abbatiarum subditis, etiam privative quoad Archiepiscopos, & Episcopos viciniores: quam Constitutionem refert Tamb. *de jure Abbatum tom. 1. disput. 3. q. 4 post n. 10 secundum Lugd. impress.*

Cardinales quoque Presbyteri, etsi non sint 17
Episcopi, possunt minores Ordines conferre suis familiaribus, necnon Clericis, ac Regularibus quibuscunque ad voluntatem tantùm Ordinariorum suorum. Ita Joan. *in cap. 1. num. 14 de suppl. neglig. Prælat.* Card. Tusch. *litt. C, concl. 100. n. 50.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Cardinalis, num. 7.* plures refert Doctores Alzed. *dict. cap. 5. num. 6.* Sebast Cæsar *in select. de Eccles. hierarch. part. 1. disp. 2. §. 5. num. 8.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. p. 19. n. 4.* Marchin. *d. tract. 1 p. 2. c. 10. num. 1.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 2. n. 15.* & alii citati suprà, *hoc lib. cap. 5. vers. secundò.*

Sed

Sed & Presbyteri parochiales primam Tonsuram suis subditis conferunt, si credimus Abb. *in cap. qua 10. n.9. vers. quinimò dico, de consuet.* Imò licet cuicunque simplici Sacerdoti illam conferre, tenent Gloss. *verb. Lectoris, in cap.quoniam,69.dist.* Archid. *in cap.Psalmista, n.2.in fin.dist.23.* Innoc. *in cap.cùm contingat, num.* 1.ubi Hostiens. *num. 2. de ætate, & qualit.* Usus tamen Ecclesiæ resistit,& propterea eorum sententia non est admittenda, ut benè probat Sot.*in 4. dist.25.q. 1.art.1. ad. 2. arg.* Sanch.*in consil moralib.lib.7. cap. 1. dub. 19.num.1.* Marchin. *de tract. 1. p.2.c.10 n.3.*

19 De potestate autem super Clericos ordinandos est sciendum,quod Episcopus eos dumtaxat ordinare potest, qui de sua sunt Diœcesi, seu ordinaria jurisdictione *cap Episcopus 17.q. 1. cap. cùm nullus, & cap. fin. de tempor. Ordin. lib.* 6. tales autem
20 illi dicuntur qui inde sunt oriundi, aut ibi domicilium contraxerunt, seu beneficium Ecclesiasticum ibi obtinere noscuntur, ut resolvunt citati per me *d part. 2. alleg.4. n.1.*quibus addo Natbon.*in l.24. gloss.2.num.132.tit.1. lib.4.nova Recop.* Alzed.*d.c.5. num.* 42Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. p.1.tract.3.docum.3.cum seqq.* Torrebl.*d.lib.2. c. 13.a n.7.*

21 Oriundi à Diœcesi, ut ab ejus Episcopo ordinari possint,dicuntur illi, qui in ea nati sunt. Gloss. *verb. alienigenas, in cap.1.de usuris, lib.6.* Henriq. *in sum. lib.10.cap.22.§.1.*Zerola *in prax. Episc. p.1. c.1.n 9.*Campan. *in diverf.Jur.Canon. rub.9. cap.* 8 *n.* 9. Homobon. de Bonis *de examine Eccles.tr.2. c.1.q.3. n.* 1. Squillante *de privil. Cler. c. 4. n.*260. Felician. de Vega *in relect.c. postulasti* 14. *num.* 14.
22 *de foro comp.* Machado *d. docum.3. n.3.* vel si pater eorum ibi natus fuerit,licet ipse aliunde sit oriundus, secundùm Navar *consil.* 19. *de tempor. ord.* prosper.de August. ad Quarant. *in sum. Bullarii,verb. Ordo, vers.quoad tertium,* Zerol. *in praxi Episc. p.2.verb.dimissoria, pag.*40.Paul. Comitol.*respons. moral.lib.6. q.45.* Ugolin.*de offic.Episc.cap.* 26.§. 1. *num* 4.Guttier. *de Matrim.cap.* 63.*n.*29. Campan. *d.cap.* 8.*n.*9. Squillante *d. cap.4.n.*262 Marchin.*de Sacram. Ordinis tract.* 1.*p.*5.*cap.*6 *n.* 4. Machado *d.docum.* 3.*num.*4. Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles.c.7. sub n.*24.Antonin. Diana *p.* 4. *tract.* 4.
23 *resol.* 148. Alzed.*d.p.*2. *c.* 5. *n.* 44. nam oriundus dicitur à nativitate propria,vel paterna, Jas.*in. l. hujusmodi, §.legatum, num.*18 *ff.de legat.*1. Mandos. *ad reg.*16 *Cancel.quæst.*40.Lexic Juris *verb.oriundus,* Schrad.*cod.verb.* Joseph.Gonzal *var.cap.*36.*num.*3. Joseph.Sesse *Aragon. dec.*30.Garc.Toletan.*in lucerna rub.trium librorum Codicis, sub rub. de incolis,*
52 *lib.*10.*n.*2. Quod Sac. Cong. Concil. *in Vigan.* 12. *Augusti* 1628.*&* 7.*Aprilis* 1629. declaravit etiamsi pater tempore nativitatis filii ad aliam Diœcesim jam transtulerat domicilium.

24 Domiciliarii quoad Ordines suscipiendos dicuntur illi, qui degunt in aliquo loco, habentes animum perpetuò in eo permanendi, quia tunc poterunt ab alio ordinari. Ita Nav.*consil.*10.*in antiq. & consil.*2. *in novis, de temp.ordinat.*Aloys.Ric.*in praxi rer. fori Eccles. resol.* 63. Bonac. *de Sacr.disp.* 8. *q.unica, puncto* 4.*n.*4. *cumseqq.* Ugol.*d.cap.* 26. §.2.Campan.*d.cap.*8.*n.*18.Felician.de Vega *in relect.*
26 *d.c.postulasti, num.*28.Machado *d. docum.4.num.5.* Torreblanca *d.lib.2.cap.*13. *num.*10. Animus autem colligitur, cùm illic emerint domum, aut aliam possessionem, vel eam conduxerint, ut per Rot. *dec.*150. *incip.Domini dixerunt,num.*8.*part.*2.*divers.* prosp. de Aug ad Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Ordo, vers.circa tertium.*Ugolin. *d.*§.2.*num.*2.Campan.*d.n.* 18. & maximè si in illum locum aliquam majorem partem bonorum transferunt,& ibi contrahunt, & dies festos celebrant; aliter enim sola emptio domus,vel alicujus partis bonorum domicilium non facit, *cap. dilectus, de rescrip. cap. si Episcopus, de Paroch.dict.cap. cùm nullus,* Piasec. *d. cap. 1. n.9. vers. vel sui,*Aloys. Ricc.*d.res.*263. *num.* 2. Quod quidem procedit si dubitetur de animo, quem nunquam verbis insinuarunt,quia tunc ad supradictas conjecturas recurrendum est, & in primis si assidua probetur habitatio in aliquo loco non minori tempore decem annorum,ut per textum *in l.2.C. de incol. lib.*10. tenent Mascard.*de probat. concl.*534. *num.*7. Piasec.& Aloys. Ricc.*locis proximè citatis,* Bonacin.*dict.puncto* 8.*num.*18.Campan. *dict. n.*18. *vers.c. quod si,*Menoch.*de arbit. cap.* 86. *n.* 13.ubi resolvit, quod quando sumus in dubio, ex cursu decem annorum, dummodo sint continui, præsumitur quod ille noluerit recedere,nisi adsit aliquod indicium, illum non habere animum permanendi ibidem, quod accidit in Scholaribus, & Castellanis, qui semper cogitant de redeundo ad patriam, ut observant Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 186.*num.*4.*&* 5. Farin. *fragm. crim. part.* 1. *litt.D, num.* 215. *&* 222.& illud, quod suprà diximus, ad contrahendum incolatum requiri decennium, non procedit ubi constat de voluntate, quia tunc eo ipso absque aliquo lapsu temporis acquiritur domicilium sine incolate. Abb. *in cap.fin. num.fin.de paroch.* Bald.*consil.* 313.*num.* 1. *lib.* 4. Corn.*cons* 200 *num.*1. *in fin. lib.* 1. Sim. de Præt.*consil* 119 *num.* 8.*lib.* 1. Paul. Layman. *in Theolog. Moral. tract.* 9.*cap.*9. *de Sacram.Ordinis, n.*10. Squillante *de privil.Cleric.cap.*4.*n.*243.Rot. *dec.*150.*n.*7 *part.*2.*divers.& decis.*188.*n.*3.*part.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Asiminen. gabella,* 19. 30 *Aprilis* 1627 *coram Eminentissimo Card.Viril.*Demùm quoad hoc propositum te scire volo, minimè requiri Episcopo licentiam in domicilio mutando, ut probatur *in d. cap.fin.*ubi Abb. *n.*1.*de Paroch.* & docent Ugolin.*d. cap.* 26.§. 2. *num.* 2. Camp. *d.cap.*8.*n.*25.Tenentur tamen hujusmodi domici- 31
liarii portare veritatis testimonium circa mores, sufficientiam, ac natalitia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translatum, & illic habitatio continuata usque ad tempus promotionis,in quo potest tunc servari, quod circa diligentias ordinandorum præmittendas disponit Concil.Trid.*sess.* 23. *de reform.c.5.*

Beneficium Ecclesiasticum obtinens potest or- 32
dinari ab Episcopo Diœcesis, in qua illud habet, seu ab alio de ejus licentia, quamvis aliàs ei alio modo subditus non sit Ita probat textus *in dict.cap. cùm nullus, de tempor.ord. lib.* 6. docent Ugolin. *dict.cap.* 26.§.3 Bonachin.*d.punct.*4.*num.* 14. Nic. Garc. *de benefic. part.*2.*cap.* 4. *num.*1. Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Eccl.resolution.*258.*in* 2. *edit.* Piasec. *d.p.*1.*c.* 1.*n.*10. *vers.ratione beneficii,* Mar. Antonin. *var.res.lib.* 1. *resol.fin.cas.*28. Campan. *d.rub.*9. *cap.*8. *n.* 11.Armendar.*in addit.ad recopil. legum Navarræ, lib.*1.*tit.*18.*l.*7. *in declar.num.* 61. Homobon. de Bonis *in examine Eccles.tract. 2.c.1. q.5.n.*3. Molf.*in sum.Theolog.Moralis, tr.* 2. *c.* 2, *n.* 7. Scip. de Rubeis *in aphorism Episc.verb.Ordo, n.* 7.Felic. de Vega *in relect.d. cap.postulasti,n.* 21, *cum seqq.*Machado *d. lib.*4.*p.*1.*tr.* 3.*docum* 4 *à n.*1 Thom.Valasc. *alleg. Iuris alleg.* 5. *num.* 26. Sanch. *d.lib.*7.*c.* 1.*dub.*23. Marchin *d.tr.*1.*p.*5. *c.*8. Marcel. Vulpe *d.c.* 7.*n.*27. Torreblanca *d. lib.*2.*c.*13.*n.* 12.

Quod.

33 Quod quidem multipliciter declaratur; & primò, ut procedat habitâ possessione beneficii, ita ut non sufficiat sola collatio, seu titulus ad hoc ut efficiatur de ejus foro. Ita Aloys. Ricc. *part. 2. dec. 188.* Squillante *de privil. Cleric. cap. 4. num. 233.* Nicol. Garc. *d. part. 2. cap. 3. num. 16.* ubi *num. 17.* resolvit solam possessionem sine titulo justo sufficere. Secundò, ut non solùm possit eum ordinare Episcopus beneficii, sed etiam cum eo dispensare in interstitiis, & etiam illigitimitate ad minores Ordines: nam cùm ratione beneficii sit subditus illius quoad Ordines, est etiam subditus quoad omnia concernentia Ordines, & illis annex, argumento *l. 2. ff. de Iurisd. omn. Iudic.* resolvit Nicol. Garc. *d. cap. 4. num. 14.* Squillante *dict. capit. 4. num 244.* me citato *in hoc loco*, Machado *dict.*

34 *tract. 3. docum. 4. n. 5.* Tertiò, ut procedat etiamsi beneficium residentiam non requirat, ut colligi videtur *ex dict. cap. cùm nullus*; nam si ille voluisset tantùm comprehendere obtinentem beneficia cum residentia, non utique adjunxisset verba illa, *de beneficio Ecclesiastico*, sed domicilii dumtaxat, & originis meminisset; quia sub domicilio complexus esset obtinentem beneficium cum residentia. Quare sic docent Henriq. *in sum. lib 10. de Sacram. Ordin. cap. 22. §. 1.* Piasec. *d. cap. 1 num. 10. versic. Secundò*, Bonacin. *de Sacram. disput. 8. quæst. unic. punct. 4. propos. unic. num. 14.* Campan. *dict. c. 8. num. 12.* Squillant. *dict. capit 4. num. 237.* Felician. de Vega *ubi supra, num. 26.* Sanch. *dict. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 7.* Marchin. *dict. tract. 1. part. 5. cap. 8. num. 3. & 4.* Quicquid dicant Marc. Anton. Genuens. *in sua praxi Archiepisc. Neapol. cap. 48. num 3.* Less. *de Iust. lib. 2. cap. 34. dub. 19. n. 92.* Scip. de Rub. *in aphorism. Episcop. verb. Ordo 18.*

35 Quartò, ut procedat etiam in possidente præstimonium, quia inibi domicilium habere dicitur, ac proinde ab Episcopo loci, ubi situm est præstimonium, vel Ordines, vel dimissorias obtinere potest, secundùm Henr. *dict. lib. 10. cap. 22. §. 1. in commento littera H*, Campan. *dict cap. 8. n. 19. vers. & qui*. Aloys. Ricc. *in dict. praxi fori Eccles. resolut. 258. in fine*, & faciunt adducta intrà *in cap. de præstimon.* & in possidente Capellaniam collativam, Narbo. *d. gloss. 1. num. 215.* Felician. de Vega

36 *ubi sup. num. 18.* Quintò, ut procedat etiamsi beneficium non habeatur in titulum, sed in commendam si est ad utilitatem commendatarii, maximè perpetuam, Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 4. num. 10.*

37 Squillante *d. cap. 4. num 242* Sextò, etiamsi beneficium habeat certum ordinem annexum, putà Subdiaconatum, vel Diaconatum; tunc enim poterit ratione talis beneficii ordinari ab illo Episcopo, etiam ad alios Ordines, ut per Domin. *num 9.* & Franc. *num. 3. in d. cap. cùm nullus*, Aloys.

38 Ricc. *in praxi aurea, resolut. 49. num. 3.* Septimò, etiamsi beneficium sit tenue, ut docent Squillante *de privileg. Cleric. cap. 4. num. 238.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 22. §. junctio commento, litt. C. & cap. 17. in comment. lit. Q*, Nicol. Garc. *d. p. 1. 4. num. 8.* Campan. *d. c. 8. num. 12. & rub. 8. cap. 5. num. 16.* Quicquid contrarium velit Piasec. *d. c. num. 10. vers. ratione beneficii*, Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarii, verb Ordo*, Ugolin. *d. c. 26. §. 3. in fine*, Aloys. Ricc. *ind. praxi rerum fori Eccles. resolut. 260.* me citato *in hoc loco*; Diana *p. 4. tract. 4.*

39 *resolut. 15.* Machado *d. docum. 3. num. 3.* Octavò, ut procedat, etiamsi habuerit plura beneficia in diversis Diœcesibus, quia ab unoquoque illarum Antistite promoveri sine dubio posset. Ita Anchat. *in dict. cap. cùm nullus, num. 1. versic. circa secundum*, Campan. *dict. cap. 8. num. 14.* Nunò, etiamsi beneficium esset subjectum alteri Episcopo quoad provisionem, id est etiamsi spectaret ad provisionem alterius Episcopi, seu etiam quoad jura Episcopalia, ut Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. verb. Ordo, versic. circa secundum*, Nicol. Garc. *d. p. 2. cap 4. num. 15.* Campan. *d. cap 8 num. 15.* Quamobrem si beneficium unius Diœcesis unitum fuerit alteri, vel Præbendæ distinctæ Diœcesis, nonnisi Episcopo subesset, in cujus Diœcesi extaret beneficium vel præbenda, cui annectitur, ita Campan. *d num. 15.* Decimò declaratur, ut non procedat si 40
beneficium obtentum fuerit in fraudem, quia tunc non juvat quoad susceptionem Ordinis, ut per Piasec. *d. part 1. c. 10. num 10. vers. ratione beneficii*, Aloys. Ricc. *in d praxi rer. for. Eccles. resol. 262.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 2. de Sacram. Ordin. c. 2.* Navar. *in sing. Iuris Can. concl. 2. n. 21.* Squillante *d. cap. 4. n. 234.* me citato *in hoc loco*, Machado *d. docum. 4. n. 4. pag. 11.* Quamvis dubitet 41
Campan. *d. cap. 8. num. 27.* Undecimò etiam declaratur ut minimè locum habeat ex causa pensionis, quia illius ratione nulli subjicitur Præsuli, & promoveri ab eo non utique potest. Ugolint. *d. cap 27. §. 5. vers. excipitur tamen primò*, Aloæs. Ricc. *in d. praxi, resol. 261.* Campan *dict. c. 7. n. 17. vers. ex causa*, Squillante *d. cap. 4. n. 249.* Marchin. *d. tract. 1. p. 5. cap. 8. n. 10.* D. Acunha *in princ. dist. 71. num. 9.* De- 42
nique declaratur, ut non procedat in habente præbendam temporalem, ratione cujus non potest quis ordinari ab Episcopo Diœcesis, in qua eam habet, ut in terminis resolvit Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 49. in fin.* quia nihil spiritualitatis habet, æquiparaturque prædio, & commoditati temporali pro solvendis salariis Advocati, Procuratoris, Musicorum, & similium, ut observat Gonz. *ad regul. 9. Cancell. gloss. 5. §. n. 6.* & sicut potest quis 43
ordinari ab Episcopo originis, vel domicili, seu beneficii, ita etiam à quolibet eorum litteras dimissorias accipere poterit ut ab alio valeat ordinari, ut notat Molfes. *in sum Theolog. Moral. tom. 1. p. 2. tract. 2 cap. 2. n. 11.* observans S. Congregationem censuisse, ut semper in hoc præferatur Episcopus loci, in quo quis habet beneficium. Si verò 44
subditus aliquo ex prædictis tribus modis semel elegisset unum Episcopum, à quo aliquem Ordinem suscepisset, non poterit variare, & assumere alios Ordines ab alio ex dictis Episcopis: ita post Archid. *in cap. ne capiendo, de concess. præb.* Achil. de Grassis *decis. 13. de pension.* Quarant. & Aloys. Ricc. docet Molfes. *d. cap. 2. num. 10.* reddens rationem, quia si semel factus est subditus Episcopi ordinantis, cujus est munus providere illi de beneficio, & sic de aliis juribus Episcopalibus, non potest talis subditus eligere alium Episcopum in præjudicium electi per primam ordinationem: quamvis non improbabiliter contrarium teneant Francisc. Zipæus *in consultat. Canon. lib. 1. tit de ætate & qualit consil. 5.* Diana *moral. resol. part. tract. 7. ref. 35.*

Cùm autem etiam familiares Episcopi, tan- 45
quam subditi indifferenter ordinari soleant, statuit Trident Concil. *sess. 23. de reformat. cap. 9.* tales non intelligi subditos quoad Ordines suscipiendos, nisi per tres annos secum fuerint commorati, quibus etiam quamprimùm beneficium conferre tenetur: de quo propemodum infinitos citavi Doctores *de officio & potest. Episc p. 2. alleg. 5. in princ.* quibus addo Molfes. *in summ. Theolog. moral. tract. 2.*

t act. 2. cap. 2. n. 8. Homobon.de Bonis *de examine Eccles. part.1.tract.2 cap.1. q.5.in fine*, Novar.in *singular. Canon.concl. 103.* Scip. de Rubeis *in aphorism.Episcop.verb.familiaris triennalis* , Fornar *in addit. ad Tolet. cap.5.in fine* , Narbon.*l.34.gloss. 1. n. 28.tit 3. lib.1.Recopil.* Venero *in examine Episc. lib.1.cap. 11.n.38.* Alzed. *d. cap. 5. num. 32.* Sanch. *d.lib.7.cap.1. dub.20.n. 20. cum seqq* Torrebl. *dict. lib.2. cap13. n. 23. cum seqq.* Marchin. *d. tract. 1.*
46 *p. 4.cap.9.* Marcel.Vulpe *d.cap.7.à.num.18.* Dicuntur familiares quoad hunc effectum illi , qui cum Episcopo fuerint commorati , & præsentes inservierint ; non tamen illi , qui absunt , quamvis sumptibus Episcopi vixerint Ita Maiol. *de irreg. lib. 4. cap.2. num. 5.* Salzed.*ad Bernard. in pract. cap. 26. vers.tertius casus.* Ft. Emman.*in sum part. 2.c. 14. num.10.* Ugolin.*d.cap.26. §.4.* Piasec.*d. part.1.c. 1. num.15.pag. 31.* Prosp. de Augustin. *in addit. ad Quar.in sum.Pallarii,verb Ordo , vers. limita in eo.* Aloys.Riccius *in praxi rerum fori Eccles.dec. 307. in 1. edit.* aliàs *resolut. 266.num.2. & resolut. 267. num. 2.in fine , in 2. edit.* Bonacin *de Sacrament disput 8. quæst.unica , puncto 4. n. 18* Molfes. *dict.*
47 *c.p.2. num. 8. prope. finem.* Triennium verò debet esse continuum , ut per Campan. *dict.rub.6. cap. 9, num.12.* Novar.*d.concl. 103.num. 3.* Scip. de Ru-
48 beis *dict.verb. familiaris triennalis , num. 1.* Aloys. Ricc.*in dict. praxi , dec. 308. in 2. edit.* aliàs *resolut. 167.num.1.in.2.edit.* ubi *num.2.* subdit , quod verbis Episcopi asserentis quem esse familiarem, non creditur : refero ego ipse *dict.alleg.5. num. 9.*
49 *&* 10. Et sufficit , quod incœperit antequam fuisset Episcopus , sicut referunt decisum Aloys. Ricc.*in collect.dec.collect. 596. vers. amplia quinto , & in dict.pravi , dec.309. in 1.edit.* alias *resolut 268.in 2.edit.* Nicol.Garc.*de benefic.p.1.cap.15. num.83.* Scip. de Rubeis *citato loco*, Galet.*in margarita casuum Conscientia , verb. Ordo , pag. 194. col.2.* Marchin. *dict. cap. 9. num. 3.* Marcel. Vulpe *d.c.7.n.19.*

50 Beneficium etiam quacunque fraude cessante, statim re ipsa esse conferendum declaravit sacra Congregatio , teste Armendar.*in addit ad Recopil. legum Navarræ , lib.1.tit.18.l. 7 de Episcop n. 45.* & dicit Ugolin.*dict.cap. 26.§ 4.* statim , seu paulò post Episcopum debere beneficium conferre ; si enim antè conferret , aut post sex menses , collationem non dicit factam secundùm mentem Concilii , ut ordinatus remaneat subditus ordinantis , & eximatur à proprio , asserere videtur : nec ratio-
51 ne beneficii in alterius Diœcesi possessi , potest Episcopus familiarem suum ordinare. Sacra Congregat. Concil.sub die 22. Aprilis 1617. latè ego
52 *d.allegat. 5.ex num.11.* ubi *num. 12.* quod pro necessitate , & commoditate Ecclesiarum ad titulum patrimonii possunt etiam ordinari familiares triennales Episcoporum , & debent adscribi Ecclesiis , pro quarum necessitate , vel utilitate judicat esse ordinandos : & *num. 14.* quod non valet Episcopus dispensare cum suo familiari triennali aliàs non subdito , super illegitimitate , etiam ad minores Ordines , nec super interstitiis : & *n. 17.*
53 ex Concil. Trident. *sess. 14. de reformat , c. 2.* quod Episcopus titularis prætextu cujuslibet familiaritatis , aut continuæ commensalitatis suæ aliquem absque proprii Prælati expresso consensu , ait literis dimissoriis ad aliquos Sacros , aut minores ordines , vel primam Tonsuram promovere , seu ordinare non valet , de quo etiam Scip. de Rubeis *d. verb.familiaris triennalis , num.4.* Narbon. *l.35. gloss.1.n.32. tit 3. lib. 1.Recopil.* Venero *in examine Episc.lib.1. cap. 12.num.28.* Alzed. *d part.2. cap. de ordinat n.40.*

Si quis autem alterius subditum velit ordina- 54
re , requiritur sui Episcopi consensus per litteras Dimissorias , ut infrà dicemus. Alioquin Episcopus ordinans ab exercitio Pontificalium , ordinatus verò ab executione Ordinis est ipso Jure suspensus. Concil. Trident. *sess.6. de reformat.cap. 5.* quamvis olim Episcopus per annum à collatione Ordinum tantùm esset suspensus *in cap.eos qui,de tempor Ordin. lib.6.* vide per me adducta *d. part. 2. allegat. 6.* ubi latè de materia : & *ibi* citatis addo Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 1.num.71.* Alezd. *d.c.5.n.17.*

Et circa prædicta notandum est primò , quod 55
Episcopi Italiæ prohibentur Ultramontanum ordinare sine licentia Romni Pontificis , si litteras Episcopi sui habere non potest,*cap. 1. de tempor. ordinat. lib. 6.* ita & in quocunque Clerico , qui nulli Episcopo sit subjectus , statutum reperitur *in cap.fraternitatem , 71.dist.* & addit Campan. *dict. rub.9 cap.1.n.8.* suspensionem *d. cap. 1.* comminatam adversus Ultramontanos , qui ab Italis in Italia Ordines susceperint à non suo sine dimissoriis proprii Superioris , non ligare eos , qui non propriè Ultramontani , aut Citramontani appellantur , sed medii , veluti qui in montibus ipsis degunt.Refero ego ipse *p. 2.alleg.8.n8.* Per decretum generale de 56
ordine Pauli V. Summi Pontificis editum , quo prohibetur, omnibus Archiepiscopis & Episcopis Regni Neapolis , ne Ultramontanis Ordines conferant,Sacra Congregat. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita,sub die 12.Januarii 1618. censuit , *privilegium eisdem Archiepiscopis,& Episcopis per sacrum Concilium Tridentinum quoad eorum familiares concessum , sublatum non censeri.* Et 57
quia in ordinibus generalibus Regulares , nisi specialiter nominentur,ordinariè non comprehenduntur , ideò idem Papa Paulus declaravit *eosdem Regulares non comprehendi in ordine , quo præcipitur, ut Ultramontanis absque Sanctitatis suæ , vel sacr. Congregationis licentia Ordines non conferantur,* tanto magis cùm hoc casu inter Clericum sæcularem & Regularem magna diversitatis ratio perspiciatur: & ita Archiepiscopo Neapolitano respondit sacra 58
Congregatio negotiis Episcoporum , & Regularium præposita , sub die 24.Decembris 1617.Novissimè S. D.N. Urbanus VIII. in sua constitutione contra malè ordinantes , & malè ordinatos, incipiente Secretis , sub dat.11. Decembris 1624. approbatis,& innovatis pœnis dicti capitis 1. *Motu proprio , & ex certa scientia prohibet omnibus Patriarchis , Archiepiscopis,& Episcopis in Italia existentibus , ne quovis pretextu , & ex quacunque causa Hispanos , Lusitanos , Gallos,vel Germanos,aliosque quoscunque Ultramontanos , & ex quibusvis locis extra Italiam oriundos , non solùm ad sacros.sed nec etiam ad minores Ordines , vel Clericalem characterem promovere audeant , seu præsumant,nisi dimissorias suorum ordinariorum litteras à nostris , & hujus sanctæ Sedis Nunciis , seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas,probatas,& sub scriptas habeant , eorumve Nunciorum , seu Collectorum subscriptiones à Vicario in Alma Urbe in spiritualibus generali similiter examinatæ recognitæ , & probatæ fuerint,aliàs promoventes ab annum ab exercitio Pontificalium,promoti verò perpetuæ suspensionis pœnam, absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ incurrent eo ipso.*

Secundò

59 Secundò, quod Papa potest quemlibet Clericum, aut Regularem indistinctè ordinare, *cap. per principalem 1. q. 1. cap. pen. & fin. 9. q. 3.* & quem ipse ad sub diaconatum, vel diaconatum promoverit, non potest Episcopus sine ejus licentia ad majores Ordines promovere, *cap. filium 1. q. 1. cap. cùm in distribuendis, de tempor. ord.* Erasm. à Chokier *de Iurisd. Ord. in exemptos p. 1. q. 21.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 60. n. 22.*

60

61 Tertiò infertur resolutio ad illam quæstionem, an & quando Prælatus inferior nullius Diœcesis territorium distinctum habens possit suis subditis dimissoriales litteras concedere? In qua quæstione negativè respondendum videtur, si ille non habeat jus congregandi Synodum, & eligendi examinatores, ut colligitur ex decisione quadam factæ Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, transmissa Episcopo Nicastrensi, sub die 24. Januarii 1595. in qua ita habetur. *Il Vescovo più vicino alla chiesa nullius Diœcesis non può far visita, ne meno quanto alla Cura dell' Anime spetta, però à esso fare concorsi delle Parochiali, quando in detta giurisditione non fosse legitimamente celebrato Synodo, & deputati li esaminatori, & spetta ancora ordinare, ò vero dare le lettere dimissoriali per li Clerici de la medesima giurisditione.* Sed an hoc casu saltem debeat ordinandus litteras testimoniales de moribus & vita à tali Prælato habere, ita ut absque illis vicinior Episcopus eum ordinare, aut litteras dimissorias, ut ab alio ordinetur, concedere non possit, solet ab aliquibus in dubium revocari. Ego verò nihil firmare audeo, cùm diversas invenerim hac de re decisiones, quarum prima emanavit ab eadem sacra Congreg. sub die 5. Maii 1585. ad Episcopum Cavensi, in hæc verba: *Quelli che sono nullius Diœcesis, volendo ordinarsi, hanno à pigliar le dimissorie del Vescovo più vicino, devevo però portare le testimoniale del Prelato inferiore, de vita, & moribus, come che può esser meglio informato.* Alia verò sub die 12. Februarii 1631. ita cantat: *Sacra Congregatio Concilii censuit licere Episcopis vicinioribus Ordines conferre subditis sæcularibus Abbatum, & aliorum inferiorum, etiam nullius Diœcesis, sine consensu, seu litteris testimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum, &c.* nisi primam intelligamus de congruentia, quæ expostulat ut vicinior Episcopus Ordines non conferat illi, cujus vita, & mores sibi ignoti sunt: secundam verò de necessitate.

62 Verùm si inferiori hujusmodi Prælato territorium separatum cum plena jurisdictione in omnes homines, tam de Clero, quàm de Populo fuerit concessum, Episcopusque omne jus, omnémque jurisdictionem, & correctionem, quæ ei competebat, à se penitus abdicaverit, nullùmque jus in eis retinuerit, etiam quoad consecrationes ordinationes, cæteraque Episcopalis Officii indigentias, sed eas à quocunque voluerit Episcopo recipiendi illi tribuerit facultatem per donationes Apostolicis confirmationibus munitas, credo tali casu posse inferiorem dimissorias concedere, nec esse adeundum viciniorem Episcopum, ad notata per Rot. *in nullius, seu Squillacensi jurisdictionis, 4. Martii 1616. coram bon. mem. Martino Andrea, & in eadem coram eodem, 15. Ianuarii 1618.* ubi respondetur ad objectionem, quod quamvis Episcopus non possit ex toto Ecclesiam à se eximere, & alteri subjicere, secundùm Gloss. *verb. Cathedraticum, in cap. pastoralis*, ubi Abb. *n. 7. de donat.* hoc tamen intelligitur, ubi solus ipse hoc facit; secus prout supponitur, quando confirmatio Apostolica ex certa scientia accessit: eadem Gloss *in vers. nec obstat* quam sequitur Butr. *num. 13.* per textum *in cap. constitutus*, ubi etiam Anchar. *n. 4. in 3. oppos.* Abb. *n 10. de relig. dom.* idem Abb. *in cap. cùm venerabilis, num 4. de censib.* refert me citato *in hoc loco* Tamburin. mei amicissimus *de Iure Abbatum tomo 2. disp. 2. q. 26.*

Et novissimè cùm patres Ordinis Carthusiani supplicarent sacram Congregationem Eminentissimorum & Reverendiss. DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, pro revocatione cujusdam Ordinis ab eadem S. Congregatione emanati, & directi Priori Monasterii S. Stephani de Busco, ne auderet dimissorias concedere ad Ordines subditis sæcularibus ejusdem Monasterii, attento quod decisionibus, & sententiis Rotalibus fuerat jam resolutum, dictum Monasterium habere proprium territorium, & in suos subditos exercere omnimodam jurisdictionem. Eadem igitur S. Congregatio, Eminentissimo Gypsio referente, censuit *revocandam & tollendam esse, prout præsentis Decreti virtute revocat, & tollit suspensionem, per quam prædicto Priori Carthusiensi Monasterii S. Stephani de Busco ab eadem S. Congregatione prohibitum fuit, sub die 21 Februarii 1631. concedere litteras dimissoriales ad Ordines subditis propriis sæcularibus. Romæ die 18. Iunii 1632.* Refert me citato *in hoc loco*, Tamb. *d. loco, n. 3.* & novissimè S.D.N. Urbanus VIII. *in sua constit. incip. Romanus Pont.* sub dat. 18. Novembris 1628. concessit Abbati, seu Commendatario B. Matiæ Farfensis, & S. Salvatoris Majoris, ut posset dimissorias litteras dictarum Abbatiarum subditis dare, etiam privativè quoad Archiepiscopos, seu Episcopos viciniores.

63 Quartò, quod potest Episcopus Religiosos quoscunque, qui in sua Diœcesi commorantur, ad Ordines promovere, etsi inde non sint oriundi, aut ibi non contraxerint domicilium, *cap. cùm nullius, §. Religiosi, de tempor. ordina. lib. 6.* quod licèt à contrario sensu probare videatur, ut hoc procedat in Religiosis non exemptis, secus verò in exemptis; nihilominus in exemptis hoc verum esse dicunt ibi Gloss. & Anchar. Franch. & Gemin. vide Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat tom. 1. q. 38. artic. 3. conf. unic. in fine*, meipsum *dict. part. 2. alleg. 4. à num. 90.*

64 Novar. *in singul. Canon. concl. 105.* Qua de re Clemens VIII. mandavit observari Decretum sacr. Congregationis Concilii emanatum sub die 15. Martii 1596. per hæc verba: *Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo subdito item Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere; ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcunque alium Episcopum; dum tamen ab eo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas Ordinationes habiturus esset. Verum cùm à Superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationis ab eo non habendæ unum, exprimendam, esse, quod qui non fecerint, Officii, & Dignitatis, sua administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem*

ejusdem S.D.N. Papæ reservatas pœnas incurrerent. Referunt Camp. *in divers. Iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 37. & Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 23. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 3. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 11. *diffic.* 9. *n.* 7. Hierom. Roder. *in Compend. qq. Regul. resolut.* 106. *n.* 15. *& 17. cum seqq.* Portel. *in dubiis Reg. verb. Ordines sacri,* Anton. Novar. *in sum. Bullar. tit. de Ordinandis Reg. num.* 3. ac alii per citati *d. part.* 2. *alleg.* 7. *n.* 18.

564 Patres verò Societatis Jesu ex Indulto Gregorii XIII. possunt à quocumque Catholico Antistite ordinari, ut testantur Fr. Emm. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 18. *art.* 6. Piasec. *in praxi Episc. p.* 1. *c.* 1. *n.* 1. *vers. quarto extende,* Aloys. Ricc. *in dec. Curia Archiepisc. Neap. dec.* 128. *n.* 3. *part.* 4.

65 Quis autem valeat ordinare Novitium alibi natum, si probationis annum faciat in aliena Diœcesi; Quæstio est dubia, in qua una sententia tenet hoc spectare ad Episcopum, in cujus Diœcesi est Novitius in probatione, quam tuentur Cuch. *lib.* 3. *instit. moral. tit.* 1. *n.* 94. *de Regul.* Camp. *d. rubr.* 9. *cap.* 3. *n.* 3. Sanchez *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *n.* 21. Aloys. Ricc. *d. dec.* 118. *n.* 6 *p.* 4. quos refero ego ipse *d. p.* 1. *alleg.* 4. *n.* 62. *&* 63. Altera sententia est Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 23. *§.* 3. *in commento, lit. G,* & Suar. *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *c.* 12. *n.* 9. *& tom.* 3. *lib.* 5. *c.* 17. *n.* 16. existimantium id pertinere ad Episcopum, in cujus Diœcesi domicilium habebat quando ingressus est Religionem. Utramque probabilem dicit Fr. Barthol. de Vechis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis stat. Novit. disp.* 1. *dub.* 8. *n.* 21. Sed ego primam probabiliorem judico, ex iis quæ in ejus confirmationem adducit Sanchez *citato loco.*

66 Denique notandum, quod ideò est constitutum *in c.* 1. *& in cap. Primatus,* 71. *dist.* ne Episcopi alienis subditis Ordines conferant, ut dissensionibus obvietur, quæ inter Episcopos possent oriri, si unus alterius Clericos sollicitare, aut usurpare præsumeret; vel ideò ne indigni, atque ignoti promoveantur ad Ordines.

67 Licentia autem suscipiendi Ordines ab alio Episcopo, à proprio est concedenda, si absens fuerit à sua Diœcesi, vel etiam si præsens, sed noluerit habere ordinationes. Ita Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episc. n.* 42. *vers. Item, & n.* 51. Potest etiam à Capitulo, Sede vacante, sive ejus Vicario concedi post annum tantummodo à die vacationis, nisi cùm Clericus occasione beneficii esset arctatus, juxta Trid. Concil. Decretum *sess.* 25. *de reform. cap.* 10. & suprà diximus *in cap.* 32. *num.*

68 Abbates quoque, & alia quæcunque Capitula, vel Collegia prohibentur literas dimissorias Clericis sæcularibus dare, ut ab aliis ordinentur: Monachis verò suis id possunt Abbates concedere, ex eodem Concil. Trid. *d. cap.* 10. & jam diximus

69 *hoc eod. lib. cap.* 18. *n.* 65. *cum seqq.* Contra Capitulum verò ordinarium, privativè ad Episcopum, jusque habens visitandi, & congregandi Synodum, non intrat dispositio dicti capitis 10. ut benè docent Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 112. Campan. *in divers. Iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 8. *num.* 4. Ego ipse *d. part.* 2. *alleg.* 7. *num.* 8. Sed neque Vica-

70 rius Episcopi dare ad id potest literas dimissorias sine speciali mandato Episcopi, nisi ipso Episcopo in remotis agente, ubi in brevi ejus reditus non speratur, *d. cap. cùm nullus, de tempor. Ordin. lib.* 6. plures quos refero *d. part.* 2. *alleg.* 7. *num.* 9. quibus addo Vener. *in examine Episc. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 12. Azed. *in praxi Episc. part.* 1. *c.* 3. *n.* 97. Thom Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 5. *à n.* 7. Sanch. *d. lib.* 7. *cap* 1. *dub.* 20. *n.* 40.

Est autem circa prædicta notandum. Primò, 71
quod etsi Episcopus possit suos subditos per alium Episcopum ordinare, tenetur tamen per seipsum Ordines suis Clericis conferre. Idem Concil. *dict. sess* 23. *de reformat. c.* 3. Cùm verò fuerit legitimè impeditus, aut alia de causa debeat litteras dimissorias dare, non nisi examinatos, & approbatos ad alium Episcopum debet ordinandos tranmittere, & ipsi ordinandi, si ab alio petierint promoveri, nequaquam sunt permittendi, nisi eorum mores, & probitas Ordinarii sui testimonio commendantur, idem Concil. Trident. *dict. sess.* 23 *de reformat. c.* 8. Facultates verò de promovendo à quocunque nemini 72
suffragari debent, nisi habentibus legitimam causam, ob quam non possint à propriis Episcopis ordinari, idem Concil. *sess.* 7. *de reform. c.* 11. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 1. *c.* 1. *n.* 1 2. *pag.* 29. Campan. *in divers. jur. Can. rub.* 9. *cap.* 7. *n.* 4. nec nisi postulantibus sunt dimissoriæ hujusmodi concedendæ, *c.* 1. 73
distinct. 72.

Secundò, quod ne fraus aliqua intercedat, certa 74
dimissoriarum hujusmodi litterarum forma est à Canonibus introducta, 37. *dist. per tot.* quæ ab Episcopis singulis est servanda, quamvis hodie non eadem præcisè servetur; sed dimissoriæ hujusmodi differunt à commendatitiis, quia dimissoriæ ad effectum tantùm susceptionis Ordinum dantur: commendatitiæ verò dantur Presbytero peregrinationem suscipienti, ut ei liceat in aliena Diœcesi celebrare: ita Azor. *inst. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 49. *q.* 1. Piasec. *in praxi. Episc. part.* 1. *c.* 1. *n.* 11. *in fine.*

Tertiò, quod quando Episcopus suspensus est 75
ab Ordinum collatione, ex ea tantùm causa, quod alienos Clericos ordinavit, si quidem manifesta est suspensio, poterit Clericus absque illius licentia ab alio Episcopo ordinari, secus si alia de causa suspensus esset Episcopus, *cap. eos qui,* & ibi Gloss. *de tempor. ordin. lib.* 6.

Quartò, quod denegare Ordines, aut dimisso- 76
rias non potest Episcopus ei, qui obtinet beneficium, vel est in dignitate Ecclesiastica constitutus, *cap. ex tenore, eod. tit. de tempor. ord.* nisi desint in eo debitæ qualitates, aut aliquod habeat Canonicum impedimentum, de quibus infrà tractabimus. Aliis verò non tenetur Ordines conferre 77
Episcopus, *cap. ad aures, eod. tit.* maximè stante dispositione Concil. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 2. ibi, *nisi illis, quos Episcopus judicaverit assumendos:* quæ verba cùm denotent boni viri arbitrium, hoc est voluntatem rationi submissam, *l. fideicommissaria* 2. *ff. de fideicomm. libert.* Gloss. *verb. Visum, in c.* 1. *de corpore vit.* Lap. *allegat.* 60. *n.* 3. Ideò si Episcopus legitimè non interponat arbitrium, Deum solummodò Judicem habebit. Gloss. *verb. relinquitur, in c. plantum, § assessorem, de rescript. in* 6. Calcan. *conf.* 38. *n.* 7. ac proinde non dabitur appellatio, quia Superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. *in l.* 1. *n.* 10. *vers. scias tamen, C. de sent. ex brevic. rec.* Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 3. *vers. & ab eo,* ex quibus nullum posse contra prohibitionem sui Prælati ordinari, aut ab illo conqueri, seu ab eo appellare, eo quòd illum ordinate nolit, resolvit Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec.* 693. *in* 1. *edit. aliàs ref.* 587. *in* 2. *editione,* & fuit dictum *in Eiborensi*

Ordinum, 24. *Iunii* 1618. *coram bon. mem. Remboldo, & 18. Februarii* 1619. *coram Reverendissimo D.meo Decano.*

78 Unde fit, non posse Episcopum ordinare invitum, *princ.* 74. *dist.* & ibi Gloss. 1. quamvis cogere ad suscipiendos voluntariè Ordines possit eum, qui beneficium Ecclesiasticum obtinet, aut ratione Ordinis eidem beneficio annexi, aut propter necessitatem Ecclesiæ, *c.* 1. *de etat. & qualit. cap. quaris*, ubi Gloss. & Doctores *eod. tit.* nisi legitimè excusetur, qui si promoveri contempserit, erit ab Ordine, quem habet, suspendendus, aut à beneficio deponendus,
79 *cap. si cui clerico*, 74. *dist. dict. cap. quaris.* Cæterùm, si invito velit Ordines conferre, suspensus ipse esset à celebratione Missarum per annum, & ab Ordinum collatione, *c.* 1. & 2. *dist.* 74. & citati per me *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 11 *n.* 3. & ille esset deponendus, *cap. denuntiamus* 26. *q.* 2. imprimitur siquidem character invito, si adsit voluntas, quamvis coacta, secus si nullatenus præstaret assensum, juxta ea quæ resolvimus *de offic. & potestate Episcopi p.* 2. *alleg.* 2. *n.* 5. &
80 6. Similiter Regulares non potest Episcopus contra Prælatorum suorum voluntatem ordinare, *c. Monachi, cum seq q.* 26. *q.* 1. *d. cap. ad aures.*

81 Postremò notandum, quod si aliquis Ordines ab eo susceptisse inveniatur, qui ordinandi non habuerit potestatem, id est, neque characterem, neque officium conferendi, iterum poterit ordinari, si judicator idoneus, *cap. Presbyteri*, 68. *dist. inct. cap. Daibertam, cum seqq.* 1. *q.* 7. ita quoque, ubi dubium est an is, qui ordinavit esset Episcopus. Idem etiamsi ordinatus non fuerat baptizatus, aut malè fuerat baptizatus, *cap. si quis confugerit*, 1. *q.* 1. *cap.* 1. & *c. veniens, de Presbyt. non baptiz.* Alioquin verò hoc Sacramentum reiterari non potest, *cap.* 1. *dist.* 68. Sed si in ordinatione fuerit aliquid prætermissum, quod tamen non sit de essentia Sacramenti, satis erit omissum supplere, si sit de necessitate præcepti, *cap.* 1. & *cap. Presbyter, de Sacram. non iter.* Et si id in majoribus contingat Ordinibus, erit hoc statutis ordinationum temporibus perficiendum, & interim talis ministrare non poterit, *d. cap.* 1. & *ibi notatis.*

§. I.

De qualitatibus Ordinandorum.

82 EX his, quæ suprà diximus, colligere, licet, quod non omnes personæ sunt ad sacros Ordines promovendæ, qualitates enim multæ exiguntur, & plerique diversis de causis ordinari non possunt, de quibus omnibus est in præsenti loco tractandum. Et quia ex his, quæ in ordinandis requiruntur, quædam ordinibus sunt communia, quædam verò singulis tantùm ordinibus propria, videbimus primo loco de his quæ sunt communia, post verò cætera dispiciemus.

83 Primum igitur, & præcipuum, quod in ordinandis personis requiritur, & de essentia est Sacramenti, est sexus virilis, ac proinde mares tantummodò sunt promovendi; fœminæ verò minimè omninò, & si de facto mulieri Ordo aliquis conferretur, non reciperet characterem, impediente sexu, §. 1. *circa princ.* 15. *quæst.* 3. *cap. uxoratos, in fine, de convers. conjug.* Glossa fin. *in cap. Diaconissam* 27. *q.* 1. S. Thom. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 1. & 2. Camp. *in diverf. Iuris Can. rub.* 11. *c.* 2. Suar. *de censur. disp.* 51. *sect.* 2. *in princ.* Bellet. *disquisit. Clerical. p.* 1. *tit. de discipl. Cleric.* §. 8. *n.* 5. Ochagav. *de Sacram. tract. de Ordine, q.* 8. *n.* 4. Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. Psalmista, n.* 7. *dist.* 23. me citato *in hoc loco*, Didac. Narbona *de etate ad omnes humanos actus req. anno* 40. *q.* 3. *n.* 2. Matchin. *de Sacram. Ordinis tract.* 1. *p.* 4. *c.* 1. Sanchez *in opuscul. moralib. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 30. ex eo quia susceptio Ordinum tacitè conjungit Clericum tanquam sponsum sponsæ, *c. seriatim in fine*, ibi, *ut fiat de carnali*, 23. *dist. c.* 2. *fin. de pœnit. & remiss.* Abb. *in c. inter corporalia, n.* 31. & ibi Butr. *in* 1. *notab. col.* 3. *prol.* quod mysticum cadere non potest in fœmina; tum quia Clerici nemini debent subjici, *c.* 1. *dist.* 34. mulieres autem sunt subditæ viris, *Gen.* 3. D. Paul. *ad Timoth.* 2. *c. manifestum, c. est Ordo, c. hæc imago*, & ibi Arch. *n.* 3. cum aliis pluribus, 33. *q.* 5. Unde Clavium potestatem fœ- 84
minis minimè competere probat Innoc. III. *in cap. nova, de pœnit. & remiss.* ubi reprobans consuetudinem, secundùm quam Abbatissa audebat benedicere Moniales, Confessiones audire, & publicè prædicare, subjungit rationem, quia licèt Beatissima Virgo Maria dignior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus Claves Regni Cœlorum commisit. Docent S. Th. *in addit. ad* 3 *p. q.* 39. *art.* 1. Victor. *relect.* 2. *de potest. Eccl. q.* 2. *n.* 3. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 2. *concl.* 1. Angl. *in flor. Theolog. quæst.* 1. *de Clavib. art.* 1. *diffic.* 5. & alii, quos refert Hentiq. *in sum. lib.* 1. *c.* 21. §. 2. *lit. V, & lib.* 6. *c.* 2. §. 3. & *lib.* 10. *c.* 1. §. 1. *lit. A*, Suar. *tom.* 5. *disp.* 2 *sect.* 3. 85
n. 5. Hinc notantes fœminas ipso Jure divino incapaces esse eorum, quæ sunt Ordinis, & per consequens irregulares non esse ratione sexus, sed etiam ob quamcunque causam supervenientem, quæ esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam; est enim irregularitas impedimentum canonicum, id est legis Canonicæ; & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula, secundùm quam omnes, qui capaces erant, attentâ Lege divinâ, impediuntur, & incapaces sunt suscipiendi Ordines, & per consequens in eas irregularitas non cadit, ut advertit Sot. *ubi proximè, art.* 2. *in princ.* eleganter Suarez *d. tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 7. multiplicique ratione confirmat Viv. *in cand. aureo, part.* 3. *c.* 3. *in princ.* Quod autem de Presbytera, & Diaconissa, & de sacratis fœminis mentio in Canonibus habetur, intelligendum est prout infrà particulariter dicemus, *hoc lib. cap.* 36.

Hermaphroditus verò, id est, qui habet utrum- 86
que sexum, ordinari nequaquam potest, nisi in eo prævaleat sexus virilis, non autem si fœmineus prævaleret, aut esset paritas, Gloss. *verb. testimonium, in cap. testes*, §. *Hermaphroditus*, ubi Card. Præpos. & Turrecr. 4. *q* 3. Sylvest. *verb. Hermaphroditus*, Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Bellet. *d. tit. de discipl. Cleric.* §. 8. *à princ.* Ugolin. *de irregul. c.* 48. §. 1. *n.* 3. Henriq. *in sum. lib.* 14 *cap.* 8. §. 6. & *in comment. lit X*, Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 24. Campan. *in diverf. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 3. Prout nec etiam Monialis, quæ in matrem erupit, potest obligari ut Religionem virorum intret, cùm ejus professio fuerit invalida. Texeda *in controv. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *contr.* 8. *dub.* 1. *num.* 18. Diana *moral. resolut. part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 49. Non dubium quin 87
aliquando ex fœminis facti sint viri ope tantùm naturæ, ex sententia peritissimorum Medicorum, & de Phætusa Pithei uxore parcui vicina id refert Hippocrates *lib.* 6. *de morb. popul. sect.* 8. *ad fin.* De Anamisia uxore Gorgippi Livius *lib.* 42. Et de uxore Piscatoris cujusdam Caietani, quæ post quatuordecim matrimonii annos, quibus duravit

ravit cum marito, in virum abiit, agit Jovinian. Pontan. *in historia Neapolitana.* Et Amat. Lusitanus *cent.2. curat.39.* idem dicit de Matia Pacheco postea Emanuele Pacheco, qui in Indiam profectus feliciter pro Rege suo militavit; ac in patriam Esgueiram (oppidum est propè Averium, distans à Conimbrica novem leucis) reversus, ibi uxore ducta divitiis, quas militando compataverat, per otium potitus est. Et de Magdalena Muñoz Moniali sancti Dominici in civitate de Urbeda, quæ post septem annos professionis suæ in matem conversa è Monasterio expulsa virilem habitum sumpsit, dictaque fuit Franciscus Muñoz, refert Torreblanc. *de jure spirit. lib.3. cap.11. n.13.* De eunuchis verò paulò infrà videbimus; non autem omnes masculini sexus sunt indifferenter ad Ordines promovendi, quoniam in ordinandis qualitates quædam requiruntur, & vitia, seu maculæ quædam deesse debent eisdem, ut ritè valeant secundùm statuta Canonum ordinari, de quibus omnibus summariè habetur *in c. maritum*, 33. *dist. & in c. præcipimus*, 34. *dist. & in cap. non conſidat*, 50. *dist. & per tot. tit. de ætat. & qualit.*

88 Et in primis (ut à qualitatibus requisitis sumamus exordium, sciendum est certam in ordinandis personis ætatem requiri, & nos sigillatim infrà de unoquoque Ordine agentes tractabimus, quæ quidem est in prima accipienda Tonsura septennium, *cap. de his*, juncta Gloss. *verb. infantia*, 27. *dist. cap. fin. de tempor. ordin. lib. 6.* ut infra *hoc eod. lib. cap* 28. *num.43.* Eadem quoque ætas in tribus minoribus Ordinibus sufficere videbatur, *cap. in singulis, dist.77.* licèt alibi inveniatur, Lectorem non minorem 18 annis esse assumendum, ut *in cap. anno*, 78. *dist.* quod accipi potest non quidem de Ordine, sed de legendi officio, ad quod minores, quamvis ordinati, non sunt assumendi; nam in secundo Toletano Concilio, de quo *in cap. de his*, 28. *dist.* in minori ætate statuitur posse ordinari Lectores; Acolytatus verò XII. annum completum requirit, *d. cap. in singulis.* Et sic eadem septennis ætas in omnibus minoribus Ordinibus præter Acolytatum sufficit, ut per Ugolin. *de irreg. c.45. n.2.* Suar. *de censur. disp. 31. sect.1. n.22.* Gutier. *canon. lib.1. c.26. n.2.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. c.5. quæst.8. & 9.* Antonin. Diana *moral resp. p.2. tract.2. miscel. resp.29.* novissimè Did. Narbon. *in tract. de ætate ad omnes humanos actus requis. an q.9. num.3.* Et sic in minoribus Ordinibus hujusmodi tempora usque hodie attenduntur. In majoribus verò Subdiaconatus quidem ante tempora Tridentini Concilii XVIII. annos, Diaconatus verò XX. tantummodò exposcebat, ut habetur *in Clem. Generale, de ætat. & qual.* licèt priscis temporibus Subdiaconatus XX. ut *in c. Subdiaconus*, 77. *dist.* Diaconatus verò XXV. requireret, ut *in c. placuit, cum seqq. eod. dist.* hodie verò ex Decreto Conc. Trident. *sess. 23. de reform. c.12.* nemo Subdiaconus ante XXII. Diaconus verò ante XXIII. est ordinandus. Presbyteratus autem, cum olim XXX. annos expletos exigeret, *cap.1. per totum*, 78. *dist. cap. in veteri, in fin. & c. Episc. 77. dist.* postea necessitate cogente statutum est *in cap. fin. 78. dist. & in d. Clem. Generalem, de ætat. & qualit.* ut in XXV. anno posset Presbyter ordinari, quod etiam Concil. Trid. *dict. sess.23. de reform. c.12.* retinuit, ac insuper statuit eadem in singulis Ordinibus tempora in Regularibus quoque personis esse attendenda, cùm olim meritis exigentibus possent in minori ætate promoveri, prout habetur *in cap. Monachus*, 77. *dist.* In quibus ætatibus computandis, si unus dies, aut hora desideretur, non sunt clerici ordinandi. Henriq. *lib. 7. cap. 20. num.* . *in gloss. lit. O*, Basil. Pont. *de matr. lib.7. c.65. n.1.* Diana *moral. resp. p.5. tract.5. resp.17.*

Prædictum verò annorum numerum in singulis 89
Ordinibus sufficit attigisse, nisi contrarium exprimatur in Canone, sicut olim erat expressum *in dict. c.1. dist.78. & in cap. cùm in cunctis, de elect.* & idem de ætate Acolytatus intelligendum videtur per *dict. c. in singulis*, ut cum multis tradit Hieron. Roder. *in compend. quæst. Reg. resp.106. n.9.* De his latè dixi *d. p.2. alleg.11. & 16.* infrà, dum de singulis Ordinibus agemus.

Si verò aliquis ante ætatem legitimam ordine- 90
tur, suscipit quidem Ordinis characterem, executionem verò minimè, *cap. Subdiaconus. 77. dist. c. vel non est compos, de ætat. & qualit.* quia ministrare non poterit in Ordine sic suscepto ante ætatem legitimam, quæ quidem suspensio ipso jure incurritur per Constit. Pii II. incipientem, *Cùm ex* 91
sacrorum, quæ tantùm afficit promotos ad Ordines majores, non autem eos, qui sunt initiati ad primam Tonsuram, & Ordines majores, ut observant Sayr. *de censur. lib.6. cap 12. n.9.* Bellet. *disq. Cleric. part.1. tit. discipl. Cler. §.5. num.61.* & tam seculares, quàm Regulares Clericos comprehendit. Hier. Roder. *d. resol.106. num.10.* Nec Episcopus 92
potest dispensare, cùm nullus præter Papam ab ea suspensione absolvere valeat, ut firmant Rebuff. *in praxi benef. tit. de Clericis malè prom. gloss.4. num.3.* Gutier. *Canon. lib.1. cap.16. sub num.21.* Unde ordinatus ante legitimam ætatem, cùm remaneat ipso Jure suspensus (si temerè Ordines recepit) necessarium est, ut prius quàm Ordines exerceat, à suspensione absolvatur, neque ante, etiamsi attingat ætatem per Sacros Canones; & Sactum Concil. Trid. requisitam, absque absolutione prædicta alium potest Ordinem suscipere, aut in suscepto ministrare. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.30. art.10.* Hieron. Roder. *d. resol. 106. num. 14.*

Episcopus autem scienter ante ætatem aliquem 93
ordinans, præsertim si puero ante septennium primam Tonsuram conferat, suspensus est ipso Jure à collatione Ordinis, quem illegitimè dedit, ut in eo in quo peccaverit, puniatur, *cap. fin.* cum Gloss. *de temporib. Ordin. lib. 9.* Indecorum est enim, & in ludibrium cedit Ordinis Clericalis, ut pueri, vel infantes Clerici ordinentur, *cap. indecorum, de ætat. & qualit. dict. cap. vel non est compos, de tempor. Ordin.* Quare Gregorius Papa *in c. pueri 1. quæst. 1.* inquit, *Pueri ad Sacros Ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculosius cadant, quanto citiùs conscendere ad altiora festinant.* Utrùm 94
verò infans characterem suscipiat, si ordinetur, præsertim in Sacris, in dubium vertitur per Doctores *in dict. cap. fin. de tempor. ordin. lib. 6.* Sed communis, & verior est Doctorum opinio affirmativa, ubicunque omnia substantialia concurrunt, quia sexus virilis tantùm, non ætas, est de substantia Ordinis. Et hæc quidem de ætate sint dicta.

Denique sciendum, non solam sufficere ætatem 95
in his, qui sunt ordinandi, nisi aliæ adsint qualitates, *c. quicunque*, ibi, *si tamen per hæc tempora*, 77. *dist.* Concil. Trid. *d. sess. 23. de reformat. cap. 12.* quarum præcipua litteratum scientia exigitur. Illiterati enim prohibentur ad Ordines promoveri, quia sacris apti esse non possunt Officiis, *capit. illiteratos, & per tot. 36. distinct. & per tot. 38. dist.*

cap. cùm ex injuncto, verſ. licet autem, de hæret. cap. fin. de tempor. Ordin. lib. 6. Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 46. à num. 5.* Concil. autem Trident. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 11. & 13.* exprimit, ad Clericalem quidem Tonſuram non eſſe ordinandos, qui ſaltem legere, & ſcribere competenter neſciant; qui verò ad quatuor minores Ordines ſunt promovendi, ſaltem Latinam linguam intelligant, ut expreſſiùs infrà agentes de ſingulis dicemus; ſed quibus ſacri majores Ordines ſunt conferendi, litteris, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, ſint
[97 inſtructi. Qui verò omninò illiteratum ordinare præſumpſerit, eſt per annum à collatione ejus Ordinis, quem tali contulerit, ipſo Jure ſuſpenſus, *dict. c. fin.* cum Gloſſ. *de tempor. Ordin. lib. 6.* Henriq. *in ſum. lib. 13. cap. 38. §. 3. littera G*, Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop p. 3. allegat. 111. num. 9.* Ipſe verò ordinatus erit Superioris arbitrio ſuſpendendus, ut ſuo loco dicemus. Hæc ſunt duo, quæ præcipuè in ordinandis requiruntur in ſexu virili, ſcilicet ætas, *d. cap. fin.* & litteratum ſcientia, *d. c. illiteratos.*

98 Aliæ autem ſunt qualitates, requiſita quoad vitam, & mores, quæ arbitrio, & inquiſitioni Epiſcopi relinquuntur, qui in ſcrutinio, ſeu examine faciendo de hujuſmodi inquirere debet, ut videlicet ſint continentes, ſobrii, prudentes, modeſti, pudici, hoſpitales, miſericordes, ac liberales, pacifici, domui ſuæ benè præpoſiti, & virtutibus ornati, ſicut infrà §. 2. oſtendemus. Vitia verò, vel maculæ, aut impedimenta, quibus carere debent, qui ſunt ad Ordines promovendi, ſunt plura, quæ irregularitatem inducunt, hoc tamen in loco ea, quæ præcipuè laïcos ab omni Ordine ſuſcipiendo repellunt, breviter referemus.

99 Primò ergo Infideles, & Hæretici ab Ordinibus repelluntur, *c. Arrianos, 1. q. 1.* Peña *in direct. Inquiſ. p. 3. comment. 163. verſ. ob has rationes*, Galganet. *de Iure publico lib. 3. tit. 2. n. 21. & 22.* Bellet. *diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. de diſcipl. Cleric. § 10. num. 18.* Campan. *in diverſ. Iur. Canon. rub. 11. cap. 27.* efficiuntur enim irregulares ea irregularitate, quæ provenit ex defectu animæ, & eſt ſecundùm ſe annexa hæreſi, ſecundùm Navar. *in man. cap. 27. n. 205. verſ. tertiò*, Valent. *tom. 4. diſput. 19 punct. 3. in 3. ſpecie irregularitatis*, Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 25 num. 2.* quos refert, & ſequitur Anton. Ricciul. *de Jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 5. cap. 17. n. 2.* Laurent. de Peirinis *de Prælato tom. 2. quæſt. 2. c. 5. § 6. num. 72.* Diana *moral. reſol. p. 1. tract. 15. reſol. 24.* Contra Perez *lib. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin. fol. 98. ad fin.* Henriq. *in ſum. lib. 14. de irregul. cap. 4. § 6. & cap. 5. § 2.* Sayr. *de cenſur. lib 7. cap. 12. n. 16.* Avil. *in ſimili tract. p. 7. diſput. 14 dub. 2.* exiſtimantes hanc irregularitatem non eſſe annexam hæreſi, ſed provenire ex notorietate delicti. Unde fit, hæreticum etiam occultum eſſe irregularem, ut docent Sanch. *dict. c. 25. num. 2.* & Ricciul *dict. cap. 17. n. 6.* dummodò hæreſis non ſit merè mentalis, ſed quæ præceſſerit ad actum viſibilem, ſive recognoſcibilem, ut rectè obſervant Suar. *tom. 3. de cenſuris, diſput. 43. ſect. 1. num. 4.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 11. q. 12. & 21. q. 8.* Sanch. *dict. c. 25. ſub num. 2. ad fin.* Hære-
100 ticorum item fautores, credentes, & defenſores Clericatu habentur indigni, *c. ſtatutum 2. de hæret. lib. 9.* Neque hæreticorum, eorúmque fautorum,
101 & defenſorum filii poſſunt fieri Clerici, uſque ad ſecundam generationem lineæ paternæ, etiamſi crimina parentum non fuerint imitati, *c. quicunque, §. hæretici, dict. c. ſtatutum 2.* & ibi Gloſſ. *verb. inane, de hæret. in 6.* Peña *d. commento 163. verſ. rurſus textus.* Quando autem mater eſt hæretica, vel fautrix hæreticorum, excluduntur tantùm filii à Clericatu, non autem nepotes, Gloſſ. *verb. inane, in d. cap. ſtatutum*, Peña *d. verſ. rurſus textus.* Bellet. *d. §. 10. n. 27. & 28.*

Neophyti verò, id eſt, qui novi ad Chriſtia- 102
nam Fidem venerunt, quamvis non facilè ſint ordinandi, non tamen à Clericatu ſimpliciter repelluntur; ſed qui eos intendunt ordinare, debent perquirere, & diligenter inveſtigare quamplura circa illorum vitam, & uſum, atque ea præſertim, quæ illi ad primævam ſectam, mente, & ſecretè converſi nonnunquam obſervant, & ex quibus dignoſcit Eccleſia eos iterum reverſos ad illa: de quo vide quæ ſcripſi *d. p. 2. alleg. 10. ex num. 4.* & tradit alia Laurent. de Peirinis *d. cap. 5. §. 6. à n. 82.* & plura Carvalho *ad cap. Raynaldus, de teſtam. p. 1. num. 223. cum ſeqq.* Fragoſo *de regimine Reip. Chriſt. p. 1. lib. 1. diſp. 2, n. 237. cum ſeqq.* Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 21. diffic. 16. n. 16.* Joan. Præpoſ. *in 2. p.* S. Thomæ, *q. 5. de irregul. dub. 13. num. 122.* Diana 103
moral. reſolut. part. 6 tract. 7. reſol. 1. & multò minùs deſcendentes ab eis, etiam in primo gradu, debent impediri quominus ad Sacerdotium aſcendere valeant, ut declaravit Sac. Cong. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regulatium præpoſitorum ſub die 20. Martii 1594. plura in deteſtationem eorum, qui diviſionem inter utrumque genus faciunt, eleganter adducit Nicol. V. in Bulla de anno 1449. quam ad litteram refert Mariana *in ſua hiſtoria Latina, lib. 22. cap. 8.* Alexander Papa III. *in cap. eamte, de reſcript.* reprehendit Epiſcopum Cornacenſem, eo quòd non admittebat ad ſuæ Eccleſiæ præbendam quendam, qui ex gente Judæorum originem trahebat, ubi Gloſ. *verb. Iudæus*, rationem aſſignat, *quoniam de Iudæis converſis Eccleſia fundata eſt, cap. in novo, diſt. 11.* Non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæ quoque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſervitorem, *c. venerabilis 37. de prabend. & dignit. cap. ad decorem 5. de inſtit.* ubi Innocentius III. mandat de beneficiis provideri viros litteratos, & aliàs idoneos, undecunque originem duxerint. In hunc ſenſum ſanctiſſimus Pontifex Pius V. excluſionem eorum, qui à Judæis originem deducebant, in Religione S. Franciſci condemnans, ſic ait: *His qui ex Iudæorum genere deſcendunt, cum poſt ſuſceptum Baptiſma Græci & Iudæi diſtinctio eſſe non debeat, nullatenus defectus generis hujuſmodi, quominus in Ordinem prædictum recipiantur, & ad conſequendas in dicto Ordine Dignitates, gradus, & officia Religionis, vel quidpiam alteri conceſſum, opponi poſſit, vel debeat,* ut ponderat Nov. *conſ. 16. de Regular.* Egregiè Concilium Tolet. XVI. *c. 1.* ſub anno 643. de quo Mariana *lib. 6. c. 18.* ait: *Qui ex Iudæis ad Chriſtum plenâ mentis intentione ſe converterint, & Fidem Catholicam abſque aliquo infidelitatis fuco ſervaverint, ab omni exactione, quam fiſco perſolvere conſueti ſunt, ſecuri, exortesque permaneant, & ſuis utilitatibus ut cæteri ingenui vacent; nam id æquitatis ordo depoſcit, ut qui Fide decorantur, coram hominibus nobiles, atque honorabiles habeantur.* Et ideo cum illa ſacræ Congr. declaratione concordant quæ tradit Zapata *de juſt. p. 2. c. 11. n. 7.* ubi in hæc verba: *Qui jam à nativitate Chriſtianam Fidem profeſſi fuerint, & ab ipſa infantia Fidei ſe addixerint, tametſi patrem, avum, aut proavum ethnicum, Iudæum & Saracenum habuerint, irregulares non ſunt, neque*

tanquam

tanquam neophyti à beneficiis, & Ecclesiasticis dignitatibus aut officiis secularibus prohibentur, neophyti non sunt, nec dici debent, c. fin. 48. dist. nec attento Iure communi à sacris Ordinibus, beneficiis, dignitatibus Ecclesiasticis, & honoribus publicis secularibus repelluntur, ut post alios resolvit Cov. in Clem. 1. de homic. p. 1. §. 2. n. 7. &c. Non igitur, ait Patritius Senensis, *posseri arcendi sunt parentum culpâ perpetuò à Republica, ne omninò felicitatem desperent, cùm videant nullam veniam sperandam esse, nullaque virtute sese redimere posse. Fit enim sæpenumero, ut eorum animi ad res novandas promptissimi sint, & desperatio aliquando in virtutem convertitur; facilè enim qui periclitantur Maronis doctissimi Poëtarum sententiam usurpant, Una salus victis nullam sperare salutem, &c.* Angelicus Doctor super illa verba Apostoli *ad Ephes. c. 2. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, lect. 5. pag. mihi 45.* multis probat unionem inter utrumque populum esse Juris divini; ideò ostendit Christum Dominum studuisse in totum evellere harum nationum æmulationes, & contentiones. *Quia scilicet*, inquit, *Christus utrumque populum, videlicet Iudæorum colentium Deum verum, & Gentilium ab hujusmodi Dei cultura alienatorum, conjunxit in unum, juxta illud Ioan. cap. 10. Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & fiet unum ovile, & unus Pastor. Et Ezech. c. 36. Rex unus erit omnibus imperans. Christus autem hunc parietem removit, ut nullum remaneret interstitium, factus populus unus Iudæorum, & Gentilium: & solvere parietem maceriæ, est solvere inimicitias, quæ erant inter Iudæos & Gentiles, ex quo oriebantur inter eos ira & invidia.* Ubi clarè de bonis & honoribus temporalibus intellexit. Hanc doctrinam confirmat S. Augustinus *de civitate Dei lib. 18. cap. 29. Propterea sequitur, & dicit: Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israël in idipsum, & ponent sibimet Principatum unum, & ascendent à terra. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquii Prophetici obtundetur sapor; recolatur tamen lapis ille angularis; & duo illi parietes, unus ex Iudæis, alter ex Gentibus, ille nomine filiorum Iuda, iste nomine filiorum Israël, eidem uni Principatui suo in idipsum innitentes, & ascendentes agnoscantur in terra, &c.* Plurimùm pluribus in locis Paulus Apost. elaboravit in contentionibus inter Judæos & Gentiles exortis sedandis, non quidem circa Sacramenta, & Fidei articulos, cùm omnes Christianam Fidem amplecterentur, sed super præcedentiis in officiis & honoribus, aliis alios excludere contendentibus. Ita Nicolaus V. in Bulla, de qua suprà mentionem feci, S. Hieron. *in argum. epistolæ ad Romanos*, Abul *in comm. ad c. 19. Levitici*, Soto *in præf. epist. ad Romanos*. Loca autem Apostoli de his contentionibus tractantia vide *in epist. ad Roman. cap. 3. vers. 3. & 29. & c. 11. vers. 17. & 18. & c. 2. vers. 10. & 11. & 1. ad Corinth. c. 7. vers. 19. & ad Ephes. c. 3. & ad Galatas c. 6. vers. 15. & 1. ad Timoth. c. 1. vers. 4. & ad Tit. c. 2. vers. 19.* Et à fortiori ab Ordinibus, & Ecclesiis excludendi non sunt descendentes à Gentilibus, seu infidelibus, qui voluntariè Fidem susceperunt, ut resolvunt Otalora *de nobilit. 2. p. 3. princ. cap. 7. num. 5.* Ricciul. *in tract. de neophyt. cap. 7. num. 30.* Solorzan. *de jure Indiarum tom. 2. lib. 1. c. 27. n. 77. cum seqq.* ubi etiam quod non debent excludi à Collegiis, & confraternitatibus, ac aliis officiis & ministeriis, in quibus sanguinis puritas requiritur.

104 Secundò, ordinandus non est homicida, *c. 1. de homic.* qui videlicet homicidium per se, vel per alium, etiam consilio tantùm, vel auxilio, aut quovis modo voluntariè, præterquam ad sui defensionem, commiserit, *Clement. unic. eod. tit.* Campan. *d. rub. 11. c. 23.* homicida enim est irregularis, ac proinde ad Ordines promoveri non potest, *c. fin. de tempor. ordin. c. de cætero, de homicid.* Conc. Trid. *sess. 14. de reform. c. 7.* ibi, *sed omni Ordine, &c.* quod etiam de minori intelligunt Covar. *in clem. Si furiosus, p. 2. §. 3. n. 5. in fine.* Hentiq. *in sum. lib. 14. c. 19. §. 1. lit. D.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 404. n. 2.* Idem quoque dicendum de mutilatione membrorum principalium, aut debilitatione notabili, quia hoc quantum ad irregularitatem homicidio comparatur, secundùm Gloss. *in d. Clem. un. verb. mutilet*, & ibi Cov. *p. 3. in initio n. 8.* Henr. *d. lib. 14. c. 12. §. 1. lit. B, & c. 14. §. 1. lit. G*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. c. 10. n. 49.* 105

Quid autem dicendum sit de milite, colligi potest ex sequentibus. *Cùm Ioseph Antonius Patientia per Reverendissimum sancti Severini Episcopum Ordines minores, quinimò primam Tonsuram sibi denegari exposuisset, eo quia esset miles, absque tamen eo quod aliquod homicidium in prælio patraverit, aut membrum propriâ manu mutilaverit, per Sacram Congregationem super hoc dispensari, & eidem Episcopo, ut Oratori Ordines conferat, ordinari supplicavit. Sacra autem Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, die 10. Aug. 1619. respondit, quod adultis, & maximè militibus non conferatur prima Tonsura.* Idem resolutum fuit die 6. Decembris ejusdem anni in Agrigentina, pro quodam in militia militum per quæstum tantùm descripto, absque eo quod unquam prælium fuerit. 106

Tertiò, excommunicati, suspensi, aut interdicti ab Ordinibus sunt repellendi, *18. dist. per tot.* Petr. de Bollo *in œconomia Canonica, classi 1. c. 2. §. 6. pagin. 48.* & si de facto ordinentur, licet characterem recipiant, secundùm Camp. *in diversi jur. can. rub. 11. cap. 15. n. 14.* quem refero ego ipse *d. p. 3. alleg. 2. n. 7.* sunt tamen eo ipso suspensi ab Ordinum executione, præsertim excommunicati ob percussionem Clerici, cum quibus tantùm solus Papa dispensat, cum Religiosis verò, qui id aliquo modo ignoranter fecerunt, dispensat Prælatus, ut per textum *in cap. cùm illorum 32. de sent. excom.* resolvunt Suar. *tom. 5. de cens. disp. 31 sect. 1. n. 19.* Ægid. de Coninck *de Sac. & cens. tom. 2. disp. 15 n. 41.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 188.* Camp. *d. rub. 12. c. 15. n. 4. & 5.* Bernard. Diaz *in pract. cap. 14.* & Salzed. ibi advertit, hodie ex Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* sive detur scientia, sive ignorantia, Episcopum jure posse in hac irregularitate dispensare, si delictum occultum sit, quod tunc erit quando excommunicatio occulta est, licèt celebratio ipsa publica sit. 107

Quartò, Infames infamiâ juris, quorum scilicet status vita & moribus est reprobatus, aut qui de crimine fuerint accusati, omninò ordinati non debent, *cap. laici. 23. dist. c. qui in aliquo, 52. dist. c. tantis, c. Daniel, 81. dist. cap. fin. de testib. cap. omnipotens Deus, de accusat. reg. infamibus, de reg. Iur. in 6.* & idem dicitur de infamia facti, id est hominum, quæ ex mortali tantùm crimine provenit, *c. infames 6. q. 1.* Sylv. *in sum. verb. infamia, n. 25.* Maiol. *de irreg. lib. 3. c. 1. n. 1.* Piasec. *in prax. Episc. p. 1. c. 1. n. 28. & 29.* Nic. Garc. *de benef. p. 7. c. 8. n. 5.* Beller. *disquisit. Cleric. p. 1. titul. de discip. Cleric. §. 1. à princ.* Camp. *d. rub. 11. c. 18. à n. 1.* Lav. *lucub. tom. 1. tit. 4. c. 16. n. 99.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad d. cap. laici, n. 1. dist. 33.* Quænam sint in universum crimina ex quibus infamia Juris, 108

ris, vel facti contrahatur, numerat Azor. *instit moral. p.2. lib.6. c.7. q.3.* quem refero Ego ipse *d p.2. alleg.43. ex n.15.*

109 Quintò: Quilibet criminosus, & qui notoriè permanet in peccato mortali, *c.ex tenore, c. ad aures, de temporib. ordin.* sed si peccatum esset occultum, non esset talis ab Ordinibus repellendus, si publicè petierit ordinari, ne crimen occultum publicum fiat, *d.c.ex tenore*, quia peccatum mortale de per se non impedit promovendum, nec sufficit ad repellendum electum, *c.sicut*, 27. juncta Gloss. 1. *de jurejur.* Gloss. *verb. emendato, in c. diffinimus*, 22.q.4. Rebuf. *in prax. tom.2. tit. de Cler. ad sac. Ord promot. gloss.4. n.6.* Fel. *in c. dilecta, n.4. de except.* ex hoc inferens valere electionem de Clerico constituto in peccato mortali, etiam occulto. Illustriss. D. meus Rod. à Cunha *in comm. ad c.1. n.1. dist.* 81. *& in comment. ad c.1. n.3. dist.* 47. ait esse necessarium necessitate præcepti, ut promovendus pro tempore promotionis non solùm sit sine macula criminis, sed etiam sine macula peccati mortalis, & esse tanquam præsumptuosum, ac mortaliter peccare, qui cum conscientia peccati mortalis ad Ordines suscipiendos accedit. Impediret autem peccatum mortale, ne quis ad Ordines promoveretur, si irregularitatem induceret, vel saltem talem præ se ferret infamiam, ut morum honestatem tollat, secundùm Felin. *in c.*

110 *dilecta, n.4. de except.* Cov. *in c. alma mater, p.1. §.8. num.4.* Specialiter autem ad Ordines promoveri prohibentur, qui crimen usuræ commiserit, *c. maritum, 33. dist.* ibi, *Qui usuras accepisse convincitur.* Perez *in proœm. tit. 2. col.26. vers. hinc venit, lib.8. Ord. pag.26.* Illustriss. D. meus à Cunha *in commem. ad d. c. maritum, n.7.* ubi intelligit tam in manifestis, quàm in occultis usurariis. Jul Lavor.

111 *var. lucubr. tom.1. tit.4. c.16. n.11.* Campan. *d. rub.11. cap.* 20. Simoniaci, præsertim in petendo Ordine, aut beneficio, *cap. sancitum 7. quæst.1.* Jul. Lavor. *d. c.16. n.118.* Campan. *d. rub.11. n.27.* Tamburin. *de jure Abbatum disp.5. q.21. n.8. tom.1.* Aleatores pu-

112 blici, *cap. inter dilectos, de excess. Prælat.* Jul. Lavor. *d. cap.16. n.112.* Falsificatores litterarum Apostolicarum, idem Lavor. *d. cap.16. n.110.* Campan. *d. rub.11. c.28.* Tambur. *dist. q.21. num.2.* seu perjuri, Lavor. & *d. cap.16. n.111.* Tamburin. *dict. q.21. n.11.* Campan. *d. rub.11. cap.29.* An autem, & quando crimen committens possit ordinari post peractam pœnitentiam, latè tradit Illustrissimus D. meus Rodericus à Cunha *in comm. ad princ. dist.39. n.6. cum tribus seqq.*

113 Sextò: Accusatus, vel denunciatus de aliquo crimine, pendente accusatione, seu denunciatione, ad Ordines, aut Ecclesiasticam Dignitatem promoveri non potest, *cap. Omnipotens 4. de accusat.* Roman. *singul.438.* Selv. *de benef. p.3. q.5. n.31.* Cov. *lib.1. var. c.16. num.11. vers. quarto.* Nav. *cons.6. & 7. de accusat.* Zerol. *in praxi Episc. part.2. verb. Ordo, §.1.* Nicol. Garc. *de benef. p.7. cap.8. num.6.* Beller. *disquis. Clerical. part 1. tit. de discipl. Cleric. §.10. à n.37.* Seraphin. *dec.391.* Jul. Lavor. *dict. cap.16. numer. 103.* latè & eleganter Illustriss. D. meus Rodet à Cunha *in comment. ad cap.3 dist.81.* Quod quidem non habet locum in accusato per malevolos, & non gravato apud graves, & bonos viros, quia alioquin facillimè cuique pateret via optimos & doctos impediendi ab acquisitione bonorum per concursum, si sola accusatio à quovis malevolo, vel improbo facta, non sequutâ apud bonos, & graves viros infamiâ, sufficeret ad repellendum à concursu, & petitione beneficii, quod esset absurdum, & ita non dicendum, ut per Nicol. Garc. *de benef. part.7. cap.8. n.7.* quem refero ego ipse *d. part.2. alleg.43. num.14.* Roder. à Cunha *ubi suprà, num.5.* Et ideo pendente accusatione, interim dum ad sententiam devenitur, dicitur accusatus infamis infamiâ facti, quæ incurritur cùm quis noratur de aliquo crimine apud bonos, & graves, seu cùm opinio alicujus gravata est apud bonos, & graves super aliquo crimine, seu peccato. Nicol. Garc. *dict. cap.8. num.12.* Campan. *d. rub.11. cap.18. n.5.* & alii citati per me *d. alleg.43. num.17.*

114 Adverte pœnitentem posse ad majora admitti, & promoveri, ut multis auctoritatibus probat B. Gregor. *inc. quid ergo, dist.50.* & licèt sint plura Jura, quæ videntur velle, quod lapsi non sunt promovendi, debent intelligi de facili, & de rigore, secus ex benignitate, *cap. ipsa pietas, 23.q.4.* prosequitur latè Decian. *in tractat. crimin. lib.5. cap.54. num.10.* Deus enim plus gaudet de pœnitente, quàm de innocente, quia plerumque pœnitentes cautiores, humiliores, & ferventiores resurgunt, ut exponit Gloss. *in cap. quia sanctitas, dist.50.* Unde dicit S. Thom. 1. *part. q.20. art. ult. ad 4.* quod pœnitentes, & innocentes sunt sicut excedentia, & excelsa; nam si verè sint pœnitentes, sive innocentes, illi sint magis dilecti qui plus habent de gratia.

115 Septimò. Non debet ordinari, qui aliquando in furiam insanivit, ut per textum *in d. c. maritum, dist.33.* resolvunt Nav. *in man. c.15. num.72. & 203.* Sayr. *de censur. lib.6. cap.13. num.1.* Perpetuò enim manet irregularis, qui semel in furiam incidit, licet postea sanitatem recuperet, ut per Vivald. *in candel. aureo, tit. de irregul. n.181.* Sayr. *d. lib.6. cap.6. num.14.* Valenz. *cons.25. num.5.* Suar. *tom.5. de censur. disput.51. sect.1. num.4.* ubi intelligit de furore, qui procedit ex propria organorum læsione, non autem si ex vehementi febre quis deliret, vel furiosus fiat, quia nullam inde contrahit irregularitatem, de quo etiam Vivald. *ubi suprà, num.182.*

116 Octavò: Pœnitentes solemniter, id est qui publicam pœnitentiam pro gravi, & publico delicto egerunt, ordinari prohibentur, propter Ordinis dignitatem, *d. cap. maritum, cap. ex pœnit. cap. illud, dist.* 33. & quia tales reputantur faciles ad crimina perpetranda, nec sine populi offensione in tali ministerio deservirent, neque alios redarguere possent, *cap. de his verò, 50. dist. cap. fin. dist.25.* Quaro sic docent Maiol. *de irreg. lib.3. c.2. sub n.4.* Camp. *d. rub.11. c.21.* Suar. *de cens. disp.42. sect.2. n.2.* Sayr. *eod. tract. lib.7. c.10. num.19.* Illust. D. meus Rod. à Cunha *in comm. ad d. c. maritum, n.9.* ubi *n.10.* subdit per publicam pœnitentiam non impediri aliquem ad Ordines promoveri, vel illos exercere, si jam sit promotus, nisi contingat ex tali pœnitentia consurgere gravem infamiam. Ego ipse *d. p.2. alleg.10. n.42. & alleg.43. n.7. secundùm Lugd. impress.* ubi resoluto, quod peractâ publicâ pœnitentiâ, dummodò non sit solemnis (solemnis, & publica illa erat quæ cum certa quadam forma verborum ob crimen scandalosum imponebatur, de qua *in c...64. dist.*) potest quis ordinari, at propter necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ licere Episcopo cum solemniter pœnitentibus ad suscipiendos minores Ordines dispensare, resolvunt Bern. Diaz. *in pract. c.23. n.3.* Maiol. *d. c.3. sub n.6. vers. hæc quæ,* Camp. *d. rubr.11. c.21. n.7.* Mar. Alt. *de cens. tom.1. disp.16. de susp. c.1. v.4. casus,* quos refero ego ipse *d. alleg.43. num.8.*

num. 8. Et ideò ordinans solemnem pœnitentiam peragentem, incurrit suspensionem per annum à celebratione, ut *p.* 3. *alleg.* 11. *n.* 15.

117 Nonò, Bigami, seu Digami, ideſt qui plures habuerunt uxores, ſive diverſis temporibus, ſive eodem tempore, non poterunt ordinari, *c. acutiùs*, 26. *diſt. c.* 1. *&* 2. *diſt.* 33. *c. curandum, cum ſeqq.* 34. *diſt. & per tot. de bigam. non ordin.* Galganet. *de Iure publico lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 24. Bern. Diaz *in practic. c.* 16. Bellet. *diſq. Cleric. p.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* §. 6. *n.* 1. Campan. *d. rub.* 11. *c.* 6. Laurent. de Peitinis *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *c.* 5. §. 8. Petr. de Bollo *in œconomia Canonica, claſſi* 1. *c.* 2. §. 4 *pag.* 46. Marcel. Vulpe *in praxi fori Eccleſ. c.* 45. *à num.* 1. Tranſmiera *de polygamia, q.* 2. *num.* 23. Torreblanca *lib. c.* 13. *n.* 56. *cum ſeqq.* Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 49. *n.* 17. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 1. *c.* 1 *à num.* 37 quod & de Bigamia etiam ex parte uxoris intelligitur, quæ videlicet alium virum habuerit, *d. c. curandum, c. ſi quis viduam*, 10. *diſt. c. tam litteris, de teſtib.* quod ſi tales de facto ordinentur, nomen quidem cum charactere habebunt, officium verò minimè, nec gaudent privilegio Clericali, ut habetur *in c.* 1. *de bigam. lib.* 6. Rota *in Veron. penſionis*, 23. *Febr.* 1600. *coram Card. Lancellotto jun. & in Caſarauguſtana penſionis*, 18. *Iunii* 1610. *coram eodem, & in Ferrarienſi penſionis*, 14. *Iulii* 1624. *coram bon. mem. Remboldo, & in eadem* 21. *Martii* 1627. *coram Card. Virili.* Hæc autem conſtituta fuerunt propter continentiæ & honeſtatis legem miniſtris Altaris impoſitam, *c. lex continentiæ*, 31. *diſt. cum ſimil.* Unde circa hoc ſunt quæ-
118 dum notanda. Primò, quod inter bigamos reputatur quoad Ordines non recipiendos, qui virginitatem profeſſam fuerit prævaricatus *c. quotquot*, 27. *quæſt.* 1. expreſsè enim prohibetur Monachus Ordinari, qui uxorem poſt factam continentiæ profeſſionem ducere auſus fuerit, *c. Monachi, eadem cauſa, & quæſt.* Ita & Clericus, qui in Sacris conſtitu-
119 tus uxorem duxerit, quamvis revera bigamus non dicatur, pro bigamo tamen ad recipiendos majores Ordines reputatur, *cap. nuper, de bigam.* Ratio eſt, quia adſtrictus voto ſolemni, cenſetur ſpirituali quodam matrimonio conjunctus cum Chriſto, & Eccleſia, & deinde volens carnaliter cum alia conjungi per matrimonium, cenſetur celebrare duo matrimonia. Quamvis autem ſecundum, carnale ſcilicet, invalidum ſit, per impedimentum procedens à voto ſolemni, vel ſacro Ordine, quia tamen adeſt effectus intentionis cum opere ſubſequuto, judicatur bigamus ſimilitudinariè, propter ſimilitudinem ad veré bigamum. Quæ ſic docent Navar. *in man. c.* 27. *num.* 195. *verſ. ſimilitudinaria, & conſ.* 1. *n.* 7. *verſ. ex quibus, de big. in utraq. edit.* Cov. *in Clem. ſi furioſus part.* 1. §. 2. *n.* 2. *verſ. Tertio*, Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 190. Ugolin. *de officio Epiſc.* 56. § 3. *n.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 85. *num.* 8. Bonacin. *de cenſur. diſput.* 7. *q.* 2. *puncto* 5. *num.* 2. *verſ. bigamia*, Camp. *d. rub.* 11. *cap.* 6. *n.* 11. Bellet. *d. part.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* § 6. *num.* 40. Hieron. Roder. *in compend. qq.*
120 *Regul. reſol.* 16 *num.* 11. Secundò, quod qui plures habuit concubinas, eſſe bigamus non cenſetur, nec tanquam bigamus ab Ordinibus repellitur, *cap. quocirca, de bigam.* Cov. *in d. Clem. ſi furioſus, part.* 1. §. 2. *n.* 2. Cened. *ad Decretal. collect.* 112. *num.* 1. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 158. *concluſ.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 85. Bellet. *d.* §. 6. *num.* 35. Campan. *d. rub.* 11. *c.* 6. *n.* 10.
121 qui enim vinculo matrimonii iterum alligatur, in carnis commixtione vitam ducere velle, tacitè proteſtatur, *arg. cap. nuper, de bigam.* quod in concubinario ſolo non præſumitur, quamvis nec talis facilè ſit ordinandus. Unde tertiò eſt notandum, quod is, qui poſt mortem uxoris fuerit fornicatus, non eſt facilè ordinandus, *cap. ſi quis de lucis*, 34 *diſt.* qui verò longam continentiam poſt mortem uxoris, aut poſt incontinentiæ vitia ſervaſſe probatur, poterit arbitrio Epiſcopi ordinari, *arg. cap. prinſquam*, 28. *diſt. & cap. fraternitatis*, 34. *diſt.* Quartò, quod is non eſt ordinandus cujus uxo- 121
rem conſtat adulterium commiſiſſe, *cap. ſi cujus*, 34. *diſt.* Greg. Lop. *l.* 35. *glof.* 6. *tit.* 5. *p.* 5. Suar. *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 48 *ſect.* 3. *num.* 14. Sayr. *in ſimili tract. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 18. Unde bigamum dici il-
122 lum, qui virginem duxit, & poſt adulterium ab ea uxore commiſſum eandem carnaliter cognovit, ac proinde irregularem eſſe, & ordinari non poſſe, reſolvunt Sot. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 3. *art.* 1. *col. penult. conclus.* 3. Capell. Tholoſ. *quæſt.* 220. *in fin.* Albert. Trot. *de vero, & perfecto Clerico, lib.* 2. *c.* 11. *num.* 3. Alphonſ. de Caſtro *lib.* 2. *de leg. penali, cap.* 14. *corol.* 2. quod infert *ex* 1. *conc.* Viilad. *de irreg. c.* 13. *num.* 1. Borgaſ. *in ſimili tractatu, part.* 5. *tit. de big. num.* 46. Maiol. *eodem tractat. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 6. Covar. *in d. Clement. ſi furioſus, part.* 1. §. 2. *num.* 4. *verſ. quarò.* Petr. Sot. *lect.* 18. *de Matr p.* 4. *verſ. hac igitur*, Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 4. *c* 7. Henriq. *in ſum. lib.* 12. *de Matrim. cap.* 6. §. 10. Matienz. *in rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 102. *lib.* 5. *nova Recop.* Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 15. Salzed. *ad Bernard. in practic. cap.* 16. *lit. F.* Sayr. *d. lib.* 6. *c.* 4. *n.* 19. Sanchez *de Matr. lib.* 7. *diſput.* 84. *num.* 15. Hieron. Roder. *d. reſolut.* 16. *n.* 10. Bellet *d. p.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* §. 6. *num.* 39. Quod quidem locum habet etiam vir hujuſmodi cognoſcat uxorem adulteram, Eccleſiâ præcipiente, vel tempore, quo lis pendet, ſecundùm Gloſſ. *verb. admitti, in d. c. ſi. cujus*, Salzed. *d. cap.* 16. *ad fin.* Gutier. *d. c.* 25. *num.* 15. Henric. *d. c.* 6. §. 6. Fr. Emman. *in ſum tom.* 1. *capit.* 158. *num.* 4. *conc.* 3. Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 189. Cened. *ad Decretal. collect.* 166. *num ult.* Suarez *de tom.* 5. *diſput.* 48. *ſect.* 3. *num.* 17. Sanchez *d. diſput.* 84 *num.* 17. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 2. *c.* 9. *num.* 29. & etiamſi ignoranter eam cognoverit, cum hæc irregularitas contrahatur ex quacunque adulterii ignorantia cognoſcatur uxor, quia non agitur de vitio promovendi ad Ordines, ad quod deſideratur ſcientia, ſed de ſignificationis defectu, quem poteſt pati ignorans, ut expreſsè tenent Covar. *d.* §. 2. *num.* 3. Navar. *in man. c.* 28. *n.* 195. *verſ. ſecundò dico*, Tolet. *in ſum. lib.* 1. *c.* 226. *num.* 6. Henriq. *d. c.* §. 10. Sanchez *d. diſput.* 84. *n.* 13. *verſ. & ideò*, Suarez *d. ſect.* 3. *n.* 16. Quamvis contra eos teneant Rebuff. *de pacif. poſſeſ. n.* 194. Sà *verb. irregularitas, ubi de bigamia, n.* 3. Petr. de Ledeſma *de Matr. q.* 66. *art.* 3. *col. pen.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iurit part.* 2. *lib.* 16. *cap.* 10. *num.* 8. Quintò, quod qui habuerit uxorem ancillam, aut ſpectaculis publicis manciparam, non eſt ordinandus, *c. ſi. quis viduam, il* 2. *diſtinct.* 54 Maiol. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 15. Fr. Emman. *in ſum tom.* 1. *c.* 158. *n.* 3. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 196 Henriq. *in ſum. lib.* 14. *de irreg. c.* 5. § 4. *in fin.* Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 19. *n.* 14. Intelligo etiamſi illa mulier ſit virgo, propter vilem conditionem perſonæ, cui ſimilis efficitur qui cum illa contrahit, & ideò cenſetur indignus Ordinibus, qui contrahit cum mima, vel ſcenica, ſaltatrice, jocu- 123
latrice, abrepta, vel meretrice, ut Gloſſ. ſentit *in d. c. ſi quis viduam, propè fin* Suar. *d. tom.* 5. *diſp.* 48. *ſect.* 2. *in fin.* Sayr. *in ſimili tractatu, lib.* 7. *c.* 10. *n.* 8.

124 Sextò, quod, Clericus in minoribus constitutus, qui incontinenter vixit, poterit arbitrio Episcopi (ut continentiæ vinculo alligetur) ad sacros Ordines promoveri, præsertim si ejus ætatis sit, quæ futuræ incontinentiæ auferat suspicionem, *c. fraternitatis*, 34. *dist.* ut de ætate simili tradunt Alciat. *de præs. q.* 2. *præs. 1. n.* 8. Tiraq. *l. 6. connub. gloss.* 1. *p.* 6.

125 *num.* 9. Menoch. *de arbit. casu* 89. *n.* 55. Septimò, quod bigamus effectus bigamiâ interpretativâ, etiamsi antè constitutus esset in ordine Ostiariatus, non potest mortua uxore dispensari per Episcopum, ut in Ordine susceptro ministret. S. Congreg. Concil. *in Ferentana*, 13. *Aprilis* 1630.

126 Decimò: Conjugati non sunt ad Ordines promovendi, *per tot.* 31. 32. 33. & 34. *dist. cap. conjugatus*, *de convers. conjugat. c. fin. de temp. ord. lib.* 6. Doctores *in c. quod ate*, *de Cleric. conjug.* Camp. *in diversorio Iuris Canon. rub.* 11. *c.* 12. Galgan. *de jure publico*, *lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 23. Ministris enim Altaris, quibus quotidiana necessitas orandi & sacrificandi incumbit, numquam conjugali officio vacare permittitur, *c. si laicus*, *c. antè*, *in fine*, *c. Sacerdotibus*, *c. nam sicut*, & *per tot.* 31. *dist.* cum citatis à Bellet. *d. tit. de disciplina Cler.* §. 6. *à princ.* nisi Religionem intravetint de consensu uxorum, aut de earum consensu Clerici velint in sæculo fieri, *d. c. conjugatus*, *de convers. conjug. c.* 2. *de Cler. conjug. c. assumimus*, 28. *dist. d. c. fin. de temp. ordin. lib.* 6. Bellet. *d.* §. 9. *à num.* 18. nam si uxor est senex, non suspecta de incontinentia, sufficit vorum continentiæ ipsius in sæculo; si verò sit juvenis, desiderabitur ingressus ipsius in Religionem, ut colligitur ex textu *in c. uxoratus*, & *c. Apostolicam*, *de convers. conjug.* & juxta hæc intelligendus venit textus *in d. c. conjugatus*, dum solius voti castitatis uxoris meminit ad viri promotionem, ut scilicet procedat quando uxor est senex, nec de incontinentia suspecta, ut docent Navar. *in manual. c.* 22. *num.* 52. Covar. *de sponsal. lib. p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 13. *quæst.* 7. Cald. Pereira *de empt. c.* 30. *num.* 16. Gutier. *de Matrim. c.* 96. *à princ.* Sanch. *in simili tract. lib.* 7. *disput.* 39. *num.* 6. ubi *num.* 8. resolvit Sacris initiatum ex legitima uxoris licentia manentis in sæculo cum voto castitatis posse simul habitare cum ea, si suspecti minimè sint, secus si suspecti sint; tunc enim nullatenus sunt permittendi simul habitare. Hoc autem locum habet præcipuè in his, qui volunt ad sacros & minores Ordines promoveri, qui continentiam profiteri tenentur, ut videtur colligi *ex c.* 2. *de Cleric. conjug.* ubi solùm interdicitur ne conjugatus ad Ordines sacros promoveatur: & *in Extravag. Antiqua*, *de voto*, Joan. XXII. ubi similiter prohibetur promotio viri ad Ordines, sermo est de Ordinibus sacris, sed neque minores Ordines, nec Clericalis Tonsura est conferenda alicui conjugato sine uxoris licentia, *d. cap. fin. de tempor. ordin. lib.* 6. Azor. *d. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 4. *quæst.* 1. Sanch. *lib.* 7.

128 *disput.* 38. *num.* 6. Quamvis in his Ordinibus constituti possint contrahere matrimonium, *cap. si quis eorum*, *c. Electores*, *c. feriatim*, 32. *dist. c. à multis*, *de ætate & qual.* Gloss. *verb. ad sacros*, *in d. c. conjugatus*, Cov. *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. §. 3. *num.* 3. *in fin.* Hentiq. *in sum. lib.* 10. *de Sacr. Ord. c.* §. 2. *lit. L.* Vasq. *de Ordine*, *disp.* 249. *c.* 4. *num.* 39. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap. ult. q.* 14. Fillinc. *tom.* 1. *tr.* 10

129 *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 129. Si verò de facto conjugatus ordinetur in sacris, non servatâ formâ supra expositâ, erit perpetuò ab Ordinum executione suspensus, etiam matrimonio soluto, & fit inhabilis ad majores Ordines suscipiendos, & ad quodcunque Beneficium, aut officium Ecclesiasticum consequendum, *d. Extravag. Antiqua*, sed in minoribus Ordinibus, aut in Clericali Tonsura durante conjugio ordinatus est tantùm ab Ordinis executione suspensus, *d. cap. fin. de temp. ordin. lib.* 6. & ordinator illius est ipso jure ab ejus Ordinis collatione suspensus, *d. cap. ult.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 2. *cap.* 17. *num.* 7. Ego ipse *p.* 3. *alleg.* 111. *num.* 10.

130 Undecimò: Servi, vel mancipia ordinari non possunt, nisi plenæ libertati fuerint restituti, *tit. de servis non Ordin. &* 54. *dist. ferè per tot.* Bernard. & Salzed *in pract. cap.* 19. *in novissima edit.* Galganet. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 6. *cum seqq.* Camp. *d. rub.* 11. *cap.* 8. *à princ.* Piasec. *in praxi Episcopali*, *p.* 1. *c.* 1. *num.* 30. Bonac. *de censur disput.* 7. *quæst.* 2. *puncto* 4. *num.* 2. Bellet. *d. tit. de discipl. Cleric.* §. 14. *à principio*, Petr. de Bollo *in œconomia can. classi* 1. *cap.* 2. §. 3. *pag.* 46. Cardos. *in praxi Iudicum*, *verb. Sacramentum Ordinis*, *nu.* 45. Matchin *de Sacram. Ordinis tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 5. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinæ militiæ est aggregandus, ut à castris Dominicis, quibus adscribitur, nomen ejus nullius necessitatis vinculis abstrahatur, ut inquit Leo Papa *in cap.* 1. *dist.* 55. si autem de facto servus aliquis ordinetur, quid juris sit, sub hac distinctione est resolvendum, videlicet si ordinans sciebat illum esse servum, & eum ordinavit domino sciente, neque contradicente, ad quoscunque Ordines, statim fit liber, *cap. si servus sciente*, 54. *dist.* Azor. *dict. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. §. *si passus*, *vers.* 131 *item si servus*. Si verò domino ignorante, vel contradicente, sciente verò ordinatore, vel præsentatore, similiter fit liber, sed ille tenetur duos servos æquè bonos ejus domino tradere, *cap. si servus absente*, *ead. dist.* ipsis verò ignorantibus, sed sciente & contradicente domino, vel ignorante, tunc distinguitur de Ordinibus, scilicet quod si ad minores tantùm Ordines est promotus, redigitur in ptistinam servitutem, domino volente, & deponitur, *cap. ex antiquis*, *cum seqq. dist.* 54 *cap.* 2. ubi Gloss. *de servis non ord.* Gam. *de Sacram. præstandis ult. sup. damnatis*, *quæst.* 5. *n.* 9. Sed si ad Subdiaconatum, vel Diaconatum fuerit ordinatus, ipse dabit domino suo pro se vicarium, *cap. miramur*, *de servis non ord.* vel pretium, si potest, alioquin ipse quoque domino volente deponetur, & servituti restituetur, secus si ad Presbyteratum ascenderit, in eodem namque Ordine permanebit peculii sui amissione mulctatus, eo quòd sciens se servum passus est ordinari, *d. c. ex antiquis*: quod si peculium non habebit, serviet domino in divinis tantùm officiis, *c. frequens*, 54. *dist. c. nullius*, *de servis non ord.* Heur. *in sum. lib.* 14. *c.* 8 §. 7. *in princ.* Verùm si dominus ejus post annum tacuerit, cum de cætero repetere non valebit, sed is liber erit, *dict. c. si servus sciente*, ubi Gloss. *verb. unius*, tenet hunc annum computandum esse à scientia domini, non ab ordinatione servi. Sequuntur Sayr. *de censur. lib.* 6. Miranda *in man. Prel. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 2. *conc.* 4. *in fine*, Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *num.* 46. Hæc autem de illis servis intelliguntur, 132 qui ex utroque parente servo sunt nati; cæterùm natus ex patre servo, matre verò libera, liber est, & licitè poterit ordinari, *cap. fin.* ubi Gloss. & Doctores, *de servis non ordin.* Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 15. *n.* 4. Læl. de Zanchis *de privil. Eccles. privil.* 34. *num.* 24. quos refert, & sequitur Camp. 133 *dict. cap.* 8. *num.* 10. *vers. ut tamen*. Hæc eadem quæ de

de servis sunt dicta, de originariis quoque, adscriptitiis, & colonis, qui terræ colendæ perpetuò sunt adscripti, intelligenda videntur, propter eandem rationem, quæ & in ipsis videtur existere, de qua *in d.cap.1.dist.54.*Sed hujusmodi servitutem, tam circa originarios, quam adscriptios servos jam in usus non esse testatur Suar. *tom. 5. de censur. disp. 51.sect.3.n.15.*Liberti sine patronorum consensu ordinari non debent, quamvis non tanta in eis, sicut in servis, esse videatur quoad hoc observatio, *cap. fin. 54. dist.*An Æthiopes sint irregulares, vide Dianam *moral.resolut. part 4.tract.2. resolut. 84.*

134 Duodecimò, Curiales, id est, qui propter aliquod officium Curiæ sunt addicti ordinari non debent, *c.præcipimus, 54 dist.c.1.& 2.& per tot.51. dist.cap.unic. 53 dist. cap. si quis, 77.dist.cap. infames, 6.q. 1.*S. Anton. *p.3.tit.29. cap.6.*Sylvest.*verb. Ordo 4. vers.nec septimò*, Tabien. *eodem verb.4.* Maiol *de irregul. lib.2. cap.5.*Galganet. *de jure publico lib.3.tit.1.num.3.*Tolet.*in sum.lib.1.cap.41.n.2.* Henriq. etiam *in sum. lib.14. cap. 5.§.5.& in gloss. littera L*, Sayr.*de censur.lib. 6. cap.14.num.9.* Petr. de Bollo *in œconomia canonica, classi 1.cap.2. §.4.in fin. pag.47.* Diana *moral. resol.p.4.tract. 2. ref.98.in princ.*Illustriss. D.meus Roderic. à Cunha *in comment.ad cap.1.num.8.& à cap.2.dist.51.*Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.3.tract.2.num.64.* Campan. *in diversor. Iuris Canon. rub.11.cap.24.* Bellet. *d.tit. de disciplina Cleric.§.12.num.6.*ubi hoc intelligendum esse existimat de iis Curialibus, qui exercuerunt sæva, vel turpia, sive vilia, ut sunt nuncii, lictores, & id genus similia, seu qui fuerunt Officiales in causa sanguinis, &c. quia nec poterant tales ad armatam militiam assumi, *leg.omnes, Cod. qui militare possunt, lib. 12.* optimè Suar. *de censur. tom.5.disput.47.sect.4.num.11.* ubi concludit Curiales, qui irregularitatem incurrunt, esse omnes, qui in quacunque sæculari Curia ministri sunt in causis sanguinis, quomodocunque ad illas cooperentur, ut tabellliones, sollicitatores, procuratores, & inferiores ministri, qui vel denunciant, vel scribunt sententiam, vel aliquod simile munus exhibent, quos omnes dicit esse irregulares, dum talibus detinentur; alios verò ex iis, etiam postquam talia munera dimiserunt, nimirum eos, qui dum eis occupabantur, irregularitatem ex lenitatis defectu contraxerunt, aut infames facti sunt. Sayr. quoque *dict.lib. 6.cap. 16. num.12.* numerat satellites, lictores, ministrum justitiæ publicæ, qui vindictam exercet mutilando, strangulando, in frusta secando, &c. item deferentes instrumenta sanguinis, eaque ad id aptantes, & applicantes; cursores quoque ad eandem causam sanguinis deputatos, & præcones, quos omnes irregulares dicit. Qui ergo oblati sunt Curiæ alicujus publicæ potestatis, sive sint milites, sive advocati, aut judices, vel aliud officium gerentes, sive honestum, sive inhonestum inducens, præsertim verò in causa sanguinis non sunt ad Ordines promovendi, quandiu in hujusmodi perdurant Officiis, aut sunt in his Curiæ obligati, nec à Curia absolvuntur, *cap. Ossiut, 61.dist.* qui nec eo casu poterunt ordinari, si inde irregularitatem aliquam, vel infamiam traxerint, nisi cum eis fuerit dispensatum, ut infrà videbimus, sed & adeò debent à Curia esse soluti, ut repeti omninò non possint, *cap. 2. & 3. dist.51.*

Decimotertiò: Obligati ad reddendas rationes 135
alicujus administrationis publicæ per ipsos gestæ, non possunt fieri Clerici, nisi priùs deposito onere, & ratione reddità, *c.non fidat, 50 dist.c.legem, 63. dist.cap. magnus, 54.dist. cap. 1.*ubi Doct. *de obligat. ad ratiocin.*Bernard.& Salzed.*in pract.c.20.* Navar.*cons.1. aliàs 4.num.7. de Regularib.* Henriq. *d.lib.14.cap.5. §.5.* Escobar *de ratiocin. cap. 4. ex num. 1.*Curia Philip.*p.2.lib.2.c.19.num.7.cum seqq.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit. lib.30 num.65. cum seq.*Camp.*d.rub.11.cap.2.num.2.& 3.*Bonacin. *de censur.disput.7.q.2.puncto 5.num.2. vers.quartò*, Bellet. *d.tit.de disciplina Cleric. §.11.à princ.* Amplia ut ratiociniis implicati propter administrationem rerum etiam singulatium personarum, non solùm promoveri nequeant, dum gerunt, exercéntque officium, sed etiam expletâ administratione & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato iis aliqua mota esset, vel in procinctu esset ut moveretur; tunc enim ante litis exitum promoveri non possunt, immò si de facto promoverentur, digni essent depositione, etiamsi postea in causa vincerent. Glossa *verb. obsepsit, in cap. tantis Daniel*, & ibi Archid. *dist.31.*Maiol. *de irregul.lib.2. cap.11 num. 4. vers. in privatis*, Salzed.*d.cap. 20.num 3.* Campan. *d. cap.9.num.3.* Limita primò in eo, qui gravatus est debito sine aliqua administratione contracto, veluti ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus aliis contractibus; nam obligatione, vel lite pendente, ab Ordinibus sactis minimè arcetur, ut per Abb. *d.§.1.quæst.antepen.* Salzed.*d.cap.20. n.4. vers.inter*, nisi maximè ære alieno gravatus in bonis non habeat, ut debitis satisfaciat. Campan.*d. cap 9.num.9.*Secundò limita in eo, qui rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum, vel cujuslibet alterius piæ causæ, vel privatæ administrator fuerit, quia administratione pendente Ordinibus initiari non prohibetur, *cap.uli.dist.96.cap. judicatum, dist.89.* Salzed.*d.cap. 20. num. 3. vers. item*, Bellet.*d.§. 11.num.5.*Campan.*d.c.9.vers.prædicta autem prohibitio.* Tertiò limita in eo, qui publicis ratiociniis adstrictus fidejussores præstiterit, ut per Abb. *num. 16.in d.c.1.de obligat. ad ratiocin.* Maiol.*d.c.11. num.14.*subdens hoc procedere, si fidejussor constituat se principalem, ita ut possit ante principalem debitorem conveniri.Campan.*d.cap. 9. num.12.*ubi *num.13.*resolvit hæredem obligarum ad reddendas rationes non posse Ordinibus insigniri. Quartò limita in eo, qui in aliquo, licèt minori, constitutus Ordine, alicujus, etiamsi liberalis personæ tutor, curator, aut generalis quomodolibet fuerit administrator, tametsi nondum cœptum sit de administratione ratiocinari, ad altiores enim Ordinum gradus ascendere poterit, ut per Joan. Fabr.*in l. quisquis, n.8.C.de Episc.& Cler.*Campan *d. cap. 9. n. 11.*

Decimoquartò: Corpore vitiati, vel imminuti 136
ordinari non debent, *cap. illiteratos, 36. dist.c. non confidat, 50. dist. & per tot. de corpore vit.* Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.2.c.16.*Piasec. *in praxi Episc.p.1.c.1.num.33.*Nicol.Garc.*de benef. p.7.c.12.n. 4.* Camp.*in diverf. Iuris Canon.rub. 11. cap.17.num.1.*Bellet.*d.tit. de disciplina Clericali,§.7. num.1.* Petr. Bollo *in œconomia canon. classi 1.cap.2. §. 3. rub. corpore vitiati non ordinandi*, Tortebl.*de lib. 2.c. 13.num. 47. cum seqq.* Hi autem sunt qui membro aliquo carent, vel debiles parte aliqua corporis sunt, aut infirmi, *cap. maritum, 33.dist. & 56.dist. per tot.* veluti si quis digito illo careat, qui pernecessarius est ad consecrationem, sicut

pollex

pollex, aut index. Borgaſ. *de irregul. tit. de corpore vit. num.* 4. Sayr. *de conſ. lib.* 6. *c.* 15. *poſt num.* 12. Bellet. *d.* §. 7. *num.* 18. Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 42. *à n.* 18.

137 vel manum habeat mutilatam, *c. expoſuiſti* 6. *de corp. vit* Flamin. Pariſ. *de reſign. beneſic. lib.* 5. *quaſt.* 6. *num.* 28. Beller. *d.* §. 7 *num.* 20. Campan. *d. cap.* 17. *à num.* 140. vel articulatam, & atidam, ad miniſterium exequutionis Ordinum inefficacem, Hentiq. *d. lib.* 14 *c.* 8 §. 4. *in fine.* Flamin. *d. lib.* 5. *q.* 6. *num* 49. Campan. *d. c.* 17. *num.* 17. aut perpetuò tremulam, & præcipuè ſi immineret periculum ſubverſionis ſanguinis. Ego ipſe *d. alleg.* 42. *num.* 17. aut ſi taliter claudus ſit, ut illum oporteat cum baculo accedere ad Altare, *c. nullam Epiſcopus*, ubi Gloſſ. *verb. cum baculo*, *de conſecr. diſt.* 1. *c. ſi quis infirmitate*, *diſt.* 55. Maiol. *lib.* 1. *de irregul. c.* 18. *n.* 2. Hentiq. *in ſum. lib.* 14. *c.* 8. §. 1. Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 22. Avila *in ſimili tract. p.* 7. *diſput.* 3. *dub.* 1. *verſ. ſed circa*, Suar. *eod. tract diſp.* 51. *ſect.* 2. *num.* 11. & 13. vel ſi ligneo pede incedat, Maiol. *d. cap.* 18. *num.* 3 Flamin. *d. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 46. Sayr. *d. lib* 6. *c.* 2. *num.* 22 Beller. *d.* §. 7. *num.* 23. Campan. *d. cap.* 17. *n.* 126. Avil *d. c.* 7. *diſput.* 3. *dub.* 2. §. *unde*

138 *ſi prima concluſio.* Ego ipſe *d. alleg.* 42. *n.* 43. Vel ſi os habeat ita deforme & imperfectum, corroſum ſcilicet, ac contortum, ut fœditatem, ac horrorem generet, Campan. *d. cap.* 17. *num.* 86. Ego ipſe *d. al-*

139 *leg.* 42. *n.* 34. Vel ſi naſum preſſum, vel ita grandem, ut vultum totum detineat, ut illius parvitas, magnitudo, vel tortuoſitas deformitatem pariat, *Levit.* 21. *n.* 18. Selv. *de benef. p.* 3. *q.* 5. *verſ. item ille*,

140 *in praxi. poſt n.* 44. Vel ſi careat unico tantùm oculo, quia caret membro principali. Navar *in manual. cap.* 27. *num.* 199. Campan. *d. cap.* 17. *num.* 70. Sayr. *d. lib* 6. *cap.* 8. *n.* 7. *in fine* Seraphin. *deciſ.* 615. *n.* 1. 2. & 3. Ego ipſe *d. alleg.* 42. *n.* 29. Avila *d. p.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 1. §. *hinc ſequitur*, Suar. *diſput.* 51. *ſect.* 3. *num.* 11. non admittit diſtinctionem dextri, vel ſiniſtri, dummodo carentia ſit alicujus: unde à fortiori orbatus utroque, & cæcus, tanquam irregularis ordinari non debet, nec celebrare poteſt, ſi in cæcitate ſit ordinatus. S. Thom. 4. *p. q.* 82. *art.* 10. *ad* 3. Sot. *in* 4. *diſt.* 13. *quaſt.* 1. *art.* 2. *ad* 3. Maiol *de irregul. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 1. & 2. Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 5. Suar. *d. diſput.* 51. *ſect.* 3. *num.* 31. Avila *d. p.* 7. *diſput.* 3. *dub.* 3. *verſ. ex hac concluſione*, Hentiq. *in ſum. lib.* 14. *cap.* 8. §. 2. ubi *in commento lit. N*, atteſtatur ſe vidiſſe plures cæcos diſpenſatos ad celebrandum. Qui caret virtute viſivâ in oculo ſiniſtro, licèt oculum habeat ſanum, & integrum, ex ſententia multorum eſt irregularis, quia caret oculo Canonis: ita in ſpecie Suar. *d. ſect.* 3. *num.* 15. Verùm ſi ita accuratè cerneret oculo dextro, ut adaptatione Miſſalis legere Canonem ſine indecentia, & deformitate poſſet, non eſſet irregularis, ac proinde minimè impediretur ordinari. Ita Nav. *in man. cap.* 27. *n.* 199. *verſ. quarò dico*, Maiol. *d. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 4. *verſ. illa quoque*, Vival. *in candel. aureo, tit. de irregul. num.* 142. Hentiq. *d.* §. 2. Avila & Sayr. *citatis locis.* Cætera oculorum vitia, ut maculæ, albugines, & quæ ſunt hujus generis, ſi faciant deformitatem, & horrorem generent, irregularitatem pariunt, ex iiſdem Doctoribus. Si verò deformitas non ſit ut aliquando non eſt in ſtrabonibus, & ils qui ſalientes, ſive emiſſitiis habent oculos, pertinebit ad judicium Epiſcopi, Sayr. *d. cap.* 8. *num.* 11. & 12. Avil. *d. p.* 7. *diſput.* 3. *dub.* 1. De ſurdaſtro quod Ordines ſuſcipere poſſit, cùm hoc naturæ vitium nec irregularitatem importet, nec impedimentum ad illos recipiendos gignat, reſolvunt Cov. *in Clem. Si furioſus*, *p.* 3. *in princ. n.* 8. Nav. *conſ.* 6. & 7. *n.* 3. *de corpore vit.* Vivald. *in cand. aureo*, *tit de irregul. num.* 156. Hentiq. *in ſum lib.* 14. *c.* 8. *n.* 3. Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *c.* 8. *num.* 27. Bonacin. *in ſimili tract. diſp.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *n.* 7. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 50. Filliuc. *in quaſt. moral. tract.* 19. *c.* 6. *num.* 169. Laym. *in Theolog. morali, lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 1. D. Joan. Solorzan. *en el memorial. diſcurſo informativo*, *juridico, hiſtorico*, *politico*, *n.* 66. ubi etiam an ſurdaſter poſſit eſſe judex? Diana *moral. reſol. p.* 5. *tract.* 6. *reſol.* 22. ubi etiam de muto & cæco.

141 Ordinati etiam non poteſt, qui adeò debilis fuerit aut deformis, ut vel miniſtrare non poſſit, vel non niſi cum ſcandalo, aut horrore, ob turpitu-

142 dinem, vel deformitatem id poſſit efficere. Hujuſmodi enim ſunt laborantes continuâ, & incurabili chiragrâ, vel podagrâ. Ugolin. *de irregul. c.* 51. §. 1. *n.* 1. Maiol. *c.* 21. *n.* 1. Laur. de Peitinis *de Prælato q.* 2. *c.* 4. *num.* 10. Camp. *d. c.* 17. *n.* 135. & 138. Ego

143 ipſe *d. alleg.* 32. *n.* 43. & ſcabie nimia inducente deformitatem, Hentiq. *in ſum. lib.* 4. *c.* 8. §. 8. *verſ. & ſcabies* Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 9. Molin. *de juſtit. tract.* 3. *diſput.* 70. *n.* 11. Camp. *d. cap.* 17. *n.* 163.

144 Ego ipſe *d. alleg.* 42. *n.* 44. Laurent. de peitin. *d. c.* 4. *n.* 6. & paralyſi, vel apoplexiâ, Hentiq. *d. l. b.* 14. *c.* 8. §. 8 *verſ. eadem ratio*, Camp. *d. c.* 17. *n.* 164. *cum ſeq.*

145 Ego ipſe *d. alleg.* 42. *num.* 45. Maiol. *lib.* 2. *de irregul. c.* 24 *num.* 1. Laurent. de Peitinis *d. c.* 4. *n.* 11. morbo comitiali, ſeu caduco, Maiol. *de irreg. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 4. Ugolin. *eod. tract. c.* 54. §. 1. Alvar. pelag *de planctu Eccleſiæ*, *lib.* 1. *c.* 48 *lit. F*, Nav. *in man. c.* 27. *n.* 203. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 8. *num.* 32. Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *c.* 9. *num.* 11. Laurent. de Peirinis *d. c.* 4. *n.* 12 Hentiq. *d. lib.* 14. *c.* 8. §. 8. Flamin. *d. q.* 6. *num.* 106. Raguc. *de Miſſa in Eccleſia, q.* 16. Filliuc. *tract.* 19. *num.* 181. *verſ. ſextum*, Bartholom. de Vecchis *in praxi ſervanda in admittendis ad religionis ſtatum Novit. diſp* 9. *dub.* 21. *num.* 4. *in princ.* Rota *deciſ.* 237. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Ego ipſe *d. alleg.* 42. *n.* 48.

146 Vel ſi leproſus fuerit, præcipuè ſi eſſet magna deformitas, aut abominatio, *cap.* 3. *de corpore vit. c. de Rectoribus*, *cap. tua, de clerico ægrot.* Beller. *d.* §. 7. *num.* 32. Jacob. de Graff. *in deciſionib. aureis*, *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 47. Hentiq. *d. lib.* 14. *cap.* 8. § 8. *in princ.* Campan. *d. cap.* 17. *à num.* 160. Laurent. de peitinis *de Prælato*, *quaſt.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. ubi *num.* 7. de laborante morbo Gallico. Si namque & in lege veteri *Levit.* 21. præcipit Deus, ne homo qui haberet maculam, offerret panes Deo, aut accederet ad miniſterium ejus, ſi cæcus fuiſſet, ſi claudus, ſi vel parvo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore (id eſt, morbum ſquammoſum corpus dehoneſtantem, ut ſcabies) ſi ſit hernioſus (id eſt, cujus inteſtina labuntur, vel deorſum confluunt) quæ omnia & ſimilia moraliter explicat B. Gregorius *in Paſtorali*, & habetur *in c. hinc etenim*, 49. *diſt.* & ſunt ab Epiſcopo in ordinandis animadvertenda, et ſi non omnia de Jure Canonico impediant Ordines.

147 Illi verò præſertim non ſunt ordinandi, qui ſe ſponte in quacunque parte corporis quamvis de cauſa vitiarunt, etſi non eſſent propterea deformati, aut debiles effecti, ut in Canonibus Apoſtolorum habetur expreſſum, ſicut habetur *in cap. ſi quis abſciderit*, & *in cap. qui partem.* 55. *diſt. d. cap. maritum*, 33. *diſt.* quod tamen de vitio notabili eſt accipiendum. Qui ſe caſtraverunt, ſeu permiſe-

runt

runt ſponte ſe caſtrari, non poſſunt ordinari, *diſt. c.ſi quis abſciderit, c.ſi quis pro agritudine.55. diſt. cap. 1.de corpore vit.* etiam quod hoc fecerint ut caſtè vivant, *d.cap. ſi quis pro agritudine, cap.ſignificavit 4.de corpore vit.* docent Nicol.Gatc. *de benef.p.7.cap. 12. à num.7.*Bellet.*d §.7.n.12.*Molfeſ.*in ſum. Theolog.moralis, tract.2.c.16.num.16.* Raguc. *de miſſa in Eccleſia, q.12.n.2.* Ego ipſe *d. alleg.42. num.13.* Carni enim repugnare neſcit, qui non ad jejunia, flagellationes, humicubationes, frequentiam Confeſſionis, & Auguſtiſſimæ Euchariſtiæ, ſed ad amputanda vitilia confugit, cùm certum ſit eunuchos libidine magis incendi, & ad concubitum impatientiſſimè ferri ut benè probant Petr. Gregor. *ſyntagm. Juris part.2. lib. 7. cap. 2.* Sayr.*de cenſur. lib.6.cap.7.num.12.* ex qua ratione evidens fit, illicitum eſſe parentibus, etiamſi fiat ſine periculo vitæ, de eorum conſenſu eunuchizare filios, quos plurimum Eccleſiæ profuturos ſperant, quia talis caſtratio eſt *intrinſecè* mala, & mala non ſunt facienda, ut inde eveniant bona. Ita Ghilin. *in ſum. verb Caſtratio*, Marcel. Megala *in prompt.tom.2.verb.Eunuchus, num.* 2. Diana *moral. reſol. p.3.tract. 5.reſol.38.& p.6.tract.6.reſol.35. in med.* ubi verò quis non ſponte, ſed caſu fuerit ſectus, vel caſtratus, nempe propter infirmitatem, aut languorem, aut ab incunabulis, ſeu à barbaris, aut per inſidias hominum, ſive dominorum, poteſt fieri Clericus, & ſi jam ſit in ſuſceptis Ordinibus, miniſtrare poterit, *cap. ſi quis à Medicis, d. cap.ſi quis pro agritudine, cap.lator, cap.præterea,55.diſt.* docent Henriq. *d. lib. 14. c. 8. §. 1.* Nicol. Gatc.*d. p.7.cap.12.num.* 7. Sayr.*in clavi Regia, lib. 7. c.9. num.* 34.*& ſeq.*Bellet.*d. §. 7. num.* 16. Campan.*d. rub.11. cap. 17.ſub num.* 124. Ego ipſe *d alleg. 42. num.14.*& in hoc caſu non eſt opus ei, cui vitilia abſciſſa ſunt, ſecum in pulverem redacta, aut ſicca portare, Gloſſ.1. *in d. cap.Eunuchus,*Abb. *in c. ex parte, num.6. de corpore vit.*Bellet.*d. §.7. num.* 17. Vivald.*in candel. aureo, tit. de irregular. num.* 172. Tolet.*in ſum. lib.1. cap. 63.num.4.ad fin.* Ugolin.*de irregul. cap.49. num.5.*Quod adeò verum eſt, ut hic ſic ob ægritudinem de conſilio Medicorum caſtratus, ſine ulla diſpenſatione ad Ordines ſacros ab Epiſcopo ſuo promoveri poſſit, ſecundùm Navar. *conſ. 2.ſub tit. de corpore vit.in novis,*Sayr. *eod.tit. deciſ.3.* quos refero ego ipſe *d.allegat.42.num.* 16. *in fine.* Limitatur tamen, niſi id ſuâ culpâ acciderit, veluti ſi cognovit carnaliter mulierem habentem morbum Gallicum, & ex hujuſmodi contagione amiſit membrum genitale, attento quod ex hoc id ſolet ſuccedere, niſi ignoranter eam cognoviſſet, quam ſanam putabat, ut per Fr.Emman. *in ſua ſum.tom. 1.cap.18.n.7.*Idem ſi fuerint illi abſciſſa vitilia adultero, marito ulciſcente injuriam, quia ipſum invenit cum ſua uxore coire, ſicuti tradunt Villadieg. *de irregular. tit.de corpore vit. colum.* 2. Ugolin.*eodem tract.cap.51.num.* 3. Cov. *in Clem. Si furioſus, part.1.in initio,num* 6. Suarez *tom. 5. de cenſur.diſput. 51.ſect.2.num.*8. Sayr. *eod. tract.lib.7. cap. 7. num.* 12. *&* 13. Molin.*de Juſtit. tract. 2.diſput.70.num.*18.Campan.*d.rub. 11.c. 17. num.*11. Quis autem poſſit cum hujuſmodi corpore vitiatis diſpenſare, diximus latè *d. alleg. 42. ex num.57.*

148 Decimoquintò: Arreptitii, ſive à dæmone obſeſſi, & energumeni, qui ex dæmonis agitatione ad terram alliduntur, vel eos ſpiritus malignus corporaliter aliquo modo vexat, non poſſunt ad Ordines promoveri, aut in Ordinibus miniſtrare, *d. cap. maritum, & cap.communiter, cum ſeqq. 33.diſt.* Pelag.*de planctu Eccleſiæ, lib.1.c.48 §. Dæmoniac vexatio* Nav.*in man.c. 27. num. 103. verſ. decimoquartò*, Vivald.*in candel aureo, tit. de irregular.num* 184. Suar. *de cenſur. diſput. 51.ſect.1.n.7.* Jacob de Graff *d.p.1. lib 4. cap 27.num.47.* Henriq. *d. lib. 14. c 8.* §. 8. *lit. A*, Molin. *diſt 70.num.* 12. Sayr.*d.lib.6.lib.6.c.9.num* 14 Bellet.*d. §. de diſcipl. Cleric.§. 8.num.* 9.Campan. *d.cap 17.num.*188.Fellinc.*tract. 9 num.* 181. *verſ. ſeptimum*, Raguc. *de Miſſa in Eccleſia,q.17.num.*1. Barthol.de Vecchis *in praxi ſervandain admittendis ad religionis ſtatum Novit.diſp.9.num.21.ſub num.4.*Egoiple *d.alleg 42. ex num.* 51.Quod amplia, etiamſi ſemel hoc genus vexationis paſſus fuerit, Vivald *d.tit.de irregul.n.81.* Suar. & Sayr.*prox mè citatis locis*. Valenzuel. *conſil. 25.num.2.cum ſeq.*Illi enim qui poſt promotionem ſunt à dæmonibus obſeſſi, tamdiu erunt ab officiis ſuis, Ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio, per diſcretionem Epiſcopi inveniantur ab hujuſmodi calamitate liberati, & alieni: quod quidem totum arbitrio Epiſcopi eſt remittendum, ut penſatis conditionibus morbi, & perſonæ, ſciat quid faciendum. Ita Sayr.*d. lib. 6. c.9.num.14.verſ.quod ſi dicas*, Bellet. *d.§.7.n* 40. Suar. *d.diſp. 51.ſect.5.n.5. & verſ. quod ad uſum*, Ego ipſe *d.alleg.42.n.51.*

Decimoſextò. Illegitimi non poſſunt fieri Clerici, ſed ad Clericatum promovendi debent eſſe ex legitimo matrimonio, legitimiſque natalibus orti, *c. Presbyterum, & c.ſeq.56.diſt.cap.cùm in cunctis, de elect.cap.per venerabilem in fine, qui filiiſint legit. cap. 1.*& ubi Abb.*n.1. de filiis Presbyt.* Concil.Trid. *ſeſſ.25.de reform. cap.5.* Bell *de tit. de diſcipl.Clericali,3.p.à princ.*Camp.*in diverſ.Iuris Canon.rub.11. cap.13.* Laurent. de Peitinis *tom.2. de Prælato, q. 2. cap. 5.*§.Petr. de Bollo *in œconomia canon.claſſi 1. cap.2.§.3.pag.47. &* 48. Marchin. *d tract. 1.p. 10. cap.1.cum ſeqq.* Torteblanc.*d.lib.1.c.13.num.*42. An autem, & quando cum illis ad Ordines & beneficia poſſit Epiſcopus diſpenſare, diximus *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.2 alleg.45.* 149

Decimoſeptimò, Peregrini, & ignoti ordinari non debent, niſi bonum habeant plurium Epiſcoporum teſtimonium, *per tot. 98.diſt.& per tot.tit de Clericis peregr.* Galgan *de Iure publico lib.1. tit. 2. n.11.* nec ſtatur eorum juramento, niſi litteras teſtimoniales habeant, aut per alia argumenta probent non habere Canonicum impedimentum, *cap.inter quatuor, de Cleric.peregrinis.* Sunt autem peregrini in hoc quidem propoſito, qui non ſunt ſubditi Epiſcopo à quo poſſunt ordinari, *c.cùm nullus,de ætate & qualit. lib. 6.* Ignoti verò dicuntur quorum origo, vita, & irregularitas Epiſcopo non eſt nota.*c.Epiſcopus, 42.diſt.c.quærendum, 2.q.7.*Concil. Trid.*ſeſſ.6.de reform.c.5.* 150

Decimoctavò: ordinandus non eſt, qui beneficium Eccleſiaſticum non obtinet, vel aliud unde commodè vivere ac ſuſtentari poſſit, ne Clerici mendicare, aut aliud vile opus exercere cogantur, *cap. Diaconi ſunt, verſ. mendicat, 99. diſt. cap. 2. c. Epiſcopus,de præb.cap.ad ſupplicationem,de renunciat.* antiquis verò Canonibus, de quibus *in c. 1. & 2. diſt. 70.* prohibetur quenquam abſque titulo ordinari, aliàs irrita ſit ordinatio, quoad executionem ſcilicet, ut per Maiol.*de irregul.lib.4.c.15. in princ.* quem refero ego ipſe *d.part.2.alleg.19 n. 2. in fine.* Quod in Regularibus quoque non profeſſis ſtatuit ſummus Pontifex Pius V. Conſtitutione ſua incipiente *Romanus Pontifex*, ſub dat. Pridie Idus 151

Octobris

Octobris 1568. quem refert Piasec. *in praxi Episc. p. 1. cap. 1. de conferendis Ordinibus, num. 43.* & procedit tam in non professis, quàm in nulliter professis, ut cum multis resolvimus *d. alleg. 19. num. 5.* In professis autem titulum non requiri, post me ipsum, ploribus citatis, resolvit Alzed. *in praxi Episc. p. 2. cap. 5. num. 51.* Et quamvis *gloss. 1. in d. cap. 1. dist. 70.* teneat Tonsuram, aut minores Ordines suscipere ambientem titulo carere non posse, tamen in contrarium est communis Doctorum resolutio, qui asserunt ad minores Ordines titulum non requiri, quia in illis existens potest retrocedere ab Ordine Clericali, prout refero ego ipse *alleg. 19 num. 3.* & ibi citatis addo Alzed. *d. cap. 5. num. 50.* Ordinatus autem sine titulo justè ab ordinatore suo petere potest beneficium, aut vitæ necessaria, donec ei de beneficio provideatur, *cap. accepimus, de ætate & qualit. & si Episcopus, de prabend. lib. 6.* Ad titulum autem patrimonii sufficientis cum causa non prohibetur aliquis ordinari, *cap. tuis, de prabend.* Glossa *verb. possessionis, in cap. 1. dist. 70.* Alzed. *d. cap. 5. num. 59.* absque necessitate tamen, & utilitate Ecclesiæ ad patrimonii titulum neminem ordinari debere, censuit Sacra Congregat. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositum *in Policastren.* 12. *Maii* 1619.

152

153

De hoc autem Tridentinum Concil. *sess. 21. de reform. cap. 2.* statuit in hunc modum, videlicet: *Ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & ætate, ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id vero resignare non possit, nisi factâ mentione quod ad illius beneficii titulum sit promotus, nec ea resignatio admittatur, nisi constito quod aliunde vivere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innovando.* Hoc igitur locum habet in sacris tantùm Ordinibus, ut dictum est. Verùm quia de ejus materia latè egimus *d. tract. de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 19. & 20. & in collect. ad d. cap. 2. Concil. Tri.* & aliquid novissimè cumulavit Alzed. *d. cap. 5. ex n. 40.* & plura Anton. Novar. *in sum. Bullar. sub rub. de ordinandorum titulo & pœna Episcopi promoventis & promoti absque eo*, & sub alia *rub. de ordinatis ab alieno Episcopo ratione beneficii tenuis redditur*, ideò ad quæstiones descendere nolui, ne eas semel & iterum disputare cogar. Sufficiátque novissimas aliquas prælibare sacræ congreg. Declarationes hac de re editas, quæ sequuntur.

Patrimonium donatum per parentes ea conditione, ut filius usumfructum habeat interim dum beneficium aliquod, aut bona alia ad ejus congruam sustentationem sufficientia acquirat, est sufficiens, & ad illius titulum potest ordinari. Sacra Congreg. Episcop. & Regul. *in Eugubina*, 22. *Maii* 1590.

154

Patrimonii quantitas, ad quod quis promoveri

155 possit, non taxatur, sed remittitur ad terminos S. Congreg. Conc. teste Garc. *de benefic. p. 2. cap. 5. num. 113.*

Patrimonii examen pertinet ad Episcopum, privativè quoad alios. S. Cong. Con. *in Placentina, 16. Martii* 1630. 156

Patrimonia pro Clericis ad Sacros Ordines promovendis possunt constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione, quod si census redimeretur, pecunia ex Judicis Decreto apud idoneas personas deponatur ad effectum reinvestiendi. S. Congreg. Conc. sub die 2. Junii 1629. 157

Ordinari quis potest ad Sacros Ordines cum patrimonio sibi assignato à patre in bonis, quæ sunt directi domini Ecclesiæ, & de quibus solvitur quædam rata fructum in recognitionem, quatenus utile dominum bonorum per patrem assignandorum legitimè transferri valeat, & ad illius vitam honestè sustentandam dicta bona sufficiant. S. Conc. *in Lucana, 7. Septemb.* 1630. 158

Ordinatus in Subdiaconum ad titulum patrimonii ipsi à patre & patruo assignati, qui habuit postea notitiam prioris obligationis dicti patrimonii, cùm fuerit ab initio in bona fide, non incurrit pœnas *c. 2. sess. 21. de reform.* Ita S. Cong. Concsub die 26. Junii 1621. 159

Patrimonium Clerici, ad cujus titulum fuit quis ad sacros Ordines promotus, non potest capi in executionem ob illata vulnera alicui ad reficiendas curationis expensas à Judice condemnatus, etiamsi nihil aliud prætetea possideat, quia ejus alienatio interdicta est decreto Conc. *c. 2. sess. 21. de reformat.* S. Congreg. Concil. sub die 5. Februarii 1604. 160

Hæc sunt, quæ ab Ordinibus suscipiendis impediunt, & quæ præcipuè sunt animadvertenda in admittendis personis ad Clerum, unde & in omnibus ac prima Tonsura locum habent. Alia verò sunt, quæ in irregularitate illa continentur, quæ præcipuè à ministerio susceptorum Ordinum repellit, de quibus *lib. ult.* videbimus; nec enim omnia hæc, quæ exposuimus, à susceptorum ministerio expellunt, ut infrà dicemus. 161

Omnium igitur impedimentorum, quæ hactenus vidimus, aliqua sunt perpetua, cætera verò temporalia. Perpetuum impedimentum habent bigami, solemniter pœnitentes, & infames, neophyti, corpore vitiati, & hermaphroditi; hæc perpetua appellamus, quia semper durant, nisi per dispensationem, aut per Religionis ingressum tollantur, ut infrà *de transeuntibus ad Religionem*, videbimus: de dispensatione verò in hujusmodi casibus visum est suprà *de potestate Romani Pont. & de officio Episcopi.* Cætera impedimenta temporalia dicuntur, quia quandoque etiam sine dispensatione tolluntur, vel in eis faciliùs dispensatur. 162

Secundò notandum, quod omnia impedimenta prædicta in omnibus Ordinibus locum habent, uno excepto, quod in sacris tantùm Ordinibus observatur, & est defectus tituli, vel patrimonii, quamvis in aliis quoque ad minores Ordines faciliùs dispensetur, præterquam in ætate, & cum illiteratis, & conjugatis, peregrinis, & servis, domino volente, *d. cap. fin. de tempor. Ordin. lib. 6.* Quædam verò sunt requisita in Ordinibus singulis, quæ infrà suis locis annotabimus. 163

Tertiò notandum, quod nullum impedimentum irritat ipso jure ordinationem, id est, characterem impedit, præter impedimentum, sexus, ut suprà exposuimus, modò in aliis servata 164

sint

sint substantialia Sacramenti, quæ suprà capite proximo vidimus.

165 Multa verò sunt quæ ministerii executionem impediunt, id est quæ qui cum eis ordinatur, etsi recipiant characterem, ministrandi tamen officium non consequuntur, sed sunt ipso jure suspendi. Alia autem sunt, quæ non ipso jure, sed per sententiam suspendendum efficiunt, & alia etiam deponendum, & alia à majorum susceptione perpetuò repellunt: suspensi sunt ipso jure (sicut invenitur expressum) ordinati ante ætatem legitimam, & conjugati, & qui in excommunicatione, vel aliis censuris Ordines susceperunt: Hæretici quoque, & infideles, ac peregrini, & qui absque titulo ordinati fuerunt, *cap* 1. *&* 2. *dist.* 70. & denique qui malè ex aliis causis promoventur, ut qui à non suo Episcopo, & extra legitima tempora, & hujusmodi, ut de suspensione videbimus: cæteri ad arbitrium Episcopi suspendendi, qui olim dicebantur in canonibus deponendi, ut colligitur ex *cap. ex pœnitentibus*, 50. *dist. & ex cap.* 1. *dist.* 51. *& ex c. Subdiaconatus*, 77. *dist.* quod fortè in impedimento perpetuo, vel si id Ecclesiæ videatur, propriè de depositione, id est degradatione potest intelligi: sed de hoc infrà de degradatione dicemus. Qui verò deponendi videbantur, si non deponantur, ad alios tamen, Ordines ascendere prohibentur, ut de irregularitate videbimus.

166 Ordinantes verò scienter contra hujusmodi impedimenta, vel sine qualitatibus requisitis, primùm quidem mortale crimen incurrunt, saltem propter præcepti transgressionem, ut colligitur *ex c. confidat*, 50. *dist.* Gregorius namque relatus *in c. præcipimus*, 33. *dist.* cuidam Episcopo inquit: *Præcipimus ne unquam illicitas ordinationes facias.* Et paulo post, *si quos hujusmodi repereris, non audeas promovere*; & similiter passim per Canones præceptum hujusmodi continetur. Præterea suspensi sunt ipso jure quandoque à collatione Ordinum, nonnunquam à celebratione Missæ, aut ab exercitio Pontificalium, ut habetur *in c. denunciamus*, *& c. seq.* 25. *q.* 2. *c. ex pœnitentibus*, 50. *dist. cap. nullus*, 55. *dist. c. si quis primò, c. si qui Episcopi*, 1. *q.* 1 *cap. eos cap. fin. de temporib. ord. lib.* 6. Concil. Trid. *sess.* 6. *c.* 5 *& sess.* 4. *cap.* 2. *de reform.* & sic in casibus possunt Episcopi dispensare, quos suprà *de off. & potest. Episcopi*, posuimus. Et denique arbitrio Summi Pontificis puniuntur, qui eos etiam ab ipsis malè ordinatos, qui non sunt ipso jure suspensi, *c. cùm quidam, de tempor. ordin.* solent ad injuriam ipsius ordinantis sententiâ suspensionis afficere, *c. vel non est, de temporib. ordin. c.* 1. *dist.* 70. Hujusmodi autem pœnas ordinans non incurrit, si (etiam scienter) ordinaverit criminosum occultum, ut suprà vidimus, nisi sit homicida, aut irregularis ex irregularitate, quæ non provenit ex peccato, & plerumque potest esse occulta, aut nisi sit censurâ aliquâ innodatus; hi enim quamvis occulti, sunt ab ordinibus repellendi.

§. II.

De his, quæ servanda sunt in Ordinibus conferendis.

167 PRæter qualitates, quæ in personis ad Ordines Ecclesiasticos promovendis requiruntur, & eas quibus aliqui ab Ordinibus repelluntur, quas proximo §. vidimus, Sacris Canonibus est constitutum *in cap.* 2. *& c. Episcopus*, 24. *dist. cap. placuit, in fine*, 1. *q.* 2. *c. ad aures, c. ut nostrum, de offic. Archid. cap. unic. de scrutinio in Ord. faciend. c. nihil est.* §. *Episcopi, de elect.* ut Clericorum ordinationem scrutinium, seu examen per Archidiaconum, & ipsum Episcopum præcedere debeat; oportet enim ordinaturum Episcopum illud, Apostoli 1. *ad Timoth.* meminisse. *Nomini citò manum imposueris*, ut refertur *in cap. quid est*, 78. *distinct.* & illud animadvertere quod S. Pont. Clemens præcipiebat *in c. tales*, 23. *dist.* dicens, *tales ad ministerium eligantur Clerici, qui digni possint Dominica Sacramenta tractare, cap. quibusdam, in fine*, 1. *q.* 1. *c. ex multis*, *vers. nec eligantur*, 1. *q.* 3. *Melius est enim*, inquit Clemens ubi suprà, *Domini Sacerdotium pauces habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere quàm multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.* Zozimus quoque Pont. *in c. si officia*, 59. *dist.* hac de re loquens, post multa sic ait: *Facit hoc nimia remissio Sacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi Dignitatis acquiri.* Et post pauca, *quibus aliud præstare non possunt, divinos Ordines largiuntur, quod oportet districti semper esse judicii.* Concil. Hispalense *c. Rarum est enim omne quod magnum est.* Et Hieronym. *in Michæam*, relatus *in c. hi quoscunque* 1. *q.* 1. *Hi quoscunque*, inquit, *de affectis suis ordinantes, & vitam eorum in scandalum populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.*

Qua de re Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 5. *&* 7. 168 disposuit, ut qui ordinari ad majores Ordines cupiunt, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui parocho, aut alii, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac desiderio eorum publicè in Ecclesia propositis, de iplorum natalibus, ætate, moribus & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsius inquisitionis ad Episcopum transmittat, *cap.* 2. *cap. Episcopus*, 24. *dist.* Omnes verò ordinandi feriâ quartâ ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, evocentur, ut *in cap. quando*, 24. *dist.* Episcopus autem Sacerdotibus, & aliis prudentibus Jurisperitis divinæ Legis, & in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter investiget, & examinet; Episcopum enim sine aliorum consilio Clericos ordinare non debet, ut vult Carthaginense Concil. de quo *in d. c. Episcopus, eadem distinct.* Formam in ordinandis primâ Tonsurâ, vel ordinibus minoribus in Regno Neapolitano observandam posuit facta Congreg. Cardinalium negotiis jurisdictionalibus Regni Neapol. præpositorum 10. Kalend. Julii 1623. quod decretum refert & declarat Anton. Novar. *in sum. Bullar. tit. de ordinandis primâ Tonsurâ, vel Ordinibus minoribus in Regno Neapol. pag.* 446. De vita 169 autem & moribus ordinandi inquirendum est, si sit castus, ut 32. *distinct. usque ad* 35. *&* 43. *dist.* §. *pudicos*: si prudens, 36. *distinct. usque ad* 40 si ornatus virtutibus, 40. *distinct. usque ad* 42. si hospitalis, & domui suæ benè præpositus: ne autem sit ebriosus, 62. *distinct. &* 86. *per tot.* vel maledicus, non calumniator, neque adulator, vel proditor, scurrilis, aut joculator, nec invidens fratrum profectibus, aut injuriarum suarum ultor. Præterea ne sit cupidus, aut usurarum exactor, 47. *dist. per tot. & cap. pervenit*, 85. *distinct. c. seditionarios, cum seqq.* 46. *dist.* Sed neque nimium simplex, *c. Episcoporum*, 74. *distinct.* & aliis hujusmodi careat, vel virtutes habeat, de quibus *sup. de Episcopis,*

& eorum elect. & c. ſequenti. Hæc enim non in Epiſcopis ſolùm, ſed etiam in ſingulis Clericis, præſertim verò Presbyteris, exigunt Canones, ut præallegatis locis apparet.

170 Sunt etiam ſinguli ab Epiſcopis examinandi de qualitatibus & requiſitis Ordinum ſingulorum, & de cujuſque Ordinis officio, quem ſunt ſuſcepturi, ut in ſequentibus Capitulis oſtendimus, : & interim vide Petr. de Bollo *in œconomia Canon. claſſi 1. cap. 1. §. 4. de promovendorum prævio examine*, quamvis ordinandi Regulares ſint. Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 12.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 1. quæſt. 18.* Fr. Ludov. Miranda *d. tom. 1. quæſt. 39. art. 4.* Villalob. *d. tract. 1. diffic. 14. num. 5.* Hieronym. Roderic. *in compendio qq. Regul. reſolut. 10. num. 17.* ubi *num. 24* ſubdit, quod in Religioſis non requiritur tanta litterarum peritia, quanta in Clericis ſecularibus : me citato *in hoc loco*, Tambur. *de jure Abbatum tom. 2. diſput. 2. quæſt. 31. num. 8.* Peracto examine qui idonei ac digni fuerint adinventi, ſunt in matricula ordinandorum à Notario deſcribendi, & ordinationis tempore nominatim vocandi; qui verò non ritè examinati & approbati accedere ad Ordines ſuſcipiendos auſi fuerint non vocati (juxta edictum Epiſcopi) in excommunicationis ſententiam incidunt, *cap. 1. & fin. de eo qui Ordines furt. ſuſcep.* & ſi ita furtivè Ordinem ſuſceperint, ſunt ex Clero abjiciendi,

171 *cap. fin. 24. diſt.* Poſtea verò fuit conſtitutum *in cap. 1. cum ſeqq. de eo qui ordines furt. ſuſcep.* ut ſi propoſitum fuerat ab Epiſcopo excommunicationis edictum in tales, ſuſpenſi ſint ipſo jure, & à ſolo Romano Pontif. valeant diſpenſati, ſi verò non erat propoſitum, ſunt nihilominus eo ipſo ſuſpenſi; ſed idem Epiſcopus, aut ſi Religionem intraverint, Abbas cum eis poterit diſpenſare, vide Hieronym. Roderic. *d. reſol. 106. num. 26.* Notandum eſt autem circa examen ordinandorum, quod olim qui erat Ordines ſuſcepturus, priùs ſe victurum ſecundùm Canonicas Regulas promittere tenebatur, ut habetur *in c. quamquam*, 23. *diſtinct.* quod hodie in ſacerdotis ordinatione ſervatur, & in obtinentibus Eccleſiaſticam Dignitatem, vel curam animarum, ut ſuprà vidimus ſuis locis.

172 Nunc verò de temporibus conferendi Ordines eſt primò ſciendum, quod quædam anni tempora, & certi ſunt dies inſtituti, qui in Ordinibus conferendis obſervantur, ut habetur *per totum tit. de tempor. Ordinat.* Sunt autem tempora jejuniorum, id eſt Quadrageſimæ, & quatuor Temporum, ut dicitur *75. diſtinct. per tot. & cap. unic. diſt. 52.* In Quadrageſima enim ter conferri Ordines poſſunt, *cap. fin. diſtinct. 75.* id eſt in Sabbato poſt primam Dominicam, quod eſt Sabbatum quatuor temporum veris; & Sabbato ante Dominicam de Paſſione, & Sabbto ſancto, & ſimiliter in Sabbatis aliorum quatuor temporum per annum; ſic enim fuit à ſanctis Patribus inſtitutum, ut habetur *in c. à Patribus, 74. diſt. & in dict. c. unico, 52. diſt.* ut in diebus tantummodò jejuniorum ordinationes Clericorum celebrarentur : quod ex Apoſtolica traditione deſcendere docet Leo Papa *in c. quod die, 75. diſt.* quia, inquit, cùm Apoſtoli Paulum, & Barnabam mitterent ad prædicandum Gentibus Evangelium, jejunantes, & orantes impoſuerunt eis manus, *cap. 1. diſt. 67.* junctis aliis per me adductis *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 17. n. 2.* quorum Canonum ſtatuta Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 8.* ſervari jubet, & tradunt Henriq. *in ſum. lib. 10. c. 22. in pr inc.* Ugolin. *de officio Epiſcopi, cap. 25. §. 25. à principio*, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ, Archiep. Neapol. dec. 93. p. 4.* die autem Sabbati potiùs Ordinatio celebratur, quia Dominica dies ſequitur, in qua præcipuè Ordinatio fieri intelligitur, ſcilicet continuato jejunio propter Domini reſurrectionem : propterea olim Ordinatio fiebat poſt diem Sabbati ejuſdem noctis, quæ luceſcit in prima Sabbati, *dict. cap. quod à Patribus, cap. fin. 75. diſt. cap. litteras, de temporib. Ordin.* non autem in Sabbato unus, & die Dominica etiam continuato jejunio alius ſacer Ordo eſt conferendus eidem; quia eſſet quaſi eadem die duos Ordines contuliſſe, *d. c. litteras*, Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 26. in addit. lit. C*, Henriq. *in ſum. lib. 13. cap. 37. in fine, & cap. 6. §. 5. in commento lit. D*, Solius enim Epiſcopi conſecratio in die Dominica celebratur, *cap. 1. diſtinct. 75.* & ſuprà *de elect. Epiſcop.* vidimus; poſtea verò Ordinatio Clericorum fieri cœpit in Sabbato ante prandium, ſicut & Sabbato ſancto, Miſſa quæ nocte ſequenti eſſet cantanda, prævenitur.

173 Verùm hæc hujus temporis obſervatio in tribus tantùm ſacris Ordinibus eſt neceſſaria, ut patet *ex d. cap. quod à Patribus, el 1. c. fin. & in cap. in Parochia, 16. q. 1. & in c. de eo, de temporibus ordin.* Minores namque Ordines, etſi his quoque temporibus conferantur, poſſunt tamen in alio tempore, ſed die tantùm Dominicâ, vel feſtivâ, conferri, *d. c. de eo*, Rebuff. *in praxi benef. p. 2. tit. de Clerico ad Ordines ſacros male promot. num. 2. & 3.* Vivald. *in candel. aureo, tit. de Sacram. Ordinis, n. 36. verſ. tertia concluſio*, Henriq. *lib. 10. cap. 12. §. 2.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. c. 16. n. 3.* Magd. *de Sacram. Ordin. cap. 3. n. 4.* Alzed. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. n. 51.* Ochagav. *de Sacram. Ordin. q. 9. n. 8.* Campan. *d. rub. 6. cap. 2. n. 1.* Joan. Suar. *in enchirid. caſuum conſcient. lib. 5. verb. Ordo, §. datur prima Tonſura*, Homob. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 3. cap. 8. q. 62. verſ. item minores*, Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 4. n. 5.* Monet. *de commut. ultim. volunt. cap. 10. n. 184.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 11. n. 17.* ubi cum Henriq. *citato loco* aſſero, conſuetudinem ubique receptam concedere, ut feriâ ſextâ, veſpere præcedente Sabbatum, in quo de Jure Ordines ſacri conferuntur, Epiſcopis fas ſit Ordines minores dare, quaſi in hoc officio cenſeatur incipere dies Sabbati pridie veſperi.

174 Utrùm autem nomine die feſti intelligatur feſtus dies, in quo populus à laboribus, & operibus ſervilibus ceſſat, an verò ſufficiat, quod ſit dies duplex, licèt non ſit feriatus ? Quæſtio eſt dubia, in qua una ſententia tenet ſufficere, quod ſint dies duplicis feſti in ordine ad officia divina, licèt non ſint à laboribus feriati, ex eo, quia *in Clem. unic. de Reliq. & vener. Sanct.* feſta Doctorum Eccleſiæ, & Evangeliſtarum æquiparantur feſtis Apoſtolorum, non quidem in feriatione horum feſtorum, ſed in celebratione eorum ſub officio duplici : tum quia in Eccleſia celebrantur feſta S. Lucæ Evangeliſtæ, S. Ambroſii, Bonaventuræ, & S. Thomæ Aquinatis ſub officio duplici, & tamen *in d. Clem. unic.* hi dies horum Sanctorum dies feſti appellantur. Ideò ſic docent Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 4. q. 23. art. 5.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus feſtis, cap. 9. num. 22.* Stephan. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 2. cap. 2. n. 15.* Joan. Præpoſ. *in 3. p. D. Thom. q. unic. de Sacram. Ordinis, dub. 15. n. 150.* Homobon. *in reſp. caſuum Conſcient. vol. 2. p. 5. reſp. 207.* Gavant. *in enchirid. Epiſcop.*

*Epiſc. verſ. Ordines minores, num.*15. Tanner. *tom.*4. *diſp.*7.*q.*3. *dub.* 3. *num.*44. Franc. Hallier. *de ſacris Ordinib.p.*2. *ſect.*7. *cap.*1. *art.*1. *num.*2. Sed licèt hæc opinio probabilis ſit, contraria tamen practicatur, ut ſcilicet neceſſe ſit hos dies eſſe à laboribus, & operibus ſervilibus feriatos, & non ſufficere quod ſint duplices, & feſti in Ordine ad Officia divina, quia ille dicitur vulgatiter dies feſtus, quem Populus, & Clerus pro feriato ab operibus ſervilibus habet. Nald. *in ſum.verb. Ordo, num.*15. Baſil. Pont. *de Matrim. lib.*6. *cap.*30. *n.*7. dum aſſerit dies feſtivos eſſe intelligendos de his, qui Eccleſiæ præcepto ſervantur, Vivald. *d. tit. de ſacram. Ordinis, n.*35. *verſ. tertia concluſio*, Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*1. *cap.*27.*q.*19. Ego ipſe *dicta alleg.*11.*n.*18. ubi addo ſufficere, ſi in diœceſi ſit ſolemnitas diei feſti, licèt ubique non celebretur.

175 At prima Tonſura poteſt omni die conferri ad libitum ordinantis, ſecundùm Hoſt. & Anton. *in c. conſultationibus, de tempor. ordin.* Armil. *verb. Ordo, n.*7. Henriq. *d. lib.*10. *cap.*12. §.1. Th. Valaſc. *d. alleg.*14. *num.*5. quos refero ego ipſe *d. alleg.* 11. *num.*19. & quacunque etiam horâ confertur, cùm minores & alii Ordines ſint ante prandium conferendi.

176 Debet enim ordinans & ordinandus eſſe jejunus, ſaltem in ſacris Ordinibus conferendis, aut ſuſcipiendis. *d.c.quod à Patribus, d.c.*1. *diſt.*67. Galganet. *de Iure publico lib.* 3. *tit.*3. *n.*12. cùm in his celebratio Miſſæ interveniat, ut dicemus, & communicare debeant ordinandi, ut in Pontificali. Minores verò Ordines cùm hujuſmodi non requirant, ſi etiam à prandio, cauſâ exigente, conferantur, non eſt collatio irrita. Hug. *in d. c. fin. diſt.*75.

177 Non valet autem conſuetudo, quod extra ſtatuta tempora ſacri Ordines conferantur, *cap.*2. *de temp. Ordin.* Rebuff. *in praxi benef. p.*2. *tit.de Cler. ad ſacros Ordines malè prom. gloſſ.*1. *n.*14. *&* 15. Quar. *in ſum. Bullarii, verb. Ordo, verſ. devenio ad ſecundum*, Henriq *d. cap.*12. §.2. Ugol. *d. cap.*26. § 2. *n. in fine*, Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiſc. Neap.*
178 *p.*4. *dec.*93. *n.*2. Et ſolus Romanus Pont. diſpenſat, ut extra ſtatuta tempora in diebus Dominicis, vel feſtivis majores Ordines conferantur, *cap.*1. *& d.c.de eo, de temp.ordinat.* Majol. *de irreg. lib.*3. *c.*14. *n.*9. Quarant. & Ugol. *dictis locis*, Homobon. de Bonis *de examine Eccl.p.*1. *tract.*2. *c.*1. *q.*12. Ego ipſe *d.p.*2. *alleg.*17. *n.*5.

179 Prout cum Fratribus Minoribus, & omnibus, qui illorum privilegiis conceſſis, & concedendis fruuntur, diſpenſavit ut extra tempora à Jure ſtatuta Dominicis, vel aliis feſtivis diebus ſacros Ordines ſuſcipiant, ut refert Fr. Emman. *qq. Regular. tom.*3. *q.*23. *art.* 5. Monet. *de commut. ult. volunt. c.*10. *n.*284. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.*2. *cap.*1. *q.*15. Portel. *in dub. Regul. verb. Ordines ſacri, n.*4. Villalob. *in ſum p.*1. *tract.*11. *diffic.*13. *num.*6. Hieron. Roder. *in compendio qq. Regul. reſol.*106. *n.*7.

180 Hinc Patres Societatis Jesu ordinari poſſunt ad quoſvis Ordines, etiam majores, extra prædicta tempora, ex indulto Gregorii XIII. ipſis conceſſo, ſub dat. Tuſculi, 22. Septembris 1582. ut referunt Piaſec. *in praxi Epiſc. p.*1. *cap.*1. *n.*18. *pag.*56. *& ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *d. dec.*93. *n.*7. *p.*4.

181 Hinc quoque Patribus Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ conceſſit Clemens VIII. de menſe Novembris 1596. ut poſſint ordinati extra tempora, & per quemcunque Epiſcopum tribus Dominicis, vel feſtis continuis, vel interpolatis, non ſervatis interſtitiis, ut refert Portel. *citato loco*, quem citat Hieron. Roder. *in compendio quæſt. reſol.*106. *num.*7.

Virtute tamen aliorum privilegiorum à Summis 182
Pontif. ante Concil. Trident. conceſſorum, non poſſunt Regulares tunc ab Epiſcopis ordinari Ordinibus ſacris extra tempora, ut reſolvunt Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*38. *art* 4. Aloyſ. Ricc. *dec.* 93. *num.* 6. *p.*4. Hieron. Roder. *d. reſol.*106. *num.*8. Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.*1. *c.*14. *num.* 19. quicquid dicat Diana *moral. reſolut. part.*5. *tract.*13. *reſol.*57.

Si quis autem extra tempora ſtatuta ordinetur 183
in Sacris abſque diſpenſatione Romani Pontificis, eſt ipſo jure ſuſpenſus, & ſi celebret, irregularis fit, Eccleſiaſticiſque privatus beneficiis, ut ſtatuit Pius II. ſua Conſtitutione incipiente *Pius Epiſcopus*, ſub dat. Romæ apud S. Petrum, anno ab Incarnatione Dominica 1401. quintodecimo Kalend. Decembris, quam refero ego ipſe *d. c.* 2. *alleg.* 17. *n.*10. & obſervari jubetur in regulis Cancell. *reg.* 25. A qua ſuſpenſione nonniſi Summus Pontifex diſpenſare poteſt, ut cum aliis reſolvit *d. alleg.*17. *n.*15. ubi *c.*17 id limito, niſi ſuſpenſio occulta fuerit, quia tunc in ea poterit Epiſcopus diſpenſare; & *n.*18. addo præfatam Conſtitutionem Pii II. loqui de ſuſcipientibus Ordines ſacros extra tempora, vel ante legitimam ætatem; Epiſcopus enim ſic ordinans eſt à collatione Ordinum ſuſpendendus, *c. cùm quidam, c. ſanè, c. litteras, de tempor ordinat.* De his latè Anton. Novar. *in ſum. Bullar. ſub tit. de ordinatis extra tempora ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſoriis Ordinarii, ſuper Bullis Pii II. Sixti V. Clementis VIII. & S. D. N Urbani VIII. pag.*456. *cum ſeqq.*

Secundò eſt ſciendum, quod Ordines ſunt per 184
temporum interſtitia conferendi. Plures enim Ordines eidem una die conferri non poſſunt, *cap. in ſingulis*, 77. *diſt. c. in parochia*, 17. *q.*1. licèt videatur 185
ſaltem ex conſuetudine poſſe primam Tonſuram, & quatuor minores Ordines eadem die uni conferri, ut colligitur ex Gloſſ. & Doctor. *in d.c.de eo, argum. c. litteras, & cap. dilectus, eod. tit.* Gloſſ. *verb. minores, in c.*2. *de eo qui furt. Ordines ſuſcep.* Mandoſ. *ſuper reg.*24. *Cancell. de malè promotis, q.* 1. *n.*9. citati per me *d. p.*2. *alleg.*11. *n.*13. Unus verò facer 186
Ordo cum minoribus, vel plures ſacri ſimul conferri non poſſunt, ut habetur *in d. cap. in ſingulis, & in cap. quicunque, diſt.* 77. & docent citati per me 187
*d. p.*2. *alleg.* 14. *num.*10. alioquin ſuſpenditur ordinans, & ordinatus, *d. c. litteras, d.c. dilectus.* Hodie verò Conc. Trid. *ſeſſ.*23. *de reform. cap.*11. 13. *&* 14. ſtatuit, *ut etiam minores Ordines per temporum interſtitia conferantur, niſi aliud Epiſcopo magis expedire videbitur, & in unoquoque munere juxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant, priuſquam ad aliiorem gradum aſcendant. Ad majores verò aſcendi non poſſe decrevit niſi poſt annum à ſuſceptione minorum, & ſimiliter ab uno ex ſacris ad alium nonniſi poſt annum accedi, niſi ob Eccleſiæ utilitatem, aut neceſſitatem aliud Epiſcopo videatur.* De quo vide quæ diximus *d. p.* 2. *allegat.*11. *ex num.* 14. *& alleg.* 18. *per tot.* & ibi citatis addo Portel. *in dubiis Reg. verb. Ordin. ſacri, n.*3. Villal. *in ſum. p.*1. *tract.*11. *diff.*12. *n.*3. Hier. Roder. *d. reſol.*106. *num.*20. *cum ſeqq.*

Tertiò, ſunt etiam Ordines gradatim conferendi, 188
ut de minoribus ad majores, nullo omiſſo aſcendatur, *cap. ſi officia*, 59. *diſt. cap.*1. 77. *diſt. Quis eſt enim* (inquiet Zozimus Papa *in d.c. ſi officia*) *tam arrogans, tamque imprudens invenitur, qui in cœleſti militia ſtatim dux eſſe deſideret, cum tyro antè non fuerit,*

189 *ut prius velit docere quàm discere* ? Promotus verò per saltum debet Ordinem omissum recipere, & de promotione pœnitere, *cap.1.dist.52.cap. unic. de*
190 *Cler. per saltum promoto.* Concil. autem Trident. *sess.23. de refor. cap.14. in fine*, constituit, *ut si tales in Ordine per saltum accepto non ministraverint, si velint ad majores ascendere, aut in eo sic susceptio (post susceptum omissum) ministrare, possit Episcopus ex legitima causa cum eis dispensare*, de quo Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.2.c.5. num.26.* Armand. *in addit. ad recop. legum Navar. lib.1. tit.18. l.7. de Episc. n.53. verf. item*, Mar. Alter. *de cens. tom.2. disp.10. cap.5. verf. hoc in loco*, ubi intelligit sive scienter, sive ignoranter fuerint ita promoti. Refero ego ipse *d.p.2.alleg.47 num.6. & 7.* ad recipiendum scilicet Ordinem omissum, & deinde in suscepto per saltum ministrandum, atque ad superiorem ascendendum, non autem ut ordinatus ascendat ad superiorem Ordinem antequam inferiorem omissum recipiat, sicut resolvunt Mar. Alter. *d.c.5. verf. probatur secundo*, Campan. *in diverf. Iuris Canonici, rub.10. cap.unic.num.6.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepisc. Neapol. dec.150. num.10.p.4.* Ego ipse *d. al-*
191 *leg.47. n.11*, Unde si jam saltuatim Ordinibus insignitus ministraverit, Episcopus non dispensat, ut per Maiol. *de irreg. lib.4.c.12.num.2.* Salzed. *ad Bernard. in pract.c.24.lit.D*, Sayr. *de cens. lib.4. cap.14. num.26.* Mar. *d.c.5. verf. hoc in loco*, Filliuc. *tract.17. c.5.n.92.* Homob. de Bonis *de exam. Eccles. tract.12. c.3.q.15. ref.5.* Aloys. Ricc. *d. dec.150. n.4. p.4.* Ego ipse *d. alleg.47. n.8.* sive ad Sacros ascenderit per saltum, & in eis ministraverit, sive ad minores, ut referunt decisum Camp. *d.c. unico, num.6.* & Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neap. dec.108. p.4.*

192 Recipit nihilominus characterem, qui etiam sacrum Ordinem ante primam Tonsuram, & minores Ordines acceperit. Gloss. & Doctores *in c.unico, de Cler. per saltum prom.* ubi Abb. *num.4.* Henriq. *in sum. lib.14.c.6.§.3. in princ.* Mar. Alter. *d.c.5. verf. de eo qui ordinatur*, Ego ipse *d. alleg.47. n.3.*

Sequitur nunc ut de his videamus, quæ in conferendis Ordinibus sunt servanda, quæ quidem multa sunt secundùm Ecclesiæ ritum, ut in Pontificali : nos verò quædam magis notanda referemus.

193 Primò igitur notandum, quod Ordines, præsertim verò majores, sunt inter Missarum solemnia conferendi, ut suprà etiam attigimus : ab ordinante esse Missa celebranda, quæ in majoribus Ordi-
194 nibus videtur esse de essentia, ut notatur *in cap. litteras, de temporib. Ordin.* Sed illa non esse de substantia notant Doctores *in c. quod sicut, de elect.* Armil. *verb. Ordo, num.9.* licèt tamen requiratur de honestate, & usu, ut firmat Imola *in d. c. quod sicut, n.16.* quem refero Ego ipse *d.p.2. alleg.14. num.16.* & sic de necessitate præcepti, non verò de necessitate Sacramenti. Gloss. *verb. dividatur, in d.c. quod sicut*, Camp. *in diverf. Iuris Can. rub.6. c.2. num.19.* Ego ipse *d.p.2. alleg.11.* In minoribus verò minimè, Armil. *verb. Ordo, num.9.* Angel. *eodem verb. 4. n.5.* Ego ipse *d. alleg.11. n.10.*

195 Secundò : Debet ordinans & ordinandus esse jejunus *d.c. quod à Patribus, & c. seq. c.1. dist.77.* ut etiam suprà attigimus : nam Apostoli quoque jejunantes, & orantes Ordines conferebant : *Ut intelligamus* (inquit Leo *in c. quod die 75. dist.*) *quanta & dantium, & accipientium devotione curandum sit, ut tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum.*

196 Tertiò. Cùm in actu porrigendi singulorum Ordinum instrumenta imprimatur character cum certa forma verborum, curare debet Episcopus & Ministri, ut qui ordinantur tangant corporali tactu quæ eis porriguntur, ad majorem cautelam.

Quartò, in singulis Ordinibus conferendis ser- 197
vandi sunt ritus, & ceremoniæ, quæ ab Ecclesia traduntur, ut in Pontificali, quarum nonnullas in sequentibus capitulis referemus. Si autem in titu ordinandi sit inter Græcos & Latinos diversitas, non debent Latini à Græcis, nec Græci à Latinis ordinari, *c. cùm secundum, cap. translationem, de temporib. ord.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. c.48. q.14.* ubi subdit, quod quando Episcopus Latinus habet subditos Latinos & Græcos suis moribus utentes, debet habere Vicarium aliquem Episcopum Græcum, qui Græcis Cleticis Ordines conferat debent tamen Græci in ordinationibus, & consecrationibus servare Unctiones, secundùm Ecclesiæ ritum, *c.1. de sacra Vnct.*

Quintò, locus celebrandi ordinationem solem- 198
nem esse debet Ecclesia Cathedralis, vel alia ex dignioribus Ecclesiis Diœcesis, ut Episcopo videbitur, ad hoc eligi poterit, *arg. cap. 1. dist. 77.* S. Anton. 3 *p. sum. tit.14. cap.16. §.17.* Tabien. *verb. Ordo 5. §.1.* Rebuff. *in reg. 23. Cancel. verf. & Minoris*, Henriq. *in sum. lib.10. c.11. §.3.* Ugolin. *de offic. Episcopi, cap.26. §.24. num.2.* Piasec. *in praxi Episcop. p.1. cap.1. n.46. pag.55.* qua de re Concil. Trid. *sess.23. de reform. c.8.* ita disponit : *Ordinationes sacrorum Ordinum in Cathedrali Ecclesia, vocatis, præsentibúsque ad id Ecclesiæ Canonicis publicè celebrentur* : si autem in alio Diœcesis loco, præsente Clero, loci dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adeatur : referunt Nicol. Garc. *de benef. p.8. c.1. num.77. in fine*, Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.1. tit.18. l.7. de Episcopis, verf. ad 10.* & sic præsentibus Canonicis, & Clero publicè debent ordinationes solemnes, & statutis à Jure temporibus celebrari, ut in Decretis Anacleti, & Zephyrini continetur, de quibus *in c.1. & 3. dist.75.* Sed si privatim quandoque ordinare aliquem oportuerit, Diaconus tamen, & Presbyter sunt publicè, si fieri potest, ordinandi, sicut habetur *in cap. quando, eod. dist.*

Sextò, pro Ordinum collatione nihil mercedis 199
recipere potest Episcopus, aut alius ordinans, eorumve ministri, *cap. placuit, il 1.1.q.1. c. sicut Episcopum, 1. q.2. c.1. de simon.* Concil. Trid. *sess.21. de reform. cap.1.* ubi strictissimè prohibetur Episcopis, & aliis Ordinum collatoribus, eorúmque ministris, ne pro collatione quorumcunque Ordinum, etiam Clericalis Tonsuræ, aut pro litteris dimissoriis testimonialibus, sigillo, aut alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, aliquo quovis prætextu accipiant. Campan. *in diverf. Iur. Canonic. rub.11. cap.17. per tot.* Scip. de Rub. *in aphorismis Episcop. verb. Ordo, n.6.* Bonac. *in tract. de simonia, q.4. §.3. num.3.* ubi refert sacram Cong. declarasse per Conc. *citato loco*, abrogatam fuisse consuetudinem percipiendi ab ordinatis forcipes, pectines, & mappas præter facultates.

Notarii verò in iis tantùm locis, in quibus non 200
viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus decimam tantùm unius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directè, vel indirectè provenire possit; tunc enim gratis opem suam

præstare

præstare omninò tenentur, ut statuit Conc. Trid. & docent Less. *de justit. lib.2.cap.35. dub.10.* Azor. *instit. moral. p.4. lib.1.cap.5.q.1.* Cened. *ad Decret. collect.177. n.1.* Bonac. *d. § 3. n.4.* Peccabat autem Notarius accipiendo, si aliunde habeat pro munere, & officio exercendo, & reus erit simoniæ, quia hoc ei veritum est intuito Religionis, & ad præcavendum simoniæ periculum, ut per Sot. *de just. lib.9. q.6. art.1.* Suar. *de relig. tom.1.tract.de simonia, lib.4. c.33. n.8.* Filliuc. *tract.45. c.12. q.5. n.9.* non tamen videtur excommunicationem incurrere aliquid accipiendo pro dimissoriis, vel sigillo, contra prohibitionem Concilii Trid. ut cum Leffio, Suar. & Filliuc. resolvit Bonacina *d. n.4.*

Denique quilibet ordinatus alicui Ecclesiæ, aut pio loco est adscribendus ubi suis fungatur muneribus Concil. Trid. *sess.32. de reform. cap.16. & 17.* in ipsa scilicet promotione, ex S. Congreg. Concil. teste Nicol. Garc. *de benef. part.2. cap5. n. 101.* & tenetur Episcopus illum adscribere ad servitium Ecclesiæ, si petat adscribi. S. Cong. Conc. *in Valentina, 29. Junii 1628.* Non debet tamen Clericus alienis ordinatus in Ordine ministrare, non obtenta prius à suo Episcopo permissione, *cap. cunctis fidelibus, 16. q.1.* cùm plerique, etsi Ordinem susceperint, ministrare tamen variis de causis prohibeantur, ut vidimus.

CAPUT XXXIV.

De Presbytero.

SUMMARIUM.

1 *Presbyter Græcè, Latinè senior dicitur, non tam ætate, quam moribus, & officio.*
2 *Sacerdos dicitur, quasi sacrum dans.*
3 *Sacerdotis nomen in Sacris Canonibus non solum inferiores Prælatos, sed etiam Episcopos comprehendit.*
4 *Presbyter propriè & strictè dicitur, qui curam habet animarum post Episcopum, vel saltem Ordinem Sacerdotalem.*
5 *Presbyteri nomen, latè sumpto vocabulo, potest simplici Clerico convenire.*
6 *Diaconus, atque Subdiaconus nonnunquam latè Sacerdotis nomine continentur, præcipuè ubi de re favorabili agitur.*
7 *Gradus Sacerdotum fuit institutus à Christo Domino, & designatus in septuaginta duobus Discipulis.*
8 *Ordo Sacerdotalis est verum, & proprium novæ legis Sacramentum à Christo Domino institutum.*
9 *Caput* in novo. dist. *declaratur.*
10 *Presbyter olim ordinandus erat non minor 30. annis, sed hodie ante 25. annum inceptum promoveri non potest.*
11 *Ordinandus est ad Presbyteratum ille, qui bonum habeat testimonium, &c.*
12 *Utilitas Ecclesiæ ac necessitas simul intervenire debet, ut quis à Diaconatu ad Presbyteratus Ordinem ascendat intra annum.*
13 *Utilitatis & necessitatis causa ordinaria, aut publica non requiritur ad dispensandum interstitiis à Diaconatu ad Presbyteratum.*
14 *Presbyteri Sacra Ordinatio cum duabus partialibus ordinationibus perficitur, & duas materias, & duas formas ad completam essentialem constitutionem requirit, contra citatos* num.15, Aug. Barbosa de Jure Eccles. *Pars I.*
16 *Ritus imponendi manus super eos, qui sacris officiis mancipabantur, ex antiqua lege Apostolorum ortum, habuit.*
17 *Calix si vino careat, aut aquam contineat, vel Hostia non ex vero pane esset, in ordinatione Presbyteri, non esset collatus Ordo.*
18 *Calicem, & Patenam, ac Hostiam non necessariò opus est tangere, ita quod alioquin non dicatur collatus Presbyteralis Ordo.*
19 *Vinum sufficienter tangitur tacto Calice in quo est, & similiter Hostia sufficienter tangitur tactâ Patenâ in qua est, in Sacra Ordinatione Presbyteri.*
20 *Presbyteri in ordinatione non est necessarium probabiliter, ut ordinandus tangat physicè materiam, sed sufficit ut extensione manuum ostendat se eam ab ordinante accepturæ.*
21 *Papa non est solo verbo, Sis Presbyter, aliquem Sacerdotem creare.*
22 *Presbyteri officium quod sit, ostenditur.*
23 *Prædicandi munus non est divino Iure solis Presbyteris annexum, sed illis competit ratione officii Sacerdotalis.*
24 *Ordinis potestas essentialiter non distinguitur à charactere Sacerdotali, nisi secundum diversos actus.*
25 *Sacerdotes soli possunt validè Missa sacrificium propriè offerre, & conficere.*
26 *Papa non potest committere non Presbytero, ut conficiat Corpus Christi.*
27 *Sacerdotes ritè ordinati, etiam præcisi ab Ecclesia, hæretici, aut excommunicati, validè conficiunt Corpus Christi.*
28 *Iure divino propria potestas ad dispensandum Christi Corpus est penes Sacerdotem, poterit tamen illam in causa necessitatis Diacono committere.*
29 *Diaconus, Sacerdote alio non existente, poterit in casu necessitatis sacram Communionem deferre, si proprius Sacerdos absit, vel præsens deferre nolit.*
30 *Presbyteri soli conficiunt Sacramentum Pœnitentiæ, & habent potestatem ministerialem dimittendi peccata, etiamsi rei sint peccati lethalis.*
31 *Sacerdos ex vi suæ consecrationis potest esse Ordinarius minister Sacramenti Baptismi.*
32 *Baptismi Sacramentum à laicis præstitum valebit.*
33 *Pœnitentiæ minister non potest esse quilibet homo, sed solùm Sacerdos.*
34 *Extremæ-Unctionis ministri sunt soli Sacerdotes.*
35 *Sacerdos non approbatus, invalidè Confessiones audit.*
36 *Ordinis sola potestas, quam Sacerdotes in ordinatione accipiunt, non sufficit ad absolvendum, sed ulteriùs requiritur potestas jurisdictionis.*
37 *Jurisdictio ad absolvendum in articulo mortis datur omni Sacerdoti non approbato, Iure tamen Ecclesiastico in ordine ad salutem æternam, quæ nobis communicanda est virtute Sacramentorum.*
38 *Ecclesia potest auferre jurisdictionem, & impedire Sacerdoti hæretico, aut præciso, ne validè absolvat.*
39 *Matrimonia clandestina sine Parocho, & duobus testibus irrita redduntur.*
40 *Matrimonio valide assistit Parochus, etiam non Sacerdos.*
41 *Missa Sacrificium non convenit Sacerdotem celebrare antequam hoc ei ab Episcopo permittatur.*

42 *Euchariſtiam ſacram licitè non adminiſtrat Sacerdos, niſi ab Ordinario, Papa ſcilicet, Epiſcopo, vel Parocho commiſſionem habeat expreſſam, vel præſumptam.*

43 *Unctionem extremam licitè non confert Sacerdos, niſi ſit paſtor, vel alius cum ejus licentia.*

44 *Sacramentorum diſpenſatio eſt proprium munus Paſtoris, quod proindè nemo alius ſine illius commiſſione uſurpare debet, excepto caſu neceſſitatis extremæ.*

45 *Prædicare Verbum Dei non poteſt Sacerdos antequam mittatur, & approbetur.*

46 *Sacerdos ſi in ſolo charactere conſiſtat Sacramenta adminiſtrat, rata habebuntur, & valida, præter Pœnitentiæ, & Matrimonii Sacramenta.*

47 *Presbyteri quando celebrare debeant?*

48 *Doctores referuntur de Presbyteris, eorumque inſtitutione, conſecratione, & poteſtate agentes.*

IDEAMUS nunc de ſingulis Ordinibus, & perſonis, quæ Ordines ſuſceperunt, quomodo videlicet ordinentur, & quæ in ſingulis requirantur, & quod ſit eorum officium: à Dignioribus autem ſumamus initium.

1 Presbyter Græcè, Latinè ſenior dicitur, non tam ætate, quam moribus, & officio, *cap. Cleros, verſ. Presbyter Græcè, 21. diſt.* Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib. 1. c. 11.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris part. 2. lib. 16. cap. 8. num. 1.* Guillelm. Durand. *in ration divin. Offic lib. 2. cap. 8.* Vaſq. *de Ordine, diſput. 236. cap. 9. num. 96. cum ſeqq.* Sebaſt. Cæſar *in Hierarch. Eccleſ. p. 3. diſp. 8. §. num. 2.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap Preſbyter, num. 1. diſt. 23.* Galganet. *de Iure publico lib. 3. tit. 23. num. 1.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 64. num. 7.* qui etſi ætate plerumque ſit junior, ſic tamen vivere, ac converſari debet, ut ejus probata vita ſenectus, ſit ſicut inquit Conc. Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 14.* Is Sacerdos
2 etiam dicitur, quaſi Sacrum dans, *d. c. cleros.* Sed
3 *Sacerdos* quidem nomen in ſacris Canonibus non ſolùm inferiores Presbyteros, ſed etiam Epiſcopos comprehendit; propriè verò, & ſtrictè Presbyter dicitur, qui curam habet animarum poſt
4 Epiſcopum, ut ſuprà *de Plebanis* oſtendimus, vel ſaltem Ordinem Sacerdotalem: latè verò ſumpto
5 vocabulo, poteſt hoc nomen ſimplici Clerico convenire, ut tenent citati per me *in tract. de appellat. verb. utriuſque Iuris ſignif. appell. 127. num. 1.*
6 ſic & Diaconus, atque Subdiaconus Sacerdotis nomine continentur, *cap. 1. in fine, 15. q. 5. cap. ſi quiſpiam, 81. diſt. cap. Subdiaconatus, 77. diſt. & c. 2. de cohabit. Cler. & mul.* ubi Gloſſa. *verb. Sacerdotum*, præſertim ubi de re favorabili agitur, in re verò odioſa ſtricta fiet pro ſolo Presbytero interpretatio, Panorm. *in d. c. 2.*

7 Ordo, ſeu gradus Sacerdotum fuit inſtitutus à Chriſto Domino, & deſignatus in ſeptuaginta-duobus Diſcipulis; nam poſtquam Chriſtus conſecravit, & Corpus ſuum Diſcipulis tradidit, dixit, *Hoc facite in meam commemorationem*: quo loco Chriſtum Diſcipulos Sacerdotes conſecraſſe, & eiſdem, eorúmque in Sacerdotio ſucceſſoribus, qui ſunt hodie Presbyteri, ut offerrent præcepiſſe, tradit Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 1. poſt med.*

8 Unde inter Catholicos Doctores (licet id negetur ab hæreticis) extra omnem eſt controverſiam, Ordinem ſacerdotalem eſſe verum, & proprium novæ legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, ſicut ex multis rationibus, & ſanctorum Patrum teſtimoniis probant Capr. *in 4. diſt. 24. q. 1.* Card. Bellarm. *tom. 1. lib. 1. de Sacr. Ord. ex cap.* Valent. *tom. 4. diſput. 9. gener. q. 1. punct. 4. in princ.* Vaſq. *tom. 3. in 3. part. diſp. 23. c. 1.* Anaſt. Germon. *de ſacror. immun. lib. 4. c. 3. à num. 31.* Ægid. de Coninck *diſput. 20. de Sacrament. Ordin. dub. 1.* Ochagav. *tract. unic. de Ordin. q. 3. num. 1.* Scribon. *in Theoſim. ſive de Sacram. diſput. 7. de Ordine, q. 4.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract. 9. de Sacram. Ord. c. 2. q. 6. & 7.* Machado *en ſu perfecto Confeſſor, tom. 1. lib. 4. p. 1. tract. 9. doc. 1.*

Non obſtat textus *in cap. in novo, 21. diſt.* ibi, *A* 9
Petro Sacerdotalis cœpit Ordo, &c. quia intelligitur de Ordine Epiſcopali; cùm enim Petrus primus fuerit Epiſcopus conſecratus à Domino, in hunc ſenſum Epiſcopalis Ordo ab ipſo dicitur cœpiſſe. Ita Card. Bellarm. *tom. 1. de Romano Pontif. c. 23.* Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 3. §. 4.* Vaſq. *de Ord. diſput. 236. c. 10. & diſput. 239. cap. 1.* Ægid Coninchæ *diſput. 20. de Sacram. Ord. dub. 4. n. 15.* Lorin. *in acta Apoſtol. c. 4. verſ. 5. §. ex eadem*, Juſtinian. *tom. 1. in Paulum, diſp. 1. c. 7. à n. 4.*

Ordinandus erant olim Presbyter non minor tri- 10
ginta annis, ſicut teſtantur Collectores Canonum, Martinus Bracharenſ. Epiſcopus *cap. 10.* Gratian. *diſt. 78.* & Juſtinian. *in Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. c. Clericos, collat. 9.* ibi, *Nemo Presbyter ordinetur, qui minor 30. annis ſit.* Gutier *can. lib. 1. cap. 26. num. 1.* D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. 1. num. 1. diſt. 78.* Succedentibus verò temporibus hæc ætas imminuta fuit, & conſtitutum ut nullus ad Presbyteratus Ordinem ante vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum promoveretur, *cap. ult. 78. diſt. Clem. ult. de ætat. & qual.* & noviſſimè diſponit Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 12.* plures refert noviſſimè Didac. Narbona *in tractat. de ætate ad omnes humanos actus requiſ. anno 25. q. 55. num. 4.*

Ad Presbyteratum quoque ordinandus eſt ille, 11
qui bonum habeat teſtimonium, quique non modò in Diaconatu annum integrum miniſtraverit (niſi aliud Epiſcopo videretur) ſed etiam ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſaria ſunt ad ſalutem, & adminiſtranda Sacramenta diligenti examine præcedente, idoneus comprehenſus, atque ita pietate, ac bonis moribus conſpicuus, ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eo poſſint expectari, ut inquit
Concil. Trident. *d. ſeſſ. 23. cap. 14.* ex quo colligunt 12
infrà citandi, ad aſcendendum à Diaconatu ad Sacrum Presbyteratus Ordinem intra annum utilitatem Eccleſiæ, ac neceſſitatem ſimul intervenire debere, ac probari judicio Epiſcopi. Ita Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. quæſt. 24. art. 6.* Ugolin. *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. cap 26. §. 27. num. 3.* Bonacin. *de Sacram. diſput. 8. quæſt. unica, punct. 6. num. 2.* Ludov. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæſt. 38. art. 8. conclus. 4.* ubi declarat, quid intelligatur utilitatis, & neceſſitatis nomine ad diſ- 13
penſandum in his interſtitiis. Et non requiritur cauſa utilitatis, & neceſſitatis ordinaria, aut publica, quia Concil. loco proximè citato, remittere videtur hoc negotium arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, poſitâ utilitate Eccleſiæ, & neceſſitate, quam Epiſcopus, juxta circumſtantiam loci & temporis, aut juxta conditionem perſonæ, ſufficientem judicaverit, ut docent Sorb. *in compend. privileg. verb. Ordines ſacri, ſub fin.* Menoch. *de arbitr. caſ. 427. num. 30.* Fr. Emman.

diſt.

dist. q. 14. art 7. quos refert, & sequitur Bonac. *ubi supra.*

14 Sacra ordinatio Presbyteri cum duabus partialibus Ordinationibus perficitur, ideò duas materias, & duas formas ad completam essentialem constitutionem requirit: & prioris quidem ordinationis materia est traditio Calicis cum vino & Patenæ cum pane forma verò, *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, &c.* Ita Sot. *in 4. dist. 24. art. 3. quæst. unic.* ubi palud. *q. 6. art. 4.* Vvaldens. *tom. 2.* qui est *de Sacram. cap. 123. n. 5.* Viger. *in instit. cap. 16. § nam quamvis*, Roffens. *lib. de defens. Sacerd. contra Lutherum, congressu 2. axiom. 6.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Sacram. Ordin. cap. 9.* Turrian. *lib. 8. Constit. cap. 21.* Michael Medina *lib. 2. de continentia sacrorum hominum, cap. 21.* Vasq. *in 3. p. disput. 239. cap. 3.* Ægid. de Coninck *de Sacram. Ordin. disput. 20. dub. 7. conclus. 2.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 5. n. 2.* Marchin. *de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 8. cap. 5. num. 6. & 7.* Machado *dist. tract. 9. docum. 2. n. 1.* Sebast. Cæs. *in select. de Eccles. hierarch. p. 4. disp. 9. § 8. n. 4.* ubi *numeris sequentibus*, hanc sententiam multis comprobat fundamentis, & contrariis respondet.

15 Contra S. Thom. *in 4. distinct. 24. quæst. 2. art. 1.* ubi Richard. *art. 4. q. 3.* Gabr. *q. 1. art. 1.* & Durand *q. 3. n. 8.* Capreol. *q. 1. art. 3. ad. 3. contra primam conclusionem*, Sylvest. *in sum. verb. Ordo 3. q. 4. dist.* Angel. *eodem verb. 1. n. 5.* Sot. *in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 4 concl. 6.* existimantes manuum impositionem esse tantùm accidentalem cæremoniam. Sed reverà falluntur, quia verba in Sacramentis determinantia sensibile symbolum, sive materiam, id efficiunt: at verba, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, &c.* quæ unà cum manuum impositione ab Episcopo proferuntur, significant tum gratiam Sacramentalem, ut colligitur ex Concil. Trident. *sess 23. can. 4.* tum etiam potestatem super Corpus Christi mysticum: ergo utrumque efficiunt, & consequenter ad essentialem rationem Sacramenti spectant.

16 Ritus autem imponendi manus super eos, qui sacris officiis mancipabantur, ex antiqua lege Divina ortum habuit; nam impositas fuisse manus ab Aarone, & filiis ejus super eos qui Sacerdotio Levitæ initiarentur, satis habetur expressum in Exodo *cap. 29* & Num. 8. *num. 10.* & faciunt quæ tradit Cornel. de Cornel. *ad cap. 1. n. 4. Levit.* ubi optimè de hac cæremonia. Porrò eundem ritum imponendi manus, diabolus æmulus operum Dei in idololatriam olim transtulit, ut Auctor est Livius *Decade 1. lib. 1.* qui agens de Numæ Ordinatione, super caput ejus ab Augure Sacerdote esse manus impositas tradit.

17 Cùm ergo traditio Calicis cum vino, & Patenæ cum pane, seu Hostia, sit materia in illo, qui Sacerdotio initiatur, si Calix vino careat, aut aquam contineat, vel Hostia non ex vero pane sit incuriâ magistri cæremoniarum, non esset collatus Ordo, nec promotus acciperet characterem, ut contra Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 6. §.* metitò resolvunt Petr. Ledesm. *in sum. tom. 1. ubi de Sacram. Ordinis, cap. 3. vers. la tercera difficultad*, Villalob. *in sum. tratado 12. diff. 4. num. 11.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *comment. ad cap. Presbyter, num. 1. dist. 23.* Campan. *in diverf. Iuris Canon. rub. 2. n. 17.* subdens, ut attentè animad vertant Magistri cæremoniarum, ut vinum apponatur, quod Episcopi cautiùs agent, si discooperiti curabunt Calicem, ut videant an adsit, necne, priusquam ad materiæ traditionem properent.

18 Calicem autem, & insuper patenam, & Hostiam non necessariò opus est tangere, ita quod alioqui non dicatur collatus Presbyteralis Ordo, cùm satis esse credatur Calicem pertingere, juxta doctrinam Soti *in 4. dist. 24. q. 1. art. 2. vers. num tamen, prope fin.* Sylvest. *verb. Ordo 2. circa n. 6.* Petr. Ledesm. *d. cap. 3. vers. à esta duda*, Chametot *de Sacram. tract. 11. c. 3. dub. 4.* Valent. *tom. 4. disp. 9. q. 1. puncto 5.* Campan. *d. rubr. 2. num. 16.* Vega *in sum. tom. 2. c. 57. casu. 5.* Victorel. *in addit. ad tract. de Ordine, Martini Fornarii, cap. 2.* Zambran. *in decis. casuum consc. in articulo mortis, cap 6. dub. unico, num. 11.* Bonacin. *de Sacram. disp. 8. quæst. unica, puncto 3. num. 10.* Did. Nugo. *in addit. ad 3. p. tom. 2. quæst. 24. art. 5. diffic. 2.* ubi quærit quid dicendum, si quis tangat una manu Calicem, ut est in consuetudine, altera verò manu tangat Patenam, non Hostiam, vel Hostiam, & non Patenam? Et respondet tunc esse verum Sacramentum. Et ratio 19 est quia sicut vinum sufficienter tangitur tacto Calice, in quo est: ita & Hostia sufficienter tangitur tactâ Patenâ, in qua est, vel etiam Calice, in quo est Patena cum Hostia; nam etiam in aliis rebus humanis non solent specialiter tangi omnia quæ traduntur, quando unum eorum est in alio. Item in Rituali, ubi quæ in hoc contactu necessaria sunt, exactissimè describuntur, illud nullo modo, vel leviter insinuatur, nec etiam Episcopus ordinans ejusque Ministri sunt soliciti, ut fiat. Ex quibus hæc sententia est verissima, quamvis aliqui, ut notat Ægid. de Coninck. *de Sacr. diff. 20. dub. 7. n. 57.* non improbabiliter putent, ordinandum Sacerdotem non solùm debere tangere physicè ipsum Calicem ac Patenam, sed etiam ipsam Hostiam, ideòque eorum opinionem debere sic intelligi, ut sit probabilis, observat Vasq. *in 3. p. tom. 2. disp. 249. c. 2. n. 19. & 20.*

Unde credo probabiliter posse sustineri, non esse 20 necessarium, ut ordinandus tangat physicè materiam, sed sufficere ut extensione manuum ostendat se eam ab ordinante acceptare, quia Concil. Florent. *de Ordine* nihil meminit de contactu, sed tantùm de traditione cùm tamen diligentissimè egerit de necessariis pertinentibus ad essentiam Sacramentorum: tum quia traditio instrumentorum tantùm deservit ad determinandam potestatem, quæ datur, ad quod non requiritur contractus, sed ostensio præsens cum signo acceptativo, & ideo sic resolvunt Armil. *verb. Ordo, num. 4.* Sot. *in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 2.* Victor. *in sum. Sacr. q. 230.* Henriq. *in sum. lib. 1. c. 9. § 11. & lib. 10. § 1. lit. D, & S.* Valer. Reginad. *in praxi fori pœnitent. tom. 2. lib. 30. tract. 2. c. 2. n. 8.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tom. 1. tract. 2. c. 1. n. 42.* quæ omnia intelligenda sunt de necessitate Sacramenti; nam de necessitate præcepti ordinandus tenetur tangere saltem Calicem, & patenam.

Dubitari poterit, an Papa valeat solo verbo, *Sis* 21 *Presbyter*, aliquem Sacerdotem creare? In quo dubio non defuerunt, qui partem affirmativam tenuerint, ex quorum numero sunt Additio ad Abb. *vers. sit Presbyter, lit. A, in cap. firmiter, § una verò, de sum. Trinit.* Angel. *in l. 2. C. de crimine sacril.* Felin. *in c. 1. num. 23. vers. Fallit quartò, de constit.* Hippol. Riminald. *in repet. rubr. de constit. n. 125.* & ibi Quintil. Mandos. *num. 42.* Anton. Cuch. *in instit. major. lib. 4. tit. 11. n. 70.* Ego verò libentiùs contrariæ opinioni assentior, quam tuentur Abb.

citato loco, num. 1. Anton. de Prætis *de præstantia Cleric. cap. 1. num. 6.* Blas. Navar. *de sacro Ecclesiæ principatu, lib. 2. cap 12. in fine*, domin. Rutil. Benzon. *de anno sancto Iubilei, lib. 3. c. 27. in fine*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib 3. c. 29 q. 4.* Scip. de Rubeis *in aphorismis Episc. verb. Papa, num. 6.* Fundamentum enim mihi videtur, quia Concil. Trident. *sess. 14. cap. 3. de Sacra Unct.* loquens circa Ministros, quos vult esse Ecclesiæ Presbyteros, subjungit eo nomine non ætate seniores, aut primores venire, sed aut Episcopos, aut Sacerdotes ab ipsis rectè iordinatos per impositionem manuum Presbyteri: ergo non solo verbo, *esto Sacerdos*, quis poterit ordinari. Deinde omnia Sacramenta constant ex materia, & forma, quæ pro libito variari non possunt, ut salva illorum sit substantia, sicut ait Concil. Trident. *sess. 21. cap. 2.* atque in eo casu nec traditio Calicis cum vino & aqua, & patenæ cum Hostia, nec impositio manuum ab ordinante, uti materia esset, nec forma *Accipe potestatem, & accipe Spiritum sanctum, &c.* Ergo talis ordinatio nulla foret. Tandem nullus minister ordinarius poterit id efficere ex commissione Summi Pontif. prout nemo Doctorum adhuc ausus est affirmare: ergo neque ob excellentiam de Summo Pontif id esse possibile judicabitur. Valet consequentia, quia non apparet quominus communicaretur ea potestas, si foret in Pontifice.

22 Officium Presbyteri, ut habetur *in cap. perlectis*, 25. *dist.* est Corporis & Sanguinis domini Sacramentum conficere, & Deo in Sacrificio offerre, super populum orare, à peccatis absolvere, & benedicere dona Dei, baptizare etiam, & alia Sacramenta populis ministrare, præter Confirmationem, & Ordinem, quæ ad solos Episcopos pertinent, ut suo loco ostendimus; & denique Verbum Dei prædicare. Ita Hug. de S. Victore *lib. 2. de Sacram. p. 3. c. 12. non longè à princ & sub fin.* Vasq. *de Sacram. Ordinis disp. 236. cap. 10. n. 106.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Presbyter 4. dist. 23.* Sebast. Cæs. *in Eccles. hierarch. p. 3. disput. 8. §. 9 à princ.* Petr. de Rollo, *in œconomia canonica, classi 1. cap. 2. §. 10. vers. Sacerdotalem, pag. 55.* Torreblanca *de jure spirituali lib. 2. c. 12. n. 35.* Machado *d. tract. 9. docum. 3.* & prædicta omnia officia divino Jure Presbyteris conveniunt, eo quòd ea omnia Jure Divino etiam in Ecclesiam introducta sint, nisi quod officium
23 prædicandi ita Divino jure convenit Sacerdotibus ex Officio; aliis verò tanquam Presbyterorum coadjutoribus, ut illud etiam aliis Ordinibus, & Clericis ex licentia Episcoporum tribui posset, ita ut rectè ab eis fiat; unde consequitur munus hoc prædicandi non esse divino Jure solis Presbyteris annexum, sed illis competere ratione Officii Sacerdotalis, quod sanè videntur probare omnia Jura, quæ prædicandi facultatem aliis Sacerdotibus præstant. Unde exceptis iis, quæ Episcopis diximus reservari, reliqua omnia Ordinis ministeria Sacerdotibus competere ex Christi Domini institutione probat textus *in cap. 1. §. nna, vers. & hoc, de sum. Trinit.* Conc Trid *sess. 13. cap. 1.* ubi, *successoribus in Sacerdotio*, textus optimus *in Extravag. Quia quorundam, vers. item quia Claves, de verb. signif. Ioan. XXII.* & comprobat S. Thom. *in addit. ad 3. p. q 19.* Turrec. *in sum. de potest. Eccl. lib. 1. c. 9. 3. n. 4. &* 15. Victor. *de Clavibus, n. 18.* Domin. Sot. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 3. concl. 4.* Petr. Sot.
24 *de instit. Sacerd. ubi de Sacram. Euchar. lect. 13.* Et confirmatur exeo, quia axioma est Theologicum, potestatem Ordinis essentialiter non distingui à charactere Sacerdotali, nisi secundùm diversos actus, consecrationem scilicet, aut remissionem peccatorum, ut docent S. Th. *in 4. dist. 18.* & colligitur ex his, quæ tradit Nav. *in man. c 22. n. 17.* sed characterem Sacerdotalem in ordinatione recipiunt Sacerdotes, Conc. Trid. *sess. 23. c. 4 & cons. 5.* Vivald. *in candel. aureo, ubi de Sacr. Ordinis, num. 18* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 14 §. 2.* igitur necessariò fateri oportet, Sacerdotes in suo Ordine potestatem accipere. 25

Potestas autem hujusmodi versatur circa supradicta omnia munera & officia ipsis Presbyteris ex divina institutione incumbentia: de potestate enim consecrandi probat textus *in dict. c. 1. §. una*, Concil. Trid. *d. sess. 23. cap. 1.* ubi, *Atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, &c.* Henriq. *lib. 8 cap. 54. §. 1 lit. E*, Vivald. *in candel. aureo, ubi de Eucharistia, num. 55.* Paul. Layman *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 4. c. 7. n. 1.* & esse Catholicum dogma, solos Sacerdotes posse validè hoc Missæ sacrificium propriè offerre, & conficere, docent Theologi cum Magistr. *in 4. dist. 13.* ubi Durant. *q. 1. ad 2.* Bonavent. *art. 1. q. 1.* Palud. *q. 1. art. 3.* Gabr. etiam *q. 1. art. 3.* Sot. *q. 1. art. 8.* S. Thom. *in 3. p. q. 82. artic. 1.* ubi Ragusa & Cabezudo, Suar. *disp. 77. sect. 2.* Ægid. de Goninchx *d. art. 1. dub. 1.* Card. Bellarm. *lib. 4. de Sacram. Eucharist. c. 16.* Casal. *de sacrificio Missæ*, Vasq. *in 3. p. disp. 226. c. 1.* Lacerda *in sua de Sacerdotio Christi relect. lib. 1. c. 1. §. hæc* 26
sunt; in tantum, quod Papa non possit committere non Presbytero, ut conficiat Corpus Christi, juxta Gloss. notabilem *in cap. pervenit. 95. distinct.* Abb. *in cap. quantò, num. 9. de consuet.* Campan. *in* 27
divers. Iuris Canon. rub. 6. c. 2. num. 15. Et adeò ad Sacerdotes potestas consecrandi, & conficiendi Sacramentum Eucharistiæ spectat, ut ritè ordinati, etiam præcisi ab Ecclesia hæretici, aut excommunicati, validè conficiant; diximus enim potestatem consecrandi ita ad Sacerdotes pertinere, ut potestas ipsa à charactere essentialiter non distinguatur, sed charactet ipse indelebilis est, inhærens animæ, ita ut per nullam omnino potestatem ab ea valeat separari, Gloss. *verb. injuria, in cap. 2. de apostatis*, S. Thom. *3. p. quæst. 63. art. 5.* Sot. *in 4. dist. 1. q. 4. §. 2.* Vivald. *in candel. ubi de Sacrament. in genere, num. 10. & de Sacram. Ordinis, num. 18.* comprobat Concil. Trident. *sess. 7. can. 9. & sess. 24. can. 4.* fit ergo manifestissimum, quod si potestas consecrandi à charactere essentialiter non distinguitur, & character ipse ab anima nullo modo valet separari, ita & potestas consecrandi per Ecclesiam impediri nequit, atque ita hæreticum validè conficere hoc Sacramentum, probant Gloss. *in cap. 2. de cleric. excom.* Hentiq. *in sum. lib. 8. c. 54. lit. C*, Bellarm. *tom. 3. lib. 4. de Euchar. cap. 16.* Vasq. *tom. 4. in 3. part. disp. 218. à num. 6. & disp. 219. num. 20.* Suar. *de Sacram. disput. 61. sect. 3.* Ægid. de Coninex *de Sacram. q. 82. art. 1. dub. un.* Fagund. *in septem Ecclesiæ præcepta, prec. 3. lib. 3. cap. 1. num. 1.* Ex divino quoque jure propria 28
potestas ad dispensandum Christi Corpus est penes Sacerdotem, poterit tamen illam in causa necessitatis Diacono committere, ut in terminis resolvunt Theologi *in 4. dist. 13.* ubi S. Thom. *q. 1. art. 3.* Durant. *q. 4.* Richard. *art. 1. q. 3.* Palud. *q. 1. art. 4* Sot. *quæst. 1. art. 3.* idem S. Thom. *3. p. q. 82. art. 3.* Cabezudo *concluf. 1.* Suar. *tom. 3. in 3. part. disput. 72. sect. 1.* Vasq. *ibid. disp. 219. cap. 1.* Ægid. de Coninch *in 3. part. quæst. 83. art. 3.* Paul. Layman.

29 man. *in Theolog.moral. lib.4.tract.4.cap.7.n.2.* Cæterùm eo necessitatis casu, quo infirmus in mortis articulo constitutus communicandus est, si proprius Sacerdos absit, vel præsens non possit sacram Communionem deferre, nolit etiam alteri committere per iniquitatem, tum quilibet Diaconus, Sacerdote alio non existente, deferre poterit per licentiam, quam ipsi sacri Canones, & præsumpta voluntas superioris, Episcopi, & Papæ in tali casu tribuunt, sicut docent Hentiq. *dict.cap.6.4. §.2.* Miranda *in manual.Prælat.tom.1.q.41. art.9.* Zambran. *de Sacram. in articulo mortis, cap.3.dub.7. num. 6.* Chapeaville *de modo ministrandi tempore pestis, c.4. q.5.* quos refert Paul. Layman. *dict. cap. 7.num. 2. in fine.*

30 De potestate presbyterorum in Sacramento Pœnitentiæ, & peccatorum absolutione, est certissima conclusio, solùm illos hoc Sacramentum conficere, & habere potestatem ministerialem dimittendi peccatarita expresè est definitum in Conc. Florent. *in lit. Eugenii IV.* in Conc.Constant. *sess.8.& 15.& in cap.quidam dicunt, de pœnit. dist.* 1. & patet ex Concil. Trident. *sess.14.can.3.* quod adeò verum est, ut non solùm probi, & qui in gratia Dei sunt, sed etiam iniqui, & qui rei sunt peccati lethalis, verè hoc Sacramentum conficiant: sic de fide definitum est in eodem Concil. Trident. *sess.14.can. 10.& in c.6.* Henriq. *lib.3. de Pœn. cap.9.* Suar. *tom. 4. de Pœn. disp. 24.sect.1.n.2.& 8.* Cabezudo *in 3.p.q.8. de ministro Confessionis, art.2.* Val. Regin. *in praxi fori pœnit.lib. 1. ex n 154.* Molfes. *in sum.Theol.mor. tr.7.cap.14.à n.100.* Fagund. *in quinque Eccles. præcept prac.2.lib.7.c.1.n.2.* Ratio est, quia hoc ministerium non fundatur in sanctitate ministri, sed in potestate illi in ordinatione concessa, quæ propter peccatum non amittitur, *cap.multi, cap. Dominus, cap.non nocet, cum aliis, 1.q.1.* Conc.Trid. *sess.7.de Sacr.in gen. can.12.*

31 Sacramenti verò Baptismi Sacerdos ex vi suæ consecrationis potest esse ordinarius minister. Ita Conc. Flor. in Decr.Eugenii, Isidor. *lib. 2.de offic. cap. 24.* relatus *in cap.constat, de consecr. dist.4.* Gelas.Papa *epist.1.c.9.* relatus *in cap.Diaconos, 93.dist.* Paul.Laym. *in Theol moral.lib.5.tr.2.cap. 7. num.2.* Ratio autem hujus rei optima est, quia Sacerdos habet potestatem in Corpus Christi verum: ergo consequenter recipit potestatem in Corpus Christi mysticum, saltem quæ necessaria est vi consecrationis, quæ aliàs dici solet potestas Ordinis, & respectu illorum Sacramentorum, quæ communia sunt populo Christiano, & ad remissionem peccatorum, & communem ejus profectum ordinantur. Quod addit Suar. *de sacram. disp. 23. sect. 2.* propter Sacramentum Confirmationis, quod ob specialem rationem solis Episcopis diximus suprà Jure ordinario reservari, unde dicitur Confirmatio; nam Sacerdos est ordinarius minister Sacramenti Eucharistiæ, quod ad incrementum Spiritualis vitæ institutum est; habet etiam potestatem ordinis ad Sacramentum Pœnitentiæ necessarium, ut suprà diximus, quod est ad reparandam spiritualem vitam: ergo multò magis illam habebit ad Baptismum ministrandum, per

32 quod datur spiritalis vita. Valebit tamen Baptismi Sacramentum à laicis præstitum, ut probat textus *in c. ad limina 30.q.1. & in c.super quib.30.q.7.& in c.in necessitate, & in c.à quodam, de consecr.dist.* cum multis aliis adductis à Card.Bellarm. *tom. 2. lib.1.cap.7.* & à Vivald. *in cand.aureo, ubi de Baptismo, n.39.* constat namque traditione Ecclesiæ semper intellectum fuisse Christum Dominum ita Sacramentum istud instituisse, ut validè à quolibet semper præstaretur, sicut Apostolica facta declarant. Ananias autem, qui laicus fuisse creditur, Saulum baptizavit, *Act.c. 9.* & *c.10.* Petrus jussit familiam Cornelii à fratribus baptizari, qui secum venerant, & adhuc per multos baptizavit, ut prosequitur Henriq. *lib. 2. cap.18. lit.* D.Suar. *tom. 2. disp.23. sect.1.* comprobans in hoc Sacramento id præ cæteris congruentissimum fuisse; quamvis enim Pœnitentiæ Sacramentum sit necessarium, non tamen ex eo tanta requiritur necessitas, non solùm quoad salutem ultimam, sed quoad effectus divinæ gratiæ, cùm Baptismus sit janua omnium Sacramentorum, *cap.ult. de Presbyt.non baptiz.* Unde etiam stante necessitate non potest esse Pœnitentiæ minister quilibet homo, sed solùm Sacerdos, ut suprà ostendimus; neque etiam in quavis necessitate, sed tantùm in extrema: & deinde quia Baptismus non potest iterari, pœnitentia verò sic. Unde in Pœnitentia nullum est periculum, si non valeat ex eo quod non erat tanta necessitas quanta requiritur: Baptismus verò non est iterabilis, & ita oportebat ut omnia certa essent quoad illum conficiendum, quibus dispositis statim valeat, sive subsit necessitas, sive non quod latiùs explicat Suar. *d.sect.* 1. 33

De Sacramento Extremæ Unctionis catholicum dogma est, solos Sacerdotes illius ministros, ita 34
ut ab alio validè confici non possit, ex auctoritate Jacobi 5. *Inducat Presbyteros Ecclesiæ.* Quamvis enim nomen *Presbyteri*, in communi usu Græcæ linguæ possit etiam seniorem significare, tamen in usus Ecclesiæ, & præsertim Apostolorum, communiter sumitur pro Ecclesiæ Sacerdotibus, quod ostendit tum locus ille Pauli. 1. *ad Timoth.4.cum. impositione manuum Presbyteri*; tum communis usus retentus in Ecclesia Latina, qui veluti traditio quædam Apostolica reputari potest: atque ita intellexerunt locum illum Jacobi, comprobantque hanc resolutionem Conc.Trid. *sess.14.c.3.& can.4.de Sacram. Extremæ Unctionis.* Gratian. *post cap. Presbyteros, 95. dist.* Card Bellarm. *tom.2.lib.2.de Extrem. Unct.c. 9.* Suar. *de Pœnit. disp. 43.sect.1.* Ægid. de Coninck *de Sacram.tom.2.disp.19. dub.6.* Molf. *in sum.Theol. moral. tract.4. cap. 3.num.32.* Filliuc. *in quæst.moral. tract. 3.c.5.n.87.* Zerol. *in prax.Episcop. p.1. verb. Extrema Unctio, §. 2.* Bonacin. *de Sacram.disp.7. quæst.unic.punct.4.à n.1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles.tract.4.q.53.*

Quæ quidem omnia, etsi in potentia in Pres- 35
byterii charactere consistant, quia videlicet hanum rerum potestas in Ordine traditur, tamen eorum aliqua in actum absqu jurisdictione, & Superioris auctoritate minimè deducuntur, alia verò non ab omnibus, sed ab iis tantùm, quibus incumbit ex officio, seu de eorum, aut Episcopi auctoritate, ritè & impunè celebrantur, licèt si ab aliis de facto fiant, valida maneant. Ad primum pertinet, quod de potestate diximus absolvendi; est enim constitutum in Concil. Trid. *sess.23. de reform. cap. 15. Ut nullus Sacerdos cujuscunque audiat Confessionem, nec absolutionis beneficium valeat impartiri, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Ordinario pre examen idoneus approbetur jurisdictionem ordinariam, vel delegatam hac in re consequatur*; & sic Sacerdotem non approbatum invalidè Confessiones audire, resolvunt Paul. Sanctor. *de casib.Papal. & Episcop.cap.1.num. 28.* Piasec. *in praxi Episcop.p.2.c.1.n. 9. pag. 91.* Ægid.

de

de Coninck *de Sacram.tom.2.disp.* 8. *num.*49 Chapeavil. *de casib. reserv.c.* 3.*q.*1. Coriolan. *eod. tract. part.*1.*sect.* 1. *art* 20. *n.*1. Aloys.Ricc.*in dec.* Cur. *Archiep. Neap.p.*4.*dec.*22. *n.* 2.Ego ipse *de officio & potest.Episc.p.* 2. *alleg.*25.*n.*2.

36 Unde ad absolvendum non sufficere solam Ordinis potestatem, quam Sacerdotes in ordinatione accipiunt,sed ulteriùs requiri potestatem jurisdictionis, docent Sot. *in* 4.*dist.* 18. *q.*4. *art.* 2. Martin. Ledesm.2.4. *q.*32.*art.*1. Petr.Sot.*lect.* 5. *de Pœnit.* Navar. *in man.cap.*27.*n.* 259. Suar. *tom.* 4. *de Pœnit. disp.* 24.*sect.*2.*num* 5. Fag.*in quinque Ecclesiæ*

37 *præcepta*, *præc.*2.*lib.*7 *c.*3 *n.* 14. Quæ quidem jurisdictio datur omni Sacerdoti, etiam non approbato, in articulo mortis jure tantùm Ecclesiastico in ordine ad salutem æternam, quæ nobis communicanda est virtute Sacramentorum. Ita Turrecr. *in sum. Eccles.lib.*1.*c.*98. Sot. *d. quæst.* 4. *art.* 4 *vers. at vero.* Henriq. *lib.*5. *de Pœnit. cap.* 11. §. 2. Fa-

38 gund. *d.lib.* 6.*c.* 1. *num.* 16. Cùm ergo præter Sacerdotium requiratur etiam jurisdictio,quæ illis jure humano, & Ecclesiastico datur, planè sequitur eam posse Ecclesiam auferre,& impedire, prout impedit Sacerdoti hæretico, aut præciso, ne validè absolvat. Ita Navar. *in man. cap.*9. *a.n.*8.Vivald.*in candel. aureo*, *p.*1.*tit de Absolut. n.* 79. *&* *p.*2. *tit. de excommunicat.à n.*19. Henriq.*lib.*13.*c.* 10. §. 2. *cum seqq.*

93 Quoad matrimonii Sacramentum,licèt ipsi contrahentes sint illius ministri, tamen ad evitanda gravia, quæ ex matrimoniis clandestinis sequebantur incommoda, meritò Concil. Trident. *sess.*24. *de reform. Matrim.cap.* 1. irritavit dicta clandestina Matrimonia sine Parocho & duobus testibus inita, non quidem efficiendo, ut alia materia,& forma ad Sacramentum requiratur modò, quàm antea (quod facere non potuit) sed efficiendo contrahentes inhabiles ad sic contrahendum, & reddendo consensum eorum sine tali solemnitate insufficientem ad contractum illum Civilem perficiendum, sicut si efficere aliquem impotentem ad alium aquâ perfundendum, redderet ipsum impotentem eum baptizare. Nec ex eo quod Concil. Trid. *dicto loco* dicit,*qui aliter, quàm coram Parocho, vel alio Sacerdote, &c.*sequitur Parochum debere esse Sacerdotem, ut incautè existimarunt Ugol. *de potest. Episc. c.* 15. § 10.*n.*5 Fernandez *in*

40 *examine Theolog.moral.p.*3. *c.*18.§.1.*n.* 3. & Filliuc. *tom.* 1.*tract.* 10.*n.*203.quia etiam non Sacerdotem (puto cui collocata fuit Parochia,non tamen est Sacerdos ordinatus) validè assistere Matrimonia tenent infiniti propemodum per me citati *d p.*2.*al. leg.* 32.*n.*105. quibus addo Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.*4. *c.*8.*n.*55.Basil.Pont.*de Matrim.lib.*5. *c.* 17.*n.*1.

41 Alia verò, de quibus secundo loco meminimus, similiter licitè ministrare non potest Sacerdos, nisi similium habeat ab Episcopo, vel Rectore Ecclesiæ auctoritatem, & ideò missæ Sacrificium non convenit eum celebrare, antequam hoc ei ab Episcopo permittatur. Concil Triden. *sess.* 22. *de reform cap.*1. neque coram Episcop suo celebrans benedictionem super populum dare potest, non obtentâ ab eo licentiâ, ut ait Nicol.I.*ad Michaë-*

42 *lem Imper.* Nec sacram Eucharistiam licitè administrat, nisi ab Ordinario, Papa scilicet, Episcopo, vel Parocho commissionem habeat expressam, aut præsumptam, ut post Vasq. firmat Paul.Layman. *in Theolog moral.lib.* 5.*tract.*4. *cap.* 7. *n.* 3.nec

43 Extremam Unctionem extra necessitatem licitè confert, nisi sit Pastor, vel alius cum ejus licentia. 44 Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. part.* 2. *disp.*8. §.4.*n.* 6. ubi *num.* 13.idem dicit de Sacramento baptismi. Ratio est, quia dispensatio Sacramentorum est proprium munus Pastoris,quod proinde nemo alius sine illius commissione usurpare debet, excepto casu necessitatis extremæ, in quo, ut suprà dixi, omnibus Sacerdotibus, etiam præcisis, & alioquin non toleratis, tum Pœnitentiæ, tum Eucharistiæ Sacramentum per modum viatici ministrando, ipso communi jure licentia data est. Et denique Verbum Dei prædicare non 49 potest antequam mittatur, & approbetur, *c.cæce,* 95. *dist.* Conc.Trid.*sess.*24. *de reform. cap.* 4. *vers. nullius.*

Cæterùm si nihilominus in solo charactere confisus Sacerdos prædicta omnia exercere voluerit, rata habebuntur, & valida, præter Pœnitentiæ,& Matrimonii sacramenta, in quibus cum charactere 47 etiam jurisdictio requiritur de essentia, ut suprà diximus. Hortatur autem Concil. Trident. *cad. sess.* 23. *de reformat. cap.* 14. Presbyteros omnes, *ut saltem diebus Dominicis,& festis solemnibus Missas celebrent, si autem curam habuerint animarum, ita frequenter id faciant, quod suo muneri satisfaciant*: & hoc idem ex illo capite colligunt Bonac. *de Sacram. disp.* 4 *q.ult punct.*7.*n.* 3.Homobon.de Bonis *de examine Ecclesiastico part.*1.*tr.*4. *cap.* 14. *q.*133. Molfes. *in sum. Theolog.moral.tract.*3.*c.*14. *n.*16. Ego ipse *de offic. & potest.Episc.p.*2.*alleg.*24. *num.*22.

De Presbyteris, eorumque institutione consecra- 48 tione, potestate, & officio, vide Guillerm.durand. *in ration.divin.offic.lib.*2.*c.*8.Petr. Gregor. *Syntagm. Iuris part.*2.*lib.*16.*cap.* 8.Vasq.*de Ordine*, *disp.*23. *c.*9.*n.*69 *cum seq.*Galganet. *de jure publico lib.*3.*tit.* 25.Sebast. Cæl.*de Ecclesiast. hierarch. p.*3. *disp.* 8. Castald. *in praxi cæremon.lib.*2 *sect.* 14.*c.*8. Machado *en su perfecto Confessor,tom.*1.*lib.*4.*p.*1. *tract.* 6.

CAPUT XXXV.

De Diaconis.

SUMMARIUM.

1 *Diaconus Græcè, minister Latinè appellatur, qui Sacerdoti ministrat.*
2 *Diaconus solus propriè sortitur nomen ministri, quia solus circa res sacras Presbytero ministrat, easque fidelibus distribuit.*
3 *Levita vocatur Diaconus à Tribu Levi, à qua Diaconi originem ex veteri Lege traxerunt.*
4 *Apostoli elegerunt septem Diaconos,quorum primus,& sanctitate præcipuus claruit B.Stephanus.*
5 *Diaconatus Ordo non ab Apostolis, sed à Christo institutus fuit.*
6 *Diaconi septem fuerunt adhibiti ad Ministerium mensarum, & ut pauperum curam haberent.*
7 *Diaconi ex institutione divina electi.*
8 *Diaconatus, & Subdiaconatus fuerunt à Christo instituti, & sunt Sacramenta.*
9 *Caput* Dominus, ad fin.93.dist.*declaratur.*
10 *Ordines non sunt universim plura Sacramenta.*
11 *Diaconus ordinandus est, qui speret Deo auctore se continere posse.*
12 *Caput* Diaconi, 28.dist.*declaratur.*
13 *Diaconi quomodo continentiam promittant.*

14 *Diaco*

14 *Diaconatus Ordo qua ætate conferri debeat, ostenditur.*

15 *Materia ordinationis Diaconi est impositio manuum Episcopalium cum traditione alicujus rei per quam potestas, & officium illius significatur: forma autem sunt verba, quæ cum hujusmodi materialibus symbolis proferuntur.*

16 *Manuum impositio in ordinatione Diaconi Sacramentalis est.*

17 *Ordinum materias omnes Dominus instituit, non quidem in particulari, sed generatim monendo Apostolos, ut Ordines conferrent per cæremoniam instrumentalem.*

18 *Diaconorum Officium quod fuerit in primitiva Ecclesia, ostenditur.*

19 *Diaconorum numerus qui Episcopo prædicanti assisterent in quacunque etiam minima civitate, septenarius requirebatur.*

20 *Officium Diaconi est assistere Sacerdotibus, & eis in omnibus, quæ in Sacramentis aguntur, ministrare, oblationes ad Altare inferre, &c.*

21 *Evangelium populo legere, seu decantare, est officium Diaconi.*

22 *Diaconus cùm vult recitare, seu legere, vel decantare Evangelium, quare debeat ascendere ad altiorem locum, ostenditur.*

23 *Diaconus debet cùm ad legendum Evangelium accedit, faciem versus Aquilonem vertere.*

24 *Diabolus per Aquilonem intelligitur.*

25 *Diacono lecturo Evangelium quare detur benedictio, non autem Subdiacono, quando illi traditur Epistola ad legendum, ostenditur.*

26 *Prædicandi munus ad Diaconorum Officium non pertinet, ex vi suæ ordinationis.*

27 *Caput* perlectis, 25. dist. *& caput* in sancta 92. dist. *declarantur.*

28 *Religiosi Societatis* Jesu *sacris Ordinibus non initiati Verbum Dei prædicare possunt.*

29 *Diaconi in Ecclesia primitiva propter penuriam ministrorum solemniter baptizare poterant, hodie verò id facere non possunt, nisi de licentia episcopi, vel Presbyteri.*

30 *Irregularitatem incurrunt Diaconi, si absque licentia Episcopi, vel Parochi solemniter baptizaverint.*

31 *Diacono nunquam licet baptizare solemniter, etiam in casu necessitatis.*

32 *Diaconus potest non solemniter baptizare absente Episcopo, vel Presbytero, ac necessitate cogente.*

33 *Diaconus in extrema necessitate solemniter baptizans fit irregularis.*

34 *Diaconi non possunt ratione Officii Eucharistiam fidelibus ministrare, nisi in absentia Sacerdotis, vel in ejus præsentia, datâ necessitate.*

35 *Diaconi dum ministrant, an teneantur esse in gratia, ostenditur.*

36 *Doctores referuntur de Diaconis, eorúmque officio agentes.*

DIaconus Græcè, ministet Latinè appellatur, quia Sacerdoti ministrat, & aliis Cleticis ministeria dispensat, & res sacras populo administrat, *cap. cleros, vers. Græcè Diaconi*, 21. *dist.* Durant. *in rationali divin. offic. lib.* 2. *cap.* 9. Mich. de Medina *lib.* 1. *de continent. cap.* 13. *&* 25. Petr. Gregor *syntagm. Iuris lib.* 15. *cap.* 20. *num.* 1. Vasquez *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.* 236. *capit.* 4. *in princ.* Galganet. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 25. *n.* 1. Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarch. p.* 2. *disp.* 9. *num.* 1. Illustriss. D. Acunha *in comment. ad cap.* 11. *diss.* 23. Boët. Epo *de jurisdict. Eccles. temporali, q.* 1. *n.* 11. ibi: *Ita Diaconi quoque fuerunt Apostolorum jussu. Actor.* 6. *constituti, qui sacris ministrarent mensis, ut ipsimet Apostoli liberiùs vacarent verbo Dei &c.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. alleg.* 14 *n.* 16. Nam 2
etsi alii quoque Clerici ministri existant, solus tamen Diaconus propriè sortitur hoc nomen, quia solus circa res sacras Presbytero ministrat, easque fidelibus distribuit, *cap. Diaconi sunt*, 93. *dist.* alii verò potiùs Assistentes dicuntur, ut Sylvest. Papa docet *in c. nullus Acolythorum*, 24. *dist.* Hic & Levita vocatur à Tribu Levi, à qua Diaconi origi- 3
nem ex veteri lege traxerunt, *d. c. Cleros, d. c. Diaconi sunt.*

Elegerunt autem Apostoli *Actor.* 6. septem Dia- 4
conos, quorum primus, & sanctitate præcipuus claruit B. Stephanus, & apost aliquot tempora insignis ejusdem Ordinis floruit B. Laurentius: unde pro viribus contendunt ibi ab Apostolis institutum fuisse Diaconatus Sacramentum, Durant. *d. lib.* 2. *cap.* 3. *à princ.* Alphons. Salmeron *in prædictum locum Act.* 3. Cardinal. Bellarm. *tom.* 2. *lib. de Sacram. Ordinis, cap.* 6. Card. Baron. *tom. anno Christi* 34. *pag.* 269.

Verùm in contrarium est communis Theologo- 5
rum opinio, quæ asserit Diaconatus Ordinem non ab Apostolis, sed à Christo institutum fuisse: & probatur, quia inter Catholicos citra controversiam est, hunc Ordinem esse Sacramentum, sed constat omnia Sacramenta à Christo ante ascensionem ejus fuisse institura, igitur cùm hæc electio septem Diaconorum ad mensas fuerit post Christi Ascensionem, ut constat, non potuit esse institutio Sacramenti. Probatur deinde, quia Christus per seipsum omnia Sacramenta instituit, & nullius institutionem Apostolis commisit; igitur hac electione facta ab Apostolis, non fuit ullum Sacramentum institutum. Ideò hanc partem sustinent Caietan. in *eum locum. Actor.* 6. *& in illum* 1. *ad Timoth. cap.* 3. Mich. Medina *lib. de continentia, cap.* 16. Vasq. *tom* 3. *disp.* 236. *cap.* 4. *n.* 49. Ochagavia *de Sacram. Ordinis, tract. unic. quæst.* 3. *nu.* 8. Ægid. de Coninck *de Sacram. Ordinis, disput* 20. *dub.* 3. *num.* 13. Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Diaconus*, 23. *dist.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 4. *n.* 4. Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4. 6
p. 1. *tract.* 8. *docum.* 1. *à n.* 1 quorum aliqui meritò tenent ea solùm electione, quæ *Actor.* 6. expressè narratur, non fuisse ordinatos septem illos viros ad ministerium Altaris, neque Sacramentum Ordinis suscepisse, & ita non esse de viris, qui ministrabant ministeria, scilicet Missæ, sed his, qui ad ministerium mensarum, ut pauperum curam haberent, adhibebantur: & quamvis in eodem capite *Actor.* 6. narretur, quod statim post hanc electionem Stephanus faceret signa, & prodigia, & populo ita sapienter prædicaret, ut adversarii non possent sapientiæ, & spiritui ejus resistere; tamen non proinde licet inferre ipsum fuisse ibi in sactum Diaconatus Ordinem consecratum; nam etiam ad aliud munus electus hæc præstare poterat. Quanto autem tempore hoc ministerium Diaconorum, qui mensis præficiebantur, in Ecclesia perseveravit, & quo pacto, latè disputant Card. Baron. & Vasq. *ut supra*, cum quibus hanc mensarum explicationem prosequere. Unde quoque provenit, ut Diaconos ex institutione divina electos fuisse asserant Valent. *tom* 4. *disputat.* 4. *quæst.* 1.

quæst. 1. puncto 2. vers. ad hæc, Hentiq. *in sum. lib. 10. cap. 2. §. 1.* Ochagavia *d. tract. unic. q. 2 n. 7.* Stephan. Duran. *de ritib. Eccles. lib 2. c. 23.* Ægid. de Coninck *d. dub. 3. n. 2.*

8 Hinc colliges, toto cælo errare Durand. *in 4. dist. 24 q. 2. n. 6.* Caiet. *tom 1. opusc. tract. 11 art. unic.* & Salmeron. *in act. 6.* dum expresè tenent Diaconatum & Subdiaconatum non fuisse à Christo institutos, nec esse Sacramenta: nam contra eos stat auctoritas Concilii Florentini, ubi postquam dixit Ordinem esse Sacramentum, illiúsque materiam, & formam explicavit, continuò ponit exempla in Ordine Sacerdotii, Diaconatus, & Subdiaconatus: item Concilii Trid. *sess. 23. cap. 2.* quatenus singulorum Ordinum nomina expresè enumerat, & statim *in cap. 3.* absolutè definit Ordinem esse Sacramentum, nullâ factâ exceptione, & tandem *in Can. 6.* sic ait: *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divinâ Ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris & ministris, anathema sit.* Ubi per Ministros sine dubio intelliguntur Diaconi; nam de nullis aliis æquè certum est, ac de Diaconis, esse à Christo institutos. Quare contra Durand. & Caiet. meritò resolvunt Diaconatum, & Subdiaconatum à Christo fuisse institutos, & esse verè, & propriè Sacramenta, Hentiq. *d. l. 10. cap. 3.* Valent. *tom. 4. disp. 9. q. 1. puncto 4.* Vasq. *in 3. p. tom. 3. disp. 237.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib 3. c. 27. q. 1.* Ochagavia *d. tract. unic q. 4.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 49. n. 1. cum seq.* Ægid. de Coninck *d. disp. 20. dub. 7. num. 46.* Scribon. *in theosimia de Ordine, disp. 7. q. 3.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 5. tract. 9. cap. 4.* Machado *citato loco.*

9 Non obstat textus *in cap. Dominus, ad fin 93. dist.* quia Cyprianus ibi solùm dicit Christum non ordinasse Diaconos, sicut Presbyteros, & Episcopos ordinavit, sed tamen inde non sequitur, illum non instituisse hunc Ordinem, quia nec etiam nullum confirmavit, & tamen Sacramentum Confirmationis instituit, ut respondet Vasq. *d. disput. 237. cap. 3.* Nec etiam obstat Anaclet. *epist. 13. cap. 1. ad fin.* ubi postquam enumeravit Ordinem Sacerdotum, & Episcoporum, sic asserit: *Amplius quàm isti duo Ordines Sacerdotum, neque nobis à Deo collati sunt, neque Apostoli docuerunt.* Quia respondetur Anacletum non loqui de omnibus Ordinibus, quos ab Apostolis accepimus, sed de Ordinibus solùm Sacerdotii, & Episcopatus. Ita respondet Mich. Medina *lib. 1. de continent. cap. 43.* & rectè quadrat verbis Anacleti, dum ibi ait, *Sacerdotum, fratres, Ordo bipartitus est & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari.* Id autem confirmat, quia Dominus solùm elegit duodecim Apostolos, in quorum locum Episcopi successerunt, & septuaginta discipulos, quibus Sacerdotes respondent; concludit demùm verbis suprà dictis, *Amplius, &c.*

10 Nec denique eo, quod ordinatio Diaconi Sacramentum est, & quidem distinctum ab ordinatione Sacerdotis, sequitur universim plura esse Sacramenta, quàm septem, quia licèt singuli Ordines per se sint Sacramenta, numerantur tamen, & considerantur tanquam unum solum Sacramentum Ordinis, propter respectum, & Ordinem, quem habent ad Sacerdotium, in quo Sacramentum hoc in tota sua perfectione existit, juxta illud Philosophicum axioma, quod quando unum est propter alterum, ibi est unum tantùm: tum etiam, quia licèt sacra Ordinatio Sacerdotis, & Diaconi specie ultimâ non conveniant, cùm neque eandem materiam, & formam, nec eundem effectum habeant, neque proximè ad eundem finem tendant; nihilominus conveniunt inter se tum proximi generis unitate, quia utrumque est Sacramentum ordinationis: tum etiam unitate principalem, videlicet ad conficiendum Corpus Christi, & per quandam connexionem, seu consequentiam ad sacrificandum corpus Christi mysticum, illum per Baptismum congregando, & per reliqua Sacramenta pascendo, & refocillando. Colliges hæc ex Vvaldensi *tom. 2. de Sacram. c. 117.* Petr. Sot. *lect. 4 de Sacram. Ordin.* Castr. *adversùs hæreses, verb. Ordo, n. 5.* Campan. *in divers. Iuris Canon. rub. 2. n. 14.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 4. num. 4. vers. nna solum.*

Est autem ordinandus Diaconus, qui speret, deo 11
auctore, se continere posse. *cap. quicunque, 77. dist.* ob idque etiam ab initio Ecclesiæ fuit omnibus Sacerdotibus, ac Diaconis prohibitum contrahere matrimonium, ut patet ex Canone 25. aliàs 27. Apostolorum, ac alii antiquorum Patrum locis adductis per Card. Bellarm. *lib. 1. de Clericis, c. 19.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 12* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 27.* Ægid. de Coninck *de Sacram. Ordinis disp. 20. num. 10. cum seqq.* Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 6. ex cap. 13.* latè Squillante *de obligat. Cleric. p. 1. n. 73. cum seqq.* Sed aliquando illo tempore, cùm ad sacra ministeria idonei inter cœlibes non adeò multi invenirentur, & plerumque inter conjugatos essent nonnulli cæteris digniores, hi ordinabantur Diaconi; ita tamen, ut sit protestati essent, velle uxores habere, nec posse se continere, licitè cum uxoribus permanerent, & ministerium Diaconatus retinerent; si verò tacitè, vel expresè continentiam fuissent in ordinatione professi, & postea transissent ad nuptias, à ministerio cessare deberent, ut in Concil. Ancyrano fuerat constitutum, de quo *in c. D. aconi, 28. dist.* unde videtur colligi, matrimonium validè tunc contrahi posse à Diaconis, sed in hoc esse Concilium illud abrogatum *in Concil. VI. gener. can. 6. Trullano*, ubi definitur Subdiaconis, & Diaconis nullo modo licere ad nuptias transire; quod si transierint, esse ab uxoribus separandos, contendit Balsam. *in comment. super Conc. Ancyran.* quem sequitur Mich. de Medina *lib. 2. de continentia, cap. 14. sub fin.* Sed meliùs potest dici, Concilium prædictum non habuisse ratum conjugium à Diaconis contractum, nec liberam facultatem eis concessisse illiud contrahendi, & in matrimonio sic contracto uxore utendi, sed tantùm statuere, ut ordinatus, qui sic ex licentia Episcopi contraheret, de gradu suo, & Ordine non amoveretur, sed post hujusmodi nuptias in eo permaneret; ita tamen, ut uxore sua minimè uteretur, quia ibi solù dicitur Diaconos de gradu suo removendos non esse. Ita Turrian. *lib. 2. de dogmatic. character. §. ad hæc objicient*, Bover. *de Repub. Eccles. p. 2. lib. 10. §. 10. à Subdiaconatu, pag. 377.* 12

Postea verò sancitum est, ut Diaconi omninò 13
continentiam promitterent, sicut colligitur ex *cap. 2. dist. 27. & ex cap 1. dist. 31. & c. conjugatis, de convers. conjugat.* Et antequam Clerici à puerilibus annis educati ad Subdiaconatum promoveantur, interrogentur de animo servandæ castitatis, aut conjugii expetendi: qui si promissionem castimoniæ suæ absque conjugali necessitate se sponderint servaturos, eis Subdiaconi, & deinde Diaconi

coni ministerium demandetur: vide *c. de his, dist.* 28. Postquam enim Subdiaconatus inter sacros Ordines est relatus, tunc perscrutatio, quæ olim in Diaconatu fiebat, cœpit in Subdiaconatu observari, ut *cap. proximo* videbimus.

14 Sed in qua ætate Diaconatus Ordo conferri debeat, variè Canones statuerunt; olim enim ab antiquo veteris Testamenti tempore Levitæ (quorum typus gerunt Diaconi, Durant. *in ration. divin. lib.* 1. *cap.* 9. *in prine.* Henriq. *d. lib.* 10. *c.* 14. §. 2. Vasq. *d. disp.* 236. *c.* 8. *in fine,*) vigintiquinque annorum eligebantur, ut in tabernaculo Domini ministrarent, ut colligitur *ex cap. in veteri*, 77. *dist.* Adveniente postmodùm tempore Gratiæ, & in primitiva Ecclesia sacri Canones in ordinandis Diaconis eandem ætatem requirebant, sicut probant textus *in c. placuit, & in cap. Episcopus*, 77. *dist. & in cap. nemo*, 78. *dist.* & habetur in Conc. Carthaginensi III. *c.* 8. & in Conc. Agathensi *c.* 16. & in Conc. Tolet. IV. *cap.* 9. eandem ætatem necessariò requiri etiam Justinianus Imperator decrevit *in Auth. de sanctiss. Episcopis*, §. *Presbyterum autem, collat.* 9. deinde succedentibus temporibus Clemens V. in Concil. Viennensi, prout refertur *in Clem. Generalem, de etat. & qual.* constituit in Diaconum eligi illum posse, qui ad vigesimum suæ ætatis annum pervenerit. Demùm attentâ novâ dispositione Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 12. nullus jam in Diaconum ordinari potest, nisi vigesimotertio suæ ætatis anno, quique bonum habeat testimonium, & in minoribus Ordinibus jam probatus sit, ac litteris, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, sit instructus. Conc. Trid. *ead. sess.* 23. *c.* 13. Campan. *in diverf. Iuris Can. rub.* 5. *cap.* 2. *n.* 2. Antonin. Diana *resolut. moral. p.* 2. *tract.* 2. *miscel. resol.* 29. *in princ.* novissimè Didac. Narbon. *in tract. de etate ad omnes humanos actus requis. anno* 23. *quæst. unica*, latè Machado *d. tract.* 8. *docum* 4. vide quæ dixi *de offic. & potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 26.

15 Materia ordinationis Diaconi est impositio manuum Episcopalium cum traditione alicujus rei, per quam potestas, & officium illius significatur. Forma autem sunt verba, quæ cum hujusmodi materialibus Symbolis proferuntur. Ita Pet. Sot. *lect.* 5. *de Sacram. Ordinis.* Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 8. §. 2. Vasq *in* 3. *p. disp.* 248. *c.* 4. *à num.* 43. Ochagavia *de Sacram. Ordinis q.* 4. *n.* 12. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.* 2. *disp.* 9. §. 1. *n.* 8. Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 5 *n.* 2. *vers. assertio* 111. Machado *d. tract.* 7. *docum.* 1. *num.* 2.

16 Quod enim impositio manuum in ordinatione Diaconi Sacramentalis sit, colligitur tum ex forma verborum, quæ simul ab Episcopo pronuntiantur, *Accipe Spiritum sanctum*, tum *ex cap.* 6. *Actor.* ubi dicitur Diaconos per manus impositionem ordinatos fuisse, sicut ibidem Interpretes annotarunt; tum denique ex Conc. Carthag. IV. *cap.* 4. *Diaconus cùm ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat.* Quamobrem & ex Scriptura sacra, & Apostolorum, ac Patrum traditione colligi videtur, ad sacram Diaconorum ordinationem præcipuè spectare manuum impositionem, ut notavit Petr. Sot. *d. lect.* 5. *vers. circa ista.* Quod verò etiam traditio alicujus rei ad ordinationem Diaconi spectet, expressè sic traditum est à Florentino Concilio: *Materia Sacramenti Ordinis est illud, per cujus traditionem confertur: Ordo Presbyteratus per Calicem cum vino, & Patena cum pane porrectionem: Diaconatus verò per libri Evangelii traditionem.* Credibile est, inquit Bellarm. quem refert Laym. *citato loco*, Dominum instituisse istas omnes materias Ordinum, non quidem in particulari, sed generatim, monendo Apostolos, ut Ordines conferrent per cæremoniam instrumentalem, quâ significaretur eorum potestas, & Ecclesiæ manuum impositione, seu ordinatione: quare nihil refert, quod in primitiva Ecclesia ordinandis Diaconis non fuerit exhibitus liber Evangeliorum, aut Missale, ut nunc solet, cùm eo tempore nondum essent scripta; potuit enim olim præter manuum impositionem alia materia exhiberi, per quam & Altaris ministerium, & alia annexa officio Diaconi significarentur: quod quidem congruentius est dicere, quàm cum Sot. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 1. *art.* 4. & Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 8. §. 1. respondere, tempore primitivæ Ecclesiæ sine traditione libri Evangeliorum, ac proinde absque propria, & vera hujus Sacramenti materia, ipsum tunc ex dispensatione divina collatum fuisse: vel etiam cum Vasq. & Ochagav. *locis proximè citatis*, asserere, eo tempore materiam hujus Sacramenti fuisse tantùm manus impositionem, ac scripsis Evangeliorum libris, tunc ipsos materiam esse incœpisse. 17

Officium verò Diaconorum in primitivâ Ecclesia versabatur circa administrationem eleemosynarum, & bonorum communem Ecclesiæ. Card. Baron. *annal. Eccl. tom.* 1. *anno Christi* 34. *pag.* 269. Vasq. *in* 3. *p. disp.* 236. *cap.* 6. *n.* 39. nam septem illi Diaconi viduis ministrabant in locum Apostolorum, quos non decuit derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, ut in eorum Actibus legitur. Insuper ad eos pertinebat ministrare Calicem, quandò eo tempore cum sanguine fidelibus ministrabatur. Henriq. *d. lib.* 10. *c.* 13. §. 2. Petr. de Bollo *in œconomia Canon. classi* 1. *cap.* 1. §. 10. *vers. Diaconorum nomen, pag.* 55. Torreblanca *de jure spirit. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 36. Demùm ad eos quoque spectabat assistere Episcopis prædicantibus, & eos custodire ne ab insidiatoribus infestarentur, & ideo oculi Episcopi appellantur, *cap. Diaconi qui, cap. Diaconi Ecclesiæ*, 93. *dist.* Clem. *lib.* 2. *constit. Apostol. c.* 43. Petr. de Bollo *in sua œconomia Canonica, classi* 3. §. 1. *pag.* 443. Diaconorum numerus, qui Episcopo prædicanti assisterent, in quacunque etiam minima civitate septenarius requirebatur, juxta textum *in d. c. Diaconi qui, & in c. Diaconi septem, eadem dist.* 93. *& in c. illud* 7. *quæst.* 1. *& in c. Episcopus Deo, de consecrat. dist.* 1. Albert Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.* 1. *cap.* 22. *sub n.* 3. Petr. de Bollo *in sua œconomia Canonica, classi* 1. §. 2. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. disp.* 9. §. 1. *n.* 7. 18 19

Hodie verò eorum est officium assistere Sacerdotibus, & eis in omnibus, quæ in Sacramentis aguntur, ministrare, & oblationes ad Altare inferre, *c. perlectis*, 25. *dist.* Clem. *lib.* 2. *constit. Apostolic. c.* 14. item Evangelium populo legere, seu decantare Læl. Zech. *de Sacram. tract. de Ordine, cap.* 1. *pag.* 668. *ante fin. col.* 1. Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 3. Cùm autem Diaconus vult recitare, seu legere, vel decantare Evangelium, debet ascendere ad altiorem locum, secundùm ea quæ Isaias dixit *cap.* 4. *Super montem ascende tu, qui evangelizas Sion.* Et Dominus in monte docebat turbas, *Matth. cap* 5. Aliæ sunt rationes, quibus Diaconus in altum ascendit decantandi Evangelii causâ, de quibus Innoc. III. *libro de sacro Altaris ministerio, c.* 24. Turrecr. *in cap. Apostolica, n.* 1. *de consec. dist.* 1. Steph. Durant. *d. c.* 23. *n.* 11. *&* 12. Isidor Moscon. *de majest. Milit. Eccles. p.* 2. 20

Biblioteca de Ciències Socials

23 *lib.1. c.1. de Ordin. pag.* 385. *lit. B.*]Debet etiam Diaconus cùm ad legendum accedit, faciem versus Aquilonem vertere, ut ostendat Verbum Dei contra eum ditigi, qui Spiritui sancto semper contra-
24 rius fuit. Ita Alcuin. *de divin. offic. cap. de celebrat. Missæ*, novissimè Frater meus Simon Vas Barbosa *in tract. de significatis mysteriosis Sacrificii Missæ, c.40.n.4. pag.*108: per aquilonem enim diabolus intelligitur, ex eo quia durus, & frigidus ventus sit, eosdemque parit effectus, quos diabolus in illis, quos possidet, operatur, reddendo scilicet eos frigidos, & torpentes in amore charitatis, & dilectionis, ut per Alcuin. *ubi proxime*, Innoc. *d. c.*42. Stephan. Durant. *d. cap.*23. *num.*14. Moscon. *in eadem pag.*385. *lit. D.* Scott. *de sacrif. Missæ lib.*3. *c.*34. *n.*21. Simon Vas Barbosa *d. n.*4. *in fine.* Quod autem per aquilonem diabolus designetur, apertè ostendit Isaias *cap.*14. dicens: *Lucifer, qui dicebas in corde*
25 *tuo, Sedebo in lateribus Aquilonis, &c.* Ratio autem, quare Diacono lecturo Evangelium detur benedictio, non autem Subdiacono, quando illi traditur Epistola ad legendum, est quod Deus Legem, & Prophetas invisibilis invisibiliter misit, Apostolos autem, & Evangelistas (quorum in hoc saltem enunciandi Evangelii munere Diaconus personam gerit) visibilis factus, & sanctam Ecclesiam, sponsam videlicet suam osculans osculo oris sui visibiliter misit & docuit, ut tradunt Innoc. *dict. lib.*2. *c.*37. Rupert. *lib.*1. *de divinis Officiis, cap.*36. Hugo de S. Victore *lib.*2. *de offic. Eccles. c.* 20. *n.*5. Stephan. Durant. *d. lib.*2. *c.*13. *n.*11.

26 Prædicandi munus ad Diaconorum officium pertinere, videtur probare textus *in c. perlectis*, 25. *dist.* ibi, *prædicare, & in cap. in sancta*, 92. *dist.* ibi, *ad prædicationis officium*, & per illa jura resolvunt Hugo de S. Victore *d. lib.*1. *part.*3. *c.*11. Raban. *lib.*1. *de instit. Sacerd. cap.* 7. Facit pro hac parte, quia Stephanus, & Philippus ab Apostolis primò in Diaconos electi prædicaverunt, *Actor.* 8. & vincentius Martyr, qui tantùm fuit Diaconus, concionabatur, teste Augustino *serm.*2. *de eodem Vincentio.* Contrarium tamen probant expressè per textum *in cap. adjicimus* 16. *q.* 1. ubi Gloss. *verb. Sacerdotis*, Gabr. *in* 4. *dist.*24. *quæst.*1. *art.*3. *versio. Diaconorum officium*, & Medin. *lib.*1. *de continens c.* 30. Sed hæ contrariæ opiniones facilè componuntur, si dicas priorem procedere, ubi intervenerit licentia Episcopi, Prælati, vel alterius habentis ad illud munus jurisdictionem; alteram verò intelligendam esse ex vi suæ ordinationis, cùm ratione Officii prædicandi munus Diaconis non sit concessum, nec illis ut proprium tribuatur. Ita Navar. *cons.* 7. *de offic. deleg.* Valent. *tom.*4. *disp.*9. *de Sacram. Ordin. quæst.*2.
27 *puncto* 3. Vasq. *in* 3. *part. disp.*236. *c.*8. *n.*89. Quapropter ad jura illa *in d. cap. perlectis, & in d. cap. in sancta*, respondetur intelligenda esse non de prædicatione, hoc est de explicatione Evangelii, sed de ejus lectione à Diacono decantanda. Ita Navar. *d. cons.*7. *n.*3. Gloss. *verb. Sacerdotes, in d. cap. adjicimus.* Durant. *in ration. Divin. lib.* 2. *cap.* 9. *n.*10.
28 Religiosi tamen Societatis Jesu, etiam sacris Ordinibus non initiati, Verbum Dei prædicare possunt, ut statuit Gregor. XIII. in sua constitutione incipiente *Vigore*, 20. *Novembris* 1584. est *in Bullar. novo tom.*2. *pag.*481.

29 Quamvis olim in Ecclesia primitiva propter penuriam ministrorum solemniter possent Diaconi baptizare, ut notant Sot. *in* 4. *dist.* 24. *q.* 3. *art.* 3. Henriq. *in sum. lib.*1. *c.*26. §. 4. Marc. Anton. *ver. resolut. lib.*3. *resol.* 16. *n.*6. *vers. tum demùm*; hodie tamen ratione officii id facere non possunt, nisi de licentia Episcopi, vel Presbyteri, ut habetur *in cap. Diaconos*, 93. *dist. & in cap. constat. de consecrat. dist.*4. Vasq. *in* 3. *part. q.*67. *disp.*147. *art.*5. *sub n.*23. Isidor. Moscon. *de majest. Milit. Eccles. p.*2. *lib.*1. *c.*1. *pag.* 385. *lit. A*, ita ut irregularitatem incurrant, si 30
absque licentia hujusmodi solemniter baptizaverint, Henriq. *dict. lib.*10. *cap.*13. §.2. Vasq. *in* 3. *part. disput.*236. *cap.*8. *num.*90. immò etiamsi faciant de licentia, & jussu Patochi, expressè tenent Navar. *cons.*1. *& 2. de Cleric. excom. minist.* Henriq. *in sum. lib.*2. *cap.*29. § 1. dicens nunquam licere Dia- 31
cono baptizare solemniter, etiam in casu necessitatis. Refert Marc. Anton. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 16. *num.* 6. Absente verò Episcopo, & Presbytero, ac 32
necessitate cogente, poterit Diaconus non solemniter baptizare, Gloss. *verb. necessitas, in cap. Diaconos*, 39. *dist.* Sot. *in* 4. *dist.*13. *q.*2. *art.* 3. *sub vers. appendit autem*, Victor. *de Sacram. in genere, num.*89. si enim etiam in extrema necessitate solemniter baptizaverit, fiet irregularis, ut per Navar. *in man.* 33
cap. 22. *num.*7. Henriq. *in sum. lib.*2. *de Baptismo, cap.*29 §. 1. *& lib.*14. *de irregul. cap.*6. §.2. Aldrete *de Relig. disciplin. tuenda lib.*3. *cap.*21. *n.*5. Bonacin. *de Sacram. disp.*2. *q.*2. *puncto* 4. *n.*3. *de censur. disp.*7. *q.*3. *puncto* 6. *n.*5. Valent. *tom.*5. *disp.*4. *q.*2. *punct.*1. & licèt Nov. *cons.* 70. *de sent. excomm.* videatur tenere contrarium in foro poli, tamen si benè ejus opinio consideretur, non est fundata, neque jure, neque auctoritate, & tandem nescit figere pedem, imò dicit eum in foro contentioso esse irregularem, & verba illa dicti capitis *constat*, & dicti capitis *Diaconos*, ibi, *absque Presbytero*, debent intelligi privatim, non autem solemniter, ut notat Mar. Antonin. *d. n.* 6.

Sic similiter licèt Diaconi non possint ratione 34
officii Eucharistiam fidelibus ministrare, cùm id tantùm solis Sacerdotibus competat, *cap. firmiter, vers. si verò, de sum. Trin.* Guillelm. Durant. *in rational. divinor. Offic. lib.*2. *c.*9. *n.*12. Alber. Trot. *de vero, & perfecto Clerico, lib.*1. *c.*22. *n.*4. Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. lib.*2. *c.*5. *n.*3. tamen in absentia Sacerdotis, vel in ejus præsentia, datâ necessitate, possunt, *d. cap. Diaconos, d. cap. præsente*, 93. *dist.* D. Joan. de Capistrano *de auctor. Ecclesiæ, fol.*51. *vers. septimò Diaconatus*, Vivald. *in cand. aureo, p.* 1. *ubi de Sacram. Eucharistiæ, n.*89. Fosc. *de visitat. lib.*1. *c.*5. *n.*10. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, vers. Diaconus, ultim.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.*2. *disp.*9. §. 2. *n.*11.

Restat nunc ut videamus, an Diaconi, dum mi- 35
nistrant, teneantur esse in gratia; Negativè respondendum esse tradunt Sot. *in* 4. *dist.*24. *quæst.*1. *art.*4. *ad* 4. Cordub. *in quæstion. lib.*1. *q.*50. Henriq. *dict. lib.*10. *c.*13. §.3. Valent. *tom.*5. *disp.*3. *q.*5. *puncto* 3. *vers. secundò intelligitur*, & *disp.*9. *q.*1. Sebast. Cæs. *d.* §.2. *num.*13. Vasq. *disp.*236. *cap.*4. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.*5. *tract.*1. *cap.* 3. *num.* 10. resolventes posse in peccato lethali, absque ulla culpa, saltem morali, ministrare. Ratio est, quia ex sanctorum Patrum, & Ecclesiæ traditione non ita colligi potest, mortalem irreverentiam à ministris Ecclesiæ committi per indignum exercitium aliorum ministeriorum, quæ proximè non tendunt ad sanctificationem animæ ex opere operato, sicut ex traditione habemus mortalem irreverentiam esse, si minister malus, & indignus Sacramenta ministret, quippe quæ ex virtute meritorum Christi, quasi quidam canales sint gratiæ sanctificantis in homines derivandæ.

Plura

36 Pluta autem de Diaconis, eorúmque officio ſi quis ſcire cupit, conſulat Creſpet. *in ſum. Eccleſ. diſciplina. virb. Diaconus*, Cupers *in repet. c. oportet. 79. diſt. in rub. Diaconatus inſtitutus*, Jacob. de Graſſ. *in aur. deciſ. p. 2. lib. 1. c. 1. de Ordine, pag. 382. cum ſeqq.* Petr. Greg. *ſyntagm Iur. lib. 16. c. 7.* Vaſq. *tom. 3. in 3. p. diſp. 236. c. 4. cum ſeqq* Henriq. *in ſum. lib. 10. c. 8. §. 1. & 2. & c. 13. § 2. & 3.* Mich. de Medina *lib. 1. de continent. c. 28. cum ſeqq.* Carol. de Graſſ. *de effectib. Clerical. in prælud. n. 190.* Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ ſtatib. p. 1. c. 19. in princ.* Molfeſ. *in ſum. Theol. p. moralis, tract. 2. cap. 9.* Galganet. *de jure publico, lib. 3. tit. 25.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch. p. 2. diſp. 9. §. 1. & 2.* Caſtald. *praxis Carem. lib. 1. ſect. 7. cap. 5. cum duab. ſeqq.* Machado *enſu perfecte Confeſſor, tom. 2. lib. 4. p. 1. tract. 8.*

CAPUT XXXVI.

De Diaconiſſis.

SUMMARIUM.

1 *Diaconiſſæ olim dicebantur, quæ apud nos viduæ continentes dicuntur.*
2 *Diaconiſſatus ad munus eligebantur mulieres, aut Virgines, aut viduæ.*
3 *Ætas quæ requiratur in Diaconiſſarum numerum adſcribendis, oſtenditur.*
4 *Diconiſſæ cum benedictione, & cæremonia ordinari conſueverunt.*
5 *Ordinatio Diaconiſſarum benedictio quadam tantùm erat, ſicut velatæ.*
6 *Fœminæ ipſo jure divino incapaces ſunt eorum, quæ ſunt Ordinis.*
7 *Diaconiſſis quæ munera incumbebant, oſtenditur.*
8 *Continentia perpetua Diaconiſſis præſcripta erat, & eligebantur ex Religioſis virginibus, aut viduis.*
9 *Diaconiſſa benedictione, & cæremoniâ Religioſa perſona dicuntur.*
10 *Diaconiſſarum Ordo à quo tempore aboleri cœpit, oſtenditur*, & num ſeqq.
11 *Diaconiſſæ hodie, ſi quæ reperiuntur, ſic dicuntur non ab ullo Ordine quem ſuſcepiſſent, neque à miniſterio ad quod eſſent deſtinatæ, ſed à viris, quorum uxores erant.*
12 *Doctores referuntur de Diaconiſſis agentes.*

1 DIACONISSÆ olim dicebantur, quæ apud nos viduæ continentes dicuntur, & aliquod munus, & dignitatem in Eccleſia habebant, quæ infrà referemus. Eligebantur ad
2 hoc munus Diaconiſſatus, Mulieres, aut Virgines, aut Viduæ, quæ tamen unico contentæ fuerint thoro conjugali; quod docet Clemens I. *lib. 6. conſtitut. cap. 17.* his verbis: *Diaconiſſa verò eligatur virgo pudica, ſi autem non fuerit virgo, ſit ſaltem vidua, quæ uni nupſerit, & fidelis, atque honorata ſit.* Et Epiphan. *ad calcem librorum contra hæreſes, in compendiaria doctrina de fide Catholica*, ſic ait: *Et ipſæ ſint etiam, quæ in unis nuptiis continentes ſe habuerint, aut ab unis nuptiis viduitatem ſervaverint, aut ſemper Virgines ſint.* Item Diaconiſſam fidelem, & ſanctam ad mulierum miniſteria eligendam eſſe admonet Clem. I. *lib. 3. conſtitut. cap. 15.*
3 Ætas autem, quæ in Diaconiſſarum numerum adſcribendis requirebatur, diverſa reperitur; nam aliquando annorum 40. fuit ſtatuta, ut in Concil. Chalcedonenſi *c. 15.* relato *in cap. Diaconiſſam, 27. q. 2.* ubi præcipitur, ne Diaconiſſa ante annos 40. ordinetur, pro quo diligens fiat probatio, quod ſi ordinationem ſuſceperit, & quantocunque tempore obſervaverit miniſterium, & poſtea ſe nuptiis tradiderit, injuriam faciens gratiæ Dei, anathema ſit, cum eo, qui in nuptiis ipſius convenerit. Refert Campan. *in diverſ. Iur. Canon. rub. 11. cap. 2. num. 3. verſ. primam.* Nonnunquam verò repetitur præſcripta ætas ſexagenaria, ut in Nicæno Concil. *cap. 74.* ſed ptiùs illud tempus 40. annorum Virginibus, poſterius verò viduis deligendis ſtatutum erat, ut potè quæ propter experientiam voluptatis majori indigerent examine, & probatione, Lavor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 34. num. 31. verſ. atque hinc.* Pamel. *in ſchol. in lib. Tertulliani de exhortat. caſtit.* Vaſq. *in 3. p. tom. 3. diſp. 245. cap. 3. num. 4.* Sebaſt. Cæſ. *de Eccleſ. hierarch. p. 2. diſput. 9. §. 4. num. 4. & 5.* noviſſimè me citato Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requiſ. an. 40. q. 3. per tot.*

Has Diaconiſſas cum benedictione, & cæremo- 4
nia ordinari conſueviſſe teſtatur Tertull. *lib. de exhortat. ad caſtitatem, c. ult. n. 72.* & de hac Diaconiſſarum benedictione extat Apoſtolica conſtitutio apud Clement. *lib. 8. c. 26.* in hæc verba: *De Diaconiſſa ego Bartholomæus conſtituo ô Epiſcope. Impones eis manus præſentibus Presbyteris, Diaconis, & Diaconiſſis, & dices: Deus æterne, Pater D. N. Jeſu Chriſti, qui viri, & mulieris auctor es, qui Mariam, Debboram, Annam, & Holdam Spiritu ſancto impleviſti, qui non duxiſti indignum, ut Filius tuus unigenitus ex muliere naſceretur, qui in tabernaculo teſtimonii, & in Templo cuſtodes fœminas ſanctis tuis præeſſe feciſti, ipſe etiam nunc reſpice hanc ancillam electam ad miniſterium, & da ei Spiritum ſanctum, & mundam effice ab omni iniquitate carnis, ut opus ſibi impoſitum dignè perficiat ad gloriam, & laudem Chriſti tui* Extat autem earum ordinatio in antiquo libro, qui inſcribitur, *Ordo Romanus.*

Hæc quidem earum ordinatio, quaſi benedictio 5
quædam tantùm erat, ſicut velatæ, & quæ Religionis habitum aſſumunt, hodie benedicuntur, fuſis etiam precibus: nullâque illis Ordinis poteſtas conferebatur, ut optimè advertunt Baſil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 10. verſ. ſed cùm in Diaconiſſa.* Lavor. *d. cap. 14. num. 33.* Et quamvis non defuerint pervertſi homines, qui *ex c. Diaconiſſam, & ex c. Presbyter, & cap. mulieres, 32. diſt.* depre- 6
henderent fœminis licuiſſe ordinari, cùm Diaconiſſæ, & Presbyteræ Canones illi meminerint, tamen hoc quàm falſum ſit, latè docent Catholici omnes, notantes fœminas ipſo Jure Divino incapaces eſſe eorum, quæ ſunt ordinis, argumento textus *in cap. in nova, de pœnit. & remiſſ.* comprobant. S. Thom. *in addit. ad 3. part. quæſt. 39. art. 1.* Victor. *relect. 2. de poteſt. Eccleſ. q. 2. num. 3.* Sot. *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. concluſ. 1.* Angles *in florib. Theolog. quæſt. de clavibus, art. 1. diffic. 5.* Majol. *de irregul. lib. 1. cap. 28.* Henriq. *in ſum. lib. 1. c. 21. §. 2. litt. N, & lib. 6. c. 2. §. 3. & lib. 10. cap. 13. §. 1. lit. A*, Campan. *dict. rubr. 11. cap. 2. à princ.* Lavor. *d. cap. 24. num. 34.* Quod autem ait Æneas Sylv. *de hiſtoria Bohemica cap. 16.* de Millida ſorore Boleſlai Bohemorum Regis, quæ eximiâ ſpecie Virgo Sacris imbuta litteris, & multâ pollens eruditione, cùm Romam Orationis causâ petiviſſet, à Joanne Pontif. Max. benignè excepta, *ipſius*

auctoritate monasterium S. Georgii in arce Pragensi construxit, ibique Sacerdos consecrata est, intelligendum, in Abbatissam electam fuisse consecratam & benedictam, non verò aliquo Ordine, vel charactere Sacramentali fuisse initiatam.

7 Munera aliqua his Diaconissis incumbebant, quorum quinque sunt principaliora. Primum erat cæteras instruere mulieres de rebus, de quibus cum Diaconis, aut Episcopis agere debebant, ut constat ex Clem. I. *lib.2.constit.c. 57. aliàs 61.* Secundum erat, foribus Ecclesiæ mulieribus tantùm patentibus præesse, sicut foribus, per quas ingrederentur viri, janitores, qui Ostiarii dicti sunt, præfecti erant, ex eodem Clem. *d.lib.2.cap.15.* Tertium, sicut munus Diaconi erat ungere oleo sancto frontem mulierum, quæ baptizabantur, ita Diaconissarum abstergere, ne à viris aspicerentur, ex eodem Clem. *lib.3. cap.15.* Quartum munus erat ministrare Presbyteris, quando baptizabantur mulieres, propter honestatem, ex eodem Clem. *lib.3. c.32.* & Concilium Nicænum I. *cap.74.* decernit hujusmodi Diaconissas ad hoc solùm paratas esse, ut fœminas in Baptismo suscipiant: & Conc. Carth. IV. sub Anastasio *c.12.* admonet hujusmodi Diaconissas debere esse tam instructas ad Officium, ut possint apto, & sano sermone imperitas, & rusticas mulieres edocere tempore, quo baptizandæ sunt, & qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter accepto Baptismate vivant. Quintum erat extra Ecclesiam, ut scilicet cùm Episcopus ad domos mulierum aliquem mittere vellet, non mitteret Diaconum, ne quid mali infideles suspicarentur, sed mitteret Diaconissam, ex eodem Clem. *lib. 3. cap. 15.* Unde Epiphanius ad calcem librorum contra hæreses, in compendiaria doctrina de Fide Catholica ait, *Diaconissas constitui in ministerium mulierum, propter reverentiam, si opus fuerit, balnei gratiâ, aut visitationis, aut inspectionis corporum.* Hæc omnia munera, & quæcunque alia, si quæ sunt, percurrunt Vasq. *d. cap. 3.* Lavor. *d.c.28. ex n.24.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.2.disp. 9. §.3. n.6.* me citato *in hoc loco*, Narbona *de etate ad omnes humanos actus req. an.40. q. 3. n.2. in fine.*

8 Continentia perpetua Diaconissis hujusmodi præscripta erat; eligebantur enim ex Religiosis Virginibus, aut viduis, ut suprà vidimus: ita colligitur *ex d. cap. Diaconissam*: unde in Concilio Romano sub Gregorio I. ipse Gregorius anathemate percutit quendam nomine Adrianum Ephilarati filium, qui Epiphaniam Diaconissam illicito ausu in uxorem habebat, & illam similiter, & eos qui ei consensum præbuerunt. Et in Conc. Aurelian. II. *can. 17.* sic dicitur. *Fœminis, quæ benedictionem Diaconatus hactenus contra interdicta Canonum acceperunt, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, à communione pellantur, quod si hujusmodi contubernium admonita ab Episcopo, cognito errore dissolverint, in communionis gratiam, actâ pœnitentiâ, revertantur. Hujusmodi verò, qui assumpserint in conjugium, anathematizentur.*

9 Religiosæ personæ Diaconissæ, benedictione & cæremoniâ, ut suprà ordinatæ, efficiebantur, & ideò ut verbis utar Basilii Pontii *in d. cap. 10.* non rectè Baron. *annal. Eccles. tom. 1. anno 30. n. 228.* censuit Diaconissas inter laicales, & sæculares personas computari, idque probat ex Conc. Nicæno *cap.19. vulgato,* & 17. ex his, qui ex Arabico translati sunt. *Commemoravimus*, inquit, *Diaconissas quæ in hoc Ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, ita ut omninò inter laicas habeantur. Similiter autem Diaconissæ, quæ in Catholico Canone non habentur, simili loco, id est laicæ, & tanquam non consecratæ deputentur.* Sed sine dubio, non inspectè satis exemplaris fide loquutus est Baronius, quia ut patet ex eo capite, statuunt Patres quid faciendum de Paulianistis, id est qui à Paulianistarum hæresi revertebantur: decernitúrque, ut iterum baptizentur, & restituantur in eum gradum Ecclesiasticum, in quo anteà fuerant, digni tamen exiterint, imponatúrque manus ab Episcopo, sicut ei, cui nunquam antea erat imposita. Deinde decernunt quid de Diaconissis fieri debent, quæ apud Paulianistas erant, & ad Fidem Catholicam transibant, ut scilicet baptizentur denuò, & inter laicas deinceps non Diaconissas, habeantur. De his autem tantùm, non de Diaconissis Catholicis sermonem esse constat, quia in eodem Canone post prædicta subjicitur: *Quod si aliqua Diaconissa ex ista hæresi ad Fidem reverti atur, oportet eam iterum baptizari, & cum ea benedictione recipere, quæ super sæcularem fieri solet, examinandúmque, ut suprà diximus, an verè convertatur.* Sic ergo intelligendum, quod in Canone vulgato 19. dicitur, *Quæ in Ordine inventæ sunt, vel in eadem specie sunt*, id est ab eadem hæresi, *Diaconissæ veniunt computandæ inter laicas*, scilicet Catholicas, *quia manus impositionem non habent.* Quam enim habere possunt apud Paulianistas, quæ ab illis discedentes iterum baptizabantur; Imò ex isto Canone potiùs colligitur, Sacras, & Religiosas personas fuisse Diaconissas Catholicas inter laicas. Præterea quo pacto iste Nicænus Canon Diaconissas Catholicas inter laicas numeraret, cùm ejusdem Concilii Canon 74. probet Diaconissas, & illas ex Sanctimonialibus, aut viduis eligi constituat, ut suum munus impleant, dum baptizantur fœminæ.

Postmodùm succedentibus temporibus ex hac ordinatione, & multiplici munere concesso Diaconissis, forsan insolescentibus, & majora conantibus, prout innata est fœmineo sexui ambitio, Diaconissarum ordo aboleri cœpit, eo modo, quo & Chorepiscoporum usus sublatus est, qui cùm aliqua minora officia in Ecclesia haberent, & majora præsumerent, sublati fuerunt, ut testatur Damasus Papa relatus *in c. Chorepiscopi, 68. dist.* & diximus *hoc lib. cap.16.* & primò apud Græcos abrogatus fuit in Conc. Laodiceno I. sub Sylvestr anno 320. *can.11.* & refertur *in c. mulieres, 32. dist.* In Latina verò Ecclesia in Conc. Arausic. I. *c. 6.* his verbis: *Diaconissæ omni modo non ordinandæ; si quæ jam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant.* Et in Conc. Autel. II. sub Sylvestro Papa *c.18. Placuit, ut nulli postmodùm fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.* 10

Sed adhuc post dictum Concil. Arausic. I. reperitur mentionem esse de Diaconissarum ordinatione, prout legitur in Conc. Chalcedonensi, *act. 15. c.15.* imò etiam post Aurelianense & Turonense II. constat in usu fuisse Diaconissæ ordinationem, ex libro, qui dicitur *Ordo Romanus*, quem post S. Benedicti tempora scriptum esse apparet, cùm in eo sæpius de B. Benedicto, ejusque regula fiat mentio: unde conjecturari oportet, non simul Diaconissarum ordinationem abolitam, sed paulatim evanuisse. Aliquas autem, quæ remanserunt, credo sic dictas, non ab ullo Ordine, quem suscepissent, neque ministerio, ad quod essent destinatæ, aut consecratæ, sed à viris, quorum uxores erant, & ita Presbyterissæ uxores dicuntur Presbyteri *in c. ult. 32. dist.* Ita Waldens. *de Sacram. lib.2. tit. 7. cap.38.* 11

cap. 58. n. 70. Mich. Medina *lib. 4. de continent. controv. 6. cap. 7.* Vasq. *d. c. 3. n. 49.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tr. 9. c. 11. n. 7.* me citato *in hoc loco*, Didac. Narbona *d. an. 40. q. 3. n. 1.* Sebast. Cæs. *d. §. 3. n. 7. in fine*, Camp. *d. c. 2. n. 5.* ubi refert se hujus rei veritatem ab hominibus nonnullis, & Græcis expetiisse, qui omnes responderunt Sacerdotis uxorem apud eos Presbyteram appellari.

Si plura scire cupias de Diaconissis, vide Camp. *in diverf. Iurist, rubr. 11. c. 2. à n. 3.* Vasq. *in 3. p. tom. 3. disp. 245. cap. 3.* Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap. 10.* qui cùm suo sæculo esse ingeniorum phœnix, raræ facundiæ, & ex quisitæ eloquentiæ, vir io declarandis ad populum concionibus celebertimus Ecclesiastes, ferè sexagenarius, sed longioti vitâ dignus, in die sancti Augustini 1619. Salmanticæ vitæ fabulam mortalis implevit. Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. hierarch. p. 1. disp. 9. §. 3.* Jur. Lavor. *var. lucubr. tom. 1. tit. 4. c. 24. n. 28. cum multis seqq.* Galganet. *de jure publico, lib. 3. tit. 31. de Diaconissis*, Didac. Narbona *de ætate ad omnes actus requis. an. 40. q. 3.*

13

CAPUT XXXVII.

De Subdiaconis.

SUMMARIUM.

1 *Subdiaconus Græcè Hypodiaconus, quasi subministrans Diacono dicitur.*
2 *Subdiaconatus Ordo fuit à Christo Domino institutus.*
3 *Ætas ad Subdiaconatum requisita ostenditur.*
4 *Subdiaconatus Ordinem quis suscipere non debet, nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi aliud exposcat.*
5 *Episcopus dispensare non potest ut quis promoveatur una die ad ultimum minorum cum Subdiaconatu, nisi vigeret in contrarium, consuetudo ante Concil. Trident.*
6 *Materia propria Ordinationis Subdiaconi est traditio Calicis vacui cum patena superposita.*
7 *Calix consecratus non est necessarius pro materia ordinationis Subdiaconi.*
8 *Contactus Calicis non requiritur ad substantiam ordinationis Subdiaconatus.*
9 *Respondetur argumento Viguerii existimantis libri Epistolarum traditionem esse materiam ordinationis Subdiaconatus.*
10 *Forma Subdiaconatus sunt verba Episcopi, quibus traditum Subdiaconi ministerium indicat.*
11 *Manus impositio non est necessaria in ordinandis subdiaconis, licèt modo illam habeant.*
12 *Subdiaconatus in primitiva Ecclesia Ordo sacer non reputabatur.*
13 *Subdiaconis olim ingressus in Sacrarium, & contactus vasorum Dominicorum non permittebatur, sed contrarium verius, n. 15.*
14 *Ordines illi per excellentiam Sacri dicuntur, qui proximè sacra tangunt.*
16 *Ordo sacer ille dicitur, qui habet annexum votum castitatis: & non sacer ille, qui hujusmodi votum annexum non habet.*
17 *Ordo Subdiaconatus votum continentiæ olim annexum non habuit.*
18 *Subdiaconi olim uti potuerunt matrimonio ante Ordines contracto.*
19 *Continentia præceptum in Matrimonio ante Ordines contracto à tempore Apostolorum usquè ad hodiernum diem sine aliqua interruptione perduravit.*
20 *Caput* fons 26. quæst. 2. *declaratur.*
21 *Apostoli post vocationem ad Apostolatum uxoribus usi non fuerunt, sed continentes verè Apostolicam vitam sunt professi.*
22 *Subdiaconatus succedentibus temporibus Ordo sacer reputari cœpit, & consuetudo utendi matrimonio ante hunc Ordinem contracto revocata fuit.*
23 *Subdiaconatus quo tempore incœpisset inter sacros Ordines numerari ostenditur.*
24 *Votum castitatis ex tunc appellari cœpit illud, quod Ecclesia suo præcepto annexuit Ordinibus sacris.*
25 *Obligatio castitatis Ordinibus sacris annexa non consurgit immediatè ex constitutione Ecclesiæ, sed ex proprio voto, non expresiè, sed facto ipso, & tacitè emisso ex Ecclesiæ præcepto.*
26 *Sacris insignitus ante pubertatem Episcopi incuriâ, vel contemptu, an ad continentiam arctetur, ostenditur.*
27 *Cœlibatus sacro Ordini non à Iure divino adjunctus fuit.*
28 *Papa dispensare potest cum Subdiacono, Diacono, Presbytero, vel Episcopo, ut matrimonium contrahat.*
29 *Subdiaconorum Officium quod sit, ostenditur.*
30 *Sudiaconus eatenus dicitur divinis Sacramentis inservire, quatenus sacra vasa, linteas, panem, & vinum ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum præparat.*
31 *Epistolam legit Subdiaconus solemniter ex præcepto Ecclesiæ, sed non ex vi Ordinis.*
32 *Acolitus alicubi Epistolam legit ex consuetudine.*
33 *Diaconos, & Subdiaconos de quibus moneat Conc. Trid. ostenditur.*
34 *Subdiaconi canendo Epistolam, & Diaconi Evangelium solemniter in peccato mortali, an peccent mortaliter, ostenditur,* & num. seq.
35 *Doctores referuntur de Subdiaconis, eorumque institutione, officio, & munere agentes.*

SUBDIACONUS Græcè Hypodiaconus, quasi subministrans Diacono dicitur, *cap. Cleros, vers. Hypodiaconos, 21. dist.* Sot. *in 4. sent. dist. 24. quæst. 3. art. 4. vers. post Diaconum*, Guillelm Durand. *in ration. Divinor. lib. 2. cap. 8.* Galganet. *de Iure publico, lib. 3. tit. 26. num. 1.* Sebast Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p. 2. disp. 10. §. 1. num. 1.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 14. n. 1.* 1

Sacramentum hoc esse à Christo Domino institutum, probant auctoritates, & Doctores supra relati *hoc eod. lib. cap. 35. n. 8. cum seq.* & expresiè tenent Vasq. *3. p. disput. 238. c. 2. à princ.* Ægid. de *Sacram. disp. 20. de Ordine, dub. 3.* Ochagavia *de Sacrament. Ordinis, tract. unico, q. 4.* Sebast. Cæs. *d. §. 1. n. 2.* Machado *en su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 1. tract. 8. docum. 1. n. 2.* ex eo quia de hujusmodi Subdiaconatus Ordine, ut potè de re antiqua & ubique recepta, & à Christo Domino instituta, loquuntur Auctores illius temporis, qui sanè floruerunt in ipso Beatorum Apostolorum senio, aut non diu post superstites fuerunt, ut est apud Cyprian. *lib. 2. Epistol. epist. 10. & lib. 4. epist. 5. & lib. 5. epist. 14.* & apud Euseb. *lib. 6. histor. cap. 33.* & quod magis est, hujus Subdiaconatus Ordinis 2

meminit Apostolorum Canon. 40. cui nec refragari, nec contradicere impunè licet.

5 Circa ætatem ad Subdiaconatum requisitam antiquitus constitutum fuerat in VI. Synodo, *cap.* 15. prout refertur *in cap. Subdiaconus*, 77. *dist.* ut Subdiaconus non minor xx. annorum ordinetur; nam quod dicitur *in cap. in singulis*, *eod. dist.* ut scilicet Subdiaconus in XIV. anno fiat, intelligit ibi Glos. computato à tempore septennii, cujus meminit Campan. *in diverf. Iuris Canon. rubr.* 7. *c.* 3. *num.* 1. Postmodum Clem. V. in Concil. Viennensi, de quo *in Clem. ult. de ætat. & qualit.* decrevit ut possit quis liberè in decimo octavo suæ ætatis anno ad Subdiaconatus Ordinem promoveri. Demùm Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. statuit, *ut nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum suæ ætatis annum promoveatur.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *n.* 21. Petr. Boll. *in œconom. Canon. class.* 1. *c.* 2. §. 1. Machado *d. tract.* 7. *docum.* 3. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.* 2. *disp.* 10. §. *ult. num.* 7. quem incœptum sufficere tenent Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 19. §. 1. Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 8. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 31. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 66. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 2. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 11. *diffic.* 11. *n.* 2. Machado *dict. tract.* 7. *docum.* 3. *num.* 2. ubi *n.* 3. tenet defectum unius diei obstare.

4 Is autem, qui ad hunc Subdiaconatus Ordinem ascendere cupit, non est ad illum promovendus, nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi aliud exposcat, sicut expressè statutum est in Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 11. *vers. his verò*, latè Machado *dict. tract.* 7. *docum.* 11. per quod quidem Decretum, licèt arbitrio Episcopi remittatur facultas abbreviandi interstitia, non tamen promovendi, vel dispensandi, ut quis promoveatur unâ die ad ultimum minorum cum Subdiaconatu primo Sacrorum, sicut resolvunt Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 11. *post n.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 24. *post n.* 13. Menoch. *de arbitr. cas.* 564. *n.* 6. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 25. *vers. una, eademque die, in noviss. impress.* Potetit autem Episcopus, ubi vigeret consuetudo ante Concil. Trident. obtenta, ut possint simul minores Ordines cum Subdiaconatu dari, eos licitè his quoque temporibus simul conferre, secundùm Navar. *in manual. cap.* 25. *num.* 71. *vers. octavò*, Rebuff. *in praxi benef. tit. de Cleric. malè promot. gloss.* 1. *n.* 19. Sorb. *in compend. privileg. Mendicant. verb. Ordines sacri, vers. & licet*, Gutier. *Canon. lib.* . *c.* 26. *n.* 31. *&* 32. Vivald. *in candel. aureo, tit. de Sacram. Ordinis, n.* 36. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 11. §. 4. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 41. Pr. Emman. *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 4. Et Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 38. *art.* 8. *concl.* 2. Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 4. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 70. *vers. ad hanc*, Bonacin. *de Sacram. disp.* 8. *quæst. unica, puncto* 5. *n.* 36. Homobon. de bonis *de humana vita statibus, part.* 1. *cap.* 20. *vers. Secundò.*

5 Contra Majol. *de irregular. lib.* 9. *cap.* 11. *n.* 1. Menoch. *d. casu* 564. *n.* 8. & Salzedo *d. vers. una, eademque die*, existimantes per Conc. Trid. *d. c.* 11. sublatam esse omnem contrariam consuetudinem.

6 Materia propria ordinationis Subdiaconi est traditio calicis vacui, cum Patena superposita, ut expressè habetur in Concil. Carthagin. IV. *cap.* 5. relato *in cap. Subdiaconus*, 25. *dist.* & in Conc. Florent. sub Eugenio IV. *in decreto Fidei, post ult. sess.* §. *sextum Sacramentum*, probant S. Thom. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 1. Guillelm. Durand. *in ration. divin. offic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 3. Rodulph. Cuperi *in repet. cap. apertebat*, 79. *dist. in* §. *Subdiaconatus Ordo, art.* 1. Jacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 6. Valent. *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 1. *puncto* 5. *vers. tertia quæstio*, Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 236. *c.* 3. *& tom.* 4. *disp.* 238. *c.* 5. *à n.* 48. Ægid. de Coninck *de Sacrament. q.* 20. *de Ordin. dub.* 7. *concl.* 4. Ochagav. *tract. unic. de Sacram. Ordinis, q.* 3. Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 14. *&* 15. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 52. Galganet. *de Iure publico lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 1. Carol. de Grassis *de effectib. Cleric. in prælud. num.* 288. Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 9. *c.* 5. *n.* 3. Machado *d. tract.* 7. *docum.* 1. *n.* 4. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 14. *n.* 3.

Nec est necessarium, ut Calix sit consecratus, quia 7
nullo Jure constat ad hujus Sacramenti essentiam Calicis consecrationem requiri: tum quia sicut validè confici potest Sacramentum in Calice non consecrato, ita validè conferri potest character Ordinis per traditionem Calicis non consecrati: attentè tamen invigilandum est ab Episcopo, ne Calice non consecrato utatur, cùm non sine maxima causa constituturum sit, ut Calices consecrentur, & non nisi à personis Sacris tractentur *in cap. in sancta, de consecrat. dist.* 1. Quare ita post Sot. Mart. de Ledesm. & Emman. Sà tenet Henriq. *in sum. lib* 10. *cap.* 5. *in Comment. litt. F, &* c. 8 §. 3. quem refero ego ipse *d. alleg.* 14. *n.* 3. *in med.* Bonacin. *de Sacram. disp.* 8. *quæst. unica, puncto* 3. *n.* 2. Machado *d. tract.* 7. *docum.* 1. *n.* 5.

Contra Sylvest. *in sum. verb. ordinatio* 2. §. 4. *vers. tertio*, Form. *de Ord. n. cap.* 2. §. 6. *ad fin.* Molfes. *dist. cap.* 8. *n.* 23. Homobon. de bonis *de humana vita statib. part.* 1. *cap.* 19. *versic. Subdiaconi*, existimantes Calicem ad essentiam Sacramenti debere esse consecratum.

Quamvis diligenter curandum sit, ut in Ordina- 8
tione Subdiaconatus tangatur Calix cum Patena, vel ad summum Calix tantùm, si Patena superpositâ sit: nihilominus tamen hic contactus ad valorem, & substantiam Ordinationis non requiritur, ut probant Sot. *in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 2. Armil. *verb. Ordo, n.* 4. Victor. *de Sacram. Ordinis, n.* 230. Vasq. *disp.* 246. *cap.* 2. Zambran. *cap.* 6. *dub. unic. n.* 6. Paul. Layman. *d. c.* 5. *n.* 5.

Non defuit tamen qui existimaverit libri Epis- 9
tolarum traditionem esse materiam hujus Ordinis, ut fuit Viguer. *in sum. institut. Theolog. cap.* 16. §. 6. motus ex eo, quia Episcopus æqualiter tradit Subdiacono librum Epistolarum, ac Diacono librum Evangeliorum: sed traditio libri Evangeliorum est materia Ordinis Diaconatus, ut *hoc eod. lib. cap.* 35. *num.* 15. *cum seqq.* ostendimus: ergo etiam traditio libri Epistolarum debet esse materia in Ordine Subdiaconatus. Sed hoc non obstante verissima est supradicta communis opinio, quæ asserit propriam materiam ordinationis Subdiaconi esse traditionem Calicis vacui cum Patena. Ad argumentum Viguerii facilè respondetur, Episcopum Diacono tantùm tradere librum Evangeliorum, unde à nihilo potuit materiam sumere hujusmodi Sacramentum, quàm ab hac Evangeliorum traditione: Subdiacono verò non solùm tradit Episcopus librum Epistolarum, sed insuper Calicem vacuum, & Patenam: quare vel

earum

carum omnium rerum traditio debet esse materia hujus Sacramenti, quæ fuit opinio Medinæ *lib. 1. de continent. cap.44.* vel materia debet esse traditio alicujus rei particularis ex ipsis: unde cùm nobiliorem actum exerceat Subdiaconus in ministratione vasorum Corporis, & Sanguinis Christi Domini, quam in recitatione Epistolarum, Vasq. *dict. cap.5.num.* 46. nil mirum si hujusmodi Sacramentum ab actu nobiliori materiam sumat, Valent. *ubi suprà.*

10 Forma verò Subdiaconatus videntur esse verba Episcopi, quibus traditum Subdiaconis ministerium indicat, & sunt illa, quæ omnibus simul ordinandis, postquam Sacra vasa tetigerunt, enuntiat, prout in Pontificali refertur. *Videte*, inquit, *cujusmodi ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis.* Ita Vasq. *d. c. 5. n. 51.* Sebast. Cæs. *d. § 1. n. 6.* Paul. Layman. *d. cap. 5. num. 3. in princ.* Machado *tract. 7. docum. 1. n. 7.*

11 In eodem Pontificali nulla manuum impositionis mentio reperitur in ordinatione Subdiaconi, unde manifestè ostenditur in ordinandis Subdiaconis manus impositionem non esse necessariam, ut expressè probatur *in cap Subdiaconus*, 23. *dist.* ibi, *quia manus impositionem non accipit.* Refert Sebast. Cæs. *d. § 1. n. 7.* ubi respondet ad textum *in c. 1. de Sacram. non iterand.* in quo supponit Summus Pontifex, Subdiaconos eo tempore per manus impositionem ordinari, dicendo non esse veram communem litteram, ibi, *Subdiaconus*: sed aliam, quæ habet *Diaconus*, ex Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 12. cap. unic.* qui testatur ita scriptum reperiri in duplici exemplari manuscripto. Verùm ne Jurium correctionem admittamus non mihi displicet, quod hac in re tradit Campan. *in diverf. Juris Can. rub. 2. n. 11. in princ.* dum firmat ordinationem Subdiaconatus habere modò manus impositionem, ex textu *in d. cap. 1.* & respondet *ad d. cap. Subdiaconus*, ut procedat attento illo tempore, quo Ordo hic Subdiaconatus inter sacros, & majores Ordines non computabatur, ut infrà ostendemus; ideò tunc Subdiaconus manus impositionem non recipiebat, quia hæc super caput signum est sacri Ordinis, ut in Presbytero, & Diacono probatur *c. Presbyter, & cap. Diaconus*, 23. *dist.*

12 Inter sacros, & majores Ordines non semper Subdiaconatus fuit computatus; in primitiva etenim Ecclesia Ordo sacer non reputabatur, ut inquit Urbanus II. *in cap. nullus*, 60. *dist.* & ideò legimus tempore Syricii antiquissimi Pontificis Cathedram Petri tenentis anno Domini 385. Subdiaconatum minimè fuisse sacrum Ordinem, *in c. quicumque*, ubi Gloss. *verf. ad Diaconii*, 77 *distinct.* & tempore Lucii Papæ *in c. ministri*, 81. *dist.* Ita Doctores per textum ibi *in c. multis, de etat. & qualit.* Durant. *in ration. divin. Offic. lib. 1. c. 8. in princ.* Cardin. Bellarm. *tom. 2. de Sacram. Ordinis, lib. 1. c. 7.* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 13. § 4.* Vasq. *in 3. p. disp. 237. 2. n. 12. & disp. 238. c. 1. n. 7. & c. 6. à n. 59. & disp. 248. c. 3. princ.* Campan. *d. rub. 2. n. 20. in princ.* Sebast. Cæs. *d. § 1. n. 8.* Boët. Epo *in comment. ad c. Clericus 6. n. 8. de vita & honest. Cleric.* ubi quod Subdiaconatus olim sacris non adnumerabatur Ordinibus, quantumlibet Canonibus Apostolicis notus.

13 Istud autem, quod olim Subdiaconatus non fuerit sacer Ordo, confirmatur ea ratione, quod in Concil. Laodicensi *cap. 21.* non permittitur Subdiaconis ingressus in Sacrarium, nec contactu vasorum Dominicorum; & tamen constat vasa sacra ab aliis tangi non debere, quàm à Sacratis hominibus, ut dicit Stephan. I. *in epistol. ad Hilarion.* confirmat Sixtus I. *in prima sua epistola*, de qua *in 1. tom. Concil.* & Sylvest. *in Synodo Romana, act. 1. Can. 9. in eodem tom. 1. Concil.* & expressè *in c. nullus Acolytus*, 24. *dist.* ubi, *nullus Acolytorum, vel Subdiaconorum rem consecratam à Presbytero aliis porrigat*, &c. idem quoque legitur *in cap. Sacratas*, 25. *distinct. & in cap. sancta, de consecrat. distinct. 1.* Ordines enim illi per excellentiam Sacri dicuntur, qui proximè Sacra tangunt, ut post S. Thom. *in addit. ad 3. part. q. 37. art. 3.* tradit Cardin. Bellarm. *tom. 2. lib. de Sacram. Ordinis, cap. 7. verf. respondeo*, & hanc rationem præstant omnes fere Doctores proximè citati. 14

Sed, licèt non diffiteamur Subdiaconatum Ordinem sacrum olim minimè fuisse, prout tenet communis, & vera sententia, de qua *suprà* tamen proximè adducta ratio, in qua illa fundatur, non subsistit, nec vera est, cùm necesse sit ut dicamus etiam olim licuisse Subdiaconis sacra vasa tangere; nam horum vasorum traditio, & tactus fuit, & est materia hujus Sacramenti, ut jam probavimus, ideò nullo jure unquam prohiberi potuit Subdiacono, ne tangat vasa sacra, Calicem scilicet, & Patenam suæ ordinationis materiam; hoc namque esset absurdum, sed ne tangat vasa in quibus sacræ Eucharistiæ reliquiæ servabantur; non enim poterant hujusmodi vasa deferre, aut extrahere ex loco, ubi Eucharistia servabatur quia hoc tantùm Diaconis concessum erat: quem sensum aperiè colliget ex verbis dicti Concil. Laodicen. *& aliis cap. nullus Acolytorum*, quia considerate eorumdem verba per legerit. Ita Vasque *d. disp. 238. c. 6. à n. 59.* & Sebst. Cæsar *d. § 1. num. 9.* 15

Quare melior ratio erit, si dicamus Ordinem sacrum illum dici, qui habet annexum votum Castitatis, & non sacrum illum, qui hujusmodi votum annexum non habet. Turrecrem. *in cap. ubi sancti*, 3. *dist.* Abb. *in dict. c. à multis.* Petr. Gregor. *Syntagm. Iuris lib. 16. cap. 7. num. 9.* Unde cùm Ordo Subdiaconatus votum continentiæ olim annexum non haberet, ad notata per Doctores *in c. nullus in Episcopum*, 60. *dist.* ubi Turrecr. *& in d. cap. à multis, & in cap. miramur, de servis non ordin.* ideò sequitur Subdiaconatum eo tempore Ordinem sacrum non fuisse, hoc est, votum Castitatis annexum non habuisse: quod ita tradunt Henriquez *dict. lib. 10. cap. 13. § 4.* Valent. *tom. 4. disp. 19. q. 5. punct. 5. verf. Gregorius autem*, Petr. de Bollo *in sua, œconomia Canon. class. 1. cap. 1. § 5.* Vasquez *in 3. p. disp. 237. c. 2. num. 12. & disp. 246. cap. 3. in princip.* quos refert, & sequitur Sebast. Cæs. *d. § 1. num. 10.* 16 17

Ac proinde Subdiaconos tunc uti potuisse matrimonio ante Ordines contracto, asserunt Henriquez *d. § 4.* Vasquez *d. cap. 3.* Petr. Gregor. *d. num 9.* & Sebast. Cæs. *d. disp. 10. § 1. num. 10.* quamvis aliqui apud Valent. *d. punct. 5. verf. duodecimò objiciunt*, existiment ex tempore primitivæ Ecclesiæ fuisse votum Castitatis in matrimonio ante hujusmodi Ordinem contracto. 18

Et licè hæc de plano procedant in Ordine Subdiaconatus pro eo tempore, quo sacer non fuit, tamen quoad Presbyteratum, & Diaconatum, cùm semper sacri Ordines reputarentur, dicendum mihi videtur in Ecclesia Latina (in Græca enim quatuor tempora distinguunt Vasq. *disp. 248. cap. 1.* Suar. *de Relig. tom. 3. lib. 9. cap. 24.* & Sebast. Cæs. *d. disp. 10. § 2. ex n. 4.*) præceptum continentiæ in matrimonio ante Ordines contracto à 19

tempore Apostolorum usque ad hodiernum diem sine aliqua interruptione perduraſſe in Presbyteris, & Diaconis, ut optimè resolvunt Sot. *de just. lib. 8. q. 7. art. 2.* Medina *lib. 2. de continenc. c. 39.* & Vasquez *disput. 248. c. 2.*

20 Nec contra hanc veritatem obstat textus *in c. sors 26. quæst. 2.* ibi, *copula Sacerdotalis, neque legali, neque Apostolicâ auctoritate prohibetur. Ecclesiastica autem lege penitùs interdicitur.* Quia verba hæc non sunt ipsius Canonis, sed Gratiani, qui nullum firmum fundamentum, aut testimonium habere potuit, ut negaret hanc legem esse Apostolicam: quare ei credendum non est, ut bene respondet Sot. *d. art. 2. in fini*, Val. *d. quæst. 5. puncto 5. vers. secundò objiciunt*, qui eodem modo respondent ad
21 textum *in c. cùm igitur, 35. quæst. 2.* Licèt enim apud Catholicos controversum sit, an Apostoli uxorati fuissent, vel non, multis existimantibus omnes uxoratos fuisse, ut ex Egnat. & aliis refert Card. Bellarm. *tom. 1. lib. 1. de Cleric. cap. 20. ad 4. arg.* multis verò negantibus nullum ex eis præter Petrum uxorem habuisse, ut videre licet apud Cardin. Baron. *annal Eccles. anno Christi 57.* & 66. quicquid tamen sit, apud omnes receptum est, post vocationem Apostolorum ad Apostolatum, eos uxoribus usos non fuisse, sed continenter verè Apostolicam vitam professos fuisse, quod aperte colligitur ex Matt. *c. 19.* ibi: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quæ verba, cùm postea Christus Dominus explicaret, ait: *Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, &c.* Ita ex Hieron. *lib. 1 adversùs Iovin. n. 30.* refert Vasquez *disp. 249. cap. 8. à princ.*

22 Verùm succedentibus temporibus cœpit Subdiaconatus Ordo sacer reputari, ac proinde antiqua illa consuetudo utendi matrimonio ante hunc Ordinem contracto revocata fuit, ut constat ex *d. c. àmultis, & ex d. cap. erubescant, & ex cap. Subdiaconis, & ex cap. placuit, 32. dist. & ex cap. ante trien-*
23 *nium, & ex c. Episcopos, 31. dist.* Quo autem tempore incœpisset Subdiaconatus inter sacros Ordines numerari, ac proinde continentiam annexam habere, non clarè constat: sed probabilius est, à Constitutione Gregorii Magni *in cap. ante triennium, 31. dist.* atque Urbani II. *in c. erubescant, eod. dist.* ut dicit Innoc. *in c. miramur, de servis non ordin.* ubi Glossa refert prædictas Constitutiones, & luculentiùs Marc. Anton. Caper. *in suo tract. de perpet. castit. Sacerd. c. 7.* quem refert Camp. *d. rub. 2. n. 11. in fine, rub. cap. 3. n. 12.* ubi subdit, quod hanc continentiam promovendi cogebantur antiquitus expressè polliceri. In Hispania verò, licet variatum si quo tempore incœpisset castitatis votum annexum esse Ordini Subdiaconatus, tamen in Concilio Illiberitano principium habuisse communior docet sententia, quam approbat Vasquez *d. disp. 248. c. 3.*

24 Votum igitur Castitatis ex tunc appellari cœpit illud, quod Ecclesia suo præcepto annexuit Ordinibus sacris, ut *in c. de his, 28. dist. & in cap. unic. de voto, lib. 6. & in Extravag. Antiqua, de voto,*
25 *Ioan. XXII.* cujus obligatio non consurgit immediatè ex Constitutione Ecclesiæ, sed ex proprio voto, non expressè, sed facto ipso, & tacitè misso ex Ecclesiæ præcepto: licet enim illa neminem possit absolutè cogere ad continentiam, eo quòd sit res mei consilii, *cap. integritas, 32. quæst. 2.* potuit tamen in Ordine sacro, quem confert, apponere conditiones & leges justas illi statui convenientes, qualis est, ut ad illum promotus castitatem voveat, sicut quilibet in rei suæ traditione potest legem apponere, *l. in traditionibus, ff. de pact.* & supposità hac lege eo ipso, quod quis vult Sacris initiari, vult ex consequenti vovere, sicut vult obligari ad recitandum officium canonicum, quod similiter est onus Ordini annexum, quamvis ignoraverit hujusmodi votum esse Ordini annexum, ut ex Azor. Sanch. & Suar. resolvit Sebast. Cæs. *d. part. 2. disp. 8. §. 7. in fine.* Quare ita tenent Glossa *verb. continentiam, in c. conjugatus, de convers. conjug.* Dominic. *in d. cap. unic. de voto, lib. 6. num. 5.* & ibi Franc. *num. 1. not. 4.* Host. *in cap. cùm olim, de Cleric. conjug. num. 1.* ubi Abb. *n. 4.* Cardin. *in fine*, & Imol. *num. 7. S.* Thom. *in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 1. in corp.* Gutier. *lib. 2. Canon. cap. 7. num. 2.* D. Barbosa *in rubr. ff. solut. matrim. part. 2. num. 100.* Ægid. de Coninch *de Sacram. disput. 20. de Ordine, dub. 13.* Sanch. *de Matrim. lib. 7 disput. 27. num. 10.* Campan. *in divers. Juris Canon. rubr. 7. c. 3. ex num. 22.* Vasquez *tom. 3. in 3. p. disp. 248. c. 1. cum seq.* Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 9. à c. 16.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 10. num. 1.* Quamvis eam continentiæ obligationem non esse ex voto, sed ex Ecclesiæ statuto, teneant Dec. *in cap. at si Clerici, in princ. num. 235. vers. 3. de judic.* Bonifac. *in Clemanica, in fin. de consang. & affin.* Paleoth. *de nothis & spurc. 16. num. 15:* Balthas. Magol. *in tract. de his quæ vi, cap. 8. §. 2. num. 26.* Valent. *tom. 4. tract. de Sacr. Ord. disp. 9. q. 5. puncto 5. §. 1. paulò post princ.* Machado *d. tract. 7. docum. 13. n. 3.*

Utrùm autem, & quando ante pubertatem Epis- 26
copi incuriâ, vel contemptu Sacris insignitus ad continentiam arcterur, & an etiam ordinatus vi, metúve, qui in constantem virum caderet, esto suscipiat Ordinem, continentiæ voto teneatur, dixi *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 15. n. 4. & 5.*

Unde colliges, nullo jure, au ratione probati 27
eorum opinionem qui tenent, cœlibatum sacro Ordini Jure Divino adjunctum fuisse, ideòque nullâ potestate humanâ, etiam Papal, dispensari posse, ut existimarunt Franc. Turrian. *lib. 2. de Eccles. charact.* Vivald. & alii. Contrarium namque verissimum est, ac communi Doctorum calculo receptum, ut per *S.* Thom. *2. 2. quæst. 88. art. 11.* ubi Cajetan. *versic. ad hoc breviter dicitur*, Claud. Espens. *lib. 1. de continent. Sacerd. c. 3.* Sylvest. *in sum. verb. Matrimonium 8. num. 12. vers. secundum*, Sot. *in 4. dist. 38. q. 1. art. 1. vers. dubium, & de Just. lib. 7. q. 4. art. 2. vers. subnectitur*, Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Cleric. cap. 18.* Marc. Anton. Capet. *in tract. de perpetua castitate Sacerd. cap. 25.* ubi quinque rationibus comprobat, Henriq. *in sum. lib. 10. c. 14. §. 16.* Valent. *d. puncl. 5. §. 1. vers. sed his argumentis.* Ideo- 28
que ominnò fatendum est, Papam dispensare posse cum Subdiacono, Diacono, Presbytero, vel Episcopo, ut matrimonium contrahat, sicut benè resolvunt *S.* Thom & Cajetan. *d. art. 11.* Joan. Fab. *in rub. C. de Episcop. & Cleric. num. 14.* Borgas. *de irreg. part. 6. rub. de spons. & matrim. num. 7. & 11.* Sot. *d. art. 2. vers. hoc patet, & in 4. dist. vers. dubium*, Henriq. *d. lib. 10. cap. 14. §. 5. & 8.* latè Transmiera *in tract. de polygamia, lib. 2. quæst. 17.* cum aliis per me citatis *de officio, & potest. Episcopi part 2. alleg. 51. num. 22. &* 23. & vidi dispensare Gregorium XV. cum Archidiacono Toletano Subdiacono, ut uxorem duceret.

Officium autem Subdiaconorum est Calicem, & Patenam ad Altare deferre, & Diaconis tradere, eisque ministrare, urceolum quoque aquæ & mantile tenere, Episcopo, Presbyteris & Diaconis ord

pro lavandis ante Altare manibus aquam præbere, *cap. perlectis*, 25. *dist.* Petr. Greg. *d. lib.* 16. *cap.* 7. *n.* 8. Valent. *tom.* 4. *disput.* 9. *q.* 1. *punct.* 3. petr Bollo *in œconomia Can. class.* 1. *c.* 2. §. 10. *statim à princ.* Castal. *in praxi caremlib.* 1. *sect.* 7. *c.* 1. *n.* 1. Carol. de Grassis *de effectib. Clerical. in prælud. num.* 289. Petr. de Bollo *in œconomia Canonica, class.* 1. *cap.* 2. §. 10. *in princ. pag.* 54. Torreblanca *de Jure spirit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 37. & ideò accipiunt ab Episcopo Calicem, & Patenam, ab Archiepiscopo urceolum. Valent. *loco proxime citato*, Vasq. *in* 3. *part. disp.* 236. *c.* 3. *in princ.* Ochagav. *tract. unic. de sacr. Ordinis, q.* 2. *num.* 15. Eatenus verò dicitur Subdiaconus divinis Sacramentis inservire, quatenus sacra vasa, lintea, panem, & vinum ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum præparat, ut per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 13. Ægid. de Coninck *de Sacram. disput.* 20. *de Ordine, dub.* 3. Bover. *de Repub. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *vers. ex his planè, pag.* 376.

30

31 Insuper legit Epistolam solemniter ex præcepto Ecclesiæ, sed non ex vi Ordinis, ut suprà diximus hoc capite, ubi de materia hujus Sacramenti egimus, quia eam alicubi legit ex consuetudine Acolytus, ut per Durant. *in Ration. divin. Offic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. Innoc. & Hostiens. *in cap. ut quisque Presbyteror. de vita & honest. Cleric.* Henriquez *d. lib.* 10. *cap.* 13. §. 4.

32 Denique Diaconos, & Subdiaconos monet Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 13. ut saltem bis singulis mensibus Missæ sacrificio solemniter inserviant, ut semel quolibet mense Eucharistiæ Sacramentum sumant: ibique statuit, ne promoti

33 ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere permittantur, de quo vide quæ latè dixi *de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *alleg.* 18. *à princ.*

34 Utrùm autem Subdiaconi canendo Epistolam, & Diacon Evangelium solemniter in peccato mortali, peccent mortaliter, quæstio est dubia; multi enim existimant eos peccare mortaliter, ex eo quia ministerium illud est grave, & proximè accedit ad Sacrificium, & ad illud dignè exercendum datur specialis gratia per Sacramentum: & huic sententiæ favere videtur textus *in cap. ult. de tempor. ord.* ubi generaliter prohibentur Clerici iniqui in susceptis ordinibus ministrare, quod maximè intelligendum est de Cleticis in Sactis Ordinatis, ut colligitur ex Gregor. *lib.* 2. *epist. c.* 83. relato *in cap. ult. distinct.* 33. Ideò hanc partem tenent Sylvest. *in sum. verb. Clericus* 2. *num.* 2. Gallet. *in margarita casuum Conscient. verb. Ordo, num.* 2. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. ult. num.* 3. *dist.* 60.

35 Verùm contraria sententia probabilior, & in rigore verior est, eam que tuentur Sot. *in* 4. *dist.* 1. *q.* 5. *art.* 6. & *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 4. *circa fin. vers. septima conclusio*, Valent. *tom.* 4. *disput.* 3. *q.* 5. *punct.* 3. *vers. secundò intelligitur*, Suar. *de Sacram. disp.* 61. *sect.* 3. quia ea actio, quæ in hoc ministerio exercetur, non est illo speciali modo consecrata, quo sunt actiones Sacramentorum: tum quia ubi non constat de præcepto (prout non constat in hac materia) non est facilè imponenda obligatio cum peccato mortali; textus verò *in d. c. ult.* non condit circa hoc novam legem positivam, sed tantùm explicat naturalem, dum ait monendos esse hujusmodi malos Sacerdotes, & sub interminatione divini judicij obtestandos, ut in susceptis ordinibus non ministrent. Quanta verò, & quàm gravis sit hæc transgressio, ibi non explicatur, sed ex objecto, & materia dijudicanda relinquitur: at verò hæc materia, de qua agimus, non videtur esse adeò gravis, ut ex natura rei censenda sit injuria, vel sacrilegium grave hujusmodi actionem in peccato mortali exequi.

plura alia qui scire cupit de Subdiaconis, eorúmque institutione, officio, & munere, videat Rodulph Cupers *in recept. cap. oportebat*, 79. *distinct. in* §. *Subdiaconatus Ordo*, Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *p. disput.* 236. *cum seqq.* Molf. *in sum. Theolog. moral. tr.* 2. *c.* 8. Homobon. de bonis *de humanæ vitæ statib. p.* 1. *c.* 19. *vers. Subdiaconi*, Galgan. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 26, Sebast. Cæs. *in select. de Eccles. hierarch. p.* 2. *disput.* 10. Castald. *in praxi Carem. lib.* 1. *sect.* 8. *c.* 1. *cum duobus. seqq.* ubi *de offic. Subdiaconi in Missa solemni, & defunctorum, ac processionibus*, latè Machado *en su perfetto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 1. *tract.* 7. De hoc ordine, & quatenus, vel quare manus non imponantur Subdiaconis dum ordinantur, vide ineulenter differentem Franc. Turrin. *de hierarchicis ordinationibus ministrorum Ecclesiæ Catholicæ adversùs schismatica, & laicas vocationes ministrorum, & superintendentium, lib.* 1. *c.* 26. *aliàs ult.* 36

CAPUT XXXVIII.

De Acolytis & aliis minoribus Ordinibus.

SUMMARIUM.

1 *Acolytus Græco vocabulo sic appellatus, Latinè* Sequens *potest intelligi.*
2 *Ætas* 14. *annorum exigitur ad Acolytatum.*
3 *Acolytatus, cæterique minores Ordines iis saltem, qui linguam Latinam intelligant, conferri debent.*
4 *Episcopus arbitrari poterit magis expedire Ecclesiæ, si Ordines minores conferat ei, qui etsi adhuc Latinam linguam non intelligat, est tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis.*
5 *Ordines minores per temporum interstitia sunt conferendi, nisi aliud Episcopo expedire magis videbitur.*
6 *Intervallum quod intervenire debet inter unum, & alterum ordinem minorem, ostenditur.*
7 *Episcopus quamvis Ordinum minorum interstitia possit remittere, laudabilius tamen erit abstinere, nisi immineret necessitas, vel alia urgens causa ei benè visa.*
8 *Ordines minores, & Primam Tonsuram uni conferre non aliter licet, quàm si ita in loco fuerit consuetum.*
9 *Materia ordinis Acolytatus est cereus extinctus simul cum urceolis vacuis.*
10 *Forma Acolytatus sunt verba*, Accipite cereofe rarium, &c.
11 *Officium Acolyti, quod sit, ostenditur.*
12 *Acolytus debet prius ab Archidiacono instrui, qualiter in Officio suo se habere debeat.*
13 *Exorcista Græcâ voce sic dictus, qui Latinè adjurans, sive increpans dicitur.*
14 *Materia & forma Exorcistæ quæ sit, ostenditur.*
16 *Exorcismus est adjuratio contra dæmones.*
17 *Exorcizare dæmones qui possint, ostenditur.*
18 *Exorcizare energumenos omni die est permissum.*

19 Exor.

19 *Exorcistæ non debent cum dæmone jocari.*
20 *Exorcistæ cavere debent ne dæmonem per modum obsecrationis abjurent.*
21 *Colloquium, aut commercium nullum cum dæmone habendum.*
22 *Exorcista est inferior Acolyto.*
23 *Lectoris in ordinatione pro materia porrigitur liber lectionum de Prophetis, pro forma autem dicuntur hæc verba,* Accipe, & esto relator, &c.
24 *Officium Lectoris est lectiones de Prophetis clarè & distinctè pronunciare.*
25 *Lectiones de Prophetis in pulpito legere prohibentur, qui non fuerint ordinati Lectores.*
26 *Ostiarius idem quod janitor est, qui Templi januis præficitur.*
27 *Ostiarii in ordinatione claves ei porriguntur pro materia, & pro forma dicuntur hæc verba,* Sic age, &c.
28 *Officium Ostiarii quod sit, ostenditur.*
29 *Sacrista vocatur etiam Ostiarius, cum ei cura committitur sacrorum vasorum, & thesauri Ecclesiæ.*
30 *Sacristæ ad Officium quæ spectent, ostenditur.*
31 *Psalmista, seu Cantor is dicitur, qui Psalmos & cæteras laudes in Ecclesia cantat.*
32 *Canendi ministerium non pertinet per se ad Ordinem aliquem.*
33 *Psalmistæ Officium tripartitum.*
34 *Psalmista in ordinatione sit capillorum tonsura in modum coronæ, & lineâ induitur.*
35 *Tonsuram deferre nullus debet, nisi eam prius ab Episcopo acceperit.*
36 *Primâ Tonsurâ nemo est initiandus, qui Sacramentum Confirmationis non susceperit ob congruitatem.*
37 *Ordines recipiens non confirmatus characterem suscipit.*
38 *Confirmationem recipere prætermittens ante Ordines ex negligentia, vel ex contemptu peccaret mortaliter.*
39 *Primâ Tonsurâ non initientur qui Fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant in lingua vulgari.*
40 *Primâ Tonsurâ initiandus sufficit quod characteres formare sciat, quamvis scribere perfectè nesciat.*
41 *Prima Tonsura, cæterique minores Ordines facilè conferendi non sunt nisi iis, qui syncerum animum habere videntur in Clericali statu permanendi.*
42 *Primam Tonsuram, vel Ordines minores accipiens cum intentione non perseverandi in statu Clericali, sed solum ut declinet jurisdictionem fori sæcularis, non videtur mortaliter peccare.*
43 *Ætas ad primam Tonsuram hac tempestate est septennium expletum.*
44 *Primam Tonsuram de facto ante septennium recipiens, non peccat mortaliter si nondum pervenerit ad usum rationis.*
45 *Prima Tonsura an sit Ordo, ostenditur,* & numeris seqq.
48 *Psalmistatus, & quatuor minores Ordines, an sint Sacramenta, ostenditur,* & num. sequentibus.
52 *Ordines omnes unum sunt Sacramentum.*
53 *Ordinibus minoribus insigniti non committunt peccatum mortale actus illorum Ordinum in peccato mortali exercentes.*
54 *Matrimonium attento Jure contrahere possunt liberè, & omni tempore in minoribus Ordinibus constituti.*
55 *Ordines minores suscipiens cum intentione postea ducendi uxorem, & cum solo animo fruendi privilegio fori, non peccat mortaliter.*
56 *Canon Apostolorum 25. declaratur.*
57 *Caput* Lectores, dist. 32. *declaratur.*
58 *Caput* Presbyteri, dist. 34. *declaratur.*

POST Subdiaconum ministrat Acolytus, qui Græco vocabulo sic appellatus, Latinè *sequens* potest intelligi, eo quòd Subdiaconum sequatur: aliter verò *Ceroferarius* dicitur, eo quòd ipsius sit ferre candelabrum cum cereo, quem etiam ipse accendit, *cap. cleros*, §. *Acolyti*, 21. *distinct.* Guillelm. Durant. *in ration. divin. offic. lib. 2. cap.* 7. Galganer. *de jure publico lib.* 3. *tit* 27. *num.* 1. Vasquez *de Ordine, disput.* 236. *num.* 17. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia, part. 2. disput.* 11. §. 4. *num.* 1. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg.* 12. *num.* 12. 1

De ætate autem requisita ad Acolytatus Ordinem non benè constat inter Doctores: & quamvis Glossa *in Clement. Generalem, de ætat & qualitate*, asserat expletum septennium satis esse in omnibus quatuor minoribus Ordinibus, quod servari inquit Zabarel. *ibid. num.* 7. & tenent Mandos. *de minori ætate, cap. 4. num.* 12. Ugolin. *de offic. Episcopi, c.* 26. §. 7. *n.* 2. Bonacin. *de Sacram. disp. 8. quæst. unic. puncto* 5. *num.* 12. & hoc ipsum in Ostiario, Lectore, & Exorcista firment infrà proximè citandi: in Acolyto tamen duodecimum annum requirunt Glossa *in sum. 77. dist.* Imol. *in d. Clem. Generalem. num.* 18. *in sum. verb. Ordines, num.* 1. Henriq. etiam *in sum. Theolog. moral. lib.* 10. *c.* 19 §. 1. Marcel. Vulpe *in praxi fori Eccles. cap. 8. num.* 4. Sanch. *in opusc. moral. lib* 7. *c.* 1. *dub.* 33. *num.* 11. *cum seqq.* Thomas Valasc. *alleg. Juris tom.* 1. *alleg.* 9. *n.* 1. *in fine*, expletum scilicet, ut per Monet. *de d. str. quotid. p. 2. q.* 19. *num.* 11. ita ut jam incœptus decimus tertius sit, secundùm D. Rodericum à Cunha *in comment. ad cap. 2. num* 11. *dist.* 77. Et alternativè duodecimum, vel decimumquartum annum exigit in eo, qui Acolytatu insigniri præoptat, Rebuff. *in sua praxi, rub. de Cleric. ad sacros Ordines malè promotis, gl.* 1. *num.* 1. Mihi tandem summoperè arridet conclusio illa, & indubitata sententia, ut ad Acolytatum præexigatur ætas 15. annotum, quam expressè tenent Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 2. *vers. autem*, Maiol. *de irregular. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 8. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 7. *c.* 2. *num.* 3. ubi subdit ad Ostiariatum, Lectoratum, & Exorcistatum sufficere ætatem annorum duodecim; ad quod tamen ubi sacri Canones non disponunt, plurimùm conducet Episcopi judicium, cùm ætas nulla his Ordinibus præstituta sit à sacro Concilio Trident. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 22. *in fine*, Armendar. *in addit. ad* Recopil. *legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 20. *l.* 1. *num.* 3. 2

Acolytatus, cæterique minores Ordines iis saltem, qui linguam Latinam intelligant, conferantur. Concil. Trid. *sess.* 23. *d. reform. c.* 11. Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statib. part.* 1. *c.* 20. *vers. secundò.* Poterit tamen Episcopus arbitrari magis expedire Ecclesiæ, si Ordines minores conferat ei, qui etsi adhuc Latinam linguam non intelligat, est tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis, ut per Menoch. *de arbitr. casu* 425. *num.* 58. quem refero ego ipse *d. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 6. 3

Per

Per temporum interstitia minore Ordines esse
5 conferendos, nisi aliud Episcopo expedire magis videbitur, statuit Concil. Trid. *d.cap.* 11. ut eo accuratiùs quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri, ac in unoquoque munere juxta præscriptum Episcopi se exerceant, idque in ea, cui adscripti erant, Ecclesia nisi forte ex causa stu-
6 diorum absint; admonetque idem Concil. ut de gradu in gradum ascendant. Quod autem intervallum inter unum & alterum intervenire debeat, non benè constat; quidam enim illud sufficere aiunt de uno ex temporibus generalium Ordinationum ad aliud, ut sunt Maiol. *de irregularitate lib.3.cap.24.n.* 23. Ugolin. *de potest. Episcopi, cap.*26. §.27.*num.* 4. quod tutius esse refero ego ipse *d.alleg.* 11.*num.*14. Alii verò tenent sufficere illud, quod daretur de uno die festo ad aliud proximum, ex quorum numero sunt Sorb. *in Compendio Mendicantium, verb. Ordo, vers. & sit benè*, Campan. *in*
7 *divers Iuris Canon. rub.6.c.3.num.* 13. Et quanvis Episopus horum Ordinum interstitia possi remittere, laudabilius tamen erit propter verba ejusdem Concil *in d.cap.* 11. abstinere, nisi immineret ne-
8 cessitas, vel alia urgens causa ei benè visa, ut in specie observant Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat tom.* 1. *quæst.* 38.*art.5.concl.*2. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.*1.*resolut. fin. casu* 26. Sed una die minores Ordines, & primam Tonsuram uni conferre non aliter licet, quàm si ita in loco fuerit consuetum, ut resolvunt Sylvest. *verb. Ordo.2.n.* 7. *vers. tertium*, Rebuff. *super reg.*23.*Cancell. vers. item capiens*, Henriq. *d.lib.*10.*cap.*11.§.4. Campan. *d.rub.*6. *cap.*2.*num.*60. & decisum refert Armendar. *d.lib.*1. *tit.* 18.*l.*1.*num.*57.

9 Materia hujus Ordinis Acolytatus est cereus extinctus simul cum urceolis vacuis, quia utrumque eodem modo traditur in Pontificali, & in Concilio Carthaginensi IV. *cap.*6. de quo *in c. Aco-*
10 *lytus*, 23. *dist.* Formæ autem sunt hæc verba: *Accipite ceroferarium cum cero, ut sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ Luminaria mancipatos in nomine Domini.* Vide *S.* Thom. *in* 4. *dist.*24.*quæst.*2.*art.*3.*vers. Acolytorum Ordo*, Vivald. *in candel. aureo, p.*1.*tit. de Sacram. Ordinis*, *n.*15. Henriq. *in sum. lib.* 10.*cap.*9. §.1. Viguer. *in sum. Theolog. cap.*16.§. 6. Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. lib.*2. *cap.*18.*n.* 8. Cardin. Bellarm. *de Clericis*, *cap.* 13. *vers. quartus Ordo*, Vasq. *tom.*3.*in* 3.*p. disp.*236.*n.*28. *cum seqq. & disp.* 237. *sub. n.*32. *vers. cæterùm*, Molfes. *in sum. Theolog. moralis, tract.* 2.*c.*7.*n.*10. Filliuc. *tract.* 9. *n.*19. & 51. Galganet. *de Iure public lib* 3. *tit.* 27. *n.* 2. Sebast. Cæl. *in relect. de Eccl. hierarchia, p.* 2.*disp.*11.§ 4.*n.*4. Machado *en su perfetto Confessor*, *tom.*2.*lib.*4.*p.*1. *tract.*2. *docum.*5.*num.* 4. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi*, *part.*2.*alleg.*11.*num.*8.

11 Hujus autem munus est candelabra, & luminaria ad Altare deferre, quando legendum est Evangelium, aut Sacrificium offerendum ad signum lætitiæ demonstrandum, & urceolos ad aram deponere, & portare, ac necessaria pro Eucharistiæ ministerio Archidiaconis præparare. Vide *cap.* 11. *dist.*25. *c.*1. §. *deservientes*, 33.*dist. S.* Thom. *d.art.*3. *ad* 6. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.*1.*cap.*19. *n.* 10. *in princ.* Grehor. Lop. *l.*11. *in princ. tit.*6.*p.*1. Petr. Greg. *syntagm. Iuris p.* 2. *lib.*16.*c.*6. Jacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 2.*lib.*1.*cap.*9. *n.*6. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.*2. *cap.*.*n.* 8. & *lib.*3.*cap.* 3.*n.*56. Rodulph. Cupers *in repet. c.* oportebat, 69. *dist in tit. de Acolytis*, Carol. d. Grassis *de effectib. clerical. in pralud. num.*287. Torreblanca *de*
12 *jure spirit. lib.* 3.*cap.*12.*num.*38 debet ptias Acolytus ab Archidiacono instrui qualiter in officio suo se habere debeat, & tunc ab eo accipere ceroferarium, id est, candelabrum cum cereo, ut sciat se ad accendenda lumina Ecclesiæ, dum Evangelium legitur, mancipari: notant Trot. *d.num* 10.*ad med.* & Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. Acolytus*, 13.*dist. num.*3.

13 Sequitur Exorcista, Græcâ voce sic dictus, qui Latinè *adjurans*, sive *increpans* dicitur, *d.c. Clerot, vers. Exorcista*, 21.*dist.* Guillelm. Duran. *in ration. divin. Offic. lib.*3.*c.*6. Galganet. *de Iure publico lib.*3. *tit* 28. Ego ipse *d.alleg.*11.*num.*11. in cujus ordinatione pro materia traditur liber Exorcismorum, &
14 pro forma hæc verba dicuntur: *Accipite, & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos*: sic dicitur in Pontificali, & *in d. Concil. Carthagin. IV. c.* 7. de quo *in c Exercista*, 23. *dist. S.* Thom. *in* 4.*dist.*24 *q.*2.& 3. Durant. *d. c.* 6. *n.* 4. Vivald. *in candel. aureo, p.*1. *ubi de Sacramento Ordinis*, *num* 12. & 13. Card. Bellarm. *de Clericis, lib.*1. *c.* 13. *vers tertius Ordo*, Henriq. *in sum. lib.*10.*cap.*9. §. 2. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis, tract.*2.*cap.* 6. Filliuc. *tract.*9.*num.*20. & 51. Ego ipse *d. alleg.* 11. *n.* 11. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccl. hierarch. disp.*11. §.3. *in fine*, Vasq. *tom* 4. *in* 3.*p. disput.*237.*c.*3.*n.* 32. Machado *en su perfetto Confessor*, *tom.*2 *lib.* 4.*p.*1. *tract.* 2. *docum.*4. Sanch. *in opusc. moral. lib* 7.*cap.*1. *dub.* 12.*n.*6. Marchin. *d. tract.* 2. *p.* 3. *cap.* 2. Marcel Vulpe *d. cap.*7.*num* 28.

15 Hujus enim Officium est exorcismos memoriâ retinere, ac manus super energumenos, & à malis dæmonibus obsessos cum invocatione nominis Jesu imponere, *d c.*1. *dist* 25. Jacob. d de Graff. *in aureis decis. p.* 2.*lib.*1. *c.*6. *num.* 6. Alciatus *lib.* 6. *pareg. cap.*23. Durant. *d.cap.*6.*num.*1. & 2. Henriq. *d.lib.*10. *cap.* 9 §. 2. Anastas. Germon. *de Sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.*3. *num.* 38. Rodulph. Cupers *in repet. c.oportebat*, *dist.*79. *sub tit. de Exorcistis*, *art.*1. Card. Baron. *tom.* 1. *annal. Eccles. anno Christi* 56 *num.*7. Petr. Greg. *syntagm. Iuris p.*2.*lib.*16. *c* 5.*n.*1. ubi declarat qui dicantur energumeni, Torreblanca *de jure spirit. lib.*1.*c.*12.*n.*39. Machado *d. docum.*4. *n.* 5. Vasq. *d. disput.*236.*n.*23. *vers. tertius*, & *num.*24. Carol. de Grass. *de effectib. Clerical. in pralud. n.*286. specialiter autem super baptizandos, in eo videlicet acta, qui dicitur exorcismus, *cap. neque quemquam, ad fin. vers. hæc autem*, *de consecr. dist.*4.

16 Est autem exorcismus adjuratio contra dæmones, quæ non solùm circa corpora obsessa, verùm etiam circa obsessas animas per peccatum, vel infidelitatem exercetur, *cap. ante viginti*, *de consecrat. dist.*4. arctatur enim eorum potestas, ut animus perficiatur, ne nocere valeant animabus, *cap. sicut nobis*, *eadem dist.* Sed exorcizare quidem dæmones, in baptizandis officium est Sacerdotis, *cap. Sacerdotes*, *eadem dist.* quamvis & simplex exorcista id
17 valeat efficere, sicut in obsessis corporibus potest, *d.cap.*1.*dist.* 25. Qui verò non est in hoc Ordine constitutus, exorcizare nec in Ecclesia, nec in domibus potest, *cap. fin. dist.*69. Alcuin. *de divinis offic. cap.* 35. quanquam olim non tantùm ordinatos Clericos, sed alios etiam Christianos, è corporibus obsessorum dæmones in Christi fide ejecere solitos esse testatur Tertull. *lib. de idololatr. cap.* 11. &
18 *in apologia contra gentes*, *cap.*23. Exorcizare autem energumenos omni die est permissum, & eos in Ecclesia introducere, *cap. omni die*, *de consecrat.*

*dist.*5.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

19 *dist.* 5. Non debent tamen exorcistæ cum dæmone jocari, & curiosa, nugatiave miscere colloquia, ut advertit Matt. Delrius *disquisition. magicar. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 3. *de remediis supernaturalibus, divinis,*
20 *seu Ecclesiasticis, vers. quarum est exorcismus.* Et cavere debent ne dæmonem per modum obsecrationis abjurent, ut aliquid ab eo discant, vel auxilium accipiant; est enim hoc peccatum mortale, uti post S. Thom. 22. *q.* 90. *art.* 3. docent. S. Anton. *part.* 2. *tit.* 12. *c.* 1. §. 5. Navar. *in man. cap.* 11. *n.* 28. Suarez *tom.* 2. *de Relig. tract.* 4. *lib.* 4. *de abjuras. c.* 3.
21 quia cum dæmone Christi & humani generis hoste nullum societatis cujuscunque colloquium, aut commercium instituere licitum est, sed tanquam hostis est persequendus per modum imperii, coactionis, & expulsionis, ut ex S. August. & Tertul. tradit Paul. Laym. *in sum. Theolog. moralis, lib.* 5. *tract.* 9. *c.* 14. *n.* 7.

22 Notandum est tandem, quod Exorcista est inferior Acolyto, quamvis majorem videatur potestatem habere, quia Acolytus circa ministerium Altaris exercet officium, ad quod Exorcista nondum pervenit, cujus officium circa humiliora versatur, *d. c.* 1. *vers. deservientes*, 33. *dist.*

23 Lector, qui post Exorcistam sequitur, est is in cujus ordinatione pro materia porrigitur liber Lectionum de Prophetis, pro forma autem dicuntur hæc verba. *Accipe, & esto relator verbi Dei, habiturus, si fideliter & viriliter impleveris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministraverunt ab initio.* Ita habetur *in Pontificali Romano, & in d. Concil. Carthagin. IV. c* 8. relato *in c. Lector*, 23. *dist.* tradunt Tiot. *de vero & perfecto Clerico, lib.* 1. *c.* 19 *n.* 6. *&* 7. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 2. *lib.* 1 *c.* 9. *n.* 69. *post princ. & n.* 8. *in fine*, Card Bellarm. *de Clericis lib.* 1. *c.* 13. *vers. secundus Ordo.* Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 9. §. 2. Molfes. *in sum. Theolog. Moralis, tract.* 2 *cap.* 5. Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 236. *c.* 1. *n.* 19. *cum seqq.* Galgan. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 29. *n.* 1. Filliuc. *tr.* 9. *n* 21. *&* 51. Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. hierarchia, p.* 1. *disput.* 11. §. 2. *n.* 1. Machado *d. lib.* 4. *p.* 1. *tract.* 2. *docum* 5. Marcel. Vulpe *d. c.* 7. *n.* 28. *vers. Lector*, Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 1. *dub* 12. *n* 6.

24 Ejus autem officium est Lectiones illas clarè, & distinctè pronunciare, & ea, quæ prophetæ dixerunt, populis annunciare, *d. c. Cleros*, 21. *dist. d. c.* 1. 25. *dist.* Gregor. Lop. *l.* 11. *in princ. tit.* 6. *partita* 1. Soto *in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art* 5. Alcuin. *de divinis Officiis, c. de Tonsura Clericorum, vers. Lector*, Durant. *d. lib* 2. *c.* 5. *n.* 2. *&* 3. Petr. Greg. *Syntagmatum Iuris p.* 2. *lib.* 16. *c.* 4. Henriq. *d.* §. 2. Rodulph. Cupers *in repet. c. oportebat*, 79. *dist. in tit. de Ordine Lectoris, art.* 1. Anast. Germ. *de Sacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 63. Vasq. *d. disput.* 236. *n.* 2. *c.* 16. *cum seqq.* Carol. de Graff. *de effectib. Cleric. in pralud. n.* 285. Sebast. Cæs. *d. §.* 2. *num.* 1. Torreblanca *d. lib.* 1. *c.* 12.
25 *n.* 40. Machado *d. docum.* 3. *n.* 3. Quod quidem officium in publico exercere prohibentur, qui non fuerint ordinati Lectores, ut colligitur *ex c.* 1. *dist.* 69. *& ex c. non liceat*, 92. *dist.*

26 Ostiarius idem quod janitor est, qui Templi januis præficitur, *d. cap. Clericos*, §. *ostiarii*, 21. *dist.* Guillelm. Durant. *in ration. divin. Offic. lib.* 2. *cap.* 4. Marcel. Vulpe *d. c.* 7. *n.* 10. *vers. Ostiarius*, Ego ipse
27 *d. alleg.* 11. *n.* 9. In cujus ordinatione claves ei porriguntur pro materia, & pro forma dicuntur hæc verba per Episcopum in traditione clavium. *Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ his clavibus recluduntur.* Ita in Pontificali, & *in Conc. Carthagin. IV. cap.* 9. de quo *in c. Ostiarius*, 23. *dist.* tradunt Durant. *d. c.* 4. *num.* 5. Jacob. de Graff. *d. c.* 9. *num.* 9. *in princ. & n.* 16. Card. Bellarm. *lib.* 1. *de Clericis, c.* 13. *vers. primus*, Heriquez *in sum. lib.* 10. *c.* 9. §. 2. Molfes. *in sum. Theologia moralis, tract.* 2. *cap.* 4. Filliuc *in qq. moral. tract.* 9. *num.* 22. *&* 51. Sebast. Cæs. *d. disput.* 11. §. 1. *in fine*, ubi subdit post Vasq. *in* 3. *part. disput.* 237. *c.* 1. *n.* 31. quod reliqua quæ in ordinatione exercentur, sunt tantùm cæremoniæ ab Ecclesia institutæ, Machado *en su perfetto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 1. *tract.* 2. *docum.* 2. Marcel. Vulpe *d. c.* 7 *n.* 10. Marchin. *de Sacram. Ord. tract.* 2. *part.* 2. *c.* 1. *cum seqq.*

Officium illius est sacras ædes tueri, aperire, & 28
recludere, & omnia quæ sunt intus, & extra custodire, fideles recipere, & infideles, ac excommunicatos expellere. Ita Alcuin. *lib. de divin. Offi.. c.* 35. *in* 3. *tom. Bibliotheca sacra.* Henriq. *d. cap.* 9. §. 2. *lit. L*, Anast. Germ. *d lib.* 3. *c.* 3. *n.* 64. Jacob. de Graff. *d. c.* 6. *n.* 6. Rodulph. Cupers *in rep. c. oportebat*, 79. *dist. in tit. de Ordine Ostiarii*, Vasq. *d. disput.* 236. *c.* 2. *n.* 17. *&* 18. Carol. de Graff. *de effectib. Clerical. in pralud. à n.* 183. Sebast. Cæs. *d* §. 1. *n.* 1. Torrebl. *d. c.* 12. *n.* 41. Machado *d. docum.* 3. *n.* 5. Hic vocatur 29
etiam Sacrista, cùm ei cura committatur sacrorum vasorum, & thesauri Ecclesiæ, *c. unic. de officio Sacristæ*, & tunc ad ejus officium spectat etiam Basilicarum ordinatio, vel præparatio, & incensi provisio, cura chrismatis conficiendi, ac Baptisterii ordinandi, præparatio luminarium, id est cereæ, & 30
olei, & pro ipsis luminaribus, & hujusmodi, ut habetur *in eodem cap. unic. & de offic. io Thesaurarii, Sacristæ, & Custodis*, ac de munere illi incumbenti, ego suprà *hoc lib. in cap.* 27.

Psalmista, seu Cantor is dicitur, qui Psalmos, & 31
cæteras Laudes in Ecclesia cantat, *d. c. Cleros, vers. Psalmistæ à Psalmis canendis*, 21. *dist.* Galmanet. *de Iure Eccl. lib.* 3. *tit.* 30. *n.* 1. Ego ipse *d. alleg.* 11. *n.* 8. & hoc ministerium non pertinet per se ad Ordi- 32
nem aliquem, cùm hoc munus cantandi divinum Officium, licèt ad totam plebem fidelium non pertineat, nihilominus non est ita proprium Clericorum, ut illi soli ad illud assumantur, Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom. anno Christi* 44. *num.* 80. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de Horis Canon. cap.* 9. *num.* 14. *cum seqq.* Vasq. *tom.* 1. *in* 3. *part. disp.* 236. *cap.* 1. *num.* 5. Cujus officium tripartitum invenitur, est enim qui vocem præmittit, & qui canendo 33
subsequitur, & qui consonat: primus dicitur Præcentor, secundus Succentor, tertius Concentor appellatur, *d. cap. Cleros, vers. Cantor*: sed proprium Psalmistæ officium est canere Benedictiones, & Laudes, atque Antiphonas, *d. cap. Cleros, cap.* 1. *dist.* 21.

In ejus ordinatione fit capillorum tonsura in 34
modum coronæ, & veste linea induitur, ut in Pontificali. Potest tamen quisque sola visione Presbyteri officium psallendi exercere, *cap. Psalmista*, 23. *dist.* Tonsuram verò deferre nullus debet, nisi eam 35
priùs ab Episcopo acceperit, ut in VII. Synodo fuit constitutum, de quo *in cap.* 1. *dist.* 69. Sebast. Cæs. *d. disput.* 11. §. 4. *num.* 8. ubi ex hoc colligit, Psalmistæ officium multò minus esse, quàm primæ Tonsuræ, & Clerici. De clericali Tonsura multa doctè scribit Petr. de Bollo *in œconomia Canon. classi* 1. *c.* 2. §. 11. *pag.* 58. & novissimè Machado *en su perfetto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4 *p.* 1. *tract.* 1. elegantes D. Acuña *in histor. Eccles. Episc. Portugalens. p.* 1. *c.* 7. *pag.* 81. *cum seqq.*

Primâ autem Tonsurâ nemo est initiandus, qui 36
Sacramentum Confirmationis non susceperit, ut admonet

admonet Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap.* 4. & per illud tradunt Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 1. c. 1. n.* 24. *verſ. ad minores*, Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis tract. 1. cap. 3. n.* 25. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract. 3. q. 1.* Non ea ratione, quod Confirmatio exigatur, quaſi de neceſſitate Sacramenti Ordinis, veluti Baptiſmus, quo fit unuſquiſque Ordinis capax, ſed ob congruitatem, cujus cauſâ omnis perfectio requiritur, per quam reddatur
37 quiſque idoneus ad Ordinum executionem, quarum una eſt Confirmatio: quare ſi non Confirmatus Ordines recipere tentaret, utique non vitiaretur actus, & characterem ſuſciperet, eo quòd non præſupponit neceſſariò characterem confirmationis. Ita S. Th. *in ſupplem. ad 3. p. q. 33. art.* 4. Navar. *in manual. c. 22. n.* 6. Soto *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 4. propè fin.* Henrid. *in ſum. lib.* 10 *c.* 14. §. 2. *in commento, lit. P*, Victor. *in ſua ſum. Sacram. concl.* 254. Fr. Emman. etiam *in ſum. p. 1. c. 17. ſub num.* 10. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſolut.* 276. *in notabil. de materia Sacramenti Ordinis*, Ægid. de Coninch *de Sacrament. tom. 1. q. 72. art.* 8. *n.* 90. *& tom. 2. diſp. 20. dub.* 10. *n.* 102. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28. n.* 24. Bonacin. *de Sacram. diſp. 8. q. unic. punct. 5. num. 9. in princip.* Machado *d. lib. 4. p. 1. tr. 1. docum. 2. n.* 2. ad inſtar Apoſtolorum Ordinis characterem recipientium ante Aſcenſionem Domini, per illa verba *Ioan. c. 22. Accipite Spiritum ſanctum*, &c. Confirmationem verò poſt Aſcenſionem per adventum Spiritus ſancti; in Confirmatione; namque datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, Concil.
38 Florent. *de Sacrament. Confirm. §. effectus.* Quinimò ſi ex negligentia, & citra contemptum prætermitteret Confirmationem recipere ante Ordines, non peccaret mortaliter, licèt malè faceret. Navar. *dict. num.* 9. Vivald. *in candel. aureo, ubi de Confirmat. n.* 41. Valent. *ad 3. p. D. Thoma diſp. 5. q. 2. punct. 2. verſ. characterem*, ſubdens neque tranſgreſſionem iſtam habere aliquam cenſuram annexam. Henriq. *in ſum. lib. 14. c. 6. §* 3. Suar. *tom. 3. diſp. 38. ſect. 1.* Avil. *de cenſur. p. 7 diſp. 9. ſect. 1. dub.* 3. Molfeſ. *in ſum Theolog. moralis, tom. 1. tract. 2. c. 11. n.* 7. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 269. Gallet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Ordo. pag.* 194. *col. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q.* 1. Ægid. de Coninch *d. n.* 90. Homob. *d. tract. 3. q.* 5. Fernand. *in examin. Theolog. moral. part. 3. c.* 5. §. 5. nomiſſimâ Machado *d. docum. 2. n.* 3. Diana *reſol. moral. p. 2. tr. 21 miſcel. reſol.* 4.

39 Contra Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 12. Martin. Fornar. *de Ordine, cap. 3. n.* 3. Nugn. *in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 45. art. 3.* Card. Toler. *lib. 1. cap.* 71. *num.* 6. Bonacin. *de Sacram diſp. 8. quæſt unic. punct. 5. n.* 10. exiſtimantes peccare mortaliter, cùm faciat contra Trid. præceptum *in d. cap.* 4. Sed illic nihil præcipitur initiandis, ſed præſcribitur Epiſcopis quid facere debeant.

40 *Primâ quoque Tonſurâ* (verba ſunt ejuſdem Concilii Trid. *d. c.* 4.) *non initientur, qui Fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & ſcribere neſciant*, ut referunt Vivald *in Candelabro aureo ubi de Sacram. Ordinis, tit. de ſcientia Ordinis, n.* 39. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 3. c. 8. n.* 6. Piaſec. *d. c. 1. num.* 40. *in fine*, Aloyſ. Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 390. *in 1. edit.* aliàs *reſol.* 429. *n.* 6. *in 2. edit.* Bonacin. *d. punct. 5. n.* 16. Machado *d. docum. 2. n.* 5. Thom. Valaſc. *allegat. tom. 1. alleg. 9. à num.* 2. Sanch. *d. lib. 6. c. 1. dub.* 45. *n.* 9. Marchin. *d. tr. 1. p. 5. c. 1. n.* 4. Marcel. Vulpe *d. c. 7. n.* 1. Ego ipſe *d. p. 2. allegat. 11. n.* 5. cujus verba cùm non exprimant in qua lingua, videntur intellexiſſe linguam vulgarem ſeu maternam, ita quod valeat Tonſurâ inſigniri quiſquis in ſua lingua patria, & nativa legere & ſcribere ſciat. Ita Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 6. q.* 2. quem refert Campan. *in diverſ. juris Canon. rub. 5. c. 2. n.* 2. Sanch. *in opuſc. moral. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 46. n.* 11. Diana *moral. reſol. p. 5. tr. 14. reſol.* 17. Ego ipſe *d. alleg. 11. n. 5. in fin.* & ſufficit quod characteres formare ſciat, quamvis ſcribere perfectè neſciat, ut cenſuit ſacra Congr. Cardinalium negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum, ſub die 13. Octobris 1593.

Ex eodem Concil. Trid. *cap.* 4. colligitur, primam 41
Tonſuram, cæteróſque Minores Ordines facilè conferendos non eſſe, niſi iis, qui ſincerum animum habere videntur in Clericali ſtatu permanendi, ac Deo ſerviendi: tamen culpæ mortalis damnari non debent, qui ſine juſta cauſa recedunt, atque ad Ordinum miniſteria obeunda incapaces ſe reddunt, ducendo verbi gratiâ uxorem viduam, ex ea ratione, quia nulla incumbit eis obligatio promiſſionis, aut præcepti ad ſuperiores Ordines aſcendendi, ſeu in ſuſceptis miniſtrandi. Ita benè contra Caiet. 2. 2. *quæſt. 122. art.* 1. *dub.* 1. docent Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.* 4. *c.* 18. *num.* 4. Azor *inſtit. moral. p. 1. lib.* 13. *c.* 14 *quæſt.* 14. Sanch. *de Matrim. lib. 6. diſp. 31. num.* 7. Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. c. 7. n.* 2. ubi poſt Sanch. *d. loco num.* 12. & Valent. *tom. 3. diſp. 1. quæſt. 12. puncto 1.* ſubdit, videri eſſe culpam veniale inconſtantiæ, ſi ſine cauſa à ſtatu Clericali recedant, ſicuti ſi novitius ſine cauſa ex Ordine abeat.

Similiter qui primam Tonſuram, vel Ordines 42
minores accepit intentione non perſeverandi in ſtatu Clericali, ſed ſolùm ut decliner juriſdictionem fori ſecularis, non videtur mortaliter peccare, quæ eſt ſententia Nav. *in man. c. 25. n.* 108. Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. c. 17. concl. 2.* Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp. 31. n. 14. &* 17. Gallet. *d. verb. Ordo, pag.* 194. *col. 1.* Ægid. de Coninch *d. diſp. 20. n.* 104. *& ſeqq.* Bonacin. *d. diſp. 8. quæſt. unic. puncto ult. in fine*, Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part. 1. tract. 3. q. 2. &* 3. Paul. Laym. *d. n.* 2. Villalob. *in ſum. tr. 11. diſſic. 14. n. 2.* Diana *reſol. moral. p. 2. tract. 2. miſcel. reſol.* 22. Verùm contraria opinio non eſt improbabilis, quam tenent Bañes 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. §. *de ſecunda difficultate*, Petr. Ledeſm. *in ſum. tom. 1. tract. de Sacrament. Ordinis, c. 7. concl.* 3. & ego ipſe *d. alleg. 11. n.* 12.

Ad primam Clericalem Tonſuram tempore S. 43
Thomæ infantia ante uſum rationis ſat erat, ex Tabien. *in ſum. verb. Ordo* 4. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c. 30. n. 5. &* 8. Hodie tamen id prohibetur, per *cap. nullus, de tempor. Ordin. lib. 6.* ut dicit Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 19. §. 1. *in commento, littera R*, atque ideò his temporibus juſta ætas eſt ſeptennium ad Tonſuram, *ex eod. c. nullus*, ubi Gloſſ. *verb. Infanti, gloſſ. fin. in Clem. fin. de ætate, & qualit.* ubi Imol. *poſt n.* 18. Petr. de Boll. *in œconom. ſacra, claſſi 1. c. 2. §.* 2. Garc. *de benef. p. 7. c. 4. n. 6.* Petr. Greg. *in partit. Juris Can. lib. 5. tit. 13. c. 6.* Monet *de diſtrib. quotid. p. 2. q. 19. n. 11. & de commut. ult. volunt. c. 19. n.* 287. Anaſtaſ. Germon. *de indultis Card. §. quibuſvis, n.* 2. Sanch. *in conſ. moral. lib. lib. 7. c. 1. dub. 33. num.* 15. Anton. Diana *moral. reſ. p. 2. miſcel. 19. in princ.* me citato Didac. de Narbona *in tr. de ætate requiſ. ad omnes humanos actus, ann. 7. q. 9. n. 2.* Machado *en ſu perfecto Confeſſor, tom. 2. lib. 4. p. 1. tr. 3. docum. n.* 2. Ego

ipse *d.p.2.alleg.* 11. *n.* 1. non quidem quod cœptum profit, sed expletum exigatur, illudque excessisse ordinandum oporteat, ut per Cagnol. *in l. fœmina, §. impuberes, n.* 14. *ff. de regul. juris*, Sylv. *in sum. verb atas, n.* 2. *vers. tertium requisitum ad Ordines*, Bertach. *de Episcopo, p.* 1. *lib.* 2. *q.* 31. *n.* 56. Rebuff. *conf.* 2. incipit, *Hæ litteræ, n.* 3. Mandos. *in tract. de minori ætate, c.* 4. *n.* 12. Vivald. *in candel. aureo ubi de Sacram. Ordinis, num.* 7. Henriq. *d.c.* 9. § 1. Cardin. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 25. Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 3. & alii plures citati ab Illustriss. D. meo

44 Roder. à Cunha *in comment. ad c.* 2. *n.* 4. *dist.* 77. Si verò quis de facto ante septennium primam Tonsuram reciperet, non peccaret mortaliter, si nondum pervenit ad usum rationis; peccat tamen Episcopus ei conferens, cùm videatur facere contra prohibitionem Ecclesiæ in re gravi: ita Bonacin. *de censur. disp.* 3. *q.* 6. *punct.* 5. *n.* 6. *vers. neque*, Sayr. *in simili tract. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 10. Illustr. D. meus *ubi supra, n.* 5. *cum seqq.* Narbona *d.n.* 9. *q.* 9. *&* 10.

45 Quæstio est inter nostros & Theologos admodum controversa, an prima Tonsura sit Ordo? Nostri enim Canonistæ existimant primam Tonsuram esse Ordinem, multis ad id adducti fundamentis. Primò ex textu *in c. Cleros*, 21. *dist. & in c. perlectis*, 25. *dist.* ubi inter cæteros Ordines Psalmista numeratur: *& in c. cùm contingat, de ætate & qualit.* ubi: *Per primam Tonsuram juxta formam Ecclesiæ datam à talibus Clericalis Ordo confertur.* Secundò, quia sub vocabulo *Ordo*, seu *Ordines*, & *Ordinare*, generaliter & absolutè prolato venit prima Tonsura, tum ex Doctoribus citatis per Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 5. tum etiam ex pluribus Concilii Trid. locis, prout *in cap.* 8. *vers. unusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur, sess.* 23. *de reform.* sicut resolvit Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 142. *& p.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. idcoque ne cuiquam alienus Prælatus audeat primam Tonsuram confere, monuit Gloss. *verb. Clericum, in d. cap. cùm nullus*, ubi Joan. Andr. Gemin. & Franc. Glossa *verb. Clericum, & verb. homini, in c. ult. eod. tit. de temporib. ordin. lib.* 7. Rebuff. *conf.* 1. *incip. Ordinatus, n.* 2. *vers. & sic malè*, Nav. *conf.* 30. *n* 1. *sub tit. de tempor. ordin. in antiq.* Ego ipse *d.p.* 1. *alleg* 5. *ex n.* 8. Item *& in cap.* 9. *ejusdem sess.* 23. dum prohibetur Episcopo familiarem suum ordinare, *nisi, &c.* ad primam Tonsuram extenditur, ita ut illâ Episcopus familiarem suum ordinare non possit, *nisi, &c.* secundùm Nav. *conf.* 24. *aliàs* 11. *de temporibus ordin.* Zerol. *in prax. Episc. p.* 2. *verb. Ordo, vers. quintò dubitatur, post med* Cened. *pract. & Canonicar. quæst. lib.* 1. *q* 39. *n.* 30. *vers. quod decretum*, Ego ipse *dict. p.* 2. *alleg* 5. *num.* 11. Tertiò confirmatur sic arguendo. Laici sunt incapaces beneficiorum, quia non habent Ordinem, *cap. ex litteris, de transact. c.* 2. *de instit.* Sed sic est, quod primâ Tonsurâ initiati possunt habere beneficia Ecclesiastica, ut colligitur ex Concil. Trident. *eadem sess.* 23. *de reformat. cap.* 6. *in princ.* ergo illos non esse laicos, sed Ordinem habere, dicendum est; eo maximè, quia *in cap. si quis suadente*, 17. *q.* 4. sub nomine Clerici comprehenduntur etiam primâ Tonsurâ initiati, ut resolvunt Doctores, quos citavi *in collect. ad illum text. num.* 7. & eos generaliter venire sub Clericorum appellatione, dixi *in tract. de appellativa verborum utriusque Iuris signific. appell.* 61. *n.* 1. Quare ex iis, & aliis primam Tonsuram esse Ordinem Ecclesiasticum, tenent Gloss. magna *verb. Episcopus, in proœm. Sexti*, Hostiens. *in d. c. cùm contingat, de ætate & qualit.* Greg. Lop. *in proœm. tit.* 5. *p.* 1. Sylvest. *in sum. verb. Ordo* 1. *n.* 1 Rot. *decis.* 75. *num.* 5. *&* 6. *p.* 1. *divers.* Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.* 1. *c.* 2. Lambertin. *de Iurepatronat.* 1. *p.* 2. *lib. quæst.* 7. *art.* 2. Mandos. *in reg.* 24. *Cancel. q.* 1. *n.* 2. Cov. *in c. quia nos, de testam. num.* 4. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. lesis, n.* 104. *C. de in integ. restit. minor.* Navar. *d. conf.* 11. *num.* 1. *&* 3. *de tempor. ordin.* Hieron. Gabr. *conf.* 181. *lib.* 2. Mendez de Castro *in l. cùm oportet, num.* 166. *C. de bonis quæ liber.* Vivian. *in praxi jurispatron. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 3. aliàs *num.* 9. *in ult. impress.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 2. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 2. *n.* 6. & ex Theologis assentiuntur Angel. *in sum. verb. Ordo* 1. *num.* 1. Maiol. *n* 4. *dist.* 24. *q.* 1. Joan. Eckius *in homil. de Ordinibus.*

Verùm ipsi Theologi communiter resolvunt 46
primam Tonsuram non esse Ordinem Ecclesiasticum, sed designationem quandam ad Ordines, neque in ea ullam ad sacrificium Missæ, seu ministerium Altaris conferri potestatem: ex horum numero videntur esse Eckius *in* 4. *dist.* 24. §. 4. Durant. *ibid. q* 6. & Paul. *q.* 7. Petr. Sot. *de institut. Sacerd. lect.* 1. *&* 4. *de Sacr. Ord.* Vasq. *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 236. *c.* 1. *a princ.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 27. *q.* 3. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 48. *n.* 11. Bonacin. *de Sacram. disp.* 8. *q. unic. punct.* 1. *n.* 6. Paul. Layman. *in Theolog morali, lib* 5. *tract.* 9. *c.* 3. *n.* 3. & ex nostris Canonistis Cov. *lib.* 1. *var. c.* 10. *n.* 15. & novissimè Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia, q.* 3. *proœm.* § 1. *num.* 7. Videntur facere pro illis verba Concilii Trid. *eadem sess.* 23. *de reform. cap.* 6. ibi, *nullus primâ Tonsurâ initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus*: & *c.* 10. ibi, *Tonsuram, vel minores Ordines conferre*, quatenus distinguunt primam Tonsuram à minoribus Ordinibus, quasi illa non esset Ordo, quod quidem insinuat idem Concil. *sess.* 23. *cap.* 2. ibi, *Ut in Ecclesia ordinatissimâ dispositione plures, & diversi essent ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut qui jam Clericali Tonsurâ insigniti essent, per minores Ordines ascenderent*: quæ ultima verba satis demonstrant, Tonsuram distinctam esse à reliquis majoribus Ordinibus, per illam tamen quem Clericum fieri, & ad illos suscipiendos dispositum, ut Eckius, Azor. Comitol. & Vasq. *citatis locis* intelligunt. Nec esset difficile, si hæc Theologorum opinio placuerit, Canonistarum respondere fundamentis, & in primis ad textum *in d. c. Cleros & in d. c. perlectis*, dum Psalmistam inter cæteros Ordines numerant, respondetur illos non ita propriè videri vocabulum Ordinis usurpare, sed latiùs, prout importat tantùm quandam designationem, seu gradum ad cæteros Ordines. Ad textum verò. *in d. cap. cùm contingat*, ultra intellectum Soti *in* 4. *dist.* 24. *q.* 2. *art.* 1. *in fine*, respondetur non asserere per primam Tonsuram conferri Ordinem Ecclesiasticum, in quo aliqua in ordine ad Eucharistiam conferatur spiritualis potestas; sed tantùm conferri Ordinem Clericalem, hoc est gradum in Clericos; & de hoc tantùm fuit Pontifex interrogatus, ibi: *Requisisti, an Clericatus Ordo in Tonsura hujusmodi conferatur?* Quod quidem diversum est, solúmque importat per primam Tonsuram fieri quem simpliciter Clericum juxta textum *in c. duo sunt*, ib., *& hoc designat*, 12. *q.* 1. & capacem jurisdictionis Ecclesticæ, & beneficiorum, ac tandem dispositum ad Ordines Ecclesiasticos suscipiendos, ut manifestè videtur insinuare Concil. Trid. *d. c.* 13. in illis verbis suptà relatis, vel etiam secundùm Alcuin. *in lib. de divinis officiis, c.* 25. *in*

3. *tom.*

3.tom Bibliotheca ſacra, Vaſq. *in 3.p.to. 3. diſp. 236.* poterit reſponderi, Ordinem ibi uſurpari pro gradu eminenti, non quidem in Eccleſia, hoc eſt in templo inter miniſtros illius; ſed in Eccleſia, hoc eſt, in tota congregatione fidelium: nam omnes primâ Tonſurâ inſigniti dicuntur eſſe in gradu eminenti ſuper cæteros fideles laicos.

47 Ego tamen nec uni, nec alteri opinioni adhærendum puto, ſed ſecundùm doctrinam S.Thom. *ad 3 p. q.57.art.2. & in 4. diſt. 24. art.2.* fœdere diſtinctionis rem totam componendam eſſe exiſtimo, ut prima Canoniſtarum ſententia, dum Tonſuram Ordinem cenſet, procedat impropriè, & ratione quarundam actionum: at verò Theologorum contraria intelligatur de Ordine propriè ſumpto, & pertinente ad conſecrationem Hoſtiæ, quod jam diximus *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 2. num. 19.*

48 Altera quæſtio eſt non minùs difficilis in hac materia, an Pſalmiſtatus, & quatuor minores Ordines, de quibus *ſuprà*, ſint Sacramenta? In qua tres contrarias reperio Doctorum ſententias. Prima tenet omnia à Chriſto Domino inſtituta, ac proinde Sacramenta eſſe: ita communiter Canoniſtæ *in d. c. cùm contingat. de ætat. & qual.* Angel. *in ſum. verb. Ordo 1. n. 1. & 2.* & conducunt omnia ferè fundamenta, quæ ſuprà adduximus pro illius, qui renent Tonſuram eſſe Ordinem.

49 Secunda ait, non quidem primam Tonſuram, ſed quatuor minores Ordines eſſe Sacramenta. Ita S.Thom. *in 4. diſt. 24. q. 2. art. 1. q. 3.* ubi Sot. *quæſt. unic. §. de tertio, in fin.* S.Bonav. *art. 2. q. 1. in corpore, & q. 4.* Richard. *art. 4. q. 1.* Thom. de Arg. *q. unic. art. 2. §. ad primum dicendum*, Capreol. etiam *quæſt. unic. art. 1. concl. 1. & 2.* Maiol. *q. 1. §. his paucis*, Sylveſt. *in ſum. verb. Ordo 1. q. 1. in fin. & q. 2. in princ.* Angel. *eod. verb. n. 2.* Pet. Soto *de inſt. Sac. lect. 4. de Ord circa med.* Eckius *tom. 4 hom. 64.* Card. Bellarm. *tom. 2. lib. 1. de Sac. Ordinis c. 6 & 8.* Valent. *tom. 4 diſp. 9. q. 1. punct. 4. verſ. tertia opinio*, Henriq. *in ſum lib. 10. cap. 2. §. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib. 3. c. 1. tom. 2.* Ægid. de Coninch *de Sac. diſp. 20. dub. 6.* Ochagav. *de Sacr. tract de Sacr. Ordinis, q. 3. n. 3.* Campan. *in diverſ. jur. Can. rub. 1. n. 13.* Bonac. *de Sacr. diſp. 8. q. unic punct. 2. n. 3.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch. q. 4. proœm §. 1 ex n 5.* Illuſtr. D. meus Rod. à Cunha *in comm. ad cap. Pſalmiſta, n. 6. diſt. 23.* Scrib. *in theoſimia de Ordine, diſp. 7. q. 3.* Ego ipſe *de off. & poteſt. Epiſc. p. 2. al. 2. n 13.* Pro quibus faciunt plura antiquorum Patrum teſtimonia abſolutè dicentia Ordinem eſſe Sacramentum, nullúmque excipientia Ordinem à prædicta regula, ut inquit Gregor. de Valent. *d. punct. 4. verſ. 3.* tum etiam Conciliorum Florentini, & Trident. Canones indefinitâ propoſitione concludentes Ordinem eſſe Sacramentum; Florent. etenim hoc dicit his verbis, *Sextum novæ legis Sacramentum eſſe Ordinem*: & Trid. *ſeſſ. 23 cap. 3. de Sacr. Ordin. Ordinem eſſe Sacramentum.* Horum autem Ordinum minorum perantiqua eſt in Eccleſia mentio, ut patet ex Dion. *c. 3. de Eccleſ. hierarch. p. 2.* & Ignat. proximo temporibus Apoſtolorum, *epiſt. ad Antioch. q. 9.* [*aliàs 12.* & Anaclet. *epiſt. 3.*

50 Tertia aſſerit, nec primam Tonſuram, nec quatuor minores Ordines eſſe Sacramenta, quam tuetur Magiſt. *in 4. diſt. 24. verſ. ſeptimus Ordo*, ubi Durand. *q. 1 num. 6.* Sot. etiam *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. rat. 4. & art. 4. concl. 7.* Mart. de Apala *de trad. Apoſtol. p. 1. c. 2. de Ordine, §. Synodus*, Mich. Medina *lib. 1. de Sacr. Ordinum cont. cap. 46.* Nav. *in man. c. 22. num. 18. verſ. quare probabilis*, Vaſq. *in 3 p tom. 3. diſp. 237. c. 2. n. 10. cum ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. d ſp. 51. n. 17.* ubi dicit probabiliſſimum, hos Ordines non eſſe Sacramenta, nec gratiam conferre. Layman. *in Theologia morali, lib. 5 tract. 9. cap 4. n 4. verſ. aſſertio quarta, in fin.* Marchin. *de Sacram. Ordinis tr. 1. p. 1. cap. 8. ex n. 2.* Machado *in el perfecto Confeſſor, tom. 2. lib. 4. p. 1. tr. 2. docum. 1.* Adducunt ex his plures aliquas rationes, quibus putant ſuam probari opinionem, videlicet quod hi Ordines minores non habent annexam obligationem, recitandi ullum divinum Officium, nec votum perpetuæ caſtitatis annexum: imò eorum actus fieri poſſunt etiam licitè à non ordinatis, nec videntur habere aliquid ſupernaturale: vel ſpirituale, quod ſine Sacramento præſtari nequeat: & Vaſq. *loco citato*, pro hac parte ſic argumentatur. Ea quæ ſunt de jure divino, & ea quæ habent rationem Sacramenti, cùm ſint baſes, & fundamenta Eccleſiæ, debent eſſe firma, & fixa, invariata & perpetua in eadem Eccleſia: ſed Ordines minores nec ſemper fuerunt à Principio in Eccleſia, neque poſtquam cœperunt, ſemper perſeverarunt. Ergo neque ſunt Sacramenta, nec de jure Divino: nam ſecundùm uſum Eccleſiæ antiquum non ſemper eoſdem in Eccleſia Dei Ordines minores extitiſſe, ſed aliquam in hac re fuiſſe varietatem, multis ibidem probare nititur.

Ex his tribus ſententiis ſecunda verior mihi videtur, quâ retentâ, non obſtant quæ pro ultima ex diametro contraria adduximus. Nam ad illud, quod ut Ordo aliquis ſit Sacramentum, debet habere obligationem annexam recitandi divinum Officium, facillimè reſpondetur, hujuſmodi obligationem non eſſe de ratione Sacramenti, quia penſum hoc recitandi de Jure humano tantùm poſitivo ſacris Ordinibus annexum fuit, & ita non impedit, quod abſque eo quatuor minores Ordines ſint verè & propriè Sacramentum. Eodem modo reſpondetur, continentiæ obligationem, quam non habent Ordines minores, conjunctam eſſe cum Ordinibus ſacris per Apoſtolos, & per ſummos Pontifices, ut capite antecedenti probavimus. Unde cùm hæc obligatio ab uſu tantùm Eccleſiæ, ſeu à traditione Apoſtolorum per Pontifices approbata deveniat, benè ſequitur votum continentiæ, quatenus jure humano impoſitum, non eſſe de ratione Sacramenti. Ad illud verò, quod actus minorum Ordinum fiunt etiam licitè à non ordinatis, ac proinde videbatur tales actus non habere aliquid ſupernaturale: reſpondetur non eſſe eſſentiali omni Sacramento Ordinis, ut ſit ad actum ſupernaturalem, qui nequeat licitè, vel validè ſine proprio Ordine exerceri: ſed ſatis eſt, ſi adſit inſtitutio, ut quidam actus Eccleſiaſtici, ſeu ſacri ſanctiùs, & religioſius fiant, qui tamen aliàs ſine hujuſmodi Ordinibus poterant exerceri, ut patet exemplo Sacramenti Confirmationis, quod confertur ad actum ruendi, & confitendi fidem, quam tamen aliqui catechumeni ſine hoc Sacramento interdum optimè profitentur, quamvis illud ſit inſtitutum, ut hæc profeſſio certiùs, & meliùs fiat. Unde non eſt verum univerſaliter dicere, ut aliqui volunt, characterem dari ad ſimpliciter agendum, ſed etiam ad dignè agendum, ut benè notant Cardin. Bellarm. *d. Eſo' cap. 6.* Valent. *d. punct. 4. ad med.* & alii. Demùm ad fundamentum Vaſq. deſumptum ex SS. Patrum documentis, qui variè & diverſimodè hos quatuor Ordines enumerant, reſpondetur omnes Ordi- 51

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nes minores : qui nunc sunt in Ecclesia, ab initio nascentis Ecclesiæ semper & sine ulla varietate in illa extitisse, ut manifestè insinuat Conc. Trid. *ead. sess. 23. de reform. c. 3.* dum ait, *Ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolyti, Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur.* Nec huic responsioni obstat, quod olim fuerint Fossarii & Psalmi cantores, qui modò non sunt, quia respondetur eos Ordines nunquam fuisse de gere eorum Ordinum Ecclesiasticorum, quos modò habemus, & qui sunt Sacramenta Ecclesiæ, & gratiam conferunt; sed esse alios ritus Ecclesiæ, quibus homines ad peculiaria munera destinabantur, qui modò non sunt in usu; nam Fossarii, seu laboratores, dicebantur illi, qui ad ministerium mortuorum sepeliendorum, nullâ Ecclesiasticâ cæremoniâ ab Episcopo instituebantur, & ordinabantur, licèt officium habuissent Ecclesiasticum, de quibus vide Cardin. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom. 1. anno Christi 34 vers. quinam fuer.n in Ecclesia*, Henriq. *in sum. lib. 10. c 9 §. 2. in commento, lit. N*, ubi subdit, hujusmodi laborantes Ostiario coadjutores dari solere ex temporali deputatione Sacerdotis. Sebast. Cæsar *in relect. de Eccles. hierarch. p. 1. disp. 11. §. 4. n. 9.* Nec denique aliquos Patres non meminisse Acolytorum, quia argumentum ab auctoritate negativa non habet vim, juxta resoluta per me *in tract. de locis communib. argum. Iurist, loco 14.* Unde cùm Clemens Romanus Pont. & alii Patres indicant inferiores aliquos Ordines minores antiquitus non fuisse in Ecclesia, sed postea fuisse institutos, solum denotant decursu temporis fuisse per Ecclesiam distributos hos Ordines in diversas personas, cùm antea per paucitatem ministrorum plura officia horum Ordinum ab una, eadémque persona exercerentur : ita respondent Henriq. *d. lib. 20. cap. 2. §. 2. in fine* Ochagav. *d. p. 3. n. 7.*

52 Habito igitur pro comperto, quatuor minores Ordines esse Sacramenta, tamen omnes prædictos minores, atque itidem sacros unum constituere Sacramentum, unanimi consensu affirmant Abb. *in cap. per tuas, il 2. num 5 de sim.* Argent. *in 4. sent. dist. 24. art. 2.* duplex autem (ut res faciliùs intelligatur) affert exemplum Silv. *in sum. verb. Ordo, il 1. num. 2.* atque aliis explicat modis Viguer. *de institt. cap. 16. §. 6. vers 5.* & mihi videntur Ordines esse quasi gradus, ut velut per gradus in Sacerdotium tendatur, juxta Conc. Trid. *ead. sess 23. de refor. c. 2.* & meritò sicut plures gradus constituunt scalam, ita plures, omnésque Ordines unum sunt Sacramentum : vel etiam dici potest Ordinem esse unum Sacramentum perfectione unius finis, quia constituitur ex diversis Ordinibus specialibus, qui omnes ordinantur ad unum actum consecrationis, licèt secundùm aliquos, minores non ita proximè, sed remotè, & hoc est quod diversis verbis scripsit Card. Bellarm. *lib. 1. de Clericis, cap. 8. in fine*, inquiens, *omnes Ordines, licèt sint per se singuli Sacramentum, tamen unum Sacramentum censeri, quia unum sunt vel genere, vel quia ad unum finem omnes referuntur.*

Advertendum quoque est, ministros his qua- 53
tuor Ordinibus insignitos non committere peccatum mortale actus illorum Ordinum in peccato mortali exercendo, ut benè resolvunt Vasq. *in 3. part. tom. 3. disput. 236. c. 2.* Suar *de Sacr. disp. 16. sect. 8.* quia illa materia, circa quam ministrant, levis est; licèt enim illi actus sint suo modo sacri, tamen sunt valdè remoti à proprio, ac perfecto actu sacrificandi, vel ministrandi Sacramenta, ad quem finem ordinantur : deinde quia non satis constat (quamvis sit magis probabilis opinio) omnes illos Ordines esse vera Sacramenta, quod dubium sufficit, ut eos à culpa veniali excuset : unde ex eo, quod aliquis Ordo sit Sacramentum, & ad ministerium & officium suum gratiam conferat, non rectè infertur administrationem illius in peccato mortali mortale esse, quia hoc intelligendum est cum respectu ad actiones, circa quas versatur administratio : nam si spectet ad Sacramenta, tunc sanè dicendum est, peccatum esse mortale, illa in mortali peccato exercere; non verò si remoti ad actus ministrandi Sacramenta dirigantur, prout in his quatuor minoribus Ordinibus invenitur; de majoribus verò vide quæ diximus suprà *cap. antecedente, in fine.*

Denique & illud sciendum, constitutos in his 54
minoribus Ordinibus, liberè posse omni tempore, attento jure, matrimonium contrahere, *cap. si quis verò, dist. 32.* notatur *in cap. 1. de Cler. conjug.* Cov. *de sponsa. p. 2 cap. 6. §. 3. n. 3. in fine*, Henriq. *in sum. lib. 10. de Sacram. Ord. cap. 2. §. 2. lit. L, & lib. 2. de matrim. c. 4. §. 39.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. ult. q. 14.* Filliuc. *quæst. moral. tom. 1. tract. 10 p. 2 §. 4. n. 129.* nullam enim sic transeuntes ad matrimonium culpam incurrunt, quia jure suo utuntur, nec faciunt contra votum, aut aliquod juris præceptum ut per Cov. *d. §. 3. n. 4.* Ban. *2. 2. q. 12. art. 1.* Valent. etiam *2. 2. disp. 1. q. 12. punct. 1.* Azor. *d. q. 14. in fine*, Ægid. Coninch *de Sacr. disp 23. dub. 3. n. 57.* Rebel. *de oblig. Just. p. 2. lib. 4 q. 8 num. 27.* & quamvis illos 55
Ordines minores susceperint cum intentione postea ducendi uxorem, & cum solo animo fruendi privilegio fori, tamen nullo modo ob id peccare mortaliter expressè docent Filliuc. *in quæst. moral. tom. 1. tract. 10 c. 4. n. 131.* Sanch. *de Mart. lib. 7. disp. 31. num. 16. & 17.* Ægid. de Coninck *de Sacr. disp. 20. dub. 10. n. 104. & 105.* Galet. *in margarita casuum Conscient. verb. Ordo. pag. 194. col. 2.* Bonacin. *de Sacr. disp 8. q unica, punct. ult. in fine*, Homobon. de Bonis *de examine Eccl. p. 1. tract. 3. q. 2. & 3.* licèt de illorum solutione dubitaverim *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 11. n. 12.*

Non obstat Canon Apostolorum 25. qui disponit 56
ne Clericus ultra Lectorem, & Cantorem contrahat nuptias, quos etiam tantùm excipit Novella Justiniani *22. de nupt. coll. 4.* Respondetur enim in utroque loco Clericos ultra Lectorem, dici Subdiaconum, & Diaconum, ut locum Gratiani declarat additio Gregoriana *in c. sanè §. cùm autem, 15 q. 3.* explicant Henriq. *d. lib. 2. de Matr. c. 5. §. 9. lit. O*, Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 13. c. 12. q. 4. vers si quaras.*

Nec obstat caput *Lectores, dist. 32.* dum probat 57
teneri Lectores aut uxorem ducere, aut continentiam profiteri : nam Henriq. *in sum. lib. 10. de Sacram. Ordin. c. 2. §. 2. lit. L*, ait illum textum constituisse, ut Lectores non contraherent sine licentia Episcopi, & esse jam abrogatum : sed hic intelligendi modus litteræ non quadrat; unde meliùs Turrecr. ibi verbum *cogantur*, interpretatur, hoc est *moveantur.* Quæ interpretatio magis placet, ne aliàs dicamus cogendum aliquem ab Ecclesia, vel ad matrimonium, vel ad votum continentiæ, coactio igitur hæc de monitione & suasione est intelligenda, & tanto facilius solvitur, si advertamus ad vetustos Codices, qui sic habent : *Ut lectores usque ad annos pubertatis legant, deinceps autem nisi uxores custodiâ pudicitiæ duxerint, aut continentiam profes-*

si

fessi fuerint, legere non sinantur: quæ verba habentur *in coll. Conc.* per Laur. Surium *tom.* 1 *pag.* 505. quam observat Vasq. *de Ordine, disp.* 246 *c.* 4. *n.* 30. Sever. Binius *in noviss. coll. Conc. tom.* 1 *p.* 1. *pag.* 575.

Nec denique obstat caput *Presbyteri* 19. *dist.* 34. quia verbum *deinceps*, de quo ibi, non refertur ad Ordines inferiores ab expressis, sed refertur ad superiores, ut sit sensus, quod Presbyteri, Diaconi, vel subdiaconi, vel deinceps, idest Archiepiscopi, & Episcopi, non habeant licentiam ducendi uxores: ita solvit Præpos. ibi, *num.* 1. *vers. oppono*, quem refert, & sequitur ibidem Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comm. n.* 2.

CAPUT XXXIX.

De Privilegiis Clericorum.

SUMMARIUM.

1 *Clericorum appellatio largè & strictè sumi potest.*
2 *Clerici omnes, sive sint prima Tonsura, sive in majoribus, vel minoribus Ordinibus constituti, largè sumendo, & in re favorabili veniunt appellatione Clericorum.*
3 *Canonici largè sumendo, in favorabili materia veniunt appellatione Clericorum, prout etiam alii in quacumque Dignitate constituti.*
4 *Episcopi in materia favorabili veniunt appellatione Clericorum.*
5 *Cardinales S. R. E. in materia favorabili veniunt appellatione Clericorum.*
6 *Clericorum appellatio in re stricta, & odiosa comprehendit tantùm simplices Clericos, non verò illos, qui in Ecclesiastica dignitate constituti sunt.*
7 *Clericorum appellatione non veniunt in re stricta, & odiosa Episcopi.*
8 *Nec Cardinales S. R. E.*
9 *Nec Regulares, vel Monachi.*
10 *Clericorum alicujus Prælati appellatione in re odiosa familiares ejus tantummodò, atque domestici, qui ejus expensis aluntur, comprehenduntur.*
11 *Sacerdos ex materia subjecta solùm venit appellatione Clericorum, & etiam quando agitur de sacramentali absolutione impendenda.*
12 *Clerici in minoribus Ordinibus constituti Matrimonium contrahere non prohibentur, secùs si in majoribus.*
13 *Clerici omnes, & Ecclesiastica persona specialibus meritò supra laicos privilegiis, ac prærogativis sunt donanda.*
14 *Clerici supra laicos obtinent, quod Divina officia celebrare, ad Altare ministrare, & Sacra soli contingere possint.*
15 *Consecrati qui Deo non sunt per Ordines, Ordinum officia exercere non debent.*
16 *Clerici soli Ecclesiastica beneficia consequi, & obtinere possunt.*
17 *Beneficia, & Ecclesiastica stipendia dantur propter officium.*
18 *Clerici soli intra cancellos Altaris stare ad orandum, & communicandum possunt; laici verò extrà ab eis separati consistere debent.*
19 *Ambrosius Theodosium Imperatorem intra cancellos Altaris communicare volentem excludit.*
20 *Caput* 1. de vita & honest. Clericorum, *declaratur.*
21 *Collegium soli facere possunt Clerici, tanquam Clerici, quod laicis nonnisi alicujus universitatis, professionis, vel artis facere non est permissum.*
22 *Clerus potest constituere universitatem in causa religionis, & pro oneribus eis incumbentibus, & universitatem facere sine Episcopo.*
23 *Clerici solùm jurare debent in conscientia, & tacto pectore, non tactis scripturis.*
24 *Episcopi non jurant tactis scripturis, nisi id specialiter exprimatur, & quando consecrantur.*
25 *Canones in honorem Clericorum plura concesserunt privilegia.*

QUONIAM Clerici à laicis in multis differunt, ut ostendimus, quomodo autem officio, potestate, & dignitate differant, hactenus videmus, sequitur jam, ut quomodo privilegiis, ac demùm vita & moribus discernantur, breviter ostendamus. Primò igitur circa privilegia Clericorum est notandum, quod Clericorum appellatio largè, & strictè sumi potest; largè enim sumendo, in re favorabili Clericorum appellatio omnes omnimò Clericos, sive sint primæ Tonsuræ, *cap. Cleros*, 21. *distinct. cap. cùm contingat*, & ibi Hostiens. *num.* 6. *de ætate & qualit.* Corset. *sing.* 12. *circa fin.* Cravet. *cons.* 616. *num.* 14. *vol.* 4. sive in majoribus & minoribus Ordinibus sint constituti, comprehendit, *d. cap. Cleros, cap. Clericum*, 71. *dist.* Roland. *d. cons.* 16. *num.* 10. *cum seqq.* Ego ipse *de appellativa verbor. utriusque Juris fin. appell.* 51. *ex n.* 1. sive quoque sint Monachi, quia illos etiam in materia favorabili sub appellatione Clericorum comprehendi docent Felin. *in cap. licet, vers. dum tangitur de offic. Ordinar.* Sylvest. *in sum. verb. Clericus, in princ.* Duen. *reg.* 99. *ampl.* 3. *& reg.* 100. *ampl.* 5. & in materia indifferenti, & lata significatione, Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. C. conclus.* 377. *n.* 2. *&* 3. Marius Antonin. *ver. resp. lib.* 1. *resp. fin. casu* 50. *vers.* 1. Ego ipse *d. appel.* 51. *n.* 2. Sive etiam sint Canonici Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, *cap. cùm tibi*, & ibi Abb. *num.* 1. *&* 3. *de verb. signif. c. per exemplum, de privil. lib.* 6. Felin. *in c. non dubium, n.* 1. *de sent. excom.* Beroius *cons.* 3. *n.* 29. *&* 30. *vol.* 1. Burs. *cons.* 287. *n.* 6. *vol.* 2. Put. *dec.* 93. *n.* 2. *lib.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 11. *q.* 15. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resp.* 192. *n.* 1. Bellet. *disquis. Cler. p.* 1. *tit. de disciplina Cleric.* §. 2. *n.* 4. sive denique sint in quacunque Ecclesiastica dignitate constituti, ut notant scribentes per textum ibi, *in c. quia periculosum, de sent. excom. lib.* 6. *& in c. inquisitores, de hæret. eod. lib.* Abb. *in c. bona, il* 1. *notab.* 1. *de potest. Prælat.* Syl. *d. verb. Clericus, n.* 1. Sanct. *var. resp. lib.* 1. *q.* 38. *n.* 10. Ego ipse *d. appell.* 51. *num.* 3. *in fine.* Viv. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *n.* 40 *pag.* 370. Carol. de Graff. *de effect. Cler. in prælud. n.* 262. etiamsi Episcopi sint, Abb. *in dict. c. cùm tibi, n.* 4. *& in rub. de vita, & honest. Cler. n.* 8. *&* 9. Matr. Brun. *cons.* 97. *num.* 9. Beroius *cons.* 30. *n.* 32. 34. *&* 37. *vol.* 2. Bellet. *d.* §. 3. *n.* 6. vel Cardinales S. R. E. *c.* 2. *de Cler. non resid.* Cald. *in c. in nostra, de resc.* Trot. *de vero & perfecto Clerico, c.* 7. *n.* 3. Bellet. *d.* §. 1. *num.* 8.

1

2

3

4

5

In re verò stricta, & odiosa, cùm scilicet tractatur de pœna Clericis inferenda, aut de damno, vel incommodo Clericorum, tunc hujusmodi appellatio comprehendit tantùm simplices Clericos, non verò illos, qui in Dignitate Ecclesiastica constituti sunt, ut Abbates, Archidiaconi, & similes,

6

Ita Dec. *in cap. cùm non liceat, n.* 18. *de prabend.* Beroi. *conf.* 153. *num.* 61. *vol.* 1. Bellet. *d.* §. 2. *n.* 35. Sanctarel. *var. res. q.* 38. *n.* 10. Aloys. Ricc. *in d. praxi aurea, res.* 192. *n.* 2. & ideo nec Canonicos comprehendit, *cap. sedes*, cum ibi notatis, *de reser.* Beroi. *cons.* 3. *num.* 29. 33. & 37. *vol.* 1. Nav. *conf.* 139. *n.* 6. *in med.* Bellet. *d.* §. 2. *num.* 28. ubi *num.* 44. intelligit, dummodo non resultaret absurdum: nec etiam Episcopos *d. c. sedes*, & ibi Butr. *num.* 3. & 9. Imol. *num.* 2. *de rescr. c. Inquisitores, de hæret. lib.* 6. *c. si compromissarius.* §. *hujusmodi. de elect. eodem lib.* Selv. *de benefic. p.* 1. *q.* 3. *n.* 24. Mandos. *reg.* 20. *Cancell. de idiomate, q.* 10. *num.* 7. Emman. Sà *in aphorismis, verb. Episcopus, n.* 9. Sanctarel. *d. q.* 38. *num.* 11. Bellet. *d.* §. 2. *n.* 36. Alzed. *in praxi Episc. p.* 1. *cap.* 12. *n.* 3. & multò minus S. R. E. Cardinales, Cephal. *cons.* 1. *à num.* 40. *vol.* 1. Bellet. *d.* §. 2. *num.* 40. Sanctarel. *d. quæst.* 38. *n.* 15. cum aliis citatis per me *d. appel.* 51. *num.* 6. nec ipsos Regulares, vel Monachos, *arg. cap. à Subdiacono*, 93. *dist.* Abb. *in cap.* 1. *n.* 7. *ne Clerici vel Monachi, & in c.* 1. *num.* 3. *de inst. & in c.* 1. *num.* 9. *de juram. calum.* Roman. *cons.* 259. & 418. Beller. *d.* §. 2. *num.* 26. Ego ipse *d. appell.* 51. *num.* 7. Est enim in prædictis personis qualitas supra cæteros Clericos, quæ non patitur eos in generali sermone comprehendi, sed de illis specialis est mentio' facienda, *d. c. quia periculosum*: præsertim verò, quia odia sunt restringenda, id est, in his facienda est stricta interpretatio; favores verò latè interpretantur, *reg. odia, de regul. Iuris in* 6. Quare est etiam declaratum, ut appellatione Clericorum alicujus Prælati, in re odiosa familiares ejus tantummodò, atque domestici, qui ejus expensis aluntur, comprehendantur, *c. fin. de verbor. signific.* In odiosis ergo, vel pœnalibus appellatione Clericorum non omnes Ecclesiasticæ personæ continebuntur, nisi id exprimatur, vel nisi de re aliqua agatur circa personas Ecclesiasticas, ad differentiam laicorum, quæ videlicet omnes omninò comprehendere videntur, quamvis non adeò favorabilis habeatur, ut circa viam & mores. Illud demùm advertere oportet, quod multoties ex materia subjecta appellatione Clericorum solùm venit Sacerdos, ut patet *ex cap. cui non de Sacerdotali, de prab. lib.* 6. & etiam quoties agitur de Sacramentali absolutione impendenda, vel corpore Christi conficiendo, quæ ministeria solis competunt Presbyteris.

Præterea est notandum, quod Clericorum quidam sunt conjugati, qui in nonnullis circa privilegia à cæteris differunt. Hi sunt Clerici in minoribus Ordinibus constituti, qui matrimonium contrahere non prohibentur, *c. si quis verò, cap. tertatim, cum similibus*, 31. *dist.* & latè probavi in fine capitis præcedentis; in Sacris verò constituti matrimonium contrahere prohibentur, *c. erubescant, cum similibus, eod. dist.* & hujusmodi Ordines conjugatis conferri non possunt, quamvis Orientalis Ecclesia aliter servet, ut suprà diximus *hoc lib. cap.* 13. His ita præmissis, est sciendum, quod omnes Clerici, & Ecclesiasticæ personæ, eo quòd divinis sunt obsequiis manciparæ, & in Dominicis castris supra cæteros positæ, specialibus meritò supra laicos privilegiis, ac prærogativis sunt donandæ, ac præ cæteris honorandæ, quæ ad differentiam laicorum de sacro Catalogo esse dicuntur in VI. Synodo generali, ut habetur *in cap. quoniam*, 19. *quæst.* 3. Multa ergo sunt Clericorum privilegia, atque prærogativæ, de quibus hoc loco tractantes, ea omnia ad duo capita redigemus scilicet ad ea, quæ supra laicos solis Clericis conceduntur, de quibus *infrà*, §. 1. & 2. & ad ea à quibus præ cæteris esse debent immunes, ut *in* §. 3. *cum seqq.* latè videbimus.

Primò igitur supra laicos hoc obtinent Clerici, quod divina Officia celebrare, in Altari ministrare, & Sacra soli contingere possint, *cap. sacratos, cum seqq. & ferè per totam* 23. *distinct.* Hæc enim laicis facere non est permissum, *cap.* 1. *& fin.* 69. *dist. c.* 1. *de Clerico non ordinato ministr.* quia qui non sunt Deo per Ordines consecrati, Ordinum officia exercere non debent, & *qui sancti non sunt* (inquit Innoc. *in cap. Maximianus, in fin.* 81. *dist.*) *sancta tractare non possunt.* Unde primum Clericorum privilegium esse potestatem obtinendi & exercendi jurisdictionem Ecclesiasticam, ligandi atque solvendi à Christo Domino suæ Ecclesiæ relictam, *Matth.* 18. *& Ioan.* 20. tradit novissimè Paul. Squillante *in tract. de privil. Clericorum, c.* 1. *à princ.* ubi multis exornat, & *c.* 2 agit de privilegio obtinendi & exercendi jurisdictionem Ecclesiasticam in foro externo.

Secundò, cùm soli Clerici officia Ecclesiastica exercere possint, ut dictum est, meritò & ipsi soli Ecclesiastica beneficia consequi, & obtinere possunt, *cap. ex literis, de transc. cùm adeo de reser. c.* 1. *de instit.* ubi plures citavi Doctores, Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. Paul Squillante *de privileg. Cleric. cap.* 4. quandoquidem propter officium, beneficia hujusmodi, sive stipendia Ecclesiastica tribuuntur. *c. fin. de reser. in* 6. Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *q.* 2. *num.* 40. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 2. *n.* 60. *& p.* 7. *c.* 11. *n.* 1. Et de hoc privilegio latè tractabimus *infra lib.* 3. *in c. de collat. & reserv. benefic.*

Tertiò, soli Clerici intra cancellos Altaris stare ad orandum, & communicandum possunt, laici verò extra ab eis separati consistere debent, *c. Sacerdotum, de consec. dist.* 2. *cap.* 1. *de vita & honest. Cler.* Conc. Brachar. 1. *c.* 31. Guillelm. Durant. *de modo Gener. Conc. celeb. rub.* 55. *n.* 3. Henriq. *in sum. lib.* 9 *c.* 25. §. 9. *in fin. lit. I.* & Bonifacium II. id ipsum constituisse refert Illescas *in hist. Pontificali, part.* 2. *lib.* 3. *in ejus vita, fol.* 98. Quare Ambrosius Theodosium Imp. intra cancellos Altaris communicare volentem excluserit, dicens *purpuram Imperatores, non Sacerdotes efficere*, ut referunt Niceph. *in histor. Eccles. lib.* 12. *c.* 41. Hier. Rom. *de Republ. Eccl. lib.* 4. *c.* 2. *prope finem.* Pineda *in vita S. Joannis Baptistæ, lib.* 1. *art.* 1. *c.* 8. *pag. mihi* 150. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Chorus.* Sed ego hodie non ita stricte intelligerem dispositionem textus *in d. c.* 1. ut velit laicos excludere, ne intrent intra cancellos Altaris ad effectum recipiendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sed tantùm ad effectum sedendi, vel standi cum ipsis ministris, ut ibi tenent Abb. *sub n.* 3. *ad fin. vers. nota*, Panuin. *de visit. p.* 2. *q.* 8. *num.* 36. *vers. ad orandum tamen.*

Quartò, Clerici solùm facere possunt collegium tanquam Clerici, quod laicis nonnisi alicujus universitatis, seu professionis, vel artis facere non est permissum, *arg. cap. fin. de relig. domib.* Innoc. *in cap. dilecta, n.* 9. *de excess. Pral.* Clerus enim potest constituere universitatem suarum Ecclesiarum causâ religionis, & pro oneribus eis incumbentibus, & universitatem facere sine Episcopo, Abb. *in c. accedentes num.* 1. *in* 3. *notab. de præscr.* Anchar. *in c. constitutionem, n.* 4. *de reg. juris, in* 6. loquens de se congregantibus contra Prælatum, subsistente justâ causâ se defendendi usque ad definitivam sentea

sententiam : refert Rot. *in Calagurritana contributionis, 1. Jul. 1614. coram R.P.D. meo Pirovano.*

23 Quintò, Clerici solùm jurare debent in conscientia & tacto pectore non tactis scripturis, *c. si quis Presbyter 2 q. 4. c. cùm in causa, de juramento calumnia*, Vestr. *in pract. civili, lib. 6. c. 3. n. 7.* Carol. de Graff. *de effectib. Clericalib. effectu 36.* Viv. *commun opin. 931. n. 14.* Ugol. *de offic. Epis. c. 2. §. 2. n. 4. vers. 5.* Squillante *de privil. Cleric. c. 16. n. 3.* Anton. del Re *de juramento calumnia, c. 15. n. 351. & seq.* Beller. 24 *disquis. Cleric. p. 1. tit. de clerico teste, §. 4 n. 11.* & de Episcopis idem probatur *d. c. cùm in causa*, Gloss. *in Auth. sed Iudex, C. de Episc. & Cleric. & in Auth. de sanct. ss. Episc. collat. 9. l. Hispana 24. tit. 11. part. 3. & l. 24. tit. 16. eadem part. 3.* Rend. *de dispensat. in 2. membro*, Matth. de Afflict. *in Const. Neap. lib. 1. rub. 6. n. 5.* Cov. *in c. quamvis pactum, p. 1. §. 1. n. 3.* Ugol. *d. n. 4. vers. quinto*, Vivian. *tom. 1. com. opin. lib. 4. tit. 9. de prob. num. 133. & tit. 10 de testib. n. 324.* Hippol. *sing. 606.* Menoch. *cons. 114. n. 3. & 17. cum seq. & cons. 118. n. 30. & 41.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 5. c. 1. n. 12. vers. imò verò*, Farin. *in praxi crim. p. 2. tit. 8. q. 74. n. 24.* Christoph. de Paz *in schol. ad leges stylí, l. 149. n. 1. cum seqq.* Venero *in examine Episc. lib. 4. c. 17. n. 19.* Alzed. *in praxi Episc. p. 1. c. 12. n. 38.* ubi *n. 40.* limitat quando in Episcopum consecratur, & quando specialiter est statutum, quod ille scripturam tangat.

25 Quoad secundum verò caput est sciendum, quod Canones in honorem Clericorum, quos sibi Deus in ministros sacravit, & unxit, quique salutis fideliũ ministri, & inter Deum, & populum intermedii existunt, plura statuerunt, quibus servarentur immunes, atque illæsi, & tam circa personam quàm circa res etiam eorum supra laicos esse deberent: ut infrà *in §. 3. cum seqq.* videbimus.

---

§ I.

De privilegio Canonis.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur agentes de materia capitis* si quis suadente, 17. q. 4.

Gaudent privilegio Canonis si quis suadente

2 *Clerici etiam prima Tonsura.*

3 *Tonsurati etiam non servantes requisita ad privilegium fori.*

4 *Conjugati Clerici cum unica, & virgine, incedentes in habitu Clericali, & Tonsura.*

5 *Irregulares, suspensi, interdicti, seu excommunicati Clerici.*

6 *Degradati verbaliter tantùm Clerici.*

7 *Clerici mortui.*

Non gaudent privilegio Canonis si quis suadente

8 *Clericus hæreticus.*

9 *Bigamus Clericus.*

10 *Clericus enormitatibus se immiscens.*

11 *Clericus in minoribus, qui dimisso habitu, &c.*

12 *Clericus, qui ante Baptismum Ordinem suscepit.*

13 *Clericus, qui per annum exercet artem ignominiosam.*

14 *Clericus publicè exercens officium lanionis, aut cauponis*

14 *Famuli & filii Clericorum.*

16 *Religiosi utriusque sexus approbatum à Sede Ap. Religionem profitentes, Canonis privilegio gaudent.*

17 *Monachorum appellatione qui comprehendantur.*

18 *Excommunicationem nullam incurrunt percutientes mulieres intrantes canonicè Monasteria, in quibus Religio non est approbata, nec ipsa mulieres validè profitentur.*

Gaudent privilegio Canonis si quis suadente

19 *Religiosus etiam bigamus.*

20 *Conversi, seu conversa Religiosorum.*

21 *Novitii.*

22 *Tertiarii collegialiter viventes.*

23 *Eremita, qui in communitate vivunt sub aliquo Prælato.*

24 *Equites S. Ioannis Hierosolymitani, & S. Iacobi, Alcantara, & similes.*

25 *Manuum violentarum appellatione quid contineatur in materia Canonis* si quis suadente, *ostenditur.*

26 *Percussio, sive actio violenta ad Censuram Canonis incurrendam requiritur, quod talis sit, ut sufficiat ad peccatum mortale.*

27 *Actio injuriosa, seu contumeliosa, ad censuram Canonis incurrendam debet esse exterior, ac temporalis.*

28 *Clericum detinens in custodia publica, vel in loco privato, ex quo non posset exire, excommunicationem Canonis incurrit.*

29 *Iudex secularis detinendo, vel curando Clericum detineri in custodia, vel in domo, aut ponendo custodes ad domum, qui Clericum exeuntem capiant, incurrit excommunicationem Canonis.*

30 *Clericum excommunicatum vitandum expellens per vim ab Ecclesia dum Divina celebrantur, non incurrit Canonis excommunicationem, si ad ipsum expellendum vi opus fuerit.*

31 *Clericum detinens per vim, ne aliquis injuriosè eum percutiat, aut ne ipse Clericus committat aliquod homicidium, non incurrit Canonis excommunicationem.*

32 *Clericum verbis tantùm detinens contra ejus voluntatem, an incurrat Canonis excommunicationem, ostenditur.*

33 *Spuens in Clericum, seu aquam, aut aliud super eum effundens, incidit in excommunicationem Canonis.*

34 *Eripiens aliquid per vim, & injuriam de manu Clerici, vel corpore ejus, sive scindens vestem, aut per illam Clericum detinens, incurrit excommunicationem Canonis*

35 *Marsupium per fraudem Clerico præscindens nullâ vi adhibitâ, non incurrit excommunicationem Canonis.*

36 *Clericum occidens per cibum, vel potum veneno infectum, incidit in excommunicationem Canonis.*

37 *Monialis gravida, quæ sibi propinat potionem mortiferam fœtui, non incidit in excommunicationem Canonis.*

38 *Abortum Monialis procurans, eique potum propinans illâ consentiente, non incurrit excommunicationem Canonis*

39 *Clericum volentem, & consentientem percutiens incurrit excommunicationem Canonis.*

40 *Clericus, qui se patitur verberari, non incurrit excommunicationem Canonis.*

41 *Clericus qui seipsum injuriosè percutit, excommunicationem Canonis incurrit.*

42 *Mandans, vel consulens verberari Clericum, si sequatur percussio, incidit in excommunicatio-*

nem Canonis, quamvis mandans pœnitentiâ ductus revocaverit mandatum, qua revocatio non fuit manifestata mandatario.

43 Mandans verberari Clericum, si moriatur ante manuum injectionem, tunc non erit excommunicatus, quamvis deinceps post ejus mortem mandatarius Clericum percusserit.

44 Consulens percussionem Clerici, incidit in excommunicationem Canonis, quamvis revocaverit consilium, si firmiter non credat consultum revocasse propositum.

45 Mandans tacitè verberari Clericum, incidit in excommunicationem Canonis.

46 Mandans verberari Clericum incurrit excommunicationem Canonis, quamvis mandatarius excesserit fines mandati.

47 Mandans inferri Clerico injuriam verbalem, non incidit in excommunicationem Canonis, quamvis mandatarius fines excedendo, fecerit illi injuriam personalem.

48 Clerici percussionem ratam habens etiam sine suo mandato, sed nomine suo factam, incidit in excommunicationem Canonis.

49 Percussionem Clerici ratam habens tantùm in corde, non est quoad Ecclesiam ligatus excommunicatione Canonis.

50 Clerici percussionem qui potest prohibere, & non prohibuit, incurrit excommunicationem Canonis.

51 Clericum mortuum percutiens est excommunicatus.

52 Clericum insequutus, si impellit eum ut cadat, & ladatur, incidit in excommunicationem Canonis.

53 Clericum à sede expellens, vel brachio violenter trahens, incidit in excommunicationem Canonis.

54 Auxilium aut favorem præstantes percussioni Clerici, incidunt in excommunicationem Canonis, nisi præstarent auxilium postquam delinquens injecit manum in Clericum, vel de Jurè dederint.

55 Pueri, & alii malitia incapaces, seu non habentes judicium ad peccandum, non incidunt in excommunicationem Canonis.

56 Baptizans qui non fuerit, nullam excommunicationem incurrit, si Clericum percutiat.

57 Judæus percutiens Clericum non incidit in excommunicationem Canonis.

58 Clericum percutiens, si ignoravit probabiliter illum esse Clericum, non incidit in excommunicationem Canonis.

59 Clericum Ioannem percutiens, existimans esse Clericum Iacobum, excommunicationis censuram non effugiet.

60 Clericum hunc volens percutere, si ab eo aberret, & casu, sive præter intentionem percutiat alterum Clericum proximè adstantem, non incurret excommunicationem Canonis.

61 Clericum Titium percutiens, volens percutere Seium laicum, excommunicationem Canonis non incurrit.

62 Clericum per jocum, & non ex odio, vel inimicitia, aut indignatione percutiens, non incurrit excommunicationem Canonis.

63 Clericum percutiens casu fortuito, non incurrit excommunicationem Canonis.

64 Clericum leviter attingens, vel percutiens, ita ut illa percussio, vel violentia judicetur peccatum veniale, non incidit in censuram Canonis

65 Clericum percutiens non incidit in censuram Canonis, si percussio exterior judicetur peccatum veniale tantùm, quamvis ex intentione, quam habuit graviter percutiendi, peccaret mortaliter.

66 Clericum aggressorem detinens, seu percutiens in defensionem sui, vel alieni corporis, non incidit in excommunicationem Canonis, dummodo modus defensionis notabiliter non excedatur, & ex incontinenti aggressionem subsequatur.

67 Laicus percussus à Clerico, si dictum Clericum causâ defensionis percusserit, ubi timor repercussionis non adest, incidit in excommunicationem Canonis

68 Aggressus à Clerico, si non poterit vitare nocumentum sine ignominiosa fuga, nisi se defendendo, eaque de causa Clericum percutiat, non incurret Canonis Censuram.

69 Mulier percutiens Clericum pudicitiam suam facto aliquo tentantem, non incurrit excommunicationem Canonis.

70 Clericum turpiter inventum cum propria uxore, matre, filia, aut sorore, in ipso actu inventionis percutiens, non incurrit excommunicationem Canonis.

71 Inventus turpiter cum matre, &c. quis dicatur ostenditur.

72 Matris, sororis, vel filiæ nomine in terminis capitis si verò, il 1. de sentent. excom. venit propria mater, soror, & filia, non tamen adoptiva, nec avia, neptis, &c.

73 Filia appellatione in terminis capitis si verò, il 1. de sentent. excom. non comprehenditur illegitima.

74 Uxoris nomine venit sponsa de præsenti, non autem de futuro.

75 Clericum percutiens causâ correctionis, non incidit in excommunicationem Canonis, si habeat facultatem & jurisdictionem in eum.

76 Pater an possit filium in sacris constitutum sine nova excommunicationis castigare, ostenditur.

77 Magister percutiens discipulos Clericos intuitu disciplinæ, ver correctionis, non incurrit excommunicationem, modò non percutiat principaliter ex odio, vel ira.

78 Judex laicus, sive privata persona qua videt Clericum præparatum ad injuriam alterius, & non adest ejus Prælatus, tunc illum ligare valet, & capere, ut ipsum consignet Episcopo suo Superiori.

79 Clericum detinens per modicum tempus pro tuitione sua personæ, ne scilicet ipse Clericus exire possit, & detinentem offendere, non incidit in excommunicationem Canonis.

80 Iudex laicus, vel ejus familia capiens Clericum in flagranti delicto, vel noctu cum magna suspicione criminis inventum, non incidit in excommunicationem Canonis, si eum statim præsentet Superiori.

81 Creditor, vel Iudex Clericum debitorem ex causa civili capiens, ubi fuga timetur non incurrit excommunicationem Canonis, dummodò eum quamocitius remittat ad suum Superiorem.

82 Clericum percutiens pro defensione, vel recuperatione suorum bonorum non incidit in excommunicationem Canonis, si hoc faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ, & aliter non possit vim vi repellere

83 Emphy

83 *Emphyteuta Clericus, si non vult solvere Canonem potest Dominus armatâ manu cum expellere absque metu excommunicationis, dummodo non tangat personam.*

84 *Officialis, seu minister Principis, si violenter arcendo turbam Clericum per vim, non incurrit excommunicationem Canonis, si hoc fecerit absque animo injuriandi.*

85 *Absolutionem ab excommunicatione Canonis nullus regulariter impartiri valet, nisi Papa, excepto urgenti mortis periculo.*

86 *Percussio Clerici ubi fuerit levis, poterit Episcopus ab excommunicatione absolvere.*

87 *Percussio levis quæ dicatur, ostenditur.*

88 *Percussus in platea, vel in Ecclesia, etiam leviter, dicitur atrociter injuriatus.*

89 *Clerici in communi Societate viventes, si se mutuò percutiant possunt ab Episcopo absolvi.*

90 *Regularis Regularem ejusdem claustri percutiens non enormiter, a Prælato suo absolvi poterit.*

91 *Superior Regularis, si percussarit suum subditum, potest secundum privilegia absolvi ab alio Sacerdote subdito suo, electo ab ipso in Confessorem.*

92 *Religiosus aliquis si manus violentas in Clericum injecerit, ab Episcopo absolvi potest eo casu, quo secularis Clericus posset.*

93 *Novitius, qui ante Religionis ingressum in excommunicationem Canonis incidit, ab Abbate absolvi non potest.*

94 *Monialis si Monialem, vel conversam, aut Clericum percusserit, per Episcopum in cujus Diœcesi Monasteria fuerint, absolvi potest, etiamsi enormis fuerit percussio.*

95 *Impuberes ab Episcopo absolvi possunt, etiam post annos pubertatis, ab excommunicatione tamen contracta post annos pubertatis, quamvis percussio enormis fuerit.*

96 *Mulieres cujuscumque sint ætatis, & conditionis possunt ab Episcopo absolvi, etiamsi percussio esset enormis.*

97 *Servus, & filius familias seu quivis alius existens in potestate alterius, potest ab Episcopo absolvi, quamvis percussio sit enormis, dummodò dominus grave damnum inde patiatur ex servi absentia absque sua culpa.*

98 *Impotentes ad iter, ut cæci, claudi, & similes, possunt ab Episcopo absolvi, etiamsi percussio enormis sit, ab excommunicatione ob Clerici percussionem.*

99 *Ægri, seu valetudinarii ab excommunicatione ob percussionem Clerici possunt ab Episcopo absolvi.*

100 *Infirmi, & valetudinarii dicuntur ex consilio Medicorum.*

101 *Impedimentum legitimum habens, propter quod excommunicatus ob Clerici percussionem non potest Papam adire sine gravi periculo vitæ, ab Episcopo absolvi poterit.*

102 *Impedimentum quoad hoc propositum habet is, qui ire non potest, licèt mittere valeat pro absolutione.*

103 *Clericum percutiens, si ob capitales inimicitias non possit Romam adire, poterit absolvi ab Episcopo, etiamsi eas ex culpa contraxerit.*

104 *Pauperes, maximè qui iter agendo arte sua uti nequeunt, & essent adstricti mendicare, possunt ab Episcopo absolvi.*

105 *Episcopus potest absolvere quoscunque sibi subditos ab excommunicatione, etiam propter enormem percussionem, modò delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum.*

INNOCENTIUS III. *in Canone si qui suadente, 17. quæst. 4.* statuit quod si quis violentas manus in Cleticum, seu Monachum injicere, diabolo suadente, præsumpserit, anathematis vinculo eo ipso subjaceat, à quo non possit nisi per Romanum Pont. absolvi: de cujus materia plenè agunt citati per Cened. *ad Decretum collect* 24 quibus addo Molin. *de justit. tract. 3. disp. 50. & 51.* Joan Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. cent. 2. dist. 23.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P, concul. 274. per tot.* Suar. *tom. 3. disp. 22. sect. 1.* Sayr. *de cens. lib. 3. c. 26. & 27.* Avil. *eod. tract. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 12.* Bonac. *in simili tract. disp. 2. q. 4 punct. 1. & de censuris extra Bullam Cœna contentis, disp. 2. q. 3. punct. 7. sect. 1.* Rainer. *in catalogo censur. & irregul. de excomm. extra Bullam, c. 9.* Bellet. *disquis. Cleric. p. 1. tit. de favore Cler. Canonis*, Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu 9.* Paul. Layman. *in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5.* Squillante *de privil. Cleric. 6.* Francisc. Coriolan. Capucin. *in Brevi explicat. Bulla in Cœna Domini, excomm. 11.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 5. collect. 681.* Portel. *in dubiis Regularib. verb. manus violenta*, Anton. Novar. *in sum. Bullarum, tit. de percussione Clerici gravi, vel levi*, Sperel. *in dec. fori Eccles. dec. 20. & 45.* Thom. Valasc. *alleg. Juris tom. 1. alleg. 54.* Lezana *in sum. quæst. Reg. verb. Clericus, à n. 2. tom. 3.*

1

Circa quod privilegium, quia frequenter venit in praxi, plura sunt à nobis annotanda; & in primis est sciendum, eo gaudere omnes constitutos in alicujus Ordinis gradu, etiam in prima Tonsura, ut docent Duen. *reg. 99. ampl. 3.* Nav. *in man. c. 27. n. 79.* Angl. *in floribus Theolog. in quæst. de excomm. pag. 59. vers. omnes, & vers. Clerici*, Paris *cons. 40. n. 21. vol. 4.* Bellug. *in speculo princ. rub. 11. §. videndum, n. 5. vers. & certè*, & ibi Camil. Borrel. *in addit. lit. C*, Rainer. *d. c. 9. notab. 2.* Bonac. *d. q. 4 punct. 1. n. 1. & de cens. extra Sull. disp. 2. q. 3 punct. 6. §. 2. n. 1.* Card. Tusc. *pract. concl. lit. T, concl. 274. n. 3.* Carol. de Graff. *d. eff. 7. a n. 68.* Squillante *d. c. 6. ex n. 5.* Paul. Layman *d. cap. 5. n. 4.* Thom. Valasc. *d. alleg. 54 n. 2.* Requiritur ergo ut is qui vapulat, sit verè Clericus, & characterem habeat; non enim sufficit ut sit clericatui destinatus, gerens se pro Clerico, deferensque habitum, & Tonsuram, ac in Choro inserviens: ita Decian. sibi contrarius *lib. 6. cap. 34. n. 3.* Marta *de jurisd. p. 2. c. 11. n. 12.* Masc. *de prob. concl. 848. n. 6.* Sperel. *d. dec. 45. n. 58.*

2

Amplia primò habere locum etiam in Clerico tonsurato, vel in minoribus Ordinibus constituto, qui non servaverit requisita necessaria ad privilegium fori, juxta formam Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c. 6.* cùm quoad hoc nihil innovaverit, nec Juri communi derogaverit. Ita Clar. *§. fin. q. 36. num. 19.* ubi tamen testatur diversas esse hac in re consuetudines, Nav. *cons. 25. de privil. in novis*, Monald. *in cons. dec. 99. §. 2.* Mol. *d. tract. 3. disp. 54. n. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Canc. glos. 4. § 5. n. 7 cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec. 607. in 1. edit.* alias *ref. 531. n. 7. in 2 edit & p. 2. dec. 315. n. 4. & collect. 682. vers. amplia nono*, Bellet. *d. p. 1. de favore Clericorum personali, §. 8. n. 19.* Portel. *in dub. Regul. verb. manus violenta, n. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. c. 2. n. 20.* Avila *de cens. p. 2. cap. 1. disp. 2. dub. 6. concl. 3.* Molf. *in sum. Theol. moral. tract. 2. c. 5. n. 18* Squillante *d. c. 6. sub n. 11. propè fin.* novissimè

3

Stephan

Stephan. Vveyms *ad constitutiones* 24. *ex antiquo Iure desumptas, & per Conc. Trid. innovatas, const.* 9. *n.* 3. & me citato in hoc loco, Torreblanca *de jure spirit. lib.* 15. *c.* 6. *à n.* 12. Ego ipse *de officio & potest. Episc. p.* 2 *alleg.* 112. *n.* 32. & licèt propter negotiationem, si ter monitus non abstinuerit, amiserit privilegium immunitatis, ut ex Molin *de justit. tract.* 2. *disp.* 342. & resolvit Illustrissimus D. meus Rod. à Cunha *in comm. ad cap.* 2. *n.* 9. *dist.* 88. quamvis requisita ad privilegium fori, requiri quoque in volente illius Canonis privilegio gaudere, minus benè existimaverint Felic. *de censib. lib.* 1. *c. ult. n.* 14. Bañes 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. *circa fin.* Suar. *d. tom.* 5. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 11. Ægid. de Coninch *de censur. dis.* 14. *dub.* 15. *n.* 163. Layman. *in Theolog. mor. lib* 2. *tract.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *num.* 5. Diana *mor. resol. p.* 3, *tract.* 5. *ref.* 82.

4 Amplia secundò, etiamsi conjugatus sit, dummodò cum unica & virgine, incedatque in habitu Clericali, & Tonsura, ut benè resolvunt Sayr. *dict. lib.* 1. *c.* 26 *n.* 4. Bellet. *d. tit. de favore Clericor. Canonis*, §. 1. *n.* 36. Bonac. *d. puncto* 1. *n.* 2. *& de censuris extra Bullam, disp.* 2. *q.* 3 *punct.* 6. §. 3. *num.* 2. Squillante *d. c.* 6. *n.* 16. Coninch *disp.* 14. *dub.* 15. *n* 157. Filliuc. *tr.* 15. *c.* 1. *q.* 4. *n* 8. Ciarlin. *controv. forens. c.* 53. *num.* 6. Nam Clericus conjugatus, ut gaudeat Privilegio Canonis, deferre debet habitum, & Tonsuram Clericalem copulativè, secundùm Cov. *pract. c.* 31. *n.* 7. *vers. aut incedit*, Guid. Papæ *dec.* 138. Clar. §. *fin. q.* 36. *num.* 7. ejus autem uxor hoc privilegio non gaudet, cùm illud sit personale ipse Clerico in Ordinis Clericalis reverentiam concessum, ut tenent Aviles *in proœm. Prat. num.* 28 Perez *l.* 1. *vers. est aliud Clericis, tit.* 3. *lib.* 1. *Ord pag.* 58. Sanch. *de Matr. lib.* 7. *disp.* 47. *num.* 1. Suar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 3. Carol. de Graff. *d. effectu* 6. *num.* 115. qui hoc limitat, nisi manus injectio fieret uxori prædictæ in odium viri, quia tunc injiciens incurreret excommunicationem, ac si ipsum percuteret, ut per Doctores, quos refert.

5 Amplia tertiò, quamvis esset irregularis, suspensus, interdictus, seu excommunicatus; quia iste talis irregularitatem, suspensionem, interdictum, sive excommunicationem, non amisit nomen Clerici, aut privilegium Canonis, *cap. dictum*, & ibi Gloss. *in fin.* 81. Abb. *in c. Ecclesia, n.* 8. *de immun. Ecclesiæ*, Clar. §. *fin. q.* 77. *vers. sed nunquid*, Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 57. *n.* 12. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 18. *n.* 40. Card. Tusch. *d. conclus.* 174. *n.* 15. Bellet. *d. tit. de favore Cleric. Canonis*, § 1. *n.* 41. Bonac. *d. punct.* 1. *n.* 4 *& d. sect.* 3. *num.* 3. *cum seqq.* Portel. *d. verb. manus violenta, n.* 3. Carol. de Graff. *dict effect.* 9. *n.* 110. Squillante *dict. cap.* 6. *n.* 13. Coriolan. *de casibus reservatis p.* 1. *casu* 10. *de jud. Reg.* §. 10. *n.* 26. ubi reddit rationem, quia excommunicatus retinet Ordinem, ratione cujus inducta est immunitas.

6 Amplia quartò in Clerico degradato verbaliter tantùm, quamvis secus sit in degradato realiter, per caput *degradatio, de pœnis lib.* 6. de quo Gloss. *verb. Presbytero, in c. accedens, dist.* 50. Hippol. *sing.* 107. *n.* 1. *& sing.* 179. *n.* 4. Clar. § *fin. q.* 77. *num.* 10. Plaza *de delict. c.* 6. *n* 9. Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 55. §. 3. Perez *l.* 1. *col.* 17. *vers. procedit etiam, tit.* 3. *lib.* 1. *Ord.* Nav. *in man. c.* 27. *n.* 81. Valent. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 19. *puncto* 4. Menoch. *de arbit, casu* 415. *n.* 5. *&* 9. Galet. *in margarita casuum Conscient. verb. degradatio*, Suar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *à num* 6. Sayr. *in simili tract. lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 8. *&* 9. Portel. *in dub. Regul. verb. manus violenta, num.* 3. Bonacin. *d. punct.* 1. *num.* 3. Carol. de Graff. *de effect. lib. Cleric. effect* 1. *n.* 817. Squillante *d. c.* 6. *n.* 14. Ego ipse *de officio & potest. Epis. p.* 3. *alleg.* 110. *n.* 3. Torreblanca *d. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 16.

Amplia quintò in Clerico mortuo, cui etiam sit injuria & violentia. Ita Abb. & Felin *in c. à nobis il* 2. *de sentent. excomm.* Tolet. *lib.* 1. *c.* 32 *n.* 15. Carol de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 140. Squillante *d. c.* 6. *n.* 36. vide *infrà n.* 51. 7

Limita tamen primò in Clerico hæretico, qui perdit privilegium illius Canonis. Ita Carrer. *in tract. de hæres. num.* 148. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 42. *n.* 12. *ante fin. vers.* 12. *& cap.* 42. *n.* 2. *in princ.* quos refert, & sequitur Farin. *de hæresi q.* 189. *n.* 33. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 219. Squillante *d. c.* 6. *n.* 15. ubi etiam limitat in schismatico, Portel. *in dub. Regul. verb. manus violenta, n.* 4. 8

Limita secundò in Clerico bigamo, qui ex duplici matrimonio, vel cum vidua contraxerit veram bigamiam, *cap.* 1. *de bigam. lib.* 6. Oliva *super ritu* 37. *Curia Archiepisc. Neapol. num.* 8. Sayr. *d. lib.* 3. *c.* 27. *num.* 31. Ægid. de Coninck *d. disp.* 14. *dub.* 13. *num.* 137. Bonacina *d. puncto* 1. *num.* 5. *& d. sect.* 4. *num.* 14. Layman. *d. cap.* 4. *num.* 4. Squillante *d. c.* 6. *n.* 24. 9

Limita tertiò in Clerico enormitatibus se immiscente, ut per Alex. de Nævo *cons.* 59. *n.* 14. *cum seqq.* Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 54. *num.* 6. Bonacin. *d. q.* 4 *puncto* 4. *n.* 8. Bellet. *d. tit. de favore Cleric. person. c.* 7. *n.* 2. Layman. *d. c.* 5. *num.* 4. *vers. quartò, in fin.* Anton. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 1. *resol.* 139. Squillante *d. cap.* 6. *num.* 12. Dicitur autem Clericus se immiscere enormitatibus, quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & hujusmodi in populo, *cap. perpendimus*, & ibi Abb. *num.* 3. *& 6. de sent. excomm.* Bellet. *d. p.* 1. *tit. de favore Clericor. Canon* §. 2. *n.* 24. 10

Limita quartò in Clerico minorum Ordinum, qui dimisso habitu Clericali, & Tonsurâ, negotiis sæcularibus se immiscet, si tertiò ac Episcopo suo monitus emendare se contempserit, *cap. contingit, in* 6. *de sent. excom.* Sylvest. *verb. excommunicatio* 6. *num.* 6. Sayrus *d. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 7. Avila *d. p.* 2. *c.* 5. *nisput.* 3. *dub.* 13. *casu* 4. Carol. de Graff. *dict. effectu* 9. *num.* 126. *cum seqq.* Bonacin. *de legib. disp.* 20. *q.* 2. *punct.* 1. §. 4. *n.* 20. *& de censur. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 3. *num.* 6. ubi subdit talem Clericum non amittere privilegium Canonis per solam dimissionem habitus Clericalis, nisi ter fuerit ab Episcopo suo monitus, Squillante *dict., cap.* 9. *num.* 10. 11

Limita quintò in Clerico, qui ante Baptismum Ordinem suscepit, secundùm Sylvest. *d. verb. excommunicatio* 6. *n.* 4. Squillante *d. c.* 6. *n.* 7. 12

Limita sextò in Clerico, qui per annum exercuit artem ignominiosam mimi, histrionis, seu joculatoris, aut buffonis, quia ipso jure perdit omnia privilegia Clericalia, & etiam ante annum, si post trinam ab Episcopo admonitionem non resipiscat, *cap. unic. de vita & honest. Cleric. lib.* 6. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *num.* 208. Bellet. *d. p.* 1. *tit. de disciplina Cleric.* §. 23. *n.* 1. Layman. *d. c.* 5. *num.* 4. *vers. sextò* 13

Limita septimò in Clerico publicè exercente officium lanionis, aut cauponis, si conjugatus sit vel habitum Clericalem dimiserit, aut, ter monitus ab Episcopo suo non destiterit, vel postquam destiterit, idem officium reassumit; *Clem.* 1. *de vita & honest. Cleric.* Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 54. *num.* 10. 14

Bonacina

Bonacin. *d. q. 4. punct. 4. n. 9. & d. punct. 6. sect. 4. n.* 12. Layman. *c. 5. n. 4. vers. quinto.*

15 Limita octavò in famulis, & filiis Clericorum, et am in casibus, in quibus fori privilegio potiuntur, per Marant. *de Ordine iudic. p. 4. dist.* 11. *n.* 4. Sigism. Scacc. *in tr. de iudic. p.* 1. *c.* 12. *n.* 48. Carol. de Graff. *de effectib. Cleric. effect.* 1. *n.* 218. quos refert Squillante *d. c.* 6. *n.* 25.

16 Cuncti utriusque sexus Religiosi approbatam à Sede Apostol. Religionem profitentes Canonis privilegio gaudent: ita Bonac. *d. q.* 4. *punct.* 1. *n.* 6. *cum seqq. & disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 6. *sect.* 3. *n.* 7. Carol. de Graff. *d. effect* 9. *a n.* 68. *&* 73. Bellet. *d. p.* 1. *tit. de favore Cleric. Canonis, §.* 1. *n.* 35. *cum seqq.* Laym. *d. cap.* 4. *n.* 4. *vers. nomine Monachi*, Squillante *d. c.* 6. *num.* 27. Sperell. *decis.* 45. *à n.* 59. ubi de Monialibus, Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2 *lib.* 5. *p.* 2. *tr.* 6. *docum.* 2. *num.* 1. ubi etiam de monialibus, Lezana

17 *in sum. tom.* 3. *verb. Clericus*, *num.* 6. Omnes enim isti appellatione Monachorum comprehenduntur, ut docent per me citati *de appellativa verborum utriusque Juris significe, appellat.* 154. *num.* 2. Unde

18 percutientes mulieres intrantes canonicè Monasteria, in quibus Religio non est approbata, nec ipsæ mulieres profitentur, nullam excommunicationem incurrunt, Rota *dec. in antiquis, aliàs* 167. Aufrer. *de potest. sec. reg.* 3. *n.* 3. Bellet. *d. tit. de favore Clericorum Canonis, §* 2. *n.* 35. quicquid dicant Decian. *in tract. crimin. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 17. *n.* 12. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 37. Squillante *d. cap.* 6. *n.* 27. *vers. sed utrum.*

19 Ex quibus primò infertur, privilegio Canonis gaudere etiam Religiosum, qui erat bigamus, quia nullo jure constat ipsum privari privilegio hujusmodi, sicut privatur Clericus bigamus, ut per Bonacin. *d. disp* 2. *q.* 4. *punct.* 1. *n.* 6. *& d. punct.* 6. *num.* 8.

20 Squillante *d. c.* 6. *n.* 28.

Infertur secundò, Conversos, sive Conversas Religiosorum, quia veri Religiosi sunt, gaudere privilegio Canonis, ut docent Navar. *in man. c.* 27. *n.* 79. Carol. de Tapia *ad Auth. Ingressi. C. de sacros. Eccles. verb. sua. cap.* 10. *à princip*, ubi *n.* 16. quod oblati gaudent privilegio capitis *si quis suadente*, me citato Sperel. *in dec. fori Eccles. dec.* 2. *n.* 98. *& dec.* 21. *num.* 17. *& dec.* 45. *n.* 61. ubi de Conversis Monialibus, Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 28. *sect.* 1. *à n.* 19. Paul. Bert. Lucens. *in praxi crimin. Reg. tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. Bonacin. *d. punct.* 1. *n.* 6. Ludovicus Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q* 29. *art.* 3. Carol. de Graffis *d. effect* 9. *n.* 70. Paul. Laym. *d. vers. nomine Monachi*, Ego ipse *de officio & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 38. Portel. *in dubiis Reg. verb. manus violenta, n.* 5.

21 Infertur tertiò, novitios, cùm sint in via ad Religionis susceptionem, gaudere privilegio Canonis, *cap. Religioso, de sentent. excommun. lib.* 6. ubi diximus, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & uxor. §.* 38. *vers. quamvis autem*, Plaza *de delict. c.* 32. *n.* 24. Mandos. *in tract. de privileg. ad instar. gloss.* 7. *n.* 36. Bellug. *in speculo Principum, rub.* 11. *§. Videndum. vers. & simili modo*, Nav. *cons.* 5. *de foro comp. in novis*, Sayr. *in floribus dec. sub eodem tit. decis. ult.* Carol. de Tapia *in Auth. Ingressi, verb. sua, cap.* 2. *n.* 12. *C. de sacros. Eccles.* Laur. de Peirinis *de Prælato q.* 5. *c.* 1. *n.* 151. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 3. *q.* 2. Coriolan. *de casibus reserv. p.* 2. *c.* 10. *de Iudic. Regul. §.* 10. *n.* 19. ubi ampliat in novitio unius diei, Sperel. *decis.* 16. *num.* 10. *&* 13. *& decis.* 21. *n.* 19. Machado *d. tract.* 6. *docum.* 2. *n.* 1. Decian. *d. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 9. Galet. *in margarita casuum Conscientia, verb. Novitius*, Laym. *ubi proximè*, Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *num.* 72. Bartholom. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum Novic. disp.* 11. *dub.* 10. *sub n.* 1. Campan. *in divers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 3. *n.* 26. Oviedo *in praxi Regul. part.* 1. *tract.* 6. *c.* 2. *q.* 1. *n.* 1. Et procedere in impubere admisso ad Religionem ante annos pubertatis quia licèt non sit propriè novitius, nihilominus largo modo dicitur novitius, & gaudet privilegio Canonis, ait Sanch. *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 24. Bonacin. *d. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 3. *n.* 7. Ambros. Marchin. *in resolut. pro Ordinib. Militar. art.* 6. *n.* 58: Diana *moral. resol. p.* 6. *tract.* 8. *miscel. resol.* 6. ubi de Novitiis in Religione Clericorum Regularium tempore hospitii.

Infertur quartò, Tertiarios collegialiter viventes sub habitu & voto aliquo expresso, gaudere privilegio Canonis, & aliis omnibus, quibus Fratres Ordines, qui tertiæ regulæ habitum gestant, potiuntur & gaudent: secus autem si in propriis domibus habitent. Ita juxta Constit. Leonis X. resolvunt Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *quæst.* 65. *art.* 5. Bonacin. *d. punct.* 1. *n.* 8. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol p.* 2. *alleg.* 88. Laym. *dict. cap.* 5. *n.* 4. *vers. dubitatur autem primò de Tertiariis*, Squillante *d. cap.* 6. *ex num.* 30 Portel. *in dubiis Regul. verb. manus violentæ, n.* 8. Hieron. Roder. *in compendio quæst. Reg. resol.* 136. *num.* 9 *&* 11. Ego ipse *d. p.* 2 *alleg.* 12. *n.* 41. Machado *d. docum.* 2. *n.* 2. Et Sorores ejusdem tertii habitus hoc privilegio gaudere, ex Tolet. resolvit Squillante *d. c.* 6. *n.* 33. Lezana *in sum. qq. Regul. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 39. Machado *d. docum.* 2. *n.* 3. Theodor. Straius *in opuscul. de Tertiariis, cap.* 6. ubi agens de suis Tertiariis sacri Ordinis Carmelitani, id resolvit in degentibus in propriis, vel parentum domibus, cum voto tamen castitatis virginalis, vel vidualis emisso: sed hoc non admittunt Bordon. *in cons. Regul. resol.* 28. *n.* 19. Diana *resol. moral. p.* 6. *tract.* 8. *miscell. resol.* 30. *in fine.* 22

Infertur quintò, Eremitas qui in communitate seu congregatione sub aliquo Prælato, edito voto paupertatis, vel alia suscepta obligatione, ex tacita vel expressa summi Pontificis voluntate vivunt privilegio Canonis gaudere; secus verò dicendum de Eremitis, qui vagi dicuntur, nec definitum, aut firmum vitæ modum, neque aliquam specialem obligationem Ecclesiasticam habent. Ita Gloss. *in c. qui vere.* 1. *q.* 16. Sylvest. *in sum. verb. Eremita*, Nav. *d. c.* 27. *n.* 70. Jacob. de Graff *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 27. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 4. Suar. *de cens. tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 22. Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 1. *lib.* 1. *n.* 2. *&* 14. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 31. *n.* 4. Ægid. de Coninck *d. disp.* 14. *dub.* 15. *n.* 165. Bonac. *d. punct. n.* 10. *& d. punct* 6. *sect.* 3. *in fin.* Laym. *d. n.* 4. *vers. secundò dubitatur*, Ant. Raguc. *in vase Eccl. discipl. tit. de excom. q.* 71. Portel. *de verb. manus violenta*, Squillante *d. c.* 6. *n.* 34. Lezan. *in sum. qq. Reg. tom.* 2. *c.* 7. *n.* 6. Et de illo, qui assumpto aliquo habitu Religioso adhibetur ad servitia & obsequia Monialium, & ad petendam pro ipsis eleemosynam, quod gaudeat privilegio Canonis, Bordon. *in cons. Reg. res.* 28, *n.* 19. Diana *d. p* 6. *tract.* 8. *resol.* 6.

Infertur sextò, Equites S. Joannis Hierosolymitani, qui verè sunt Religiosi, gaudere privilegio Canonis, ut per Molin. *d. disp.* 51. *num.* 37. Hieron Roder. *in compend. qq. Reg. resol.* 28. *n.* 1. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 12. *&* 13. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 11. Squillante *d. cap.* 6. *num.* 37. 24

Biblioteca de Ciències Socials

num. 37. Bonac. *de censur. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 6. *sect.* 3. *n.* 9. meipsum *in tract. de appellativa verborũ utriusque Juris significat. appell.* 233. *num.* 6. *&* 7. Imò & alios Equites S. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ privilegio Canonis gaudere, voluere Navarr. *cons.* 11. *de Regular.* Mar. Antonin. *var. re. sol. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 63. Gratian. *reg.* 175. *in fin.* Sperel. *in decis. fori. Eccles. dec.* 2. *num.* 103. Joan. Henriq. *in compendio casuum moral. cap.* 20. *num.* 70. Ambros. Marchin. *in defens. immun. Ordin. Militar. art.* 4. *n.* 37. *&* *art.* 5. *n.* 90. Diana *moral. resol. p.* 5. *tract.* 13. *miscel. resol.* 44. Ramirez *de confirm. Ordinis S. Jacobi. cap.* 5. *num.* 19. Motta. *cod. tract. lib.* 2. *c.* 1. §. 8. Bonacin. *d. punct.* 1. *num.* 7. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 1. *q.* 4. *num.* 14. Barthol. Gipt. *de casibus reservatis cap* 3. *num.* 15. Squillante *d. cap.* 6. *n.* 48. Iatè Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. part.* 4. *resol.* 176.

25 Nunc verò videndum quando quis dicatur violentas manus in prædictas personas injicere: & in primis est sciendum, quod significetur his verbis quævis injuriosa, seu contumeliosa actio contra Ecclesiasticam personam, immediatè consistens in facto, & in opere, sive actio fiat manibus, sive pedibus: dicitur autem manus violenta, desumptâ denominatione à manu, quæ est instrumentum consuetum, per quod alteri solet inferri vis injuriosa. Vide Nav *d. cap.* 27. *n.* 77. Pedrasa *in sum. tit. excommunicationes Papales, vers. contra eos qui ponunt, fol* 135. Ludovic. Beja *responsa. casuum Conscient. p.* 1. *casu* 49. Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. Avila *p.* 2. *c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 11. Bonac. *d. punct.* 1. *n.* 11. Bellet. *d. tit. de favore Clericor. Canonis,* §. 1. *n.* 3. *vers. quod non solum,* Layman. *d. cap.* 3. *sub n.* 5. *vers. manus,* Bonac. *de censuris extra Bullam, disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 6. *sect.* 1. §. 1. *n.* 3. Sperel. *d. decis.* 20. *num.* 25.

Quamvis autem contactus physicè consideratus levissimus sit, si tamen secundùm moralem æstimationem sufficiat ad gravem injuriam contra honorem, & reverentiam Clerico debitam, nihilominus satis est ad hanc censuram, ex doctrina Suar *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 25. *&* 26. Molinæ *de Justitia. tom.* 4. *disp.* 57. Hinc Sylv. *in sum. verb. excommunicatio* 6. §. 7. tenet capientem Clericum per capillos, eique dicentem, *nisi esses Clericus hæc, & hæc facerem*, incurrere in excommunicationem hujus Canonis, & Grilenzon. *cons.* 82. consuluit incidisse in dictam excommunicationem quendam, qui Sacerdotem insultaverat cum simplici manus injectione ad collum, & altera manu posita super pugione: & Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *num.* 142. incidere in dictam excommunicationem ait accipientem Clericum per vestimentum, seu capacium & moventem illud his verbis, *Si non esses Clericus percuterem te*, prout eos refert Sperell. *d. decis.* 45. *num.* 37. *& seqq.* ubi *num.* 42. post Grilenzon. *d. cons.* 82. *n.* 4. tradit verbum illud, *infecerit*, verificari impositione manus ad dorsum, etiam sine percussione.

26 Nec quælibet percussio, sine actio violenta sufficit, ut quis Canonis censuram incurrat, sed requiritur quod talis sit, ut sufficiat ad peccatum mortale, cùm excommunicatio major non incurratur nisi propter peccatum mortale, de quo infra, secundùm regulam, quam constituunt Cov. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 9. *n.* 2. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 13. Gratian. *discept forens. c.* 559. *num.* 7. Sperell. *d. dec.* 45. *num.* 9. Item actio illa, per quem incurritur hæc excommunicatio, decet ipsam personam Ecclesiasticam aliquo modo contingere, ut monet Bonacina *loco proximè citato*. Sperell. *d. decis.* 45. *n.* 5. & sic debet hæc actio injuriosa, seu contumeliosa esse exterior, ac temporalis circa personam Clericorum, aut res eiadhærentes, Squillante *d. c.* 6. *à n.* 41. Bonacin. *d. sect.* 1. §. 1. *n.* 3. *vers. tertia.* Unde elevantem manum, vel vibrantem ensem contra Clericum, si percussio illum non contingat, non incidere in excommunicationem, resolvunt Bellet. *dict. tit. de favore Cleric. Canon.* §. 2. *n.* 33. Sperell. *d. decis.* 20. *n.* 17. ubi *n.* 18. post Filliuc. *tract.* 14. *cap.* 1. *sub n.* 17. resolvit idem in projiciente lapidem contra Clericum, ut non incidat in censuram, nisi postquam lapis personam Clerici tetigit idem Sperell. *decis.* 45. *num.* 1. *&* 63. ubi quod sola manus elevatio, vel ensis vibratio absque percussione non facit esse locum huic Canoni. Percutiens plures Clericos successivè, incurrit in tot censuras, quot sunt Clerici percussi, Bonacin. de censur. *disp.* 9. *quæst.* 3. *dub. ult.* Diana *moral. resol. p.* 5. *tr.* 9. *resol.* 60. sicut etiam incurrit duas excommunicationes qui eadem actione percutit duos Clericos, Suar. *de censur. disp.* 5. *sect.* 3. *num.* 8. Diana *d. tr.* 9. *resol.* 50.

Hinc primò fit consequens, detinentem Clericum in custodia publica, vel in loco privato. ut in domo propria, sive aliena, ex qua non possit exire, excommunicationem Canonis incurrere, *cap. nuper*, & ibi Gloss. 1. Abb. *n.* 1. *&* 2. & Felin. *n.* 1. *de sent. excom.* Torrebl. *de jure spirit. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 25. 28 Bellet. *d. tit. de favore Cleric. Canonis,* §. 1. *n.* 4. Paul. Layman. *sub d. n.* 5. *vers. manus.* Eandem quoque excommunicationem incurrit Judex sæcularis detinendo, vel curando Clericum detineri in custodia, vel in domo, aut ponendo custodes ad domum, qui Clericum exeuntem capiant, ita ut Clericus non possit liberè exire. Ita Sayr. *d. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 13. Bonacin. *d punct.* 1. *n.* 16. *&* *d. sect.* 1. §. 1. *n.* 9. 29 Filliuc. *tract.* 14. *cap.* 1. *q.* 1. *n.* 17. *&* 32. qui tamen subdunt; illum non esse excommunicatum, qui per metum absque ulla vi, vel tactu cogit Clericum exire è fundo; non enim dicitur manus violentas in Clericum injicere, cùm solis verbis illum terreat: & similiter qui obsidet castrum, aut domum, non ut faciat injuriam Clerico ibi existenti, sed ut justè obtineat illam. Unde fit ut minimè eandem incurrat excommunicationem expellens per vim 30 Clericum excommunicatum vitandum ab Ecclesia, dum Divina celebrantur, si ad ipsum expellendum vi opus fuerit, Suar. *d. tom.* 5. *de censur. disp.* 12. *sect.* 1. *n.* 11. Squillante *de obligat. Cleric. p.* 3. *n.* 43. Sic etiam detinens Clericum per vim, ne aliquis 31 injuriosè eum percutiat, aut ne ipse Clericus committat aliquod homicidium, vel ne incidat in manus hostium, non incurrit hanc Canonis excommunicationem; quia hæc non est injuriosa, vel sacrilega violentia, sed procedit tantùm ex charitate, ut per Jacob. de Graff. *in decis. aureis, p.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 23. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 105. Squillante *d. cap.* 6. *n.* 93. Tangens autem Clericum, si vim non infert, neque læsionem, non incurrit in pœnam Canonis, Gloss. *verb. insequutione, in c. felicis, de pœn.* Archid Host. Card. & alios refert, & sequitur Sperell. *d. decis.* 45. *n.* 6.

Utrùm autem verbis tantùm detinens Clericum contra ejus voluntatem, incurrat Canonis excom- 32 municationem? Duos casus in hac quæstione distinguere oportet, primum quando Clericus verbis tantùm detinetur, v. g. quando aliquis dicendo verba contumeliosa, ipsis verbis ei metum infert, ut

eum

cum detineat: secundum quondo ipsa verba concomitatur aliqua actio violenta ejus personæ, v. g. quando quis ultra verba contumelioſa, detinet Clericum obſidendo eum in domo, vel in Castro, non permittendo exitum, vel quando eum detinet, ut vestibus spoliet sine aliquo corporis nocumento: in primo casu non incurritur excommunicatio. Toler. *in sum. lib. 1. c. 31. n. 5.* Suar. *de censur. disp. 20. sect. 1. n. 25. 30. & 31.* Ægid. de Coninch *d. disp. 14. dub. 15. n. 167. vers. tunc non sufficit*, Sperell. *d. decis. 45. n. 11.* In secundo casu incurritur excommunicatio, Suar. *d. n. 30. ad fin. & 31. ad med.* Navar. *d. c. 7. n. 77.* quatenus inquit incurrere excommunicationem, qui vi includunt Clericos in aliquo loco, unde egredi sine pudore non possint, & ita requiritur vis, quæ verbis solis non fit. Ægid. de Coninch. *d. num. 165. vers. idem dicendum.*

33 Secundò fit consequens, contumelioſè spuentem in Clericum, seu aquam, salivam, oleum, aut aliud super eum effundentem, incidere in excommunicationem Canonis. Gloss. *verb. manus, in d. c. si quis suadente. glos. 1. in c. si quis pulsatus. de pœnit. dist. 1.* Beller. *d. tit. de favore Cleric. Canonis, §. 1. n. 4. vers. & in spuente*, Baiard. *ad Clar. §. fin. q. 77. n. 9.* Franc. Marc. *decis. 819. p. 2.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 19. n. 3. & 4.* Sperell. *in decis. fori Eccles. dec. 20. n. 27.* Aloys. Rice *p. 5. collect. 682. ampl. 5.* idem Sperell. *decis. 55. n. 53.*

34 Tertiò fit consequens, capientem aliquid per vim & injuriam de manibus Clerici, vel corpore ejus, puta librum, pileum aut vestem, & similia, aut illam scindentem, sive frangentem, aut detinentem Clericum per vestem, ut non permittatur abire, seu capientem frenum equi, in quo Clericus insidet, incurrere excommunicationem Canonis. Ita Nav. *d. c. 27. n. 77.* Honded. *conf. 103. n. 1. cum seqq. & n. 14. vol. 1.* Hippol. *sing. 188.* Bernard. Diaz. *reg. 95.* Joan. Garc *reg. 175. n. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 289. n. 17.* Bonac. *d. punct. 1. n. 12. & sect. 1. §. 1. n. 4.* Beller. *d. §. 1. n. 5.* Carol. de Graff. *d. effectu 9.*

35 *n. 88. & 95.* Paul. Laym. *citato loco.* Squillante *d. c. 6. à n. 42.* Secus verò est, si nulla vi adhibitâ, & per fraudem marsupium Clerico præscindatur, aut vestes in lecto jacentes sine directa eum in loco concludendi intentione auferantur; quia tunc excommunicatio ista minimè incurritur, sicuti docent Suar. *d. disp. 22 sect. 1. n. 31.* Molina *d. tr. 3. disp. 51.* Ægid. de Coninch. *d. disp. 14. dub. 15. n. 166.* Suar. *d. lib. 5 c. 26. n. 16.* Filliuc. *tract 15. c. 1. n. 20.* Bonac. *d. punct. 1. num. 14.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 21.* Layman. *d. cap. 3. n. 5.* Squillante *d. c. 6. num. 46. & seq.*

36 Quartò fit consequens, illum in excommunicationem Canonis incidere, qui occidit Clericum per cibum, vel potum veneno infectum; nam hujusmodi actio ita est violenta, ut dissolvat compositum, & est magis violenta, & injurioſa, quàm sit injectio alapæ, aut pulveris, vel salivæ. Ita Ludovic. Beja *casuum Conscient. part. 1. casu 46.* ubi resolvit præbentem Clerico venenum etiam ad certum tempus mortem allaturum, sive cum violentia, sive absque illa, statim post propinationem ipsius veneni incidere in excommunicationem: latè Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 20. n. 8. cum seqq.* & præcipuè *num. 21. cum seqq.* ubi sequitur opinionem Bejæ, Molin. *d. tract. 3. disp. 51.* Megal. *in 1. p. instit. pereg. lib. 6. c. 14. n. 11.* Suar. *de censur. disp. 5. sect. 1. n. 13. cum seqq. disp. 22. sect. 1. num. 23. & 28.* Filliuc. *tract. 11. cap. 5. q. 3. ad fin. num. 126. & tract. 15. cap. 1. q. 3. num. 20.* Portel. *in dub. Regul. verb. manus violenta, num. 1.* Bonac. *d. punct. 1. n. 13.* qui cum Suar. hanc censuram non incurrere existimat antequam venenum operari incipiat; nam antea non ederat actio violenta, cùm venenum sine ulla vi fuerit exhibitum, ut supponimus, de quo Squillante *d. cap. 6. n. 55.* Filliuc. *d. q. 20. n. 30.* Mol. *d. disp. 51. n. 4.* & Bonac. *d. sect. 1. §. 1. n. 6. & d. punct. 1. num. 6.* quicquid dicat Avila *d. part. 2. cap. 5. disp. 3.* 37 *dub. 10.* Secus verò dicendum videtur de Moniali gravida, quæ sibi propinat potionem mortiferam fœtui: nam ista actio censetur violenta fœtui, non ipsi Moniali, nec videtur injurioſa statui Ecclesiastico, secundùm Molin. *dict. disp. 50. n. 5.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 26. num. 17.* Avila *d. dub. 22. vers. quintò*, Bonac. *de cens. disp. 2. q. 4. punct. 2. sub num. 14. in fine*, D. Sperell. *in decis. fori Eccles. dec. 20. n. 6.* ubi reddit rationem, quia licèt manus hæc sit violenta naturæ, non tamen est violenta personæ consentienti, neque injurioſa statui Ecclesiastico: & *n. 33.* ubi subdit, procul dubio in hanc censuram incurrere, si venenum sibi misceret ad suimet ipsius interitum, quia sibimet injuriam irrogaret: & *n. 34.* animadvertit Monialem sponte abortum facientem non solùm non incurrere in hanc censuram, ut dictum est, verùm etiam nec in aliam inflictam à Constitutione Sixti V. *contra procurantes abortum*, de qua in Bullario novo *tom. 2. pag. 695.* reformata à Greg. XIV. *in Constit 8. in eodem tom. 2. pag. 695.* quia loquitur in procurantibus abortum in aliena persona, non autem de mulieribus seipsis abortum procurantibus, ut advertit Avila *de censur. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 12. vers. quinto sequitur.* Nald. *in sum. verb. Abortus, n. 1.* contra Filliuc. & Bonac. quos meritò reprobat idem Sperell. *d. dec. 20. n. 34. 35.* Eodem modo procurans abor- 38 tum Monialis, eique potum propinans, illa consentiente, non incurrit excommunicationem, ex Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 19. n. 4.* Portel. *d. verb. manus violenta, n. 2.*

Quintò fit consequens, excommunicationem 39 Canonis incurrere illum, qui Clericum volentem & consentientem percutit, quia Clericus ad hoc consentire nequit, cùm injuria fiat toti Ordini clericali, ut Doctores communiter deducunt ex *cap. contingit, de sent. excom.* Caietan. *verb. excommunicatio, c. 10.* Jacob. de Graff. *d. p. 1. lib. 2. c. 46. n. 6.* Gutier. *de juram. confirm p. 1. c. 19. à num. 53.* Th. Valasc. *d. alleg. 54. n. 3.* Suar. *d. disp. 22. sect. 1. à n. 57.* Sayr *d. lib. 3. cap. 26. n. 18.* Filliuc. *tr. 15. cap. 1. quæst. 7. n. 33.* Beller. *d. tit. de privil. Cleric. Canonis, §. 1. n. 10* Bonac. *d. q. 4. punct. 2. n. 1. & de censur. extra Bullam, disp. 2. q. 3. punct. 6. sect. 2. n. 5.* Carol de Graff. *d. effect 9. num. 77. cum seqq.* Laym. *d. c. 5. n. 5. in fine, vers. his adde*, Squillante *dict. c. 6. n. 69.* Sperell. *d. dec. 55. num. 67. cum seqq.* novissimè Gonzalez de Salzed. *de lege politica lib. 1. cap. 7. §. 1. n. 18.* Ipse autem Clericus, qui sic patitur 40 verberari, non incurrit hanc Canonis excommunicationem ipso jure, sed per Judicis sententiam, quia textus *in d. cap. contingit*, utitur verbo *excommunicetur*, quod est futuri temporis, indicans censuram ferendam, non autem ipso jure latam. Ita Toler. *lib. 1. c. 35. n. 13.* Suar. *d. disp. 22. sect. 1. n. 57.* Bonac. *d. p. 4. punct. 2. n. 3.* Filliuc. *d. q. 7. n. 33.* Squillante *d. cap. 6. n. 70.* Beller. *d. §. 1. n. 11.* Sperell. *d. dec. 45. n. 70.* quamvis illum incurrere ipso facto, si facilè posset vitare percussionem, existiment Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 80.* & Ragus. *in vase Eccles. disciplin. tit. de excom. q. 70. n. 7.*

Sextò fit consequens, Clericum qui seipsum in- 41

j triosè percutit, scilicet irato animo, vel vitæ tædio, aut ex alia irrationabili causa, excommunicationem Canonis incurrere, ut per Jason. *in l. 1. n. 8. C. de servis fugit.* Clar. *§. fin. q. 77. n. 3.* Mantua *sing. 1. n. 4* Grammat. *decis. 44. n. 2. cum seqq* Nav. *dict. c. 26. n 88. in fine*, Menoch *d. casu 284. n. 37* Gutier. *d. c. 16. n. 54.* Suar *d sect. 1. n. 59.* Sayr. *d. c. 26. n. 20.* Avila *d. dub. 2. circumed.* Bellet. *d. §. 1. n. 11.* Bonacin. *d. q. 4. punct. 2. n. 4.* Portel. *in addit. ad dubia Regul. verb. manus violenta, n. 6* Layman. *ubi proxime*, Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 82. cum seqq* Bonacin. *dict. sect. 2. n. 7.* Molin. *de justit. tom 4. tract. 3. disp. 51. n. 4.* Filliuc. *tom. 1. tract. 15. c. 1. n. 33.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 2. c. 9. §. 20. n. 20.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 17. diffic. 22. n. 10.* Balthas. Amescua *de potest. in seipsum, lib. 1. c. 20. n. 24.* Sperell *d. decis. 45. n. 71.* Thom. Valasc. *d alleg. 54. n. 4.* Squillante *d. c. 6. n. 70.* quorum tamen resolutioni nunquam acquiescere potui, ut latè ostendi *in collect. ad d. c. si quis suadente, n. 38. & 39.* sequuntur Turrian. *de censur. lib. 3 disp. 29. n. 2.* me citato Diana *moral. resol. part. 3. tract. 5. resol. 81.* ubi etiam post Mol. *d. disp. 51. n. 4.* meritò affirmat Monialem, quæ potione, aut venæ scissione abortum intendit, non incurrere hanc excommunicationem, eo quòd ea manus injectio in seipsam sui comparatione violentia injuriosa, ac contumeliosa non sit.

42 Septimò fit consequens mandantem, vel consulentem verberari Clericum, si sequatur percussio, incidere in excommunicationem Canonis, ut probat textus *in c. mulieres 6. S. ult. de sentent. excom.* & resolvunt Suar. *d disp. 22. sect. 1. n. 55.* Avila *d. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 6* Navar. *d. c. 27. n. 78.* Sayr. *d. lib. 3. c. 15. num. 10.* Ægid. de Coninch *d. tom. 2. disp. 15. n. 27. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin p. 5. q 129. n. 57.* Molin. *d. tr. 3. disp 52. n. 2.* Carol de Graff. *d. effectu 9. à n. 163* Bellet. *d. tit. de favore Clericor. Canonis, §. 1. n. 6.* Paul. Layman. *d. cap. 5. n. 6.* Squillante *d. c. 6. n. 57.* Filliuc. *tract. 15. c. 1. q. 7.* Bonacin. *de censuris extra Bullam, disp. 2. q 3. punct. 6. sect. 1. §. 2. à n. 1.* quod verum est quamvis mandans pœnitentiâ ductus revocaverit mandatum; quæ tamen revocatio non fuit manifesta mandatario, quia etiam tunc sequuto mandati effecta, hujusmodi mandans prædictam excommunicationem incurret, licèt curaverit revocationem mandati innotescere mandatario, cum re ipsa non innotuit, sicut docent Gloss. *verb. auctoritate vers. sed pone, in d. c. mulieres*, Molin. *d. disp. 52. n. 2.* Less. *de justit. lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 17.* Ægid. de Coninch *d. dub. 15 num. 183.* Avila *d. p. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 6. concl. 1.* Sayr. *d lib. 3. c. 26. num. 13.* Bonacin. *d. q 4 punct. 3. n. 2.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 30.* Bellet. *d. tit. de favore Cleric. Canon. §. 1. n. 6.* Layman. *d. c. 5. n. 7. vers. sed quæstio*, Bonac. *d. §. 1. n. 4.* Squillante *d cap. 6. n. 59.* Sperell. *d. decis. 20. n. 11.* Secus verò si revocatio mandati fuerit deducta ad notitiam mandatarii re integra, ut sentiunt Gloss. *verb. jurare, vers. sed quid si Domino, in cap. tibi Domino, 63. dist. & verb. mandati, in cap. cùm quis, de sententia excomm. lib. 3.* Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 3. n. 40.* Menoch. *d. casu 351. n. 7.* Jacob. Ayrer. *in tr. de homicid. p. 2. cap. 48* Bellet. *d. §. 1. n. 6. vers. quod autem*, latè Farin. *d. p 5. q. 136. n. 173. cum seqq. & n. 175.* subdit mandatum revocari non solùm expressè, sed etiam tacitè; veluti quando mandans contraxit parentelam, vel fecit pacem cum suo inimico: & *n. 178.* subjicit, quod mandato revocato, & revocatione intimatâ mandatario, mandans amplius non tenetur, etiam quod talis revocatio non fuerint intimata occidendo.

Unde fit, quod si mandans moriatur ante manuum injectionem, tunc non erit excommunicatus, quamvis deinceps post ejus mortem mandatarius Clericum percusserit, ut per Ugolin, *de censur. tab. 1. c. 17. §. 2. n. 5* Sayr. *de censur. lib. 1. c. 8. n. 12.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 26. q. 2. vers. sed dubia quæstio est*, Carol. de Graff. *d effectu 9. n. 40.* Bellet. *d. §. 1. n. 6. vers. qui tamen*, Avila *de dub. 7. concl. 3.* Squillante *d c. 6. n. 61.* ubi *n. 60.* post Layman *d. c. 5. n. 7.* secus dicit de consulente percussionem Clerici, cùm consulenti non sufficiat revocare consilium, si firmiter non credat consultum revocasse propositum, sed debet etiam monere percutiendum arbitrio boni viri, ut sibi caveat, quamvis Sayr. *dict. cap. 26. n. 23.* idem dicat de consulente, quod de mandante dictum est. Sed quid dicendum si mandatum non sit expressum, sed tacitum, ut si quis cùm fuerit offensus ab aliquo Clerico, diceret coram amicis, vel familiaribus, se desiderare vindictam de tali injuria, prævidens, aut prævidere debens inde eos fore excitandos ad eum percutiendum; Ego credo etiam ipsum in hanc censuram, sequutâ illius Clerici percussione incurrere, *arg. text. in cap. penult. de homicid. in 6.* Nav. *d. c. 27 num 78.* Suar. *d. disp. 22. sect. 1. n. 55.* Avila *d. p. 2. disp. 3. c. 5. dub. 10.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 35.* Squillante *d. c. 62.* ubi *n. 63.* resolvit mandantem incurrere hanc excommunicationem, quamvis mandatarius excesserit fines mandati, ut quia mandavit tantùm verberare Clericum, & mandatarius illum vulneravit: addit tamen ex Carol. de Graff. *d effectu 9. num. 21.* secus esse, si quis mandaret ut tantùm inferatur Clerico injuria verbalis, & mandatarius excesserit faciendo illi injuriam personalem, quia tunc mandans non erit excommunicatus, prout ipse mandatarius, & hoc ea ratione, quia mandans jussit fieri actum propter quem de sui natura non incurrit in pœnam excommunicationis: & allegat Baiard. *ad Clar. §. fin. quæst. 89. n. 17.* Menoch. *de arbitr. casu 352. num. 2.*

43 44 45 46 47

Octavò, fit consequens tandem excommunicationis sententiam incurrere, qui ratam habet percussionem Clerici, etiam sine suo mandato, nomine tamen suo factam, ut probatur *c. cùm quis*, & *ibi* Gloss. *verb. suo nomine, de sentent excom. lib. 6.* Decian. *d. lib. 6. cap. 18. n. 5.* Sayr. *d lib. 1. c. 26. n. 25.* Bonacin. *d. q 4 punct. 3. n. 7.* & novissimè *de censur. extra Bullam, disp. 2. q. 3. punct. 6. sect. 1. §. 1. n. 10.* Squillante *d c. 6. num. 68.* Giach. *in addit. ad Clar. §. fin. q 77 lit. A, in fine*, Molin. *d. tom. 4 disp. 52. n. 4.* Costa *de retract. c. 5. n. 3.* Sperel. *d. decis. 47. n. 54.* ubi quod procedit etiam in ratificatione tacita, & occulta, Bellet. *d. tit. de favore Clericor. Canonis, §. 1. n. 7.* ubi subdit, quod cùm per exteriora signa apparere non possit quod ratam habuerit hujusmodi percussionem, sed illam habet ratam tantùm in corde, tunc talis ligatus est solùm quoad Deum, non tamen quoad Ecclesiam Militantem, Suar. *d. disp. 22. sect. 1. n. 55.* Molin. *d. tract. 3. disp. 52. n. 4.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 55. cum seqq.* quia ratihabitio retrorrahitur, & mandato comparatur, *cap. ratihabitionem, d. regul. Jur. in 6.* cum concordantiis ibi adductis per me.

48 49

Nonò fit consequens, in eandem excommunicationem incurrere, qui potuit prohibere percussionem Clerici, & non prohibuit, *c. quante*, & ibi Gloss. *verb. interpretans, de sent. excom.* Suar. *d. disp. 22. sect. 1. num. 56.* Ludov. Beia *respons. casuum conscient. p. 1. casu 60.* Sayr. *in Clavi Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 14. num. 2. & de censur. lib. 3. c. 26. n. 24.*

50

Cov.

Cov. *in Clem. Si furiosus, p.* 2. §. 2. *n.* 7. Bellet. *d.* §. 1. *num.* 8. Joan. Baptista Costa *de retractat. cap.* 2. *n.* 8. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 61. *cum seqq.* Squillante *d. cap.* 6. *n.* 166. Quod licèt communis intelligeret de illius, qui ex justitia prohibere tenentur, ut sunt Officiales, eorúmque ministri, patres, tutores, Parochi, & similes, secundùm Navat. *d. cap.* 27. *n.* 78. Avila *d. p.* 2. *c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 8 Ægid. de Coninch *d. disp* 14. *dub.* 15 *n.* 174. Bonacin. *d. q.* 4 *punct.* 3. *n.* 6. Filliuc. *tr.* 15. *c.* 1 *quæst.* 7. *n.* 31. Layman. *d. c.* 5. *n.* 5. Squillante *d. c.* 6. *num.* 66. Bonacin. *de censur. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 6. *sect.* 1 § 2 *n.* 7. Tamen hoc idem verum esse credo non solùm in eo, qui habet potestatem & jurisdictionem in verberante, ut sunt Judices, Potestates, & Præfecti, sed etiam in eo, qui licèt non habeat ex officio talem potestatem, dolosè non prohiber. Host. *in d. c. quanta, n.* 5. Abb. *n.* 7. & Felin. *n.* 3. Bellet. *d.* §. 1. *n.* 8. *vers. quod intelligitur*, ubi subdit cum Abb. *citato loco*, quod si talis non dolosè, sed ex negligentia, vel quia non vult se immiscere rumoribus aliorum, non prohibeat Clerici percussionem, tunc non incidet in excommunicationem.

51 Decimò fit consequens, percutientem Clericum mortuum esse excommunicatum, ut per Felin. *in c. à nobis, il* 2. *num.* 4. *vers. nunquid percutiens, de sent. excom.* Dec. *in c. ad hæc, n.* 24. *de privileg.* Boër. *decis.* 216. *n.* 12. Duen. *reg.* 99 *ampl.* 6. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 130. *cum seqq.* mortuo enim injuriâ fieri potest, Sebast. Medic. *in tr. Mors omnia solvit*, *p.* 3. *n.* 61. Baiard. *ad Clar.* §. *fin. q* 77. *n.* 16. Novar. *in sum Bullar tit. de immunit. Eccles. n.* 53. *in fin.* Sperell. *d. decis.* 45. *n.* 56.

52 Undecimò fit consequens, in hanc excommunicationem incidere illum, qui Clericum insequutus impellit eum, ut cadat, & lædatur. Gloss. *verb. insequutione, in c. fœlicis de pœn. l.* 6. Bellet. *d.* §. 1. *n.* 21. Carol. de Graff. *d. effectu* 8. *n.* 86. Squillante *d. c.* 6. *n.* 42. quicquid secus teneant Nav. Bonacina, & Avila, quos refert & sequitur Sperell. *d. decis.* 10. *n.* 19. ubi *n.* 29 *in fine*, videtur admittere nostram sententiam, ubi Clericus fugiendo ob metum præcipitem se dater. Item illum, qui Clericum à sede expellit, vel brachio violenter trahit, in hanc excommunicationem incidere resolvit Sayr. *in florib. decis. sub tit. de sententia excomm. decis.* 41. & Aloys. Ricc. *d. collect.* 682. *amp.* 10.

53

54 Duodecimò fit consequens, in eandem excommunicationem incidere auxilium, aut favorem præstantes, Gloss. *in d. c. mulieres*, Sayr. *d. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 24. Squillante *d. c.* 6. *n.* 58. nisi præstarent auxilium postquam delinquens manum injecit in Clericum, quia hi non erunt excommunicati ex tali auxilio posteà præstito post delictum, nisi præcesserit tractatus antè, quia tales non dicuntur propriè dedisse opem delicto, ut per Boër. *decis.* 167. *n.* 4. *in fine*, Menoch. *de arbitr. casu* 349. *n.* 24. & alios, quos refert, & sequitur Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 48. ubi *n.* 50. limitat hanc duodecimam illationem, ut non procedat in dantibus favorem vel auxilium de jure, veluti advocando, vel procurando: & *n.* 51. limitat quoque in eo, qui delicto assistit; vel dat auxilium, vel favorem, qui tamen nescit verberandum esse Clericum.

55 Porrò ab hac Canonis censura excusantur quidam Clericos percutientes in aliquibus casibus, quos enarrandos duximus ad pleniorem materiæ explicationem, quorum plures cumulat Lezana *in sum. tom.* 3. *verb. Clericus, n.* 9.

Primus igitur est de pueris & aliis, qui non sunt capaces malitiæ, seu non habent judicium ad peccandum, sicut advertunt Navar. *dict. c.* 27 *n.* 76. Rainer. *d. c.* 9. *notab.* 1. Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 11. §. 3. Farin. *fragment. crim. p.* 1. *lit. E, n.* 12. Bonac. *de censur. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *à princ.* Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 13. Ant. Novat. *in sum. Bullar tit. de percussione Clerici, n.* 50. ubi de Clericis impuberibus, & *n.* 53. de minoribus 14. annorum.

Secundus si non baptizatur percutiat Clericum. 56
Suar. *d. sect.* 1. *n.* 5. Squillante *d. c.* 6. *n.* 96. & de Judæo percutiente Clericum, quod non incidat in excommunicationem Canonis, probat expressè textus *in c.* 14. *de Judæis*, & resolvunt Socin. *in c. pervenit*, 57
n. 28. *cum seqq. vers. sextimò principaliter. de sententia excom.* Brun. *in tract. stantibus masculis, art.* 6. *n.* 59. Mascard. *de Judæis. p.* 2. *tit.* 5. *c.* 5. *sub n.* 5. *lib.* 1. Vgolin. *de censur. Pontifici res. p.* 1. *c* 9 *sub n.* 2. *vers. hunc Judæus*, Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 290. Anton. Ricc. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 2. *c.* 4 *n.* 3.

Tertius, si percutiens Clericum ignoraverit pro- 58
babiliter eum esse Clericum, ut expressè probat textus *in c. si verò* 4. *de sent. excom.* & docent Cov. *in c. almæ matris, p.* 1 §. 10. *num.* 15. Mascard. *de probat. concl.* 848. *n.* 4. *cum seqq.* Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 54. Paul. Comitol. *respons. moral lib.* 5. *q.* 3. Ægid. de Coninch *d. disp.* 14. *n.* 197. Sayr. *d. lib.* 3. *c.* 27. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. ubi *de excom. lib.* 2. *c.* 3. *vers. qua in re* Bonac. *in simili tract. disp.* 1. *q* 2. *punct.* 1. *n.* 16. *cum seqq. & de censuris extra Bullam disp.* 2. *quæst.* 3. *punct.* 6. *sect.* 4. *n.* 2. Carol. de Graff. *de effectu* 9. *n.* 189. Bellet. *d. tit de favore Cleric Canon.* § 2. *n.* 14. Layman. *d. tr.* 5. *p.* 2 *c.* 5. *n.* 8. Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 32. *n.* 41. ubi subdit hujusmodi percussorem Clerici non excusari ex lata culpa, & crassa ignorantia. Squillante *d. c.* 6. *n.* 76. & *n.* 74. hunc casum intelligit, si percutiens adhibuit sufficientem diligentiam, ita ut ei non imputetur talis error, seu ignorantia personæ.

Si verò quis existimet esse Joannem Clericum 59
quem percutit, cùm sit clericus Jacobus, censuram excommunicationis non effugiet: ratio est, quia tam intentio, quàm opus externum est injuriosum statui clericali, propter cujus reverentiam imposita fuit excommuninatio: tum quia nulla ignorantia excusat eum in hoc casu, cùm habeat intentionem percutiendi Clericum, & re ipsa percutiat hunc Clericum, quamvis credat esse alium Clericum. Ita Covarruv. *d.* §. 10. *num.* 15. Vega *tom.* 1. *sum. cap.* 85. *casu* 107. Sanch. *d. disp.* 23. *num.* 27. Bonac. *d. disput. 1. b. 2. punct.* 1. *num.* 20. Sayr. *lib.* 1. *c.* 48. *n.* 28. Farin. *in praxi crim. p.* 5. *q.* 125. *n.* 164. Laym. *ubi proximè*: quicquid distinguant Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 54. Squillant *d. c.* 6 *num.* 73. Contrà verò dicendum, si quis volens percutere 60
hunc Clericum, ab eo aberret, & casu, sive præter intentionem percutiat alterum Clericum proximè adstantem; talis enim excommunicationem non incurrit, sicut rectè docent Suar. *d. disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 54. Ægid. de Coninch, *d. dub.* 15. *num.* 197. Ratio discriminis est, quia in priori casu voluntariè percutit hominem, quamvis scit Clericum, in quo tota ratio consistit, ab quam Canonis excommunicatio lata est: in posteriore autem casu voluntariè non percutit hominem, quem scit esse Clericum, siquidem, ut ponimus, à Clerici intenta percussione aberravit; alium autem hominem qui fortè distabat, & Clericus erat, præter intentionem, & voluntariè percussit. Unde fit excommunicationem omninò effugere, qui percusserit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Titium Clericum, volens percutere Seium laicum secundùm Gov. *d. n.* 15. *vers.* 12. Jacob. de Graff. *in dec. aureis, p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 43. Sanch. *d. disp.* 32. *n.* 28. Farin. *d. q.* 125. *n.* 164. Squillante *d. cap.* 6. *num.* 74.

62 Quartus est de percutiente Clericum per jocum, & non ex odio, vel inimicitia, aut indignatione: *cap.* 1. & ibi Abb. *n.* 4. *de sent. excom.* Gloss. *verb. de familia, in cap. cùm voluntate, §. fin.* ubi Hostiens. *num.* 12. *eod. tit.* Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *n.* 306. *cum seqq.* Bellet. *d. tit. de favore Cleric. Canonis*, § 2. *n.* 1. Coriolan. *de casibus reserv. p.* 2. *casu* 10. *de Iudice Regulari*, §. 10. *n.* 23. Bonacin. *d. puncto* 6. *sect.* 4. *num.* 3.

63 Quartus est de percutiente Clericum casu fortuito, per caput 3. *de. sent. excom.* Carol. de Graff. *d. effectu* 6. *n.* 302. ubi *n.* 235. hoc etiam dicit de eo, qui injecit manus violentas in Clericum absque deliberatione, sed ex primis motibus, & ex subita animi passione, ita ut advertens quod facit, manum retra hat, quia primos motus non esse in potestate nostra refert Squillant. *d. c.* 6. *n.* 46. & 50.

64 Sextus est de percutiente cum imperfectione actus non pertingentis ad culpam mortalem; unde si quis leviter attingat, vel percutiat Clericum, ita ut illa percussio vel violentia judicetur peccatum veniale, non incidet in hanc censuram, quia ut quis lilam incurrat, requiritur ut percussio, sive actio violenta talis sit ut faciat ad peccatum mortale. Ita Suar. *d disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 23. Sayr. *d. lib.* 3. *c.* 27. *num.* 33. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 51. *num.* 8. Ægid. de Coninch. *d. disp.* 14. *dub.* 15. *num.* 168. Bonacin.

65 *de censur. disp* 2. *q.* 4. *punct.* 1. *n.* 19. quos refert, & sequitur Squillante *d. c.* 6. *n.* 11. Nec in eandem censuram incidit percutiens, si percussio exterior judicetur peccatum veniale tantùm, quamvis ex intentione, quam habuit graviter percutiendi, peccaret mortaliter, secundùm Navar. *dict cap* 27. *n.* 85. Bonac. *d. punct.* 1. *num.* 11. Filliuc. *d. tract.* 15. *cap.* 1. *quæst.* 4. *num.* 17 Squillante *d. cap.* 6. *n.* 55. ubi *n.* 54. quærit an requiratur ut hæc actio externa sit peccatum mortale ratione nocumenti corporalis, seu læsionis corporis, vel sufficiat ratione inhonorationis.

66 Septimus est de detinente, seu percutiente Clericum aggressorem in defensionem sui, vel alieni corporis, dummodo modus defensionis notabiliter non excedatur, & ex incontinenti aggressionem subsequatur. Ita probat textus *in cap. si verò, il* 1. ubi Abb. *n.* 14. *de sent. excom.* & docent Cov. *in Clem. Si furiosus, p.* 3. §. *unic. n.* 5. *in princ.* Ant. Gom. *tom.* 3. *variarum, c.* 3. *n.* 20. *ad med.* Clar. *in* §. *homicidium, n.* 33. *vers. praterea.* Ugol. *de censur. p.* 2. *c.* 11. §. *proposuimus*, *n.* 1. & 2. Jacob. Ayrer. *de homic. necessario, p.* 1. *n.* 63. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 125. *n.* 32. Carol. de Graff. *d. effectu* 9. *num.* 166. *cum seqq.* Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 93. Bellet. *d. tit. de favore Cler. Canonis*, §. 2. *n.* 2. Laym. *d. c.* 5. *n.* 8. *vers. tertia*, Bonac. *de censur. extra Bullam*, *disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 6. *sect.* 4. Squillante *d. c.* 6. *n.* 77. ubi etiam benè subdit modum defensionis, seu moderamen inculpatæ tutelæ consistere circa tria. scilicet circa modum, tempus, & causam: circa modum, ut si quis esset insultatus sine armis, non poterit se defendere cum armis, *l.* 1. §. *sed si clava, ff. de ficar.* Circa tempus, ut fiat incontinenti, & illicò facto insultu, Gloss. *in l.* 1. *C. unde vi*, Masc. *concl.* 1126. *n.* 42. nam Clericum percutiens ex intervallo ad sui ipsius defensionem, non incurrit excommunicationem. Joannes Lup. *in tr. de libert. Eccles. q.* 8. *in fine*. Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 22. quos refert, & sequitur Sperell. *d. dec.* 45. *n.* 85. Circa causam, ut talis sit, & tanta propulsatio, quanta est necessitas defensionis, & non ultrà: quod dixeram *in collect. ad c. significasti* 18. *num* 13. *de homicid.* Unde si laicus percussus à Clerico, ubi timor repercussionis non adest, dictum Clericum causâ defensionis percusserit, incidet in excommunicationem Canonis, quia non esset defensio, sed vindicta, quæ non est permissa singulis, sed judici nisi forte timeretur geminata percussio: ita in facti contingentia fuisse resolutum in Curiæ Archiepiscopatus Neapol. testatur Aloys. Ricc. *decis.* 159 *p.* 4. quem refert Squillante *d. c.* 6. *n.* 80. *vers. sed an laicus.* 67

At si aliquis aggressus à Clerico non potest vitare nocumentum sine ignominiosa fuga, nisi se defendendo, eaque de causa Clericum percutiat, non incurret Canonis censuram, ut resolvunt Aloys. Ricc. *d. dec.* 159. *n.* 20. Raguc. *in vasa Eccles. disciplina, in tit. de dub. curiosis, q.* 33. Squillante *d. cap.* 6. *num.* 79. 68

Octavus de muliere percutiente Clericum pudicitiam suam facto aliquo tententem: & non solis verbis, nisi valdè molestus esset, ut si mulier se aliter ab eo liberare non possit, quàm fuste, aut verberibus. Ita Nav. *d. cap.* 17. *num.* 85. Suar. *d. disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 33. Ægid. de Coninch *d. dub.* 15. *num.* 194. Avila *p.* 2. *c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 13. *casu* 18. Bellet. *de tit. de favore Cleric. Canonis*, §. 2. *n.* 13. Squillante *d. c.* 6. *n.* 78. Filliuc *in tract.* 15. *c.* 1. *q.* 6. *n.* 22. Bonac. *dict. puncto* 6. *sect.* 4. *n.* 1. *vers.* 2. Novar. *d. tit. de percuss. Clerici, n.* 51. 69

Nonus de percutiente Clericum turpiter inventum cum propria uxore, matre, filia, aut sorore in ipso actu inventis, ut probat textus *in dict cap. si verò, il* 1. ubi Gloss. *verb. turpiter*, reddit rationem, quia justum talem dolorem compescere difficillimum est, & docent Sylvest. *in sum. verb. Excommunicatio* 6. *casu* 10. Covar. *de sponsa p.* 2. *c.* 7 §. 7. *num.* 12. Navar. *d. cap.* 27. *num.* 84. Clar. §. *homicidium, num.* 48. & §. *fin. q.* 77. *n.* 9. Perez *l.* 4. *gloss.* 1. *vers. sic iis*, *tit.* 13. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 168. Anton. Gom. *l.* 8. *Tauri, num.* 55. Henriq. *in sum. lib.* 12. *cap.* 14. §. 1. *littera E*, Ceval. *comm. contra commun. quæst.* 833. *n.* 30. Farin *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 121. *num.* 6. & 73. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 7. *num.* 3. & *disp.* 55. *n.* 6. Sayr. *dict. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 23. & 24. Suar *d. sect.* 1. *num.* 35. Intrigl. *de casibus Conscient. centur.* 1. *casu* 9. *num.* 18. Carol. de Graff, *dict. effectu* 9. *num.* 186. Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 4. Bellet. *d. tit. de favore Clericor. Canon.* § 2. *num* 9. Layman. *dict. num* 8. *vers. quarta*, Squillante *d. c.* 6. *n.* 81. ubi *n.* 89. post Aloys. Ricc. *proximè citato loco*, hoc limitat in occidente, vel percutiente Clericum deprehensum cum concubina. 70

Turpiter autem inventus dicitur, qui actum quemcunque impudicum cum hujusmodi persona exercet, veluti osculando, amplexando, vel si reperiatur solus cum sola in loco suspecto, & apto ad turpes actus exercendos, sicut tradunt Cov. *de sponsalib. p.* 2. §. 6. *num.* 3. Suar. *d. sect.* 1. *num.* 37. Bonac. *d. num.* 5. *vers. rogabis secundò*, ubi subdit sufficere ut maritus percutiat Clericum loquentem cum sua uxore absque alio turpi actu, quando illum priùs ter admonuerat, & ipse noluit desistere. Bellet. *d.* §. 2. *n.* 9. *vers. item si Clericus*, ubi limitat si deoscularetur easdem mulieres in publico, secundùm consuetudinem patriæ, prout sit in Gallia, Sabaudia, & Polonia, & *eodem num.* 9. *vers.* 71

verſ. non effugit, ſubdit maritum non effugere hanc excommunicationem, qui procuraret, quod Clericus vocaretur ab uxore ad illam turpem actionem, ut eum verberare poſſet, cùm hujuſmodi perſuaſio ſit doloſa, & fraudulenta: quod etiam tradunt. Sayr. *d. lib. 3. c. 27. n. 23.* Paul. Layman. *d. c. 5. n. 8.* Squillante *d. c. 6. n. 85.*

72 Matris, ſororis, vel filiæ nomine in præſenti materia venit propria mater, ſoror, & filia, non tamen adoptiva, nec avia, neptis, &c. quia verba *d. cap. ſi verò*, propriè ſunt accipienda, præſertim cùm ſimus in materia pœnali, & odioſa, reſtringente privilegia Clericorum, ut reſolvunt Molin. *d. tract. 3. diſp. 55. ad finem*, Ægid. de Coninch *dict.* 73 *diſp. 14. n. 196.* Bonac. *d. num. 5. verſ. rogabis primò*, nec tamen ſub appellatione filiæ comprehenditur illegitima, ſecundùm Navar. *d. c. 27. n. 494.* Anton. Raguc. *in vaſe Eccleſ. diſcip. tit. de excommunicatione, q. 66. n. 6.* quos refert, & ſequitur Squillante *d. c. 6. n. 84.*

Uxoris verò nomine venit etiam ſponſa de præ- 74 ſenti, ut per Cov. *de ſponſ. p. 1. c. 1. num. 8.* Clar. §. *homicidium, n. 49.* Perez *l. 1. gloſſ. 1. verſ. hinc etiam, tit. 1. lib. 5. Ordin. part. 5.* Farin. *in praxi criminali, p. 3. q. 121. n. 73.* Sanch. *de Matr. lib. 1. diſp. 1. n. 6.* Ægid. de Coninch *d. diſp. 14. n. 196. verſ. per uxorem*, Bonac. *d. n. 5. verſ. reſpondeo nomine uxoris*; non tamen de futuro, prout obſervat Gutier. *de Matr. c. 1. n. 13. cum duobus ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſ. 228.* Squillante *d. c. 6. n. 82.* & vide quæ diximus *in tract. de appellativa verborum utriuſque Juris ſignificat. appell. 289. n. 5.*

Decimus eſt de percutiente Clericum causâ cor- 75 rectionis, dummodo habeat facultatem, & juriſdictionem in eum, putà ſi eſſet Superior, pater, magiſter, &c. & levis fuiſſet percuſſio, nec ex odio, vel iniquitate: & in primis de Superiore loquitur textus *in cap. univerſitatis 24. de ſent. excom.* ubi decernitur, ut Abbas per ſeipſum, non per alium regularis diſciplinæ causâ Monachum percutiat, vel ſi neceſſitas poſtulet, per aliquem Clericum, vel Monachum (ſub quo comprehenduntur omnes verè Religioſi, etiam quos vocant Converſos, ut contra aliquos benè notat Suar. *d. diſput. 22. ſect. 1. n. 42.*) non per laicum (niſi fortè neceſſitas excuſet, ut advertit Suar. *d. ſect. 1. n. 43.*) id fieri jubeat, alioquin tam qui tales verberare præcipit, quàm illi, qui verberant, quamvis ob delictum excommunicationis ſententiam incurrunt: & ita docent citati per me *in collect. ad d. c. univerſitatis, n. 2.* quibus addo Laym. *ubi ſuprà, verſ. porrò.* Alia verò ratio eſt de Epiſcopo, à cujus dignitate alienum eſt aliquem propriis manibus verberare, *cap. non licet, 87. diſt.* & ideo Clericos delinquentes per alium Clericum corrigere debet, niſi per conſuetudinem fuerit introductum (ut in Galliis, & aliis locis) ut Clerici, ſi ita commeriti ſint, per alios laicos torqueantur, aut verberentur, ut docent Navar. *comment. 3. de Regul. circa finem, & conſ. 28. de ſent. excomm. in novis*, Clar. §. *fin. q. 64. n. 25.* Sayr. *d. lib. 3. cap. 27. n. 26.* Ægid. de Coninch *dict. diſp. 14. n. 191. in fine*, Avila *d. p. 2. cap. 3. diſp. 5. dub. 12.* Laym. *loco proximè citato*, ubi poſt Avil. *de cenſur. p. 4. diſp. unic. dub. 1.* ſubdit ex ſimili ratione excuſari præfectum navis, aut illum, qui ab eo poteſtatem habet, ſi Clericum verbaliter degradatum, & ad triremes damnatum perinde ac alios navigantes percutiat.

76 De patre ſolet dubitari, an poſſit filium in Sacris conſtitutum ſine nota excommunicationis caſtigare? Una ſententia affirmat, ex ea ratione, quia pater non minorem, ſed potiùs majorem in filium poteſtatem habet, quàm magiſter in diſcipulum: atqui *in d. cap. 1. & in cap. ex tenore, de ſententia excommunicationis*, abſolutè & ſine reſtrictione ſignificatur magiſtrum ab excommunicatione Canonis immunem eſſe, ſi diſcipulum correctionis causâ percutiat: ergo idem de patre ſentiendum eſt erga filium. Quare hanc partem ſuſtinent S. Anton. *p. 3. tit. 24. c. 1. §. 2. caſu 12.* Sylveſt. *verb. excommunicatio 6. caſu 8.* Navar. *d. c. 27. n. 81.* Suar. *d. ſect. 1. num. 49.* Avila *d. p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 13.* Ægid. de Coninch *de Sacram. diſput. 14. dub. 15. n. 192. verſ. addunt*, Illuſtriſſimus D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. cùm beatus, n. 3. diſp. 45.* Valer. Reginald. *lib. 1. num. 231.* Bonac. *de cenſur. extra Bullam, diſp. 2. q. 3. punct. 6. ſect. 4. num. 3.* & eſt probabilis. Sed multò probabilior eſt ſententia negativa, quia facer Ordo liberat à poteſtate patris, ſaltem quoad percuſſionem, ut dicit Abb. *in d. cap. cùm voluntate, n. 8.* & Hoſt. *num. 11.* & quoad ſpiritualia liberat à patria poteſtate, item Hoſt. *in cap. indecorum, num. 5. de ætate & qualit.* Ideò ſic meritò reſolvunt Gloſſ. *verb. inferiorum.*, *in d. c. cùm voluntate*, Tolet. *in ſum. lib. 1. c. 33. n. 5.* Molin. *de juſt. tr. 2. diſp. 218. in 6. effectu, & tr. 3. diſp. 59.* Bellet. *d. tit. de favore Cler. Can. §. 2. n. 6.* Squillante *d. c. 6. n. 95.* Laym. *ubi ſup. verſ. de patre*, ubi reſpondet contrariis.

De magiſtro loquitur textus *in d. c. 1. de ſent. ex-* 77 *com.* dum probat illum percutientem diſcipulos Clericos intuitu diſciplinæ, vel correctionis, non incurrere excommunicationem, modò non percutiat principaliter ex odio, vel ira: ſic reſolvunt Suar. *d. diſp. 22. ſect. 1. n. 49.* Mol. *d. tr. 3. diſp. 56. num. 10.* Avila *d. part. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 13.* Ægid. de Coninch *d. diſp. 13. n. 162.* Bonacin. *d. quæſt. 4. punct. 4. n. 4.* Bellet. *d. tit. de favore Cleric. Canonis*, §. 2. *num. 4.* Layman. *ubi ſuprà. verſ. quinta*, ſubdens magiſtrum jus habere caſtigandi Clericos etiam in minoribus Ordinibus conſtitutos, modò caſtigatio moderata ſit, habitâ ratione culpæ & perſonæ, tum percutientis, tum ejus quæ percutitur; alioquin ſi percuſſio valdè indecens ſit, aut exceſſus notabilis, cenſura excommunicationis non evitabitur.

Undecimus de laico, ſive privata perſona, quæ 78 videt Clericum præparatum ad injuriam alterius, & non adeſt ejus Prælatus: tunc ſi aliàs eum compeſcere non poteſt, ſine metu excommunicationis ligare valet, & capere, ut ipſum conſignet Epiſcopo ſuo Superiori. Ita Innoc. *in d. c. ſi verò, il 2.* & ibi Abb. *n. 6.* & Alciatus *n. 58. ſent. excom.* Abb. *in c. cùm non ab homine, de judic. n. 11. & 12.* ubi Felin. *n. 1.* & Dec. *n. 36.* Boſſ. *in tit. de captura, num. 19.* Menoch *de arbitr. caſu 180. n. 10.* quos refert & ſequitur Bellet. *d. tit. de favore Cleric. Canonis. n. 24.* Et idem dicendum eſt de eo qui detineret per modi- 79 cum tempus Clericum pro tuitione ſuæ perſonæ, ne ſcilicet ipſe Clericus exire poſſit, & ipſum detinentem offendere, ut per Jacob. de Graff. *in deciſ. aureis, p. 2. lib. 3. cap. 3. n. 23.* Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiſc. Neapol. dec. 391. n. 4 p. 4.* quos refert Squillante *d. cap. 6. n. 93.*

Duodecimus de Judice laico, vel ejus familia 80 capiente Clericum in flagranti delicto, vel noctu cum magna ſuſpicione criminis inventum, ut eum ſtatim præſentet Superiori, dummodo non excedat juſtam & moderatam vim in capiendo, & ducendo illum ſine injuria ad Eccleſiaſticum. Ita,

Gloss. *in expositione casus cap. si Judex, de sententia excom. lib. 6. gloss. 1. in d. cap. cùm non ab homine*, ubi Abb. *n. 11. &* 12. Host. *n. 4.* Dec. *n. 41. cum seqq.* idem Abb. *in cap. ut fama, num. 6. de sent. excom.* Clar. *§. fin. q. 28. vers. si verò loquimur*, Oliban. *de jure fisci cap. 14. num. 140. ubi* subdit retentionem personæ Clericorum in Aragonia esse limitatam ad 24. horas. Nav. *in manuali, c. 27. n. 83.* Menoch. *de arbitr. casu 180. num. 13.* Avendan. *de exequend. mandatis, p. 1. cap. 22. num. 2. vers. item.* Azeved. *l. 9. n. 4. tit. 3. lib. 1. & l. 5. num. 9. & 11. tit. 3. lib. 4. novæ recopil.* Marta *de jurisd. p. 4. casu 42.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 21. n. 141. cum seqq.* Camil. Borel. *de præstantia Regis Catholici, cap. 71. n. 185. & seq. & in sum. omnium dec. tom. 1. tit. 53. de foro compet. n. 126.* Alexand. Ambros. *de immun. cap. 18. n. 31.* Camp. *in divers. Iuris Canon. rub. 4. n. 26.* Carol. de Graff. *de effectib. cleric. effectu 1. n. 537. & 543.* Paul. Laym. *d. lib. 4. tract. 9. cap. 4. n. 6.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepisc. Neap. p. 4. dec. 391. n. 4.* Antonin. Dian. *resolut. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 10.* Squillante *dict. cap. 6. n. 91.*

81 Decimus tertius de creditore, vel Judice Clericum debitorem ex causa civili capiente, ubi fuga timetur, dummodo eum quantocitius remittat ad suum Superiorem. Ita Innocent. *in caput fama*, ubi Abb. *num. 5. de sentent. excom.* idem Abb. *in dict. cap. cùm non ab homine, n. 11. in fin. & n. 17.* & Felin. ibi, *n. 4.* ac Dec. *num. 48.* Bossius *in tit. de captura. n. 27.* Bellet. *d. §. 2. n. 30.* ubi cum Bald. *in d. cap. cùm non ab homine, n. 7* subdit hunc Clericum non posse detineri ultra 22. horas, quin consignetur Judici Ecclesiastico, & excommunicationem eo casu non evitari, si Clericus offerat cautionem idoneam, & debitor illam acceptare nolit, sed eum ducere malit ad Judicem.

82 Decimus quartus de percutiente Clericum pro defensione, vel recuperatione suorum bonorum, si hoc faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ, & aliter non possit vim vi repellere. Ita Abb. *in d. cap. cùm non ab homine, n.* 18. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 2. lib. 3. c. 5 n. 27.* Aloys. Ricc. *in dec Curiæ Archiepisc. Neap. p. 4. dec. 159. n. 17.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n.* 196. ubi hoc limitat quando res esset parva, Bellet. *d. §. 2. n. 32.* ubi dicit, *quod si Clericus emphyteuta non vult solvere Canonem, potest dominus armata manu eum expellere absque metu excommunicationis, dummodo non tangat personam.* Idem quoque erit dicendum, si quis percusserit Clericum pro defensione rerum proximi, dummodo non excedat modum defensionis, nec cesset vera & justa ratio illius, ut per Suar. *d. disput. 22. sect. 1. n. 39.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 273.* Squillante *d. c. 5. num. 90.*

83

84 Decimus quintus de officiali seu ministro Principis, qui violenter arcendo turbam Clericum percussit, si hoc fecerit absque animo injuriandi, ut probatur *in d. cap. si verò, de sentent. excom.* Sayr. *d. lib. 3. cap. 28. n. 27.* Ægid. de Coninch *d. tom. 2. disp. 14. n. 193.* Bonac. *d. disp. 2. q. 4. n. 2. vers. secundus.* Bellet. *d. tit. de favore Cler. Canonis, §. 2. n. 34. & n. 28.* Squillante *dict. cap. 6. num. 46.* advertentes quod si talis officialis, putà Ostiarus id faceret animo maligno exposito, scilicet intendens Clericum verberare sine sufficienti necessitate, incurreret excommunicationem, sed soli Episcopo reservatam, à quo absolvi poterit, nisi Clericum graviter vulneraret.

85 Absolutionem ab hac Canonis excommunicatione (quam publicus Clerici percussor incurrit, & propter quam ante Judicis sententiam est vitandus: si percussio nullâ possit tergiversatione celari, & nullo Iuris remedio, vel suffragio excusari, Diana *d. p. 5. tract. 9. resol. 61.*) nullus regulariter impartiri valet, nisi summus Pontifex, excepto urgente mortis periculo, ut dicitur *in d. cap. si quis suadente*, & resolvunt citati per Carol. de Graff. *d. effectu 9. à n. 148* & per Bonac. *extra Bullam disp. 2. q. 3. punct. 6. sect. 5. à num. 1.* Torreblanca *d. jure spirit. lib. 16. c. 6. n. 25.* Legatus etiam de Latere super cæteros hanc eandem obtinet potestatem, ut diximus *hoc lib. c. 15. de Legatis. vers. 1.* Episcopus verò in omnibus casibus, in quibus intervenit levis percussio, & in nonnullis, ubi mediocris fuit, & in paucis, in quibus enormis successit percussio, dispensare potest, quorum plures cumulavi *in tract. de officio & potest. Episcopi, p. 2. all. 41. per tot.* quorum plures in gratiam studiosorum inferiùs ponendos esse duxi.

Primus igitur casus, quo Episcosius ab hac censura absolvere permittitur, est ubicumque percussio fuerit levis, ut probat *cap. pervenit, de sentent excom.* & resolvunt Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 2. cap. 49. n. 51. cum seqq.* Bonac. *de cens. disp. 4. q. 4. punct. 5.* Bellet. *d. tit. de favore Cler. Canonis, §. 3. à num. 33.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. à n. 173.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tr. 3. p. 2. c. 5. n. 20.* Levis autem percussio illa dici potest, quæ nullam maculam, aut laniationem carnis, nec membri mutilationem, dentium evulsionem, multorum capillorum extractionem, nec sanguinis immodicam effusionem attulit, nec ex circumstantiis aggravata est. Ita Nav. *d. cap. 2. n. 91.* Cosm. Philiarch. *de offic. Sacerd. lib. 3. c. 33.* Bonac. *dict. punct. 5. n. 1. & d. sect. 5. n. 8.* Filliuc. *d. tract. 15. cap. 1. q. 8.* Layman. *dict. num. 10.* Sed hoc non est semper verum, nec certa regula in hac materia tradi potest: quare certius est levitatem, aut gravitatem percussionis judicandam esse viri prudentis, vel etiam Confessarii arbitrio, ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, ac modo percussionis, & læsionis, ut per Molin. *d. tr. 3. disp. 57.* Sayr. *d. lib. 3. cap. 28. n. 34.* Bellet. *d. §. 3. num. 34.* Squillante *d. cap. 6. n. 110.* Et hac de re extat Extravagans, sive constitutio Joannis XXII. incipiens *Perlectis*, quam refert Navar. *d. tit. de percussione Clerici, n. 1.* ubi levis reputatur percussio ex qualitate percussionis, sive quantitate nocumenti, veluti si fuerit percussio pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, lapidis, vel baculi, quæ non pervenerit ad livorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, & barbæ, vel effusionem sanguinis, nisi ex levissimi ictus, aut pugni percussione sanguis exiret, reputabitur levis percussio: enormis autem, seu gravis erit ratione loci, si in theatro, vel in foro, coram Rege, Prælato, vel Judice, in Ecclesia coram multis, vel alio loco publico alicui injuria inferatur; & ratione personæ, si sit Magister, aut Judex, vel Magistratus, Prælatus, Pater, aut Patruus, vel aliquis in Dignitate, aut Personatu constitutus. Unde percussus in platea, vel in Ecclesia, etiam leviter, dicitur atrociter injuriatus, propter quod sic percutiens non valet per Episcopum absolvi, quia hæc percussio non potest dici levis, ex quo est notoria Ita Gloss. *verb. mutilationem, in cap. cùm illorum, de sent. excom.* ubi Abb. *n. 9.* Jacob. de Graff. *d. c. 49. n. 56.* Bellet. *d. §. 3. à n. 36.* Bonac. *d. q. 4. punct. 5. n. 2. vers. mediocris.* Hinc Novar. *d. loco, n. 30. & seqq.* resolvit censeri gravem percussionem, si fiat cum magna irrisione,

86

87

88

irrisione, irreverentia, scandalo, vel in theatro, & Ecclesia, vel in foro coram multis: ubi *n.* 17. subdit arbitrio Ordinarii definiendum quæ percussio Clerici sit gravis, vel levis.

89 Secundus casus est, si Clerici in communi societate viventes se mutuo percutiant, quia ab Episcopo suo absolvi possunt, nisi facti atrocitas aliud exposcat, *c. quoniam, de vita & honest. Cleric.* Nav. *d. c. 27. n. 91. in princ.* Bonac. *d. punct. 5. n. 3. in princ.* Bellet. *d. §. 3. num. 5.* Layman. *d. c. 5. num. 10. vers. 11.* Ego ipse *d. p. 2. alleg. 41. n. 16.* & me citato in illo loco, Squillante *d. c. 6. n. 106.*

90 Tertius. Regularis Regularem ejusdem claustri percutiens non enormiter, à Prælato suo absolvi potest: si verò Abbatis discretio ad delinquentis correctionem non sufficiat, adhibendus est Episcopus, *cap. Monachi, c. cùm illorum, c. canonica de sent. excom.* Navar. Bonac. & Bellet. *proximè citatis locis*, Sayr. *d. lib. 3. c. 28. n. 10.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 171.* Laym *d. n. 10. vers. 11.* Squillante *d. c. 6. sub n. 106.* Novar. *d. tit. de percussione Clerici, n. 47.* ubi ampliat ad Clericos sæculares viventes in communi, & ad Magistrum & Fratres Hierosolymitanos, si sint Sacerdotes, quod possit suos subditos se percutientes absolvere. Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 1. q. 20. art. 12.* ubi subdit quod verba dicti capitis *Monachi*, ubi, *in claustro*, non ponuntur, quasi innuant, quod si extra claustra se percusserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato debeant absolvi, sed quia hoc crebriùs in claustro contingit; & *art. 19.* notat, quod si Prælatus Regularis non sit Sacerdos, & nullus alius sit Sacerdotis Regularis in Conventu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus, potest ejus subditus absolvi ab Episcopo à minori Clerici læsione. Si autem Regularis percutiat Regularem sub alio Prælato constitutum, absolvi etiam potest à proprio Prælato (si percussio enormis non fuit,) præsente tamen Prælato percusso, ut injuriam condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat, sicut colligitur *ex c. cùm illorum, §. si verò claustralis*, ubi Host. *n.* 14. & Abb. *num.* 13. Layman. *loco proximè citato.*

91 Quando verò Superior percusserit suum subditum, potest ipse secundùm privilegia absolvi ab alio Sacerdote subdito suo electo ab ipso in Confessorem: & si subditus & Prælatus se ad invicem percusserint, & in Conventu non sit aliquis, qui eos valeat absolvere, possunt ad invicem se absolvere, ut resolvunt Fr. Emman. *d. q. 20. art. 11.* Coriolan. *de casibus reserv. p. 2. casu 10. de Judic. Regul. §. 10. n. 17. vers. nam licèt*, ubi advertit, quod licèt de Jure communi excommunicatus majori excommunicatione non possit alium pariter excommunicatum absolvere, ex notatis *in cap. audivimus, 24. quæst. 1.* in casu tamen necessitatis, ubi non est alius Religiosus, qui possit eos absolvere, potest excommunicatum absolvere.

92 Verùm si Religiosus aliquis manus violentas in Clericum injecerit, ab Episcopo absolvi potest, eo in casu, quo sæcularis Clericus posset. si alium Clericum percussisset, videlicet si percussio levis fuit, juxta caput *Religiosi, de sent. excomm. lib. 6.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 20. art. 12.* Mol. *d. tract. 3. disp. 60. in fine*, Laym. *ubi proximè*, & tetigi *d. alleg. 41.*

93 *num.* 18. De Novitio, qui ante Religionis ingressum in excommunicationem Canonis incidit, dubium est à quo possit absolvi. Id Abbati non concedi tenuit Tiraq. *de retr. leg. §. 1. glos. 8. num. 31.* quicquid dicant Bonac. *d. q. 4. punct. 5. num. 1.* Layman. *d. c. 5. in fine, vers. caterùm.*

Quartus. Monialis si Monialem, vel Conversam, aut Clericum percusserit, per Episcopum, in cujus Diœcesi monasteria fuerint, absolvi potest, etiamsi enormis fuerit percussio, *cap. de monialibus*, ubi Glos. finalis & Doctores, *de sent. excom.* Squillante *d. c. 6. sub n. 107. vers. tertiò*, Bellet. *d. §. 3. n. 4.* qui hoc procedere asserunt tam in exemptis, quàm in non exemptis. 94

Quintus. Impuberes ab Episcopo absolvi possunt, etiamsi percussio enormis fuerit, *cap. super eo, de sent. excomm.* quamvis absolvendi essent post annos pubertatis, ab excommunicatione tamen contracta ante pubertatem, *cap. ult. eod. tit.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 172.* Bonac. *d. num. 3. vers. quintus casus*, Bellet. *d. §. 3 num. 10.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec. 227.* Squillante *d. cap. 6. sub n. 107. vers. præcipuè pueros*, Novar. *d. tit. n. 50.* Didac. Narbona *in tract. de ætate ad omnes humanos actus requis. anno 60. n. 2.* 95

Sextus. Mulieres, cujuscunque sint ætatis & conditionis, possunt ab Episcopo absolvi, etiamsi percussio esset enormis; cùm illis periculosum sit peregrè proficisci, & se virorum cœtibus immiscere, *cap. mulieres 6. de sentent. excomm. d. cap. ea noscitur*, Navar. *d. c. 27. n. 88.* Tiraq. *l. 10. connub. glos. 1. p. 10. n. 33.* Sayr. *d. lib. 3. c. 28. n. 18. vers. tertius casus.* Hieron. de Monte *q. 15. n. 6.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 159.* Bellet. *d. §. 3. n. 17.* Bonac. *d. n. 3. vers. sextus.* Novar. *d. loco, n 51.* 96

Septimus. Servus, & filius familias, seu quivis alius existens in potestate alterius, potest ab Episcopo absolvi, quamvis percussio sit enormis, dummodò dominus grave damnum inde non patiatur ex servi absentia, absque sua culpa, *d. c. mulieres*, Carol. de Graff. *d. effectu 9. num. 167.* Bonac. *d. q. 4. punct. 5. n. 3. vers. septimus*, Bellet. *d. §. 3. n. 29.* Novar. *d. loco, n. 48. & 52.* 97

Octavus. Impotentes ad iter, ut cæci, claudi, & similes, possunt ab Episcopo absolvi, etiamsi percussio enormis sit, *cap. quamvis, de sentent. excom.* Squillante *d. c. 6. sub num. 107. vers. quanto.* Et idem de sene, etiamsi fortis sit ad ambulandum, probat textus *in c. ea noscitur 11. de sent. excomm.* ubi ego ipse, *num. 3.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 160.* Sayr. *d. c. 28. n. 25.* Bellet. *d. §. 3 n. 26.* Nov. *d. loco, num. 46.* Didac. Narbona *de ætate ad omnes actus humanos requis. anno 60. q. 11.* Perez de Lara *in compend. vitæ homin. c. 35. num. 30.* Qui autem senes dicantur, arbitrio Judicis relinquitur, ex Menoch. *de arbitr. casu 59. & de præsumpt. lib. 6. præs. 46. n. 15.* Flam. Paris. *de resign. benef. lib. 5. q. 6. à num. 4.* Farin. *in praxi crim. part. 3. q 92. num. 22.* ubi refert senem dici ab anno 50. perfecto usque ad annum 70. Et idem quoque de ægro, seu valetudinario, aut quacunque corporis impotentiâ impedito dicendum est, etiamsi infirmitas temporalis sit, putà si febre tertianâ, quartanâ, vel podagrâ laborat. Ita Abb. & Innoc. *text. in d. c. quod de his*, Carol. de Graff. *d. effectu 9. num. 162.* Sayr. *d. c. 28. num. 24.* Bellet. *d. §. 3. num. 25.* Novar. *d. loco, num. 45.* Infirmi autem & valetudinarii dicuntur ex consilio medicorum, Roland. *cons. 12. num. 20. ad fin. lib. 3.* Menoch. *de arbit. casu 60.* Farin. *in praxi crim. part. 2. quæst. 76. num. 90.* 98 99 100

Nonus. Impedimentum legitimum habens, propter quod excommunicatus non potest Summum Pontificem adire sine gravi periculo vitæ, ab Episcopo absolvi poterit, *c. de cætero, de sent. excommunic.* Henriq. *in sum. lib. 6. de Pœnit. c. 11. n. 5.* Suar. *tom. 4. disput. 30. sect. 3. n. 4.* Molin. *d. tr. 3. disp. 63. n. 2.* Sayr. 101

Biblioteca de Ciències Socials

d. lib. 3. cap. 18. num. 39. Hieronym. de Monte *q. 15. n. 29. & 30.* Zambran. *de casibus reservatis in articulo mortis, cap. 4. dub. 4. n. 14.* Bellet. *d. tit. de favore Cleric.* Canon. § 2. *n. 12.* Bonac. *d. punct. 5. n. 3. vers. tertius, & d. punct. 6. sect. 5. n. 10.* Carol. de Graff. *d. effectu 6. n. 181.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1.*

102 *lib. 2. c. 3. n. 9.* Impedimentum justum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione, secundùm Henriq. *d. l. b. 6. c. 9. § 7 & lib. 13. de excom. c. 29. § 3.* Ugolin. *de censuris Pontif. reservatis, p. 3. c. 2. vers. nisi in mortis articulo, § 4. n. 2. vers. item habet locum, & de censur. tab. 1 c. 4. n. 13. in fine,* Sanch. *d. c. 13. n. 41.* exemplificando in habente curam animarum, si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas, nisi tamen idoneum Vicarium constituere possit; & in habente uxorem & filios, quos in extrema necessitate relictos esse agnoscat illos enim ab Episcopo absolvi posse resolvit Sayr. *d. cap. 28. n. 38.* & in carcerato, Novar. *d. loco, n. 64.* ubi extendit ad illum, qui est sub fidejussoria cautione de non recedendo à palatio, vel ad omnem Curiæ ordinem. Idem dicendum esse de eo, qui propter capitales inimicitias non possit Romam adire,

103 etiamsi eas ex culpa contraxerit, dicitur *d. c. de cætero,* ubi ego ipse *in collect. n. 2.* Sayr. *d. cap 28. n. 16.* Zambran. *d. cap. 4. dub. 4. n. 18.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. num. 158.* Bellet. *d. § 3. num. 13. & 18.* Bonacin. *d. n. 3. vers. tertius,* Sanch. *lib. 2. c. 13. n. 9.* Quæ autem dicantur capitales inimicitiæ, colliges ex his, quæ dixi *d. p. 2. alleg. 41. n. 10. cum seqq.*

104 Decimus. Pauperes, maximè qui iter agendo arte sua uti nequeunt, & essent adstricti mendicare, possunt ab Episcopo absolvi, quamvis percussio esset enormis, *c. quod his, c. quamvis, de sentent. excomm.* Hieron. de Monte *d. q. 15. à num. 6.* Carol. de Graff. *d. effectu 9. n. 164.* Bellet. *d. § 3. n. 24.* Squillante *d. c. 6. sub num. 108.* Novar. *d. tit. n. 44.*

105 Denique est observandum, quod Episcopus potest absolvere quoscunque sibi subditos ab excommunicatione, etiam propter enormem percussionem, modò delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, ex decreto sacri Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 6.* ut docent Bonacin. *d. q. 4. punct. 5. n. 4.* & Squillante *d. cap 6. num. 110.*

§ II.

De Privilegio fori.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio* Clericorum *à jurisdictione Judicis laici, an sit Juris divini,* & num. 3.

2 *Caput* Sylvester & Faustinianus, 11. quæst. 1. *declaratur.*

3 *Caput* Imperator, 96. dist. *declaratur.*

4 *Caput* continua, 11. q. 1. *declaratur.*

6 *Clerici & Ecclesia, tam in personis, quàm in bonis, quæ verè & propriè spiritualia sunt, attentâ lege divinâ, suam habent exemptionem.*

7 *Iuri divino & Canonico maxime consentaneum fuit, quod clerici, & cætera Ecclesiastica persona à potestate seculari etiam in temporalibus eximerentur.*

8 *Clerici nec invitè, nec voluntariè privilegio fori renunciare possunt.*

9 *Clericus confitendo coram Ecclesiastico se esse laicum, non sibi præjudicat, si revera talis non sit.*

10 *Clericus in minoribus potest in totum Ordini Clericali renuntiare facto, non verbo.*

11 *Privilegium ne Clerici ad seculare trahantur judicium, quare Iuris publici dicitur, & toti Ordini concessum, ostenditur.*

12 *Fori privilegio ut gaudeat Clericus in minoribus, attentâ nova dispositione Conc. Trid. quæ concurrere debeant, ostenditur.*

13 *Beneficiati gaudent privilegio fori, etiam habitum clericalem, & Tonsuram non deferant.*

14 *Beneficii collationem obtinens, etiam ante adeptam possessionem fori privilegio potitur, modò constare possit de valida collatione.*

15 *Beneficiatus adhuc gaudet fori privilegio, etiamsi beneficium obtinere non posset, si de facto in ejus possessione non reperiatur.*

16 *Beneficium etiam modici valoris obtinens fori privilegio gaudet.*

17 *Promotus ad Ordines cum collatione unius beneficii redditus duorum scutorum annuorum, gaudet fori privilegio.*

18 *Capellaniam collativam obtinens fori privilegio gaudet.*

19 *Coadjutoriam cum futura successione à Papa obtinens gaudet fori privilegio.*

20 *Fratantiam pro comitendis cadaveribus defunctorum Neapoli habens gaudet fori privilegio.*

21 *Pensionem obtinens an gaudeat fori privilegio?*

22 *Clerici in minoribus non beneficiati, ut fori privilegio gaudeant, quæ requirantur, ostenditur.*

23 *Clericus ut privilegio fori gaudeat, tenetur habitum clericalem, & Tonsuram simul deferre.*

24 *Clericus in minoribus habitum clericalem & Tonsuram dimittens, privilegium fori penitus amittit, etiamsi prius eum Episcopus non admonuerit ut habitum, tonsuramve reassumat.*

25 *Privilegium fori non non amittit Clericus, si habitum à se gestari solitum ad breve tempus deposuerit.*

26 *Privilegium fori non amittitur, nisi præcesserit trina monitio specialis nominatim in personam facta.*

27 *Habitum dimittens clericalem potest illum iterum reassumere, non obstante irregularitate superveniente, & Ordinarii prohibitione.*

28 *Iudex Ecclesiasticus debet cognoscere super delatione habitus clericalis.*

29 *Licentia, & mandatum inserviendi alicui Ecclesiæ, vel degendi in aliquo Seminario, aut versandi in aliqua schola, expressè ab Episcopo concedi debet, ut Clericus in minoribus fori privilegio gaudeat.*

30 *Episcopus tenetur adscribere ad servitium Ecclesiæ Clericum in minoribus constitutum, vel primâ Tonsura initiatum, petentem adscribi.*

31 *Servitium utplurimum intermissum non importat Conc. Trid. ut Clericus in minoribus fori privilegio gaudeat, sed potiùs moralem perseverantiam, saltem pro majori parte.*

32 *Servitium hoc debet præstari de præsenti, & non sufficit in temporalibus.*

33 *Clerici in minoribus constituti, si recusaverint frequentare scholas & Ecclesiam, sed esset probabilis spes profectus, non possunt privilegio fori privari.*

34 *Clericus inserviens alteri Ecclesiæ, quàm illi, cui fuit adstrictus, fori privilegio gaudet.*

35 *Clericus in minoribus Ecclesiæ deserviens, non tamen ex mandato Episcopi, habitum & Tonsuram deferens, gaudet fori privilegio,* & n. 36.

37 Cleri

37 Clericus conjugatus an, & quando gaudeat fori privilegio, ostenditur.
38 Clericus conjugatus gaudet fori privilegio in criminalibus tantum, sive civiliter, sive criminaliter pro crimine agatur, non autem in merè civilibus.
39 Privilegio fori gaudet Subdiaconus, qui in vim Apostolicæ dispensationis cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones Ecclesiasticas obtinet.
40 Regulares omnes professi, eorum Conversi, & Novitii, & Moniales gaudent fori privilegio.
41 Fratres & Sorores tertii Ordinis S. Francisci, si habitum Religiosam gestaverint, atque collegialiter vixerint, fori privilegio gaudent.
42 Respondetur contrariis.
43 Mulieres, quæ in aliquibus domibus se recludunt ut pœnitentiam agant, quando fori privilegio gaudeant, ostenditur.
44 Oblati quando gaudeant fori privilegio, ostenditur, & num. seq.
45 Eremita, qui ex speciali obligatione, & quasi traditione per Episcopum alicui Ecclesiæ, vel loco sacro traditi sunt, fori privilegio gaudent.
46 Milites S. Iacobi, Calatrava, & similes gaudent fori privilegio.
47 Judices seculares de causis Militum S. Jacobi & similium, an & quando cognoscere possint, ostenditur.
48 Milites non adhuc professi, privilegio fori gaudent.
49 Translatio pensionis facta in non Clericum est nulla non obstante quod actu esset Novitius Religionis Calatravæ.
50 Confratres Ordinis S. Ioannis portantes mediam Crucem albam dictam Thau, non gaudent fori privilegio.
51 Hospitalarii, si Prælati auctoritate perpetuò deputati sint ad servitium alicujus hospitalis auctoritate Episcopi erecti, gaudent fori privilegio, aliàs secus.
52 Inservientes Ecclesiæ gaudent fori privilegio.
53 Privilegio fori non gaudent, qui solùm in accendendis lampadibus, & aperiendis portis Ecclesiæ deserviunt.
54 Diaconi Salvatici an & quando fori privilegio gaudeant, remissivè.
55 Familiares Episcoporum, etiam laici, gaudent fori privilegio, tam in civilibus, quàm in criminalibus.
56 Famuli conducticii Clericorum, ac alii Religionibus inservientes, fori privilegio an gaudeant, ostenditur, & numeris seqq.
57 Argumentum à milite armata militia ad militem cœlestis militiæ valet.
58 Papa habet potestatem concedendi privilegia laicis personis, per quæ eximantur à potestate seculari, si ad bonum spirituale fuerit necessarium.
59 Lex 1. & 2. C. de Episcop. & Cleric. declaratur.
60 Caput ultimum de officio Archid. declaratur.
61 Concubinæ Clericorum à Judice Ecclesiastico pro modo facultatum puniri possunt,
62 Uxores Clericorum an fori privilegio gaudeant?
63 Coloni partiarii Episcoporum, durante coloniâ gaudent privilegio fori
64 Conductores prædiorum Ecclesiasticorum, seu fructuum beneficiorum, vel decimarum, coram Judice Ecclesiastico sunt conveniendi.
65 Protonotarii non participantes, fori privilegio gaudent, si in habitu clericali incedant.
66 Clericus in minoribus ordinatus à non suo Episcopo sine litteris dimissoriis, non gaudet fori privilegio.
67 Clericus ordinatus per simoniam, vel ante legitimam ætatem, fori privilegio gaudet.
68 Clericus ordinatus ab hæretico, excommunicato, suspenso, degradato, &c. fori privilegio gaudet
69 Bigamus Clericus omni Clericorum privilegio censetur exutus & foro seculari adstrictus.
70 Bigamus, licèt denudatus remaneat omni privilegio clericali, tamen per characterem impressum, & indelebilem habitu semper remanet Clericus.
71 Clericus, qui dimisso habitu clericali secularibus negotiis se immiscet, nisi prius tertiò fuerit monitus, privilegium fori non amittit.
72 Clericus ut privilegio fori privetur, ex quo enormitatibus se immiscuit, duo requiruntur.
73 Caput pervenit ad nos 23. de sent. excom. & caput 1. de apostat. declarantur.
74 Caput 1. de vita, & honest. Cleric. declaratur.
75 Clericus, qui in habitu, & Tonsura se immiscet enormitatibus, & pluribus vicibus, censetur absque monitione renunciasse privilegio clericali, secus si in habitu laicali hæc perpetraret, quia tunc requireretur monitio.
76 Delicta enormia dici possunt per quæ delinquens incurrit infamiam.
77 Clerici si per annum se faciant joculatores, goliardos, seu buffones, ipso jure omni privilegio clericali privati sunt.
78 Clericus exercens artem vilem, vi amittat fori privilegium, ostenditur.
79 Clericus si in minoribus constitutus, efficiatur miles, & exerceat arma, & in præliis, & in bello se immiscet, privilegium clericale amittit.
80 Clericus incorrigibilis non amittit fori privilegium, nisi fuerit ter monitus.
81 Clericus non potest à parte rei incorrigibilis judicari, aut puniri, nisi prius deponatur, sententiaque feratur super incorrigibilitate, & omni privilegio clericali degradatus, legitimè tradatur Curiæ seculari.
82 Caput cùm non ab homine, de judic. declaratur.
83 Assassinus Clericus fori privilegium amittit, & puniri potest à seculari Judice.
84 Caput 1. de homicid. lib. 6. declaratur
85 Judex laicis non potest procedere, & punire Clericam pro crimine Assassinii, nisi precedente declaratione Ecclesiastici.
86 Assassini erant populi ex Syria, qui à pueritia ita instruebantur, ut inimicos Regis, aut Domini, quorum vassalli erant, ipsorum mandato incautos occiderent.
87 Ordinatus post delictum commissum, vel etiam Monachus factus, an fori privilegio gaudeat, ostenditur
88 Clericus primâ Tonsura, qui post dimissum habitum & Tonsuram clericalem deliquit, & pro delicto in Curia seculari citatus fuit, deinde reassumpto habitu cum Tonsura Ecclesiæ inservire cœpit, non potest à Judice seculari quoad personam puniri, nec talis Judex potest processui finem imponere.
89 Ordinatus potest delictum commissum fraudulenter, & dolosè, ut secularis forum evaderet, non liberatur à foro seculari, quoad bona tantùm.
90 Clericus, quis in ferendo testimonio coram seculari Judice deliquit, non potest ab eodem judicari, & puniri.

91 Lex

Biblioteca de Ciències Socials

91 *Lex* nulli 12.C. de test. *non habet locum quando testes sunt omninò exempti.*

92 *Legis* 1. propè fin.C.de ord.judic. *& legis* quoties 3. C. de judic. *regula non procedit ubi datur omnimoda incompetentia.*

93 *Capitis* præterea, de offic. deleg. *regula* declaratur.

94 *Clericus,& laicus si simul delinquant,non est utergue conveniendus coram Iudice Ecclesiastico in criminibus suâ naturâ mere sacullaribubus.*

95 *Privilegium unius socii alteri minimè communicatur,ubi materia de qua agitur,est dividua.*

96 *Clericus crimem læsæ majestatis committens fori privilegium non amittit.*

97 *Clericus delictum falsæ monetæ, vel ipsius tonsionis committens, hodie potest à sæculari Iudice puniri.*

98 *Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, si delictum committat, & postea habitum & Tonsuram relinquat, vel uxorem ducat,ab Ecclesiastico est puniendus.*

99 *Laicus condemnatus in exilium à Iudice sæculari,si fiat Clericus,& rumpat exilium,pro fractura predicta est puniendus ab Ecclesiastico.*

100 *Clericus relegatus à Curia Ecclesiastica, si durante relegatione efficiatur laicus, relicto habitu clericali,& frangat relegationem,pro hac fractura ab Ecclesiastico est puniendus,*

101 *Clericus hæres laicis cœpit jam lite cum defuncto, si ligetur instantiâ,an teneatur coram sæculari Iudice subire judicium, & prosequi, ostenditur,* & num. seqq.

105 *Prædium,vel alia possessio, si affecta sit onere reali,pacto adjecto de non alienando,& postea res ex aliquo titulo transeat in Clericum, an possit executio fieri per Iudicem sæcularem in prædio,vel re taliter hypothecata,ostenditur.*

106 *Clericus in actione reali ad rem, an possit conveniri coram sæculari judice, ostenditur,* & numeris seqq.

109 *Onus reale sequitur rem ipsam oneri reali obnoxiam.*

110 *Forus personæ præfertur in concursu fori ratione rei,& ratione personæ,*

111 *Res, & bona assumentis militiam sæcularem mutant statum,& forum.*

112 *Fori ad qualitatem discriminandam potius sequimur conditionem personæ, quàm rei.*

113 *Rex Portugallia adversus Episcopos sui Regni prætendit privativè cognoscere in omnes circa temporalia.*

114 *Iurisdictionem & libertatem Ecclesiasticam nullus quamvis dignitate præcellens, impunè in bonis, vel persona sua,vel sibi jure naturæ, vel Divino conjuncta turbavit.*

115 *Clericus,cui lis est denuntiata, ut emptorem laicum defendat, an teneatur id facere coram sæculari,an verò trahere possit causam ad forum Ecclesiasticum,ostenditur,* & muneris seqq.

119 *Lex* 2. C.ubi in rem actio,*declaratur.*

120 *Fiscus venditor ad instar privati tenetur defendere emptorem in foro, quo emptor convenitur.*

121 *Iudex sæcularis an competens sit adversus Clericos circa pœnarum condemnationem,& exactionem,quando pecora ipsorum damna dederunt in fructibus,ostenditur,* & num.seqq.

124 *Clericus coram Iudice laico recipiens depositum, & promittens restituere ei de Iure, &c.an possit ab eodem Iudice cogi ad restituendum, ostenditur.*

125 *Clericus fidejubens pro laico de standojuri,& judicatum solvendo,non potest conveniri coram Iudice sæculari ad solvendam dictam fidejussionem.*

126 *Tutoris aut Curatoris alicujus laici officium gerens Clericus potest coram Laico civiliter conveniri pro concernentibus officium prædictum, sed officium fieri debet per Iudicem Ecclesiasticum.*

127 *Clericus per Regem admissus ad aliquod officium sæculare,& Regium,si in ipso delinquat, non potest puniri ab ipso,præcipuè si non fuerit ter monitus.*

128 *Clericus à solo Iudice Ecclesiastica cognosci, & judicare debet pro contractibus, & obligationibus factis tempore,quo erat laicus.*

129 *Clericus in feudalibus tenetur subire judicium coram Domino feudi,etiam laico.*

130 *Prælatus Ecclesiasticus in jurisdictione temporali, quam obtinet in feudo à Principe habito,judicatur tanquam laicus.*

131 *Prælatus Ecclesiasticus in jurisdictione temporali,quam obtinet in feudo à Principe habito, non judicat ut Clericus, sed ut Baro,& laicus.*

132 *Clericus in feudalibus potest conveniri & reconveniri coram Domino,etiam laico, non solùm quando de proprietate, sed etiam quando de sola possessione feudi ageretur.*

133 *Iudex sæcularis dominus feudi potest suam sententiam executioni mandare contra vassallos etiam Clericos.*

134 *Feudum ubi negatur ad dominum pertinere, tunc vassallus coram illo conveniri non potest.*

135 *Clericus in feudalibus coram domino feudi non convenitur, ubi agitur contra illum ad amissionem feudi criminaliter, aut civiliter pro crimine.*

136 *Iudex Ecclesiasticus solus cognoscit,ubi tractatur de delicto,sive criminaliter, sive civiliter contra Clericum feudatarium.*

137 *Clericus potest reconveniri coram Iudice sæculari, quando scilicet ipse Clericus est actor in causa merè civili contra laicum.*

138 *Clericus potest reconveniri coram Iudice sæculari, non solùm super eadem re,sed etiam super penitus diversa.*

139 *Clericus agens judicio retinendæ coram Iudice sæculari,potest coram ob conveniri.*

140 *Clericus agens coram laico obstringitur reconventione usque ad finem,etiamsi postea a conventione velit desistere,ubi res adhuc integra non est.*

141 *Clericus potest reconveniri coram Iudice laico, non solùm ordinario, sed etiam delegato.*

142 *Reconventio fieri debet incontinenti in ipso litis exordio ante litis contestationem, vel in ipsa contestatione, vel statim post litem contestatam.*

143 *Reconventio non admittitur post litem contestatam ex intervallo,parte contradicente,ad effectum ut Iudex debeat in utraque causa pari passu ambulare.*

144 *Reconventio admittitur tam in judiciis ordinariis quàm summariis,si tam causa conventionis, quàm reconventionis sit summaria.*

145 *Clericus conveniens & reconveniens coram Iudice sæculari,sæcularibus etiam legibus tenetur.*

146 *Laicus non potest Clericum reconvenire coram Iudico laico,quando conventionem in se intentatam studio reconveniendi, seu in fraudem procurasset.*

147 *Clericus coram Iudice sæculari reconveniri non*

potest

potest in causa spirituali, seu quando reconventio tangeret causam spiritualem, vel illi connexam.

148 *Clericus in causa criminali nec etiam civiliter coram Iudice seculari potest reconveniri.*

149 *Clericus non potest reconveniri coram Iudice laico, coram quo agit nomine alieno. Reconventio non datur.*

150 *Appellationis in causa.*

151 *Executiva in causa.*

152 *In agente pro depositio.*

153 *In agente quæstione spoliationis.*

154 *Si reus conventus esset excommunicatus vitandus.*

155 *Arbiter voluntarius non cognoscit de reconventione.*

156 *Clericus reconventus coram Iudice laico in casu licito, si ab eo condemnetur, executio est facienda per Iudicem Ecclesiasticum.*

157 *Clerici, seu Ecclesiastica persona non ligantur statuto laicorum edito super jure, quod vocant congrui.*

158 *Clericus emphyteuta non est conveniendus coram Iudice laico ad solutionem laudemii;* & n. 159. *respondetur ad comparationem de Clerico feudista.*

160 *Clericus in possessoriis beneficialibus, quod apud sæcularem Iudicem conveniri possit, tenuerunt, & sustinent multi, de quibus infra.*

De causis possessoriis beneficialibus in tribunalibus secularibus cognoscunt.

161 *Galli.*

162 *Lusitani.*

163 *Hispani, Castellani.*

164 *Galleci.*

165 *Aragonenses.*

166 *Germani.*

167 *Burdegalenses.*

168 *Mediolanenses.*

169 *Pedemontani.*

170 *Veneti.*

171 *Principum secularium est proprium à quocunque in suo dominio degente violentiam arcere.*

172 *Possessio plurimùm facti habet, & in facto consistit.*

173 *Iudex Ecclesiasticus solus competens est in causis possessoriis beneficialium.*

174 *Laicus Iudex non potest de jure cognoscere de possessione beneficii, vel rei spiritualis, contra Clericum.*

175 *Fundamenta pro hac parte expenduntur.*

176 *Homines sunt faciles ad dissentiendum, & improbandum quod alteri placuit.*

177 *Caput ultimum* de judic. *declaratur.*

178 *Caput* petimus, 11. q. 1. *declaratur.*

179 *Causa possessorii rei spiritualis est spiritualis.*

180 *Recursus ad Iudices laicos per Ecclesiasticas personas an sint liciti, pro parte affirmativa aliqua expenduntur, & Doctores citantur.*

181 *Recursus hujusmodi, quod non sint liciti, probatur,* & num. seqq.

184 *Seculares de causis Ecclesiasticis cognoscere est pernicios issimum.*

185 *Doctores referuntur, qui hujusmodi recursus teterrime detestantur.*

186 *Iudex secularis non potest ad se avocare causas Ecclesiasticas, vel ad Ecclesiasticos pertinentes, etiam quando Episcopi fuerint negligentes in eis judicandis.*

187 *Caput* filiis, vel nepotibus 16. q. 7. *declaratur.*

188 *Caput,* Regum, 23. q. 5. *declaratur.*

189 *Consuetudo immemorialis licèt habeat vim privilegii, non est tamen verum privilegium.*

190 *Præscriptio non æquivalet privilegio, datâ in laico præscribente cognitione rerum Ecclesiasticarum.*

191 *Consuetudo contra libertatem Ecclesiæ, & SS. Patrum institutа invalida est.*

192 *Papa potest in certis Clericorum causis privilegio fori derogare.*

193 *Privilegium probari debet per Scripturam.*

194 *Privilegium ut laicus habeat jurisdictionem in causis profanis Clericorum, si reperiatur olim concessum, per Bullæ in Cœna Domini publicationem penitus revocatur.*

195 *Papa consuetudini, si qua viget in laicis, cognoscendi de causis aliquibus Clericorum, nunquam tacitum etiam consensum præstitit.*

196 *Novitates detestandæ sunt, & antiquitas retinenda.*

197 *Theodosius reverenter Ecclesiæ præceptis obediens.*

198 *Austriaci Principes semper feliciter regnarunt ob maximam in Sedem Apostolicam deditionem.*

199 *Obedientia signum est Catholici nomen, quo Reges Hispaniæ appellari solent.*

200 *Hispania in Mahometana gentis ditionem devenit, quia in debita reverentia, & subjectione Sedis Apostolicæ defecit.*

PRÆCIPUUM Clericorum privilegium est exemptio eorum à jurisdictione Judicis laici, quæ quidem in temporalibus causis Clericis competere videtur nova lege divina obligante, sed solùm lege humana Imperatorum, scilicet per privilegia in corpore Juris clausa ab aliis, de quibus *in Auth. ut Clerici apud proprios Episcopos, in princ. collat. 6.* ibi, *petiti sumus*: & ibi, *Clericus hoc clarè privilegium*: junctа *Auth. Clericus quoque*, & nova Federici Constitutione *in Auth. statuimus, C. de Episcop. & Cleric.* ibi, *constitutiones Imperiales, & Canonicas sanctiones.* Ita sentiunt Cov. *pract. c. 31. n. 2. vers. contrariam*, Mench. *illustr. c 22. num. 8.* Joan Garc. *de nobilit. gloss. 9. n. 1.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 8. n. 2.* Cevall. *commun. contra com. q. 550. vers. contrariam & de cognit. per viam viol. in procem. c 5. n. 11.* Salgad. *de protect. Reg. p. 1. c. 1. prel 1. n. 1.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 31. concl. 1. & 3.* citati per Cened. *ad Decretū collect. 37. n. 1.* Gabr. Pereira *de manu Regia p. 1. c. 3. num. 2.* Machad. *en su perfetto Confessor, tom. 2 lib. 4. p. 1. tract. 14. docum. 8.* Idem Cened. *can. 99 lib. 1. q. 4 n. 11.* Larrea *Granat. dec. 4. n. 18. & 19.* Balboa *ad c. 2. de judic. n. 12.* Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 21.* Castil. *tom. 7 de tertiis, c. 9. n. 14.* Nicol. Baldel *in Theolog. morali, lib. 5. disp. 35. n. 5.* novissimè Gonzal. de Salzedo *de lege politica, lib. 1. c. 3.*

Sed quia nonnulla Jura Canonica contrarium statuere videntur, aliqui ex iis Doctoribus conati sunt illis respondere: & in primis *ad c. Sylvester, & Faustinianus, 11. q. 1.* ibi, *contra leges divinas pulsatis, forum suum puavit auferri*: & ibi, *in vestro judicio, quisque ille est, qui Clericum lacesserit, adveneat*: quasi secundùm leges divinas ita Clerici sint exempti circa forum, ut non coram alio, sed solùm coram suis Episcopis valeant conveniri: respondent textum illum non agere de foro, prout est exercendarum litium locus, cum causa, lege, & judicio; sed de foro, prout dicit statum libertatis, seu conditionem personæ; & id colligunt, quia textus agit de Clericis libertis, qui manumissore vivente, & volente in officio clericatus divinis ministeriis servitium impen

impendebant, contra quos filii,& præredes manumissoris, adjuvante quodam Archidiacono, movebant quæstionem status, ut servitutem reducerentur venientes contra factum, & voluntatem patris defuncti,ut videtur deprehendi ex textu. De his inquit Gelasius, quod contra leges divinas & publicas pulsabantur, & forus contra easdem,leges indebitè auferebatur; quippe cùm contra legem divinam naturalem fiat, quando alicui quod suum est, indebitè auferetur, *l. justitia 19. ff. de justitia & jure, §. Iuris præcepta, Instit. eodem tit.* quod autem Clerici de lege divina sint exempti à sæcularium jurisdictione,ne verbum quidem inibi reperitur. Ad caput *Imperator,96. dist.* ubi Joan. Pontifex testatur, attenta lege divinâ Clericos non à sæcularibus, sed ab Ecclesiæ Prælatis esse judicandos, ibi,*ad Sacerdotes enim Deus voluit quæ Ecclesiæ disponenda sunt,&c.* & ibi, *Omnipotens Deus Clericos Sacerdotes voluit ordinari,& discuti.* Respondet Covar. *d. c. 31. num. 2. vers. tertia verò*, dupliciter. Primò quod textus ille,& jura similia intelliguntur de lege divina judiciali, quæ ex vi ipsius nullam hodie habet vim obligandi,*arg. c. translato, de constitut. & cap. 1. de purificat. post partum*: vel quod procedunt in Clericis quatenus Clerici sunt, & ita quando agitur de spiritualibus, vel annexis; in his enim Clerici non solùm lege humana, sed divinâ obligante à potestate sæculari eximuntur,ut infrà ostendemus. Ad *c. continua. 11. quæst. 1. & ad c. futuram, 12. quæst. 1.* dum utrobique habentur hæc verba, *Vos à nomine judicari potestis, quia ad Dei solius judicium reservamini*, respondet idem Covar. *d. n. 2. in princ.* in eorum Jurium originalibus non sive laude elaborans,verba illa in sensu proprio, quem sermonis rigor exposcit, non solùm significare Clericos judicari non posse à potestate sæculari, sed neque ab alio quocunque: patet ibi, *à nemine*, & ibi. *Dei solius, &c.* idcircò vel accipienda sunt cum Covar. *d. vers. tertia*, ut referantur ad maximam benevolentiam Imperatoris Christianissimi, vel potiùs ad majorem exaggerationem, & confusionem illorum, qui querelas contra Clericos ad ipsum audacter nimis deferebant, ut *ibidem* habetur. Et ad *c. quamquam, de censib. lib. 6.* dum ibi ait, *Ecclesiæ Ecclesiasticaque personæ, ac res ipsarum non solum jure humano, quinimò & divino à sæcularium personarum exactionibus sunt immunes, &c.* respondet Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6 sect. 1. n. 401.* Bonifacium VIII. in illo textu nomine Juris divini voluisse significare, hanc exemptionem habere exemplum in Scriptura, eo quòd *Genes. 47.* cùm Joseph tributariam faceret universam terram Ægypti, liberos reliquit Sacerdotes.

5 Verùm quamvis hæc opinio probabilitate non careat,tamen probabilius,& Juris consonantius tenendum existimo, Clericos etiam in temporalibus Jure divino à Civili potestate esse exemptos, quod optimè probant Jura Canonica suprà relata, quibus non potest sine cavillatione responderi: nec dictæ responsiones adaptari possunt dispositioni illorum Jurium, ut per se patet,& hoc ipsum voluit significare Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 20.* dum sæculares Principes admonet, ne permittant ut officiales, aut inferiores Magistratus, Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent. Unde meritò hanc partem sustinent Rot. *decis. 10. de consuet. in antiq.* Abb. *in c. solita. n. 4. de major. & obed. & in c. proposuit, num. 14. de concess. prab. & conf. 85. n. 8.* Greg. Lop. *l. 1. in gloss. señal de orden, col. 3. vers. pro parte, tit. 7. p. 1.* Bertrand. *cons. 182. n 1 lib. 1.* Gutier. *in. l. nemo potest, num. 107. ff. de l. 1. & de gabellis, q. 92. n. 8.* Vivian. *tom. 1. opin. 37. in princ.* Surd. *cons. 301. n. 16. & 55.* Parlador. *resquisit. differ. 9. §. 1. a n. 1.* Sesse *de inhibit. c. 8. §. 3. n. 117.* Suar. *in defens. Fidei contra Angl. sectæ errores, lib. 4. c. 8. n. 9.* Azor. *instit. moral. p. 1 lib. 5 c. 12. q. 1.* P. Comitol. *contra Venetos. c 1.* Guevara *cod. tract. p. 1. §. 7. num. 31.* Layman *in Theolog. morali, lib. 4. tract 9. c. 8. n. 1.* Sanch. *in consil. moral. lib. 2 c. 4. dub. 55.* Grilenzon. *cons. 53. num. 16.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. c. 16. num. 4.* Sayr. *in clavi Regia lib. 12. c. 8. num. 6.* Marta *de Jurisdict. p. 2. c. 6.* Carol. de Graff. *de effect. b. clerical. effectu 2. num. 1.* Octav. Glorit. *resp. 13. n. 4.* Filliuc. *in quæst. moral. tract. 16. c 11. q. 10. n. 316.* Duard. *in Bullam Cœna, can. 15 q 18. num. 6. & seqq.* Bonacin. *de censuris in Bulla Cœna, disp. 2. q. 16. sect. 1. punct. 2. n. 5.* Ludov. Correa nobilis Lusitanus *in rep. c. inter alia, de immun. Eccles. p. 2. n. 40.* Alzed. *in praxi Episcop. p. 2. c. 3. n. 36.* Boët. Epo *de jurisdict. Ecclesiast. temporali, q. 2. n. 3. pag. 18.* ibi, *Clerici jure etiam divino juxta communem sententiam videantur à laicorum foro, jurisdictione que prorsus exempti cunctis in causis, ne possessorii quidem beneficiorum judiciis exceptis, nisi propter graves, & urgentes quasdam rationes ipse Summus Pont. per alia quadam publica nomine concordatorum in vulgus notissima Principibus multis Christianis tale quid benigniter,& ex mera gratia quoad possessorias beneficiorum causas indulsisset, &c.* Novissimè Diana *moral. resol. p. 6. tract. 1. resol. 21.* latè probans cum Servant *in defens. immun. Eccles. fol. mihi 18.* privilegium immunitatis Clericis multùm ante Justinianum concessum, & leges Imperatorum pro illa & ad ejus favorem promulgatas, non fuisse institutorias, sed subsidiarias.

Utriusque tamen sententiæ assertores in eo conveniunt, quod quando Clerici, & Ecclesiarum 6
bona considerantur in illis, quæ verè, & propriè spiritualia sunt,velut quæ per essentiam, vel concomitantiam talia existunt, vel per causam, aut annexione, sive antecedenter, sive subsequenter,patent exempla in Sacramentis, in donis spiritualibus supernaturalibus, in beneficiis Ecclesiasticis, in rebus sacris,& similibus, ad quorum decisionem supernaturalis cognitio necessaria est, & in his securè resolvunt Clericos, & Ecclesias, tam in personis,quàm in bonis à potestate sæculari, attentâ lege divinâ,suam habere exemptionem: sic probatur in illis, *de lege divina Clerici, & Ecclesiæ à potestate sæculari eximuntur*: quibus attentâ eadem lege divinâ,Principes sæculares nullam omninò potestatem acceperunt, patet *arg. l. decem 116. ff. de verb. oblig. & cap. ad dissolvendum, de desponsat. impuber.* planè in spiritualibus Clerici, & Ecclesiæ nunquam fuerunt subjecti Principibus sæcularibus, ut patet: ergo in spiritualibus non potuit provenire exemptio à lege sæculari. Quod autem Principes sæculares nullam unquam in spiritualibus & supernaturalibus à Deo potestatem acceperint, constat manifestè, quia Christus Dominus in lege Evangelica Petro, ut Principi, ac cæteris Apostolis, eorumque successoribus potestatem dedit spiritualibus,non Principibus sæcularibus, *cap. in novo, 21. dist. c. quorum vices, 68. dist.* ergo Principes sæculares nullam in his rebus potestatem habuerunt, ac subinde dici non potest,quod aliquam in his exemptionem concesserint, *arg. cap. quod autem, de Jurepatron.* ut rectè post alios advertunt Covet. *d. n. 2. vers. prima conclusio*, Molin. *d. disp. 31. in 3. concl*

concl. Ludov. Correa *in d. repet. c. inter alia, n.* 40. *vers. his tamen,* ubi *in vers. si autem quaras,* cum Albert. Pighio *lib.* 4. *de Eccles. hierarch. cap.* 21 *col.* 5. oſtendit, quæ ſint hujuſmodi res, & cauſæ verè, & propriè ſpirituales, & ad poteſtatem Eccleſiaſticam ſpectantes. Nec nos in contrarium trahit, quod pleraque ex iis, quæ ſunt ſpiritualibus annexa, lege humanâ effecta ſunt taliter annexa, ut patet in veſtibus ſacris, in Sacramentalibus, in beneficiis Eccleſiaſticis, & ſimilibus: ergo ſaltem exemptio circa hæc, ne ſæculares aliquatenus cognoſcat, non poteſt eſſe Juris divini, ſed ſolius humani, ut in ſimili in materia ſimoniæ, an jure Divino, vel ſolo humano ſit prohibita, argumentatur poteſt alios Hojed. *de benef. incompatib. part.* 1. *in præfat. n.* 5. Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. part.* 5. *quæſt. ult. num.* 126. innumeri propemodum citati à Cevall. *commun. contra commun. quæſt.* 260. ſub hac forma: *Beneficia Eccleſiaſtica ſunt de jure humano, ergo venditio illorum non eſt prohibita de Jure Divino.* Reſpondetur enim negando conſequentiam in utroque caſu; quemadmodum ſuppoſito, quod lege humanâ beneficia Eccleſiaſtica ſint effecta ſpiritualibus annexa conſequenter, *cap. ult. de reſcript. lib.* 6. ſtatim lex divina prohibet venditionem illorum, Doctores citati à Cevall. *loco citato*: ita ſuppoſito, quod aliquid lege humana ſit annexum ſpiritualibus, ſtatim lex divina, illorum cognitione, quâ talia ſunt, eximit à poteſtate ſæculari; requiritur enim omninò ad hujuſmodi cognitionem poteſtas ſupernaturalis, quæ ſolis Eccleſiaſticis Magiſtratibus communicata eſt, ut ſupra dicebamus.

7 Juri Divino, & Canonico maximè conſentaneum fuiſſe, quod Clerici, cæteræ Eccleſiaſticæ perſonæ à poteſtate ſæculari, etiam in temporalibus eximerentur, ex eodem oſtenditur, quia cùm miniſtri Eccleſiæ ſint inſtituti lege Divina ad ſacras functiones opportunè obeunda, *cap. cleros,* 21. *diſt. cap. perfectis,* 25. *diſt. cap. cum ſecundum* 16. *de prabend.* unde Clerici Deo militare dicuntur, *d. c. cum ſecundum. c. Epiſcopus* 4. ibi, *militia clericalis, illo tit.* illi autem, qui negotiis ſæcularibus implicantur, & ad forenſes controverſias apud ſæculares Judices pertrahuntur, commodè non poſſunt Deo militare, D. Paul. 2. *ad Timoth.* habetur *in c.* 1. cum multis, ibidem, *ne clerici vel mon.* fit conſequens legi divinæ, & Reipublicæ Chriſtianæ maximè convenire, ut Clerici etiam in temporalibus à ſæculari poteſtate eximantur: idque etiam ſummum Pontificem ex vi ſuæ Eccleſiaſticæ poteſtatis facere potuiſſe, manifeſtè oſtenditur ex eo, quia omnia illa ſummus Pontifex ex vi ſuæ poteſtatis facere poteſt, quæ legi Divinæ, & Reipublicæ Chriſtianæ maximè conveniunt, *arg. l.* 2. *ff. de juriſd. omn. Iud. cap. præterea* 5. *de offic. deleg.* magis in ſpecie quoad privilegium fori, *cap. continua, cap. inolita, cap. placu* t, cum multis ibidem, 11. *quæſt.* 1. *cap.* 2. *cap. at. ſi* 4 *cap. Clerici* 8. *cap. qualiter* 17. *de judic. cap.* 2. *de foro compet.* obſervat Innocent. *in cap.* 2. *de major. & obed.* communiter receptus, ut per Cardin. *in c perpendimus, vers. oppono* 7. *de ſent. excom.* Guillelm. Benedict. *Raynutius, verb. & uxorem, il* 2. *n.* 322. *& 410. de teſtam.* Cov. *cap.* 31. *num.* 5. ubi expendit multa de indecentia, & irreverentia, quæ fierent Eccleſiaſticis perſonis, ſi poteſtatibus ſæcularibus ſubeſſent. Molin. *d. diſp.* 31. *conc.* 4.

8 Cùm ergo fori privilegium ſit introductum non in privatum favorem perſonæ, ſed in publicum totius Ordinis clericalis, benè ſequitur Clericos nec invitè, nec voluntariè illi renunciare poſſe, & ſibi Judicem laicum conſtituere ut expreſſè probat textus *in cap. ſi diligenti, de foro compet.* & docent Gloſſ. *verb. clericalis, in c. Clerici, de Cler. conjug. lib.* 6. *& in l. ſi quis in ſcribenda C. de Epiſcop. & Cler.* Abb. *in c. dilecti. n.* 4. *de foro comp. & in c. contingit, num.* 4. *de ſent. excom.* Nicol. de Milis *in repert. verb Clericus,* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 1. § 5. *verſ. Archidiaconus,* 45. Roland. *conſ.* 4. *n.* 9. *vol.* 1. Cov. *in c. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *p.* 2. *in initio, n.* 9. *& pract. c.* 33. *n.* 2. Sazed. *ad Bernard. in pract. c.* 65. *n.* 3. *in noviſſ. impreſſ.* Petez. *l.* 1. *gl.* 1. *pag.* 59. *col.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. *ord. & l.* 2. *gl.* 1. *verſ. quæri etiam poteſt, pag.* 467. *tit.* 1. *lib.* 3. Albert. *in c. quoniam, de hæret. lib.* 6. *q.* 11. *n.* 17. Jacob. de Graſſ. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 54. Vincent. de Franch. *dec.* 400. *n.* 6. *part.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ* 450. *n.* 2. Baiard. *ad Clar. §. fin. q.* 6. *n.* 10. Franc. Vivian. *de cif.* 15. *n.* 1. Suar. *conſ.* 2. *n.* 31. *& conſ.* 396. *n.* 15. Honded. *conſ.* 3. *num.* 22. *lib.* 1. Galleſ. *de Cameral. oblig. q.* 2. *n.* 1. *cum ſeq.* Scacc. *de judic. cauſ. civ. & crimin. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 35. *& 36.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunit. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 51. Burgos de Paz *conſ.* 10. *n.* 17. Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 16. *n.* 30. noviſſimè me citato Gonzales de Salzedo *de lege politica lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. *num.* 118. *in fine,* Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *à n.* 10. D. Barboſ. *in l. alia,* §. *eleganter, n.* 14. *ff. ſolut. matrim.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Clericus,* §. 12. Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. forum competens,* ubi refert Bullam Martini V. Vivian. *in praxi juriſpatr. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 106 *in ultim. impreſſ.* Card. Tuſch. *litt. C. concl.* 387. Carol. de Graſſis *de effectib. Cleric. effectu* 1. *num.* 42. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *quæſt.* 10. Bernard. Græveus *ad pract. Camera Imper. lib.* 1. *concluſ.* 37. *n.* 12. *& diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de favore cleric. perſon.* §. 2. *n.* 21. Campan. *in ritu* 37. *Curia Arch. Neapol. n.* 13. Antonin. Diana *Mor. reſp. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 5. Squillante *de privil. cleric. cap.* 7. *num.* 2. Alzed. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap* 3. *n.* 35. Marta *de juriſd. p.* 2. *c.* 9. *num.* 40. *cum ſeqq.* Quod adeò verum eſt, ut nec cum juramento poſſint Clerici tali privilegio renunciare, ſecundùm Gotier. *d. n.* 50. & D. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 5. *num.* 73. *ff. ſolut. matrim.* etiam intervenient conſenſu Epiſcopi, Sigiſm. Scacc. *d. cap.* 11. *n.* 78. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 103. *n.* 4. Farin. *d. q.* 8. *n.* 13. Ambroſin. *de immun. cap.* 16. *n.* 11. Aloyſ. Ricc. *in praxi aureæ reſ.* 486. *n* 2. Gonzales de Salzed. *d. lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 119. Nec in hoc ſibi præ- 9
judicium inferre poteſt Clericus confitendo coram Eccleſiaſtico ſe eſſe laicum, ſi revera talis non ſit, Guido Pap. *ſingul.* 535. Novar. *in ſingular. Canon. concl.* 95. *part.* 1. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapolit. part.* 4. *deciſ.* 9. Squillante *d. cap.* 7. *num* 4. *verſ utrum verò.* Et procedunt ſupra dicta in Clerico etiam primæ Tonſuræ, ut reſolvunt Joan. Andr. *n.* 8. & Butr. *num.* 3. *in d. cap. ſi diligenti,* Alexand. de Novo *in cap.* 2. *num.* 2. *de foro compet.* Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 3. Farin. *d. quæſt.* 8. *num.* 14. Thom. Valaſc. *tom.* 1. *alleg.* 24. *num.* 1. Non obſtat *gloſſ. ult. in cap. tua* 3. *de apoſtat.* 1
quatenus videtur tenere, quod in minoribus conſtituti poſſunt in totum renunciare Ordini clericali; quia hoc intelligitur dimittendo habitum, & Tonſuram, vel exercendo negotia ſæcularia, & ita facto, non tamen verbo, ut benè obſervant Joan. Andr. & Anan. *n.* 3. *ibidem,* Cæpol. *conſ.* 11. *num.* 16. Farin. *d. q.* 8. *n.* 14. Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comm. ad cap. non oportet* 3. *n.* 3. *diſt.* 42.

Biblioteca de Ciències Socials

11 Variant tamen Doctores in explicanda ratione, quare privilegium, ne Clerici ad sæculare trahantur judicium, juris publici dicatur, & toti Ordini concessum, cùm magis contrarium, & renunciabile esse decidat textus *in l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric. & in l. pen. C. de pactis*, & non sine aliqua ratione, quia privilegium antiquis Canonibus concessum fuit sub ea forma, ne Clerici Clericos ad judicia publica pertrahant, ut patet *ex c. inolita, 11. quæst. 1.* quæ verba solùm ad invitos propriè referuntur, non ad videntes, ut per textum *in l. 1. C. de agricol. lib. 1.* notat Roman. *cons. 196. num. 5.* Sed audiendus non est Cujac. qui nostros Pontifices temerè incusare ausus est, *in l. Jus publicum, ff. de pactis*, eo quòd dixerint privilegium fori Clericis competens juris publici esse: ea verò ratione Pontificem ab hac calumnia vendicare nititur Covar. quòd leges de Sacerdotibus, & Sacerdotalibus juris publici dicantur *in l. 1. §. hujus studii, ff. de just. & jur.* sed non convenit cum dicta lege, neque etiam cum verbis dicti capitis *si diligenti*, dum rationem ad illud refert, quod privilegium toti Ordini fuerit concessum. Meliùs igitur mihi dicendum videtur, veram rationem deduci ex eo, quod licèt à principio privilegium Clericis sub ea forma fuerit concessum, ne ad judicia sæcularia trahantur, seu venire compellantur, ut *in Concil. Milevit.* de quo *in d. c. inolita*, per sequentes tamen Pontifices aucta est prohibitio, & meritò constitutum, utetiam volentes coram sæculari se purgare, aut litigare, aut respondere non possint, ut in Conc. Carthag. de quo *in c. placuit, 11. quæst. 1.* ne scilicet redundaret in opprobrium totius Ordinis, si Clerici divinis officiis dedicati per judicia sæcularia vagentur, atque ideò Pontifex in principio dicti capitis *si diligenti*, utrumque illud Concilium conjunxit, ut scilicet ostenderet priorem prohibitionem non sufficere, sed fuisse necessariam posteriorem, quæ specialiter prohibet Clericis ne in sæcularem Judicem consentiant, aut privilegio renunciare valeant: & jam ex tempore, quo Clericis prohibitum est, ne volentes ipsi in sæculari judicio respondere valeant, meritò prohibitio non respicere intelligitur singulorum privatam utilitatem, sed potiùs legem publicum favorem respexisse totius ordinis apparet, indéque facilè respondetur dictam legem *si quis in conscribendo*, & dictam legem penultimam procedere secundùm tempus antiquius, quo illa prohibitio in ipsos Clericos volentes scripta non erat; & ita necessarium non est recurrere ad intellectum eorum, qui confingunt ea jura non agere de privilegio fori, & exemptionis Clericorum à foro sæculari, sed de alio quod specialiter aliquibus dabatur Clericis, ut ex pluribus judicibus, quem vellent, eligere possent, ut videtur communis ex scribentibus in utroque loco.

12 Deveniendo ad illa, quæ solent Doctores pro explicatione eorum, quæ ad hoc privilegium spectant, in medium adducere, quæro primò, quæ sint requisita, quæ concurrere debent in Clericis hoc privilegio gaudere volentibus? Quicquid sit de Jure communi Canonico, novè hac de re disponit Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 6.* statuens, *ut nullus primâ Tonsurâ initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, fori privilegio gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & Tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur.* Suar. *in defensione Fidei, lib. 4. c. 27. n. 4.* Gambacurt. *de immunit. Eccles. lib. 7. c. 11. num. 1.* Ludov. Correa *in repet. d. c. inter alia, p. 2. n. 30. in fine*, Stephan. Weyms *ad constitutiones 24. ex jure antiquo de sumptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 9. à princ.* ubi *num. 15. pag. 94.* subdit, quod si vel notorium fuerit publice, vel Iudici laico constiterit privatim aliquem esse clericum, quem apprehendit, putà quia scivit illum habere beneficium, vel servire alicui Ecclesiæ, vel versari in seminario, tenetur ipsum dimittere statim, & absque tergiversatione; & nisi dimiserit, sententiam excommunicationis juxta se averret, cùm talis apprehensio, & detentio fieri non possit sine dispendio jurisdictionis Ecclesiasticæ.

13 Quoad beneficiatos verò credo intrare Concilii dispositionem, illósque fori privilegio gaudere, etiamsi habitum clericalem & Tonsuram non deferant: quia id in aliis solùm requiritur, propter disjunctivam *aut*, qua utitur Concilium *in d. c. 6.* Ita Clar. *§. fin. q. 35. n. 16. & 19.* Læl. Zech. *de Re. publ. Eccl. tit. de Cler. vers. ad hoc*, à Ponte *cons. 4. vol. 1.* Salzed. *ad Bern. in pract. c. 61. n. 19. vers. si tamen*, Fr. Emman. *in sum. p. 1. c. 155. concl. 2.* Curia Philipp. *3. §. 1. num. 3. ad fin.* Azeved. *l. 1. n. 9. vers. sed si beneficium, tit. 4. lib. 1. novæ Recop.* Carol de Grassis *d. effect. 1. n. 1195. cum seqq.* Farin. *d. q. 8. n. 7.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 5. n. 6.* Cened. *pract. & Can. qq. lib. 1. q. 4. n. 19.* Cevall. *com. contra commun. quæst. 563.* Bobadil. *in sua Politica, lib. 2. c. 18. n. 102. lit. E*, Beller. *d. p. 1. tit. de favore Cler. person. §. 8. n. 7. vers. distinguendo*, Nicol. Garc. *de benef. p. 2. c. 2. num. 4.* ubi *num. 5.* subdit procedere etiam stante Constitutione Sixti V. *de habitu, & Tonsura.* Bonac. *de legib. disp. 10. q. 1. punct. 1. § 4. num. 10.* Marc. Ant. Genuensis *in pract. Arch. Neap. c. 7. num. 7.* Laym. *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 6. c. 6. n. 2.* Diana *res. mor. p. 1. tract. 2 res. 28. & p. 4. tract. 1. res. 89.* Torreblanca *de jure spirit. rib. 15. c. 6. à n. 1.* Squillante *de privil. Cleric. c. 7. n. 13.* novissimè D. Anton. de Marinis *quotid. res. c. 56. per tot.* Gabr. Pereira *de manu Regia p. 2. c. 26. n. 2. vers. clerici tandem*, ubi quod beneficium habentes absque ulla Episcopi deputatione clericali gaudent privilegio, Lezana *in sum. tom. 3 verb. Clericus, n. 20. in med. vers. habentes.*

14 Beneficiatus ad effectum, ut effugiat forum sæculare, tenetur secundùm aliquos non solùm probare titulum beneficii, sed etiam illius possessionem, ut expressè docent Ordin. Regia *Lusit. lib. 2. tit. 1. §. 25.* Clar. *§. fin. q. 36. vers. hoc autem, in fine, & vers. irregulariter autem*, ubi Bajard. *n. 14.* Menoch. *cons. 350. n. 6. cum seq.* Mascard. *de prob. concl. 302. n. 16. & 17* Mastrill. *Sicilia dec. 113.* Scacc. *de jud. civil. 1. p. c. 11. n. 82.* Farin. *d. q. 8. n. 45. & 70.* Carol. de Grassis *d. effectu 1. n. 1187.* Card. Tusch. *tom. 2. lib. B, concl. 78. num. 8.* Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 19. ex num. 10.* Marchin. *de sacram. Ordinis, p. 2. tract. 1. c. 15. diffic.* Cast. Palao *in opere morali, tract. 12. q. unica, punct. 2. n. 5. tom. 2.* Contrarium tamen, videlicet obtinentem collationem beneficii, etiam ante adeptam possessionem, fori privilegio potiri, modò collatio valida fuerit, tenent cig. *de pension. q. 94. num. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. q. 1. num. 57.* Aloys. Ricc. *d. collect. 540. amp. 6. & in praxi rerum fori Eccl. dec. 388. in prima edit. aliàs res. 327. num. 1. in 2. edit. & in dec. Curiæ Archiepisc. Neapol. dec. 188. part. 2. & dec. 128. part. 4.* Marc. Anton. genuens. *d. c. 7. num. 6.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 11. n. 2.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 14.*

*n.*14. Bonac. *de legib. diffut.* 10. q. 2. *punct.* 1. §. 4. *n.* 12. & *de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 6. *num.* 24. Cened. *pract. & Can. qq. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 22. Anton. Diana *reſ. mor. p.* 1. *tr.* 3. *reſ.* 29. & *part.* 5. *in fine*, *in declar.* Squillante *d. c.* 7. *n.* 16. noviſſimè Torreblanca *de jure ſpirit. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 4. & 5. & Lezana *in ſum. tom.* 3. *verb. Clericus, num.* 10.

15 quorum opinio probabilior eſt, dummodò poſſit conſtare de valida collatione; in dubio enim priorem ſequi debemus: Poſt adeptam verò poſſeſſionem non eſt inquirendum, an validè obtinuerit, quia etiamſi beneficium obtinere non poſſet, utpotè quia erat illegitimus, ſeu irregularis, vel impeditus clericatum aſſumere, adhuc gaudet fori privilegio, ſi de facto reperitur in poſſeſſione, ut per Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *n.* 340. & 1149. & Ioan. Bapt. del Thoro *in compend. dec. Neap. verb. Clericus, fol.* 94. Squillante *d. c.* 7. *n.* 12.

16 Beneficii appellatione quoad hoc propoſitum, venit beneficium etiam modici valoris, ita ut illud obtinens fori privilegio gaudere poſſit: ita Genuenſ. *d. c.* 7. *in fine*, Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p.* 3. *collect.* 340. *verſ. amplia octovò*, & *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſ.* 327. *verſ. ſufficeret tertiò*, Campan. *in diverſ. Iuris Can. rub.* 8. *cap.* 5. *n.* 19. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 6. *n.* 37. & *p.* 2. *c.* 2. *n.* 3 Carol. de Graſſis *d. effect.* 1. *n.* 1224. Novarr. *in ſum. Bull. ſub tit. de ordinatis ab alieno Epiſcopo ratione beneficii tenuis redditus, num.* 4. Lezana *d. verb. clericus, n.* 20. *in med.* Imò & ſufficit poſſidere ſolum titulum beneficii abſque redditibus, ut per Carol. de Graſſis *loco proximè citato*, Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Arc. Neap. part.* 2. *dec.* 189. & *p.* 4. *dec.* 28. Diana *d. reſolut.* 29. Squillante *d. c.* 7. *n.* 17. & S. Cong. Conc. *in Ianuenſi,*

17 18. *Martii* 1628. cenſuit, *promotum ad Ordines cum collatione unius beneficii redditus duorum ſcutorum annuorum, qui incidens in habitu laicali cum armis, dum caperetur à Birruariis, unum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit, gaudere privilegio fori.* Verùm in Neapolitana civitate & diœceſi non poteſt quis ad titulum tenuis beneficii ordinari, & conceſſionem Pauli V. ad hoc refert Ricc. *dec.* 77. *p.* 3. & Ant. Novar. *ubi ſuprà.*

18 Capellania etiam comprehenditur, ſi fuerit collativa & in perpetuum titulum conferatur, ita ut eam obtinens fori privilegio gaudere poſſit: ita Salzed. *ad Bern. in pract. cap.* 49. *aliàs* 67. *num.* 11. & 12. Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 19. *de foro comp. n.* 26. Squillante *d. c.* 7 *n.* 18. Cened. *d. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 37. Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 10. me citato in hoc loco, Torreblanca *d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 6. Caſtr. Palao *d. punct.* 2. *num.* 3. *verſ. ſecundò*, quia eſt beneficium Eccleſiaſticum, juxta ea quæ reſolvimus *infrà lib.* 3. *verſ. alia denique.*

19 Coadjutoria quoque cum futura ſucceſſione à Papa conceſſa, dicitur quoad hoc propoſitum beneficium, ita ut eam obtinens gaudeat fori privilegio. Ita Nicol. Garc. *p.* 2. *c.* 5. *num.* 98. Armend. *d. num.* 26. Squillante *de c.* 7. *n.* 21. Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 9. me citato in hoc loco, Torreblanca *d. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 7. Caſtr. Palao *d. punct.* 2. *n.* 3. *in fine.*

20 Fratantiam pro comitandis cadaveribus defunctorum Neapoli habens gaudet fori privilegio, quia eſt beneficium Eccleſiaſticum, & habet requiſita, eſſentialia beneficii. Ita Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.* 7. *num.* 9. Aloyſ. Ricc. *in d. collect* 340. *ampl.* 2. & *in d. praxi, reſp.* 327. *verſ. ſufficeret.* Ego ipſe *d. alleg.* 12. *n.* 11. me citato in hoc loco Squillante *d. c.* 7. *n.* 16. Caſtr. Palao *d. punct.* 2. *n.* 3. *in princ.* Torreblanca *d. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 8.

De penſione quæſtio eſt dubia, an illam obtinens pro Clerico habeatur, ſorique privilegio gaudeat? Doctores enim varia variè loquuntur. Quidam affirmant, talem Clericum penſionarium, ſi non incedat in habitu & Tonſura, vel Eccleſiæ non inſerviat, minimè gaudere fori privilegio, ex quorum numero ſunt Azeved. *l.* 1. *num.* 5. *verſ. ſed an penſio, tit.* 4. *lib.* 1. *nova recop.* Flam. Pariſ. *de reſig. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 70. & *lib.* 2. *q.* 15. Carol. de Graſſis *d. effect.* 1. *n.* 1206. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gl.* 5. §. 5. *n.* 6. Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 7. *n.* 7. Nicol Garc. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 70. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſ.* 470. & *in dec. Curiæ Archiep. Neap. p.* 2. *dec.* 71. *num.* 11. & *deciſ.* 192. *n.* 10. *ad fin.* Bonac. *de legib. de diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 4. *n.* 11. & *de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis, diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 6. *n.* 23. Cened. *d. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 32. *cum ſeqq.* Torreblanca *d. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 9. & moventur, quia Concilium ſecundùm eos corrigit jus commune, & tres dumtaxat caſus excipit per dictionem *niſi*, quæ dictio cæterorum caſuum excluſiva videtur: quorum opinionem intelligendam eſſe de penſionatiis non excedentibus penſionem ſexaginta ducatorum auri de Camera, conſtat ex Bulla Sixti V. incipiente *Paſtoralis*, de anno 1580. cujus memini Ego ipſe *d. alleg.* 12. *n.* 8. *in fin.* & poſt me obſervavit Aloyſ. Ricc. *p.* 3. *dec.* 154. Alii verò abſolutè tenent Clericum penſionem obtinentem fori privilegio gaudere, & hanc partem tuetur Greſc. *dec.* 14. *de ſent. & re jud.* Laſſarte *de decima vendit. c.* 19. *n.* 24. Gig. *de penſion. q.* 28. *n.* 18. Salz. *ad Bernard. in pract. c.* 64. *aliàs* 67. *n.* 10. Villar. *del patronado de Calatayud, p.* 4. §. 3. *n.* 12. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 155. *num.* 11. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Clericus*, §. 2. *dub.* 2. Armend. *tit.* 19. *de foro comp. n.* 5. & 7. à Ponte *tom.* 1. *conſ.* 24. *num.* 13. & *tomo* 2. *conſ.* 36. *n.* 24. Steph. Vveyms *d. tract.* 9. *in fine*, Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 13. & *p.* 4. *alleg.* 57. *n.* 151. & hanc ſententiam veriſſimam credo, ſi Clericus habeat penſionem loco tituli beneficii, ut advertunt Marc. Anton. Cuch. *lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 17. Diana *moral. reſ. p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 3. Squill. *d. c.* 7. *num.* 20. *verſ. ſupradictas.* Vide infrà *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 17. 21

Quoad Clericum verò in minoribus non beneficiatum, ut fori privilegio gaudeat, requiritur, & ſufficit ſecundùm diſpoſitionem Conc. Trid. *d. cap.* 6. unum ex tribus infraſcriptis, videlicet quod clericalem habitum, & Tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſerviat. Vel quod clericalem habitum, & Tonſuram deferens in aliquo Seminario de licentia Epiſcopi degat. Vel quod in habitu, & Tonſura incedens in aliqua ſchola de licentia Epiſcopi verſetur: ita deciſum refert Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 19. *lib.* 1. *de foro compet. num.* 2. Spetel *dec.* 26. *num.* 4. Boët Epo *ad c. clericus.* 6. *quæſt.* 22. *de vita & hon.* Potetit tamen Epiſcopus, ſi velit, ſuum Clericum requiſita non habentem repetere, & in illum animadvertere: quia Concil. Trid. *in d. cap.* 6. duo ſtatuit: alterum, ut juxta priſcos Canones omnes Clerici ſuo ſubſint Ordinario, & quoad hoc nullam qualitatem appoſuit: alterum, ut clerici gaudeant privilegio fori, & in hac appoſuit conditionem, dummodo ſcilicet habeant præfata requiſita. Unde in Clerico illis carente ceſſat quidem diſpoſitio ad ejus favorem inducta, ita ut ille ſuo privetur privilegio, quatenus in ſuum favorem uti velit, nam tamen ceſſat ſubjectio, nec Epiſcopus amittit ſuam ſuperiotitatem, & juriſdictionem, quæ à Clericorum facto non pender, ſed à charactere: quamobrem dictum decretum Con- 22

cilii non obstare Episcopis, quominus jure suo in hujusmodi clericos delinquentes possint animadvertere, fuisse à Sacra Congreg. resolutum testatur Garc. *de benef. p.2.c.2. n.16.* quod idem fuit dictum *in una Bar. 16. Martii 1606.* in hæc verba: *S. Cong. respondit, non gaudere privilegio fori clericos non incedentes in habitu, & tonsura sed non propterea impediri Episcopum, quominus si prævenerit, eosdem clericos punire possit*; & rursus *in una Valentina, 20. Martii 1607.* & aliàs sæpissimè in Sacra Congr. *super controversiis jurisdictionalibus, ut in una Neapolitana, 22. Junii 1618 & in Assisiensi 25. ejusdem mensis, & in Parmensi 9. Novembris ejusdem anni, & in eadem 16. Junii 1629.* & postmodùm Sacra Congregatio Eminentissimorum Card. Concilii Trid. Interpretum sub die 11. Novembris 1630. resolvit Episcopum punire posse Clericum delinquentem, & requisita non habentem, etiamsi Iudex laicus prævenerit, à quo repetere potest, dummodo ille à lege, vel ab homine per declarationem servatis servandis factam non fuerit privilegiis clericalibus denudatus: quæ resolutio fuit à S. D. N. Urbano VIII. canonizata, & approbata.

23 Circa clericalis habitus delationem est sciendum, Clericum in minoribus ad hoc, ut privilegio fori gaudeat, teneri habitum clericalem & tonsuram simul deferre, ita ut non sufficiat gestatio habitus, vel Coronæ, ex regula legis 4. *hac verba, ff. de verb. signif.* docent D. Barbosa *in l. Titia, n. 34. vers. ultima conclusio ff. solut. matr.* Bellet. *disquis. cler. part. 1. tit. de favore Cleric. personali*, § 8. *n.7.* Ciarl. *d. cap. 20. n. 51.* Armend. *d. loco, n. 13.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. 4. p. dec. 154.* Ego ipse *d. alleg. 12. n. 19.* non potest tamen cogi ad illum deferendum, seu reassumendum, *cap. de cleric. conjug.* nisi causativè, quatenus scilicet privilegio fori uti velit, Sperell. *dec. 66. n. 17.* ubi refert ita declarasse Sactam Congreg. Conc. *in una Isernien si, Maii 1606.* cujus resolutionis exemplum authenticum penes se reperiri asserit, prout sequitur: *Sacra Cong. Concilii ad primum respondit, non gaudere privilegio fori Clericos non incedentes in habitu & Tonsura, sed non propterea impediri Episcopum, quominus si prævenerit, eosdem Clericos punire possit. Ad secundum, non posse punire Clericos ex eo, quod dimiserunt habitum. Ad 3. posse illis sacrorum exercitium interdicere, sed non posse præcisè compellere ad reassumendum habitum Clericalem.* Addit idem Sperell. *ibidem num. 28.* Sac. cong. super controversiis jurisdictionalibus in una Casertana, 22. Augusti 1628. respondisse, multò minus illos cogere valere ad suscipiendos Ordines sacros sub pœna privationis privilegiorum fori, & exemptionis.

24 Si enim habitum clericalem, vel Tonsuram dimiserit, privilegium fori penitus amittet, etiamsi priùs eum Episcopus non admonuerit; ut habitum, Tonsuramve reassumat. Ita Cuch. *instit. major. lib. 3. tit. 9. de privil. Cleric. num. 66.* Læl. Zech. *de Republ. Eccl. tit. de Cler. n. 6. vers. amittitur autem* Mar. Ant. *var. res. 48. num. 7.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. dec. 606. in prima edit. aliàs resol. 530. in secunda edit.* Prosp. de Aug. *ad Quarant. verb. habitus clericalis*, me citato Ciarl. *contr. c. 36. n. 49.* Ugol. *de offic. & potest. Episc. c. 12. n. 3. vers. tertiò*, Squillante *d. c. 7. n. 8.* Ego ipse *d. alleg. 12. n. 29.* Quod intelligi debet, quando continuè incederet in habitu laicali, ita ut publicè existimaretur laicus. Farin. *d. q. 8. n. 64.* Ciarl. *contr. forens. 27. n. 50.* Bon. *de*
25 *legib. disp. 10 q. 2. punct. 1 § 4. n. 15.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. p. 4 decis. 154.* Squill. *d. c. 7. n. 9.* quia non ideò fori privilegium amittit, si habitum à se gestari solitum ad breve tempus deposuerit, secundùm Arm. *d. l. 1. de foro comp. num. 2.* nec etiam si illum, ob pauperrtatem gestare non valuerit, aut ob aliam justam causam, *c. Clerici, de vita & hon. Cler.* Ugol. *d. c. 12. n. 3.* Sperell. *dec. 66. n. 18.* Aloys. Ricc. *d. dec. 154. num. 5.* Ego ipse *p. 2. alleg. 9 n. 16.* Navarr. *in sum. Bull. tit. de habitu clericali, n. 6.* ubi *n. 3. & 5.* idem dicit, si propter timorem inimicorum, aut infirmitatem habitum gestare non valuerit. Ciral. *contr. forens. c. 20. n. 64* ubi quod Clericus calvus non tenetur ad faciendam Tonsuram. Squill. *d. c. 7. n. 7.* ubi *n. 6.* subdit quoque idem dicendum, si non deferat Tonsuram ex eo, quia caput rasum est propter calvitiem, aut propter aliam infirmitatem, & in casibus, vel ubi potest conjecturari de non totali dimissione habitus, non amittitur privilegium fori, nisi præcesserit trina monitio specialis nominatim, & in personam facta, ita ut nec unica, nec generalis sufficiat. Gloss. *verb. tertiò, in Clem. 1. de vita, & honest. Cler.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 190. n. 11.* Farin. *frag. crim. p. 1. lit. C, n. 143.* & quod debeat esse specialis in personam nominatim facta ad reassumendum habitum, & Tonsuram, aliàs, &c. ait Glossa *verb. nominatim in d. Clem.* Cov. *d. cap. 32. n. 1. vers. sed.* D. Barbos *in d. l. Titia, n. 35.* Farin. *d. lit. C, n. 140.*

Habitum autem dimittens clericalem potest illum 26
iterum reassumere, non obstante irregularitate superveniente, & Ordinarii prohibitione. Sac. Congreg. Concil. in Mazatiensi, 17. Junii 1630. Et reassumptio habitus clericalis facta restituit quidem privilegia clericalia ex nunc, sed non prout ex tunc, quia medio tempore facta non sunt consideranda ad finem ut tales potiantur clericorum privilegiis. Ita Ciarl. *d. c. 16. n. 52.* quia ob non delationem habitus suspenditur quidem privilegium, non autem prorsus amittitur. Viv. *decis. 512. num. 10. & seq.* Capra *concl. 97. n. 96. cum seqq.* Mar. Anton. *ver. res. lib. 5. res 48. n. 8* Guaz. *de defens. reorum lib. 1. defens. 20. c. 9. sub n. 34.* Sperell. *in dec. fori Eccles. dec. 26. n. 20. cum seqq.*

Et si controversia fuerit orta super probatione 27
habitus clericalis, an scilicet ille, in quo fuit hujusmodi Clericus repertus, sit conveniens, tunc Judex Ecclesiasticus debet cognoscere. Farin. *d. quæst. 8. n. 34.* Mar. Anton. *d. res. 48. n. 1. & 2.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 190. n. 13.* Armendar. *d. l. 1. de for. comp. num. 2. in fin.* Ego ipse *d. p. 2. alleg. 12 num. 16.* Bellet. *disquis. cleric. p. 2. tit. de favore cleric. person. §. 14. n. 4.* Sperell. *dec. 17 à num. 43.* Ambros. *de immun. Eccl. 3. n. 15.* Scacc. *de jud. lib. 1. c. 11. n. 88.* Mol. *de just. tr. 3. disp. 49. n. 11.* Melch. Lotter. Menoch. Bonac. Sanch. & alii, quos refert & sequitur Diana *mor. res. p. 4. tract. 1. res 5.* reprobans Gabr. Pereira *de manu Reg. p. 2. c. 44. n. 3.* contrarium tenentem, Ciarl. *contr. forens. cap. 20. num. 44.* ubi quod Judex Ecclesiasticus cognoscit, an habitus sit secularis: & *num. 42.* quod Judex Ecclesiasticus solus cognoscit, an Clericus gaudeat fori privilegio. Hanc etiam cognitionem, an captus potuerit licitè clericalem habitum dimittere, & arma sumere, spectare privativè ad Judicem Ecclesiasticum, tenet Alex. de Novo *cons. 58. n. 8. & 9.* quem refert & sequitur Sperel. *dict. dec. 17. num. 45.* ubi etiam post Borguin. Cavalcan. *dec. 10. num. 12. cum. seqq. & decis. 21. num. 18. & 21, part. 5.* ac Mar. Anton. *lib. 3. resolut. 48 num. 2.* subdit cognitionem super Tonsura, an scilicet verè adsit, & an licuerit per aliquod tempus illam amittere, spectare ad Judicem Ecclesiasticum, non autem ad secularem; cùm illa respiciat personam, quæ major est vestibus,

& *num.* 47. concludit, quod in ſumma ex quacunque etiam juſta cauſa Judex ſæcularis prætendat Clericum non poſſe privilegio fori potiri, debet viſo titulo ſui Ordinis, illum ad ſuum Prælatum remittere, aliàs per Eccleſiaſticas cenſuras venit compellendus. Ubicumque enim quæſtio acciderit ſuper Clericatu, vel an quis privilegio fori potiri debeat, à Judice Eccleſiaſtico dirimenda eſt, nec laicos in ea quoquo modo ſe intromittere debet, ut probat textus expreſſus *in cap. ſi Iudex laicus, de ſent. excom. in 6.* & per eum tenent Cov. *pract. c.* 33. *n.* 11. *verſ. primum illud.* Rot. *dec.* 202. *aliàs* 3. *de ſent. excomm. in novis*, Maſc. *de probat. concl.* 689. *num.* 7. *cum ſeqq. & concl.* 691. *n.* 3. Farin. *d. q.* 8. *n.* 33. Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. clericus*, §. 3. Mar. Antonin. *var. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 48. *n.* 3. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 180. *n.* 13. *cum ſeqq.* Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 1. *n.* 3257. Cujus textus diſpoſitio procedit etiam in clerico conjugato, Rot. *diſ. deciſ.* 3. *ſi clericus conjugatus, circa fin.* Capell. Tholoſ. *dec.* 117. *Item anno*, Alexand. de Nevo *conſil.* 56. *num.* 6. Bellug. *in ſpeculo Principum, rub.* 11. §. *Nunc videamus*, *num.* 5. Roland. *conſ.* 4. *n.* 53. *lib.* 1. Maſcard. *d. concl.* 682. *num.* 7. Feder. de Senis *conſ.* 235. *n.* 1. D. Barboſa *in l. Titia*, *n.* 34. *ff. ſoluto matr.* ubi *num.* 24. 28. advertit hîc agi mixtim de quæſtione facti, & juris, nempe an quis ſit Clericus, & an ejus tutulus ſit verus, & validus: nec primus articulus, qui eſt facti, per ſe ſolum quicquam facit ſine ſecundo, qui eſt juris; & ideo ne continentia cauſæ dividatur, utriuſque cognitio ad Eccleſiaſticum eſt remittenda. Vide Decian. *in c. decernimus, n.* 136. *de judic.* dum ait quæſtionem facti neceſſariam habere mixturam, & juris quæſtionem, & ratione mixturæ totum judicium ad Eccleſiaſticum devolvi. Grat. *diſceptat. forenſ. c.* 238. *n.* 14. ubi etiam dicit, ſolùm permitti cognitionem ſæculari Judici de facto ſpiritualium, ſi inter Eccleſiaſticum & ſæcularem controvertatur, cujus captus ſubjiciatur jurisdictioni, & tunc etiam ad Eccleſiaſticum propter majorem auctoritatem cognitio ſpectabit. Ozaſch. *deciſ.* 103. *num.* 4. Lancel. *de attent. part.* 1. *cap.* 10. *in praf. num.* 78. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 36. *n.* 12. Covar. Farin. & Mar. Ant. *in citatis locis.* Debebit igitur Eccleſiaſticus cognoſcere, citato ſemper fiſco laico, cæteriſque intereſſe habentibus, ut clarè diſponitur *in d. c. ſi Iudex laicus*, Introl. *ſing.* 1. *n.* 2. *lib.* 3. Farin. *d. q.* 8. *n.* 37. Maſtrill. *dec.* 113. *n.* 16. Steph. Gratian. *d. c.* 390. *num.* 17. & ſic benè faciet Eccleſiaſticus, qui citare fecerit fiſcum, & inſtigatorem etiam in ipſo proceſſu probatorio, & ſtatuerit terminum communem partibus ad probandum, & admiſerit interrogatoria porrecta, licèt ſufficere in ipſa declaratione facienda citationem intervenire, non videatur improbandum, ex auctoritate Caroli de Graſſis *d. effectu* 1. *n.* 1272. Et interim quod apud Eccleſiaſticum pendet hæc cognitio, proceſſus Judicis ſæcularis conquieſcit, nec ultetiùs procedere valet. *d. c. ſi Iudex laicus, in fine*, ibi, *Contra eum interim quivis proceſſus Iudicis, penitus conquieſcat, &c.* Farin. *d. q.* 8. *n.* 35. Nec potetit ſtatuere tempus reo, intra quod propoſitam exceptionem coram Eccleſiaſtico probare debeat; hoc enim excedit limites ſuæ jurisdictionis, nec fas eſt ei ſuo Superiori legem imponere, *c. ex inſinuatione, de appell.* Maſcard. *de probat. concl.* 689. *num.* 1. Bobadil. *in ſua. polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 526.

19 Licentia autem, & mandatum inſerviendi alicui Eccleſiæ, vel degendi in aliquo Seminario, aut verſandi in aliqua ſchola, expreſsè ab Epiſcopo concedi debet, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 76. *n.* 41. Cened. *d. lib.* 4. *n.* 14 & 16. ſufficit tamen, quod fuerit ore tenus, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in praxi rer. fori Eccl. deciſ.* 601. *in prima edit.* aliàs *reſol.* 525. *in ſecunda edit.* quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 12. *n.* 13. & me citato Squillante *d. cap.* 7. *n.* 5. *verſic. qua licentia*, Speteli. *deciſ.* 26. *n.* 16. & tenetur Epiſcopus adſcribere ad ſervitium Eccleſiæ Clericum in minoribus conſtitutum, vel primâ Tonſurâ initiatum petentem adſcribi. Ita S. Cong. Conc. *in Valent.* 19. *Jun.* 1628. 20

Circa ſervitium Eccleſiæ præſtandum ad effectum gaudendi fori privilegio, eſt advertendum, non ſufficere, quod tonſuratus bis vel ter inſerviat Eccleſiæ, quia verba, *inſerviat Eccleſiæ*, quibus Concil. Trident. utitur, non videntur importare ſervitium utplurimùm intermiſſum, ſed potiùs moralem perſeverantiam, ſaltem pro major. parte, ut advertunt alter. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Clericus, pag.* 42. *colum.* 2. Cened. *d. q.* 4. *n.* 25. Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *n.* 1183. Bonacin. *d. diſp.* 10. *q.* 2 *part.* 1. §. 4. *n.* 13. Ricc. *part.* 4. *deciſ.* 111. *n.* 5. Ego ipſe *d. alleg.* 12. *num.* 14. Diana *moral. reſolut. p.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 88. *in med.* ubi *in princ.* ait falſum eſſe, debere ſervire ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis cum ſuperpellicco divinis Officiis. Guaz. *de defenſ. reor. p.* 1. *defenſ.* 20. *cap.* 10. *n.* 35. Maſtrill. *deciſ.* 113. *n.* 13. Speteli. *d. dec.* 26. *n.* 11. ubi *n.* 36. refert deciſum, quod ſi aliquando ſervitium divinum intermittatur, nihilominus clericus gaudere debet fori privilegio, & me citato Squillante *d. cap.* 7. *num.* 12. ubi *num.* 11. hinc reſolvit, ſi aliquo neceſſario impedimento interpolatum fuerit hujuſmodi ſervivitium, non propterea amitti hoc fori privilegium. Debet tamen ſervitium hoc præſtari de præſenti, ut 32
tenent Menoch. *conſil.* 912. *num.* 27. Navar. *in ſingul. Iuris Canon. concluſ.* 92. *n.* 4. Speteli. *d. deciſ.* 20. *num.* 12. Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *n.* 1179. ubi *num.* 1177. reſolvit hoc ſervitium debere omninò conſiſtere in ſpiritualibus, & non ſufficere in temporalibus.

Si autem Clerici hujuſmodi in minoribus Ordinibus conſtituti recuſavetint frequentare ſcholas & Eccleſiam, ſed eſſet probabilis ſpes profectus, 33
non poſſunt privilegio fori privari. Sacra Congr. 34
Conc. in Materanenſi 2. Auguſti 1631. & quamvis communiter teneant Noviores, gaudere hoc fori privilegio Clericum inſervientem alteri Eccleſiæ, quàm illi, cui fuit adſcriptus, vel deſervientem Cappellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio eſſet aſſignata, ut docent Ricciul. *de jure perſonarum extrà gremium Eccleſiæ exiſtit lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 15. Antonin. Diana *reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 54. Aloyſ. Ricc. *d. part.* 4. *deciſ.* 11. *n.* 5. *& deciſ.* 154. *num.* 2. Navar. *in ſingul. Iuris Can. concl.* 92. *n.* 5. Squillante *d. cap* 7. *n.* 13. & 14. hinc inferentes, præcipuè tres ultimo loco citati, hoc tempore adſcriptionem in Eccleſia mandato Epiſcopi non eſſe neceſſarium, ſed ſufficere, quod realiter fiat ſervitium in Divinis, cùm ad id Sac Concil. Trid. habuerit mentem; tamen hoc mihi olim placere non potuit, cum fruſtrà videretur idem Concil. mandatum, ſeu licentiam Epiſcopi exigere, ſi id liceret abſque eo, quod optimè reſolvit Carol. de Graſſis *d. effect* 1. *n.* 177. quem ſequutus fui *d. alleg.* 12. *num.* 14. Verùm hodie coactus ſum recedere ab hac opinione, quia vidi deciſionem Sacræ Congregationis Concil. in 35
Valentina, 29. Jun. 1628. aſſerentem, quod Clericus

in minoribus constitutus Ecclesiæ deserviens, non tamen ex mandato Episcopi, habitum, & Tonsuram deferens, gaudet fori privilegio : & iterum in alia ejusdem S. Cong. 28. Martii ejusdem anni fuit resolutum, quod Clericus incedens in habitu, & Tonsura, descriptus in catalogo Clericorum, qui in Synodo Diœcesana obedientiam præstitit Ordinario, & per paucas vices in choro, & in processionibus interfuit, attentis circumstantiis gaudere debet privilegio fori, quamvis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inserviat, vel Beneficium Ecclesiasticum non habeat. Refert me citato *in hoc loco*, Ant. Diana *moral. resolut. p 4. tr. 1. resp. 2. in fine.*

36 *Ioan. Iacobus Cupeubinus Clericus Romanus, qui primâ Tonsurâ in Vrbe initiatus quatuor minores Ordines Panormi cum dimissoriis Illustrissimi Vrbis Vicarii suscepit, Romam reversus, & habitu clericali incedens, studiis incumbens, Collegium sancti Thomæ frequentavit, & licèt nullies set adscriptus Ecclesiæ, tamen non destitit, diebus præcipuè festivis, & aliis sacrificio Missæ inservire in Ecclesia S. Iacobi Incurabilium, & alibi. Mox causa honoris sororem occidit, dubitatur an gaudeat fori privilegio ? Fiscus respondet eum non gaudere, quia neque beneficium habet, neque est adscriptus Ecclesiæ, neque versatur in scholis de licentia Episcopi, ut requirit Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de reform. Die 30. Iunii 1609. Congregatio Concilii perpendit secundùm ea, quæ proponuntur, in hoc casu concurrere omnia requisita, ut hic Clericus gaudeat privilegio fori; est enim initiatus prima tonsura, incedebat in habitu, & tonsura, & Ecclesiæ inserviebat, imò in schola versabatur, quia publicam Dialecticæ Lectionem in ædibus Sanctæ Mariæ super Minervam audiebat.* Meminit hujus declarationis ; me citato in hoc loco, Torreblanca *de jure spirili lib. 15. cap. 5. num. 38.* Unus tamen supereſt scrupulus, quod nec ad inserviendum, nec ad versandum in schola ulla præcesserit licentia, nec ullum mandatum Vicarii Urbis, ut requirit Concil. *d. cap. 6.* ubi statuitur hujusmodi Clericum privilegio fori potiri, si inserviat Ecclesiæ de mandato Episcopi, vel in scholis versetur de Episcopi licentia. Sed hanc difficultatem sustuletunt duæ antiquæ decisiones Congregationis relatæ, quarum altera declaravit privilegio fori gaudere Clericum minorum Ordinum in habitu, & Tonsura incedentem, inservientemque Ecclesiæ, tametsi absque ullo Episcopi mandato : altera determinavit talem Clericum inservientem alteri Ecclesiæ, quæ ei cui mandaverat Episcopus, ut inserviret, nihilominus gaudere privilegio fori ; nimirum quia qualitas mandati, vel licentiæ est levis, satisque est concurrere, quæ potiora sunt, nempe Tonsuræ delationem, incedere in habitu clericali, & servitium Ecclesiæ, vel commorationem in schola aliqua : itaque cessante mandato, vel licentia satisfit menti Concilii eò tendentis, ut Clericus, qui quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versabatur, nec causâ effugiendi sæculare forum vagus hac, & illac discurrebat, sed Ecclesiæ servitio insistebat, fori privilegio se juvare possit, quæ qualitates in hoc Clerico concurrunt, quamvis non afferatur mandatum, vel licentia Episcopi. Itaque pro certo habentes hunc Clericum fori privilegio gaudere, mandarunt Secretario Illustrissimi Patres, ut eorum nomine alloqueretur Gubernatorem Urbis, ut supersederet in causa, donec res deferri possit ad Sanctissimum. Unde patet licentiam Episcopi non esse de substantia, ut constat ex nonnullis Sac. Congreg. declarationibus, quarum meminerunt Genuens. *in practic. Archiep. Neapol. cap. 7, n. 1.* Prosper. de Augustino *in Quarant. in sum. Bullar. verb. habitus*, Ricc. *de jure personar. lib. 7. cap. 6. num. 15.* Aloys. Ricc. *dec. 111. sub num. 5. & dec. 155. num. 1. p. 4.* Sperell *dec. 16. num. 31.*

Secundò quæro, an, & quando Clericus conjugatus gaudeat hoc fori privilegio ? Respondeo Concil. Trident. *d. cap. 6.* jubere observari Constitutionem Bonifacii VIII. *in cap. unic. de cleric. non conjug. lib. 5.* illo addito, quod hujusmodi Clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem Ecclesiæ serviant, & ministrent, & clericali habitu, ac tonsurâ utantur, ut refert Navar. *in singular. Canon. concl. 93.* novissimè Stephan. weyms *ad constitutiones 24. ex Iure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 9. num. 16. cum seqq.* Felician. de Vega *ad cap. 2. de foro compet. à n. 18.* Gabr. Pereira *de manu Regia part 2. cap. 26. num. 1. vers. clerici autem*, latissimè Ciarlin. *controvers. forens. cap. 52.* Lezana *in sum. tom. 5. verb. clericus, num. 20. vers. excipe tertiò.* Ansald. *de jurisd. Eccles. part. 2. tit. 11. cap. 8.* Quæ quidem Constitutio tribus modis privilegium hoc restringit : primò, si cum unica, & virgine contraxerit, quod & tradunt Ordin. Regia Lusitana *lib. 1. tit. 1. l. 27.* Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 10. n. 4.* Curia Philip. *part. 3. §. 1. n. 6.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 1.* Camill. Borell. *in sum. omn. dec. tit. 6. de Cleric. conjug. num. 24.* Catol. de Grass. *dict. effectu 1. num 8.* Ego ipse *dict. part. 2. alleg. 12. num. 26.* Quod autem cum unica & virgine contraxerit, spectat cognitio ad Judicem Ecclesiasticum. Rota *dec. 3. de sentent. excomm. in novis*, Nav. *in sum. Bullar. tit. de assassin. num. 2.* Secundò si vestes clericales deferat, & Tonsuram, ut observant Farinac. *dict. q. 7. à n. 64.* Scacc. *de judic. part. 1. c. 11. num. 20. & 82.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 44. à princ.* Carol. de Grassis *dict. effectu 1. num. 84.* Ego ipse *dict. allegat. 12. num. 27.* Ciarlin. *dict. cap. 53. num. 16. cum seqq.* ubi *n. 17.* post Sanch. *d. disp. 46. num 6.* ait sufficere gestare vestes, quibus uti solent alii clerici conjugati ejusdem regionis : & *n. 19.* quod vestis an sit clericalis, cognitio est Judicis Ecclesiastici. Tertiò in criminalibus tantùm, sive civiliter, sive criminaliter pro crimine agatur, non autem in merè civilibus, ut tenent Covar. *pract. c. 31. n. 6.* Farin. *d. q. 8. n. 7.* Azeved. *l. 2. tit. 4. lib. 1. novæ Recop.* Sanch. *d. disp. 46. num. 22.* Tapia *lib. 1. de jure Regni, fol. 34.* Cened. *dict. lib. 1. q. 5 num. 1. 8. & 16.* Ludov. Correa *in repet. c. inter alia, de immun. part. 2. n. 33.* Paul. Layman. *in Theologia moral. lib. 4. tract. 2. cap. 8. num. 5.* Gabr. Pereira *de manu. Regia part. 4. cap. 26. num. 10. versic. ultimò*, Donat. Anton. de Marinis *quotidian. resol. cap. 5.* Ego ipse *dict. allegat. 17. num. 25.* & Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, sub die 10. Februarii 1618. declaravit, quod Clerici conjugati juxta sacrorum Canonum, & Concil. Trident. dispositionem privilegio Canonis, & fori in criminalibus duntaxat gaudeant, non autem in civilibus : quodque consuetudo in contrarium prætendi non potest, præfati Concilii dispositione stante cum decreto irritante : & antea S. Cong. Conc. sub die 13. Februarii 1610. censuit, *Clericos conjugatos præditos qualitatibus requisitis, tam dictâ constitutione Bonifacii VIII. quàm Decreto Concil. Trid. d. cap. 6. non gaudere privilegio fori in civilibus, nisi ubi de crimine etiam civiliter agereturi sed illos ob tales causas civiles à crimine non descendentes, non posse à Iudicibus laicis*

37

38

in

in carcerem conjici, aut personaliter distringi. Verùm decisio illa Sacræ Congregationis Episcoporum videtur præjudicialis, dum ait, *consuetudinem in contrarium prætendi non posse*; & ideò ab ea meritò recessit Sacra Congregatio immunitatis, sub die 27. Februarii 1630. decidens Clericum conjugatum gaudere fori privilegio in civilibus, ubi adest consuetudo, prout in regno Neapolitano.

Contra Camil. Borel. *in specul. Princ. rub.* 11. §. *videamus*, *lit. A*, Cæpol. *in cons. crimin.* 10. *vers. super tertio*, Carol. de Graff. *d. effect.* 2. *n.* 181. Zanard. *in directorio Confessorum, part.* 1. *de Sacramento matrimonii, cap.* 23. *quæst.* 24. Cevall. *in tract. de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 73. *num.* 4. Matt. *de jurisdictione, part* 4. *cent.* 2. *casu* 159. *n.* 5. Aloys. Ricc. *in decisionib. Curiæ Archiepiscopalis Neap. part.* 3. *dec.* 170. *& part.* 4. *dec.* 320. *num.* 5. Duard. *in Bullam. Cœnæ, lib.* 2. *canon.* 16. *q.* 4. *concl.* 5. *num.* 12. Antonin. Diana *ref. moral. part.* 2. *tract.* 2. *resol.* 50. *& part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 78. Anton. de Marinis *quotid. resol. cap.* 50. *num.* 2. Torreblanca *de jure Spirit. lib.* 15. *c.* 6. *num.* 55. Ciarlin. *controv. forens. cap.* 53. *num.* 34. ubi *num.* 38. pro hac parte refert S. Congreg. Immunitatis decisionem. Bonac. *de censur. in Bullam Cœnæ, disput.* 1. *q.* 16. *puncto* 3. *num.* 3. Squillant. *dict. cap.* 7. *num.* 7. existimantes non solùm in criminalibus, sed etiam in civilibus, ubi nullus est timor incarcerationis, eos gaudere fori privilegio.

39 Fori privilegio gaudet Subdiaconus, qui in vim Apostolicæ dispensationis cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones Ecclesiasticas obtinet. Sac. Cong. Concil. sub die 24. Martii, & 17. Septembris 1618. Dian. *part.* 5. *in fine, in declar. n.* 20.

40 Tertiò quæro, qui hoc fori privilegio ultra Clericos gaudeant? Respondeo, potiri Regulares omnes professos, eorum Conversos, & novitios similiter, & Moniales, earumque conversas, & novitias, juxta ea, quæ suprà diximus agentes de privilegio Canonis: de his omnibus egimus *dict. part.* 2 *alleg.* 2. *n.* 37. *&* 38. Ludovicus Correa *in repet. dicti cap. inter alia, part.* 2. *n.* 51. Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 9 Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 8. ubi de novitiis, Gabr. Pereira *de manu. Reg. part.* 2. *cap.* 47 *n.* 2. Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 2. *cap.* 8. *n.* 7. De novitiis delinquentibus anno novitiatus, quod fori privilegio gaudeant, Oviedo *in praxi Reg. part.* 1. *in tract.* 6. *c.* 2. *q.* 2. Stephan. Grat. *March. dec.* 35. *n.* 10. Barthol. de Vecchis *in praxi novit. disp.* 12. *dub.* 11. Tamb. *de jure Abbatum tom.* 3. *disp.* 6. *q. ult. à n.* 1. Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 1 *lib.* 5. *part.* 4. *tract.* 2. *dec.* 5. ubi latè, & *num.* 3. post Dianam & ab eo citatos, *moral. resol. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 54. resolvit, Novitium si delictum committat tempore novitiatus, & habitum dimittat, ac ad sæculum redeat, non posse puniri à Judice sæculari: & *p.* 6. *tract.* 8. *resolut.* 6. tenet, quod impubes ad Religionem ante pubertatis annos admissus, quamvis non sit propriè novitius, nihilominus vocatur novitius, & gaudet fori privilegio, de quo etiam Laurent. de Franchis *de contr. inter Episcopos & Reg. in variis quæst.* 47. ubi id intelligit, nisi juxta Religionis institutiones impubes admitti nequeat, ita ut admissio irrita sit, quia cùm admissio non valeat, nullo privilegio admissus esset, etiam à parentibus oblatus, quia nec impropriè tunc est novitius, donec adepto rationis usu consentiat.

41 De Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis Sancti Francisci idem quoque dicendum, si habitum Religiosum gestaverint, atque collegialiter vixerint, seu claustraliter inhabitaverint, & non aliàs, juxta Constitutionem Leonis X. quam refert Quarant. *in sum. Bull. verb. privilegia Regularium.* Ita citati per me *dict. alleg.* 12. *num.* 41. quibus addo Anton. Hering. *de fide jussor. c.* 7. *n.* 248. plures per Ansald. *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 12. Ciarlin. *controvers. forens c.* 18. *n.* 4. *cum seqq.* & præcipuè *n.* 16. Bossi. *de triplici Iubilæi privilegio, sect.* 3. *casu* 22. §. 6. *n.* 59. Tambur. *d. jure Abbatiss. disp.* 7. *q.* 3. *& disp.* 17. *q. ult. n.* 2. Grilenzon. *cons.* 49. Francisc. de Castillo *Siciliæ dec.* 88. Aloys. Ricc. *in collect. dec. part.* 4. *coll.* 1051. Gabr. Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 47. Parlad. *differen.* 8 §. 1. *n.* 5. Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 17. Squillante *d. c.* 7. *n.* 42. ubi post Aloys. Ricc. *part.* 2. *dec.* 88. & Dianam *ref. mor. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 84. subdit ex constitutione ejusdem Leonis Sorores dicti tertii Ordinis habitum gestantes, etiam in propriis, aut consanguineorum domibus, vel seorsim habitantes, hoc privilegio gaudere: vide quæ dixi infrà *hoc lib. c.* 43. *vers. quoad Tertiarios*, & eundem Dianam *part.* 4. *tr.* 1. *resp.* 31. *vers. notandum*, Anton. de Marinis *quotid. resp. c.* 114. *n.* 11. Navarr. *de elect. fori sect.* 1. *q.* 66. *n.* 13. *in ult. edit. & in lucerna Reg. verb. Tertiarii*, Anton. Nov. ejus frater *in sum. Bullar. tit. de Tertiariis, pag.* 578. *cum seqq.* ubi refert Sacræ Congr. Conc. decretum sub die 20. Decembris 1616. circa statum Tertiariarum privilegia, in quo dicitur ab Ordinarii jurisdictione exemptos esse Tertiarios, si viri collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub habitu vitam traduxerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, seu seorsim habitantes. Eandem declarationem ad longum refert Ciarlin. *dict. c.* 18. *num.* 22. vide latè de Tertiariis Lezana *in sum. quæst. Reg. tom.* 2. *cap.* 14. *per tot.* Diana *mor. resp. part.* 6. *tract.* 8. *resp.* 30.

Nec obstant fundamenta, quibus verè Religiosos esse, ac subinde personas Ecclesiasticas, & privilegio exemptionis à potestate sæculari gaudere, indistinctè contendunt Bart. *in l. semper, § quibusdam, ff. de jur. immunit.* Petr. de Ubald. *de portion. canon. quæst.* 17. *n.* 13. & alii, quibus magis assentire videtur Perez *l.* 9. *vers. contrarium, tit.* 4. *lib.* 4. *ordinam.* Matt. *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 113. *n.* 36. & constanter Fr. Emman. *quæstionum Regul. tom.* 2. *q.* 65. *art.* 2. & alii, quos ad utramque partem confundens magis, quàm resolvens refert Card. Tusc. *tom.* 4. *lit. F. concl.* 470. *per tot.* & latiùs quàm omnes ex professo viginti conficiens argumenta pro hac parte, P. Joan. Capist. *in tract.* quem insertipsit, *Defensorium tertii Ordinis D. Francisci.* Nam ferè omnes in illum scopum dirigunt, ut probent hujusmodi Fratres regulam habere à Sede Apostolica approbatam, & ut tales Religiosas personas censendas esse, quia ejusdem Capistrani argumenta primum, quartum, quintum, sextum, & octavum cum quatuor sequentibus solùm concludunt in verè professis, vel qui aliàs modum habeant vivendi approbatum à Sede Apostolica: minimè verò inde sequitur, privilegio exemptionis à potestate sæculari gaudere, si se non transferant in totum ad Monasterium, juxta textum *in c. cum & plantare*, §. *de Confirmibus, de privil.* 42

Ad discursum autem ejusdem Capistr. *in* 7. *argumento*, cui plurimùm defert Fr. Emman, quod licèt non sunt verè Religiosi, non tamen sunt puràlaici, sed magis assimilantur Religiosis, quia certam

profitentur regulam approbatam à Sede Apoſtolica. Reſpondetur aliquo modo hoc applicari poſſe Fratribus, & Sororibus prædictis, quando in communi vivunt, minimè verò illis, qui in domibus ſuis, & in ſuis proprietatibus remanent; nullam enim figuram religioſæ vitæ exprimunt: majorem colorem habere videntur duo argumenta, quæ mover idem Capiſtran. Primum ex textu *in c. aliud 11. q. 1.* quod reperitur *in cap. aliud, de Pœnit. diſt. 1.* ubi Leo Pontifex probat Pœnitentes Eccleſiaſtico judicio eſſe ſubjectos. Unde arguit à fortiori iſtos tertii Ordinis, qui regulam Pœnitentiæ profitentur, & ideò appellantur Fratres Pœnitentiæ, Eccleſiaſticæ poteſtati ſubjectos eſſe. Sed reſpondetur contrarium in Pœnitentibus eſſe receptum. Jura enim illa minimè probant, quod ex illis vulgò colligitur, ſed ſolùm dant conſilium, quod melius eſt Pœnitentibus expetere Eccleſiaſticum, quàm ſæculare judicium, ſupponendo ſcilicet terminos habiles, ultra varios intellectus, quos latiſſimè proſequitur Covar. *practic. cap. 34. num. 4.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. c. 9. 35.* Simanch. Rojas, Azeved. & alii, de quibus Cened. *ad Decretum collect. 34.* Alterum eſt ex textu *in cap. qui verè*, juncta Gloſſ. *verb. ſolitarium*, 19. *quæſt. 1.* dum probat Eremitas, qui nullam habent regulam, vel certum vivendi modum ab Eccleſia approbatum, exemptos eſſe à ſæculari poteſtate. Nam reſpondetur contrarium receptius, & longè verius eſſe, ut optimis rationibus comprobat poſt Lignan. alios Abb. *in c. 2. n. 10. de foro compet.* & praxi receptum poſt Aufrer. teſtatur Covar. *d. c. 34 n. 4. verſ. ſecundò*, intelligens dictum caput *qui verò*, de Eremitis, qui aliquam profitentur Religionem, quales erant omnes olim, ut tangit Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 18. num. 5.* & de Machario, & Alexio refert Gloſſ. *verb. ſancti, in cap. 2. de converſ. conjug.* idque ſonat particula illa, *ſolitarium*, quâ utitur textus juxta veram Monachi etymologiam, de qua *in cap. placuit, 16. quæſt. 1.* quamvis varios caſus fruſtrà, & abſque neceſſitate diſtinguat Decian. *dict. c. 9. à num. 32.* Conſtitutio autem Leonis X. magis noſtram confirmat diſtinctionem, ſi ponderemus illa verba, *Tertiarii regulariter viventes, ſeu cum clauſtralibus habitantes*, &c. quæ apertiſſimè oſtendunt maximæ conſiderationis eſſe in hoc propoſito collegialiter, & in communi vivere, vel extra clauſtra in proprtiis domibus.

43 De mulieribus, quæ in aliquibus domibus ſe recludunt, ut pœnitentiam agant, & orationi, liberiuſque Deo vacent, ſi communem vitam ducant in communi poſſidentes ſub unius Superioris obedientia, negandum non eſt eas privilegio fori gaudere, etiamſi nullam emittant profeſſionem, non ita reliquas, quæ in domibus ſuis privatam ducunt vitam, quod probatur in primis ex dicta principali diſtinctione, & notabiliter ex textu *in c. indemnitatibus, §. ſupradicta, de elect. lib. 6.* ut ex Marian. *in cap. 1. n. 16. de foro compet.* notat Decian. *d. c. 9. num. 39.* & ex aliis receptum teſtatur Duen. *reg. 99. ampl. 3.*

44 De Oblatis jure attento nihil certi firmare poſſumus, ſed diſtinguere oportet; non enim illorum uniformis eſt modus, nec certa regula. Aliquando ſe, & ſua offerunt Religioni; aliquando ſe, & non ſua; aliquando ſua, & non ſe; aliquando bona omnia, aliquando eorum partem, ut colligitur ex textu *in dict. capit. privilegia, verſic. ſuos, de privil.* & benè advertit latè explicans Card. *conſ. 21. à num. 2.* Abb. *conſ. 102. n. 1. part. 2.* Boer. *deciſ. 20. n. 7.* latè Carol. Tapia *in Anth. ingreſſi, C. de ſarroſ. Eccleſ. verb. ſua cap. 10.* latè me citato *in hoc loco*, Joan. Anton. Novar. *in lucerna Regular. verb. oblati.* Card. Tuſch. *lit. O, concluſ. 16. num. 10.* Circa primos, qui ſe, & ſua offerunt Monaſterio, an perſonæ Eccleſiaſticæ cenſeantur, & Eccleſiaſtici fori privilegio gaudeant, nota eſt difficultas, & non levis inter ſcribentes controverſia; nam ſufficere, quod ſe & ſua Monaſterio offerant, probari videtur *c. cùm & planiùs, §. de Confratribus, de privil.* à contrario ſenſu, dum hoc negat in illis, qui ſe Religioni in totum non tradiderunt: ſed expreſſiùs *ex dict. cap. ut privilegia, verſ. hoc autem*, dum decidit ſufficere ad effectum, ut confratres gaudeant Religionis privilegio, quod manentes in ſeculo Ordini ſint oblati, mutato habitu ſæculari, vel quod bona ſua dent Religioni inter vivos, retento ſibi uſufructu: & deinde, quia in hoc eodem propoſito Converſos, & perpetuò Oblatos æquiparat textus *in cap. per exemptionem, de privileg. in 6. Clem. 1. in fine, de decim.* Ex quibus ita expreſsè per longas diſtinctiones concludit Boic. *in d. c. ut privilegia, n. 4* ſequitur Abb. *conſ. 53. num. 2. p. 1.* & parum in hoc ſibi conſtans Card. Tuſch. *d. concl. 16. n. 16.* Contrarium tamen ſententiam, quod non ſufficiat quempiam ſe, & ſua Religioni, etiam mutato habitu tradidiſſe, ſi in ſæculo maneat, ſed oportere, quod in totum ſe, & ſua Religioni tradat, & ad Monaſterium ſe transferat, & in eo inſerviat, tenent Doctores communiter; ita enim ex profeſſo reſolvit Card. *dict. conſil. 21.* Paul. de Caſtro *conſ. 69. p. 1.* Capell. Tholoſ. & ibi Aufrer. *dec. 8.* quos ſequitur Tuſch. *dict. conſ. 16. num. 15.* & eſt de mente Gloſſ. *verſ. mutato habitu, in d. c. ut privilegia*, dum reſolvit hujuſmodi Oblatos, qui mutato habitu in ſæculo remanent, lato modo Eccleſiaſticas dici perſonas, & eſt recepta communiter ex adductis per Covar. *in cap. alma, p. 2. §. 2. n. 8.* quem refert, & benè explicat Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 123. artic. 1.* & deducitur ex declaratione illuſtriſſ. Cardin. Sac. Conc. Trid. Interpretum ſuper decretum *ſeſſ. 24. de reform. c. 11.* qui agentes de Oblatis Religioni ſancti Joannis Hieroſolymitani, reſponderunt, quod non inſerviens actu Militiæ, nec inſerviens in ejus domo, nec ſub illius obedientia, ſi non probaverit in ea legitimam profeſſionem emiſiſſe, non debet ejus privilegio gaudere. Ex qua declaratione colligit Marta *de juriſdict. part. 4. caſ. 134. n. 37.* requirere illuſtriſſimos Cardin. quod ſic Oblati, ut gaudeant privilegiis Eccleſiaſticis, ſe, & ſua Religioni offerant, & perpetuò ſtent, ſerviant Religioni: & pro hac reſolutione inquit Cardin. eſſe caſum clarum, non calumniando, *in c. pen. de privileg.* ubi ex eo ſolùm, quod Fratres, ſeu Confratres in domibus ſuis remanſerunt, concludit privilegio Eccleſiaſticæ exemptionis non gaudere. Vide Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ. 88.* Duard. *in Bullam. Cœnæ, lib. 2. canon. 15. q. 7. concluſ. 3.* Squillante *de privil. clericor. cap. 7. dub. 1. num. 43.* Donat. Ant. de Marinis *quotid. c. 114. n. 6.* Diana *moral. reſol. p. 4. tract. 1. reſol. 31.* Giurb. *conſ. 21. n. 9.* Gab. Pereira *de manu Reg. p. 2. cap. 47. n. 2.* latè Carol. Maranta. *tom. 3. reſp. 61. & 62.*

Nec retenta hac ſententia obſtat textus *in d. cap.* 45 *ut privilegia*, facilè enim reſpondet Card. quod procedit ſolùm ad effectum, ut Confratres, ſeu Oblati gaudeant privilegio Eccleſiaſticæ ſepulturæ interdicti tempore; ad hoc enim ſufficit, quod modo prædicto bonorum ſuorum donationem faciant

Reli

Religioni; quoad fori verò & exemptionis privilegium, non ita: quem verum intellectum fatetur ipse Bonac. & alii, de quibus Henriquez *lib.* 14. *c.* 48. §. 3. *junctâ lit. D.* Ad æquiparationem verò Conversorum, & Oblatorum in dictis juribus, respondetur intelligendam esse juxta prædictos terminos de Oblatis, qui se & omnia sua Monasterio tradiderunt, ad illud in totum se transferentes, ut innuitur *dict. cap. per exemptionem*, ibi, *perpetuò oblati*: & clariùs *dict. Clem. 1. in fine*, ibi, *dum tamen illi Religiosi eisdem cum effectu donaverint, & obtulerint se, & sua*, &c. *d.* §. *de Confratribus*, ibi, *omninò reddiderint, &c. d. cap. pen.*

Cùm in sacra Congregatione Cardinalium Concil. Trident. Interpretum, S. D. N. propositum esset infrascriptum dubium, *An Oblati alicujus Religionis judicandi sint personæ Ecclesiasticæ, adeò ut fori privilegio, & immunitate à vectigalibus gaudeant? Congregatio dubio semel atque iterum proposito, ac examinato, censuit Oblatos privilegio, ac exemptione ita demùm debere potiri, si in forma juris validè, perpetuò & irrevocabiliter, plenè, & cum effectu seipsos, & bona sua omnia, præsentia, & futura, nullâ prorsus, quamvis minima eorum portione, neque in proprietatem, neque in usumfructum sibi reservatâ, Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutaverint. Quod si omnia prædicta simul non currant, neque fori privilegio, neque immunitate à secularibus exactionibus frui posse, ut in sequentibus casibus.*

Primò, cùm quis obtulit personam cum reservatione bonorum.

Secundò, cùm obtulit personam, nullâ bonorum factâ mentione; quippe non includuntur in simplici oblatione personæ.

Tertiò, cùm obtulit personam, & aliquam tantùm partem bonorum, quamvis majorem.

Quartò, cùm obtulit bona omnia præsentia, & personam, reservato usufructu.

Quintò cùm obtulit personam, & bona omnia præsentia tantùm.

Sextò, cùm obtulit personam, & bona omnia præsentia, & futura, sed postea Superiore Religionis aliquam eorum partem, quamvis minimam, in emphyteusim recepit.

Septimò, cùm obtulit bona, vel omnia, vel partem rum, absque persona, quo casu personam offerentem fori privilegio non gaudere, sed bona in Religione cum effectu translata esse immunia à vectigalibus, dummodo offerens usumfructum eorum sibi non retineat; eo namque casu bona immunia non esse, etiam quoad proprietatem.

His tamen omnibus casibus, quibus Oblati à privilegio, & exemptione à jure communi excluduntur, servandam esse cujusque regionis consuetudinem, cujus vigore ipsi tale jus privilegii, vel exemptionis ac quisivissent.

His positis propositâ deinde facrum alia dubia.

Primò, an Oblati, qui omnia supradicta adimplevint, fori privilegio, & supradictâ exemptione gaudeant, quamvis matrimonio copulati sint, sive ante, sive post oblationem contraxerint?

Secundò, an tales Oblati fori privilegio gaudeant, etiam quoad delictum ante hujusmodi oblationem commissum, cujus ratione à judice laico erant puniendi?

Tertiò, an jurisdictio, quæ vigore Concil. Trident. c. 11. *sess.* 24. *competit Ordinario in Oblatos carentes qualitatibus expressis ibidem in vers. exceptis, intelligatur tributa Ordinario in Oblatos cumulativè, vel privativè ad Superiores Regulares?*

Quinto, an jurisdictio ex eodem Concilii Decreto tributa fuerit Ordinario in criminalibus tantùm, an verò etiam in civilibus?

Ad has posteriores dubitationes S. Cong singillatim in hunc modum respondit.

Ad primum, gaudere, sive ante, sive post de licentia superioris Religionis matrimonium contraxerint.

Ad secundum, gaudere privilegio fori, & jurisdictione Judicis laici liberatos esse, punirique debere à Judice Ecclesiastico, si modò absque fraude, id est non animo effugiendi secularis Judicis punitionem, se, & sua obtulerit: quod si fraus subsit, posse à Judice laico puniri pœnâ confiscationis bonorum, & aliâ pecuniariâ, sed non corporali, illique remanere subjectos quoad causam, & bona; sed non quoad personam, debere tamen Judicem Ecclesiasticum, si delicti qualitas id exposcat, tradere tales in fraudem oblatos sæculari corporaliter puniendos.

Ad tertium respondit in Oblatos carentes qualitatibus expressis in vers. exceptis, tributam esse Ordinario jurisdictionem cumulativè, non privativè ad Superiores Regulares.

Ad quartum, hujusmodi jurisdictionem Ordinario tributam esse in criminalibus tantùm, non autem in civilibus.

A. Card. Vicecomes Joannes Franciscus Fagnanus S. Cong. Concil. Secretarius.

De Eremitis, qui ex speciali obligatione, & quasi traditione, per Episcopum alicui Ecclesiæ, vel loco sacro dicati sunt, quod fori privilegio gaudeant, est dicendum: secus autem esset, si non fuissent adstricti alicui regulæ, nec subessent alicui Ecclesiastico Superiori, ut resolvunt Doctores per Gutier. *de gabell. quæst.* 95. Parlad. *sesquicent. differ.* 9. § 1. *n.* 4. Donat. Anton. de Matinis *quotid. resol. cap.* 114. *num.* 8. Dianam *moral. res. p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 35. Lezana *in sum. qq. Regul. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 5. Novar. *in praxi variat. fori, sect.* 2. *q.* 67. Carol. de Graff. *d. effect.* 1. *n.* 106. Bonac. *de censur. in Bullæ Cœnæ, disp.* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 4. Paul. Laymar. *in Theolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. Ugolin. *de offic. Episcop.* 210. §. 12. Aloys. Rice *in praxi aurea, resol.* 149. Squillante *d. cap.* 7. *n.* 44. Matt. *de Jurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *cas.* 113. *n.* 1. Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15. *q.* 6. *per tot.* Hieron. Roder. *in compendio qq. Regul. resol.* 61. Laurent de Franchis *de controv. inter Episcopos & Regul. in quæst. diversi. quæst.* 41. *pag.* 155. ubi licèt videatur sentire Eremitas de foro Ecclesiæ esse, cum intelligere debemus de iis, qui sunt sub obedientia Episcopi, juxta textum *in c. aliud* 10. *q.* 1. quem allegat latè & eleganter D. Ricciul. *Ecclesiast. lucub. lib.* 3. *cap.* 3. *cum seqq.* novissimè Ansald. *d. jurisd. Eccl. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 11. 45

De Militibus sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, sancti Stephani, sancti Lazari, & similibus, quod hoc fori privilegio gaudeant ex Pontificiis Constitutionibus Alexandri III. & aliorum, tenent Motta *de confirmatione Ordinis sancti Jacobi, lib.* 1. *cap.* 1. §. 8. *probat.* 6. *n.* 6. & 7. & §. 9 *probat.* 7. Navarr. *cons.* 12. *de Regular.* Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib* 2. *cap* 1. *num.* 10. Carol. de Graff. *d. effectu* 1. *num.* 109. licèt *num.* 115. dicat, quod in Regnis Siciliæ, & Neapolis hoc non servatur. Franc. Molin. & Mich. Carranza apud eundem Mottam *d. lib* 2. *cap.* 2. §. 32. *n.* 31. & 43. Valasc. *cons.* 108. *n.* 27. & *cons.* 130. *à num.* 3. Cevall. *de cognit.* 46

per

*Per viam violentiæ, part.*2. *q.*149. *n.*23. Maſtril. *Sicilia dec.*180. *num.* 163. *tom.* 3. noviſſimè Hieron. Roderic. *in compendio qq. Regul. reſol.* 28. *num.* 1. Squillante *d. c.*7. *num.* 46. *cum ſeqq.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.*2. *can.* 13. *q.*5. *à num.* 9. Novarr. *qq. forenſ. p.*1. *q.*42. *& de elect. fori ſect.*3. *q.*69. *num.*31. *in ult. edit.* Joan. Sanch. *in ſelect. diſp.*49. *n.*13. Diana *moral. reſol. part.* 3. *tr.*1. *reſ.* 61. *& part.* 4. *tr.* 1. *reſ.*86. Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 2. *cap.* 59. *num.*27. Sperell. *in deciſ. fori Eccleſ. dec.* 2. *n.*97. *& dec.*21. *n.*37.

47 Unde non licet Judicibus ſæcularibus cognoſcere de eorum cauſis, eo quòd ſint exempti ab eorum jutiſdictione; habent enim Iudices Conſervatores, qui de illis cognoſcunt, prout de cæteris Regularibus, Motta *in d. tract. de confirmat. Ordin. S. Iacob. lib.*2. *c.*1. *§.*9. *&* §.32. *num.* 31. *&* 43. Valaſc. *conſ.*108. *num.* 27. Flores de Mena *var. lib.*2. *q.*21. *§.*15. *num.*225. Cabed. *Luſit dec.* 61. *n.*6. *p.*1. Ceval. *de cognit. per viam violent. p.*1. *q.*149. *num.*1. *cum multis ſeqq.* ubi *n.*20. teſtatur hanc ſententiam in praxi obſervatam apud ſuprema Regia Tribunalia, & in certa cauſa fuiſſe reſolutum, Iudicem Conſervatorem, qui fulminavit interdictum, eo quòd quidam Eques detinebatur à Curia ſæculari, non feciſſe violentiam, & cauſam unà cum dicto Equite remiſſam fuiſſe, refert & ſequitur noviſſimè Sperell. *in dec. fori Eccleſ. dec.* 2. *n.*97. Hinc Sacra Cong. *Immunitatis Eccleſ. in una Aſſiſienſi, de menſe Decembris* 1627. *annuente S. D. N. mandavit Equitem Placiam Bentium, Militem Chriſti ad forum Eccleſiaſticum eſſe remittendum.* Refert Sperell. *d. dec.*2. *n.*121. Per Navarr. *conſ* 13. *de Reg. Die* 25. *Decembris* 1627. *in eadem Congr. in cauſa Mantuana, & dubio, an Equites Religionis Chriſtiana ſint exempti à juriſdictione laicali? Sacra Cong. cenſuit Equitem inquiſitum & carceratum à Miniſtris Ducalibus, conſignari Epiſcopo Mantuano unà cum originali proceſſu facto, quamvis nullo, qui ut delegatus cauſam cognoſcat: audito procuratore Ducali, & facta conſignatione, ut ſuprà, abſolvantur Dux & omnes complices ab Epiſcopo.* Refert idem Sperell. *citato loco.* At in cauſis civilibus, & in iis in quibus deliquerint, reſpectu officiorum Rectorum, Correctorum, Magiſtratuum, aut aliorum, quæ ab ipſis adminiſtrantur, tanquam meræ ſæcularibus, & in delictis gravibus, ratione quorum privilegium fori amittunt, apud Iudicem ſæcularem conveniri poſſe exiſtimarunt Fr. Emman. *qq. Regular. tom.* 2. *q.*2. *art.*2. *& tom.* 1. *q.*13. *art.*2. *verſ. ex qua Bulla,* Perez *lib.*1. *tit.*1 *lib.* 4. *Ord. col.* 1319. Avend. *de exequend. mand. lib.*2. *c.*2. *n.*11. *ad fin.* Bobad. *in ſua Politica, lib.*2. *c.*19. *n.*12. quos refert Hieron. Roder. *d. reſol.* 28. *n.*1. de quo latè Sperell. *d. dec.* 2. *à num.*125.

48 Utrùm autem non adhuc profeſſi prædictos Ordines Militares eodem fori privilegio gaudeant, ſolet ab aliquibus in dubium revocari; Verior ſententia tenet gaudere, quam tuentur Cur. Philip. *part.* 3. *§.*1. *num.* 13. Motta *d. lib.* 2. *cap.*2. *§.*8. *n.*3. *pag* 248. & fuiſſe in Regio Luſitaniæ Senatu judicatum refert Parens meus *in comment ad Ordin. Regiam Luſitan. lib* 2. *tit.*12. *§.*1. *num.* 2. reſolvunt Nov. *forenſ. q.*42. *à num.* 5. *part.*1. *& de elect. fori ſect.*2. *q.*66. *n.*29. Valenz. *conſ.* 95. *num.* 53. Rovit. *conſ.*96. Diana *moral. reſ. part.*4. *tract.*1. *reſp.*36. *& part.*1. *tract.*2. *reſp.*49. *in fine, & p.*3. *tract.*2. *reſ.*30. *verſ.*4 *part.*5. *tr.*1. *reſp.*18. Sperell. *d. dec.*2. *num.*130. Carleval. *de judic. lib.* . *tit* 2. *diſp.*2. *q.*6. *ſect.*3. *à n.*259. Ricc. *in praxi, part.*4. *reſp.* 181. per textum *in c. Religioſo,* §.1. ubi Archid. *de ſent. excomm.* Jaſ. *in l. cùm quadam, num.* 13. *ff. de juriſd. omn. judic.* Tiraq. *de retract. lignag.* §.1. *gloſſ.*8. *n.*21.

Contra Fr. Emman. *quæſt. Reg. tom.*2 *quæſt.* 62. *art.*14. Bobald. *in ſua Politica, lib.*2. *c.*18. *n.*86. *& c.*19. *n.*16. Maſtrill. *d. dec.*20. *n.*166. Cened. *de pauperi. Relig. dub.*50. *num.* 20. *in fine,* Gabr. Pereira *d. part.*2. *c.*58. *n.*27. *verſ. illud ſemper,* & in parte Seraph. *dec.* 549. exiſtimantes hujuſmodi Milites non profeſſos, exemptione, ac fori privilegio minimè gaudere.

Non enim negari poteſt hujuſmodi novitios Ec- 49
cleſiaſticos eſſe perſonas, ut de cæteris aliarum Religionum diximus ſupra, quamvis illis uti Clericis, ſeu Religioſis hoc privilegium competere, non eſſe dicendum minimè dubitemus auctoritate Rotæ *in una Trullerſi penſionis,* 23. *Novembris, &* 28. *Iunii* 1596. *coram bona mem. Peña,* quæ irritam, & nullam judicavit tranſlationem in non Clericum factum, non obſtante quod actu eſſet novitius Religionis Calatravæ, cujus meminit Anton. Ricciul. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſtent. lib.*7. *c.*5. *n.*29.

Quod autem Confratres Ordinis ſancti Joannis 50
portantes mediam Crucem albam dictam *Thau,* non gaudeant privilegio fori, tenent Fr. Emman. *tom.*2. *quæſt.*62. *art.* 62. *art.*18. Azeved. *l.*1. *n.*1. *fine tit.*14. *lib.*6. *recop.* Bobadil. *in ſua Politica, lib.* 2. *cap.*18. *n.*232. plures refert Giurba *conſil. crimin.*21. *per tot.*

De Rectoribus hoſpitalium, ſeu hoſpitalariis, ſi 51
Prælati autoritate perpetuò deputati ſint ad ſervitium alicujus hoſpitalis auctoritate Epiſcopi erecti, quod gaudeant fori privilegio, reſolvunt Valaſc. *conſ.*105. *n.*32. Duard. *d. can.*15. *q.*7. *n.*3. *cum ſeqq.* Ego ipſe *d. alleg.*22. *n.*40. me citato Squillante *d. c.*7. *n.*45. Vivian. *d. lib.*6. *c.*1. *n.*114. Novar. *in ſum. Bullar. tit. de Diaconis Salvatic. n.* 7. noviſſimè Anſald. *de juriſd. Eccl. part.*2 *tit.*2. *c.*13. aliàs ſecus, quamvis ſignum aliquod Crucis, vel imaginis B. Virginis deferant: cum enim purè laici ſint, nulla eſt ratio, ob quam à poteſtate ſæculari exempti cenſeri debeant, ut poſt Matian. *in cap.*1. *in fin.* & Abb. *in c.*2. *n.*11. *de foro compet.* comprobat Decian. *tract. crim. lib.*4. *cap.*9. *n.*34.

De inſervientibus Eccleſiæ, quod gaudeant pri- 52
vilegio fori in gratiam ipſius Eccleſiæ, non autem propriæ perſonæ, per *cap. Eccleſiarum ſervos,* 89. *diſt. & c.*2. *de foro compet.* tradunt Natt. *conſ.* 576. *n.*9. & Menoch *de arbit. caſu* 562. *n.*19. *verſ. quinò urget,* Parlad. *d. differ.*9. §.1. *n.*7. Felic. de Vega *ad c.*2. *de foro comp. n.*20. *&* 21. ubi videtur requirere receptionem primæ Tonſuræ, & qualitates Concilii. Nov. *in ſum. Bullar. tit. de Diaconis Salvaticis, num.* 2. me citato in hoc loco, Diana *part.*6. *tr.*1. *reſol.*36. Illi tamen, qui ſolùm in accendendis lam- 53
padibus, & apperiendis portis Eccleſiæ deſerviunt, non gaudent privilegio Clericorum, ut cenſuit S. Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, ſub die 28. Ianuar. 1603. De Diaconis Salvaticis, an & quando fori privilegio gaudeant, oſtendit infrà D. Auguſt. Tautell. §.4. *ex n.*19. Circa muſicos autem, & ſimiles alios, qui in eiſdem Eccleſiis occupantur, dicendum quod ſi per longum tempus in earundem Eccleſiarum miniſteriis inſervierint, legitimè gaudebunt eodem privilegio, ut per Parlad. *in ſeſquicent. differ.*9. §.1. *n.*7. Felician. de Vega *in d. c.*2. *num.* 23.

De familiaribus Epiſcoporum, etiam laicis, quod

quod gaudeant fori privilegio, tam in civilibus, quàm in criminalibus, resolvunt, Doctores per me citati *in tract. de offic. & potest. Episcop. 3. p. alleg. 107. num. 9. vers. familia Episcopi*, & per D. August. Tautel. *in sua consultat* ad calcem hujus capitis ponenda, *n.* 30 quibus addo Squillante *dec. 17. n. 46.* Stephan. Gratian. *Marchia dec. 133. n. 1. & 2.* Alzed. *in praxi Episc. 1. p. c. 12. n. 77.* Donat. Anton. de Marinis *resolut. quotid. c. 117. n. 1.* Gavant. *in enchirid. Episc. verb. familiaris Episcopi, n. 2.* Dianam *moral. resol. p. 4. tract. 2. resol. 30 & p. 1. tract. 2. resol. 97. & p. 3. tract. 2. res. 1. cum seqq.* Torreblanca *de jure Spirit. lib. 15. c. 1. n. 56.* Ciarlin. *contr. for. c. 20. n. 14. & 28.* Illustr. D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. eos qui, n. 11. dist. 32.* Felician. de Vega *ubi supra, n. 12.* ubi videtur resolvere contrariam, Montealegre *in praxi civ. lib. 1. c. 9. n. 249.* Carleval. *de judic. disp. 1. q. 6. sect. 3. n. 427. & 503.* Qui autem dicantur de familia Episcopi, & qui veniant eorum appellatione, dixi *d. part. 2. alleg. 5. n. 2. cum seqq. & d. p. 3. alleg. 197. num 190. cum seqq.* Squillante *d. c. 7. ex n. 10. usque ad 56.* D. August. Tautel. *in sua consult. sub §. 4. hujus c. ponenda, n. 33. cum seq.* Vide infrà *hoc c. §. 4. num. 30.*

55 Largo modo familiares Episcopi dicuntur, quoad exemptionem à jurisdictione sæculari, personæ illæ, quæ ei necessariæ, & utiles sunt in exequendo officio, quales sunt Notarii, Cancellarius, Nuncius, fiscalis, custos carceris, & exequutores suæ Audientiæ, donec in officio manent, etiamsi expensis Episcopi non vivant, Boër. *dec. 9. num. 7. 8. & 9.* Gratian. *Marchia dec. 233. num. 12. & 20.* Narbona *lib. 20. gloss. 20. n. 17. tit. 1. l. 4. Recop.* Idem Gratian. *discept. forens. cap. 340. à princ. & cap. 341. num. 1. 3. & 4.* Mat. Anton. *var. resolut. lib. 1. resol. 75. n. 5.* Franc. Leo *in Thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 11. num. 18.* latè Giurba *cons. 88. per tot.* ubi de Magistro, Notario, Cancellario Episcopi, Nuncio custode carcerum, & lictoribus Aloys. Ricc. *in praxi, resolut. 471. n. 4. 5. 8. & 11.* Bellet. *disquis. clerical. part. 1. tit. de favore cleric. reali, §. 1. num. 16. 17. & 18.* latè Ciarlin. *controvers. frequent. cap. 20. num. 34. cum seqq.* ubi *n. 35.* subdit eos indistinctè frui dicto privilegio exemptionis, etiamsi vivant suis expensis, dummodo serviant, licèt extra officium delinquant. Episcopus igitur, & ejus Vicarius possunt punire laicos, & alios exemptos, qui offendunt Notarios, Fiscalem, cursores, officiales, aut ministros suæ Curiæ munus suum exequentes, ratione offensæ jurisdictionis; ad textum *in l. addictos, Cod. de Episcop. Aud.* qui tametsi correctus sit quatenus loquitur de Clerico offendente familiam Judicis laici, ob omnimodam ejusdem laici in Ecclesiasticos incapacitatem, quæ prorogationem prosus impedit; in casu tamen à converso, & sic ubi à laico offenditur familia Episcopi, in quo ejusmodi incapacitas non reperitur, in suo vigore remanet. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c. 11. per tot.* Farin. *cons. 135. per tot. lib. 2.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de favore cleric. reali, §. 5. n. 22.* ubi *num. 20. & 21.* subdit, quod Regulares, licèt sint exempti, qui injuriam inferunt Episcopo, seu ejus Vicario jurisdictionem exercenti, vel ejus aures offendunt, aut turbant ejus jurisdictionem, possunt ab eodem Episcopo, vel ejus Vicario puniri, Alexand. Spetell. *in dec. fori Eccl. dec. 86. num. 5. cum seqq.* ubi *num. 6.* subdit ad Superiorem Officialis offensi spectare cognitionem, si percussio facta fuisset ex odio & inimicitia privata, & *num. 8.* reprobat Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 12. sub num. 13.* existimantem contra percutientem Clericum, vel birretarium fori Episcopalis, Judicem laicum posse procedere ad pœnas temporales, Ecclesiasticum autem ad spirituales Ciarlin. *controvers. forens. c. 48. n. 9.* ubi *n. 8.* ex Genuens. *c. 8. n. 6. & 8.* & Bellet. *d. §. 5. num. 25.* tenent, posse etiam Episcopum punire laicos perturbantes, vel lacerantes excommunicationis cedulones de ejus mandato affixos, vel qui audent dicere in contemptum censuræ, *che scommicha, che scomnicha*? Familiares quoad propositum dicuntur, qui veram habent familiaritatem, ut exinde à jurisdictione sæculari eximantur, ut personæ Episcopi assistentes: nam servientes, qui ejus expensis vivunt, longè tamen ab ejus persona, privilegio exemptionis non gaudent. Decian. *d. c. 9. num. 58.* Farin. *d. q. 8. n. 46. in fine.* Surd. *cons. 301. n. 69. & 70.* Ciarlin. *d. c. 20. n. 36.* ubi *num. 40.* tenent habentes litteras familiaritatis Episcopi, sine speciali servitio non gaudere fori privilegio, & quod illud acquiritur etiamsi Episcopus degat extra suam diœcesim.

De famulis conductitiis Clericorum, ac aliis Religionibus inservientibus, dicendum videtur, eos omnes fori, & exemptionis à tributis privilegio gaudere, ut tenent gloss. *in c. Clerici 11. quæst. 1.* Ioan. Andr. Imol. *n. 2.* & alii communiter *in cap. 2. de foro compet.* ut ibi testatur, & multis latè confirmat Felin. *n. 2.* Marian. Socin. *in c. 1. eod. tit. n. 21.* Clar. *in pract. §. fin. q. 35. n. 18.* & aliquos refert, & sequitur Duen. *reg. 30.* & magis communem testatur, & sequitur Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 47.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E, concl. 27. num. 13.* Cavale. *cons. 71. n. 3.* ubi affirmat hanc esse communem, Caravit. *rit. 46. num. 27.* Menoch. *de arbit. cas. 562. n. 3.* Carol. de Grassis *effectu 1. num. 149.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de foro compet. resol. 2.* Marta *de jurisdict. p. 4. casu 111. n. 6.* Squillante *d. c. 7. n. 57.* Duard. *in Bullam Cœnæ, casu 25. q. 8. concl. 2. num. 4. vers. 1.* Coral. de Tapia *in l. fin ff. de constit. Principum, p. 2. c. 3. n. 99.* D. August. Tautel. *loco proximè citato, à n. 1.* ubi probare intendit idem privilegium habere famulos temporales, & post Marant. & alios, quos refert, comprobat Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 39. vers. denique*, hinc à principio quæstionis probare contendens, ex jure communi competere Syndico Fratrum Minorum privilegium, quod eis Clemens VII. concessit, ut Syndicus à potestate sæculari esset exemptus, & inter alia memorabile illud fundamentum, quod licèt hujusmodi familiares sint laici, potest tamen Pontifex eos à potestate sæculari eximere, quia Religionibus inserviunt, & ad ipsarum, atque ita ad spirituale bonum hoc potest conducere: quo casu, atque ita indirectè, seu in consequentiam spiritualium, & Ecclesiasticarum personarum circa temporalia, & erga laicos potest summus Pontifex suam exercere potestatem, ut benè probat textus *in cap. per venerabilem, vers. rationibus*, ibi, *casualiter exercemus, qui filii sint leg.* Adducunt præterea plures utriusque Iuris auctoritates, quibus expressè probari inquiunt familiares Clericorum, & Ecclesiarum gaudere privilegio ipsius Cleticis. Ecclesiis, & Monasteriis, quibus inserviunt, concesso. Prima & præcipua est lex 1. & 2. *C. de Episc. & Cleric.* ibi, *verùm etiam hominibus conceditur*, juncto ibi, *ut iidem Clerici privilegiis pluribus redundarent*: & inferiùs ibi, *& conjuges clericorum, ac liberi, eorumque ministeria, &c.* Deinde ex Concil. Toletan. *in cap. Ecclesiarum, servos, 12. q. 2.* 56

dum

Biblioteca de Ciències Socials

dum expressè probat, Ecclesiarum servos angatiis,& aliis tributis à judicio sæculari onerari non posse: solet etiam vulgò pro hac parte citari textus ibi: *hominum, & familiæ suæ causis dumtaxat exceptis, de offic. Archid.* Demùm ex communi Doctorum resolutione *in Auth. habita*, per textum *ibi*, *C. ne filius pro patre*, ubi resolvunt privilegiis Scholasticorum gaudere eorum familiares.

57 Contrariam verò sententiam, imò præfatos famulos conductitios Clericorum, & alios Religionibus inservientes nullo fori, aut exemptionis gaudere privilegio, tuentur Vulpel. *in tract. de libert. Ecclesiast. q.3. n.24.* Joan. Anton. de Nigris *in repet. Extravag. unic. de vita & honest. Cler. n.81.* Capyc. *dec.12. num.2. in fin.* Aufrer. *de potest. Iudicis secul. reg.2. n.37.* Thesaur. *decis.22. n.1. & 4. vers. verùm*, Gutier. *pract. lib.1. q.4. n.2.* Farin. *in praxi crim. p.1. q.8. n.46.* Bobadil. *in sua Politica, lib.2. cap.17. n.7.* Scacc. *de judic. lib.1. cap.11. n.22.* Stephan. Gratian. *dec.235. n.4. & 5.* Ciarlin. *controvs. forens. cap.20. n.37.* ubi dicit omnes fateri, hoc esse speciale in famulis Episcoporum, Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.4. c.9. n.57.* Alderan. Mascard. *de gener. Paut. interp. concl.1. n.136.* Laderch. *cons.103. n.15.* novissimè Ansald. *de jurisd. Eccl. p.2. tit.11. cap.5. à prine.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. eos qui, n.10. dist.32.* Quorum sententia probatur, primò quia supràdiximus, Oblatos qui se, & sua Monasterio offerunt, eo privilegio non gaudere, nisi ad illud actu, & cum effectu se transferant: ergo à fortiori, qui se, & sua Ecclesiæ, seu Monasterio non tradunt, sed tantùm mercede conventà eidem inserviunt, eo privilegio gaudere non possunt. Facit etiam *c. tuarum, vers. quosdam, in fine, de privileg.* & optimus textus *in c. per. exemptionem, vers. verùm, eod. tit. lib.6.* dum privilegium concessum Canonicis negat competere aliis Clericis ejusdem Ecclesiæ, vel etiam ipsi Ecclesiæ: & melius in illis verbis, *perpetuoque Oblati*, quibus significat, contrarium dicendum esse in iis, qui perpetuò se non offerunt Religioni cum bonis suis modo prædicto. Et confirmatur efficaci ratione ex generalibus principiis, quæ docent privilegium certis personis concessum ad alias extendi non posse, *cap. porrò, c. sanè, de privileg.* Facit etiam textus *in l. feriniarios, C. de testam. militis*, dum negat apparitores, & alios militum ministros, seu servitores militari gaudere privilegio; à milite enim armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ valet argumentum, ut resolvunt citati per me *in tract. de locis communibus arg. Iuris, loco 71. n.1. pag.326.* & in rusticis Ecclesiæ voluit Gloss. *verb. inter eos, in c. indicatum, 89. dist.* quam in hunc sensum refert, & sequitur Abb. *in d. c.2. num.6. de foro compet.* & post eum Decian. *d. c.9. n.58.*

58 Ex his duabus opinionibus primam in praxi recipi desiderabam, sed secunda validioribus nititur fundamentis, & qui eam in dispitando sequi voluerit, non erit difficile ad adducta in contrarium respondere: nam ad primum, quod Pontifex habeat potestatem concedendi privilegia laïcis personis, per quæ eximantur à potestate sæculi, si ad bonum spirituale fuerit necessarium, fatemur verum esse, si causa ardua aliqua subsit necessitatis concernentis bonum commune spirituale: hujusmodi verò necessitate cessante, non oportet, nec seculares Principes facilè permittent, ut circa temporalia se intromittat, præcipuè eximendo laicos à tributis, & sæculari potestate, juxta regulam textus *in cap. novit, in princip. de judic.* & per ea quæ tradunt *S. Thom. 2.2. q.10. art.* 10. Card. Bellarm. *de potest. Papa contra Barclaium. in proleg.* Pont. *de matrim. lib.5. cap.12. §. unic. n.10.* Cutel. *de donat. tract.1. discept.2. part.6. num.5.* greg. Lop. *lib.1. gloss.1. in fine, tit.7. part.1.* Menoch. *de succes. creat. lib.3. §.30. n.305.* Mosl. *in emporio Iuris, tit.2. in præl. num.140.* Carol. Grassis *de effectib. clericor. effect.1. num.131.* Carleval. *de judic. num.427.* observantes Pontificem non solere laicos à sæculari jurisdictione eximere sine Regis consensu, nisi cum eis addatur aliqua qualitas, seu causa Ordinis, vel Religionis. Nulla autem apparet ardua ratio, seu necessitas, quæ suadeat, ut generaliter, & indifferenter respectu omnium civilium, & criminalium, atque tributorum omnes famuli, & servientes Ecclesiis, & Clericis eo exemptionis gaudeant privilegio, sed potiùs in maximum redundaret Principum sæcularium detrimentum: & ideò verius est, & benè fundatæ Jurisprudentiæ convenientius, summos Pontifices ea privilegia generaliter concedere non consuevisse, ut advertit Thesaur. *dict. dec.22. num.7.*

At verò textus *in d. l.1. & 2. & in d. c. ult. de offic.* 59
Archid. communiter intelligunt de familiaribus Episcoporum, qui propter excellentiam supremæ dignitatis hoc cum multis privilegiis fruuntur, ut latè prosequitur Card. Tusc. *tom.3. lit. E, concl.242.* Giurb. *cons.88. n.2. vers. multa*, Ciarl. *d. c.20. n.37. in fine*, & in Cardinalium familiaribus hoc ipsum notavit idem Tusch. & Suar. *infr.* statim citandi: & in propriis terminis, quod hoc sit singulare Episcoporum privilegium pro eorum familiaribus, notant Abb. & Felin. *supr citati*, Thesaur. *dict. dec.22. num.2.* & plures, de quibus Tusch. *dict. lit. E, concl.27. à num.13.* Verùm hic intellectus licèt plausibilis videatur, minimè satisfacit, nec convenit litteræ illorum Iurium; ex ea enim manifestè apparet, non de solis Episcopis, sed etiam de Clericis omnibus inferioribus, eorumque familiaribus agere: nam legis 1. suprascriptio habet, *Imp. Constantinus, Cleric. salutem.* Deinde in decisione ait, *vos & mancipia vestra.* Idem ostenditur *ex l.2.* habet enim *in princ. Omnibus Clericis, &c.* & retento eodem themate infrà *in vers. verùm*, addit, *hominibus eorumdem:* & in fine, *conjugia Clericorum, ac liberi, eorúmque mancipia.* Quare manifesta est violentia, Iura quæ de Clericis apertè loquuntur, ad solos Episcopos restringere. Respondemus igitur dictam legem non de famulis conductitiis Clericorum agere, sed de mancipiis, aut servis, qui in eorum dominio sunt, & consequenter eodem modo à tributis eximuntur, quo reliqua Cleticorum bona. Menoch. *de casu 362. num.11.* Farin. *dict. q.8. n.46. vers. lucrum proprii*, Duard. *d. q.8. concl.2. n.4. can.15.* Ciarlin. *d. c.20. n.38.* & de iis etiam loquitur textus *in d. c. Ecclesiarum servos*, & post Abb. Rip. & Gram. advertit Thes. *d. dec.22. n.5. & dec.116. num.12.* Suar. *in defens. Fidei Catholicæ contra Anglicanæ sectæ errores, lib.4. c.29. n.12.* Matt. *de jurisd. p.4. cent.2. casu 111. n.1.* Et confirmatur hic intellectus quia si servi Clericorum gravarentur prædictis tributis, ipsi Clerici, seu Ecclesia gravarentur, quia in ipsorum damnum redundat, & quodammodo maneret inutile, & sine effectu privilegium; quo casu fatentur omnes privilegium concessum aliquibus personis, earum familiaribus prodesse, argumento textus *in c. pen. de privil. lib.6.* Similiter textus *in d. l.2.* loquitur de servis, filiisfamilias, uxoribus, & aliis hominibus, qui in ipsorum potestate, & familia strictè sumpta existunt.

Ad

60 Ad textum verò *in cap. ult. de offic. Archid.* respondetur nihil probare; verba enim in argumento adducta nullam continent Pontificis decisionem, sed solùm partis allegationem, quæ non in jure scripto fundabatur. Ad argumentum *ex d. Auth. Habita*, respondetur, formam privilegii Scholastici ibi concessi pro familiaribus, etiam esse expressam, ut patet ibi, *tam ipsi, quàm eorum Nuncii*: prosequitur ibidem Rebuff. *num.* 20. & alii passim. Quemadmodum etiam in familiaribus Senatorum Portugalliæ expressit Ordin. Regia Lusitana *lib.* 2. *tit.* 59. § 3. cum aliis quæ explicat Carbed. *Lusitan. dec.* 213. *n.* 11. *p.* 1. unde licet idem argumentari ad alia privilegia, in quibus hoc non ex primitur.

[61 De concubinis Clericorum, quod à Judice Ecclesiastico pro modo culpæ puniri possint, per textum *in cap.* 2. *de cohabit. Cleric. & mulier.* resolvunt Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. concubinarii*, Mart. *de Iurisd. part.* 4. *casu* 44. Bellet *disquis. Cler. part.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 13. *n* 64. *& tit. de favore cleric.* §. 4. *n.* 49. Ulpel. *de libert. eccles. part* 3. *n.* 27. Mathienz. *l. glos.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* Sayr. *in clavi Regia lib* 8. *cap.* 2. *num.* 14. Duard. *in Bullam Cœna Domini, lib.* 2. *can.* 15. *quæst* 27. *n.* 16. *&* 17. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 1. *n.* 181. latè Sperell. *in decisionibus fori Eccles. dec.* 19. *n.* 4. *cum seqq.* Ratio est, quia dictæ mulieres turpiter clericis inhærentes in Ecclesia peccant, *cap. si quispiam, & ibi glos. fin.* & Archid. 81. *dist. cap. cùm multa* 15. *q.* 8. Panor. *in d. cap. si concubinæ. de sent. excom.* & tanquam Clericis adhærentes, sequuntur eorum forum, Gloss. *in cap. eos*, 32. *dist.* Tum etiam, quia correlativorum idem jus, & ratio est, ac dispositio loquens in uno, in alio similiter procedit, ex adductis per me *in tract. de Axiomat. Iuris usufreq. Axiom.* 61. *n.* 1. Unde cùm concubina Clerici communem cum illo habeat causam, & sint correlativa, nihil mirum si illa, sicut ille, per Judicem ecclesiasticum judicetur, & gravissimis pœnis, quibus illa capax sit, puniatur. Facit caput *si concubinæ* 55. *de sent. excomm.* qui textus duplicem probat conclusionem, utramque nostro proposito accommodatissimam Prior est, quod concubina Clerici excommunicatur excommunicatione majori, sicut etiam *in c. eos* 32. *dist.* in servitutem redigitur, & *in c. fraternitatis*, *propè finem*, 24. *dist.* in Monasterium detruditur. Posterior est, quod accedens ad concubinam excommunicatam manet ligatus eadem excommunicatione, quia communicavit cum illa in crimine, propter quod excommunicatio fuit incursa. Unde similiter ipsa concubina in eodem foro, in quo Clericus, poterit judicari, cùm in crimine damnato cum illa communicaverit: & ita hanc sententiam observat in specie Gloss. 1. *verf. ad hoc, in d. cap. eos*, commendata à Roman. *sing.* 658. Aufrer. *de potest. secul. reg.* 2. *n.* 34. quod quidem adeò verum est ut existimarent Abb. 25. *in cap. cùm sit generale, de foro compet.* Jas. *in l. pen. n.* 17. *ff. de jurisd. omn. Iudic.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter. vir. & uxor.* §. 39. *n.* 7. solum judicem Ecclesiasticum esse competentem in hoc casu. Unde non est probanda illorum distinctio, qui tenent publicas Clericorum concubinas à sæcularibus posse judicari, occultas autem non posse, ne hac ocasione Clerici in foro sæculari infamentur; neque enim possunt concubinæ judicari, quin earum nomina deferantur, ac per consequens, si aliqua lex, seu statutum id permittat, tanquam Clericos puniens non valebit. Quo pacto prædictam distinctionem tenent Clar. *in* §. *fin. quæst.* 37. *num.* 4. Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri, num.* 21. Avendan. *de exequend. mand. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 7. Perez *l.* 21. *verb. mancebas, titul.* 3. *lib.* 1. *Ordin.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 79. *verf. concubina Clerici*, Mathienz. *l. glos.* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *nova recop.* Decian. *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 56 *& lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 37. Bobadil. *in sua Politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 54. Illustriss. D. meus Roderic. à Cuha *in comment. ad d. cap. eos, num.* 7. Sed quoad publicas clericorum concubinas contrarium jure merito defendit Marta *d. casu* 44. *num.* 11. *cum seqq.* prout eum refert Sperell. *d decis. num.* 13. advertens negari non posse, quin per statutum contra mulieres clericis se immiscentes, factum à sæculari de facto infametur Ordo Clericalis, & in mentibus fidelium scandalum generetur, personarumque Ecclesiasticarum crimina, & mali mores perconsequens detegantur.

De uxoribus Clericorum minorum Ordinum, 62
utrum & quando gaudeant privilegio fori eorumdem, est multùm controversum: quidam existimant ipsas eo gaudere. Ducunt, quia generaliter traditur uxorem sortiri debere forum ex persona viri, *l. cùm quadam puella, ff. de jurisd. omn. Iudic.* tum etiam, quia multis juribus probatur maritorum radiis mulieres coruscare, eorumque dignitate, & privilegio gaudere, *l. fœmina, ff. de Senatorib. l. ult. C. de injur. l.* 2. *C. de uxoribus milit. l. eos, C. de fabricensib. lib.* 11. *l.* 4. *C. de silentiar. lib.* 12. tum etiam quia *l.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* privilegium immunitatis quoad publicas exactiones ipsis concessum Clericis, extenditur ad eorum uxores. Tum denique, quia maritus & uxor correlativa sunt, subindeque datur inter eos humani & divini juris communicatio, *l.* 1. *ff de ritu nupt.* & consequenter dispositum in uno, in altero etiam dispositum censetur, *l. non tantùm* 20. *ff. de re judic.* & in materia etiam odiosa & correctoria, *ult. C. de indict. vid. tollend.* Ideò hanc sententiam tenuerunt Glossa *in c. eos*, 32. *dist. & in c. Clericum*, 11. *quæst.* 2. Domin. *in cap.* 1. *de Cleric. conjug. lib.* 6. & esse communem testatur post Tiraq & alios Gregor. Lop. *l.* 32. *glos.* 7. *tit.* 2. *part.* 3. Perez *ad l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ord. pag.* 47. *verf. uxor etiam Clerici*, Aviles *ad capita Prætorum, in præam glos.* 1. *num.* 18 Garc. Falc. *reg.* 499. *à n.* 11. & plures alii, quos copiosè refert; & sequitur Tiber. Dec. *tract. crim. lib.* 4. *c.* 9. *num.* 53. quibus addo Carol. de Grassis *de effectib. Cleric. effectu* 1. *à n.* 156. Ludov Correa *in repet. c. inter alia, de immun. Eccl. p.* 2. *n.* 33. novissimè Ansald *de jurisd. Eccl. p.* 2. *tit.* 11. *c.* 9. *n* 1. *cum multis seqq.* Sanch. *in opusc. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 3. *n.* 2. ubi intelligit non tantùm vivo marito, sed etiam mortuo. Diana *moral. resp. p.* 3. *tract.* 1. *resp.* 45. *& p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 41. Ciarl. *controv. for. c.* 53. *n.* 6. Merol. *tom.* 3. *disp.* 6. *c.* 3. *n.* 52. & de uxoribus Equitum S. Jacobi, Calatravæ & Alcantaræ, quod gaudeant privilegio fori, tenent Franc. de Amaia *in C. lib.* 10. *tit.* 39. *c.* 12. *cum seq.* Diana *p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 36. *in fine.* At verius est eas minimè gaudere, quia privilegium certæ personæ concessum ipsam sequitur, & ad alias non extenditur, *l. in omnibus causis* 68. *l. privilegia* 157. *ff. de reg. Iuris, c. sanè.* 9. *de privil.* tum quia privilegium fori est persona, utpote quod conceditur ratione dignitatis Ordinis, sicut & Religiosis ratione Religionis: cum ergo Ordo sit in solo viro, & omninò divisus à conjuctione conjugali, nec uxor capax sit participationis alicujus Ordinis, non

consequetur id viri privilegium ratione solius Ordinis concessum. Et ideo hanc contrariam sententiam tuetur Joan. And. *in d. c. 1. de cler. conjug. in 6.* sequitur Butr. *in cap. 2. n. 6. de foro compet.* & ibi Alex. de Nevo *num.* 21. latè Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 47. à n. 3.* Donat. Anton. de Marinis *quotid. res. c. 58. n. 14.* Castr. Palao *in opere morali, tom. 2. disp. unic. de immun. Eccles. punct. 2. n. 10.* & hanc se credere in praxi servari testatur Greg. Lop. *citato loco.*

Nec multùm urgent quæ pro prima opinione adduximus: nam dicta lex *cùm quædam*, & similes procedunt in foro ordinario, quem jure communi fortiuntur mulieres per contractum matrimonii; mutant enim originis suæ forum in forum domicilii maritorum, *l. exigere dotem, in fine ff. de judic. l. ult. §. item rescripserunt mulierem. ff. ad municip.* textus notabilis *in c. 3. §. ult. de sepult. in 6.* cum aliis adductis per Garc. *reg.* 499. D. Barbos. *in d. l. exigere dotem, à n.* 12. Card. Tusch. *tom. 8. litt. V, concl. 387.* Cujac. *ad tit. C. de sponsalib. col. pen. ad med.* Ad jura illa, quæ suprà adducebamus, respondetur procedere, vel ex tenore ipsius privilegii, quia de certis personis, & earum uxoribus expressam faciunt mentionem, vel ex vi aliorum jurium, quæ communicant mariti privilegium ejus uxori, vel denique quia verbis utuntur jus novum importantibus. Juxta priorem modum procedunt dicta lex *fœminæ*, & lex ultima, *C. de nupt.* in quibus generaliter statutum reperitur, quod uxores ex mariti nobilitate, & dignitate nobilitentur, & ejus radiis coruscent: juxta secundum modum intelligenda est lex 1. *C. de uxoribus milit.* quatenus constat mulieribus militū Reip. causa absentibus ibi subveniri, non ex singulari beneficio maritorum, sed ex generali Juris dispositione, & generali clausula, de qua *in l. 1. & per tot. ex quibus causis majores.* Sic etiam intelligenda est *lex 1. C. de in jus vocando*, cujus decisio procedit ex generali regula textus *in l. generaliter, ff. eodem tit.* secundùm quam omnes personæ, quibus debetur reverentia, non possunt in jus vocari sine venia inter quas censendas esse uxores patroni, constat ex eadem lege 1. ut advertit Alciat. ibi. Juxta ultimum modum procedunt dicta lex *eos*, ibi, *præcipimus*, dicta lex 4. ibi, *jubemus*, quo etiam verbo utitur lex 3. *C. de privileg. schol. lib.* 12. & lex ultima, *C. de incolis. lib.* 10. ibi, *mulieres honore maritorum erigimus.* Sic etiam Ordinatio Regia Lusit. *lib. 2. tit. 59. §. pen.* dum disponit privilegiis nostrorum Senatorum gaudere eorum uxores, verbis utitur Juris novi, ibi, *per fazermos merce aos nossos desembargadores, &c. nos praz queas molheres, &c.* Ad regulam correlativorum respondetur, non procedere in indulgentia facta à Principe uni ex correlativis, ad alterum enim extendendam non esse, probat Baptista de S. Blasio *in tract. de correlativis, n. 57.* & si sine lege valeret argumentum de correlativis in proposito, similiter & maritus uxoris gauderet privilegiis, ejusque radiis coruscaret: & tamen contrarium *ex d. l. fœmina*, & aliis notat Baptista *d. loco, n.* 62. Et denique dicta lex 2. *C. de Episc. & Cler.* nullum de hoc privilegio habet verbum, sed de privilegio immunitatis à tributis agit, & ideò inadvertenter à Doctoribus adducitur ad hoc fori privilegium.

Hactenus egimus de uxore Clericorum in minoribus; sed an idem dicendum foret quando vir de licentia uxoris ad sacros Ordines transiit, videtur magis dubium: quidam enim dicunt uxorem gaudere omnibus privilegiis clericalibus, sicut & virum. Ita Abb. *in c. 2. n. 9. de foro comp.* & ibi Sebast. de Sapia *verb. privilegio fori.* Alii id admittunt apud Græcos, secus apud Latinos, quod apud illos licita sit cohabitatio viri Sacris initiati cum uxore, his autem minimè: ita Imol. & Felin. uterque *n. 3.* & Aretin. *n. 10. in d. c. 2.* Sed dicendum est eam nullo privilegio gaudere, ut probant rationes supra adductæ, nec efficitur persona Ecclesiastica, licèt voto simplici castitatis ligetur in sæculo, ut constat in aliis fœminis ita voventibus: & ideò sic tenent Alex. de Nevo *in d. c. 2. n. 22. de foro comp.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 47. n. 7.*

De filiis Clericorum est notandum, quod privilegium concessum patri uti Sacerdoti, censetur etiam concessum filio procreato ex ejus uxore ante clericatum, ut resolvunt Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 49* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effect. 1. n. 190. & effect. 3. n. 133.* novissime Ansald. *de jurisd. Eccles. p. 2. tit. 11. c. 10.* & S. Cong. immunitatis *in Callien si*, 18. *Martii* 1631. censuit Clerici filium legitimum ante clericatum susceptum gaudere privilegio fori durante vita ejus patris.

De colonis partiariis Episcoporum, quod durante colonia gaudere debeant privilegio fori, censuit S. Congregatio Cardinalium controversiis jurisdictionalibus præpositorum, sub die 6. Decembris 1617. ut refert Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 29. sub n. 4. & in Neocastren si, 13. Augusti* 1629. ut testatur Sperell. *in dec. fori Eccl. dec. 41. n. 21.* & resolvit *dec. 98. n.* 8. Colonorum genera septem commemorat Boër. Epo *ad cap. 3. de immun Eccles.* 63

Et de rusticis, & colonis Ecclesiæ, & clericorum quod possint conveniri coram Judice Ecclesiastico in actione concernente rem Ecclesiæ, vel clericorum, sive reali, sive personali, Thesaur. *dec. 12. in fine. vers. ultimò fallit*, Duard. *in Bull. Cœnæ, canon. 15. q. 8. n. 9. vers. immò.* Ciarlin. *contr. foren s. c. 52. n. 24. & seq.* potest enim clericus pro re Ecclesiæ laicum coram Ecclesiastico Judice convenire, sive agatur actione reali, sive personali, sive mixta: textus est expressus *in cap. si clericus laicum, de foro comp.* ubi scribentes omnes, Ozasch. *dec. 32. n. 6.* Thes. jun. *quæst. forens. lib. 2. q. 15. n. 11. & 16. in fine, & n. 19.* Gutier. *can. lib. 1. c. 34. n.* 13. Bell. *disquisit. cleric. tit. de favore cleric. reali, §. 5. num. 2. & 6.* Sperel. *in dec. fori Eccles. dec. 98. n. 2.* Rota *in Ravennaten si emphyteusis, 28. Maii* 1631. *coram R. P. D. Merlino.* Et multò magis poterit Clericus pro fructibus ex Ecclesiæ bonis provenientibus in Curia Ecclesiastica laicum convenire, *d. cap. si clericus laicum*, ponderando verba *pro re sua, vel Ecclesiæ*, rei namque appellatione veniunt & fructus, *l. rei, ff. de verb. sign. l. rem, ff. de acquir. rer. dom.* Ego ipse *de appellat. verbor. utriusque Juris signif. appellat. 237. num. 7.* & idem de istis accessoriis est judicandum, ac de principali, *c. accessorium, de reg. Jur. in 6.* Surd. *dec. 88. n. 10.* Et ideo ita resolvunt Marius Anton. *var. resol. lib. 1. res. 8. n. 9.* Bellet. *d. §. 8. n. 5.* Sperell. *d. dec. 98 n. 5.* ubi *n. 6.* reprobat Ozasch. *d. dec. 32. n. 5.* contrarium resolventem sub prætextu, quod fructus non sint quid spirituale, sed temporale: quod quidem ad hunc effectum, ut ille ait, non concludit, cùm de illis idem ac de ipsa re sit judicandum, *c. si annum.* & ibi Gloss. *verb. deponentibus, de judic. in 6.* & ibidem *n. 7.* post Bell. *d. §. 5. sub n. 8.* idem potissimùm procedere ait quoad fructus bonorum Ecclesiasticorum, qui pro Ecclesiæ, pauperumque necessitatibus, non secus ac ipsa bona sunt obligati.

De

64 De conductoribus prædiorum Ecclesiasticorum, seu fructuum beneficiorum, quod sint coram Judice Ecclesiastico conveniendi, tenent citati à Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. q. 15. n. 2.* & Squillante *dict. cap. 7. num. 67. in fine.* Dato enim quod soli affictus peterentur a Clericis, vel ab Ecclesia, cùm tractetur de fructibus, seu pensionibus rei Ecclesiasticæ, vel Clerici, receptum est, ut conductor laicus possit conveniri, & trahi ad Judicem Ecclesiasticum pro habendis affictibus. Valasc. *de jure emphyt. q. 39. n. 14.* Mar. Ant. *var. resol. lib. 2. resol. 8. n. 10.* Carroc. *de locato, p. 4. tit. de recusat. q. 14. n. 43.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de favore cleric. reali, § 5. n. 8.* Sper. *dec. 98. n. 8.* Grassis *d. effectu 1. n. 511. vers. subampliatur*, Ciarlin. *d. c. 52. n. 19. contra per eum citatos, n. 36.* Et de laico conductore decimarum tradunt Azor. *instit. moral. p. 1 lib. 7. c. 39. q. 6.* Carol. de Grassis *d. effect. n. 447.* Monet. *de decimis, c. 8. q. 1. n. 17.* Antonin. Diana *mor. resol. part. 1. tr. 22. resol. 93.* Marta *de jurisdict. p. 4. casu 112.* Squillante *de privileg. Cleric. c. 3. n. 60.* Quicquid dicant Cov. *pract. c. 25. n. 3.* Capyc. *Pedem. decis. 31. sub n. 6.* Camill. Borell. *in sum. omn. decis. tom. 1. tit. 54. de foro compet. n. 53.*

65 De Protonotariis non participantibus, quod fori privilegio gaudeant, si in habitu clericali incedant, decidit Sacr. Congr. Concil. *in Toletana, 27. Martii 1632.* quam refert Ant Nov. *in sum. Bullar. verb. Protonotarius, n. 23. & 24.* & Diana *moral. resol. p. 5. in fine, in declarat. Sacrarum Congreg. 26.*

66 Quartò quæro de Clerico in minoribus ordinato à non suo Episcopo sine litteris dimissoriis, vel cum falsis dimissoriis, an gaudeat fori privilegio? Gaudere, ex quo Ordines collati, etiam à non Episcopo, tenent, & ei aut conferuntur, imprimitur character, docent Navar. *cons. 29. de tempor. ordin.* Franc. Marc. *part. 1. dec. 175.* Hieronym. Gabr. *consil. 181. in 1. dub. volum. 1.* Marta *de jurisd. part. 4. casu 149.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 256. & in praxi aurea resolut. 150.* Sed contrarium hodie tenendum est, utpote quia S. D. N. Urbanus VIII. sua Constitutione incipiente *Secretis*, sub dat. Romæ 11. Decembris 1624. sic statuit: *Italos verò, si quos in posterum clericali charactere insignitos, vel ad minores Ordines promoveri alieno Episcopo cum falsis dimissoriis contigerit, etiamsi qualitatibus per Concil. Trident. Decretum cap 16. sess 23 requisitis præditi sint; nihilominus, sequuta tamen priùs desuper Judicis Ecclesiastici declaratione, fori privilegio minimè gaudere, sed seculari jurisdictioni, ut antea, plenè in omnibus subjacere, & subjectos esse volumus, &c.*

67 Quintò quæro, utrùm Clericus ordinatus per simoniam, vel ante legitimam ætatem, tali privilegio gaudeat? Gaudere resolvit Carol. de Grassis *d. effect. 1. num. 665. & seq.* quem refert, & sequitur Squillante *dict. cap. 7. num. 30.* ubi etiam post Carol. de Grassis *d. loco, num. 640.* idem tradit de promoto ab Episcopo, qui erat impeditus Ordines conferre, hæretico scilicet, excommunicato, suspenso, degradato, schismatico, deposito, & interdicto, quia etiam ille de facto Ordines conferre potest, licèt exequutio ipsorum Ordinum sit suspensa.

68 Sextò quæro, utrùm Clericus bigamus tali privilegio gaudeat? Resp. quod omni Clericorum privilegio censetur exutus, & foro sæculari adstrictus, ut probatur *c. 1. de bigam. in 6.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 8. c. 4. q. 12.* Duard. *in Bullam Cœnæ, Canon. 15. quæst. 11. n. 87.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ contentis, disp. 1. q. 16. sect. punct. 6. n. 4.* Gabr. Pereira *de manu Regia p. 2. c. 26. num. 17.* Ciarlin. *controv. c. 53. n. 12.* Rot. *in Ferrariensi pensionis, 21. Martii 1627. coram Card. Verli*, ubi etiam fuit dictum, quod licèt bigamus denudatus remaneat omni privilegio clericali, tamen per characterem impressum, & indelebilem habitu semper remanet Clericus; stant enim simul, quod quis remaneat Clericus, non tamen gaudeat privilegiis Clericorum. Abb. *in cap. 1. num. 6. de vita, & honest. Cleric.* 70

Septimò quæro, utrum Clericus, qui dimisso habitu Clericali sæcularibus negotiis se immiscet, privilegio fori potiatur, ne à sæculari valeat judicari? Pars affirmativa, quæ vera est, dum legitima monitio non subsequitur, satis probatur *ex cap. ult. de vita, & honest. Cleric.* ubi Gloss. 2. *in audientia 25.* & ibi Gloss. ultima *c. contingit 45.* ubi Gloss penultima *de sentent. excomm. c. 1. ad apostat. c. hinc. ad fin.* ubi Gloss. *verb. monitis de vita, & honest. Cleric lib. 6.* Vide Cov. *pract. c. 32. n. 2. vers. 3. junctis vers. nec est in hoc*, Roland. *cons. 4. n. 28. lib. 1.* Clar. *§. fin. q. 36 à n. 23.* Greg Lop. *l. 5. verb las franquezas, tit. 7. p. 5.* Salzed. *ad Bernard. c. 55. à princ. vers. notabis etiam*, Vivian. *tom. 1. opin. 57* D. Barbos. *in l. Titia 35. n. 34. vers. unde in hac materia, ff. solut. matrim.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 18. ad fin.* Farin. *d. q. 8. n. 54. 60. & 93.* latè in utramque partem Fachin. *controvers. lib. 9. c. 28. par tot.* Nav. *cons. 25. de privileg. in novis*, Ambrosin. *de immun. c. 17. n. 12.* Bonacin *de legib. disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. n. 5.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 172. num. 2.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1 tract. 5. part. 2. c. 5.* Diana *moral. resol. p. 2. tract. 1. resol. 192.* Squillante *d. cap. 7. num. 32.* ex quorum mente est recepta conclusio, quod Clerici, qui dimisso habitu, & Tonsurâ clericali, se negotiis sæcularibus immiscent, nisi priùs tertiò fuerint moniti, privilegium fori non amittunt: unde duo requiruntur *in d. cap. 1. de apostat.* ut Clericus privilegio fori privetur, eo quòd se enormitatibus immiscuit. Primum, ut scilicet incedat sine habitu, & Tonsura, ut docent Bossius *sub tit. de foro compet. num. 154.* Clar. *§. fin quæst. 55 vers. casus num.* Roland. *d. cons. 4. n. 32 vol. 2.* Farin *d. quæst. 8. n. 56.* Diana *moral. resolut. part. 1. tract. 2. resol. 23.* Secundum, ut in enormitatibus comprehendatur, Cœpol. *cons. 111. num. 54.* Alex. de Nevo *cons. 59. in fine*, Roland. *d. cons. 4. n. 32.* Comprehensus autem dicetur, si in flagranti fuerit captus, *l. palam, §. qui in adulterio, ff. de ritu nupt. cap. si quis Diaconus*, ubi Gloss. *verb. deprehensi, 50. dist.* vel si ipse antequam opponat de privilegio clericali, delictum fateatur, seu de eo sit legitimè convictus; vel si crimen sit adeò notorium de facto, ut nullus sit inficiationi locus, ut per Alex. de Nævo *d. consil. 59. n. 10. in fine*, Bellet. *disquis. cleric. part. 1. tit. de favor. Cleric. personali. §. num. 4.* & non sufficit unum delictum, sed plura requiruntur ad hoc ut dicatur se enormitatibus immiscere. Cov. *d. cap. 12. n. 2. vers. 3* Capyc. *decis. 161. n. 1.* Roland. *d. cons. 4. n. 32.* Alex. de Nævo *d. cons. 59. n. 20. & 21.* Caball. *resol. crimin. casu 36. n. 17.* Diana *d. resol. 22.* novissimè Torrebl. *de jure spirituali disp. 15. c. 4. num. 11.* Nec contrarium supradictæ resolutionis probant caput *perpendimus 23. de sent. excom.* dictum caput 1. *de apost.* & caput unicum *in 1. p.* ibi, *ipso jure, de vita & hon. Cler. lib. 6.* in quibus Clerici se criminibus immiscentes, dimisso habitu, & Tonsurâ clericali, absque ulla monitione spoliantur privilegio clericali nam ad dictu caput *perpendimus*, respondetur vel non 71 72 73

agere de privilegio fori, sed privilegio Canonis, ut respondet me citato Torreblanca *d. loco*, vel potiùs, quia ibi Sacerdos tali modo excessit, & non propulsando, sed inferendo injuriam fuit occisus; tunc enim, quia vim vi repellere licèt, meritò fustigari, & occidi potuit absque metu excommunicationis, ut textus habet. Ad textum verò *in d. c. 1. de*
74 *apostat.* respondetur dupliciter, primò cum Gloss. ultima in ultimo intellectu, quando Clerici tertiò fuerunt moniti, juxta regulam *capitis ultimi*, & capitis *contingit*: secundò & meliùs respondetur, agere de Clericis, qui simpliciter & in totum ab ordine, & habitu apostatarunt, & tanquam laici conversantes enormitatibus se immiscuerunt, quamvis aliter intelligat Fachin. *d. lib. 9. c. 28. litt. E, vers. ad c. 1.* vel de eo, qui demisso habitu est inveteratus in aggressoris, & tyrannicidibus, quia in istis diuturnitas temporis operatur idem quod trina monitio. Vincent. de Franchis *decis. 463. n. 7. cum seqq.* Denique ad textum *in d. c. unic. in 1. part.* satis respondetur cum Cov. *d. c. 32. num. 3. vers. 3.* constituere casum novum, & specialem in Clericis, qui ignominiosam illam artem per annum exercent; unde cùm dispositio illius textus sit nova, & correctoria: ad alium casum diversum trahi non potest. Sed si hac
75 in re decisionem S. Cong. Concil. attendamus, non est cur in responsione ad præ licta jura ampliùs defatigemur, cùm in una Motulensi, 1. Februarii 1620. censuisset *Clericum, qui in habitu, & tonsura se immiscet enormitatibus, & vicibus pluribus, censeri absque monitione renunciasse privilegio clericali, secus si in habitu laicali hæc perpetrasset, quia tunc*
76 *requiritur monitio.* Enormia autem delicta in hac materia dici possunt, per quæ delinquens incurrit infamiam, ut advertunt Aloys. Ricc. *dict. resol. 172. num. 3.* Squillante *d. cap. 7. num. 32. vers. enormia.*

77 Octavò quæro, utrum Clerici, qui se faciunt joculatores, goliardos, seu buffones, fori privilegium amittant? Respondeo illos, si per annum hoc exerceat, ipso jure omni privilegio clericali privatos esse; si minus anno, debere ter ab Ordinario admoneri, & si non desistunt, privari per sententiam omni privilegio clericali. Ita expresse probat textus *in cap. unic. de vita, & honest. Cleric. lib. 6.* Bernard. *in pract. c. 68. alias 71. in noviss. impress.* Farin. *d. q. 8. n. 79.* Clar. *§ fin. q. 56. n. 25.* Camill. Borrel. *ad Bellug. in speculo Principum, rub. 11. §. videndum, litt. H.* Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 86.* Carol. de Graff. *d. effect. 1. num. 1234.* Molin. *de Justit. tract. 1. disp. 49 n. 20.* Marta *de jurisd. p. 1. c. 32. n. 58.* Ansald. *in simili tr. p. 2. tit. unico, c. 3. illiuc. tract. 16. c. 11. quæst. 8. n. 514.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 6. n. 11. vers. dixi regulariter*, ubi subdit intelligi tam de Clerico in minoribus, quàm in majoribus Ordinibus constituto: & *n. 12.* resolvit dictum annum debere esse continuum. Duad. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15. q. 11. n. 78.*

78 Nonò quæro, utrùm Clericus exercens artem vilem, putà officium tabernarii, aut macellarii, amittat fori privilegium? Respondeo, quod si est in minoribus Ordinibus non conjugatus, & habitum ac tonsuram non defert, vel si est Clericus conjugatus, & per se ipsum publicè officium prædictum exerceat, si ter monitus non desistat, privatur privilegio clericali, ut expresse probat textus *in Clem. 1. de vita, & honest. Cleric.* Bonacin. *d. punct. 6. n. 15. & de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 1.* Carol. de Graffis *d. effect. 1. n. 968.* Menoch. *de arbitr. cas. 412.* Farin *fragment. crim. p. 1. lit. C, n. 127.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 20.* Squillante *d. c. 7. n. 23.* Gabr. Pereira *de manu Regia p. 2. cap. 26. n. 15.* Unde infertur, secus esse si per alium hujusmodi artem vilem exerceret, sicut tenent Duen. *reg. 99. vers. limita tertiò*, Perez. *l. 3 glos. 1. p. 96. tit. 4. lib. 8. Ordinam.* Azeved. *l. 15. num. 2. tit. 7. lib. 6. novæ Recop.* Menoch. *d. cas. 412. num. 6.*

Decimò quæro, utrùm si Clericus in minoribus 79
constitutus efficeretur miles, & exerceret arma, & in prœliis, & bello se immisceret, privilegium clericale amittat? Amittere tenent Gloss. & Doct. *in cap. fin. de Cleric conjug.* Gig *de pension. q. 55. n. 2.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 7. num. 4.* Carol. de Graffis *d. effect. 1. num. 664.* Aloys. Ricc. *part. 4. decis. 154.* Squillante *d. c. 7. num. 32. in fine*, Ciarlin. *controv. forens. c. 36. n. 38.* Ratio est, quia sunt ad invicem contrariæ militiæ, cœlestis, & sæcularis, *l. repetita, C. de Episc. & cleric. cap. qui in aliquo, 51. dist. c. ex multa, §. fin. de voto*: nec simul compatiuntur in una, eademque persona plures tituli diversæ militiæ, *leg. jus quidem, §. in posterum, C. qui milit. non poss. lib. 12.* quia clericus factus miles sæculi, desinit esse miles Dei, & è contra. Gig. *de pension. q. 55. n. 1.* Carol. de Graffis *de effectib. clerical. effectu 1. num. 865. vers. aliqui verò, & n. 866. cum seq.* sicut incompatibile reputatur, quod vel diversa eodem tempore quis habet collegia, vel plures obtineat dignitates, *l. liberius, §. præscriptio, ff. ad municip. l. fin. C. de assess.* Quamvis contrarium existimaverit Mart. *de jurisdict. part. 1. c. 32. num. 54.* Nec refert si dicatur, quod is, qui fecit se militem, & sæva non exercuit, non privatur in perpetuum privilegio clericali, juxta doctrinam Innocent. *in cap. 1. sub num. 3.* & Hostiens. *sub num. 4. versic. alii contrà, de apostat.* ubi Anan. *sub num. 11. vers. secùs si non exerceat.* Abb. *num. 7. & 8.* Capta *reg. 94. num. 12.* sicut privatur beneficio, ut ostendimus *lib. 3. capite 14. versic. 14.* quia in hoc casu diversimodè Clericus amittit privilegium clericale, & beneficium; nam etsi Clericus in minoribus constitutus utrumque possit amittere ex propria voluntate declarata per actum contrarium clericatui; in hoc tamen differunt, quia beneficium postquam semel vacavit, fuit amissum irrevocabiliter, ita ut amplius non recuperetur, nisi ex nova collatione. Abb. & reliqui *in cap. 1. num. 6. de Cleric. conjug.* at privilegium clericatui contrarium, & sic per militiam, non amittitur irrevocabiliter sed eatenus quatenus ipsa militia durat, ut probat apertè textus *in Clement. 1. vers. quamdiu, de vita, & honest. Cleric.* ubi Gloss. *verb. recuperabunt*, quam Doctores communiter probant: latè Anton. Ricciul. *de jure person. extra gremium Eccles. existent. lib. 7. c. 5. num. 12. & à num. 22.* ubi *num. 30.* subdit supradictam resolutionem non procedere in Clerico in Sacris constituto; hic enim, etsi millies procuraverit nomen suum describi in numeros militares, non propterea desinit esse Clericus, cùm non sit in potestate sua ad sæculum reverti, sed cogendus est militiam deserere agere pœnitentiam, & ad Ecclesiastica munera reverti.

Undecimò quæro, utrùm Clericus incorrigibi- 80
lis amittat fori privilegium? Respondeo nequaquam, nisi fuerit ter monitus, ut resolvunt Marius Altere *de censur. tom. 1. disp. 2. lib. 2. cap. 6.* Vivian *d. lib. 6. c. 1. n. 162.* Diana *moral. res. p. 1. tr. 1. resol. 12.*

Ansald.

81 Anſald. *de jurisd. Eccleſiaſt. lib. 3. titul. unico, c. 7.* & ſic non poterit à parte rei incorrigibilis judicari aut puniri per Judicem ſæcularem, niſi priùs deponatur, ſententiáque feratur ſuper incorrigibilitate, & tandem omni privilegio clericali degradatus legitimè tradatur Curiæ ſæculari, Bonacin. *de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. & de cenſur. in Bulla, diſp. 1. q. 16. ſect. 1. p. 6. n. 11.* Carol. de Graſſ. *dict. effect. 1, n. 809.* Suarez *de cenſ. diſp. 21. ſect. 1. num. 9.* Ambr. *de immunit. c. 17. n. 28.* Paul. Layman. *lib. 2. tract. 5. part. 2 c. 5. n. 4.* Duard. *d. can. 15. q. 1. n. 86.* Nec aliud 82 vult textus *in c. cùm non ab homine, de jud.* dum præſcribit, *ut Clericus deprehenſus in furto, homicidio, aut ſimili crimine, deponatur, & deinde propter contumaciam excommunicetur, inſuper illa creſcente, anathematis mucrone percutiatur, & tandem impœnitens, ac obduratus in profundum malorum veniens contemnitur, & tùc cùm Eccleſia ulteriùs non habeat quid faciat, abſque eo, quod expreſsè exuatur privilegio clericali, aut alia ſubſequatur expreſſa Curiæ ſæculari tradito, per ſæcularem poteſtatem comprimi poteſt.* Quia dum textus ille rationem reddit, *cùm Eccleſia non habeat ultra quid faciat*, quaſi neceſſariò ſupponit ſervatâ formâ inibi præfinitâ tacitè involvi, quod Clericus fuerit exutus privilegio Clericali, taciteque Curiæ traditus ſæculari; aliter enim non verificarentur prædicta verba, ut ſatis inſinuant Abb. ibi *n. 29.* Boſſ. *tit. de foro compet. n 131.* communis, ut per Cov. *d. c. 31. n. 2. verſ. 2.* & ex aliis ita tenere Doctores communiter affirmat Clar. *dict. §. fin. q. 36. num. 31.* Menoch. *de arbitr. caſu 425. n. ult.* qui rectè advertit *in d. c. cùm non ab homine*, fictam dari à lege degradationem, ſicut *in c. 1. de homic. lib. 6.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 7. n. 23.* quamvis contradicant alii citati à Covar. & Clar. *dictis locis* contendentes non aliter ſæcularem poſſe in terminis dicti capitis *cùm non ab homine*, clericum puniri, niſi priùs Eccleſiaſticus judex formaliter ſententiam ferat declaratoriam incorrigibilitatis, traditioniſque Curiæ ſæculari, quia manifeſta ſit violentia formæ præfinitæ *in d. c. cùm non ab homine*, cui plenè ſatisfit, quamvis Eccleſiaſticus expreſsè non pronunciet ſuper tali incorrigibilitate, eo maximè, quia ſi adhuc reſtat talis pronunciatio, jam Eccleſia habet ultrò quid faciat, quod tamen textus ille in ratione ultimò adjecta prorſus negat, licèt extra terminos illius textus, in quo forma illa præfinitur, libenter fateamur neceſſariam eſſe, ut ſæcularis Clericum punire valeat, quod deponatur, actualiterque degradetur, & ſaltem in conſequentiam exuatur privilegio clericali, traditioque ſæculari Curiæ ſubſequatur. Bonus textus *in c. novimus 27. de verbor. ſignific. cap. degradatio 2. de pœnis, lib. 6. cap. ad falſariorum, de crimine falſi*, ibi, *poſtquam per Eccleſiaſticum Judicem fuerint degradati, ſæculari poteſtati tradantur.* Quamvis Clericum incorrigibilem ipſo jure privilegium clericale amittere quoad forum, ita ut per ſæcularem judicem judicari, & puniri poſſit, teneant Gloſſ. ultima *in c. nec licuit, diſt. 17.* Manr. *dialog. 29.* Boſſ. Clar. & Covarr. quos refert Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad dict. cap. nec licuit, n. 4.* Incorrigibilis autem ſecundùm Carol. de Graſſis *d. effect. 1. n. 798.* propriè dicitur, qui correctionis ſuæ, & melioris vitæ nullam ſpem reliquit, & cum Decian. *in tract. crim. part. 1. lib. 4. cap. 9. n. 130.* ſubdit, quod illi dicuntur incorrigibiles, qui parvipendunt, & contemnunt legales pœnas impoſitas, & mandata ſuorum judicum: & deliberatè illis reclamantibus volunt delinquere: latè Felician. de Vega *in relect. cap. cùm non ab homine, in princip. num. 36. & 37. de judic.* Anſald. *dict. part. 3. titul. unic. cap. 7. num. 15. cum ſeqq.*

Duodecimò quæro; utrùm Clericus aſſaſſinus taliter amittat fori privilegium, ut poſſit eo ipſo judicari, & puniri à ſæculari judice? Affirmant Vivian. *d. lib. 6. c. 1. n. 165.* Mart. *ac juriſd. part. 4. caſ. 15. n. 8. & caſ. 129.* Vinc. de Franch. *deciſ. 176.* Tapia *in conſtit. Regni de perſonis, n. 12.* Farin. *d. q. 8. n. 86.* Mar. Anton. *var. reſolut. lib. 3. reſol. 2. num. 2.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. part. 4. dec. 192.* Joan. Bapt. del Thoro *in compend. deciſ. Neapol. verb. Clericus. vol. 96.* Parlad. *diff. 9. §. 4. n. 6.* Ceval. *commun. tom. 4. q. 902.* Giurb. *conſ. 49. num. 18.* noviſſimè 84 Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſolut. c. 31. per tot.* & probatur ex textu *in c. 1. de homicid. lib. 6. ibi. à toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus*: nam verbum *diffidatus*, idem importat, quod deſperatus, ſeu orbatus à toto populo Chriſtiano, abſque ſpe auxilii, & favoris, ut ex bonis Auctoribus affirmat Calepin. *verb. diffido*, atque ita omni prorſus clericali privilegio deſtitutus: aliter enim ſi privilegio fori potiretur, jam non maneret toraliter diffidatus; nec à toto populo Chriſtiano orbatus, contra verba illius textus modò expenſa: ita ex eiſdem verbis colligunt ſic intelligentes dictum c. 1. Boſ. *in pract. tit. de mandat. ad homicid. num. 13.* Plaz. *de delictis, lib. 1. c. 19. num. 2.* Suar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. n. 131.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 7. num. 23.* rarin. *d. q. 8 n. 82. in princ.* Verùm ex no- 85 viſſima Conſtitutione Clementis VIII. ſub dat. Romæ 28. Decembris 1595. notat Novar. *in ſingul. Juris Can. concl. unic. de aſſaſſ.* & ejus frater *in ſum. Bullar. tit. de aſſaſſin. n. 1.* non poſſe judicem laicum procedere, & punire Clericum pro crimine aſſaſſinii, niſi præcedente declaratione Eccleſiaſtici, quod etiam tradunt Bonac. *de legib. diſputat. 20. quæſt. 2. punct. 5. §. 4. & de cenſur. in Bulla, diſp. 2. quæſt. 16. ſect. 2. part. 6. n. 17.* Ambroſin. *de immun. & libertate Eccleſ. cap. 17. n. 10.* Duard. *can. 15. q. 11. num. 13.* Carol. de Graſſis *d. eff. ect. 1. n. 841. & effect. 2. n. 164.* Maſtril. *dec. 288. num. 19. part. 3.* Anton. Diana *reſ. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 51.* Et ideo aſſaſſinii qualitas coram Judice Eccleſiaſtico eſt probanda Mar. Antonin. *var. reſ. lib. 3. reſ. 48. n. 43.* Novar. frater *d. titul. de aſſaſſinio, num. 7.* ubi *num. 11.* quod ad hunc effectum Judex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui fabricato per Judicem ſæcularem.

Aſſaſſinus autem licèt diverſimodè explicetur à 86 Doctoribus, in terminis tamen *dict. cap. 1.* propriè dicendus erit omnis, & ſolus ille, qui ex infideli aſſaſſinorum gente pecuniâ datâ vel promiſſâ tractat de occidendo Chriſtiano, ſicut ex bonis Authoribus colligunt Caietan. *in ſum. verb. aſſaſſimus, & verb. excommunicatio 16.* Covar. *in Clem. ſi furioſus. part. 2. in init. à n. 9.* Salzed. *ad Bernard. c. 96. verſ. ſed quia*, Menoch. *de arbit. caſu 360. à n. 39.* Suarez de Paz *loco ſuprà citato.* Aſſaſſini enim populi erant ex Syria, qui à pueritia ita inſtruebantur ut inimicos Regis, aut Domini, quorum vaſſalli erant, ipſorum mandato incautos occiderent: de his omnibus, & ſolis agitur *dict. cap. 1.* ut manifeſtè colligitur ex verbis ibi, *Securitatem ab eorundem aſſaſſinorum Domino impetrare*: quæ ſatis evincunt ibidem agi de aſſaſſinis, non quibuſcumque, ſed de illis ſolummodò, qui ex infideli aſſaſſinorum genere ſuo Regi, vel Domino ſubjiciebantur, & qui à pueritia ad tam perniciоſam crudelitatem deſtinabantur. Conſonant verba ſequentia ibi,

ibi, *abeo*, hoc est à Rege vel Domino assassinorum *redimere vitam suam* Unde dispositio dicti capitis 1. tantopere pœnalis,& exorbitans, attento jure trahi non debet ad alios assassinos, præsertim cùm ratio ubi nititur,non ita urgeat in aliis, qui neque ex genere infidelium, neque sub Rege tyranno ad tam crudele ministerium deputantur, neque ab eis tam grave resultat Christianæ Religionis opprobrium, contra dicta *d.c.5.vers.si quæ ab eo*,quicquid Doctores communiter non ita expendentes, longè aliter indistinctè resolvant.

87 Decimotertiò quæro, utrùm ordinatus post delictum commissum, vel etiam Monachus factus gaudeat fori privilegio? Indistinctè affirmant Decian. *tract crimin. tom.1.lib.4.c. 9.n.* 60. Marc. Ant. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 9. n. 5.* Carol. de Grassis *d.effectu* 1. *n.* 1074. Aloys. Ricc. *decis.*357 *part.*4.Diana *ref.mor.part.*1. *tract.* 2. *ref.* 26. Squillante *d. c.* 7. *n.* 33. novissimè Donat. Anton. de Marinis *quotid.ref.c.*48 per textum *in l. qui cum uno*,§.*reus,ff de re milit.* ubi reus capitalis criminis accusatus,si efficiatur miles, non remittitur, sed à judice militiæ judicandus est:tum quia privilegium superveniens liberat ab onere priori,quod incumbebat, *l. Papadonem* 17.§. *si quis autem tutor*, *l. jurisperitos* 33. *in princ. ff. de excusat.tutor. l. prætor,pen. in pr.* ibi,*vel si qui Sacerdotium nacti sunt*, *ff. de vacation. mun.* Unde est, quod dignitas superveniens etiam lite pendente opitulatur,& excusat.Bart. *in l. si rem alienam* §. *ult ff. de pignor. act.* Cabed. *part.*2. *dec.* 58. *n.* 4. Deinde expenditur illud vulgare, quo dicitur,*ubi te invenero*, *ibi te judicabo*: id est,in eo statu,quo te invenero, ibi te judicabo, *l.item apud Labeonem* 15.§.*si quis virgines.ff de injuriis,c.ad audientiam* 25. ubi Gloss. *verb.lex,de sent. excom.* Et hanc partem affirmativam sine dubio, quando absque dolo,& fraude fuit ordinatus, defendunt Cov. *d.cap.*32.*n.*4.*vers. prima conclusio*,Clar. §. *fin. q.* 36. qui antè loquitur de illo, qui post delictum commissum factus est Religiosus. Fr. Emman. *quæst. Regul.tom.*3 *q* 54. *art.* 5. *in princ.* Gutier. *practic. lib.*1. *q.*5.*n.*2.*vers. prima conclusio*, Cevall. *comm. contra commun. q.* 565. *à n.*6. *& de cognit. per viam viol. part.*2.*q.* 37. Felician. de Vega *in relect. ad cap.* 2. *n.*116.*cum seqq.de judic.*Farinac.*tom.*1 *conf.* 77. *n.* 2. *cum seqq.* Vincent.de Franchis *dec.*384.ubi Amendola& Ricc. *in addit.* Fragoso *in regimine Christianæ Reip.part.*1.*l.*b 2.*disp.*4. *n.* 356. *vers. in causa ramen.* novissimè Ansald. *de jurisd. Eccles.p.*2. *tit.* 11. *c.*15.Valasc.*conf.*48.*n.* 2. Cabed. *d. part.* 1. *dec.* 58. *n.*4.*vers. item clericatus*, Bonacin. *de legib. disp.* 10. *quæst.*2.*punct.*1.§. 1. *num.* 18. *& de censur. in Bulla Cœnæ,disp* 1.*quæst.*16.*sect* 1 *puncto* 5.*num.* 9. Suarez. *in defens.Fidei,lib.*4.*cap.*15 *num.* 14. Joan Bapt. de Thoro *in compend. dec.Regni Neapol.verb clericus, vel professus,pag.*93 Giurba *conf.*15.*n.*2. per textum cui innituntur *in l.hos accusare* 12.§.*hoc beneficio,ff.*

88 *de accusat.* & censuit Sacra Congreg. Concilii sub die 10.Decembris 1596.*contra Clericum prima Tonsura, qui post dimissum habitum, & Tonsuram clericalem deliquit,& pro delicto in Curia sæculari citatus fuit,deinde reassumpto habitu cum Tonsura Ecclesiæ inservire cœpit, non posse judicem laicum processui finem imponere,& contra illum quoad personam procedere.*

89 Verùm ubi post delictum commissum fraudulenter, & dolosè fuit ordinatus, ut scilicet seculare forum evadat, videtur non liberari à foro sæculari, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur, ne ex sua malitia commodum reportet, *cap. intellexi-*

mus,in fine, *de judic. cap.* 2. *propè fin. de dolo*: tum quia affectans privilegium, aut quidvis aliud, gaudere non potest privilegio, seu beneficio rei quam procuravit, seu affectavit. Paris de Puteo *de syndicatu*,ubi *de affectante efficium*, Nicol. *in concord. glossar. concord.*6.*n.*104.*fallent.*63. Felin. *in cap.fin. ex n. c. de testib.* & vide peculiarem tractatum manuscriptum de affectionibus, ordine alphabetico dispositum Petri Accolti Aretini, Pisis olim ordinarii Interpretis Juris Canonici: ideò sic declarant præfatam sententiam limitantes Covar. Clar. Valasc. Cevall.& Cabed. *proximè citatis locis*, Gutier. *d.q* 5.*n.*5.ubi refert plura, ex quibus fraus ista præsumatur.Vivian.*tom.* 1. *opin.* 38. Avendan. *de exequend.mand lib.*1.*c.*22.*n.* 12. Gabr. Pereira *de mann Regia p.*2.*cap.*25.Farinac. *d. q.* 8.*à n.*104. Bobadil. *in sua Politica,lib.*2.*cap.*18 *num.* 77. Thom.Valasc. *tom.*1.*alleg.*17.Erasm.à Cochier *de jurisd. Ordin in exemptos*, *part.* 4. *q.* 17.*n.* 28. D.Barb. *in l. si quis posteaquam*, *ex n.* 199.*ff. de judic.* Ordinat. Regia Lusit. *lib.*2.*tit.*1.§.3. *in fine.* Plura etiam hujusmodi fraudis indicia, & argumenta, & quod si tempore Ordinis assumpti delinquens non erat accusatus,vel diffamatus de crimine, nullatenus prædicta fraus præsumitur, referunt Covar.*d. c.* 32. *num.* 4. *vers. fraus verò*,Farin *d. q.* 8 *n.*110 *& conf.*77.*n.* 3. *cum seqq.*Carol.de Grass. *ubi supr. num.* 1076. Zerol. *in praxi Episc.part.*1.*verb. Clericus,n.* 6. in quo piè ad modum locutus est Suar. *d.lib.*4.*c.*15. *n.* 17. ibi: *Sed certè non videtur pertinere ad dolum, vel malam fidem,quod quis causâ in tempore se eximendi ab illo foro,& custodiendi suam personam,illum statum assumat, sicut non est mala fides confugere ad Ecclesiam post delictum ad se tuendum;illa enim intentio non est mala*, &c.

Utrum autem possit Clericus hoc casu à judice sæculari non solùm in bonis, sed etiam in corpore puniri, supposito quod fraudulenter fuerit promotus? Vide Covar. *d. loco*, *n.*4. Gutier. Farinac. & Carol.de Grassis *de effectib. cleric. effect.* 1. *n.* 1129. Duard.*canon.qq. q.*7. *num.* 4. Bonacin. *dict. sect.* 1. *punct.*5.*n.*10. & alios *ubi suprà*, apud quos etiam videbis quid dicendum,quando quis ante delictum commissum votum fecerat Religionis, vel Ordinis sacri suscipiendi:In Papiensi sub die 23.Maii 1626. *Sacra Congregatio Concilii,auditis partibus, & prævia maturâ discussione,censuit Clericum,qui characterem,& habitum clericalem assumpsit post delictum,processum,& fide jussionem de se representando coram judice laico,gaudere privilegio fori, & à jurisdictione judicis laici esse liberatum quoad personam, quod si fraus subsit (quam Judex Ecclesiasticus inspicere debet) posse judicem laicum processui finem imponere, contra illum quod bona procedendo*: & hanc declarationem sequuta fuit novissimè Sacra Congregatio Immunitatis in una Civitatis Castellanæ, sub die 18.Februarii 1631.

Decimoquartò quæro, utrùm Clericus, qui in 90
ferendo testimonio coram sæculari judice deliquit judicari valeat ab eodem, & puniri? Respondeo negativè, ut per Felin. *in cap. verùm*, *num.* 5. & ibi Abb. *de foro compet.* Afflict. *dec.* 230. Covarr. *pract.c.*18. *n.* 8 *& in cap. quamvis pactum*, *part.* 1. §. 7. *n.* 6. Marant. *de ordine judic. part.* 6.*cap. de inquisit. n.* 150. *& actu* 12. *à num.* 1. Capyc. *decis.* 5. *num.*13. Clar.§ *fin. quæst.* 8. *n.* 14. *vers. hinc quæro*, Roland *conf.*12.*n.*51.*lib.*2.Bernard. *in pract. c.* 93. *n.*1.ubi Salzed. in addit.litt. C, Garcia *reg.* 9. *n.* 6. Vincent.de Franch. *decis.* 545. *n.* 6. Tapia *de jure Regni,in constit.d. personis,num.* 27. Joan. de Montealegre

tealegre *in praxi civili, lib. 1. cap. 9. num. 16.* Cevall. *de cognit. par. viam viol. p. 2. q. 74. à n. 7.* Surd. *consil. 169. num. 17.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 24. num 1.* Fachic. *controv. lib. 9. cap. 27. vers. tertia verior*, Farinac. *d. q 8. n. 26. in princ.* Bonac. *de censur. in Bulla Cœnæ, disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 5. num. 11. & de legib. disput. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 18.* Mart. *de jurisd. part. 2. cent. 1. cas. 128. num. 9* Erasm. à Cochier *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, part. 2. q. 35. num. 2.* Carol. de Grassis *d. effect. 1. num. 1148.* Ambrosin. *de immunit. cap. 18. num. 11.* Felician. de Vega *in relect. ad c. decernimus 2. num 99. de judic.* Ciarlin. *controv. forensium cap. 48. num. 11.* Tamb. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 15. quæst. 19. n. 27.* latè Ansald. *de Jurisd. Eccles. p. 2. tit. 11. cap. 15.* novissimè Donat. Anton. de Marinis *quotid. resol. c. 50. per tot.* Squillante *d. cap. 8. num. 110.* ubi etiam post Aloys. Ricc *part. 4. dec. 81.* subdit Clericum de dicta falsa depositione facta coram laico nequaquam posse puniri per suum judicem competentem. Ratio est, quia non magis dicitur constare de crimine Clerici, quando Judex sæcularis arbitratur coram se falsum testimonium protulisse, quàm quando Clericus coram eodem Judice crimen in judicio confitetur, aut de eo legitimè convincitur. Pater, quia longè melior probatio est, quæ ex confessione judiciali, vel legitimis testibus resultat, quàm quæ ex solo judicis arbitrio, *arg. c. ult. de cohab. Cler. c. nos in quemquam*, cum multis *ibid. 2 q. 1.* sanè Clerici, licèt confessi, vel convicti de crimine coram sæculari, propter hoc à suo Episcopo non sunt condemnandi, *cap. & si clerici 4. in princ. de judic.* ibi, *omnes igitur, &c.*

91 Non obstat lex *nullam 1. C. de testib.* quia non habet locum quando testes sunt omninò exempti, & ita suo judici subjiciuntur pro bono publico, & cæteri judices omninò sunt vetiti, & improrogabiles. Nec obstat regula legis *1. propè fin. C. de ord. jud.* & legis *quoties 3. C. de judic.* quia non procedit ubi dicatur omnimoda incompetentia, & incapacitas, prout in judice sæculari respectu Clerici. Valasc. *consult. 159. n. 7.* non sic quando laicus falsum coram Judice Ecclesiastico deponit, quia ab eodem Judice puniri potest. Cov. *pract. c. 18. n. 8.* Guazz. *de defens. reor. def. 1. c. 11. n. 34.* Giurb *cons. 19. n. 120.* latè Ciarl. *controv. forens. c. 48. ferè per tot.* ubi in fine hanc quæ sequitur, decisionem refert. *Die 18. Martii 1631. Sacra Congregatio Eminentissimorum Patrum controversiis jurisdictionalibus præpositorum respondit, dictam Episcopum procedere posse contra laicum, qui subornare attentavit testes in causa pendente coram Judice Ecclesiastico. Belling. Card. Gypsius. Franc. Paulutius S. C. Secret.* 92

93 Nec denique obstat regula capitis *præterea, de offic. deleg.* quod scilicet concesso uno conceduntur omnia necessaria ad illud unum; cùm negari non possit maximè necessarium esse ad principalis causæ definitionem priùs cognoscere an Clericus falsò fuerit testificatus, ut sciatur quanta fides eidem sit adhibenda: nam respondetur dupliciter. Primò regulam illam non procedere in iis, quæ in specie sunt prohibita, sicut in proposito; tunc enim quamvis necessaria sint, non censentur concessa. Vel secundò respondetur cum Surd. Fach. & Farin. *dictis locis*, post Cov. Clar. & alios, quos referunt, & sequuntur, sæculares cognoscere posse an Clericus falsò fuerit testificatus, non quidem ad effectum judicandi crimen Clerici, neque illud puniendi, ut suprà diximus, sed solùm ut instructior reddatur ad causam principalem hoc, vel illo modo definiendam, ut apud omnes in confesso esse testatur Farinac. *d. n. 16. vers. limitabis pri.* Huic quæstioni affinis est alia an Judex laicus possit clericum, qui eum injuriavit, capere, & carcerare? Et quamvis existimaverint id præfato Judici licere Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9 num. 141.* & Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 89. in fine*, subdens quod etiam poterit ipse clericus mulctari aliquâ pœnâ pecuniariâ propter talem irreverentiam; & crediderint in his terminis nihil facere posse præfatum Judicem sæcularem auctoritativè, & ex jure proprio, sed permissivè quoad eum solùm effectum ob majus malum vitandum, & cum moderamine, scilicet ut intra 24. horas veniat coram suo Judice Ecclesiastico præsentandus, Bobadil. *d. c. 19. num. 51. & 317.* Cevall. *comm. tom. 4. q. 895. n. 535.* Felic de Vega *in relect. c. si diligenti, num 58. & 59. de foro compet.* attamen id nullo jure probatur, ex dictis.

Decimoquarto quæro, utrùm, si Clericus, & laicus simul delinquant, uterque sit conveniendus coram Judice Ecclesiastico, ito ut laicus ratione socii Clerici gaudere debeat privilegio fori? Paratem negativam, quæ vera est in criminibus suâ naturâ meræ sæcularibus, amplectuntur Aym. *consil. 232. lib. 2.* Rebuff. *de privil. schol. privil. 106. vers. 4. & in præm. ad leges Gallic. glos. 5. num. 117.* Padil. *in l. 1. n. 5. C. de divers. resc.* plures quos refert, & sequitur Covar. *pract. c. 34. n. 1. ad fin.* Gom. *tom. 3. var. cap. 10. n. 6.* Clar. Perez, Mena, Joan. Garc. & alii, quos citat, & quorum opinionem in praxi ex aliis magis receptam, & veriorem testatur Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 9. à n. 7.* adducentes in id expressam Castel æ legem 113. styli Parlad. *differ. 8. §. 1. num. 36.* Vincent. de Franchis *dec 426. num. 4.* Fragoso *de regimine Reip. Christiana p. lib. 2. disput. 4. n. 359.* Ozasch. *Pedem. decis. 103. num. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 371. n. 13.* Decian. *in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 44.* Duard. *in Bullam Cœnæ can. 17. q. 11. num. 48.* Carol. de Grassis *d. effectu 1. num. 1232.* Castr. Palao *in opere moral. p. 2. disp. unic. 6. num. 11.* Novar. *de elect. fori sect 3. q. 1. num. 28* Sanch. *in oper. moral. tom. 1. lib. 3. c. unic. dub. 30. num. 5.* Ambrosin. *c. 20. à num. 3.* Surd. *consil. 222. n. 3. & cons. 396. num. 18.* Fachin. *controv. lib. 9. cap. 13. littera F.* Bobadill. *in sua Politica, lib. 3. c. 17. n. 70. cum seqq.* latè Farinac. *d. q. 8. num. 151.* Thom. Valasc. *alleg. juris tom. 2. alleg. 18.* Pro quibus illud maximè facit 94

95 quod ubi materia, de qua agitur, est dividua, privilegium unius socii alteri minimè communicatur, *l. si commune 10.* juncta Gloss. 2. ibi, *quia individuum est, quemadmodum servitus*: Glossa ultima *in c. 1 §. ult. de jure patron. lib. 6.* sanè quamvis Clericus, & laicus simul tempore deliquerint, materia dividua est, quia unusquisque insolidum deliquit & crimen consummavit, unusquisque suum habet forum diversum, in quo legitimè convenitur, & in quo diversæ, ac peculiares pœnæ in suos subditos statuuntur; & ideò in proposito nulla datur continentia causæ, quæ dividatur, contra regulam legis *nulli 10. C. de judic. c. 1 de caus. poss.* eo quòd causæ, & personæ delinquentium sunt diversæ, & neque causa, neque persona alteri causæ, aut personæ est annexa, neque tandem de illis rebus agitur, de quibus ad eundem judicem eundum sit, ut per Fachin. *d. c. 31. vers. continentia causa.* Nam eo solùm casu socius utitur privilegio socii, quoties causa est individua, *l. si communem ff. quemadm. servit. amit. l. 1. & 2. C. si unus ex plurib.* Monter. *decis. 14. num. 84.* & tunc causa tota remittitur ad Judicem Ecclesiasticum, tanquam ad digniorem, ne conti-

Biblioteca de Ciències Socials

nentia causæ dividatur, & ne contingat ferri diversas sententias. Cov. *practic. cap.* 35. *dub.* 1. *num.* 3. Marant. *de ordine judic. part.* 4. *dist.* 11. *n.* 21. Natt. *cons.* 280. *num.* 3. *vol.* 2. Farinac. *d. q.* 8. *sub num.* 151. Card. Seraph. *decis.* 957. *num.* 2. Sperel. *decis.* 26. *num.* 11. & 12.

Verùm contrarium, immò clericum & laicum simul delinquentes ab Ecclesiastico Judice in omni eventu puniendos esse, resolvunt Marta *de jurisd. p.* 4. *casu* 119. Franc. Ragnan. *in resp. pro censuris Pauli V. part.* 3. *fol.* 85. Scacc. *de judic. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 14. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de favore cleric. person. §.* 16. *n.* 1. *vers. altera*, Diana *moral. resp.* 4. *tract.* 1. *resol.* 7. Ciarlin. *controv. forens. c.* 34. *num.* 16. Sperell. *in decis. fori Ecclesiast. dec.* 19. *n.* 20. quorum dicta intelligi debent quando utriusque dicitur unum & idem crimen, & perplexitas causæ impedit processum plurium Iudicum, ut in mandante committi delictum, & in mandatario: nam tunc certum est ratione connexitatis hujusmodi Judicem Ecclesiasticum posse de crimine, etiam respectu laici cognoscere, illumque punire. Ubicunque enim clericus & laicus communitatem habent, veluti si inter plures cohæredes adest aliquis Clericus, omnes pro eadem causa communi convenienti sunt coram Judice Ecclesiastico. Marant. *de ordine judic. part.* 3. *dist.* 11. *n.* 21. Benzon. *de censur. tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 16. *c.* 1 §. *prater Juris Canonici dis. positionem, vers. hac difficultas.* Sperell *d. decis.* 19. *n.* 22. ita ut processus aliter coram sæculari factus, etiam quoad ipsos laicos sustineri non possit. Scacc. *d. tract. de jud. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 24. Rot. *coram Seraph. d. decis.* 95. Farin. *d. q.* 8. *num.* 151. Gratian. *discept. forens. c.* 641. *num.* 3. 19. & 20. Sperell. *d. dec.* 19. *n.* 22. ubi *n.* 23. subdit, quod si prædicti hæredes in divisione facienda disceptarent, per Judicem Ecclesiasticum esset controversia dirimenda: & *num.* 24. quoad si clericus, & laicus essent simul dati executores testamenti, ante Judicis Ecclesiastici tribunal conveniendi erunt: & *n.* 26. quod facto compromisso in Clericum, & laicum simul, reductio ad arbitrium boni viri petenda est coram Judice Ecclesiastico: & *n.* 18. quod fratres laici ex persona clerici immunitate gaudent.

96 Decimosextò quæro, Utrùm Clericus crimen læsæ Majestatis committens ita amittat fori privilegium, ut cognosci valeat, & puniri per judicem sæcularem? Negativa pars, quæ verior est, ex eo suadetur, quia crimen hoc propriè committere non dicitur, nisi ille qui Principis offensi subditus est, ut videtur probare textus *in Clem. pastoralis. §. rursus*, ubi Gloss. *de re jud.* Cabed. *Lusitan. decis.* 83. *num.* 1. *part.* 2. qualis non censetur Clericus respectu propriæ personæ, quæ ut talis exempta est, juxta tradita per Doctores *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & in cap. fin. de reb. Eccles.* proinde videtur dicendum, tanquam propriè committentem crimen læsæ Majestatis Clericum non esse puniendum, & multò minùs à judice sæculari, ut benè resolvunt Boss. *in pract. crim. tit. de crim. læsæ majest. num.* 88. Afflict. *super const. lib.* 1. *rub.* 43. *const. de personis, num.* 6. Læl. de Zanchis *de privil. Eccles. privil.* 85. *num.* 10. Vincent. de Franch. *dec.* 691. Bovius *in respon. p.* 4. *arg.* 1. *fol.* 75. ubi refert in Hispania tempore Caroli V. Ecclesiasticos quosdam hujus criminis reos ad suos Prælatos remissos fuisse, Lezana *in sum quæst. Regul. tom.* 3. *verb. Clericus. n.* 28. & alii apud Carol. de Grassis *d. effect.* 1. *n.* 568. Clar. *in §. læsæ Majestatis crim, n.* 7. Gabr. Pereira *de manu Regia lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 20. Sperell. *in dec. fori Eccles. decis.* 21. *n.* 15. Roland. *cap.* 4. *col.* 1. Armend. *ad decis.* 326. Vincentii de Franchis, *n.* 5. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 4. *quæst.* 22. Farin. *in praxi crim. q.* 8. *a n.* 28. & *q.* 112. *num.* 32. Marta *parr.* 4. *casu* 113. *num.* 9. Ansel. *de jurisd. Eccles. p.* 2. *tit.* 11. *c.* 3. *n.* 81 *cum seqq.* & in puncto Juris esse peobabiliorem opinionem dicit Cabed. *d. decis.* 83. *n.* 2. Marc. Aut Genuens. *in pract. Archiepiscop. Neapol. capi.* 72. Aloys. Ricc. *in collect. dec. part.* 5. *collect.* 2062. & *in praxi rerum fori Eccles. res.* 311. Anton. Diana *moralium resol.* 1. *part. tract.* 2. *resol.* 19. & *part.* 2. *tract.* 1. *resolut.* 30. quorum plures, & præcipuè tres ultimo loco citati, affirmant annis elapsis in quadam rebellione fuisse processum contra Clericos, & Monachos, ex delegatione felicis recordat. Clementis VIII. per judicem laicum clericali charactere insignitum, insimul cum Judice Ecclesiastico, an textum verò *in c. si quis laicum*, 23. *q.* 5. qui in contrarium facere videbatur, respondimus latè *in Collectam. ad eundem.*

Decimoseptimò quæro, utrùm Clericus delictum falsæ monetæ, vel ipsius tonsionis committens, idem fori privilegium taliter amittat, ut propter illud à Judice sæculari puniri valeat? Respondeo negativè, quia cognitio hæc, & punitio ad Judicem Ecclesiasticum tantùm spectat, ut resolvunt Boss. *tract. crim. tit. de foro compet. num.* 134. Clar. *d. quæst.* 36. *num.* 20. Vincent. de Franch. *d. dec.* 691. *num.* 7. Carol. de Grassis *d. effect. 1. num.* 345. & 576. novissimè Donat. Anton. de Marinis *quotid. res.* 57. & Ansald. *de jurisdict. Eccles. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 4. Sed jam hodie omnes, & singulæ personæ Ecclesiasticæ, etiam quomodolibet exemptæ, tam sæculares, quam cujusvis ordinis Regulares, qui aureas vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint, prævia degradatione Curiæ sæculari puniendi traduntur, juxta constitutionem S. D. N. Urbani VIII. incipientem, *In suprema pastorali specula*, sub dat. Romæ *idibus Novembris* 1627. cujus meminit Donat. Ant. de Marinis *dicto loco*, & Anton. Novar. *in summa Bullar. tit. de monetariis, super Bullam S. D. N. Urbani VIII.* 97

Decimo octavò quæro, si Clericus in minoribus Ordinibus constitutus delictum committat, & postea habitum, & tonsuram relinquat, vel uxorem ducat, an puniendus veniat per Judicem Ecclesiasticum pro delicto commisso tempore clericatus? Ab Ecclesiastico esse puniendum, cùm attendatur status, in quo delinquens erat tempore delicti, resolvunt Gramm. *decis.* 10. Clar. *d. q.* 35. *num.* 9. Vincent. de Franch. *dec.* 417. Camill. de Curte *in diverse. juris feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. Farin *d. q.* 9. *num.* 66. Marc. Anton. Genuens. *d. cap.* 9. *n.* 2. Aloys. Ricc. *part.* 2. *decis.* 113. Petr. Cabal. *resolut. crim. tom.* 1. *cent.* 2. *casu* 147. Marta *de jurisd. part.* 2. *casu* 32. *num.* 53. & *part.* 4. *casu* 21. *num.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 226. *num.* 2. Ansald. *de jurisd. Eccles. part* 2. *tit.* 11. *cap.* 18. Anton. Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 32. & *resol.* 118. Baiard. *ad Clar. d. quæst.* 26 *num.* 46. Squill. *de privil. Cleric. cap.* 7. *num.* 38. Sanch. *in opusc. moral. tom.* 2. *lib.* 6 *c.* 1. *dub.* 3. *num.* 1. idem Diana *moral. resp. part.* 3. *tract.* 1. *res.* 34. & *part.* 4. *tract.* 1. *res.* 6. latè Giurb. *cons. crim.* 15. *num.* 11. *cum seqq.* ubi multis probat & *num.* 17. post plures resolvit, quod si clericus homicidium clericatus tempore committat, & inde uxorem duxerit, pro delicto illo suppositus adhuc est Episcopo. 98

Decimo

99 Decimononò quæro, utrùm laicus condemnatus in exilium à Judice sæculari, si fiat Clericus, & rumpat exilium, possit ab eodem judice puniri pro fractura exilii? Respondeo non posse puniri à Judice laico pro fractura prædicta, sed esse puniendum ab Ecclesiastico, cùm sit novum delictum commissum à persona, cujus status est mutatus, & effecta exempta. Ita Tapia *lib. 1. de jure Regni, tit. 2. num. 33.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 8. num. 2.* Fab. de Anna *lib. 2. conf. 140. num. 12.* Carol. de Grassis *d. effect. 1. num. 1140.* à Ponte *de potest. Proregis, tit. 7. § 7. num. 16.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 3. decis. 202.* Squillante *de privileg. cleric. cap. 7. dub. 3.* Anton. de Marinis *variar. resol. c. 189. num. 2.* Diana *moralium resol. p. 4. tract. 1. resol. 22.* Vincent. de Franchis *decis. 395. in princ.* ubi refert judicatum, quod relegatus in insulam ad certum tempus, si infra illud tempus assumpsit Ordines, & discessit ab insula, si captus sit, non potest Curiæ sæcularis duplicare relegationem, & ab eo exigere pœnam pecuniariam, stante mutatione status, & fori, & ibi, Amendola, & Riccius *in addit.* Mart. *de jurisdict. part. 4. casu 176. num. 12.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 226. num. 25.* ubi quod laicus relegatus ad insulam ad aliquod tempus, si infra illud assumpsit Ordines clericatus, & non servavit exilium, recedendo à loco relegationis, non potest condemnari pœnâ servati exilii, juxta formam sententiæ Judicis sæcularis, stante mutatione status ac fori, & nova conditione personæ, & novo delicto.

100 Vigesimò quæro, utrùm Clericus relegatus à Curia Ecclesiastica, si durante relegatione efficiatur laicus, relicto habitu clericali, & frangat relegationem, possit pro fractura ab eodem Ecclesiastico puniri? In primis Alber. quem refert, & sequitur Vincent. de Franch. *d. decis. 395. in fine*, tenet quod non ab Ecclesiastico, sed à laico judice condemnari debet, quia est novum delictum commissum à persona, cujus status reperitur mutatus, & effectus non subditus. Contrarium tamen verius est, eo quòd immutatio fori post sententiam non mutat prioris judicis jurisdictionem, sed jurisdictio judicis Ordinarii durat, ut possit perpetuò suam sententiam tueri, & non observantes coërcere, ne reddatur elusoria, juxta legem 1. *ff. ne vis fiat ei*; & ideò hanc partem sustinet Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 8. num. 9.* ubi subdit ita se habere observantiam Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ.

101 Vigesimoprimò quæro, utrùm Clericus hæres laici, cœpta jam lite cum defuncto, ligetur instantia, teneaturque coram sæculari judice subire judicium, & prosequi? Respondeo Canonistas nostros communiter resolvere talem Clericum hæredem laici non teneri coram judice sæculari prosequi litem jam contra ipsum laicum cœptam, sed denuò esse conveniendum super eadem re, vel actione coram Judice Ecclesiastico. Ita Gloss. 1. *in cap. Clericum nullus, 11. quæst. 1.* Butr. *num. 11. & 12. circa fin.* Felin. *col. 3.* & Dec. *num. 11. in cap. quia, de judic.* Rip. *in cap. decernimus, num. 12. in fine, eod. tit.* Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 86. & seq.* Spin. *in Speculo test. gloss. 39. num. 71. vers. ex illis*, Bisignet. *decis. 1. de foro compet.* Peregr. *de fideicomm. art. ult. num. 20.* Mynsing. *cent. 3. observ. 45.* Bonacin. *de legib. disput. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 25. & ad Bullam Cœnæ disp. 1. quæst. 26. punct. 5. num. 18.* Andr. Molfes. *in comment. ad consuet. Neapol. p. 2. q. 8.* Anton. Diana *moral. resol. p. 1. tract. 2. resol. 23. & p. 4. tract. 1. resol. 21.* Squillante *de privileg. cleric. cap. 7. num. 38.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de favore clericorum reali, §. 2. n. 5.* Joan. Baptista Thoro *voto 36. num. 34.* latè Carol. Maranta *tom. 3. resp. 30. per tot.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15. n. 3.* Mart. *de jurisd. p. 4. casu 39.* Mar. Anton. *var. resolut. lib. 1. resol. 49.* Cardinal. Tusch. *tom. 4. lit. I, concl. 451. num. 38.* Pro quibus potest sic à simili argumentari. Instantia cœpta cum defuncto, cui fiscus postea successit, non transit in fiscum: ita communis ex Dec. *num. 10. in d. c. quia*, testatur veriorem, & magis receptam Vivian. *tom. 2. opin. 161.* plures quos referunt, & communem affirmant Cevall. *commun. contra commun. q. 37.* Surd. *cons. 222. num. 8* ergo neque instantia cœpta cum laico transibit in Ecclesiam, vel Clericum hæredem; mutatâ enim personâ, mutatur actio, *arg. cap. unic. ad fin. de jure part. lib. 6.* cum his quæ post alios tradit Cov. *pract. cap. 36. num. 4. vers. 2.* Valasc. *cons. 163. à num. 12.* Deinde pro eisdem facit à simili, quod etsi aliàs contra privatam personam sufficiat cæteris concurrentibus usucapio decem, vel viginti annorum; si tamen Ecclesia privato succedat, cœpta contra illum usucapio decem vel viginti annorum, non sufficit contra Ecclesiam, sed triginta, vel quadraginta annorum, prout de jure requiritur in rebus Ecclesiæ, *cap. de quarta 4. cap. ad aures, cum similib. de præscript.* ut in terminis affirmat Jas. *in Auth. Quas actiones, num. 36. C. de sacros. Eccles.* Cevall. *d. q. 36. num. 6* ergo licèt contra laicum sufficeret instantiam agitari coram sæculari, ibidemque cœpta finiri debuisset, si tamen postea Ecclesia vel Clericus laico succedat, neque satis erit, nec ibi instantia finiri debet.

Verùm Civilistæ, & cætera Jurisperitorum schola resolvunt, Clericum hæredem laici defuncti, cœptâ jam lite cum eo, instantiâ ligari, teneriquè coram judice sæculari judicium prosequi, non tamen novum incipere. Ita Paul. de Castro *in l. hæres absens, in princip. num. 4.* & ibi Angel. *num. 3. ff. de judic.* idem Paul. *in l. cùm quadam, num. 9.* ubi Jas. *num. 8. de jurisd. omn. judic.* Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 249.* ubi plures refert, & addit argumenta, quibus hæc defenditur opinio, Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verb. uxorem num. 124. de testam.* Boër. *decis. 9. num. 32.* ubi affirmat servari in praxi, Gregor. Lop per textum *in l. 57. glos. 5. tit. 6. part. 1.* Castill. *Sicil. decis. 2.* Cov. *pract. c. 8. n. 3.* Marant. *de ordine judic. part. 4. dist. 11. num. 79.* Menoch. *de succes. creat. §. 22. num. 72. limit. 17.* Perez *l. 4. ad fin. tit. 2. lib. 5. Ord.* Vivian *tom. 2. opin. 48.* Burg. de Paz *in l. 3. Tauri, num. 86. & 792.* Olan. *in antinom. Juris, lit. C, à num. 26.* Avendan. *de exequend. mand. part. 1. c. 1. num 33.* Girond. *de gabellis, part. 4. §. 1. num. 13.* Baptist. Asin. *in praxi Florent. §. 2. cap. 1. num. 45. cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss. 53. in princip. num. 72.* Azeved. *l. 15. tit. 4. lib. 5. nova Recop.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. part. 2. §. 1. num. 8. cum seqq.* Surd. *cons. 222. num. 16. & decis. 110. num. 2.* Cur. Philipp. *part. 1. §. 6. n. 19.* Donell. *comment. Juris Civilis lib. 17. cap. 11. col. 2.* Fachin. *controvers. juris lib. 12. cap. 43.* Camil. Borrell. *in addit. ad Bullugam in speculo Principum, rubr. 11. §. videndum, lit. B, in fine, & rubr. 18. §. denuò, in fine, & in sum. decis. tom. 1. tit. 43. de foro compet. à num. 61. & tit. 94. de instantia, an. 41.* Suar. de Paz *in pract. tom. 2. prælud. 2. num. 40. cum seqq.* Bobadil *in sua Politica, lib. 2. cap. 18. ex num. 165.* Cevall. *tom. 1. quæst. 36. per tot. & tom. 4. quæst. 856. cum seqq. & de cognit. per viam violentiæ part. 2. q. 12. num. 20.* 102

Biblioteca de Ciències Socials

& quæſt. 40. *num.* 5. Alex Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de judic. reſol.* 4. *num.* 17. Maſtril. *Sicilia dec.* 79. *n.* 3. Cened. *ad Decretum, collect.* 37. *n.* 7. *& pract. ac Canon. qq. lib.* 1. *q.* 31. *num.* 9. *&* 10. Gabr. Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 30. *per tot.* Fragoſo *de regimine Reip. Chriſtiana, part.* 1 *lib.* 2 *diſp.* 2. *n.* 356. *in princ.* Anſald. *de juriſd. part.* 3. *tit. unico, cap.* 10. Caſtill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 25. *n.* 49. Bernard. Græveus *ad practicam Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 36. *col.* 10. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 16. *n.* 31. *cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi judicum, & advocat. verb. hæreditas, num.* 19. Valaſc. *conſ.* 144. *num.* 14. D. Barboſa *in l. ſi conſtante, §. fin. ex num.* 27 *ff. ſolut. matr. & in l. hæres abſens, in princ. num.* 104. *cum ſeqq. & à num.* 123. *&* 127. *&* 129. *ff. de judic.* Viv. & Graſſ. *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 115. *&* 116. Ordin. Regia Luſit. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 8. Carol. de Graſſ. *d. effect.* 1. *n.* 282. Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. part.* 4. *deciſ.* 218. Eraſm. à Cochier *de juriſd. Ord. in exemptos, part.* 4. *q.* 46. Giurb. *dec.* 82. *num.* 2. *verſ. ſic quoque*, Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana. part.* 1 *lib* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *verſ. quod mirum eſt, & n.* 19. *&* p. 2. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 13. Queſada *diverſ. qq. cap.* 4 *num.* 7. Sempron. Aſcius *dec.* 77. Novar. *de variat. & elect. fori, ſect.* 2. *q.* 20. *pag.* 161. *in* 1. *edit.* aliàs *ſect.* 3. *q.* 23. *per tot. pag.* 262. *& q.* 24. *c.* 263. *in* 2. *edit.* Marta *de juriſd. part.* 4. *caſu* 33. Graſſ. *de effectib. cleric. effectu* 1. *num.* 278. Amat. *var. lib.* 2. *reſ.* 76. *num* 46. *verſ. contrariam*, Carleval. *de judic. diſp.* 2. *q.* 5. *num.* 309. Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.* 2. *cap.* 12. *n.* 32 noviſſimè Noguerol. *tom.* 1. *alleg.* 39. *à num.* 117. ubi *num.* 130. poſt Girond. *de privil. num.* 949. Anel. Amat. *conſ.* 28. *num.* 15. *cum ſeqq.* Apicella *de dilat. quinquen. tit.* 1. *num.* 97. Guzm. *de evict. c.* 7. *num.* 47. *cum ſeqq.* tenet ab hac reſolutione initium ſuſcepiſſe praxim communiter obſervatam, quod in cauſis ſuper dilatione quinquennali à debitoribus impetranda contra ſuos creditores, omnes citantur coram Judice ſæculari, etiamſi eorum aliqui ſint clerici.

103 Pro quibus adducitur primò regula legis *ſi is qui Roma* 34. *l. ſi quis poſtea* 7. *l. ſi hæres abſens* 19. *in princ. ff. de judic. d. l. ſi conſtante* 25. *§. ult. ff. ſol. matr. l. cùm quaſi* 30. *in princ. ff. de fideicom. libert.* cum aliis: planè hujuſmodi regula nullibi reperitur in Clericis hæredibus limitata per Jus Canonicum: ergo, &c. confirmatur hoc ipſum ex regula legis *ubi cœptum* 30. *ff. de judic. l. nulli* 10. *C. eod. tit. c. propoſuiſti* 19. *de foro comp.* Secundò adducitur illud vulgare, *quod hæres cenſetur una, & eadem perſona cum defuncto, Auth. de jure jur. à moriente præſtito, §.* 1. *collat* 5. *l. hæredem* 60. *ff. de reg. jur.* Tertiò non parum opitulatur, quod Clericus hæres per additionem ligatur ex contractu, vel quaſi celebrato cum defuncto, omniaque illius jura formata tranſeunt in hæredem, tam activa, quàm paſſiva, *l. hæres in omne* 37. *ff. de acquir. hæred. l. cùm de matre* 14. *C. de rei vend. l.* 1. *&* 2 *C. de hæred. action.* ſanè in judiciis, quando inchoatur inſtantia, reus quaſi contrahit cum actore, & vice verſâ, ne poſſint forum declinare, *l.* 3. *§. idem reſcribit, ff. de pecul.* juvat caput 1. *poſt princ.* juncta Gloſſ *verb. reſpondere, de foro comp. lib.* 6. *Auth. Qui ſemel, C. quomodo*: quia ſicut perſona hæredis ligatur ex contractu, vel quaſi geſto à defuncto, ita & inſtantia cœpta, per quam quaſi contrahitur; nec enim ex perſona hæredis immutatur qualitas obligationis antecedentis, *l.* 2. *§. ex his, in princ ff. de verb. obl.* aliter ſequeretur abſurdum, & inæqualitas, quod Clericus hæres partem acceptaret & partem repudiaret, contra legem *nam abſurdum.* 7. *ff. de bonis libert. l. cùm quæreretur* 17. *ff. de admin. tutor. cap. efficii* 14. *de teſtament.* Si ex iis hæc poſterior ſententia magis placuerit, ſupereſt ut ad prioris fundamenta reſpondeamus, & in primis ad illud de inſtantia cœpta cum defuncto, cui fiſcus poſtea ſucceſſit, reſpondetur longè verius eſſe, & communiter receptum, illam inſtantiam tranſire in fiſcum, ſicut in alium quemcunquæ hæredem univerſalem, *argum. l. fiſcus cùm in privatis* 6 *ff. de jure fiſci*: ſequuntur plures, ut per Surd. *d. conſ.* 222. *num.* 8. qui hanc opinionem veriorem putat, & contrarium communiter damnari teſtatur: ſequitur Cevall. *quæſt.* 37. *ad fin.* Ad illud autem, quod mutatâ perſonâ mutatur actio, reſpondet Surd. *dicto loco, num.* 21. procedere quando perſona mutata non repræſentat ſimpliciter, & abſolutè primam perſonam; ſecus quando ita primam repræſentat, ut juris cenſurâ una, & eadem perſona cenſeatur, ſicut in hærede cum defuncto, *d. Auth. de jure jur. §.* 1. *d. l. hæredem*, cum aliis. Denique ad illud de uſucapione cœpta ad inſtantiam cœptam, quamvis Cevall. & ſuprà citati non reſpondeant, neganda omninò eſt de uno caſu ad alium, propter diverſam rationem; inter utrumque etenim inſtantia finiri jubetur ubi eſt cœpta: *d. l. ubi cœptum*; & cœpta cum defuncto tranſit in hæredem, *d. §. ult. d. l. is qui Roma.* Inſuper continentia cauſæ non dividitur, quia Judex, apud quem inſtantia cœpit, multo magis eſt inſtructus, *argum. d. l. nulli, C. de judic. c.* 1. *in princ. de cauſ. poſſ.* & tandem quia ſaltem per citationem juriſdictio eſt præventa, *d. cap. propoſuiſti.* Quæ omnia non dantur in uſucapione, unde de hac ad illam veluti à diſparatis querela fieri non poteſt. Plures alias dubitandi rationes, & ipſarum ſolutiones in propoſito vide per D. Barboſa *d. §. ult. n.* 28. *cum duob. ſeqq.* ubi *num.* 19. videbis utrum Clericus hæres pro legatis, & fideicommiſſis coram ſæculari valeat conveniri.

Intellige tamen hucuſque reſoluta; ſive inſtantia fuerit cœpta cum defuncto reo, ſive actore; utroque enim caſu tranſibit in Clericum hæredem, cùm inſtantia non ſolùm tranſeat in hæredem rei, ſed etiam actoris, *l. ſi petitor* 31. *ff. de re judic.* Alex. *num.* 4. Doctores communiter *in d. §. ult.* Limita verò ubi Clericus hæres laici defuncti conveniendus ſit in caſu, quo ſucceſſor conventus non fuerat; tunc enim coram judice Eccleſiaſtico conveniendus eſt. Bart. *in d. l. hæret abſens, num.* 2. ubi D. Barboſa *num.* 129. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 37. *n.* 18. Gregor. Lopez *l.* 57. *verb. demandata, tit.* 6. *part.* 1. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 33. *princ. num.* 7. *&* 76. Parlador, *d. §.* 1. *n.* 8. Stephan. Gratian. *d. cap.* 16. *num.* 1. *&* 31. Melch. Phœbo *Luſitan. deciſ.* 70. *c.* 14. *num.* 1. Et in puncto, quod Judex ſæcularis, coram quo lis pendebat, poſſit ſententiam ſuam exequi contra rem litigioſam nulliter alienatam in Clericum, & ab eo poſſeſſam, tenent Urſill. *ad Afflict. deciſ.* 212. *num.* 2. *& deciſ.* 331 *num.* 3. Cevall. *de modo cogniſc. per viam violent. p.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 35. *cum ſeqq.* Carleval. *de jud. diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *n.* 936. Modern. *de protect. Reg. p.* 4. *c.* 14. *num.* 110. *&* 111. Alex. Sperell. *dec.* 7. *num.* 5. *cum ſeqq.* nam tertius, in quem lite pendente res fuit alienata, non poteſt opponere fori declinatoriâ. Ferentil. *ad Eurat deciſ.* 71. *num.* 7. 104

Vigeſimoſecundò quæro, utrùm ſi prædium vel alia poſſeſſio ſit affecta onere reali, pacto adjecto de non alienando, & poſtea res ex aliquo titulo tranſeat in Clericum, poſſit exequutio fieri 105

per

per judicem sæcularem in prædio, vel re taliter hypothecata? Pars affirmativa suadetur primò, quia sicut Clericus hæres cœpâ instantiâ cùm defuncto laico coram judice sæculari potest conveniri coram illo, quia quodammodò censetur hæreditas, & defunctus ligatus illâ instantiâ, & ideò cum tali onere reali conveniri etia poterit coram sæculari, quia res illa taliter affecta cum suo onere transit in Clericum & in quemcunque tertium possessorem, *argum. l. 1. C. sine censu, l. Imperatores 7. in princ. Cod. de publican. c. pastoralis 18. §. fructus autem*, ubi Gloss. *verb. nisi, de decim.* Ergo cùm in proposito non agatur contra Clericum qua talis est, sed contra possessorem, non habito respectu ad personam, fit consequens per sæcularem judicem fieri posse exequutionem. Facit etiam quia pactum illud adjectum de non alienando, operatur nullam esse alienationem posteà subsequutam, *arg. l. si creditor 7. §. ult. ff. de distract. pign.* ergo suppositâ nullitate alienationis præsumitur res alienata esse adhuc in dominio principalis debitoris. Gutier. *lib. 2. pract. qq. quæst. 132. num. ult.* Felic. *de censib. lib. 3. c. 6.* Cevall. *d. q. 36. num. 18.* ubi *n. 14.* ex his hanc partem tuetur: & *p. 3. quæst. 820. num. 29. cum seqq. de cognit. per viam violent. q. 16. num. 34. & 35.* Parlad. *rer. quotid. lib. 2. c. fin. p. 2. §. 1. num. 12. vers. ex quibus aliquando consultus*, Azeved. *l. 11. num. 12. tit. 3. lib. 1. Recop.* Gironda *de privil. n. 967. & 100.* Modern. *de Regia protect. p. 4. c. 14. n. 106.* Guzman. *de evict. q. 7. num. 34. & 35.* Joseph Vela *dissert. 14. n. 59. cum seqq.* Amaya *ad l. 2. C. de annon. lib. 10 num. 31. cum seqq.* Verùm contra illum maxime urget regula capitis 2. & similium, *de for. comp.* secundùm quam nullus judicum sæcularium, neque in criminali, neque in civili causa potest Clericum judicare, aut aliquatenus condemnare. Quare licèt pro jurisdictione Ecclesiastica in his terminis teneat Roder. *de annuis reddit. lib. 2. quæst. 9. n. 59. cum seqq.* Diana *resol. moral. tom 3. tract. 1. resol. 49* Carleval. *de judic. lib. 1 tit. 1. disput. 2. ex num. 351.* nihilominus tamen sub distinctione res omnis componenda est, videlicet, aut exequutio per judicem sæcularem concipitur, & dirigitur in personam Clerici possessoris, quasi directè ille condemnetur, & eidem jubeatur, ut solvat; & tunc exequutio sub ea forma admittenda non est, quamvis Clericus possideat bona sic hypothecata: ita Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 55. vers. 4. cum seqq.* Cevall. *d. loco*, Surd. *cons. 1. lib. 1. & dec. 20. n. ult.* vel exequutio dirigitur in rem oneri subjectam, cujus fructus sequestrari jubentur in manus laici, ut ex illis solvatur onus reale, nullo habito respectu ad personam possessoris; & tunc affirmandum est, nihil obstare quominus exequutio fiat in prædictis bonis à judice sæculari, ut citati Doctores docent, & argumenta pro parte affirmativa adducta satis evincunt, quæ refert me citato *in hoc loco*, Noguerol *tom. 1. alleg. 3. num. 27.*

106 Vigesimotertiò quæro, utrùm Clericus in actione reali ad rem conveniri possit coram sæculari judice? Affirmativam partem primus omnium tenuit Odofred. *in l. de his, num. 2. C. de Episcop. & Cleric.* dum inquit: *Nota verum, quod non placet clericis, quod ratione fundi quem possident, sint subjecti Imperio in temporalibus, unde si possident vineam, debent de illa præstare tributa, & coram sæculari judice illius causâ conveniri, & respondere* Et post Odofred. idem voluit Guillelm. de Cuneo, loquens de censibus, & tributis debitis à Clerico ratione rei, *in d. l. de his, num. 2. & in Auth. Clericus, num. 2. vers. quid dicendum*, subdens ita servari de consuetudine Franciæ, de qua consuetudine testantur etiam Bald. *in d. Auth. Clericus, n. 2. in fine.* Ante Guillelm idem censuisse Host. referunt *in cap. qualiter, de judic.* Abb. *num 8.* Barbat. *num. 20.* Socin Jun. *in cap. 1. de foro compet. num. 35. & in cap. sane, eod. tit. num. 10.* eundem Guillelm. de Cuneo sequitur Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem 2. num. 33. & 34.* concludens in actione hypothecaria, & illa reali, & mixta Clericum conveniri posse coram laico judice. Tiraq. *de retract. lignag. §. 22. gloss. 1. num. 81. & 82.* subdens Senatum Parisiensem censuisse, non esse audiendum Episcopum Cabilonensem, dum exciperet esse in possessione cognoscendi de actionibus realibus inter Clericos. De eodem Arresto contra eundem Episcopum testatur Auffer. *in tract. de potest. sæcul. in Eccles. concl. 2. in 4. fallens in actione reali, vers. contrarium tamen*, Boër. *dec. 64. num. 6. & seqq.* Mynsing. *cent. 1. observ. 22. & cent. 4. observ. 95.* Gail. *lib. 1. observ. 37. num. 4.* Gutier. *pract. lib. 2 quæst. 132. num. 9.* Ozasc. *dec. 68. num. 34. cum multis seqq.* ubi declarat hoc esse verum, si fiat indirectè, non constringendo Clericos, & Ecclesiasticas personas, sed res ipsas oneri affectas, Gironda *de explicat. privileg. num. 567.* concludens Clericos pro censibus, & tributis posse conveniri coram sæculari judice. Et quod Clericus succedens in aliquo prædio affecto onere censuali, vel Regio pro terminis decursis, ratione oneris, & hypothecæ, cum qua ad eum devenit, conveniri possit coram sæculari judice, voluerunt Bart. *in l. incola 2. num. 5. ff. ad municip.* Jas. *in l. placet, in 2. lect. num. 21. C. de sacros. Eccles.* Bellug *in speculo Principum, rub. 46. §. donum, num. 5. in fin.* Joan. Andr. *in cap. non est in mora, de reg. juris num. 7.* Abb. *in c. cùm homines, num. 9. de decimis* Afflict. *decis. 95.* Auffer. *d. tract. de potest. sæcul. in Eccles. concl. 2. fallent. 4. vers. contrarium*, citati à Gratian. *discept. forens cap. 16. num. 19. & seq.* qui loquuntur de fructibus census consignativi, dicentibus aliquibus laicum judicem posse cogere colonos, ut vendant fructus rei, ut satisfaciant censuario: ac etiam illius mandato posse vendi rem censualem, tenent citati etiam à Cevall. *commun contra commun. quæst. 36. num. 14. 20. & seq.* concludente pro censibus, & reliquis oneribus realibus conveniri posse coram sæculari judice, qui nihil tamen decernere posset in illius personam: & ait quod ipse semper fuit opinionis, quod exequutio fieri possit per judicem sæcularem in prædio hypothecato, & oneri reali obnoxio. Ægid. Thomat. *in tract. de coll. §. videndum, num. 10. 14. & seq.* præmissa responsione eorum, quæ objici possunt, concludit non solùm pro oneribus realibus Clericos posse conveniri coram Ecclesiastico judice, sed etiam in omni actione reali, ubi libelli conclusio tendit ad rem, non autem in personam conventam, quia tale judicium non offendit nec personam Clerici, nec Religionem, nec libertatem Ecclesiasticam, & Clericus isto casu non dicitur reus, sed merus defensor prædii affecti oneri reali; & est regula, quod defensor excluditur exceptione declinandi forum rei, vel personæ, *l. venditor 49. ff. de judic.* quam extendi ad Clericum volunt Corn. *cons. 79. n. 12. vol. 4.* Guillelm. Bened. *in c. Raynutius, verb. & uxorem, dec. 2. num. 125.* Anton. Gom. *var. resol. tit. de empt. num. 39. versic. item adde, quod talis venditor*, Cujac. *ad Afric. tract. 6. col. 11. versic. sequitur*, Gail. *lib. 1. observ. 37. num. 7.*

Moventur

Biblioteca de Ciències Socials

Moventur hi Doctores, vel moveri potuerunt primò inductione plurium legum, & Canonum, nempè *l. viros, C. de palat. ſac. largit. lib.* 12. ubi Palatinus apud Præfectum Urbis non compellitur litigare, niſi agatur de ſervitute, vel domo, vel annona, *& cap. quod clericis, cap. ſi diligenti, de foro compet. & Auth. Statuimus, & Auth. Sed hodie, C. de Epiſcop. & Cleric.* in quibus Juribus cùm taxativè dicatur Eccleſiaſticas perſonas eximi à juriſdictione laicorum in cauſis criminalibus, & ubi agitur de illarum perſonis diſtringendis, non ſunt eadem jura continentia caſum ſpecialem extendenda ad caſum, ubi reali actione cum illis agitur *argum. text. in l. jus ſingulare, l. quod verò, ff. de legib.* Secundò rationibus, quia onus reale ſequitur rem ipſam oneri reali obnoxiam; & ideò ſicuti ſi ageretur ad rem Eccleſiaſticam, gauderet privilegio fori, *cap. verò, de foro compet.* ita non debet gaudere, ſi agatur de onere ipſius rei: & cùm de connexis ad eundem judicem eatur, Alexand. *in l. ſi quis ex argentariis, §. rationes, num. 2. ff. de edend.* & cùm privilegium fori datum Eccleſiaſticis loquatur tantùm de illorum perſonis, non debet extendi ad res ab ipſis poſſeſſas, de quibus ſi cognoſceret Eccleſiaſticus, dicendum eſſet, quod illi liceret extra fines ſui territorii exercere juriſdictionem, contra legem finalem, *ff. de juriſd. omn. judic.* Ac etiam, quia utilius eſt Clericum potiùs conveniri iſto caſu coram ſæculari judice, quàm Eccleſiaſtico, cum in quolibet pago detur illius copia, & Eccleſiaſtici judices degant in Civitatibus tantùm, atque etiam quia coram laicis litium inſtantia eſt temporalis, & brevis, ubi apud Eccleſiaſticos eſt longior, & perpetua. Hæc fuit ratio conſiderata à Guillelmo de Cuneo *in d. l. de his, & Authent. clericus, C. de Epiſc. & Cleric.* atque etiam, quia in actione reali non vocatur in judicium perſona Clerici, cùm in eo aliqua non cadat obligatio, §. 1. *Inſtitut. de action.* ſed res ipſa, §. *omnium, Inſtit. eodem,* & recepta eſt phraſis apud antiquos Jureconſultos, ut judicium, vel ſententia, vel lex detur, vel dicatur fundo rei controverſæ, *l. ſed & loci, § ſi aliter. ff. ſin. regund. l. liberto* 22. §. *fin & l. ſeq. §. uno, ff. de negot. geſt. l. 2. ff. de noxalib. act.*

107 Contrarium tamen, imò de Jure Clericum non poſſe conveniri coram ſæculari judice actione reali, tenuerunt Rayner. de Forolivio *in addit. ad Guillelm. de Cuneo in dict. l. de his, & in Auth. Clericus, de Epiſcop. & Cleric. in fin.* Alber. confutatis quæ in contrarium afferri poſſunt, *in Authent. Statuimus, num. 6. verſ. in contrarium,* C. *eodem.* Joan. de Platea *in l. viros,* C. *de Palat. ſacr. larg. lib.* 12. *num. 2. in fine, verſ. ſed tu dic contra,* Petr. Gregor. *in praxi libellorum, rubric.* 98. *de duello, ſeu pugna, num. 25. verſ. ſed contra,* ubi refert ita etiam ſenſiſſe duos ſuos præceptores, nempe Bermundum de Monteferrario, & Petrum de Ferrariis. Bald. *in d. Auth. Clericus, num. 2. in fin.* ubi relatâ conſuetudine Franciæ, dicitur eſſe falſum, quod de jure Clericus in reali actione conveniatur coram ſæculari judice: & *in cap. decernimus de judic. in fine,* addit Clericum non poſſe ſiſti in judicio coram ſæculari judice, nec in perſonali actione, & non valere contrariam conſuetudinem Franciæ. Joan. Fab. *in dict. Auth. Statuimus,* C. *de Epiſcop. & Cleric. num. 35. verſ. prima, & in § ſi verò reus, inſtitut. de ſatisdat. num. 5. in fine,* ubi fatetur hanc opinionem de jure eſſe veram, licèt de conſuetudine Franciæ Epiſcopi, & Cardinales reali actione pulſi reſpondere ſoleant coram judicibus ſæcularibus; & cùm ipſe eſſet Francigena nolle impugna Regni conſuetudinem. Aretin *in rubric. Inſtit. de except num.* 20. Sed iſta diſtinguit, aſſerens ſibi minimè placere dicta Guillelmi de Cuneo, Abb. *in c. qualiter* 17. *de judic. num.* 8. *& 9.* & Barbat. *ibidem, num.* 20. *& 21. & num. 29. & 31.* ſcribens Guillelmum de Cuneo contrariæ opinionis malè loquutum fuiſſe, & non benè dixiſſe. Rot. *deciſ.* 30. *de conſuet. in antiq. & deciſ. 5. de foro compet. in antiq. num. 1.* concludens in reali actione, & criminali judicio Clericum gaudere privilegio fori & improbat conſuetudinem Anglicanam contrariam, quam nec excuſari vult tolerantiâ Papæ, quantumvis longâ. Soccin. Jun. *in cap. 1. de foro compet. num. 35. & in cap. ſanè, eodem tit. num.* 10. *& ſeqq.* qui cùm priùs tentet ſalvare opinionem Hoſtienſis, concludit poſtremò illam ſibi, & domino ſuo minimè placere. Boër. *deciſ.* 69. *num.* 53. *& ſeq.* aſſerens hanc opinionem magis communem, & veram, licèt in Gallia de facto ſervetur contrarium, ſed quo jure is ſtylus ſervetur, ignorare ait Soc. Sen. *conſ.* 13. *num.* 30. *lib.* 4. Marant. *de ordin. judic. parte* 4. *diſt.* 11. *num.* 2. *in fine.* concludens ex Abbate Clericum non poſſe conveniri coram laico judice, tam, actione perſonali, quàm reali, & illius opinionem probari *cap. fin. de judic. & cap. ſi Clericus, de foro compet.* Roland. à Valle *conſ.* 12. *numero* 37. *& conſ.* 23. *num.* 13. *lib.* 2. reſolvens non poſſe conveniri coram ſæculari judice, ſive agatur perſonali, ſive reali, ſive poſſeſſorio, ſive petitorio judicio, & ordinario, vel ſummario, etiam pro rebus propriis patrimonialibus, addens & jura deteſtari, ut laicus juriſdictionem quovis modo exerceat in Clericum. Anton. de Tremolis *in addit. ad pract. Huberti de Bodio, rubr. 2. quibusmodis ſuo nomine civ. num.* 255. *verſ. & licèt,* Amad. à Ponte *in tract. de laudem. q.* 51. *n.* 5. Steph. Grætian. *diſcept. forenſ. cap.* 16. *num.* 21. *cum multis ſeqq.*

Probant primò hanc negativam ſententiam 108
plura jura, quæ cùm generaliter loquantur, nec diſtinguant an actio in Clericum mota ſit realis, vel perſonalis, generaliter etiam, & ſine diſtinctione aliqua debent intelligi, ut eodem juridictionali argumento cenſuit Paul. *in l. non aliàs* 24. *§. fin. ff. de judic.* Jura autem ſunt *in Auth. Statuimus, Auth. ſed. hodie, C. de Epiſc. & Cleric. c. ſi diligenti, de foro comp. necnon cap. continua, cap. inolita, c. placuit,* 11. *q.* 1. *& §. ſi quis autem contra. Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. & §.* 1. *Auth. ut Clerici apud proprios Epiſcopos.*

Secundò eadem probatur ſententia ratione, quia 109
in concurſu fori ratione rei, & ratione perſonæ, præfertur forus perſonæ, *l. quod legatur* 38. *ff. de judic. l. à Divo Pio, ff. de re jud. l. fin. C. ubi in rem. actio:* tum quia res, & bona, tanquam acceſſoria perſonæ, *l. in pecudum, ff. de uſur.* ſequuntur forum perſonæ poſſidentis, *l.* 2. C. *de Epiſ. & cler. cap. de prudentia, de donat. inter vir. & uxor.* tum etiam quia mutatâ conditione perſonæ poſſeſſoris, mutatur quoque ſtatus, & forus rei, *l.* 1. C. *de impon. lucr. deſcr. lib.* 10. *l. ſi quis poſtea, ff. de Jud. l. licitatio, §. fin. ff. de publican.* in tantùm quod neceſſaria ſit conſequentia, ut quæ religioſis adhærent, religioſa fiant, *l. qua religioſis, ff. de rei vendic.* & dignior trahat, non autem trahatur à minùs digno. *c. quod in dubiis. de conſecr. Eccleſ. l. qua ratione* 8. *ff. de acquir. rer. dom.* præſertim ſi de competentia fori agatur, *l. per minorem. ff. de jud. c. quanto, eodem tit.*

Soc

Soc. jun. *conſ.* 1. *num.* 3. *in fin. vol.* 2. Barbat. *in c. qualiter, de judic. num.* 29. *& ſeq. & conſ.* 1. *n.*62. *& ſeqq. lib.* 3.

112 Tertiò, argumento ſumpto à majori, quod ſicut res, & bona aſſumentis militiam ſæcularem mutant ſtatum, & forum, *l. ex eo, C. de agent. in rebus, lib.*12. *l. magiſteria, C. de juriſd. omn. jud.* Valenz. *tom.* 1. *conſ.*83. *num.* 59. *& ſeq.* multò magis bona, quæ deveniunt ad Eccleſiam, vel Clericum, debent judicem, & juriſdictionem mutare, quia tranſierunt in digniorem perſonam, vel corpus profeſſum cœleſtem militiam, & ſortem Chriſti, *l. non diſtinguemus* 37. §. *Sacerdotio, ff. de recept. arbit* Innocent.

113 *in c.* 2. *de major. & obedient. n.* 1. *in fine.* Et quoad fori qualitatem diſcriminandam potiùs ſequimur conditionem Perſonæ, quàm res; quia in judiciis quaſi contrahitur. Barbat. *ad Abb. in c. qualiter* 17. *de judic. verſ. poſſet trahi*, Petr. à Ponte *in tract. de Monarchia Concil. q. pen. num.*4. Hæc, & plura alia conſideravit Alber. *in d. Auth. Statuimus, C. de Epiſc.*

114 *cop. & cleric. num.* 6. dum Rex Portugaliæ adverſus Epiſcopos ſeu Regni prætenderet privativè cognoſcere in omnes circa temporalia, admonendo Principes ſæculares, ne Eccleſiaſticos turbent in ſua juriſdictione, quia facilè cum illis fit ſicut factum fuit cum Ozia, qui ut legitur 2. *Paralip. cap.* 21. tentans in alienam meſſem falcem mittere, percuſſus lepra Regno fuit ineptus, & ſpoliatus. Alberic. ſequuti ſunt Socin. Jun. *in cap. ſane, de for. compet. num.*10. *& ſeq.* addendo plura, quibus Alberici opinio comprobari poſſet, & Petr. à Monte

115 *d. q. pen. n.*4 *& ſeq.* teſtans, & exemplis antiquis, & modernis probans, neminem unquam quavis dignitate præcellentem impunè in bonis, vel perſona ſua, vel ſibi jure naturæ, vel divino conjuncta turbaſſe Eccleſiaſticam juriſdictionem, & libertatem: & ego aliqua adderem, quæ præſentia ſunt, & loquuntur, ſi proficere certus eſſem, non autem offendere dubitarem. Dicam tamen contra judicem tentantem juriſdictionem Eccleſiaſticam ſcindere, vel tollere, poſſe inquiri, tanquam ſuſpectum de hæreſi. Bellet. *conſil.* 40. *num.* 55.

Vigeſimo quartò quæro, utrùm Clericus, cui lis eſt denunciata, ut emptorem laicum defendat, teneatur id facere coram ſæculari, an verò trahere poſſit cauſam ad forum Eccleſiaſticum? Partem, quæ affirmat, ad Eccleſiaſticum forum trahi poſſe, tuentur Paul. de Caſtro *in l. venditor, n.*3. *ff. de judic.* ubi Jacob. *n.*2. Angel. *in* §. *actionum, n.*19. *Inſtitut. de actionib.* ubi Aret. *n.* 45. Boët. *deciſ.* 69. *n.*27. Firmian. *de eviction. verb. venditor* 39. *& verb. evictio, verſ.*13. Foller. *ad Marant. de ordin. jud. p.*6. *actu* 5. *n.*10. Marta *de juriſd. p.*4. *caſu* 34. *& caſu* 35. *n.*21. Diana *moral. reſol. p.*3. *tract.*1. *reſol.*25. Capyc. *deciſ.*197. *per tot.* ubi Maſtrill. *in addit. n.* 6. Sperell. *in dec. fori Eccleſ. dec.* 24. *num.* 4. *verſ quinimò*, Tamb. *de jure Abbatum tom.*1. *diſp.* 15. *q.*19. *n.*33. Alex. Ambroſin. *Peruſ. dec.* 8. *per tot.* & hanc opinionem eſſe veriorem atteſtantur Moſcatel. *in pract. civil. p.*2. *in gloſſ. verb intimatio, n.*36. Marcell. Cala *de modo articulandi, & probandi*, §. 1. *gloſſ.*1. *num.*30. Squillante *de privileg. cleric. c.* 7. *n.*80. Quibus tria potiſſimùm ſuffragantur. Primum, quod Clerici ita privilegio potiuntur, ut quamvis maximè velint; coram ſæculari judice conveniri non valeant, *cap.* 2. *de foro compet. c. ſi diligenti, eod. tit.* quod quidem nulla lege repetitur limitatum, quando Clericus à ſæculari ut actor vocatur: igitur, &c. Secundò non parum facit *lex* 2. *C. ubi in rem actio*, juncta Gloſſ. 1. ubi habetur, quod ſi commodatarius, colonus, aut inquilinus, ſeu aliter poſſidens nomine alieno ſuper ea re in judicium vocentur, debent ſtatim dominum in auctorem nominare, non tamen in foro commodati, coloni, inquilini, aut aliter rem poſſidentis, ſed in foro rei ſitæ, *cap. ſanè* 3. *de foro compet. l. ſi prædium, C. de prædiis minor.* vel in foro domicilii, *capite ult. de foro compet.* cum aliis: igitur Clericus in auctorem vocatus potiùs ratione rei ſitæ, vel domicilii cogi debuit reſpondere. Tertiò ab eiſdem Doctoribus expendi ſolet in ſimili, quod fiſcus in auctorem vocatus ad ſuum Judicem cauſam revocat, *l.* 3. ibi, *aditus procurator, &c. C. de jure fiſci, lib.* 10. ergo & Clericus.

Partem verò, quæ negat ad Eccleſiaſticum fo- 116
rum trahi poſſe, expreſsè probat Ordin. Regia Luſit. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 11. ubi Parens meus, & apud Hiſpanos lex 57. *in fine, tit.*6. *p.*1. ubi Greg. Lopez *verb. ante*, & tenent Gloſſ. *in fine, in c. Clericum nullus* 11. *q.*3. Abb. *in c. quoniam frequenter* §. *in aliis, n.*28. *ut lite non conteſt.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. uxorem, n* 417. *de teſtam.* Rebuff. *tom.*3. *ad leges Galliæ, ſub tit. de dilation. art.*5 *gloſſ. unic. num.*1. Boër. *deciſ.*69. *n.*27. Capyc. *dec.* 197. *num.* 7. Grammat. *dec.* 21. *n.*4. Covar. *pract. cap.* 8. *num.*3. *& cap.*10. *n.*1. Gail. *lib.*1. *obſerv.*37. *num.*7. Aufter. *in tract. de poteſt. ſæcul. reg.* 2. *num.*9. *verſic. quintò fallit*, Gironda *de gabellis, part.*4. §. 1. *n.*15. Mynſing *cent.*1. *obſerv.*22. *ad fin.* Ant. Gom. *tom.*2. *var. cap.* 2. *n.*38. *col.*8. Perez *l.*4. *verſ. hinc eſt quod Clericus, tit.* 2. *lib.*5. *Ordin. pag.*143. Humada *d. l.*37. *gloſ.*6. Marant. *de ordin. judic. part.* 4. *diſt.*11. *n.*78. Caballin. *de eviction.* §. 3. *q.*2. *num.*110. Azeved. *l.* 5. *n.*2. *lib.*5. *nova Recop.* Gamma *Luſitan. deciſ.*352. *n.*1. Franc. Vivian. *Neapol. deciſ.* 49. *num.* 8. Surd. *conſ.*110. *& conſ.*222. *num.* 20. *& conſ.*396. *num.*7. Fachin. *controverſ. lib.* 2. *c.*37. *co l.*2. *litt. D*, Cevall. *commun. contra commun. q.*588. *& tom.* 5. *q.* 896. *n.*627. Bobadill. *in ſua Politica, lib.*2. *cap.*18. *n.*165. *cum ſeqq.* idem Cevall. *de cognit. per viam violent. part.*2. *quæſt.* 23. *num.* 23. Amendola *in addit. ad Vincent. de Franchis, dec.*426. *num* 6. Maſtril. *deciſ.*79. *num.*3. Zacch. *ad Galeſium de obligat. Camer. quæſt.* 8. *num.* 1. *&* 2. Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 1. *num.* 278. Caſtill. *Sicil. deciſ.* 2. Amat. *var. lib.*2. *reſol.*86. *num.*46. *verſ. contrariam opinionem* Novar. *de variat. & elect. fori, ſect.*2. *q.*20. *pag.*81. *& in* 2. *edit. ſect.*3. *quæſt* 23. *per tot. pag.*260. Carleval. *de judic. diſput.* 1. *quæſt.*5. *num.*109. Cenced. *ad Decretum collect* 37. *num.* 8. Uſil. *ad Aſflict deciſ.*380. Molin. *de juſt. tract.*2. *diſp* 300. *verſ. quando venditor*, Cur Philip. *part.*1. §. 10. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*15. *num.* 31. *& cap.*22. *n.*34. Camill. Borell. *in ſumma omnium deciſ. tom.* 1. *tit.*7. *de Clericis, & Sacerdot. num.* 90. *cum ſeqq.* Bonacin. *de legib. diſp.*19. *quæſt.*2. *punct.*1. §. 1. *n.*23. *& de cenſur. in Bulla, diſp.*1 *q.*16. *punct.* 5. *num.*16. Ambroſin. *de immunit. & libert. Eccleſ. cap.*20. *n* 23. Thoro *in compendio deciſ. Neapol. verb. Clericus, fol.*94. Bernard. Græveus *ad pract. Camer Imper. lib.*1. *concl.*37. *conſid.* 8. Cardoſo *in praxi Judicum & Advoc. verb. emptio, n* 34. D. Barboſ. *in l. venditor* 49. *num.*138. *cum ſeqq. ff. de judic.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.*31. *n.*84. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, p.*1. *lib.* 5. *cap.*5. §. 1. *verſ. ſecundò amplia, & p.*2. *lib.*1. *c.*4. *n.*10. Fr. Ant. de Souſa *in tract. de cenſ. bulla Cœnæ, c.*72. *à n.*3. Gabr. Pereir. *de mann Regia p.*3. *c.*31. D. Acuña *ad c.*1. *n.*6. *diſt.*96. noviſſime Noguer. *alleg. Iur. tom.*1. *alleg.*19. *n.*117. *& ſeqq.*

117 Pro quibus expeditur primò regula dictæ legis *vendito 49. ff. de judic.* ubi habetur venditorem ab emptore denunciatum, ut eum evictionis nomine defendat, non excusari si se privilegiatum dicat, sed omninò teneri sequi forum emptoris, *l. 1. in fine*, ibi, *ob actoris personam, C. ubi in rem actio.* Secundò, quia quando aliquis vocatur, seu nominatur tanquam actor, ut alium defendat, non habetur respectus ad qualitatem, vel dignitatem personæ ipsius vocati, sed principaliter ad personam rei conventi alium vocantis ad suam defensionem: unde quamvis persona vocata sit dignior, & speciale habeat privilegium, non attenditur, ut satis insinuatur *d. l. 1.* ibi, *ob actoris personam, &c.* Tertiò non parum opitulatur, quod Clericus ab actore vocatus non judicatur, nec condemnatur à sæculari, sed sententia fertur pro, vel contra reum vocantem, cui jus suum reservari solet per sententiam, contra quem habuerit, ut Doctores resolvunt *in l. sæpè, ff. de re judic. & in l. 1. §. denunciatio, ff. de ventre inspic. & in cap. pen. de re judic.* in specie advertit Fachin. *d. cap. 37. vers. respondeo.* Sanè in his terminis privilegium fori Clericis competens in nihilo infringitur. Patet quia verum est dicere, Clericum à sæculari judice nec distringi, nec condemnari, quod per textum *in d. cap. 2. de foro compet.* cum aliis prohibetur. Igitur nihil impedit quominus Clericus in hunc finem vocetur à judice sæculari.

118 Propter quæ hæc ultima opinio longè verior est, & numero Auctorum magis recepta: eâ igitur retentâ non obstant, quæ pro priori suprà adducebamus: nam ad primum respondetur, privilegium in nihilo infringi, quippe cùm Clericus per sententiam sæcularis nullatenus condemnetur, sed solummodò pro, vel contra emptorem sententia feratur, ac subinde versamur extra terminos: quod solùm viget quando Clericus ut reus convenitur, & judicatur, juxta regulam textus *in cap. cùm sit generale, de foro compet.* Marant. *part. 4. distinct. 11. num. 1.* licèt ad hæc non advertens aliter difficultatem solvere conetur Fachin. *d. loco, in vers. respondeo.* Unde est, quod postea ipsemet Clericus, quando ut reus convenitur evictionis nomine, apud suum Ecclesiasticum Iudicem con-
119 veniendus est: post alios Fachin. *ubi proximè.* Ad secundum *ex d. l. 2.* respondetur, præmissâ distinctione inter eum casum, quo quis ad judicium vocatur ut defensor necessarius, proprio nomine rem propriam defensurus, veluti si quis habens plenum rei dominium, tam utile, quàm directum, vocetur à colono, vel inquilino, qui nullum jus habet in rem de qua controversia movetur, *leg. colonus 12. ff. de vi, & vi armata:* & rursus inter casum, quo quis vocatur defensurus jus alterius, qui in re, vel utrumque dominium habet, vel saltem utile; prout in hoc quæsito, in quo emptor, cui plenum in re empta dominium, quæsitum est, vocat venditorem; vel si emphyteuta, aut feudatarius nominent Dominum directum ad suorum jurium defensionem, inter quæ illud est discrimen, quod primo casu non tenetur actor judicium suscipere in foro coloni, aut inquilini, eò loci, ubi res sita est, vel ubi aliàs vocatus forum habeat, & ita procedit dicta lex 2. juncta lege ultima, *vers. sed, & Cod. ubi in rem actio.* In secundo actor vocatus debet judicium suscipere ubi reus convenitur, & ita intelligitur dicta lex *venditor*, cum similibus. Ratio differentiæ est, quia in primo casu, cùm actor vocatus plenum rei dominium habeat, vocetur que defensurus rem proprium suo nomine ipse est qui litigat, & qui simpliciter, & absolutè principalis reus est in tali controversia: unde omninò oportet, ut apud proprium judicem in suo foro conveniatur: in secundo verò vocatus ad defendendum, reus non manet, sed ipse emptor, sicut & feudatarius, & emphyteuta rei sunt, qui nomine proprio conveniuntur, & pro, vel contra quos sententia fertur: & ideo actor vocatus ad illorum defensionem, meritò non utitur suo fori privilegio, sed in foro illorum eosdem cogitur defendere. Ita in proposito resolvunt Bart. *num. 6.* & communis *in d. l. 2.* Abb. *num. 8. in d. cap. ult.* ubi Sicul. *num. 16.* Gam. *d. decis. 332.* post Specul. & Anchar. quos infert Surd. *d. consil. 396. num. 36.* Unde quoties Clericus comparet uti defensor necessarius, eo quòd laicus nominans nullum in re jus habet, totam causam ad suum judicium trahere resolvunt Joseph. Ludov. *Lucensi dec. 34. in fine*, Ambrosin. *Perusin. dec. 8. num. 6. & de immun. Eccl. cap. 10. num. 28.* Anton. de Burgos *ad cap. si venditori, n. 16. cum seqq. de empt.* Vivian. Cevall. Scacc. Marches. & plures alii relati per Sperell. *dec. 24. num 1.* Ad tertium simili *ex d. l. 3.* respon- 120
detur, longè probabilius esse, fiscum venditorem ad instar privati teneri defendere emptorem in foro, quo emptor convenitur, ut benè resolvit Covar. *d. cap. 8. num. 3.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Gallia, tit. de dilat. art. 4. gloss. unic. num. 9.* Fachin. *d. c. 37. vers. sed contrariam*, plures quos sequitur Surd. *d. consil. 222. n. 18. argum. l. si fiscus cùm in privati 6. ff. de jure fisci.*

Vigesimo quintò quæro, utrum Judex sæcularis 121
competens sit adversus Clericos circa pœnarum condemnationem, & exactionem, quando ipsorum pecora damnum dederunt in fructibus, vel in pascuis vetitis fuerunt inventa? In qua quæstione Guttier. *pract. lib. 1. q. 4. num. 1. & 2.* post Castill. Cov. & alios distinctione utitur in hunc modum: *Aut. Judex secularis intendit procedere contra personam Clerici pro exequutione pœnæ, & tunc hoc nullatenus facere potest; aut non contra Clericos, sed directe contra ipsa animalia, & res Clericorum agit ad damnorum, & pœnarum solutionem, & tunc rectè procedit.* Idem ferè dicunt Greg. Lop. *l. 24. verb. el ganado, tit. 5. p. 7.* Cevall. *commun. contrà commun. tom. 4. q. 897. n. 620. cum seqq. & de cognit. per viam violent. p. 2. q. 23. n. 18. cum seqq.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. c. 39. n. 8. cum seq.* sic intelligentes Ordin. Reg Lusit, *lib. 2. tit 1. §. 29.* & apud Hispanos *l. 22. tit. 3. lib. 1. novæ Recop.* hac de re disponentes. Quod quidem ex eo suadere conantur, quia quando onus impositum est rei, potest sæcularis jubere, ut exequutio fiat in re, quæ in suo territorio, & jurisdictione est, non habito respectu, utrùm persona cujus res est, pertineat ad suum forum, vel jurisdictionem, *argum. l. viros 11. in princip. C. de Palat. sacrar. larg. lib. 12. cap. si tributum 11. q. 1.* Guttier *d. num. 2.* Cacheran. *Pedem. dec. 68. n. 34.* Avendañ. *de exequend. mand. part. 2. cap. 14. n. 13.* Confirmatur hæc ratio, quia hoc pacto persona Clerici non condemnatur à judice sæculari, nec coram illo convenitur? & ideò in nihilo offenditur, *ex reg. cap. 1. de foro compet.* nec Ordin. clericali aliqua offensa irrogatur, contra caput *si diligenti, eod. tit.* quia in personam Clerici nulla dirigitur exequutio, sed onus reale rei impositum à Clerico exigitur, sicut aliud quodcunque tributum reale, ut infra de privilegio fori circa exemptionem à tributis videbimus: ergo nihil est, quod impediat

quæ

quæ in rem diriguntur, fieri à judice sæculari.

112 Verùm hæc opinio sustineri non potest, de illaque valdè dubitant Antoninus Diana *moral. resol. p. 1. tract. 2. resolut. 80. & part. 4. tract. 1. resolut. 72.* Sanch. *in opusc. moral. tom. 2. lib. 3. c. unic. dub. 31. n. 2.* Squillante *de privileg. Cleric. c. 7. n. 94. vers. sed dubitatur*: quia hæc causa, quamvis naturâ suâ merè temporalis sit, tamen ratione personæ Clerici, contra quem movetur, manet Ecclesiastica, ac proinde à sæculari judice definiri non potest, *cap. 2. de judic. cap. quod Clericis 9.* ibi, *jure Canonico decidatis, de foro compet.* Nec difficultatem effugit distinctio supradicta, dum præsupponit Iudicem sæcularem posse non contra Clericos, sed directè contra ipsa Clericorum animalia ad damnorum, & pœnarum solutionem agere; nam id gratis dictum est. Cùm enim omninò oporteat sententiam ferri, & condemnationem pœnarum fieri, animalia autem minimè sint capita quæ conveniantur, vel condemnentur, *argum. cap. 2.* ibi, *rem quæ culpâ caret, in damnum vocari non convenit, de constitut. cap. mulier, vers. queritur, 15. quæst. 5.* ibi, *nec ullo modo capax legis sit*, bonus textus *in l. 1. post princ. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur*, omninò oportet aliquam dari personam, ut quam dirigatur actio, contra quam probatio assumatur, & adversùs quam dirigatur condemnatio, quorum neutrum contra Clericum Judex sæcularis facere potest. Textus *in d. c. 2. de foro compet.* ergo si ad juris rigorem, & strictam disputandi rationem confugiamus, supradicta distinctio fundamento destituitur, secundùm Aviles *ad cap. 17. Prator. gloss. 1. n. 12.* & securius esse post Ioan. Andr. Anch. & alios, quos refert, defendit Salzed. *ad Bernard. c. 55. vers. septimò, cum seqq.* ubi ita se pluries consuluisse testatur. Ad illud, quod Gutier. expendit, quod quando onus impositum est rei, possit sæcularis jubere, quod exequutio fiat in re, quæ est in suo territorio, non habito respectu utrùm persona sit sui fori, respondendum erit, & attento jure longè verius esse, exactionem, & actualem coactionem faciendam non esse per potestatem sæcularem, sed per solam Ecclesiasticam, ut expresè defendit Salzed. *dict. cap. 55. vers. 4.* ubi ex juris principiis rectè advertit etiam in exactione onerum realium contra Clericum sæcularem se intromittere non posse, quamvis Cæpol. & Mexia, quos refert, & meritò impugnat, contradicant. Textus autem *in dict. cap. si tributum*, solùm probat prædia Ecclesiarum teneri ad onera realia, non verò Ecclesias cogi posse per ministros sæculares, quia quoad forum in specie repetiuntur exemptæ, argumento textus *in d. c. 2. & in d. c. si diligenti, de foro compet.* Tandem dicta lex *vivos*, ad propositum adduci non potest, quia non agit de foro vetito, & improrogabili, prout est secularis respectu Clericorum. Ad confirmationem verò, quam ulteriùs pro Gutier adduximus, respondetur, quod cùm pœnæ hujusmodi, sicut & aliæ, non debeantur nisi potest legitimam condemnationem, vel saltem exactionem, secundùm gloss. ultimam *in fine*, communiter receptam *in c. fraternitatis 12. q. 2. & verb. officii, in Clem. 2. de hæret.* cum ibi adductis; pœnæ autem in pecora, & cætera animantia ratione carentia directè ferri, neque exigi possint, ut suprà ostendimus: fit consequens, necessariò condemnationem pœnarum ferri in Clericos, quod per potestatem sæcularem non est factibile, ut cum veriori sententia suprà resolvimus. Unde consequens est, meritò displicere opinionem Lucæ de Peña, & Avil. quos refert, & sequitur Gutier. *dict. quæst. 4. n. 5.* dum docet Principem sæcularem posse statuere, quod animalia Clericorum, & Ecclesiarum à suis pascuis arceantur, vel etiam à pascuis privatorum, ne sumant illa à dominis invitis, quod si inveniantur, solvant pœnam, aliàs impunè possint offendi. Confutatur enim facillimè ex suprà dictis, infrà dicendis circa privilegium exemptionis à tributis.

Hucusque dicta bene procedunt secundùm stri- 113
ctam disputandi rationem, & quod attento jure communi hac in re resolvi potest: sed ante omnia amplectendum esse censeo sacræ Congregationis immunitatis Decretum in una Terracinensi, ubi fuit resolutum, *causas damnorum datorum per Clericos, & Ecclesiasticos, seu per eorum animalia, necnon per familiares, ministros & colonos Episcoporum, & mensæ Episcopalis, etiam laicos, seu eorum animalia, in bonis quibuscunque, tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quàm etiam laicorum, spectare ad Curiam Episcopalem privativè. Si verò laici, eorumve ministri, & animalia damnificent bona Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum, Curiam Episcopalem procedere posse tanquam in causis mixti fori. At quando coloni, & ministri Ecclesiarum, Clericorum, & Ecclesiasticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitionem tam quoad bona, quàm quoad personas laicorum, & eorum animalia spectare ad laicum privativè; sed si cum animalibus Ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum, quoad personas spectare ad laicum, quoad verò animalia spectare ad Curiam Ecclesiasticam.*

Vigesimo sextò quæro, utrùm Clericus coram 114
judice laico recipiens depositum, & promittens restituere cui de jure, &c. possit ab eodem judice cogi ad restituendum? Quidam existimant, ab ipso Iudice sæculari cogi posse ad reddendum depositum, si judicialiter per illum electus fuerat depositarius: ita Capell. Tholos. *decis. 62.* Afflict. *decis. 24.* Tiraq. *de retract. convent. §. 4. gloss. num. 9. & 10.* Marant. *de ordin. judic. part. 4. diff. 11. num. 62.* Olan. *in antimon. juris, litt. C. ex num. 23.* Menoch. *remed. 15. recop. num. 214.* Cevall. *commun. tom. 4. quæst. 897. num. 610. cum seq.* Caroc. *in tract. de deposito, tit. de causis, num. 40.* Surd. *cons. 280. num. 11.* Ego tamen verius credo, Clericum qui in judicio sæculari depositum recepit, non posse pro illius restitutione coram judice laico conveniri, vel cogi ad restituendum, cùm sit exemptus à laica potestate: & hanc partem tuentur Ambrosin. *de immunit. & libert. Eccles. cap. 20. num. 55.* Surd. *consil. 399. num. 33.* Carol. de Grassis *dict. effectu 1. num. 855.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ contentis, disputat. 1. q. 16. punct. 5. num. 19. & de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15 quæst. 11. n. 36.* Anton. Diana *moral. resolut. part. 1. tract. 2. resol. 21.* Squillante *dict. cap. 7. num. 82.* Tambur. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 15. quæst. 19. num. 36.* novissimè Donat. Antonin. de Marinis *quotid. resolut. cap. 55. n. 5.* Matt. *de jurisdict. part. 4. casu 104. per tot.* ubi intelligit respectu coactionis Clerici depositarii ad restituendum, non autem in declaratione judicis dicentis depositum esse restituendum, quem sequitur Ansald. *dict. part. 2. tit. 11. cap. 26.*

Vigesimo septimò quæro, utrum Clericus fide- 115
jubens pro laico de stando juri, & judicatum solvendo coram judice sæculari, possit coram eodem conveniri ad solvendum dictam fidejussionem?

Reſpondeo non poſſe, ſed coram Eccleſiaſtico debere conveniri, ut per Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *num.*1008. Anbroſin. *de immunit. & libert. Eccleſ. c.*20.*n.*50. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.* 473. Mart. *de juriſ. part.*4. *cent.*2. *caſ.* 105. *per tot.* Tambur. *de jure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 15. *q.*19. *num.* 37. Paul. Squillante *d. cap.*7. *num.* 83. ubi 85. quærit, an laicus fidejuſſor Clerici ſit remittendus judici Eccleſiaſtico? De quo etiam Anſald. *part.* 3. *tit. unico, cap.*17. Matt. *ubi ſuprà, caſu* 106. Utrum quando clericus accepit poſſeſſionem à Judice ſeculari cum clauſula *Sine præjudicio juris tertii*, remaneat ſubjectus, & adſtrictus ad reſpondendum cujuſlibet tertii oppoſitioni, & ad hoc ut poſſit Judex ſecularis illum condemnare ad rei poſſeſſæ reſtitutionem? Affirmant Peregr. *de fideicom. art.*48. *ex n.*62. Carol. de Graſſ. *d. effect.* 1. *n.*947. Paz. *de tenut. c.*64. *à n.*13. Argel. *de acquir. poſſeſſ. q.*13. *n.* 87. *&* 88. Mart. *de ſucceſſ. legali p.*4. *q.*19. *art.*1. *n.* 41. Catleval. *de jud. n.*952. *&c.*

116 Vigeſimooctavò quæro, an Clericus, qui gerit officium tutoris, aut curatoris, vel procuratoris alicujus laici, poſſit coram laico civiliter convenire pro concernentibus officium prædictum? Partem affirmativam tuentur Stephan. Aufrer. *in tract. de poteſt. ſacul. in Eccleſ. reg.*2. *in fallent.*28. *& reg.*4. *fallent.*25. Eſcobar. *de ratiocin. cap.*7. *num.*7. Donat. Ant. de Marin. *quotid. reſolt. cap.* 53. *n.*2. Guillelm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, de teſtam. verb. & uxorem, deciſ.*2. Socin. *in cap.*1. *de foro compet. num.*51. Gail. *lib.*1. *obſerv.*37. *n.*7. Uſtill. *ad Afflict. deciſ.* 24. Alber. Oliva *in ritu* 37. *Curiæ Archiep. Neapolit. num.*7. ubi advertit exequutionem contra talem Clericum fieri debere per Judicem Eccleſiaſticum: refert Squillante *dict. cap.*6. *num.*87. Quicquid dicant Matt. *de juriſd. part.* 4. *caſu* 148. Bonacin. *de cenſ. in Bulla Cœna, diſp.* 1. *q.* 16. *punct.*5. *num.* 171

127 Vigeſimononò quæro, utrùm Clericus per Regem admiſſus ad aliquod officium ſeculare & Regium, ſi ipſo officio delinquat, poſſit puniri ab ipſo Rege? Affirmativam partem ſequuntur Aufrer. *in Clement.* 1. *de offic. Ordin. reg.* 1. *fallent.* 10. Carav. *ritu* 49. *num.* 118. Amendol. *ad deciſ.* 479. *Vincentii de Franchis, n.*1. *&* 2. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.*1. §. 5. *gloſſ.* s'il n'a grace, *num.* 71. *&* 91. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem,* Rendina *de majeſt. Princip.* §. *ſed etiam per legitimos tramites, num.*183. Plaza *de delict. cap.*19. *n.*31. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.*41. *litter. B,* Cov. *pract. c* 33. *n.*6. Hieronym. Portel. *in ſchol. ad Molin.* §. *clericus, ex n.*5. Cevall. *de cognit. per viam viol. p.*2. *q.*64. *n.*25. ubi quod benè poterit ſuſtineri conſuetudo, quâ admiſſum fuerit, quod imponatur pœna privationis, & altera pecuniaria per Iudicem ſecularem adverſus clericum miniſtrum Regium, qui in officio deliquerit. Eſcob. *de ratiocin. cap.* 7. *num.* 7. Gabr. Pereira *de manu Reg. part.*2. *cap.* 68. *num.*4. Contrarium verò, imò per Iudicem Eccleſiaſticum puniendum eſſe, præcipuè ſi non fuerit ter monitus, ut ab officiis, & artificiis deſtiterit, & tamen non curaverit deſiſtere; quia licèt Clericus nequeat officia ſæcularia ſine Superioris diſpenſatione ſuſcipere, *cap. Sacerdos, ne Clerici vel Monach.* nihilominus privilegium clericale retinet, & exemptus eſt à laica poteſtate, *cap. fin. de vita, & honeſt. cleric.* meritò reſolvunt Clar. §. *fin. quæſt.* 39. *num.* 31. & magis ſequitur Chaſſan. *loco proximè citato,* Vincent. de Franchis *dec.*479. *num.* 3. Tapia *de jure Regni, lib.*1. *tit.*2. *in conſtitut. de perſonis, n.*6. Carol. de Graſſis *d. effect.* 1. *num* 850. Bonac. *de cenſur. in Bulla Cœna contentis, diſp.* 1. *quæſt.* 16. *punct.*5. *n.*17. *& de legib. diſput.*10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. §. 2. *n.*24. Antonin Diana *moral. reſolut. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.*18. *& p.*4. *tract.*1. *reſol.*39. Matt. *de juriſdict. part.*4. *caſ.*127. Lezana *in ſum. tom.* 3. *verb. clericus. num.*30. Squillante *d. cap.*7. *num.*88 Duard. *in Bullam Cœnæ, can.*15. *quæſt* 11. *num.*26. Ambroſin. *cap.*20. *num.* 54. Felician de Vega *in relect. ad cap. decernimus* 2. *à n.*109. *de judic.* Super juribus autem, bonis, & redditibus à Rege procedentibus, & ab Eccleſia poſſeſſis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, coram Iudicibus ſeculatibus litigandum eſt, *l.*6. *tit.* 1. *lib.*4. *Recop. l.*10. *tit.*7. *lib.* 9. *Recop.* Palat. *de c. per reſtras, verſ. ſed eſt pulchra dubitatio, num.* 49. Bobadil. *in ſua politica, lib.*2. *cap.*18. *num.* 159. Cevall. *part.*3. *quæſt.* 822. *num.*92. *cum ſeq.* Alfat. *de officio fiſcal. gloſſ.*16. *n.* 116. Guzman. *de evict. cap.* 7. *n.*40. *&* 41. Salgad. *de protect. Regia part.* 5. *c.*10. *n.*188. *&* 190. Capyc. Galeot. *de alien. & ſucceſſ. effect. n.*248. *cum ſeqq.* Solorzan. *de jure Indiar. oom.*2. *lib.*3. *c.*2. *n.*55. *&* 56.

Trigeſimò quæro, utrùm Clericus poſſit cognoſci, & judicari à Judice laico pro contractibus, & obligationibus facti, tempore, quo erat laicus? Negativam partem, imò à ſolo Iudice Eccleſiaſtico cognoſci, judicari debere, tuentur Lap. *alleg.* 118. Vincent. de Franchis *deciſ.* 656. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapolit. cap.*16. *num.*2. Carol. de Greſſis *de effect.*1. *n.*12511 Matt. *de juriſdict. part.*4. *cent.*2. *caſu* 121. *num.*5. quos refert, & ſequitur Squillante *dict. cap.* 7. *num.* 91. ubi *num.* 92. ſubdit Judici Eccleſiaſtico cognitionem pertinere, ſi Clericus ſe obligaverit aliquid ſolvere, & deinde laicus effectus, ſit citatus ſuper tenore inſtrumenti, dummodò fuerit ab eo prævenrus tempore clericatus: addo Donat. Anton. de Matinis *variar. reſolut. cap.* 189. *num.* 8. Dianam *moral. reſolut. part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.*23. 128

Trigeſimo primò quæro, utrùm Clericus in feudabilibus teneatur ſubire judicium coram Domino feudi etiam laico, & coram ipſo conveniri, & reconveniri? Affirmativè reſpondet textus *in cap. cæterùm* 5. *de judic. & in cap. verum, & in tranſmiſſa, de foro compet.* & ita per hæc jura præter Ordinarios ibi, reſolvunt Guid. Papæ *dec.*139. *n.*1. *in fine*, Duen. *reg.*321. Boër. *dec.*69. *num* 8. Marant. *de ordin. judic. part.*4. *diſt.*11. *num.*75. Villalob. *commun. opin. verb. Clericus, num.* 27. *& tom.* 1. *commun. opin. lib.*1. *tit.*1. *num.*4. *pag.* 188. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.*46. *n.*10. *volum.*2. Scarp. *in tract. de jure non ſcripto, lib.*1. *cap.* 6. Joan. Gratian. *reg.* 481. Menoch. *remed.*3. *retin. num.*397. Mynſing. *cent.*1. *obſerv.*22 *verſ. ſic etiam Iudex laicus,* Cumia *in ritibus Siciliæ, c.*2. *n.*40. Garavit. *in ritu Neapol.* 235. *num.*19. Franc. Sonsbec. *de feudis, part.* 14. *num.*20. weſcemb. *in ſimili tract. cap.*17. *ſub num.* 4. Anton. de Olibano *in comment. ad uſaticum, cap.* 9. *à n.*8. Nicol. Mozz. *de contractib. ſub tit. de feudis, rubr. de natura feudi, num.*120. Perez. *l.*8. *tit.*1. *lib.*3. *ordin. pag.*479. Humada *l.*37. *gloſ.*2. *num.*1. *tit.* 6. *part.*1. Azeved. *l.*6. *tit.*1. *lib.*4. *nova Recop.* Gutier. *de juram. confirm. part.*3 *cap.* 12. *num.* 8. *& lib.*3. *pract. q.* 24. *n.*11. *cum ſeqq.* Surd. *conſ.*193. *n.*1. *& conſ.*396. *n.*8. Camill. Botell. *ad Bellegam. in ſpecul. Principum, rubr.*11. §. *videndum, verb. perdunt, & de Regis Catholici præſtantia cap.*71. *n.*73. *& ſeq. & in ſum. omnium deciſ. tom.* 1. *tit.* 34. *de feudis, num.* 259. 129

Sigiſm.

Sigiſm. Scacc. *de judic. cauſ. civil. & crim. lib. 1. c. 11. n. 97. & de appell. lib. 3. c. 2. q. 8. num. 92.* Capiblanc. *in tract. de auctor. Baronum. part. 1. n. 31. & 32.* Petr. Azin. *pract. quæſt. lib. 1. q. 8.* Hieron. Pap. *conſ. 151. n. 2. verſic. & ſimiliter.* Fr. Emman. *quæſt. Reg. tom. 2. q. 62. art. 10.* Anton. Biag. *de conſuetud. q. 6. n. 292.* Gaſp. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 2. c. 15. ſub n. 9.* Sebaſt. Nevius *ad lib. feudorum, tit. 1. n. 268 pag. 141.* Cur Philip. *part. 1. § 5. n. 11.* Sbroz. *de officio Vicarii lib. 2. q. 26. n. 25.* Fatin. *in praxi crim. q. 8.* Matta *de juriſd. part. 4. caſu 102. n. 16.* Joan. Andr. Geor. *in repet. feudal. p. 1. cap. 2. cum ſeqq.* Gatc. Maſtrill. *de magiſtr. lib 4. cap. 16.* Ioan. de Solorzano *de jure Indiarum lib. 2. c. 23. num. 172. cum ſeqq.* Felician de Vega *in relict. c. cæterum 3. de judic. à princ.* Boët Epo *de Regalibus, vel jure Principum in benefic. Eccleſiaſt. num. 93. cum ſeqq.* Suar. *de defenſ. Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores, lib. 4 c. 14. num 12.* Bernard. Græveus *ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concl. 37. conſid. 4.* Vinc. de Franch. *dec. 545.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c. 8. n. 5.* Camill. de Laratha *conſ. 96. n. 7.* Ambroſin. *d. c. 20. num. 56.* Bonacina *de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 4. & de cenſur. in Bulla Cœna, diſput. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 6. n. 6.* Paul. Layman. *in Theol. moral. lib. 4. tract. 9 cap. 4 num. 3.* Coriolan. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini. excommun. 16. verſic. multi autem,* Carol. de Graſſ. *d. effectu 1. num. 718.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de favore Clericorum reali § 3. n. 4.* Sayr *in Clavi Regia, lib 12. c. 8 n. 9.* Valer. Reg. *in praxi, lib. 9 n. 251.* D. Barboſa *in l. 1. ff. de judic. art. 3. n. 159. cum ſeqq.* Squillante *d. c. 7. n. 104.* Octav. Glorii. *reſp. 13. num. 29.* Durard. *d. can. 15. q. 11. n. 69.*

130 Unde fit, ut Prælatus Eccleſiaſticus in juriſdictione temporali, quam obtinet ob feudo à Principe habito, judicetur tanquam laicus, ut Baro, ſeu feudatarius, & vaſſallus Principis, & ideò à ſententia Prælati habentis juriſdictionem temporalem non appellatur ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ſed ad Principem ſæculatem, ut per Innoc. Abb. & Felin. *num. 4. in c. ſolita, de majorit. & obed.* Gail. *lib. 1. obſerv. 30. n. 4. cum ſeqq.* Aufrer. *de poteſt. Eccleſ. in ſæculares, n. 14. verſ. 19.* Mil. *in repert. verb. appellatio,* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 5.* Covar. *pract. c. 5. num 2.* Frecc. *de ſubfeudis, lib. 3. differ. 53.* Franc. Marc. *dec. 454. num. 10. & ſeq. p. 1.* Peregr. *conſ. 1.* à Ponte *dec. 2. n. 1. & ſub n. 24.* Mart. *de juriſd. p. 4. caſu 198. n. 1.* Bobadil. *in ſua Politica, lib. 2. cap 17 num. 196.*

131 & *cap. 18 num. 64.* Bellet. *d. §. 3. n. 3.* ea ſanè ratione, quia iſto caſu Prælatus non judicat ut Clericus, ſed ut Baro, & laicus, Cancer. *var. reſol. lib. 3. c. 13. num. 345.* Oliban. *de jure fiſci, c. 10. num. 3.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. num. 513.* Maſtril. *de Magiſtratib. lib. 2. cap. 8. num. 31.* Quod quidem velim reſtringi ad feudum rectum, & ad caſum in quo non poſſit qualitas hæc controverti ex patenti ipſius inveſtituræ tenore.

132 Amplia principalem hujus quæſiti reſolutionem procedere non modò quando de proprietate, ſed etiam quando de ſola poſſeſſione feudi ageretur, ut per Intrigl. *in tract. de feudis, cent. 2. art. 94. n. 12.* Mozz. *d. tit. de natura feudi, n. 121. verſ. tamen illa,* Menoch. *conſ. 2. n. 97.* Villalob. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 11. num. 4. pag. 188.* Fatin. *d. q. 8. n. 22. verſ. & hoc ſive agatur,* Bernard. Græveum *d. conſid. 4. num. 3.* Thoto *in compend. deciſ. Neapol. verb. Clerici,*

133 *pag. 93.* Carol. de Graſſis *d. effect. 1. n. 732.* Amplia etiam ut ſæcularis Judex dominus feudi poſſit ſuam ſententiam exequutioni mandare contra vaſſallos etiam Clericos, ut tenent plures, quos refert,

& ſequitur Bellet. *dict. §. 3. num. 14. verſic. hinc infertur.*

Limita ſi negetur, feudum ad dominum perti- 134
nere; tunc enim vaſſallus coram illo conveniri non poteſt, niſi priùs à ſuſpecto judice juriſdictionis fundamentum terminetur. Mart. Uranit. *conſ. 32. n. 13. lib. 2.* Menoch. *conſ. 2. n. 95. & conſ. 301. n. 33. & conſ. 322. num 16.* Limita etiam, ubi non agitur de feudo, nec de natura feudi. Hoſt. *n. 6.* Abb. *num. 13.* Felin. *num. 8.* & Decian. *à num. 45. in d. c. cæterum,* Soc. *conſ. 12. num 22. vol. 1.* Bellet. *d. §. 3. n. 4. verſic. quod ſi agatur.* Et ubi agitur contra Clericum vaſſal- 135
lum ad amiſſionem feudi criminaliter, aut civiliter pro crimine. Intr. *de feud. cent. 1. q. 56. n. 255.* Schrader. *in ſimili tract. p. 1. q. 1.* Carol. de Graſſis 136
d. effect. 1. n. 717. & effect. 2. à n. 22. nam ubi tractatur de delicto, ſive criminaliter ſive civiliter, tunc ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit. Surd. *conſ. 396. n. 32.* Fatin. *d. quæſt. 8. n. 22.* Ambroſin. *d. cap. 20. n. 29.* Squill. *d. cap. 7. n. 106.*

Trigeſimo ſecundò quæro, utrùm Clericus poſſit 137
reconveniri coram Judice ſæculari, quando ſcilicet ipſe Clericus eſt actor in cauſa merè civili contra laicum. Partem affirmativam tuentur Ord. Regia Luſit. *lib. 2. tit. 1. §. 1.* ubi Parens meus, apud Hiſpanos *l. 57. tit. 6. part. 1. & l. 4. tit. 3. p. 3.* ubi Greg. Lopez, Aſſlict. *dec. 173.* Duen. *reg. 202.* Marant. *de ord. jud. part. 5. diſtinct. 6. num. 53. & 59.* Cov. *pract. c. 31.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 5.* Gail. *lib. 1. obſerv. 37. n. 5.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 67. verſ. primus,* Queſad. *diverſ. qq. c. 29. num. 4.* Franc. Monald. *conſ. 12. num. 3. & 4.* Suar. *recept. ſent. litt. C, n. 114.* Joſeph. Ludovic. *conſ. 38. num. 42.* Vinc. de Franch. *dec. 193. num. 3. in princ.* Franc. Vivian. *Neapol. dec. 49. n. 4.* Cavalcan. Fiviz. *dec. 19. n. 6. part. 3.* Menoch. *illuſtr. c. 5. ſub n. 10. verſic. adeo ut etiam,* 141
Surd. *conſil. 222. num. 19. & conſil. 396. n. 6.* Bobadil. *in ſua Politica, lib. 2. cap. 18. num. 162. in gloſſ. litt. K,* Morla *in emporio Iuris, part. 1. tit. 2. de juriſd. quæſt. 13.* Duard. *in Bullam Cœnæ, can. 5. q. 11. n. 66.* Ambroſin. *de immunit. cap. 2. num 35.* Bonac. *de cenſuris in Bulla Cœnæ, diſput. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 6. num. 8.* Ludovic. Rodolphin. *in tract. de brachio ſeculari, n. 66.* Cevall. *commun. tom. 3. q. 897 n. 624.* Diana *moral. reſolut. part. 4. tract. 1. reſolut. 63.* Gabr. Pereira *de manu Regia tom. 2. cap. 22. per tot.* Ciarl. *contov. forenſ. cap. 6. num. 33.* Fragoſo *in regimine Chriſtiana Reſ part. 1. lib. 2. diſput. 4. num. 340. cum ſeqq.* Anſald. *de juriſd. Eccleſ. p. 3. tit. unico, cap. 9.* Bernard. Græveus *ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concluſ. 37. conſid. 7.* Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib. 2 tit. de mutuis petit. reſol. 1. num. 32.* Mart. *de juriſd. p. 4. caſu 105.* Amat. Roder. *in pract. de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 1. num. 49* Cam. Borel. *in ſum. omnium dec. tom. 1. tit. 7. de Clericis, n. 81. & 82.* Farin. *d. q. 8. n. 99. cum ſeqq.* Cur. Philip. *part. 1. §. 5. num. 18.* idem Cevall. *de cognit. per viam violentiæ, part. 2. q. 23. n. 32.* Franc. Anton. de Souſa *in ſelect. de cenſuris Bullæ Cœnæ, c. 8. à num. 3.* Cald. Pereira *qq. for. lib. 1. q. 25. & l. 2. q. 51.* D. Barboſa *in l. qui prior, num. 79. cum ſeqq. ff. de judiciis,* Maximè conſuetudine juris interpretativâ hoc approbante, ſecundùm Aſſlict. *dict. dec. 174.* Capell. Tholoſ. *dec. 95.* Biag. *de conſuet. quæſt. 11. num. 321.* Caravit. *titul. 67. num. 3.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap. 20. num. 37.* Reconventio enim fit coram Judice conventionis, *Authent. & conſequenter, & l. cùm Papinianus, C. de ſentent. & interlocut. c. 1. de mutuis petit.* Ordin. Reg. Luſit. *l. 3. tit. 33. §. 2.* Maran. *dict. diſtinct. 6. num. 13.*

Biblioteca de Ciències Socials

Bernard. Muſcat. *in praxi aurea civili Nepa. part.* 3. *gloſſ. actorem, num* 4. Cardoſ. *in praxi judicum, verb. reconventio, num.* 5. D. Barboſa *in d. l. qui proprior, à num.* 10.

137 Amplia primò, non modò reconveniri poſſit Clericus coram ſæculari judice ſuper eadem re, ſed etiam ſuper penitus diverſa, ſecundùm Franc. Vi-
138 vian. *Neapol. dec.* 49. *num.* 5.

Amplia ſecundò in Clerico agente judicio retinendæ coram judice ſæculari, cui poteſt objici à reo laico proprietatis exceptio, ut per Vincent. de
139 Franc. *deciſ.* 193. *num.* 4. ubi *num.* 16. ſubdit, quod ſi reconventioni noluit reſpondere Clericus, illi etiam poterit in conventione audientia denegari.

140 Amplia tertiò, reconventione Clericum agentem coram laico obſtringi uſque ad finem, etiamſi poſtea à conventione velit deſiſtere, ut per Affl. *deciſ.* 173. *n.* 4. & 5. Guid. Papæ *conſ.* 185. *incip. In Curia Parlamenti*, Marant. *d. diſt.* 6. *n.* 66. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 5. Horat Carpan. *ſuper ſtat. Mediolan. p.* 1. *cap.* 44. *n.* 95. Nicol. Carbon. *pract. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 105. Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part* 1. *cap.* 13. *n.* 91. Gabr. Pereira *d. c.* 21. *num.* 9. Vinc. de Franch. *Neapol. deciſ.* 193. *ſub n.* 4. Marcel de Cala *in tract. de arte, & modo probandi, gloſſ.* 1. § 1. *n.* 46. Surd. *dec.* 143. *num.* 3. Theſaur. *qq. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 98. Ambroſin. *d. cap.* 20. *num.* 36. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 1. *n.* 33. *verſ. hæc concluſio*, Camill. Borrell. *d. tit.* 7. *num.* 108. Carol. de Graſſis *d. effectu* 2. *n.* 148. Squillante *d. c.* 7. *num.* 66. Poterit tamen Clericus deſiſtere, ſi adhuc non fuiſſet facta reconventio, quia res eſt integra, & reo ante reconventionem non eſt jus quæſitum, Vinc. de Franch. *d. deciſ.* 349. Marant. *d. diſt.* 6. *n.* 54. Bonav. *de legib. diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. § 4. *n.* 5.

141 Amplia quartò, procedere non ſolùm in judice Ordinario, ſed etiam in delegato ad inſtantiam actoris, cùm militet eadem ratio, de qua *in d. l. Papinianus.* Ita Menoch. *de arbit. lib.* 1. *q.* 44. *n.* 2. & 3. Carpan. *ſuper ſtatuta Mediolan. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 77. Honded. *conſ.* 21. *num* 4. & 16. *lib.* 1. Tepat. *variar. reſol. tit. de convent. verſ. Iudex etiam*, Rendina *in prompt. recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 97. *n.* 2. Cardoſ. *d. verb. reconventio, num.* 9. Alex. Trentacinq. *reſol.* 1. *à num.* 45. Carol. de Graſſis *d. effect.* 1. *n.* 752. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. de judic. ar.* 1. *n.* 67. & *in d. l. qui prior, num.* 51. Squillante *d. c.* 7. *num.* 62. ubi ſubdit non admitti reconventionem, ſi delegatus fuiſſet impetratus à reo.

142 Amplia quintò, talem reconventionem fieri debere incontinenti in ipſo litis exordio, ſcilicet ante litis conteſtationem, vel in ipſa conteſtatione; vel ſaltem ſtatim poſt litem conteſtatam, ut per Ord. Reg. Luſitan. *d. lib.* 3. *tit.* 33. § 1. Marant. *d. diſt.* 6. *n.* 5. Marta *de juriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſu* 107. *num.* 5. Cardoſ. *d. verb. reconventio, n.* 2. Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.* 1. *n.* 40. D. Barboſa *in dict. l. qui prior, à n.* 20. Bonac. *de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 2. § 4. *num.* 5. & *punct.* 6. *n.* 8 *verſ. limitant tamen*, Ambroſin. *d. cap.* 20 *n.* 38. Squillante *d. c.* 7. *num.* 63. Anſald *d. p.* 3. *tit. unico, c.* 9. *n.* 82. Poſt li-
143 tem verò conteſtatam ex intervallo non admitti, parte contradicente, tenent Marant. *d. diſt.* 6. *n.* 6. Marta *d. caſu* 107. *num.* 6. Squillante *d. c.* 7. *num.* 64. Intellige ad effectum, ut Iudex debeat in utraque cauſa pari paſſu procedere, & ſimul cauſas terminare; at verò ad effectum, ut actor teneatur ſtare juri, & aſſiſtere judicio coram Judice, quem ipſe elegit, poteſt reconventio fieri, etiam facta concluſione in cauſa conventionis principalis. Marant. *d. diſp.* 6. *n.* 5. Mol. *in emporio Iuris, p.* 2. *tit.* 2. *q.* 13. *n.* 11. Carol. de Graſſ. *d. effect.* 1. *n.* 762.

Amplia ſextò, tam in judiciis ordinariis, quàm 144
ſummariis, ſi tam cauſa conventionis, quàm reconventionis ſit ſummaria, ut per Ordin. Reg. Luſit. *d. lib.* 3. *tit.* 33. § 6. Marant. *d. diſt.* 6. *n.* 38. Cavavit. *ſuper ritu* 67. *n.* 7. Menoch. *remed.* 3 *retin. q.* 84. *n.* 75. Vincent. de Franch. *dec.* 193. Alex. Trentacinq. *d. tit. de mutuis petit. reſ.* 1. *num.* 3. & 14. Ceval. *de cogn. per viam violent. p.* 2. *quæſt.* 54. *à n.* 2. & *q.* 68. *n.* 13. quod non admittitur in via exequutiva. Cardoſ. *d. verb. reconventio, num.* 22. Carol. de Graſſis *d. effect.* 1. *num.* 775. Squillante *d. cap.* 7. *num.* 65. D. Barboſ. *in d. l. qui prior, à num.* 34. ubi *num.* 37. idem reſolvit, ſi reconveniens renunciet privilegio cauſæ, & venit, quod etiam in ea ordinariè procedatur.

Amplia ſeptimò, ut Clericus conveniens, & re- 145
conveniens coram judice ſæculari ſæcularibus etiam legibus teneatur, ut per Menoch. *illuſtr, qq. c.* 5. *n.* 19. & 22.

Limita primò, quando laicus conventionem in 146
ſe intentatam ſtudio reconveniendi, ſeu in fraudem procuraſſet, ex Angel. Mar. & Gregor. Lopez reſolvit Vincent. de Franch. *Neapol. dec.* 191. *num.* 5. accedunt Farin. *d. q.* 8. *num.* 101. Carol. de Graſſis *d. effect.* 1. *num.* 769. Eraſm. à Cochier *de juriſd. ordin. in exemptos, part.* 4. *q.* 71. *num.* 29. Gab. Pereira *dict. cap.* 23. *n.* 3. Anſald. *d. part.* 3. *tit. unico, cap.* 9. *n.* 115. faciunt quæ ſuprà adduxi *in hoc capit. num.* 87. *cum ſeqq.*

Limita ſecundò, ut Clericus reconvenire non 147
poſſit in cauſa ſpirituali, ſeu quando reconventio tangeret cauſam ſpiritualem, vel illi annexam, ut per Sebaſt. Medices *de compenſat. part.* 2. *q.* 1. *num.* 9. Mozz. *de contract tit. de naturalib. feud. ſub n.* 114. *ad fin.* Farin. *d. q.* 8. *n.* 102. Squillante *d. c.* 7. *num.* 70. Carol. de Graſſis *ubi ſup. num.* 766. Gabr. Pereira *d. cap.* 22. *n.* 3.

Limita tertiò, ut non procedat in cauſa crimi- 148
nali, in qua Clericus nec etiam civiliter poteſt coram judice ſæculari reconveniri, ut reſolvunt Dec. *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 17. Scacc. *de judic. p.* 1. *c.* 11. *n.* 93. *verſic. in crim.* Sayr. *in clavi Regia, lib.* 12. *cap.* 7. *n.* 9. *verſic. ſecundus*, Muſcat. *dict. verb. actorem, à n.* 28. D. Barboſ. *in l.* 1. § *legatis, à n.* 263. *ff. de judic.* Ludov. Rodolphin. *de brachio ſeculari, n.* 60. Farin. *d. q.* 8. *n.* 100. Marta *d. caſu* 107. *n.* 8. Alexand. Trentacinq. *dict. reſol.* 1. *n.* 33. *verſ.* 3. Camill. Borell. *d. tit.* 7. *n.* 84. D. Barboſa *in d. l. qui prior, num.* 86. Squillante *d. cap.* 7. *num.* 69. Bonacin. *d. punct.* 6. *n.* 8. *verſic limita ſecundò*, Diana *dict. part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 65. *verſic. notandum primò*, Gabr. Pereira *d. cap.* 22. *n.* 4. *verſ. dixi vel natura*, Anſald. *d. cap.* 9 *num.* 117.

Limita quartò, quando Clericus non ageret no- 149
mine proprio, ſed alieno, ut tanquam tutor, curator ſeu procurator alicujus; quia nequaquam poterit reconveniri coram judice, coram quo agit, ut per Coral. de Graſſis *d. effect.* 1. *n.* 768. Squillante *dict. c.* 7. *n.* 66. *in fine*, ubi etiam ſubdit idem dicendum quando Clericus ageret nomine proprio, & reconventio fieret nomine alieno.

Limita quintò, non procedere in cauſa appella- 150
tionis, ut per Ord. Reg. Luſitan. *d. lib.* 3. *titul.* 33. § 7. Marant. *dict. diſt.* 6. *n.* 24. Bald. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 40. *pag.* 247. Cardoſ. *d. verb. reconventio, n.* 20. Alex. Trentacinq. *dict. tit. de mutuis petit. reſol.* 1. *n.* 29. Barboſa *in dict. l. qui prior, num.* 49.

Squill.

Squillante *d. cap.7. num.69.* Anſald. *d. p.3. tit. unic. cap.9. n.142.*

151 Limita ſexrò, non procedere in cauſa exequutiva, ſecundùm Marant. *d. diſp. 6. num.9.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. part.5.§.11. num.41.* Alexand. Trentacinq. *d. reſ.1. n.14.* ubi *num.35.* ſubdit reconventionem locum non habere quando agitur pro rebus Eccleſiæ malè adminiſtratis: & *n.37.* idem dicit de convento ſuper nullitate. Anſald. *d. cap.9. n.137. cum ſeqq.*

152 Limita ſeptimò, non procedere in agente pro depoſito, cùm ceſſet in eo ratio reconventionis, *cap. bona fides, de depoſito*, Socin. *in d. c.1. num. 61. de mutuis petit.* Cardoſ. *d. verb. reconventio, num. 24.* Anſald. *d. part.3. titul. unic. cap. 9. n.13. cum ſeqq.* Muſcat. *d. gloſſ. actorem n.27.* Trentacinq. *de reſol.1. num.15.*

153 Limita octavò, non procedere in agente quæſtione ſpoliationis, *c. ex conqueſtione, de reſt. ſpoliat. cap. ſuper ſpoliatione, de ord. cognit.* Marant. *d. diſt.6. à n.42.* Cardoſ. *d. verb. reconventio, num.23.* Alex. Trentac. *d. reſ.1. à n.19.* Muſcatel. *d. verb. actorem, n.27.* Squillante *d.c.7. n.73.* Gabr. Pereira *d. tr. de manu Regia, p.2. cap.24. n.18.* Anſald. *d. part.3. tit. unic. c.9. n...* ſpoliator verò reus poteſt reconvenire actorem de alio ſpolio contra ſe per eum commiſſo: *c. ult. de ord. cognit.* Cardoſ. *d. n.23.* D. Barboſ. *ad l.2. §. legatis, à n.251. ff. de judic. & in l. ſi de vi, à n.181. ff. eod.* ubi *n.185.* reſolvit, quod ſi ſpolium ex utraque parte commiſſum ſit ſuper eadem re, non admitteretur reconventio de alio ſpolio in alia re commiſſo.

154 Limita Nonò, non procedere ſi reus conventus eſſet excommunicatus vitandus, juxta *Extravag. Ad evitanda ſcandala*, quia non poſſet reconvenire Clericum actorem. Gloſſ. *verb. conveniri, in c. intelleximus, de judic.* Cavavit. *ſuper ritu 67. n.19.* Squillante *d. c.7. n.72.*

155 Limita decimò, non procedere coram arbitro voluntario, quia is non poteſt judicare niſi contenta in compromiſſo, *cap. cùm dilectus, de arbit.* ſecus coram arbitris eligendis, ex diſpoſitione ſtatutorum. Ita Carol. de Graſſis *dict. effect. 1. n.780.* Rendina *in promptuario recept. ſent. tit. 98. num. 7.* Squillante *dict. cap.7. num 68.* Anſald. *d. cap.6. num.146. cum ſeqq.*

156 Illud tamen advertere oportet, quod ſi Clericus reconveniatur coram judice laico in caſu licito, & ab eo condemnetur, non poterit exequutio fieri nec in perſona, nec in rebus Clerici reconventi, ſed ad judicem Eccleſiaſticum etit remittenda, ad inſtar judicis laici, ut per Vivian. *dec 49. n.6. lib.1.* Vrſil. *ad Aſſiſt. dec.169.* Bonac. *de legib. diſp.10. q.2. puncto 1. §.4. n.5.* Matc. Ant. Genuenſ. *in pract. Archiepiſcop. Neap. c. 12.* Camill. Borel. *d. tit.7. n.83.* Diana *d. part. 4. tract. 1. reſolut. 65. in fin.*

157 Trigeſimotertiò quæro, utrùm clerici, ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ ligentur ſtatuto laicorum edito ſuper jure, quod vocant *congrui*, quoad bona quæ illi conceſſere in emphyteuſim ſæcularem, ut latè per Joan. de Amic. *conſil. 14. n.6 cum ſeqq.* Honded. *conſ.3. num. 35. lib.1* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom 3. cap.260. num. 17.* ubi ait poſſe defendi quod ſtatuta juris congrui comprehendant tam activè, quam paſſivè Eccleſias, latiùs *tom.4. c.742. num.16.* ubi reddit rationem, quia hæc actio ad rem immobilem conſequendam eſt in rem ſcripta, & ſequitur poſſeſſorem. & habet ſimilitudinem actionum realium, afficiendo rem ipſam: unde res illa tranſivit in Eccleſiam cum tali onere, ut poſſit eam vicinus retrahere, Gutier. *pract. lib. 2. q.156.* Marant. *diſput.8.* Vincent. de Franchis *deciſ.285. per tot.* Amend. *in addit. ad eundem Vincent. de Franchis deciſ.411.* nam quo i Princeps ſæcularis, & quivis alius, qui habeat facultatem condendi ſtatuta, poſſit facere legem, vel ſtatutum, quo legitur jus utile emphyteutæ laici, licèt proprietas ſit Eccleſiæ firmatum Burſat. & ab eo citati *conſ.56. num.2.* & poſt Burſat. Gam. *Luſitan. dec.50. num.2.* & examinata ad partes difficultate, hanc affirmativam partem tenuit Surd. *conſ. 2. & conſil. 358. à num.1.* addità tamen declaratione, modò non conſequatur aliquod præjudicium Eccleſiæ, *deciſ. 160. num.13. verſic ſervavit, & num. 17.* aſſerens Senatum Mantuanum ſemper obſervaſſe hanc opinionem, ea potiſſimùm ratione, quia jus utilis dominii emphyteutæ non eſt Eccleſiæ, nec privilegiatum, ſed ipſius emphyteutæ laici. Datâ itaque validitate ſtatuti, neceſſariò, conſequitur concluſio, idem jus utile emphyteutæ ſubdi ſtatuto juris *congrui*, ſeu *προσηκοντος*, ut voluere Tiraq. & ab eo citati *de retract. lign. §.1 gloſſ.1. num.3. & gloſſ.13. n.8. & ſeq.* quibus addo Boër. *dec. 231. n.1. & ſeq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.460. n.26.* aſſerentem hanc opinionem eſſe veriſſimam, & æquiorem. Valaſc. *de jure emphyt. q. 17. num. 12. & 14.* eam afferentes rationem, quia jus utilis dominii laici emphyteutæ eſt quid merè laicum, & profanum, & ideò ſubditum legi, & ſtatuto laicorum: contrarium verò meritò firmavit Rot. in Romana domus de Scapuciis. 19. Januarii 1611. coram R. P. D. meo Coccino Decano, impreſſa per Marc. *de commiſ. p.1. c.de commiſſ. appel in poſſeſſ. ſalv. §.2. dec.8.* in qua, relato Surdo, & declarato reſponſo Anchar. *125.* à quo nata eſt præcedens opinio, fuit concluſum juribus, & concludentibus rationibus, nullatenus laicum validè poſſe quidquam ſtatuere circa utile dominium emphyteutæ Eccleſiæ: & ibi congeſtis addo Carol. de Craſſis *de effectib. clerical. effect.2. n.385. & ſeq.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.2. can.15. q.17. n.10. & 11.* Sperel. *in dec. fori Eccleſ. dec.11. n.11.*

Trigeſimoquartò quæro, utrùm Clericus em- 158
phyteuta conveniendus ſit coram judice laico ad ſolutionem laudemii? Negativam ſententiam contra Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.11. §.2. verſic. laods, n.9.* tenuit Amad. à Ponte *de laudem. q. fin. num 5.* quem ſequitur Maur. Burg. *cod. tract. p.3. inſpect. 1. num.4. cum ſeqq.* ſubdens *in fine num 4.* Chaſſanei opinionem jure communi inſpecto eſſe vanam, & fuiſſe hallucinatam, dum ſubdit Clericum, emphyteutam eſſe conveniendum coram laico judice ad exhibendum titulum ſuum, & illius opinionem procedere inſpectâ tantùm conſuetudine Galliæ, quæ an ſit valida, & qui illam defendant, videndi ſunt Covar. *pract. cap. 31. num.5. & c.35. in princ.* Surd. *conſil. 158. num. 24.* Alder. Maſcard. *de interp. ſtatut. concl.1. num.137. & ſeq.* Eandem noſtram ſententiam, quod ſcilicet pro laudemio poſſit laicus coram Eccleſiaſtico Judice conveniri reſolvunt Bellet. *diſquiſit. cleric. tit. de favore cleric. reali, §.5. num.10.* Sperell. *in dec. fori Eccleſ. dec.98. n.14.* Ratio vera, & germana hujus aſſertionis, quod emphyteuta Eccleſiaſticus pro laudemio ſit conveniendus coram Eccleſiaſtico judice, ea eſt, quia ubi concurrunt diverſi modi ſortiendi forum, ut in hoc caſu, in quo datur concurſus fori ratione rei, cujus cauſa controvertitur, & perſonæ quæ in judicium vocatur, dignior modus, & po-

Biblioteca de Ciències Socials

tentior causa præfertur, *l. qua ratione* § 1. *de acquir. rerum domin. l. quæritur, ff. de stat. homin.* Socin. *in c. sanè, de foro comp. n.* 11. *versic.* 13. Cùm autem persona sit dignior rebus, *l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles.* Gloss. *verb. alienum, in l. ob as, C. de præd. minor.* imò res sint accessoriæ personæ, cùm illius gratiâ creatæ sint omnes, *l. in pecudum* 28 *ff. de usur.* accessoriumque sequatur naturam sui principalis, cui accedit, *l. etsi non sunt,* § *pervenimus ff. de aur & arg. leg. l.* 2. *C. de Episc. & Cleric.* nec alius est Judex personæ, alius bonorum illius, *l. quoties,* § *adeò, C. ubi Senat. vel clar.* & mutatâ conditione personæ, mutatur quoque bonorum conditio, etiam respectu fori *l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript. l. si petitur. ff. de judic.* Oldr. *cons.* 83. *n.* 4. dicendum est in casu, ubi agatur de laudemio debito ex alienatione bonorum datorum in emphyteusim Clerico competentem, futurum judicem qui personam Clerici emphyteutæ judicaret.

159 Non obstat, quod in Iure Canonico decisum reperiatur, Clericum in causa feudali conveniendum coram judice laico, & domino feudi, ut in Juribus, & Doctoribus citatis per me *eodem cap. ex n.* 129. Respondetur enim, non applicari similitudinem feudi, ut declarat Ordrad. *cons.* 83. *num.* 7. ac etiam quia in causa feudali mandatum est ut Clerici submittant se judicio Domini feudi sæcularis, nec ea limitatio regulæ in contrarium extendenda est ad casum non exceptum. Rot. *dec.* 27. *de reser. in novis,* & in materia jurisdictionis non valet argumentum à feudo ad emphyteusim, ut ex Bald. & Dec. firmat Mandos. *ad Roman. cons.* 212. *n.* 6. aliis per me citatis *in tract. de locis communib. argum. Iuris, loco* 47. *n.* 2. & tunc causa ad se trahit personam: nam tunc accessorium, tanquam æquè principale, vel magis considerabile, trahit ad se id, quod sine ea consideratione est primum, & præcipuum, & ita ex Bald. *in l. fin. C. de edict. divi Adriani tollend.* & Gail. *obser.* 30. & 57. procedunt caput *cum contingat, de jurejur. cap. licèt mulieres, eodem tit. in* 6. *cap.* 2. *de pactis, eod. lib. Authent. Sacramenta puberum. C. si adversus vend. l. si quis major, C. de transact.* per quæ Iura limitari regulam *c. accessorium,* tradit Marsil. *de fidejussor. n* 63. ut hac de causa Ecclesia ratione feudi subdatur Imperio, si ab illo accipiat feudum, *cap. caterùm, de judic.* nam licèt Ecclesia sit Imperii mater, ut loquitur Bald. *in l. sed si hæc* 10. § *si libertæ, in fine ff. de in jus vocand.* attamen quia qualitas dat alicui, jurisdictio illa extenditur ad quascunque personas, etiam privilegiatas, in quibus qualitas dans jurisdictionem reperitur. Abb. *in cap. caterùm, de judic.* Bald. *in cap.* 1. *de controv. feud. apud pares, n.* 4.

Hinc procedit quod emphyteuta pro canone ex re Ecclesiæ debito potest coram Ecclesiastico Judice conveniri, ut per Valasc. *de jure emphyt. q.* 39. *n.* 14. *versic. quod si emphyteusis,* Borgn. *dec.* 45. *n.* 68. *part.* 1. Speterl. *in dec. fori Eccles. dec.* 98. *n.* 9. ubi *n.* 11. *usque ad n.* 32. latè respondet singulis fundamentis Thesauri *quæst. forens. lib.* 2. *q.* 15. contrarium tenentis.

160 Trigesimoquintò quæro, utrùm in causis possessoriis beneficialibus, & rerum spiritualium Clericus potiatur privilegio fori, an verò apud sæculares judices conveniri possit? Apud sæculares Judices conveniri posse, primus omnium quos viderim, firmavit Guid. Papæ *dec.* 1. *num.* 1. asserens id dici à Vincent. & aliis relatis à Butr. *in cap. fin. de judic.* ut ego repetio *num.* 20. *&* 161 *dec.* 85. *n.* 2. *& dec.* 207. *num.* 2. *& dec* 552. *num.* 8. asserens ita servari in Francia, tam ubi agitur retinendæ, quàm recuperandæ possessionis remedio, & cum usum, seu consuetudinem fuisse sua ætate confirmatam à Martino V. quem referunt, & sequuntur, addendo sæpè in fuisse decisum à Parlamentis Franciæ, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem, decis.* 2. *num.* 89. *& seq.* Boer. *decis.* 69. *n.* 23. addentes Leonem X. pariter approbasse eam consuetudinem suo diplomate sub annulo Piscatoris expedito Romæ 17. Novembris 1513. quod reperitur registratum penes acta Parlamenti Tholosæ, relato illius toto tenore, Ozasch. *dec.* 116. *num.* 1. & testans de communiori opinione Canonistarum, & Legistarum, addendo idem dici à Ferret. *consil.* 1. *n.* 15. qui asserit ita servari in Gallia, & Italia, sciente, & patiente Summo Pontifice, & id fieri rationabilibus de causis, & præcipuè ut tollantur arma à manibus subditorum: *consil.* 16. *num.* 9. sequendo Guidonem Papæ addit, coram judice sæculari in judicio possessorio posse deduci petitorium, & Visuntiæ servari. Marc. *dec.* 512. *n.* 1. *part.* 1. asserens ita servari in Parlamento Delphinali relatam concessionem prædictam Martini V. licèt in fine subdat reintegrationem factam à Judice inferiore fuisse nullam, facitè innuens cognitionem possessionis beneficiorum, & rerum spiritualium competere tantùm supremis Curiis Franciæ, ut deinde reperi dixisse Stephan. Ranchin. *ad Guid. Papæ dec.* 1. qui concludit talem Iudicem laicum, qui cognoscit de causa possessorii beneficii, debere esse ex deputatis à Rege, & alius Iudex, qui non esset Regius, non posset cognoscere: latè Stephan. Aufrer. *in tr. de potest secul. in Ecclesiast. limit.* 24. referens Reges Galliæ eam jurisdictionem habere ab immemoriali consuetudine, & ideò illam sibi fuisse confirmatam à Martino V. Afflict. *dec.* 2. *n.* 3. *& decis.* 24. *num.* 2. *&* 10. asserens ita fuisse decisum à Senatu, diligenti examine facto inter duos Clericos, quorum unus alterum beneficio spoliaverat Decius sequendo Guid. Pap. *in dictis decisionibus, in l. fin. C. de edict. Divi Adriani tollend. num.* 21. Ioan. Igneus examinatâ ad partes quæstione, *in repet. l. necessarios,* § *non aliàs, ff. ad Syllan. à n.* 466. *usque ad num.* 55. concludens *n.* 554. facultatem cognoscendi de possessione rerum spiritualium, quam exercent regii Officiales in Gallia, non tantùm fundari in concessione Martini V. sed etiam in dispositione Iuris communis, & eam cognitionem non numerandam inter regios casus, id est, quod soli Regii Officiales illam habeant, ut dicebam suprà; sed competere quibuscunque judicibus habentibus merum, & mixtum imperium. Attestantur etiam hanc praxim vigere apud Gallos Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Gallic., tit. de sent. execut. art.* 1. *gl.* 2. *& tom.* 2. *tit. beneficia, art.* 1. *gloss.* 3. *& tom.* 3. *tit. de caus. benef. possess. art.* 8. *gloss.* 2. *tit. de inquis. commiss. art.* 6. *gloss. unica, in fine, & tit. de mater. possess. art.* 7. *gloss.* 1. *n.* 23. *& in concord. tit. de annatis, in gloss verb possessionem, pag.* 793. *cum seqq.* Petr. Greg. *de benef. c.* 40. *n.* 10. Carol. Degrassal. *in suo tract. Regal. Franciæ, lib.* 2. *jure septimo, & jure* 5. *versic. secundò hoc præest,* ubi probat Regi competere non solùm ex privilegio Papæ, sed etiam ex dispositione juris communis. Maynard. *Tolosana dec.* 18. *n.* 4. *lib.* 1. Corras. *de benef. part.* 1. *c.* 2. *num.* 8. Ioan. Papon. *lib.* 1. *tit.* 5. *arresto* 22. Boër. Epo *de regalibus, vel jure Principum, a n.* 29. ubi de privilegio Martini V.

Et hæc eadem resolutio apud nostros Lusitanos 162 expressâ lege est firmata in Ordin. Regia *lib.* 2. *tit.* 1. § 2. ut referunt, & multis defendere conati sunt.

Valas.

Valasc. *conſ.* 11. *&* *conſ.* 79. *n.* 2. *&* *conſ.* 93. *n.* 3. *cum ſeqq.* Cabed. *dec.* 82. *&* *dec.* 76. *n.* 4. *p.* 1. *&* *dec.* 71. *n.* 3. *p.* 2. *&* *de patronatibus Regiæ Coronæ*, *c.* 49. *à n.* 10. D. Barboſa *in l. hæres abſens*, §. *proinde*, *n.* 22. *ff. de judic.* Cald. Pereira *qq. ſorenſ. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 19. *&* *conſ.* 11. *n.* 20. Mendez à Caſtro *in praxi Eccleſ. Luſit. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 14 *&* *in p.* 2. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 8. D. Acuña *ad c.* 1. *n.* 6. *diſt.* 96.

163 Apud Hiſpanos Caſtellanos expreſſa quoque lege id ipſum cautum reperitur, videlicet *l.* 10. *tit.* 1 *lib.* 3. *nova Recop.* ut pariter referunt, & tuentur Azeved. *l.* 2. *à princip. tit.* 6. *lib.* 1. *&* *l.* 4. *in fin. tit.* 1. *lib.* 4. *&* *lib* 4. *tit.* 13. *eodem lib.* 4. *nova* Recop. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 9. *n.* 46. Novarr. *in man. c.* 27. *num.* 70. *in princip.* dicens Modernos plures conari hunc uſum jure probare, remittendo definitioni Sedis Apoſtolicæ, an id ſit verum: *&* *in cap. ſi quando*, *de reſcript. remed.* 1. *verſ.* 3. *facit*, Cov. *pract. c.* 35. *num.* 1. *&* 3. aſſerens ita ſervari in tota ferè Hiſpania, Avendaño *de exequendis mandat. part.* 1. *cap.* 1. *à n.* 32. Parlad. *differ.* 9 §. 1. *n.* 34. Joan. Garcia *reg.* 9. *n.* 15. Quintanad. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 13. Melch. Pelaez *tract. de major. part.* 3. *q.* 11. *num.* 11. *&* *ſeq.* ubi teſtatur ita obſervari in regno Granatenſi, Guttierr. & ab eo relati *pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 20. *n.* 1. *&* *ſeq.* addens Judicem laicum poſſe propterea victum in expenſis condemnare, & citati ab eodem Guttierr. *Canon. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 16. *&* *ſeq.* qui loquitur, ſi judicio reintegrandæ agitur: plures refert Cened. *ad Decretum collect.* 3 *&* *ad Decretal. collect.* 37. *&* *Canon. ac pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 45. Bobadil. *in ſua Politica lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 153. *&* *cap.* 18. *n.* 142. Ludov. Miranda *de ord. judic. q.* 1. *art.* 5. *concl.* 4. Cevall. *comm. contra commun. tom.* 4. *q.* 722. *n.* 108. *cum ſeqq.* *&* *q.* 897. *n.* 160. *&* *de cognit. per viam violentiæ*, *p.* 2. *q.* 17. *à n.* 45. *&* *q.* 66. *per tot.* Torreblanc. *de Magia*, *lib.* 3. *c.* 26. *n.* 2. Gaſp. Roder. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 17. *num.* 58. *cum ſeqq.* aſſerens ita obſervari apud Gallecos, Joſeph. de Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 8. § 3.
164 *num.* 316. *cum ſeqq.* *&* *n.* 100. *&* 172. *&* *ſeq.* refe-
165 rens id quoque eſſe indubitatum in Arragonia. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 14. *de manutent. n.* 7. affirmans ita ſervari in Cathalonia, Franc. Hieron. Leo *tom.* 2. *deciſ.* 208. *per tot.* ubi atteſtatur ita practicari Valentiæ.

166 Item & in Camera Imperii idem obſervari referunt Gail. *obſerv.* 28. *n.* 2 *lib.* 1. *&* *obſerv.* 27. *n.* 5. *eod. lib.* 1. Mynſing. *cent.* 2. *obſerv.* 67. Bernard. Grevæus *ad pract. Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 37. *conſid.* 6.

167 Et in Senatu Burdigalenſi, ut teſtatur Nicol. Boër. *deciſ.* 69. *ſub n.* 23.

168 Et in Senatu Mediolanenſi, ut per Alciat. *conſil.* 22. *num.* 1. Vincent Caroc. *deciſ. ſua particulari*, *ſeu caſu.* 157.

169 Et in Senatu Pedemontano, ſicut referunt Menoch. *remed.* 15. *recuperandæ*, *n.* 221. Cachetan. *deciſ.* 116. *n.* 1. Anton. Theſaur. *deciſ.* 82. *n.* 1. *&* *dec.* 117. *n.* 1. *&* *deciſ.* 131. *ſub n.* 6.

170 Et in ſereniſſimo Venetiarum Domanio, ut per Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 120. Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 43. *de foro compet. n.* 27. *&* *tit.* 44. *de citat. à n.* 102.

Et *in Curia Neapolitana*, ut referunt Afflict. *dec.* 58 *n.* 59. *cum ſeq.* Gram. *dec.* 78. *n.* 2. Camill. Borell. *d. tit.* 43. *de foro compet. n.* 23. *&* *de præſtantia Regis Cathol. c.* 71. *à n.* 214.

Et demùm in tota Italia ſecundùm Anton. de Petra *in tract. de poteſt. Princip. cap.* 8. *n.* 83. *&* *c.* 18. *n.* 61. & alibi, ut per Dec. *in cap. decernimus*, *de judic. n.* 24. *verſ. quartò fallit.* Mandel. Albenſ. *conſ.* 75. *num.* 5. *lib.* 1. ubi dicit Principes ſæculares quotidie apponere manum ad poſſeſſorium beneficii Eccleſiaſtici, & id poſſe de jure facere, ſaltem per viam extraordinariam, Aug. Beroi. *in rub. de judic. n.* 51. *verſ. hoc tamen ultimum*, *&* *num.* 52. *&* 60. *ad med.* Franc. de Ponte *cont.* 96. *n.* 26. *lib.* 1. Quintil. Mandoſ. *de inhibit. q.* 21. Alciat. *reſp.* 24. *n.* 2. *lib.* 1 ubi dicit Senatores ex antiqua conſuetudine de poſſeſſorio cognoſcere ratione temporalitatis, Marant. *de ord. judic. p.* 4. *diſt.* 11. *n.* 77. Caſſan. *conſ.* 45 Natt. *conſ.* 411. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Laur. Kirchov. *comm. epin.* 3. *concl.* 92. *in verb. Judex ſecularis.* Gabr. Peteyra *in addit. ad Roman. pag.* 419. *col. ult. vers.* 24. ubi ait Judicem laicum cognoſcere in poſſeſſorio, ſi Clericus allegat turbari ab alio Clerico, Ariſm. Tepat. *var. ſent. lib.* 1. *tit. de juriſd. &* *foro comp. fol.* 160. *col.* 3. *vers. clericus quando*, Ant. Gabr. *commun. lib.* 5 *tit. de reſtit. ſpoliat. concl.* 5. *n.* 115. Marta *Digeſt. noviſſ. tom.* 1 *tit. de foro compet. c.* 67. Ambroſin. *Peruſ. dec.* 8. *c.* 4. & non videtur mihi dilum diſſentire ſacra Rota Romana in adductis deciſionibus per Theod. de Rubeis *in ſuis ſingul. Rota deciſ. tom.* 1. Seraph. *dec.* 1003 *&* *add dec. Fœna in fine*, & ita apud omnes ferè mundi Nationes firmatum, ut facilius ſit clavum de manu Herculis eruere, quàm ab earum mentibus hanc evellere opinionem.

Pro quibus primò adducitur *c. ult. de judic.* ubi 171
Florentina poteſtas cognovit de quaſi poſſeſſione juris eligendi inter Abbatem, & Monachos contra Communitatem Caſtri, & latam ab eadem poteſtate diffinitivam ſententiam Pontifex confirmavit, executionemque dari juſſit; quamvis poteſtas Florentina poſtea minùs benè cogit Abbatem, & Monachos ſuper prioritate juris eligendi in ſæculari judicio reſpondere, ut ibidem Pontifex inſinuat. Secundò expenditur caput *petimus* 11. *q.* 17. ubi habetur Epiſcopum per poteſtatem ſæculatem fuiſſe compulſum, ut teſtitueret plebem quam per vim occupavit, & admonitus reddere contemnebat: juvat caput *filiis* 17. *q.* 1. ibi: *Regis hæc animis intimare non differat*, caput *cauſam quæ* 7. ibi, *nos attendentes quod ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam de talibus poſſeſſionibus judicare, qui filii ſint leg.* Nam proprium eſt Principum ſæcularium à quocumque in ſuo domanio degente violentiam arcere, & cavere ne quid detrimenti, vel incommodi ſentiant. Reſpondeo juxta ea quæ in hac materia tradunt Afflict. *dec.* 2. *n.* 3. *&* *dec.* 14. *n.* 2. Simanc. *de cathol. inſtit. tit* 44. *n.* 15. Joſeph. Seſſe *de inhibit. c.* 8. § 3. *num.* 24. *&* 62. *cum ſeq.* *&* *dec.* 114 *à num.* 1. 172
Cend. *Canon. lib.* 2. *q.* 45. *n.* 4. *&* 5. Terriò, & ultimò facit, quod poſſeſſio hæc plurimùm facti habet, & in facto conſiſtit, *l.* 1. §. *adipiſcimur*, *verſ. ea enim*, *&* *in* §. *ſi viro uxori*, §. *quoniam. l. poſſeſſionem* 29. *ff. de acquir. poſſeſſ. l. denique* 19. *ff. ex quibus cauſis majores.* Covar. *in reg. poſſeſſor. part.* 1. *in initio*, *n.* 1. Gom. *l.* 45. *Tauri*, *n.* 27. *verſ. item*, *&* *ſecundò*, Marant. *de ordin. judic. p.* 4. *diſt.* 7. *n.* 33. Valaſc. *conſ.* 106. *à n.* 9. me citato in hoc loco, Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſimum p.* 1. *c.* 16. *n.* 54. Plane ubi agitur de ſola facti quæſtione, etiam rerum ſpiritualium, ſæcularis competens eſt Judex, quia talis quæſtio nullum involvit ſpirituale, vel annexum, ſed meram temporalitatem, an ſcilicet hoc, vel illud factum fuerit? an illa verba fuerint prolata? abſque ulla omninò juris quæſtione, & ideò nihil obſtat, quominus ſæcularis Judex cognoſcere valeat, quia diſpoſitio capitis 2. *de jud.* & ſimiles ſolùm vetant, ne ſæculares de cauſis Eccleſiaſticis cognoſcant

Biblioteca de Ciències Socials

cant, qualis non est illa, quæ in mera quæstione facti cujusque rei consistit, Bart. & Doct. *in l. Titia, ff. solut. matr.* idem Bart. *in l. quoties, C. de judic.* Abb. *n. 7. in c. litteras, de juram cal.* sentit Nav. *in c. novit, notab. 6. n. 44. vers. quintò plures*, per Valasc. *tom. 2. consil. 159. n. 9. &* 12. D. Barbos. *in d. Titia 35. n. 34.* plures, ut per Farin. *in praxi crim. q. 8. n. 156.* Ursil. *ad afflict. dec. 1 n. 9. & dec. 138. n. 1.* Gravat. *ad Vest. in praxi, lib. 5. c. 1. n. 6.* Gutt. *can. lib. 1. c. 34. n. 17. & pract. lib. 3. q. 26. n. 2. & de juram. confirm. p. 1. c. 2. num. 35.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 1. n. 403.* Gratian. *discept. forens. c. 238. n. 12.* Britt. *in c. 2. de locato, p. 3. n. 52. cum seqq.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 13. p. 2. num. 27. cum seqq.* Giurba *cons. 80. n. 32.* Anton. Amaro *var. resol. lib. 2. resol. 63. n. 2. & resol. 86. n. 61. cum seqq.* Modern. *de supplic. ad sanctissimum, p. 1. c. 16. n. 39. & 40.* Ergo nihil impedit quominus sæcularis Judex de causis possessoriis spiritualium rerum cognoscat. Confirmatur hoc ipsum, quia causa ipsa possessionis in se merè temporalis est; patet, quia possessio quæritur per actus temporales adæquatos, ex quibus resultat jus detinendi rem sibi. Gloss. 1. per textum *ibi, in l. 1. in princ. ff. de acquir. possess. l. peragre 44. in princ.* ibi, *jus possessionis, ff. illo tit.* post alios Cov. *in d. reg. possessor, p. 2. in initio, n. 3. & in rubr. de testam. p. 1. n. 1.* Gom. *d. l. 45. Tauri, n. 17.* Unde ipsa causa possessoria, etiam rerum spiritualium, merè temporalis est, gloss. 1. *ad fin. c. 2. de juram. cal.* ubi Abb. *n. 6.* gloss. *verb. juramento, in c. cùm dilecti 45. de elect.* communiter receptæ, ut per Cov. *pract. c. 35. n. 1. vers. 2.* Ita Guid. Papæ *cons. 78. n. 4.* asserens causam possessorii rei spiritualis esse temporalem, ut dixerat *d. decis. 1. num. 1. circa fin.* Archid. & Ioan. Andr. *in c. frequens, de restit. spol. in 6.* concludentes causam restitutionis rei spiritualis non esse spiritualem, & non malè loqui qui ità sentiunt, Ctavet. *consil. 258. in princ.* asserens ab hac ratione pendere totam quæstionis difficultatem, & idem censuisse Zabarel. *in Clem. 2. de judic. q. 10.* & grammat. satis diffusè alios referentem eandem rationem approbantes, & confirmantes *dec. 78. num. 3. & seq.* Beroi. *in rubr. de judic. n. 13.* & Cened. *d. q. 45. n. 36.* affirmat magis communem Menoch. *d. remed. 3. retinend. num. 327.* plures, ut per Valasc. *consil 93. n. 5.*

173 Oppositum tamen, imò in causis possessoriis beneficialium, & rerum spiritualium solum Ecclesiasticum competentem esse, melius & securius defendunt Barbat. & Anton. *in d. cap. ult.* Beroi *ad rubr. de judic. num. 55. 58. & 59.* Rip. *in c. decernimus, num. 17. eod. tit.* Angel. de Ubaldis *inter consilia matrim. consil. 44. num. 52. & 60. lib. 1.* Vincent. de Franch. *dec. 36.* Sarnens. *in reg. de annali, quæst. 46.* Mandos. *de monitor. q. 13. n. 3.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 34. à n. 26.* Bellam. *cons. 40. num. 39. vers. non valet*, Curt. *de feudis q. fin. n. 24. & seqq.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 2. verb. possessorium* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 14. q. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. c. 1. num 50. cum seqq.* Sahag. *in c. 2. de judic. à n. 177.* Matta *de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 34.* Boët. Epo *de regalib. vel jure Princip. à num. 31.* Puteus *dec. 262. n. 3. lib. 1.* Duard. *in Bull. Cœnæ Domini, lib. 2. c. 15. q. 19. sub num. 48.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 238. num. 9.* Sperell. latè *in decisionib. fori Ecclesiast. dec. 8. per tot.* Baldell. *in disput. Theolog. tom. 1. lib. 5. disp. 39. num. 1.* Diana *moral. resolut. part. 5. tract. 1. resol. 22.* Rot. *dec. 42. à num. 13.* apud Paul. Rubeum *tom. 2. diversor.* aliàs *p. 6. recent.* latè Marius Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 91.* Monet. *de decimis, cap. 8. n. 11.* Valenzuel. *consil. 110. n. 19.* & quod Rotæ stylus est, quod causa possessionis beneficii non possit agitari coram Iudice seculari, cùm processio sit connexa cum proprietate spirituali, probat ex ejusdem Rotæ decisionibus Theodos. de Rubeis *in singular. Rotæ, part. 2. verb. beneficium*, §. 2. *pag. 24. & verb. causa*, § 7. Et in possessoriis matrimonialibus Sperell. *dec. 9. num. 1.* Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 10. n. 19. cum seqq.* Valasc. *consil. 93. num. 2. ad medium*, Rota *d. dec. 42. num. 10.*

Et hanc eandem ferè resolutionem, videlicet laicum judicem non posse de jure cognoscere de possessione beneficii, vel rei spiritualis contra Clericum, ac proinde si in Gallia in judicio retinendæ contrarium servatur, id fieri ex concessione Martini Papæ V. nec id licere in alio possessorio, nisi ex pragmatica sanctione, quæ deinde fuit revocata, tenuerunt plures ex citatis pro prima opinione, & primus omnium, quos viderim, firmavit Guid. Papæ *consil. 149. num. 1.* addens Glossæ & Vincentii antiqui Doctoris opinionem intelligendam esse, si Clericus agat possessorio contra laicum, secus si contra Clericum: eandem distinctionem, non factâ mentione Guidonis Pap. constituit Roland. à Vall. asserens eam esse Afflict. *in consil. 23. num. 6. & n. 17. & seq. lib. 1.* subdens quæ fiunt his casibus in Gallia, fieri ex concessione Martini V. nam Papa potest certum causarum Ecclesiasticarum genus committere, & certis casibus subdere Clericos laicis judicibus, non tamen omnes, vel universos. Aufrer. *in repet. Clem. ut Clericorum, de offic. Ordin. n. 100.* grammat. *dec. 29. num. 11.* Everard. *in topicis, cap. à milite arm. milit. n. 15.* Iacob: de Laurent. *de judice suspecto, c. 4. n. 4. circa med.* Put. *dec. 351. n. 2. & seq.* asserens *n. 6. in fine*, opinionem Guidonis Papæ nuneuam fuisse receptam à Rota, concludendo judicem laicum non principaliter, nec incidenter posse cognoscere de causa spirituali. Cum Roland. à Valle concordant Gutier. *d. c. 14. n. 21. & seq.* ubi præterea respondet argumentis, & Iuribus pro contraria opinione allatis: *num. 26.* in fine subdit se credere in Hispania non haberi tale privilegium, licet in Regno Aragoniæ secus videatur dicendum, ex relatis litteris Apostolicis Pii V. & Gregorii XIII. à Ioseph. de Sesse *dec. 113. in fine*, latè Christoph. Augusian. *in pract. de legib. lib. 2. contr. 16. à num. 7. cum multis seqq.* concludens praxim Galliæ, & Hispaniarum in contrarium non esse veram, nec de jure communi sustineri posse, subdens graviter lapsos esse Doctores contrarium tenentes, nisi ea ratione, quod causa possessionis in spiritualis sit profana, reprobando Bart. *in l. Titia, ff. solut. matrim.* & respondeo singulis, quæ objici possunt, & principuè Iuribus, & & Capitulis in contrarium allegatis, & praxim Galliæ sustineri ex privilegio Apostolico antiquitus concesso, de quo tamen non apparere testatur, & de jure communi hanc opinionem esse veram, respondendo singulis, quibus defenditur antecedens contraria, testatur Ioseph. de Sesse *dict. tract. de inhibit. c. 8. §. 3. n. 26. cum multis seqq.* 174

Et pro his expenditur primò *cap. 2. de judic.* cum expresè decidit ne Iudices sæculares de causis Ecclesiasticis cognoscere, aut judicare præsumont. Sarè causa possessoria rerum spiritualium, tam in se, quàm ratione Clericorum, inter quos movetur, Ecclesiastica est: igitur, &c. Secundò adducitur Clementina 1. *de caus. poss.* Clementina 1. *de sequest. possess. Clem. 2. de judic.* quibus habetur, non solùm petitorium, 175

sed

ſed etiam poſſeſſorium rerum Eccleſiaſticarum tractandum eſſe apud Judicem Eccleſiaſticum. Tertiò facit, quod nullus inficiabitur, cognitionem cauſæ ſpiritualis ad Eccleſiaſticum judicem pertinere, *d. cap. 2. cum vulgaribus.* Sanè cauſa ſpiritualis comprehendit tam petitorium, quàm poſſeſſorium, ex vi verbi. Unde commiſſâ alicui cauſâ abſolutè, & petitorium, & poſſeſſorium commiſſum dicitur, *c. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.* ubi Gloſſ. *verb. indiſtinctè*, & communis: ergo cùm omnis cauſa, tam ſpiritualis, quàm Eccleſiaſtica, abſolutè pertineat ad Eccleſiaſticum judicem, fit conſequens ad eundem pertinere tam petitorium, quàm poſſeſſorium, ac ſubinde in neutro ſæculares judices ſe poſſe intromittere. Conſonat maximè, quod ſaltem cauſa poſſeſſoria eſſe annexa cauſæ proprietatis, quæ ſpiritualis eſt, ut ſupponimus, & fatentur omnes: ergo illa, tanquam huic annexa, ad ſolum Eccleſiaſticum ſpectat, *arg. c. quantò 3. de judic. c. tuam 3. de ordin. cognit. d. Clem. 2.* cum vulgaribus; ne alias ſequatur abſurdum, quòd continentia cauſæ, quæ datur inter petitorium, & poſſeſſorium, dividatur, contra regulam legis *nulli, C. de judic. c. 1. de cauſ. poſſ.* Illud quoque efficaciter urget, quod licèt cauſa poſſeſſoria cujuſcunque rei ſpiritualis in ſe merè temporalis foret (quòd non ita abſolutè concedendum eſt) adhuc tamen ſi contra reum Clericum moveatur, negari non poteſt, ratione perſonæ ipſius Clerici fieri Eccleſiaſticam, ad effectum, ut ſoli Eccleſiaſtico judicio reſervetur, ſicut ſi cauſa vineæ, prædii, domus, aut alterius rei merè temporalis contra Clericum moveatur, ex regula *quod actor ſequitur forum rei, l. 2. de juriſ. omn. ludic.* bonus textus *in c. experientia cum ſeq. 11. q. 2. c. ſi Clericus laicum 5. c. cum ſit generale 8. c. ſi diligenti 12. de foro compet. cap. quoniam, pen.* ibi, *ratione perſonarum, de immun. Eccleſ. lib. 6.* fatentur in terminis poſt alios Cov. *d. c. 35. n. 1. concl. 1. verſ. ex quo patet*, Menoch. *d. remed. 3. à n. 349.* Valaſc. *d. conſil. 93.* Denique non parum obſtat, quod ſæculares, nec etiam prætextu violentiæ, videntur ſe poſſe intromittere, propter clauſulam 14. Bullæ in Cœna Domini, ibi, *etiam ſub prætextu violentiæ prohibendæ*, præſertim ſi ſequamur opinionem Gloſſ. ultimæ *in d. Clem 1. de cauſ. poſſeſſ.* ſecundùm quam ſpoliatus beneficio; & poſſeſſorio recuperandæ, niſi aliquo modo doceat de titulo beneficii, minimè reſtituitur. Sequuntur plures, ut ut per Cov. *pract. c. 23. n. 4.* Vivian. *commun. tom. 2. opin. 30.* Valaſc. *conſil. 79. n. 3.* cum aliis. Planè cognoſcere de titulo beneficii ad ſolum Eccleſiaſticum ſpectat, juxta regulam dicti capitis 2. *d. judic.* igitur, &c. Nec ſanè hujus ultimi fundamenti efficaciam evitabit, qui dixerit cum Auctor. Guillelm. Bened. Cov. Navar. ac aliis, quos refert & ſequitur Menoch. *d. remed. 3. retin. n 356. cum duob. ſeqq.* Judices ſæculares de cauſis poſſeſſoriis rerum ſpiritualium non cognoſcere in vim juriſdictionis, tanquam judices, ſed ſolum extra judicialiter, per modum ſcilicet extra judicialis poteſtatis, ut ita oppreſſos tueantur, violentiaſque repellant, per textus, quos ſic intelligunt *in d. c. Regum, & in d. c. Principes*, cum ſimilibus, ſi cuicunque potenti, & fortiori incumbit proximum vi oppreſſum, vel aliter in periculo conſtitutum liberare, *arg. cap. quantæ 47. ad fin. de ſentent. excomm.* cum his, quæ docet S. Th. 2. 2. q. 62. *art. 6. ad 3.* Anton. Gom. *tom 3. var. c. 2. n. 9.* Cov. *in Clem. ſi furioſus, part. 2. §. 2. n. 7.* Non, inquam, fundamentum ſic evitabit; videmus enim quotidie Judices ſæculares in his terminis procedere judicialiter, vocatis & auditis litigantibus, ſervato ordine judiciario, ſententiaque pronunciare, ſicut in cæteris quibuſcunque cauſis ad ſuam juriſdictionem plenè ſpectantibus facere ſolent, ut expreſsè ſtatuit Ordin. Regia Luſitan. *lib. 2. tit. 1. §. 2.* ibi, *poderaõ Clerice ſer citado, è demandado, &c.*

His in utramque partem perpenſis, dubia ſatis redditur hæc quæſtio ob diverſas Doctorum ſententias, quas in ea reſolvenda excogitarunt aliorum dicta confutantes; unde non poſſum non admirari quàm faciles ſint homines ad diſſentiendum, improbandumque quod alteri placet, *l. item ſi unus §. principaliter, ff. de recept. arbitr.* vel quia, ut ex Ovid. & Perſ. refert Gloſ. *in cap. 5. de conceſſ. prabend.* 176

Pectoribus mores tot ſunt, quot in Orbe figuræ,
Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus,
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Vel quia, teſte Senecâ *lib. 1. de clem. c. 24.* humanus animus naturâ contumax, in arduum, contrariumque nitens, & vinci neſcius, alteri tanquàm victus adhæreat ratiò, juxta illud Martialis.

Qui velit ingenio cedere, nullus erit.

Vel quia animi motus, cùm ſequantur corporis temperaturam, *cap. quia diverſitatem, de conceſſ. prabend.* difficile ſit eadem cunctis placere, cum eadem complexione non ſint compacti homines. Vel denique, quia cùm oppoſita juxta ſe poſita clariùs elucеſcant, *l. unic. §. & cum triplici, C. de caduc. tollend.* & optimum ex contrario nitear, Senec. *ad Lucil. epiſt. 121.* neceſſe eſt homines in diverſas trahi ſententias, ut veritas à falſitate firmiùs diſtinguatur, juxta illud D. Pauli *ad Corinth. cap. 11. Oportet & hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.*

Ex his duabus opinionibus (ut ad rem redeamus, unde digreſſi ſumus) ultimo loco relatam attento Jure veriorem judico: qua retentâ ſupereſt, ut ad fundamenta pro prima ſuprà adducta reſpondeamus; & in primis ad primum *ex cap. ult. de judic.* reſpondetur ibidem, Communitatem Caſtri aliàs ſæcularem, contra quam Florentina poteſtas ſententiam pronunciavit, eam fuiſſe, unde non mirum, ſi cùm de poſſeſſorio ageretur, nullam habeat mixtam proprietatis cauſam, ut conſtat ex textu ibi, *ſuper proprietate Florentina poteſtas ſecularis contra ſæcularem poteſtatem competens eſſet.* Vel ſecundò, & meliùs reſpondetur, ibidem non agi de quaſi poſſeſſione alicui jus rei ſpiritualis, vel annexæ, ſed rei merè temporalis, cujuſmodi erat electio Rectoris ſæcularis ad officium, ſeu magiſtratum ſæcularem. Ita poſt communem mihi, Cov. Menoch. & alii, quos refert & ſequitur Gutier. *d. cap. 34. num. 29.* Sahag. *in d. cap. 2. de judic. à n. 186.* Nicol. Garc. *d. part. 1. cap. 2. num. 58.* eleganter Boër. Epo *d. tract. de Regalib. vel jure Principum in benef. Eccleſ. num. 31. pag. 13.* quatenus dicit in illo textu de nullius rei ſpiritualis poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione agi, ſed de quaſi poſſeſſione juris omninò profani, & temporalis, hoc eſt de conſtituendo Rectore, ſeu gubernatore, ſeu Prætore oppiduli politico per illud monaſterium, vel ejus Abbatem, cujuſmodi Rectorem cùm recipere vellet illud oppidulum, ſeu Caſtrum Florentinis alioqui ſubjectum, non poterat Abbas ut actor eos alibi convenire, quam coram Florentinis, vel Florentinorum poteſtate; idque omiſſis aliis ſatis probabiliter deprehenditur ex verbis textus ibi, *tempus regiminis electi prædicti inutiliter elabatur*; ſi conſideremus, quod Rector alicujus Eccleſiæ, 177

siæ, vel dignitatis Ecclesiasticæ, non ad certum tempus, quo causa protracta dilabitur, sed ad vitam, seu in perpetuum (ad vitam dicitur in perpetuum, ut est *in l. 1. ff. pro socio*) eligitur, seu nominatur. *cap. Sanctorum, 70. dist. c. unic.* ubi Gloss. *verb. perpetui, de capell. Monach. lib. 6.* ne aliter insurgat contra naturam beneficii Ecclesiastici, quod est suâ naturâ perpetuum quoad accipientem, ut constat ex receptissima illius definitione: contrà verò in sæcularibus Magistratibus, quorum naturæ in nihilo repugnat, quod ad certum tempus eligantur, & certo tempore elapso finiantur. Vnde Abb. *in dict. cap. ult. notab. pen.* & communis per textum ibi in prædictis verbis colligit Officialem ad certum tempus electum, quamvis absque propria culpa servire impediatur, non esse admittendum ultra tempus finitum, nec illi tantundem temporis fore reintegrandum, ex doctrina Bart. *in l. si ita stipulatus essem absque te, n. 2. ff. de verb. oblig. & in l. si uno, §. item cùm quidam, ff. locati, & in l. si priùs, q. 10. ff. de novi oper. nunc.* fatetur magis communem Jas. *in d. l. si ita, col. pen. in princ.* citans Abb. *ubi proximè*, qui ex eo infert ad Doctorem, qui promisit legere per biennium, neque tempus elapsum reintegrare, vincent. de Franch. & Addent. *dec. 419. & 451.* Amendola *in addit. ad ipsum Vincent. de Franchis dict. dec. 406. num. 4.* Guzman *de evict. q. 24. n. 16.* me citato in hoc loco Joseph. Vela *Iuris controv. in Hispalensi Senatu, differt. 20. n. 44. cum seqq.* sequitur ad praxim Valasc. *tom. 2. cons. 255. n. 3. in fine, cum seq.* qui *n. 5.* affimat se in facto vidisse judicatum, quod quidam electus ad officium ædilitium, fuit impeditus per objectiones, quod non fuerat titè electus; ipse tamen obtinuit sententiam supremi Senatus, quod fuerat benè electus, lapso jam tempore, quo erat servaturus; inde petiit à Senatu ut adjiceretur in sententia clausula, *quod reintegraretur sibi tantùm temporis, quantùm fuerat à tertio malè impeditus servire*; & tamen Senatus deferre noluit petitioni propter doctrinam Bart. & communem suprà expensam.

178 Ad secundum *ex d. cap. petimus*, omissis aliis intelligendi modis, videtur cum Menoch. *d. remed. 5. n. 213.* Gutier. *d. c. 34. n. 27.* ibidem agi de auxilio Brachii sæcularis, & ita per modum auxilii, non verò de cognitione principali alicujus Ecclesiasticæ causæ. Ad textum verò *in d. cap. filiis*, respondetur solicitudinem, de qua ibi, circa conservandas res Ecclesiasticas, & supplendam, ut ita dixerim, Prælatorum negligentiam, non pertinere ad Reges & Principes sæculares in vim jurisdictionis, quasi ipsi attento jure judicialiter tanquam Judices cognoscant & judicent contra textum *in cap. 2. de judic. c. qualiter 17. eodem tit.* sed per viam sollicitudinis, & defensionis extra judicialis pro conservandis Ecclesiarum dotibus, ne temerè dissipentur. Insuper *ad d. c. causam quæ 17.* ibi, *ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare*, post Cov. & Menoch. quos refert & sequitur Gutier. *dict. loco, num. 28.* Respondetur ibidem agi de possessionibus, hoè est, de proprietatibus laicorum. Boet. Epo *dict. loco, n. 21.* ubi dicit hunc textum de casu quoque loqui profano, spoliationis videlicet, invasionisque bonorum per laicos factæ contra laicos; quodque spoliaverat illic Anglus quidam nepotem defuncti sui fratris eo prætextu, quod filiam fratris, matrem scilicet hujus nepotis jam defunctam, dictitaret non fuisse legitimam: cujus quidem spoliationis causa non ab Ecclesiasticis Judicibus, sed ab Anglorum Rege, vel Judice Regio cognosci, dirimique non invitus patitur Pontifex, causâ status, idest sobolis legitimæ, solis reservatâ Judicibus Ecclesiasticis, tanquam spirituali: sic enim verbum *possessio*, aliquando accipitur. *l. interdum 79 ff. de verb. signif. l. initio 5. C. de pact. inter empt.* Valasc. *cons. 70. n. 8.* & ita nullam ibi causam spiritualem, nec ratione rei, aut personarum, nec juris, aut facti apud Regem Angliæ fuisse agitatam, vel remissam, sed solùm meram temporalem controversiam, cùm de bonorum successione contentio esset.

Ad ultimum, quod possessio habet plurimùm 179
facti, & in facto consistit, libenter totum agnoscimus; sed non inde sequitur de causa possessoria rei spiritualis, vel annexæ, posse Judicem Ecclesiasticum cognoscere, quia etiam hæc dicitur Ecclesiastica, cujus cognitionis judices sæculares sunt incapaces, & eo maximè si non contineat meram facti quæstionem, sed involvat aliqualem juris quæstionem super proprietate, juxta supra dicta. Et nihilominus quamvis quæstio facti versetur, adhuc ad Ecclesiasticum est remittenda. Fachin. *controv. lib. 4. c. 24.* Monet. *d. c. 8. q. 1. sub n. 14.* Azor. *d. p. 1. lib. 6. c. 25. quæst. 3. in fine.* Sperell. *d. dec. 8. n. 54. in fine* ubi *n. 55. cum seqq.* declarat. Ad illud autem quod tandem expendimus, spectare ad Regiam potestatem oppressos liberare, violentiasque cohibere, *d. c. ad administratores, d. c. Regum*, respondetur prout suprà diximus *in vers. vigesimo quarto quæro.* Et ad confirmationem, quod causa possessorii rei spiritualis sit profana, non est certum, imò controversum, teste Poteo *decis. 351. lib. 1.* & latè defenditur eam esse spiritualem, Butr. *in c. 2. de juram. cal. n. 20.* Joan. de Lignano *in Clem. dispendiosam, de judic. à n. 52.* Beroi. Guttier. Christoph. Anguian. *locis proximè citatis.*

Trigesimo sextò quæro, utrum sæculares judi- 1
ces possint cognoscere de iniquitate judicis Ecclesiastici nolentis deferre appellationi interpositæ ad Sedem Apost. & ad instantiam eorum, qui ab eodem judice Ecclesiastico vi & censuris opprimi conqueruntur, jubere ut vim comprimat, eumque compellere ab ea inferenda cessare? Partem affirmativam in praxi servari vidi in aliquibus Regnis, & in propria causa expertus fui quoties enim litigantes, quorum appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis non defertur, vel opprimi conqueruntur, recurrunt ad supremam Regia Tribunalia, & conquerontur, quod Ecclesiasticus injustè progreditur, manifestamque infert violentiam contra jus naturale, quod non servat, constito ea de re ex actis per legitima documenta, statim Regii Senatores Lusitani re ad ipsos delatâ per instrumenta gravaminum, præhabitâ summariâ informatione, præmissaque Ecclesiastici Judicis responsione, pronunciant chartam mittendam, per quam rogant, seu commendant, ut Ecclesiasticus desistat à gravamine, & à censuris absolvat, aliter suis jubent Magistratibus, ne sic excommunicatos evitent; & ita sunt qui teneant posse illos, qui à Judicibus Ecclesiasticis per vim & injuriam censuris afficiuntur, sæculares Magistratus adire, ut vim propulsent, & edicto cogant Judices Ecclesiasticos ab ea vi, & injuria desistere; quia nisi Principes hoc remedio (ut isti credunt) uterentur adversùs Judices Ecclesiasticos, innocentes passim opprimerentur, & Episcopi (quoniam procul à Romana Curia distant) authoritate suâ Ecclesiasticâ sæpiùs aburerentur. Quod quidem videtur deduci *ex*

cap.

c 19. filiis vel nepotibus, 16. quæst. ubi habetur, *Arc iepiſcopis, vel Epiſcopis negligentibus obviare Rectoribus qui Eccleſiarum jurisPatronatus bonis abutuntur. Regem adiri poſſe.* Ubi Gloſſ. *verb. Aegis*, addit hæc verba, *Ut corrigat eum qui per Eccleſiaſticum judicem cogi non poteſt.* Ad idem inducitur textus *in cap. Regum 23. q. 5. Regum*, inquit, *officium eſt proprium facere judicium, atque juſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos.* De quo Gonzales de Salzedo *diſt. lib. 1. c. 7. n. 74. & cap. Principis, 25. q. 1.* quo in loco teſtimonium Iſidori à Gratiano adducitur in hoc, ut ſciamus Principes ſæculi intra Eccleſiam etiam poteſtatem habere, ut ſuperborum cervices comprimant, & quod fieri non poteſt per Judices Eccleſiaſticos, ab ipſis juxta diſciplinam Reip. utilem exequutioni mandetur, cujus auctoritate ſcribit Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, de teſtament. verb. nomine Adelaſiam, num.* 454. quod ubicumque Eccleſiaſtica Poteſtas deficit, aut quia non poteſt, aut quia Prælatorum diſſimulatione non vult, ſæcularis Poteſtas ſe intromittit, ne delictorum atrocitate pax publica perturbetur. Denique in idem adducunt obſervantiam diu obtentam, & ſic poſſe ſæculares judices conſuetudine immemorabili in vim privilegii allegata ac hujuſmodi Clericorum cauſis cognoſcere, & vi oppreſſos liberare: quod probare nituntur Cov. *pract. cap. 35. num. 5.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſ. 9. n. 48* Salgado *de protect. regia tom. 1. part. 1. cap. 1. prælud. 5. num. 138. cum ſeqq.* valet enim conſuetudo, per quam in certo caſu Clericus ſubjicitur foro judicis laici, Clar. *d. §. fin. quæſt. 36. n. 2.* Auſſer. *de poteſt judic. laici reg. 1. fallent. 12.* Gabr. Pereira *de manu Reg part. 2. c. 50. num. 41.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 139. num ſeqq.* Farin. *d. q. 8. ſub num. 3. in fine*, Carol. de Graſſ. *d. effectu 1. n. 388.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 340. n. 39.* Cened. *pract. & Canon. qq. lib. 1. p. 4. num. 1.*

180 His igitur, & aliis, talem practicam, & prædictorum recurſuum juſtitiam tueri nituntur Cov. *d. cap. 35. n. 5* Nav. *in cap. cùm contingat, de reſcript. in 1. remed.* Gregor. Lop. *l. 13. verb. ni fuerza, tit. 12. part. 2.* ubi Humada *gloſ. 4.* Avend. *de exequend. mand. part. 1. c. 2. n. 32.* Perez *l. 6. verſ. ratio eſt quia tit. 4. lib. 3. Ordinam. pag. 718. l. 5. in gloſ.* Vivald. *in candel. aureo, in explicat. Bullæ Cœnæ, caſu 14 ex n. 102.* Salzed. *in Bernard. in pract. c. 102. alàs 105. lit. A, in noviſſ. edit.* Azeved. *l. 2. per tot. tit. 6. lib. 1. novæ Recop.* Gutier. *practic. lib. 1. quæſt. 20.* Cened. *practic. & Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 45.* Torreblanc. *de magia, lib. 3. c. 26. per tot.* Ceval. *commun. contra communes, tom 4 quæſt. 897. à n. 113.* Joſeph. Seſſe *de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 41. cum ſeqq. & num. 83.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. peccatum, differ. 30.* Calixtus *de lege Regia, §. 20. num. 83.* Modern. *de protect. Regia part. 1. cap. 1. per tot.* Dominic. Bañes *2. 2. quæſt. 52. num. 1. concl. 6. pag. 269.* Mich. Agia *de exhibendis auxil. fund. 27.* Morl. *in emporio Iuris, part. 1. tit. 2. q. 14.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſit. p. 2. lib. 1. cap. 2. n. 53.* Caſtill. *tom. 7. de tertiis, cap. 41. num. 80.* noviſſimè Gonzales de Salzedo *de lege politica lib. 1. cap. 7. & 8.* Franciſc. Hieron. Leo *deciſ. 2 lib. 1.* Gabr. Pereira *de manu regia part. 1. c. 4. & 7.* Valaſc. *conſult. 79.* Cabed. *Luſit. dec 72. num. 1. & 2. part. 2.* apud quem videbis varias formas tuitivarum, quibus interim ſubvenitur hujuſmodi appellantibus: aliquando enim à Magiſtratibus regiis expediuntur, ut appellantes manuteneantur in ſua poſſeſſione; aliquando expediuntur aliæ reſtitutoriæ, quæ concedantur ſpoliatis, qui appellarunt, & non eſt delatum appellationi ut reſtituantur; denique aliæ ſunt reſtitutoriæ quæ dantur ſpoliatis, etiamſi non appellent.

His tamen non obſtantibus contrarium eſt omninò tenendum, prædictaque praxis ubi viget omni ratione deſtituitur, ſacriſque Canonibus adverſatur, ex ſequentibus. Primò, quia propter defectum Juſtitiæ in Eccleſiaſticis judicibus ad ſæculare forum recurri non poteſt, ob omnimodam juris Canonici prohibitionem, *in cap. qualiter 17. de judic,* ubi ulteriùs ſuperadditur, *non obſtantibus fruſtratoriis, appellationibus, quas Clerici frequenter opponunt. nihilominus ſententias exequutioni plenè mandatas, &c.* Ergo cùm, ut ſupponimus, in propoſito appellationes fuerint rejectæ tanquam frivolæ, debent omninò Eccleſiaſtici judices ſententias à ſe latas exequutioni mandare, non verò pati ut ad ſæculare judicium recurratur, ſicut habetur *in d. c. qualiter.* Confirmatur hæc ratio, quia licèt attento jure, propter defectum Juſtitiæ in miniſtris ſæcularibus recurri poſſit ad Eccleſiaſticos judices, *cap. licèt ex ſuſcepto 10. de foro comp.* Bobad. *in ſua policica lib. 2. c. 17. num. 107.* Anguian. *de legib. lib. 3. controv. 23. num. 22.* Suar. *de defenſ. Fidei, l. 4. cap. 15. n. 20. & 21.* Baldel. *in Theolog. moral. lib. 5. diſp. 12. n. 6.* & noviſſimè Gonzalez de Salzedo *de lege politica lib. 2. cap. 1. n. 33.* Vice verſa jam propter defectum juſtitiæ in Eccleſiaſticis ad ſæculares recurri nequit, *d. cap. qualiter.* Ratio differentiæ eſt recta gubernandi ratio, quæ poſtulat ut minora majoribus (qualis eſt poteſtas ſæcularis reſpectu Eccleſiaſticæ, *c. ſolitæ, de major. & obed.*) ſubordinentur, *Extrav. unam ſanctam, eod. tit.* non è converſo. 181

Secundò, quia vel hujuſmodi appellantes ad Sedem Apoſtolicam ſua poſſeſſione ſpoliantur, vel turbantur in eadem. Primo caſu ordinarium habent remedium intra annum, ut ante omnem contentionem reſtituantur, *cap. 1. & per tot. de reſtit. ſpol.* poſſeſſorium quoque remedium ordinarium competit, *l. 1. & per tot. ff. de vi, & vi armat.* Inſuper ſecundo caſu remedium quoque ordinarium competit, *§ retinenda, §. ſed interdicto, Inſtit. de interd.* Ergo cùm ſive uno, ſive altero modo appellantes turbentur, remedia habeant ordinaria, non debuerat praxis tam iniquè concedere extraordinarium quale eſt hujuſmodi recurſus, *arg. l. in bonſa 17. in princ.* ibi, *non debet ei tribui extraordinarium. ff. de minoribus.* 182

Tertiò, quia ſi praxim hujuſmodi inſpiciamus conſtat laicos in hoc negotio eſſe Judices, Eccleſiaſticos verò meros exequutores, & eorum miniſtros, cùm compellantur ſub pœnis à laicis ut excommunicatum abſolvant, eiſque remittant cauſæ cognitionem: quod quidem improbatur à Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 2.* ſtatuente formam ab Eccleſiaſticis Judicibus in excommunicationibus proferendis ſervandam, his verbis: *Nefas ſit ſæculari cuilibet Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare ut latam excommunicationem revocet ſub prætextu quod contenta in præſenti decreto non ſunt obſervata cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* Deinde hunc uſum compellendi Eccleſiaſticos, ceſſante vi inferenda, quando tractatur de exequendo aliquo mandato Apoſtolico, eſt clarum impedire exequutionem litterarum Apoſtolicarum, quam impedientes incurrunt excom- 183

munications prolatas à summis Pontificibus Clem. VII. Leone X & Paulo V. in suis Constitutionibus contra impedientes Bullarum Apostolicarum exequutionem, etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, ut habetur in Bulla Cœnæ Domini, *casu* 14. ibi, *Vel exequutionem litterarum Apostolicarum, seu exequutorialium, &c. etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel quoad nos informandos, ut ipsi aiunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint.* Et sic ob recursus ad Judices laicos excommunicatio incurritur, à qua absolutio non conceditur, nisi præcedat satisfactio de injuriis, damnis, & interesse, quæ pars ob hujusmodi recursus passa fuit, *c. quoniam, §. si quis vero,* & ibi Gloss. *in verb. Satisfactum, de immun. Eccles. lib. 6.* Anch. *n. 2. in 7. notab.* Monach *n. 19.* & fuit dictum *in Ulyssbonensi professionis, 27. Martii 1617. coram R. P. D. Carrillo.* Et solet Breve de absolvendo à censuris ob hujusmodi recursus concedi, cum clausula, *Renunciato prius recursui, & sine litis, ac litigantium præjudicio, ac dummodo exponentes nullū jus de novo propterea acquirant, &c.* quæ inducunt conditiones, ut in his terminis tenet Rota *decis. 176. num. 1. p. 6. recent.* & non est locus petitæ absolutioni, nisi doceatur dictas conditiones adimpletas fuisse. Rot. *in d. decis. 176. n. 1. & in d. Ulyssbonensi professionis, & in Pampilonensi electionis Canonicorum, 11. Maii 1640. coram R. P. D. Dunozet*: & non sufficit renunciatio verbalis, ut quis dicatur renuntiasse recursibus, sed vera & effectualis requiritur, adeo ut omnia impedimenta illata vigore recursuum in partibus sublata sint, illaque nec de jure, nec de facto nocere possint. Rota *in Calaguritana de Francavilla, 9. Junii 1603. coram Sacrato, & in Regiensi Capella, 1. Julii 1630. coram bonæ mem. Pirovano*, & in aliis relatis *d. decis. 173. n. 10. cum seqq & in d. Pampilonen. electionis Canonicorum.*

184 Quàm pernicioſum autem ſit de cauſis Eccleſiaſticis ſæculares cognoſcere, oſtendunt S. Athanaſ. Patriarch. Alexand. *in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes*. S. Ambr. *epiſt. 33. ad ſororem. & in orat. de tradendis Baſilicis*, S. Greg. *lib. 5. epiſt. 21.* Hinc S. Martinus Turonenſis Epiſcopus Maximo Imp. ic faciem dixi, *novum eſſe & inauditum nefas, ut cauſam Eccleſia Index ſæculi judicaret*: & S. Gelaſius Papa in *epiſt. ad Anaſtaſium Imp. Noſti*, inquit, *fili clementiſſime, quod licet præſideas humano generi dignitate rerum terrenarum; tamen Præſulibus divinarum colla ſubmittis.* Propterea Theodoſius junior Imperator *in epiſt. ad Synodum Epheſinam. Illicitum*, inquit, *eſt illum, qui non ſit ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis ſe immiſcere tractatibus.* Sunt enim in S. Eccleſiæ firmamento à Domino creata duo magna luminaria, Sacerdotum ſcilicet, & Regum: Rex & Epiſcopus, Principes & Clerus: dies ſpiritualia, nox ſæcularia præfigurat: ita luminare majus, Sacerdotium condidit, ut præſit diei, id eſt ſpiritualibus: luminare minus, Regum ſcilicet, ut præſit nocti, id eſt ſæcularibus: contra naturam proinde eſt ſi ſol nocti, ſi præſit luna diei, ſi Princeps ad ſpiritualia ſe ingerat, ſi Sacerdos nimiis ſæcularium negotiorum tenebris conſcientiæ ſuæ ſerenum obnubilet. Væ nobis, qui in iſta infelicia tempora incidimus, in quibus ſol in tenebras eſt converſus. Eia videant ipſi Pontifices, quorum vices gerunt, quorum obtinuerunt cathedras, quorum infulis gloriantur; & judicent ipſi ſi non ita ut cernimus: conſiderent quos ſcientia radios, quæ virtutum lumina, quæ charitatis ſcintillas, quæ ſpiritualium coruſcationum fulgura ſuis emittebant temporibus Gregorius Ambroſius, Auguſtinus, Hilarius, Martinus, & mille alii: fœlicia tempora, in quibus tam ratò malus, quàm nunc bonus in Eccleſia invenitur, nunc etiam luna verſa eſt in ſanguinem; nam manus Principum plenæ ſunt ſanguine, exactionibus, & vectigalibus, effundentes viſcera miſerorum, juſtificantes impium pro muneribus, & juſtitiam juſti auferentes ab eo, ut benè obſervat Ailredus ſuper illa verba, *Fecit Deus duo luminaria magna.*

Ex quibus & aliis lucidiſſimis fundamentis plu- 185
res non contemnendæ autoritatis viri recurſus in rebus Eccleſiaſticis ad Regia Tribunalia enixè deteſtantur, ex quorum numero ſunt Quint. Mandoſ. *commiſſione 24. §. revocandi, quæſt. 4.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 5. c. 14. quæſt. 2.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 1. ex n. 15.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 238. num. 74 cum ſeqq.* Alexand. Peſant. *de immunit. Eccleſ. diſp. 9.* Mar. Alter. *de cenſur. lib. 5. diſp. 20. cap. 20.* Suar. *in lib. pro defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores, lib 4. cap. 34 per tot.* & maximè *ex numer. 30.* Ludovic. de Saravia *de juriſdict. Adjunctorum q. 30. per tot.* Paul. Layman. *in ſum. Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 4. n. 4.* Leonard. Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 14. quæſt 9.* Bonacina *de legibus diſp. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 1. num. 10.* Antonin. Diana *moral. reſolut. part. 2 tract. 2. reſolut. 13.* & iterum *p. 5. tract. 1. reſol. 13.* Caſtr. Palao *tom. 2. diſp. unic. p. 12. num. 5.* Ambroſ. Cardoſo *in allegatione juris pro interdicto poſito in Civitate Ulyssbonenſi, num. 78. cum multis ſeqq.* noviſſimè Franciſcus de Araujo Primariæ S. Theologiæ Cathedræ in Salamantina Univerſitate moderator, *in 1. 2. Sancti Thomæ, quæſt. 97. diſp. 3. ſect. 5. diffic. 4. num. 10.* ubi multis probat legem quamcunque, ſive conſuetudinem in Hiſpania deferendi cauſas Eccleſiaſticorum per viam repellendi violentiam ad Regia Tribunalia, niſi id fiat de expreſſa, aut ſaltem tacita commiſſione ſummi Pont. omninò derogare libertati Eccleſiaſticæ, ac proinde damnabilem eſſe. Vaſquez *in apologia pro juriſdictione Eccleſiaſtica contra Judices ſæculares*, Baldell. *in Theolog. morali, lib. 5. diſp. 39. num. 9.* Ei Rota Romana Juris Canonis obſervantiſſima cultrix hujuſmodi recurſus teterrimè deteſtatur, & ſignantet *in una Oſcenſi Pœnitentiaria, 10. Aprilis 1595. coram bonæ memoriæ Peña*, impreſſa per eundm Farin. *tom. 3. crimin. deciſ. 103.* per Joſeph. Seſſe *de inhib. cap. 8. §. 3. num. 109.* & in aliis impreſſis per ipſum Farin. *d. tom. 2. deciſ. 212. & 281.* Piè igitur exclamat pius ille Boët. Epo *de Regalibus, vel jure Princip in beneficiis Eccleſiaſt. n. 141.* in hæc verba: *Dicimus igitur, ac alta voce pronunciamus, nullam prorſus aliam Regalium defendendorum rationem fore juſtam, præter ſolum, & unicum ſolint Romani Pontificis, Eccleſiæ Catholicæ capitis, inter homines ſupremi divinitus conſtituti privilegium, quo laici rerum talium ſecundùm communè jus alioquin incapaces, ex mera gratia, benignitateque ſummi Moderatoris Eccleſiaſtici, reddunturs earundem capaces, &c.*

Quâ ſententiâ retentâ, non obſtant fundamen- 186
ta, quibus injuſtam praxim defendere nituntur contrariæ opinionis Auctores; nem ad primum reſpondetur, Judicem ſæcularem nullatenus poſſe ad ſe favore cauſas ad Eccleſiaſticos pertinentes, etiam quando Epiſcopi, & cæteri Ordinarii, & his ſuperiores Antiſtites fuerint negligentes in eis judicendis, ut eſt expreſſus textus *in d. cap. qualiter & quando judex*, & idem conſtat *ex cap. ſi qui Clerici*

&

& *ex cap. placuit, & ex cap. Christianus*, 11. *quæst.* 3. & non propterea sequitur, ut impunita maneant delicta, aut innocentes ab improbis hominibus opprimantur: nam si Episcopi negligenter se gesserint, partes ad Metropolitanos, & Primates recurrant, postea adeant Legatos, vel Nuncios, & denique ad summum Pontificem: quando enim dantur appellationes ad tot Judices, & graves Ecclesiæ Dei Prælatos, quis credet justitiam non administraturos? Ego igitur illum, qui ad sæculare recurrens judicium, damnatis subterfugiis deserit Ecclesiasticum, calumnias adstruere, & causam velle in mille protrahere annorum myriadas reputo. O bone Deus! quàm præstaret nebulonem illum dignitatis loco movere, ita ut tanquam Ecclesiastici judicis contemptor, Ecclesiasticorum emolumentorum propter ingratitudinem immeritus pronunciandus esset; indignum est enim illis subvenire ab Ecclesia, per quos constat scandalum in Ecclesia generari, *cap. Sacerdotibus, ne Cler. vel Monach.*

187 Ad dictum caput *filiis vel nepotibus*, respondetur illud tantùm probare, quod si Metropolitanus rebus Ecclesiasticis abutatur, mandat hoc Regis auribus intimari, non verò per Regem esse corrigendum contra dictum caput *Clerici*, & dictum caput *qualiter & quando*, ut ibi notant Butr. *ad fin.* Panor. *n.* 7. *ad fin.* & Imol. *num.* 4. dicentes intimationis, quam textus requirit, effectum illum esse, ut Rex admoneat Metropolitanum; vel instet coram Superiori, ut illum reprehendat, vel faciat instantiam alteri Superiori pro illius correctione.

188 Ad dictum caput *Regum*, facilis est responsio, scilicet procedere circa subditos, & eos qui ejus curæ sunt commissi; nam cùm ad rationem judicii jurisdictio sit necessaria inter eos, Regis est officium facere quæ ad illius jurisdictionem spectant. Eodem ferè modo loquitur dictum caput *Principes*, ubi tantùm dicitur, quod Principes sæculi à Christo tuendam Ecclesiam accipiant, & cùm illa suam disciplinam exercere non prævalet, tenentur sua potestate munire, & ita Ecclesiæ patrocinari, ut Baldus annotavit *in c. olim* 14. *de rescript.* Panorm. *in tua, num.* 10. *de decim.*

189 Ad ultimum de observantia diu obtenta, & immemorabili consuetudine in vim privilegii allegata, quod æquiparetur privilegio, & æqualis sit concordiæ, & vim legis habeat, ut latè per Gonzalez de Salzedo *de lege politica lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 27. *cum seqq.* ubi plures refert Doctores, & *eodem lib.* 1. *cap.* 7. §. 1. *à num.* 144. respondetur multipliciter, & primò quod licèt immemorabilis consuetudo habeat vim privilegii, non est tamen verum privilegium. Socin. *consil.* 260. *n.* 22. cùm multa possint acquiri per viam privilegii, quæ non possunt per viam immemorabilis. Socin. *d. num.* 22. Rota *decis.* 744. *n.* 6. *part.* 1. *diversi.* tum quia laicus est incapax juris & potestatis spiritualis, nec potest illam civiliter possidere, ac per consequens nec ullo tempore præscribere, *cap. causam*, ubi omnes, *de præscript.* Joan. Andr. & omnes *in cap. quanto, n.* 2. *de consuet.* Dec. *in cap. decernimus, num.* 38. *de jud.* quâ
190 datâ incapacitate in laico præscribente, non potest præscriptio æquivalere privilegio; secundùm Abb. *in cap. novit, n.* 22. *de judic.* Peregr. *de jure fisc. lib.* 8. *n.* 19. Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 6. Menoch. *lib.* 2. *illust. cap.* 89. Nunquam enim immemorialis præscriptio, aut consuetudo facit præsumere præcedentem consensum Apostolicum, ubi vel ipsa consuetudo est à Jure reprobata, ut in hoc casu, secundùm Suar. *d. tract. de defens. Fidei, lib.* 4. *cap.* 31. *n.* 17. Vel quando privilegium esset odiosum, & rarò concederetur, ut etiam in casu nostro, quia tunc non præsumitur, nisi adsit fama, & antiquissima traditio ejusdem privilegii: idem Suar. *d. cap.* 34. *sub n.* 17. Vel denique, ut dicebamus, datâ incapacitate personarum, quia etiam tunc non suffragatur immemorabilis, nisi fama privilegii concurrat, Ant. Gabr. *commun. tit. de præscript. concl.* 1. *n.* 18. & 55. seu recognitio, aut aliud æquipollens probetur, Rot. *decis.* 215. *numero* 2. *part.* 2. *diversi.* Duard. *d. lib.* 2. *can.* 4 *quæst.* 20. *n.* 16. refert & sequitur Sperell. *decis.* 37. *num.* 57. *cum seqq.* Boër. Epo *de*
191 *Regalib. in benefic. num* 55. *pag.* 25. *in fine.* Tum quia talis consuetudo contra libertatem Ecclesiæ, & SS. Patrum instituta invalida est, *c.* 2. *de foro comp.* Surd. *d. cons.* 301. *num.* 52. & 54. *cum seqq.* Molin. *de just. disp.* 672. *in fine*, Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *q.* 1. §. *sed dubitari posset* Suar. *de defens. Fidei, lib.* 4. *c.* 21. *num* 14. & *cap* 34 *num.* 12. Sperell. *in decision. fori Eccles. dec.* 37 *n.* 42. prout etiam invalida est, cùm sit contra jus divinum. Azor. *d. lib* 5. *cap.* 13. *quæst.* 2. Surd. *cons.* 301. *num.* 52. *cum seqq.* Bellet. *d. part.* 1.
192 *tit. de favore Clericorum personali.* §. 3. *à princ.* Nam licèt verum sit, posse Papam in certis Clericorum causis fori privilegio derogare, ut suprà diximus, tamen negari non potest juris esse divini, ne laici, quamvis Imperatores sint, sive Reges, propriâ auctoritate civili, quam habent, Clericorum causas tractent, cognoscant, & judicent. At Romanus Pont. cum illis Clericorum certas causas demandat, non dat jus, ut id propria auctoritate faciant, sed ut id tanquam ministri, & Legati Pontificii, hoc est demandatâ sibi, & commissâ potestate, sub nomine, & auctoritate ipsius Pontificis exequantur, & sic non cognoscunt causas Clericorum jure proprio, sed auctoritate delegantis, in cujus persona fundatur jurisdictio, *l.* 1. § *qui mandatam, ff. de officio ejus*, Innoc. *in cap. quod sicut*, & ibi Host. & Card. *de elect.* Felin. *in cap.* 2. *de major. & obed.* Dec. *cons.* 82. *n.* 2. & tanquam ministri, & organum Papæ, *l. pater ex propria. ff de manum. vind.* Aufrer. *in Clem.* 1. *n.* 93. *ff. de offic. Ordin.* Denique respondetur solam consuetudinem privilegii allegatam non sufficere, ut laicus habeat jurisdictionem in causis profanis Clericorum, nisi probetur etiam privilegium.
193 Rot. *decis.* 1027. *num.* 1. *lib.* 3 *part.* 3. *divers.* quod probari non potest, nisi per Scripturam, ut post Abb. Alexand. & Alciat. censuit Rota apud Mant. *decis.* 260. *num.* 6. & tenetur ostendere qui illud dicit habere, quando fit instantia: & ubi primùm ostensum fuerit, considerandum est, an illud sit personale, an ad tempus, an ad particulares, an ad omnes personas, & quibus conditionibus munitum, & roboratum item fuerit, nec unquam de-
194 rogatum, at credendum non est hujusmodi privilegia fuisse ulli unquam concessa in Pontificiæ auctoritatis detrimentum & diminutionem: quod si olim concessa fuissent, quis nesciat per Bullæ in Cœna Domini publicationem penitus revocari, & de facto tolli, prout expressè tenent Philipp. Maynard. *de privileg. Eccles. part.* 2. *artic.* 18. *num.* 10. Ugolin. *in resp. ad Jurisconsi. Gymnasii Patavini, cap.* 7. *num.* 93. Joan. Beltrand. de Guevara *propugn. Eccles. libert.* §. 7. *num.* 43. *assert* 1. Marta *de jurisd. part.* 4. *casu* 7. *num.* 12. Patres Theologi Religionis Servorum *in defens. censurarum Pauli V. cap.* 8. *num.* 19. *in fine*, Diana *moral. resol. part.* 1. *tr.* 2. *resol.* 6.

194 Nec dicendum, Romanos Pontifices hujusmodi consuetudini unquam tacitum etiam consensum præstitisse, ut existimaverunt Castill. *tom. 7. de iert. cap. 41. num. 182.* Gonzalez de Salzed. *lib. 2. cap. 10. num. 10. cum seqq.* & alii per eos citati; cùm quotidie reclament, conquerantur, prohibeant, pœnas constituant, & censuris afficiant, laicos, qui talia facere audent, ut sæpiùs vidimus in actibus judicialibus Auditorum Cameræ, ubi expediuntus litteræ monitoriæ, ut personaliter compareant hi qui ita conveniunt, atque consentiunt, & contra illos pronunciantur sententiæ condemnatoriæ, lata etiam excommunicatione. Idem quoque constat ex pluribus decisionibus sacræ Rotæ Romanæ, in quibus omninò improbantur & damnantur tales recursus, & ii qui recurrunt, declarantur excommunicati; non enim quod summus Pont. talem consuetudinem, seu potiùs corruptelam toleraverit, vel dissimulaverit, approbasse simul eandem censetur, ut post Joan. Monach. *ad cap. 2. de præb. lib. 6. num. 7.* & Panorm. *ad c. ult. de consuet. n. 15.* sentit Boët. Epo *de Regalibus, commento 1. num. 57. pag. 26.* & in hæc prorumpit verba: *Dolent, ac ingemiscunt profectò boni, sanctique Pontifices, ac ut tanquam piissimi patres atque pastores animarum divinitus constituti, de Principum quorundam hac in re vel abusibus, vel audaciis, & insolentiis, qui citra Sedis Apostolicæ privilegium singulare talia factitare non verentur, tantùm abest ut Pontifices iis taciè consentiant, &c.*

195 Quare autem Summus Pontifex conscius hujusmodi consuetudinis in aliquibus partibus eam uti pravam, & contra jus divinum, libertatem Ecclesiasticam, & sanctorum Patrum canonica *instituta* in totum non tollit, sed potiùs involuntariè tolerat, est ad evitandum scilicet scandalum, & majus malum, quo casu ipsius Summi Pontificis scientia non excusat, ut post Joan. de Lignano, & Calderin. tenet Abb. *in cap. clerici, num. 6. de judic.* Surd. *cons. 301. n 57. & seqq. & consil. 396. n. 33.* Nam propter scandalum Ecclesia aliquando crimen tolerat, *cap. denique, 4. dist. c. quoties 1. quæst. 3. cap ordinationes 8. quæst. 1. cap. ipsa pietas, cap. non potest, 23. quæst. 3.* Felin. *in cap. 2. de rescript.* & eo maximè propter multitudinem peccantium, *cap. constituerunt, 50. dist.* multi enim per tolerantiam sustinendi sunt, quamvis sententiâ divini judicii sint condemnati, *cap. unus 2. quæst. 1.* Quantò magis jam dici non potest summum Pontificem conscium talis consuetudinis, eam aliquando etiam involuntariè tolerasse, cùm videamus quotannis in die Cœnæ Domini Bullam publico & solemni ritu celebrari, ubi revocantur tales consuetudines, privilegia & indulta, etiam Imperatoribus, aut Regibus concessa, ut benè advertunt Castr. Palao *in opere moral. part. 2. disp. unic. de immunit. Eccles. punct. 12. num. 3.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 33. num. 19.* Peregr. *de immun. cap. 2. num. 34.* Marta *de jurisd. part. 4. casu 11. num. 56.* Carol. de Grassis *effectu 3. num. 118.* Duard. *in Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 19. quæst. 8. n. 25.* Sperel. *dec. 57. n. 48.* Joan. Malder. Episcopus Antuerp. *in part. 2. q. 96. art. 4 pag. 407. col. 1.* Paul. Laym. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 10. n. 1.* Joan. Franc. Fagnan. *in tr. de justitia censur. Pauli V. c. 4. pag. 116.* Ugolin. *in resp. ad Jureconsultos Gymnasii Patavini, c. 7. pag. 93.* Anton. Diana *moral. resolut. part. 1. tract. 2. resol. 5. par totam.* Unde excommunicatione contentâ in Bulla Cœnæ Domini, §. 16. innodatos esse recursum habentes ad Judices laicos contra Ecclesiasticos, tenet Rota *decis. 103. num. 1. post vol. 2. consil. Farinac.* & in decisionibus impressis *post consil. 68. ejusdem Farinac. ac in dec. 491. num. 6. part. 2. recentior.* & sic repellendos esse à limine judicii, & incapaces remanere juris agendi, etiam ad effectum manutentionis, ait Gregor. XV. *decis. 64. n. 3.* ubi Addentes *n. 13.* Coccin. *decis. 415. n 3.* Rota *dec. 275. n. 3. post tom. 2. consil. Farinac.* Qui quidem recursus ad Judices laicos levioribus probationibus comparabatur, & scripturis informibus ad effectum denegationis audientiæ, secus ad effectum pœnæ, Seraphin. *decis. 1094. num. 2.* Rota *decis. 348. num. 3. post tom. 2. consil. Farin.*

196 Doleo equidem, & summè doleo, cùm video Doctores pietate, & litteris insignes (ad aures Principum quorundam prurientes molliter fricandas) in amplianda nimis sæculari jurisdictione, & Ecclesiastica injustè diminuenda pro viribus laborare, tractatus in hoc integros, *de manu Regia, de cognitione per viam violentiæ, de lege Regia, & de protectione simili*, non sine propriæ conscientiæ dispendio, & adulationis suspicione divulgantes; dum enim, viri doctissimi, vestras hujusmodi opiniones novè inventas referre procuratis, veras confunditis theoricas, & in Ecclesia Dei confusionem suscitatis, ita ut clamare non cessem cum Isai. *versic. 12. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Nihil ultrà licet novitati, quia nihil addi convenit vetustati, ut tradit Sixtus Pontifex *in epistol. ad Antiochensem Episcopum*, quam refert Cardin. Baron. *tom. 5. annal. Eccles. anno Christi 440. num. 41.* Franc. de Mendoza *in lib. Regum, tom. 1. annot. 2. proœm. sect. 2.* ubi adversus novitates multa cumulat. Præpos. *in cap. quia nescias, num. 8. in princip. distinct. 11.* excandescit contra Magistros inducentes novitates, qui faciunt quæ tradit Gonzal. *regul. 8. Cancel. gloss. 8. ex num. 98.* & eleganter Boët. Epo *de regalibus lib. 1. num. 150. pag. 83.* contra tales novatores Regalistas sic loquitur: *Quibus fit, ut hominum novorum novas Regalium defendendorum vias, ad aures Principum quorundam prurientes molliter fricandas, nove, & insolenter investigantium conatus iste novus nullo modo sit ferendus.* Joan. Cochier. *in thesauro politico, lib. 2. cap. 4.* Valenzuela *in discursu Status & belli, part. 2. consid. 12. à n. 1. & consid. 24. à num 2.*

197 Memineritis in his novitatibus inveniendis vos Regibus nostris minimè placere posse, qui semper Ecclesiæ Romanæ obedientes, Pontificumque fautores, libertatis Ecclesiasticæ propugnatores, Pontificiæ dignitatis assertores, & vindices optimi extiterunt. Nec reticendum ullo ævo erit illud humilitatis exemplum, & observantiæ in Præsules Catholicos, & censuras Ecclesiæ, quo usus est magnus ille robore animi, & major Religionis sanctitate Theodosius, quem Hispanum fuisse nemo negat; nam cùm iracundiâ concitatus plures neces in Thessalonia exequi jussisset, hujus plagæ certior factus Beatus Ambrosius, ex eo irritatus, Mediolani Theodosium in Ecclesiam introëuntem detinuit, à Sacrisque abstinere jussit, & ingressum Ecclesiæ prohibuit, donec pœnitentiam ageret; cujus mandato humilis Theodosius reverenter obediens, diu se separatum à Divinis agnovit, neque

Ecclesiam

Ecclesiam ingredi ausus est, donec veniam ab eo postularet & pœnitentiam publicè in Ecclesia gereret, statueretque legem, quæ habetur in Codice Justiniani, *l. vendicari. C. de pœnis*, ut sententia Principis super animadversione prolata in dies triginta ab exequutoribus differretur, quod Gratianus scripsit ex historia Ecclesiastica *in cap. apud Thessalonicam*, 11. q. 8. Unde unum habuit imperium Theodosii, quasi in tantæ subjectionis præmium, quod ejus progenies, & familia diutiùs imperavit in Orbe Romano, quàm Imperatoris ullius, qui fuerit ante ipsum.

198 Hoc idem in Austriacis Principibus videmus, qui ad tantum potentiæ culmen pervenerunt, ut eorum fœcunditas, & innata fœlicitas ob maximam in Sedem Apost. devotionem nunquam diminutionem aliquam patiatur, nisi quando defectus aliquis in hujusmodi antiqua devotione, & libertatis Ecclesiasticæ observatione notari poterit, ut auctor est Bonfand. *in suo theatro politico*. Hæc enim regnorum jurisdictio non infirmatur, sed confirmatur, principatus dignitas non dejicitur, sed erigitur, Imperii amplitudo non coarctatur, sed dilatatur, splendor Regius non obscuratur, sed illustratur. Domestica exempla nobis hanc probant veritatem, si ad potentissimos Reges nostros oculos convertamus, quibus tot Regnorum Coronæ devolutæ sunt, quia semper Apostolicam Sedem singulari quadam observantia venerati sunt, & tanquam obedientissimi filii omnia, quæ in eis fuerunt, auxilia pro Ecclesiæ salute nunquam prætermiserunt. Tum etiam, quia liberali manu Ecclesias ditarunt, unde provenit Regnorum suorum amplitudo, & in omni tempore felix eventus, secundùm S. Cyprianum *in libro de opere & eleemosyn.* ibi, *Si vereris ac metuis ne si operari plurimùm cœperis, patrimonio suo larga operatione finito ad inopiam redigaris, esto in hac parte intrepidus; unde in usus Christi impenditur, inde opus cœleste celebratur*, &c. Hinc Rangol. *in c. 4. lib. 1. Reg. c. 19.* dum contra Bodinum & Cunerum probare intendit antiquum esse in Regibus & Principibus animum & affectum donandi Ecclesiis, ita de nostris Regibus loquitur. *Reges Hispaniarum sic multa monasteria, Ecclesiasque oppidis, & castris ditarunt*, &c. referunt Placidus Reynoso *en la defensa del estado Ecclesiastico*, §. 4. Gabr. Vasq. *in opusc. de redditib. Eccles. c. 1. §. 3. dub. 3.* Anastas. Germon. *in assert. libertatis, immunitatisque Eccles. cap. 9.* Valdes. *de dignit. Regum, Regnorumque Hispaniæ, c. 19. & c. 21. num. 6.* Valenzuel. *contra Venetos part. 2. num. 12.* Et juxta illud Aristot. ad Alexandrum, quod refert Lipsius *civilis doctrinæ lib. 4. cap. 1. Deos proniores esse in eos, qui maximè illos colunt*, Valenzuel *contra Venetos p. 5. num. 206. & in discursu status & belli, part. 2. consid. 22. num. 57.* Cardin. Bellarm. *de officio Principum lib. 3. c. 1.* Franc. Joan. Marquez *en el Governador Christiano, lib. 2. cap. 25. fol. 112.* Solorzan. *de jure Indiarum tom. 1. lib. 2. cap. 4. n. 37. & seq.*

199 Obedientiæ quoque hujusmodi signum est Catholici nomen, quo ipsi Reges nostri appellari solent, ut Pacian. *adversus Novationes* notat hoc pacto. *Christianus mihi nomen est, Catholicus verò cognomen. illud me nuncupat, istud ostendit, hoc probat, illud significat, & si reddenda postremò Catholici vocabuli ratio est, exprimenda de Græco, interpretatione Romana, Catholicus ubique unum, vel ut Doctores putant, obedientia omnium nuncupatur.* Et paulò post: *Ergo qui Catholicus, idem obediens, qui obediens idem est Christianus, atque ita Catholicus Christianus est.*

Nullus est qui nesciat olim Hispaniam in turpissimum Maurorum jugum, fœdissimam Mahomeian æ gentis ditionem devenisse, non solum ob Sodomiticam, effrenatamque luxuriam, sed præcipuè quia in debita reverentia, & subjectione Sedis Apost. defecit, ut auctor est Franc. Longus *in Breviario chronolog. anno Domini 704. pag. mihi 208* juvat huc verba transferre. *Non alia*, inquit, *major causa intercessisse excogitari potest cur Regnum illud Deus impiis Sarracenis tradiderit conculcandum, quàm defectio a Sede Apost. non quidem in rebus Fidei, sed in jurisdictione, & temporalitate.* referunt Illustriss. D. Rodericus à Cunha *in comment. ad c. si gens Anglorum, n. 56.* Card. Baron. *in annalib. Eccles. ann. Christi 701.* Coch *in vind. libert. Eccl. pars. 1. cap. 3. n. 23.* me citato *in hoc loco*, Diana *d. part. 5. tract. 1. resol. 23. vers. nec decimam.* 100

Nota est historia vindictæ Dathan, & Abiron, & assectarum ob usurpatam potestatem contra Moysem, eo quòd voluerint, ut ille, Divina tractare. *Numer. c. 16. Ecclesiast. c. 45. vers. 22.* Et docet nos exemplum Ozæ, qui quando reduceretur arca Domini, manum ad arcam extendit, & tenuit eam, quoniam calcitraverant boves, qui eam ducebant, & declinaverant eam, iratusque eit Dominus super temeritate, & percussit eum, & mortuus est ibi juxta arcam, 2. *Regum cap. 6. versic.* non erat Levita. 201

Et notum est quod Oziæ Regi successit 2. *Paralib. 26.* qui repentè morbo lepræ punitus fuit, quia Sacerdotum munus subire tentavit, quod factum latè expendens Chrysostom. *homil. 4. de verbis Isaiæ*, sic ad Regem affatur. *Mane intra terminos tuos, alii sunt termini Sacerdotii*, &c. Petr. Greg. *de Republ. lib. 6. cap. 6.* Æn. Robert. *lib. 3. rerum jud. cap. 1.* Sim. Maiol. *dierum canicul. lib. 6. colloq. 2. fol. 22.* Anastas. Germon. *in assert. immun. libertatisque Ecclesiastic. cap. 4. §. 9.*

Hinc pios Lectores admonere volo ne se aliquibus parum sanis, integris, & sinceris scriptoribus hujus tempestatis nimium credant, qui ineptissimis fundamentis, & ventutis nihil ad rem pertinentibus, doctrinas ipsas per se gravissimas, ac vehementer arduas inficiunt, atque contaminant, ad imperitos, & incautos nonnullorum animos vel illaqueandos, vel in contemptum Ecclesiasticæ jurisdictionis ad suas novitates adducendos. Non potuissent Principes nonnulli (ut advertit Boër. Epo *de Regalib. n 150.*) qui nostro sæculo defecerùt ab Ecclesia Catholica, meliores optare suarum cantilenarum præcentores, quàm Regalistas hosce novellos. Deficiunt his temporibus, qui talium audaciam comprimere possint, temporalem potestatē timentes: non sic olim inanis hic timor doctissimos viros compressit. Albertus enim Pignius *toto libro Ecclesiastica sua hierarchia quinto*, fortiùs Ecclesiæ causam defendit contra seditiosissimi nebulonis, Marsilii scilicet Paduani conatus, qui temporibus Joan. XXII. sub anno Christi 1330. Ludovico Bavaro Imp. turpiter adulatus, omnem omninò jurisdictionem non modò temporalem, sed spiritualem Clero & Ecclesiæ prorsus adimebat. Eodem fere tempore Alvarus Pelagius Conlusitanus noster, Episcopus Sylvensis, ejusdem Joannis XXII. Pœnitentiarius, vir omnium sui temporis longè doctissimus, tum Jurisconsultus, tum Theologus, Petri Corbarii Pseudopontificis ab eodem Ludovico Imp. intrusi fortissimus oppugnator, Ecclesiasticam, & Apost. jurisdictionem acerrimè defendit totis duobus voluminibus *de planctu Ecclesiæ*. Laudat enim

enim Boër. Epo *in vita S. Ivonis*, Sancti hujus zelum contra violatores libertatis Ecclesiasticæ, *n.* 30. his verbis *Taceo quanta vehementia, quàm animosè defenderit ubique jus Ecclesiæ contra Regum quorundam vel injuriam, vel tyrannidem*, &c. Denùm Stanislaus Hosius *lib. 1 propugnationis veræ Christianæ, Catholicæque doctrinæ*, animosè contra mendosum quendam Brentium (*brem* Gallis olerum significat) surrexit, insignem tum populi, tum Principis Vvirtembergensis impostorem, seductoremque Lodderistam.

Regunt igitur hujus temporis Reges & Principes sua Regna exemplo laudatissimorum Principum Constantini, Theodosii, Valentiniani, Marciani, & id genus aliorum plurium Romanorum Imperatorum, qui causas Ecclesiasticorũ adeò non traxerunt ad suum forum, ut è contrario laicis omnibus voluerint esse liberum lites etiam profanas coram Judicibus disceptare Ecclesiasticis, idque non tantum si mox ab initio lites illic instituere cœperint, sed & si coram judice laico semel inchoaverint, atque ideo latè contestati fuerint, ac ad finem penè perduxerint: immo ut id alteri litigantium parti concedatur, etiam altera invita, qualis extat ejusdem Theodosii, vel potius Constantini constitutio *in l* 1. §. *quicunque lite. C. Theodosiani lib. ult. tit. ult.* qui est de Episcopali judicio: qualis item Constitutio Caroli Magni reperitur apud Gratianum *in cap. volumus*, 11. *q.* 1. ubi & superior illa Theodosii lex memoratur *in d.* §. *quicunque litem tangit*. Boër. Epo *de jurisdict. Eccl. stast. temp q.* 2. *n.* 2. Quis enim adeò demens inveniri poterit, qui postposita conscientia, mundano aliquo motus prætextu, veritatem cum tanto suo damno taceat; Debet melius propriæ saluti intendere, quàm Principibus adulari ad terrenas dignitates obtinendas, quæ moribundo impedimento sunt in illa hora, cui proximus fui die 24. Januarii præsentis anni 1642. in hac Matritensi Curia, dum in extremis laborassem ob maximum dolorem, quem conceperam ex inopinato eventu mortis eo die succedentis charissimi mei Petri Bovarelli Florentini, quem per viginti annos, & ultra in componendis, & edendis meis libris in Italia, Gallia, Hispania, & Lusitania fidelissimum semper expertus sum familiarem, & socium.

§ III.

Privilegio fori domiciliarii an, & quando Clericus per seipsum sine proprii Episcopi licentia renunciare possit vigore obligationis Cameralis; Plura in causa propria adducit Auctor circa materiam regressus concedendi.

SUMMARIUM.

1 *Thesauraria resignationem acceptat Balthasar, & se strictè obligat in forma Camera ad solutionem pensionis.*
2 *Pensionis solutio, & receptio constituit recipientem in quasi possessione illam exigendi ad omnes juris effectus.*
3 *Pensionem solvere recusanti intimantur personaliter littera Apost. reservationis.*
4 *Auditor Camera proterminis decursis, & non solutis pensionis mandatum exequitivum, & litteras declaratorias relaxat contra debitorem obligatum in forma Camera.*
5 *Causa committitur in Rota sine præjudicio executionis mandatorum relaxatorum.*
6 *Judices omnino incompetentes implorat, pensionem impugnat, sequestra violat, & fructus omnes sequestratos de facto capit.*
7 *Causam emergentem accessus & ingressus committit in Rota Sanctissimus speciali rescripto sua manu signato, & accessus canonizatur ad favorem pensionarii, & illi datur mandatum de immittendo.*
8 *Ostenditur justa ingressus, & accessus canonizatio.*
9 *Clauf.* Non aliàs, &c. *facit totam gratiam corruere, si regressus non teneat.*
10 *Regressus, & accessus faciunt gratiam conditionalem.*
11 *Conditione deficiente dicitur actum.*
12 *Resignans, si conditio non adimpleatur, potest repetere suum beneficium.*
13 *Regressum habens ex causa cessionis non tenetur docere de suo titulo.*
14 *Accessus, & ingressus vel ob non solutam pensionem, vel ob petitam, seu allegatam illius nullitatem.*
15 *Accessum, & ingressum non canonizat* Rota, *nisi concurrat nimia protervia in denegante solutionem aut aliter resistente.*
16 *Accessus, & regressus per cessum vel decessum vocatur captatorius, non autem ille ob non solutionem pensionis.*
17 *Regressus concessio operatur restitutionem tituli non autem translationem.*
18 *Regressu obtento ad beneficium, dicitur concessum id per quod ad beneficium jam obtentum pervenire solet*
19 *Regressus vigore redieni ad beneficium resignatum recuperat locum quem prius habebat.*
20 *Res de facili revertitur ad suam naturam.*
21 *Ius suum reducere volens ad pristinam naturam, dicitur habere assistentiam juris.*
22 *Regressus cahonizatio non est pœna, sed conditio quæ ineft, vel modus rei tradita.*
23 *Regressus ex pacto inter resignantem cum pensione, & resignatarium, nihil habet in se amari.*
24 *Resignationes ut plurimum admittuntur, & conceduntur ad vota resignantium, & habent tacitam conditionem ut pacta serventur.*
25 *Nemini facit injuriam qui utitur jure suo.*
26 *Pacta diligenter observari oportet,*
27 *Deus omnipotens etiam ex promissione obligatur.*
28 *Pacta inter contrahentes sunt omninò servanda.*
29 *Contractus ex conventione parium legem accipiunt.*
30 *Intentionem suam concludenter probare debet qui dat de invaliditate consensus.*
31 *Præsumptio stat pro validitate actus.*
32 *Littera Apost. præsumuntur expedita cum consensu valido, & mandato legitimo.*
33 *Notarii Camera, & Cancellaria non mittunt supplicationes, ut possint expediri littera, nisi constito de sufficienti mandato.*
34 *Expeditio litterarum Apost. si fiat multis expensis, præsumitur in omnibus, & per omnia facta de mandato illius cujus interest.*
35 *Mandatum præsumitur ex impensa, etiamsi de eo expressè non constaret.*

36 Pro

36 *Provisionem acceptans, & solvens terminos pensionis, formaliter dicitur omnibus in litteris contentis consensisse.*

37 *Acceptans beneficium in vim certa supplicationis, debet illud acceptare cum omnibus qualitatibus dicta supplicationis.*

38 *Ordin. Regia Lusitan.* lib. 2. tit. 10. *non habet locum quando fuit prolata sententia à Iudice Ecclesiastico, qui habuit in suis facultatibus quod possit procedere appellatione remota.*

39 *Auditor Camera Apost. vigore obligationis Cameralis procedit* apellatione remota.

40 *Rasignatione nulla, vel subreptitia existente, non potest jus à resignante abdicari, & resignatario acquiri.*

41 *Pensione nulla existente jus non abdicatur à resignante.*

42 *Consensus agentis cessat non adimpleta forma.*

43 *Ius non abdicatur à resignante non servatis conditionibus.*

44 *Titulus, & possessio non dicitur dimissa, nisi adimpleta conditione,*

45 *Pensio si in parte non subsistit, non erit reducibilis ad minorem quantitatem.*

46 *Pensione nulla seu invalida existente, nihil operantur clausulæ accessoriæ ad resignationem narratam.*

47 *Pensiones, quæ reservantur pro sustentatione pensionarii, cedunt in causam alimentorum.*

48 *Ingratitudo est vitium Deo, & hominibus detestabile.*

49 *Author commemorat plures consanguineos litteris insignes.*

50 *Instrumentum consensus, & obligationis Cameralis*

51 *Bulla reservationis pensionis, & consensus à tergo.*

52 *Fides intimationis proprii transumpti reservationis pensionis personaliter facta Balthasari.*

53 *Fides qualiter Balthasar fuit declaratus excommunicatus in Collegiata Ecclesia, præsentibus Dignitatibus, Canonicis, & aliis personis.*

54 *Mandata executiva, litteræ declaratoriæ, & cedulones fuerunt sæpissimè contra Balthasarem aliàs contumacem in Urbe relaxata, & affixa.*

55 *Fides impugnationis validitatis pensionis per Balthasarem facta.*

56 *Mandatum de immittendo vigore accessus, & ingressus à S. Rota relaxatum ad favorem pensionarii.*

57 *Commissio specialis rescripti manu Sanctissimi signata per Placet.*

58 *Decisio Rotalis canonizatoria ingressus, & accessus, refertur.*

59 *Domini de Rota responderunt locum esse ingressui, & accessui ad Thesaurariam ob non solutam pensionem per Balthasarem.*

60 *Balthasar cessavit in solutione pensionis per triennium, & ultra, passusque fuit censuras, & adhuc illas sustinet, & pensionis validitatem impugnavit, unde provenit accessus & ingressus.*

61 *Balthasar magna pertinacia, & protervia pensionis solutiones denegavit.*

62 *Antonius recurrens ad Iudices laicos præsumitur recurrisse ad instantiam fratris interesse habentis.*

63 *Præsumptio recursus ad Iudices laicos facit ut denegetur audientia.*

64 *Mandati defectus non adest.*

65 *Mandatum de immittendo, culpâ Balthasaris illi intimari non potuit, & num. 66.*

67 *Mandatum si non potuit intimari culpâ alicujus, debet in impedientis odium haberi pro intimato.*

68 *Impeditus citari habetur pro legitimè citato.*

69 *Quando per alium stat quominus quid faciat, id utique pro facto habetur in ipsius præjudicium.*

70 *Mandati intimatio per edictum facta ut sustineatur, debent concurrere jurisdictio, causa, & ordo judiciarius.*

71 *Sequestrum ex quibus concedatur;*

72 Cap. 1. & cap. significasti, de foro comp. *declaratur.*

73 *Delinquentes forum sortiuntur in loco delicti, non ex privato ipsorum consensu, sed à lege ipsa, & Iure communi.*

74 *Romæ si quis contraxerit, ibique se obligavit solvere pensionem certo tempore apud Auditoris Camera tribunal, præstito juramento respondurum promittendo, & expresse proprii fori domicilio renuntiando, potest idem Auditor contra eum absentem procedere, quoties de promissa solutione tractabitur.*

75 *Clericus si solvere promiserit, in eum locum remittendus est, etsi non sui Iudicis & Episcopi id fecerit assensu.*

76 *Contractus celebrati, vel delicti commissi ratione patet quis in prima instantia cognoscere, quamvis non sit loci Ordinarius.*

77 Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. *non sustulit modos legitimos, quibus ex Iuris dispositione sortitur forum.*

78 *Solvere, vel respondere promittens in certo loco, potest in eo conveniri, licet ibi non reperiatur.*

79 *Prorogatio Iudicis ratione contractus non fit ex consensu ipsius contrahentis, sed à lege, ejusque auctoritate inducitur.*

80 *Prorogatio potest fieri in Iudicem contractus celebrati extra Regnum, quamvis in extraneum jurisdictionem non habeat.*

81 *Excommunicatio incursa ob obligationem Cameralem, non pendet ex vi pacti ab initio suscepti, sed fertur ob contumaciam exinde sequutam, ut num. 82.*

83 *Privilegia Auditoris Camera quibuscumque aliis derogant.*

84 *Obligationis Cameralis vis, efficacia, & prærogativa tota consistit in illa ejus formula, quæ habet vim judicare.*

85 *Actiones omnes sunt introductæ de jure Civili, ac proinde posita in mora, & absoluta potestate Principis.*

86 *Obligatus in forma Camera non potest opponere exceptionem fori declinatoriam, nec Iudicis incompetentiam.*

86 *Auditor Camera tanquam expresse delegatus ad certarum causarum generalitatem, omnibus est Index competens, ex quo sit à Papa delegatus*

88 *Fraus à committente præmittitur, si ad diem, & locum constitutum non solverit, & soluturus debitam quantitatem excesserit.*

89 *Promittens solvere loci adjectione, & temporis certi constitutione, illius lapsu in mora est.*

90 *Statuta loci attendenda sunt, in quo celebratur contractus, non unde contrahentes originem ducunt.*

91 *Forensis, & extraneus contrahens in loco, ligatur statutis illius loci.*

92 *Verba contractus sunt intelligenda secundum statuta & consuetudines illius loci, in quo fuerunt prolata.*

93 *Contractus factus à Lusitano extra Regnum debet regulari secundum solemnitates loci, ubi celebratus est.*

94 *Partes semper videntur habere intentionem, & mentem contrahendi juxta consuetudinem loci, in quo fit contractus.*

95 *Solemnitates Camerales, & omnia, quæ in foro Auditoris Camera observantur, tenetur contrahens coram eo servare.*

96 *Principis supremi potestas non debet in dubium revocari, cum hoc sit sacrilegium.*

97 *Partes possunt inter se pacisci ut exinde nullus ordo judiciarius inter se observetur.*

98 *Obligationis Cameralis vigore potest procedi contra absentem per audientiam contradictarum.*

99 *Provisionem acceptans, visus est consentire omnibus in provisione contentis.*

100 *Provisio & reservatio pensionis si legatur in eadem supplicatione, secundum quam fuerunt expedita littera provisionis, censetur resignatarius consensisse reservationi.*

101 *Resignationem approbans intelligitur eam approbare cum omnibus ejus qualitatibus.*

102 *Obligationem non debet quis ex parte comprobare, & ex parte tanquam de iniqua queri.*

103 *Contractus est individuus eo respectu, ut vel in totum debeat approbari, vel reprobari.*

104 *In gratiosis non est mera facultatis partem acceptare, & partem impugnare.*

105 *Unum qui admittit, repudiare ei non licet quod admisso connectitur, ab eoque necessariò decurrit.*

106 Breve Julij III. *& num. seqq. declaratur.*

107 *Argumentum valet de delictis ad contractus.*

108 *Verba proœmialia mentem, & intentionem disponentis declarant, & causam finalem inducunt.*

109 *Causa finalis totam respicit dispositionem, & ad illam generaliter influit, ac ex ea colligitur congrua interpretatio.*

110 *Beneficiales causæ non comprehenduntur appellatione causarum civilium, & criminalium.*

111 *Dictio*, talis, *est repetitiva certa, & determinata qualitatis suprà enunciatæ.*

112 *Dictio*, hujusmodi, *est relativa præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.*

113 *Criminalis causa dicitur propriè quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantùm, seu ad publicam vindictam.*

114 *Causa criminalis civiliter intentata dicitur quando pro delicto principaliter agitur in judicio ad commodum privatum, pro pœna scilicet pecuniaria parti applicanda.*

115 *Causa criminalis mixta dicitur ubi pœna partim parti, & partim fisco venit applicanda.*

116 *Beneficialis causæ dicuntur Rotales, & beneficiales*

117 *Observantia subsequuta tollit omne dubium.*

118 *Dispositio qualibet declaratur per sub secut. observantiam.*

119 *Privilegium quatenus declaratione indigeat, declaratur ab observantia.*

120 *Observantia dicitur optima privilegiorum interpres.*

121 *Loquentis persona in generali concessione, vel sermone nunquam comprehenditur, ut læsa censeatur.*

122 *Principis authoritas semper censetur præservata in quibuscunque concessionibus.*

123 *Exequutori non licet super validitate sententia, cujus executioni additus est, pronunciare.*

124 *Exequutor ab auditore Camera in partibus deputatus non potest declarare nullas esse censuras ab eodem A. C. promulgatas.*

125 *Balthasaris pertinacia reprehenditur.*

126 *Contumacia desumitur ex negativa portionis.*

127 *Rescriptum particulare necessarium erat de jure Canonico, ut posset procedi per edictum, constito de non tuto accessu.*

128 *Causa non tuti accessus sufficienter probatur ex eo quod Balthasar solitus erat recurrere ad Judices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur.*

129 *Ordo judiciarius in mandatis per edictum intimandis, quando servandus? ostenditur.*

130 *Sequestrum in hac causa apponendum.*

INsignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurariam longissimis, iisdémque assiduis studiorum vigiliis sanctæ Sedis Apostolicæ munere assequutus, & ad eam accedere multis, potissimùm autem librorum, quos eram elucubraturus, impressionis negotiis præpeditus, ne propter meam absentiam amplius aliquod in Divinis pateretur incommodum, illi renunciare decreveram quando Antonius Diaz de Fonseca Curialis occurrit, cum quo egi, & tractatum absolvi de ea resignanda in favorem Balthasaris Diaz de Fonseca ejus fratris. Supplicatione igitur Sanctissimo porrecta, & per eum signata; juxta illius formam, & tenorem Balthasar præfatus per dictum Antonium Diaz suum legitimum, & sufficientem procuratorem *consensit, & sponte, &c. promisit: ac solemniter se obligavit solvere mihi annuam pensionem ducatorum ducentorum auri de Camera annis singulis quoad vixerim, vel procuratori meo hic Romæ, aut alibi, ubi pro tempore ad voluntatis meæ libitum commorari, & residere contigerit, in terminis, & temporibus, ac cum libertatibus, & immunitatibus, &c. in reservatione, & illius Supplicatione latiùs expressis, cum clausula accessus & ingressus in eventu non solutionis pensionis, vel impugnationis validitatis illius, &c. Pro quibus omnibus, & singulis in ampliori forma Camera Apostolica se ipsum obligavit, suosque hæredes, & successores, ac bona jurisdictioni, compulsioni, condemnationi sententiis, juribus & censuris, ac mero examini D. N. Papæ, ipsiusque Camerarii, necnon Curia causarum Camera Apostolica Generalis Auditoris, Viceauditoris, locumtenentis, aliorumque Judicum. &c. totaliter subjecit, & submisit per quarum quidem Curiarum Judices, & Officiales, Viceauditores Locumtenentes earumdem prafatus Balthasar voluit posse conveniri, cogi, compelli, coarctari, condemnari, excõmunicari, aggravari, & reaggravari, ac realiter, & personaliter capi, ac detineri, etiam cum invocatione*

brachii

brachii ſæcularis uſque ad integram ſatisfactionem omnium & ſingulorum conſentorum, &c. cùm pleniſſima renunciatione, &c. & demùm conſenſit relaxationi mandati exequtivi, unica citatione, & intimatione præcedente, hic in Romana Curia contra ſe exequendi in domo ſuæ ſolitæ habitationis, ſi habuerit in hac Curia: ſin autem ſuo legitimo procuratori, quatenus adſit; ſin autem per diligentias, ſive edictum publicum, quæ ſic facta ita arctent, & afficiant, ac ſi ſolemniter, & perſonaliter facta fuerint, exequutionem contra eundem Balthaſarem Diaz habeant liberè, &c. & ſic tactis ſcripturis ad ſacro ſancta Dei Evangelia juravit, &c. prout latiùs continetur inſtrumento rogato Joannem Baptiſtam Cennium Rever. Cam. Apoſt. Notarium, quod habetur infrà *in ſum. num.* 60. & eſt in proceſſu ex Tribunali Auditoris Cameræ ad Rotam tranſportato, *fol.* 3. *cum ſeq.* Et deinde expeditæ fuerunt litteræ Apoſtolicæ reſervationis penſionis hujuſmodi, quarum particulæ in neceſſariis dantur *in ſummario*, & habentur per extenſum in regiſtro Rotæ, *fol.* 342. *cum ſeqq.*

2 In exequutionem prædictorum omnium dictus Balthaſar Diaz vigore litterarum Apoſtolicarum ſuæ proviſionis deſuper expeditarum poſſeſſionem hujus Theſaurariæ accepit, & dictam penſionem per annum cum dimidio mihi ſolvit, ex quo remanſi in quaſi poſſeſſione illam exigendi ad omnes Juris effectus, ex notatis per Seraph. *dec.* 1411. Greg. X V. *dec.* 313. *n.* 1. D. Ferentil. *in annot. ad dec.* 60. *Buratti*, *lit. B.*

3 Poſtea verò captâ falsâ ſuppoſitæ nullitatis occaſione, alios ſequentes hujus penſionis terminos ſolvere recuſavit, & cùm diligenter curaſſem, ut litteræ Apoſtolicæ reſervationis penſionis hujuſmodi per publicum Notarium ei perſonaliter intimarentur, illarumque clauſulæ expreſsè, & ſpecificè legerentur, relicta ſibi copia; tandem reſpondit, ſe nihil debere, nec velle dictam penſionem ſolvere, ut conſtat ex fide ejuſdem Notarii, quæ habetur *in ſum. num.* 52. *& eſt in regiſtro fol.* 234.

4 Cùm ex hac reſponſione iteratis vicibus præſtita colligerem diligentias alias facere, eſſe oleum & operam hac in re perdere, illicò pro conſequutione penſionis mihi debitæ, & non ſolutæ, ac renovationis cedulæ bancharię juxta formam obligationis, & conſenſus præfati, egi coram Auditore Cameræ Apoſt. & obtinui mandatum exequtivum, ac declaratorias litteras contra dictum Balthaſarem, quarum vigore cedulones per loca conſueta Curiæ affixi fuerunt, & in præfata inſigni Eccleſia ipſe Balthaſar ſemel, & iterum publicè denunciatus excommunicatus, & tanquam talis ab Eccleſia, & divinis Officiis expulſus fuit, ut conſtat ex fide Notarii Apoſt. *in ſum num.* 53. *& in regiſtro, fol.* 220.

5 Inſtitit tunc fortiter dictus Antonius Diaz in Urbe degens, coram eodem Auditore Cameræ pro revocatione mandatorum relaxatorum: & nihilominus ipſe Auditor Cameræ, ſive ejus locumtenens in civilibus, rejecit injuſtam Balthaſaris petitionem, & mandavit exequi, quibuſcunque non obſtantibus. Tunc idem Antonius Diaz, qui tanquam procurator ſui Fratris conſenſerat cum juramento reſervationi penſionis hujuſmodi, per Thomam Lutiolum, quem vigore mandati à fratre habiti ſubſtituit, & loco ſui poſuit, appellavit ad Sanctiſſimum, & causâ in plena Signatura juſtitiæ acerrimè ventilatâ, partibus hinc inde auditis ſuper aſſerta nullitate mandatorum relaxatorum, tandem obtinuit cauſam committi in Rota coram R. P. D. meo Pirovano, & ad dicendum contra commiſſionem per eum in actis præſentatam me citare, & inhibere fecit, ac ad partes litteras inhibitorias expedivit, eo prætextu, ut inibi poſſet impedire exequutionem mandatorum relaxatorum, & in Rota diſputare de validitate penſionis, quam impugnare, & annullare intendebat, & publicè à ſe annullandam eſſe aſſerebat. Sed præſto adfuit declaratio ejuſdem R. P. D. Pirovani, qui de voto Rotæ pronunciavit litteras inhibitorias non impedire exequutionem mandatorum relaxatorum ab Auditore Cameræ: & demùm citato Thoma Lutiolo Balthaſaris procuratore ad tranſportanda acta, ipſiſque eo negligente per me, & expenſis meis tranſportatis, idem R. P. D. Pirovanus ſuam in omnibus, & per omnia moderavit inhibitionem: quæ omnia, & ſingula latiùs colliguntur ex mandato de immittendo, cujus copia habetur infrà *in ſummario num.* 56.

His ſic rectè, & ritè peractis, cùm Antonius 6
Diaz non haberet quid novi porrigeret in hac Curia ad malitioſè impediendam exequutionem mandatorum relaxatorum, & impugnandam penſionis præfatæ validitatem, ab Urbe diſceſſit, & in Luſitaniam ſe tranſtulit, ubi cùm nec à Judice exequutore, nec à Metropolitano Bracharenſi, nec demùm à Collectore Apoſtolico Ulliſſipone commorante quicquam extorquere poſſet, ſed ſemper contrariam reportaſſet ſententiam, Judices ſæculares penitus incompetentes poſtremò adivit, & ſuppreſsâ facti veritate, me non citato, prævio mandato procuræ per Balthaſarem fratrem ſuum ad hoc ſpecialiter ſibi dato, nullam legitimam exceptionem allegando, ſolutionis ſcilicet, aut redemptionis factæ authoritate Superioris, vel ſimilem aliam notoriam, ſeu evidentem nullitatem incontinenti probandam, quibus caſibus tantùm audiendum fore exiſtimat Modern. *de proteſt. Regia tract.* 2. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 39. ſed nihil horum probato, imò nedum allegato, uſque ad præſentem diem, parum modeſtè iteratis vicibus auſus fuit per vim ſequeſtra pro integrali penſionis hujuſmodi ſolutione ad Auditore Cameræ relaxata, & per Sacram Rotam debitæ exequutioni jam mandata, violare, & fructus omnes ſequeſtratos de facto ſibi capere; & quod pejus eſt, his adhuc non contentus, penſionem prædictam articulis ad hoc per eum datis impugnare, & de illius nullitate ex aſſerto tantùm defectu ſui mandati procuræ, in judicio agere cœpit, ut conſtat ex fide Notarii cum copia articulorum, quæ datur *in ſum num.* 55. & eſt in regiſtro Rotæ *fol.* 232. *cum ſeqq.* & demum in ſummum malorum deveniens, fortiter inſtitit pro amiſſione, & privatione meæ naturalitatis, ita ut in Portugaliæ Regno tanquam ab eo extraneus beneficia, aut officia obtinere non poſſem, eo quòd pro conſequutione penſionis hujuſmodi egeram coram Auditore C. ut conſtat ex regiſtro, *fol.* 220.

Quapropter ne talis ingratitudo impunita ma- 7
neret, cùm prædicta cauſa reperiretur in Rota commiſſa ad inſtantiam dicti Balthaſaris cum clauſula *Quam, & quas, &c.* & alia, *Cum dependentibus, & emergentibus, &c.* emergentem exinde cauſam acceſſus, & ingreſſus canonizari, ita ut ad primæva jura mea redire poſſem, prævio quoad hoc ſpeciali Summi Pontificis reſcripto, ac omni & quacunque appellatione remotâ, inſtantiſſimè petii;

&

Biblioteca de Ciències Socials

& tandem obtinui : & ideò ſervatis ſervandis, præmiſſaque adverſarii citatione, & intimatione perſonaliter exequutâ, prout in actis, poſt acerrimam diſputationem in Rota fuit prævià deciſione reſolutum, locum eſſe acceſſui, & ingreſſui ad Theſaurariam prædictam, ob non ſolutam penſionem per dictum Balthaſarem Diaz, & impugnationem validitatis illius, juxta tenorem litterarum Apoſt. deſuper expeditarum, & conſenſum ab eodem Balthaſare præſtitum : & ſic obtinui ab eadem Rota mandatum de immittendo, de quo *in ſum. num.* 56. quod nunc quibuſcunque non obſtantibus exequutioni demandari debet, *& ſeqq.*

8 At Balthaſar Diaz vult ſe opponere exequutioni mandatorum relaxatorum, & immiſſioni præfatæ, aſſerendo penſionem validè reſervatam, vel dando de ejus nullitate ob relatas cauſas, quia non datur medium inter utrumque terminum, ſed in his duobus eventibus immiſſio debetur : ergo nihil eſt, quod illam mihi impedire poſſit.

9 Primo modo, ſi ſupponamus penſionem validè reſervatam (prout verè eſt) intrant acceſſus, & ingreſſus validus, cum reſignatio abſque validitate ingreſſus ſtare nou poſſit, propter clauſulam, *Non aliàs, aliter, nec alio modo*, in reſervatione penſionis hujuſmodi poſitam, quæ facit totam gratiam corruere, ſi ingreſſus non teneat, ex Seraph. *deciſ.* 114.

10 tum quia regreſſus, & acceſſus faciunt gratiam conditionalem. Redoan *de ſimon. part.* 2. *c.* 17. *n.* 19. *& c.* 20. *num.* 9. Flamin Pariſ. *de reſign. benefic. lib* 6. *quæſt.* 4. *num.* 9. & conditione deficiente nihil dici-

11 tur actum, Bertrand *conſ.* 133. *Viſo*, *num.* 20. *lib.* 2. Flam. Pariſ. *d. tract. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 33. & poteſt

12 reſignans hoc caſu repetere ſuum beneficium, ex eodem Pariſ. *d. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 54. nec in hoc eventu erat neceſſarium, quod cedens haberet bonum jus, nec tenetur illud juſtificare. Rot. *deciſ.* 4. *num.* 11. *de reſcript. in novis*, Stephan. *deciſ.* 390. *num.* 1. prout nec tenetur docere de ſuo titulo, qui

13 regreſſum habet ex cauſa ceſſionis. Rot. *deciſ.* 781. *num.* 1. *lib.* 3. *diverſor.*

14 Quod tamen conſtet de cauſis accedendi, & ingrediendi, non poteſt dubitari : intrat enim acceſſus, & ingreſſus duplici ex capite. Primò ob non ſolutam penſionem. Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ, tit. de regreſſu, col.* 8. *verb. regreſſus, in princ.* Pariſ. *d. tract. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 4. Secundò ob petitam, vel allegatam illius nullitatem. Idem Mandoſ. *ubi proximè*, & Pariſ. *d. quæſt.* 3. *num.* 8. ſtatim enim ac penſionarius ceſſat certo tempore à ſolutione penſionis, vel petit eam reduci aut annullari, illico intrat regreſſus, & jus beneficii conſolidatur in reſignante. Caſſad. *dec.* 2. *num.* 3. *de locato*, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 61. *num.* 35. *& cap.* 971. *num* 1. Ciarl. *controv forenſ. cap* 36. *num.* 2. & utrque caſus colligitur ex litteris Apoſt. reſervationis penſionis hujuſmodi. Cùm autem Balthaſar in illius ſolutione defecerit per triennium, & ultrà, paſſuſque fuerit cenſuras, & adhuc illas ſuſtineat, ex fide quæ habetur *in ſum. litt. F*, penſionis validitatem impugnaverit, ex alia *ibid. litt. E*, ideò patet conditiones verificari, & decreto pro exequutione acceſſus, & ingreſſus locum fore, juxta tradita per Achil. *deciſ.* 1. *num.* 2. *de jurejur.* Verall. *dec.* 247. *part.* 1. *& deciſ.* 315. *part.* 2. Flamin. Pariſ. *d. tract. lib.* 6. *quæſt.* 3. *n.* 3. Rot. *deciſ.* 631. *n.* 1. *part.* 1. *& dec.* 286. *n.* 2. *part.* 2. *recent, & in Cremonenſi penſionis ſuper regreſſu*, 23. *Junii* 1623. *coram bonæ mem. Ubaldo, & in Meſſanenſi regreſſus*, 24. *Januarii* 1622. *coram. eodem*, & fuit latè deductum in deciſione ſuper hac cauſa facta ſub die 22. Junii 1629. coram R. P. D. meo Pirovano, quæ reperitur impreſſa infrà *a num.* 69. quâ præcedente ſententiâ Judicis declarante, tempus ſcilicet eſſe lapſum, & locum fuiſſe regreſſui, poteſt penſionarius redire ad beneficium reſignatum ; non enim ſufficiebat ſolus temporis curſus elapſus. Caſſad. *dec.* 1. *num.* 3 *de locato*, Gig. *de penſion. q.* 78. *num* 4. Gamb. *de officio Legatis lib* 6. *de penſion. n.* 472. Flam. *de reſig. lib.* 3. *q.* 3 *num.* 7. *& lib.* 6. *q.* 3. *cum* 12. Card. Mantic. *dec.* 194. *num.* 11. Rota apud Marcheſ. *de commiſſion. p.* 1. *pag.* 168. quem refert, & ſequitur Ciarl *controv. forenſ. cap.* 36. *n.* 12. ubi *n.* 13, reprobat Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 321. *num.* 10. *cum ſeqq.* exiſtimantem non eſſe neceſſariam hujus declarationem, quando Pontifex in Bullis concedit facultatem apprehendendi poſſeſſionem propriâ auctoritate, quæ opinio licèt in ſe vera ſit, in praxi tamen non recipitur.

Non obſtat, quod Rota non ſolet admittere hu- 15
juſmodi acceſſum, & ingreſſum, niſi concurrat nimia protervia in denegante ſolutiones, aut aliter reſiſtente. Sarnenſ. *Super reg. de ſubrog. colliſig q.* 7. *ſub num.* 9. Gig. *de penſion. q.* 199. *num.* 9. Ciarl. *contr. forenſ. cap.* 36. *num.* 6. Rot. *deciſ* 804. *num.* 1. *p.* 4. *diverſ.* Quia de magna protervia conſtat, nedum in eo, quia per triennium, & ultra diſtulit ſolvere penſionem, ſed multò magis, quia declaratus cenſuras ſuſtinet, & ſurdâ aure pertranſit per menſes & annos, quæ ſine pertinacia admitti non poſſunt, Pariſ. *d. quæſt.* 3. *num.* 14. quem ſequitur Rot. *in dec. ſuper hac cauſa facta*

Nec item obſtat, quod regreſſus videtur ab ali- 16
quibus vocari captatorius, quaſi inducat votum captandæ mortis alienæ, argumento textus *in c. ne captandæ, de conceſſ. præb. in* 6. & eorum, quæ tradit Franc. Marc. *deciſ.* 188. *p.* 1. quia id intelligitur de acceſſibus, & regreſſibus per ceſſum, aut deceſſum : habebant enim ſpeciem ſucceſſionis hæreditariæ, & dabant occaſionem captandæ mortis ; ut per Fuſc. *litt. B, ſing.* 21. *in princ.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 337. & meipſum *in Collect. ad c.* 1. *num.* 3. *de præbend.* & ideo eos ſuſtulit Conc. Trid. *ſeſſ.* 25 *de refor. c.* 7. non autem intelligitur de iſtis, qui ob non ſolutionem penſionis conceduntur, ut tradunt Mandoſ. *in reg. de imper. benef. vac. per obit. quæſt.* 51. *num.* 3. Flamin. Pariſ. *d. tract. lib.* 6. *q.* 5. *num.* 110. Ratio quoad propoſitum eſſe poteſt, quia in his per mortem titularis penſionarius non ſuccedit, ſicut in aliis jam ſublatis, nec in manu, & poteſtate volentis accedere malè, vel benè, eſt operando efficere, ut beneficium ad ſe revertatur, niſi obtinens recuſet penſionem ſolvere, aut illam nulliter, vel malè aſſignatam dicat, quod totum ab eo pendet. Nec poteſt conqueri in eventu ac- 17
ceſſus de beneficio amiſſo, quia regreſſus conceſſio operatur reſtitutionem tituli, non autem tranſlationem. Rot. *dec.* 426. *num.* 7. *p.* 1. *diverſor.* & dicitur regreſſus antiqui tituli continuatio, & habet cauſam de præterito. Mandoſ. *ad reg.* 27. *Canc. q.* 27. *num.* 2. Mareſc. *var. lib.* 2. *c.* 71. *num.* 3. *&* 4. Ciarl. *d. cap.* 36. *num.* 3. & regreſſu obtento ad beneficium, dicitur conceſſum id per quod ad beneficium jam obtentum perveniri ſolet. Eadem Rot. *dec.* 328. *num.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* & ideò rediens ad beneficium reſignatum vigore regreſſus, recuperat locum, quem priùs habebat, ſecundùm Flamin Pariſ. *d. tract. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 28. quia res de facili revertitur ad ſuam naturam, *l. ſi unus*, §. *pactus ne peteret, verſ. & in ſpecie, ff. de pact.* juxta illud Cornelii Gall *de ſenect.* relatum per D. Joan-

nem de Quiñones *en el tratado de falsedades, &c. cap.* 11 §. 1 *pag.* 125. *Ortus cuncta suos repetunt, matremque requirunt: Et redit ad nihilum, quod fuit*
21 *ante nihil*: & volens reducere jus suum ad pristinam naturam, dicitur habere assistentiam Juris, pluribus citatis colligit Illustriss. & Reverendissimus Dominus meus D. Rodericus à Cunha dignissimus Archiepiscopus Bracharensis, & Hispaniarum Primas, *in suis doctissimis comment. ad cap. ab exordio* 2. *num.* 2. *dist.* 53. Hinc si Papa de consensu Titularis resignatarii reservat pensionem solvendam ab ipso, & ejus successoribus, & beneficium postea pervenit ad regressarium, cùm ille non sit
c successor Titularis resignatarii consentientis, sed capiat beneficium ex suo primævo jure, quamvis pensio fuerit à principio valida, attamen illa post purificatum regressum ipsi regressario non prjudicat. Cassad. *decis.* 1 *de pension.* Put. *decis.* 97. *lib.* 2. Rot. *in Mantuana pensionis*, 4. *Decembris* 1626. *coram R.P.D. Merlino*. Nam licèt verum sit, pendente regressus conditione posse esse validam reservationem pensionis absque regressarii consensu; erit nihilominus irrita eadem gratia postquam factus fuerit locus regressui. Gig. *de pension. quæst.* 75. *sub num.* 4. Flamin. *de resign. lib.* 9. *quæst.* 2. *num.* 88. Put. *in addit. ad decis.* 97. *num.* 3. *lib.* 2. *& decis.* 25. *de renunc.* Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.* 96. *num.* 17. *tom* 3. *diver.* aliàs *part.* 7. *recent.*

22 Quapropter regressus canonizatio non est pœna, sed conditio, quæ inest, vel modus rei traditæ, ut optimè resolvit Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 293. ubi propterea *num.* 266. ex Flaminio
23 subdit regressum ex pacto inter resignantem cum pensione, & resignatarium, nihil habere in se amari

24 Nec etiam obstat, quod mandata, & declaratoriæ litteræ contra dictum Balthasarem Diaz pro terminis pensionis hujusmodi decursis, & non solutis, fuerunt relaxatæ ab Auditore Cameræ, & non à Judice exequutore litterarum Apostolicarum reservationis, qui in partibus deputari solet & absque personali citatione ejusdem Balthasaris. Quia respondetur, quod licèt Auditor Cameræ posset ad mandata, & declaratorias præfatas devenire tanquam unus ex deputatis exequutoribus in dictis litteris Apostolicis, prout quoque & ipse vigore conventionis prædictæ, & obligationis Cameralis cognoscere, & procedere in hac causa, prout ritè, & rectè processit: eo maximè, quia idem Balthasar in eadem obligatione expresè renunciavit foro sui Judicis, & seipsum, suaque bona submisit condemnationi, sententiis, juribus, & censuris præfati Auditoris Cameræ, & voluit posse coram eo conveniri, ac per illum cogi, compelli, coarctari, condemnari, excommunicari, aggravari, & reaggravari, ac realiter, & personaliter capi, ac detineri, etiam cum invocatione brachii sæcularis usque ad integram satisfactionem, &c. & consensit relaxationi mandati exequutivi unica citatione exequendi hîc in Curia, &c. ut latiùs patet ex instrumento, de quo infrà *num.* 50. quod cùm fuerit ita conventum (nam resignationes ut plurimùm admittuntur, & conceduntur ad vota resignantium, sicut testatur Flamin. Paris. *d. tract. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 11.) & juxta conventionem exequentium (habent enim resignationes tacitam conditionem, ut pacta serventur, ex eodem Flamin. Pa-
25 ris. *d. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 45.) non potest Balthasar conqueri, quia nemini facit injuriam qui utitur jure suo, *l. injuriarum*, §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. *is tamen, ff. de liber. hom. exhib. l. qui injuriarum*, §. *is qui. ff. de jurejur.* cum aliis citatis per me *in tract. Axiomatum Juris usufreq. axiomat.* 133. *num.* 8. Pacta enim
26 diligenter servari oportet, *l. semper in stipulationibus, ff. de regul. juris, l.* 1 *ff. de pactis*, ubi Bald. dicit, quod etiam Deus omnipotens ex promissione obligatur, prout illum refert Octav. Glorit. *resp.* 1. §. 2.
27 *num.* 78. junctis quæ latè adduxi *in collect. ad cap.* 1. *n.* 3. *de pactis*: & inter contrahentes sunt omninò
28 observanda, *l. jurisgentium*, §. *prætor. ait*, *ff. de pactis*, Surd. *decis.* 182. *num.* 2. *& decis* 228. *n.* 2. *Rot. in Romana, seu Comen. societatis*, 5. *Julii* 1617. *coram R.P.D. Ubaldo*; quia contractus ex conven-
29 tione partium legem accipiunt, *l.* 1. §. *si conveniat. ff. depositi*, *l. contractus, ff. de regul. juris, l. lege. ff. de pactis convent.* cum multis aliis adductis per me *axiom.* 57. *num.* 1.

Nec denique obstat asserta nullitas ex defectu mandati, quia cùm in litteris expeditis Papa atte-
30 stetur de consensu expresso, sine quo litteræ non fuissent expeditæ, Balthasar qui dat de invaliditate dicti consensus, debet intentionem suam concludenter probare, Seraphin. *decis.* 390. *num.* 3. ubi subdit quod probatio non elicitur concludenter ex mandato producto, quia potuit adesse aliud mandatum.

Præsumptio enim stat pro validitate actus, jux-
31 ta notata *in l. quoties, ff. de verb. oblig. l. quoties, ff. de reg. Juris*, Flamin. Paris. *d. tract. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 56. me citato *in hoc loco*, Trullench *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 29. & ideo litteræ præ-
32 sumuntur expeditæ cum consensu valido, & bono, Caputaq. *decis.* 213. *in princ. part.* 2. Flamin. Paris. *d. quæst.* 8. *num.* 55. ob revisionem tot peritissimorum hominum, ut considerat idem Paris. *lib.* 9. *quæst.* 7. *num.* 50. necnon cum mandato legitimo, secundùm eundem Paris. *d. lib.* 9 *quæst.* 22. *num.* 2. quia mandatum præsumitur quoties enuntiatur per Principem, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2 *præs.* 33. *num.* 10. *Paris. d. quæst.* 22. *num.* 2. ubi *num.* 5. subdit, quod ad-
33 missâ per Summum Pontificem renunciatione in actis Notariorum Cameræ, vel Cancellariæ, non potest dubitari de mandato, quia illi non mittunt supplicationes, ut possint expediri litteræ, nisi constito de sufficienti mandato, illoque relicto in Camera, vel Cancellaria penes ipsos: nec notant consensus in resignatione, nisi viso sufficienti mandato, ut de stylo Curiæ sibi alios bene noto testatur idem Paris. *lib.* 9 *quæst.* 5. *num.* 18.

Accedit, quia cùm expeditio litterarum provi-
34 sionis, & reservationis hujusmodi fieret multis expensis, præsumitur in omnibus, & per omnia facta de mandato illius, cujus interest, id est Balthasaris, ad tradita per Paris. *d. tract. lib.* 10. *quæst.* 8. *num.* 54. Seraph. *decis.* 856. *à princ.* Rot. *decis.* 206. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* mandatum enim præsumitur ex impensa, etiamsi de eo expresè non constaret,
35 Cassad. *decis.* 3. *num.* 4. *de procurat.* Cæs. de Grassis *decis.* 3. *eod. tit.* Cavaler. *decis.* 590. *num.* 10. Tum etiam quia ipse Balthasar acceptando provisionem,
36 & solvendo primos terminos, formaliter dicitur omnibus litteris contentis consensisse, Put. *decis.* 259. *lib.* 2. *in correctis*, quem refert, & sequitur Rot. *in decisione super hac causa facta*: & idem Put.
37 *decis.* 100. *lib.* 2. clarè dicit, quod acceptans beneficium in vim certæ supplicationis, debet illud acceptare cum omnibus qualitatibus dictæ supplicationis, prout eum refert, & sequitur Rot. *in Casalensi pensionis*, 13. *Junii* 1608. *coram bonæ mem. Card. Cavalerio*, subdens ibi nihil obstare, quod

supplicatio

supplicatio non fuerit porrecta ab ipso Beneficiato, sed ab ejus fratre; quia cùm hodie obtineat beneficium vigore dictæ supplicationis, censetur ratificasse illius impetrationem, & sic cum omnibus qualitatibus. Eadem Rot. *in Elborensi pensionis*, 19. *Novembris* 1614. *coram R. P. D. meo Pirovano*

38 Nec ipse Balthasar existimet, se posse juvari Ordin. Regia *lib.* 2. *tit.* 10. quia illa non habet locum quando fuit prolata sententia à Judice Ecclesiastico, qui habuit in suis facultatibus, quod posset procedere *appellatione remota*, ut benè resolvit Cened. *ad Decretal. collect.* 17. *num.* 4. *vers. hac tamen omnia*, citatus à Parente meo, quem non minùs naturæ, quàm doctrinæ meæ revereor authorem, *in comm. ad d. Ordin. in princ. num.* 2. & ex illa benè colligitur, dum ait, *en caso en que deben appellar*: quod autem ab Auditore Cameræ Apostolicæ pro-
39 cedente in hac causa vigore obligationis Cameralis, appellari non possit, tradunt Scacc. *de appellat. lib.* 3. *c.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 7. *& seq.* Galgan. *ad Statuta Urbis, c.* 179. *lib.* 1. *sub n.* 40. *vers. seu mandari.* Rot. *decis.* 626. *n.* 2. *part.* 1. *divers.* Zach. *de obligat. Camerali. post quæst.* 37. *Galesii, ex n.* 1. & quod etiam in Rota fuerit hæc causa accessus, & ingressus commissa *omni & quacumque appellatione remotâ*, constat ex speciali rescripto Sanctissimi inserto in mandato de immittendo mihi concesso, quod habetur infrà hoc eodem §. *sub n.* 50.

40 Si autem Balthasar vult se opponere asserendo pensionem nullam, prout facit, intrat immissio duplici ex capite: tum vigore decreti litterarum Apostolicarum reservationis hujusmodi, quod ingressum, & accessum dat, si ille prædictam pensionem annullari, vel invalidari petierit, aut procuraverit, seu ex quavis causa nullam, & invalidam, vel malè, & nulliter assignatam esse dixerit, aut allegaverit: tum etiam ex eo, quia per hanc resignationem, si nulla allegetur, vel subreptitia, aut sine Balthasaris resignatarii acceptatione proponatur, non poterat jus à resignante abdicari, & resignatario acquiri, ad tradita per Paris. *d. tract. lib.* 1. *quæst.* 3. *ex num.* 95. *& n.* 116. Caputaq. *decis.* 216. *num.* 3. *part.* 1. Seraph. *decis.* 25. *n.* 1. Rot. *decis.* 419. *& decis.* 699. *num.* 4 *part.* 1. *divers. & decis.* 92. *n.* 5. *part.* 1. *recent. & decis.* 4. *num.* 2. *& decis.* 432. *num.* 2. *recent. & in Leodiensi Canonicatus sancti Dionysii*, 25. *Maii* 1626. *coram R. P. D. meo Pirovano*, prout nec etiam abdicatur pensione nullâ existente,
41 ut firmat Paris. *d. tract. lib.* 1. *quæst.* 3. *ex num.* 81. ubi post Lancell. *de attent. part.* 2. *c.* 4. *num.* 256. subdit, quod renuncians juri, liti, & causæ, aliquâ pensione sibi reservatâ, si pensio est nulla, lis non censetur extincta, nec jus à resignante abdicatum, præcipuè propter clausulam, *Non aliàs* (&c. quæ importat conditionem susceptivam, ac formam, ex adductis per me *in tract. de clausul. usufreq. clauf.* 81.
42 *num* 8. ita ut non adimpletâ formâ, cesset consensus agentis. Cephal. *cons.* 296. *num.* 11. *& cons.* 400.
43 *num* 80. quia jus non abdicatur à resignante, non servatis conditionibus, Flamin. *d. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 7. Rot. *in Virdun. Abbatiæ*, 5. *Maii* 1614. *coram bonæ mem. Buratto*, inter ejus impressas *decis.* 48. *num.* 9 *& decis.* 833. *num.* 4. Hieron. Gabr. *consil.* 185. *num.* 2. *cum seqq. lib.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 746. *num.* 20. *&* 21. & titulus, ac possessio
44 non dicitur dimissa, nisi adimpletâ conditione. Paris. *d. quæst.* 14. *num.* 10.

45 Unde cùm Papa restrinxit gratiam, & consensum limitatum resignantis, si pensio in parte non subsistit, non erit reducibilis ad minorem quantitatem, quia deficit resignantis consensus, & sic in totum ipsa gratia corruit, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum, ut fuit resolutum *in Toletana pensionis*, 28. *Januar.* 1591. *coram Gipsio, & in Vicentina pensionis*, 21. *Maii* 1610 *coram R. P. D. Pirovano*, impressa per Farin. *dec.* 286. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Non obstat quod Balthasar in litteris suæ pro- 46
visionis habet clausulam generalem, *Sive alio quovis modo*, & specialem, *adhuc per obitum dicti Ioannis*; ac proinde viderur posse capere Thesauriam earum vigore, si aliàs resignatio, seu cessio hujusmodi nulla foret: quia respondetur præfatas clausulas esse accessorias ad resignationem narratam, & sic illâ nullâ, subreptitiâ, seu invalidâ existente, nihil operari, ut in terminis benè resolvit Put *decis.* 267. *lib.* 3. *in correctis*, & fuit latè deductum *in Messanensi regressus*, 24. *Januarii* 1622. *coram bonæ mem. Ubaldo*, ubi habetur nihil referre, quod resignatarius non retineat beneficium ex causa resignationis, si fuerit, sed ex aliis clausulis, de quibus in litteris: quia etiam tunc tenetur stare conditioni pro conservatione juris resignantis

Ex quibus omnibus luce clarior apparet vana 47
cupiditas, & ambitio Balthasaris, eximere se posse existimantis à solutione meæ pensionis, & domi desidem hujus Thesauriæ, quæ est premium qualecunque studiorum, laborumque meorum, integros, & immeritos fructus illicitè percipere, regiam protectionem invocando; non enim est par credere Regios Hispaniarum Magistratus velle in exequutione litterarum Apostolicarum, & mandatorum Sacræ Rotæ ritè, & rectè relaxatorum se intromittere, qui omni ætate, & sæculo fidelissimi fuerunt, & obsequentissimi extiterunt, & sunt Ecclesiæ Romanæ, & acerrimi libertatis Ecclesiasticæ propugnatores, & vindices optimi: quapropter tutus in hac parte quiesco, nec vim ullam ab aliquo mihi fieri pertimesco; id enim esset favere perjuro, doloso, ignaro, fidem frangenti pacta non servanti, Claves Ecclesiæ contemnenti, in excommunicatione per menses, & annos insordescenti, & incumbenti mihi totis viribus ad Christianæ Reip. commodum, & utilitatem, alimenta denegare, nam pensiones, quæ reservantur pro
48 sustentatione pensionarii, cedunt in causam alimentorum, eorumque naturam assumunt, secundùm Hieron. Gig. *de pensionib. quæst.* 51. *n.* 20. Glorit *resp.* 9. *num* 4 Rot. *in Bisignanensi pensionis*, 26. *Iunii* 1617. *coram bonæ mem. Buratto*, inter ejus impressas *decis.* 261. *num* 2. ubi D. Ferentil. *in annot. litt. B*, refert concordantes.

Quid autem est eo miserius, cui beneficia ex- 49
cident, hærent injuriæ, ut dicit Seneca *lib* 1. *de benef.* Grave nimis est, ut fructu laboris sui fraudetur industrius, & cui debet pro sedulitate conferri præmium, dispendium patiatur injustum, ut benè inquit Cassiodor. *lib.* 4. *epist.* 11. Vitium est enim ingratitudo adeò Deo, & hominibus detestabile, ut nullum aliud majori, & fœdiori notâ inscribatur in Sacris litteris, & apud bonos Auctores: & ideò meritò jus eam statuit pœnam ingrato, ut beneficio, cujus memor non est, non potiatur, donatioque ex ingratitudine revocetur, *l. fin. C. de donat. cap. propter, eod tit.* neque utatur liberalitate donatoris, qui non debito loco collocat beneficium collatum, cùm exhauriat benignitatis fontem siccitas immemoris, & ingrati; & abutens privilegio illo privari debeat, *cap. privilegium* 11. *quæst.* 3.

cap.

cap. tuarum, de privileg. Quid enim ob viri unius malitiam,& ob magnam hominis cujusdam ingratitudinem non sustinemus? Sic Deus quandoque tribulationes immittit, ut humanarum rerum fallaciis, & amaritudinibus degustatis solùm dulcedinem deliciarum cœlestium appetamus.

49 Vos igitur, doctissimi Judices, obtestor, & pro vestra Religione obnixè deprecor, ut hac in re auxilium vestrum aliàs mihi vi oppresso, & injustè spoliato, ni fallor, debitum, ex gratia non desit, ad quod præstandum tria inter alia vos animare possunt, quæ me ad illud petendum maximè inducunt, justitia scilicet causæ, merita propria, & Majorum meorum obsequia in Reges nostros, & in Lusitanam Rempublicam fidelissimè præstita. De justitia non est iterum disputandum, cum suprà satis dictum sit: de meritis propriis nihil mihi dicendum erat, cùm laus in ore proprio vilescat, nisi Gentium Doctor Paulus id aliquando licere insinuasset 2. *ad Corinth. cap.* 11. dum ait: *Existimo nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.* Unde mihi vitio verti non poterit si vobis proponam, me varia in utroque Jure opera ad Catholicæ fidei propagationem, Sedisque Apostolicæ exaltationem Romæ edidisse, quæ deinde Parisiis, Lugduni, Venetiis, Francofurti, Antuerpiæ, & alibi non sine studiosorum utilitate, ac nostrorum gloria, & admiratione per omnium ferè manus reimpressa vagantur, quæ & neque vobis ignota reor: me non otiosè vitam transigere: apud omnes in confesso est. Noveram grande malum esse otiositatem, & ex ea mille alia mala generari, ut enim ait B. Thom. de Villanova *in ferm. Dominica in Septuagesima, pag.* 88. *Multa mala docuit otiositas, grande malum otiositas, & radix omnium malorum, & sentina omnium vitiorum. Otium, ait quidam Eccles.* 33. *est vivi hominis sepultura. Homo otiosus, inutilis, nasci non debuerat. Frustra natus est, lapis marmoreus, truncus arboris, ficus sine flore, & sine fructu, solùm aptus ad ignem. In desideriis est omnis otiosus, vivens mortuus est. Otium est mater vitiorum, noverca virtutum, sentina immunditiæ, fomentum peccatorum, janua inferni.* De majorum meorum obsequiis in Reges nostros præstitis plura dicere possem, sed aliis dimissis non videtur silentio prætereundus avi paterni germanus frater nobilis domûs Regiæ Emanuël Thomasius; filiorum claræ mem. Regis Emanuëlis præceptor optimus, de quo quidquid dixerim minus erit, tam ille nequit pro dignitate laudari: nec etiam ex memoria deponendus est Doctor Antonius Barbosa adavi filius, Regis Henrici intimus familiaris, in omne ævum ob ejus doctrinam, & eximiam eruditionem immortali memoriâ dignus: nec denique ignotus vobis erit Parens meus Emmanuël Barbosa, qui adhuc nonagenarius vivit, Rege Sebastiano Advocatus Regius creatus, quo in officio obeundo, atque arduis negotiis sibi commissis, rogantibus Sebastiano, Henrico, & Philippo III. Portugaliæ Regibus, cum summa integritate, & doctrinæ laude versatus apud studiosos, & insignes viros non vulgarem sibi virtutis, eruditionis famam comparavit, sicut doctissima ejus commentaria in Ordin. Regia Lusit. meâ diligentiâ Ulyssipone in lucem edita, universo Orbi attestantur, quem indefessum laborem nunquam satis laudandum mirè extollit insignis Gabriel Pereira de Castro, Senator Regius meritissimus *decis.* 73. *num.* 1. Verùm hæc omnia nó tanti facio, quanti Dominationum vestrarum candorem, quas pro insita omnibus bonitate, doctrina, & justitiæ zelo, etiamsi non advocassem, opportunè mihi non defuturas fuisse confido. Ita Deus omnium vota pro cujusque casto desiderio secundet; justitiam namque Judicibus satis commendatam animadvertere pium & sanctum opus est, in qua Regna conservantur, & permanent mundi monarchiæ, juxta illud *Isai* 32. 17. *Opus justitiæ pax, & cultus justitiæ, silentium, & securitas usque in sempiternum: & Prov.* 25. *vers.* 4. & 5. *Auferte rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum: auferte impietatem de vultu Regis, & firmabitur justitiâ thronus ejus.* Valasq. *Psal.* 100. *lib.* 3. *annot.* 3. novissimè Gonzales de Salzedo *de lege politica lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 29. *cum seqq.* utpote quia hæc est prima, & magis principalis Principum obligatio juxta illud *Regum* 3. *cap.* 10. *vers.* 9. ibi: *Et constitue te Regem, ut faceres judicium, & justitiam.* Cic. *lib.* 2. *offic. Mihi quidem non apud Medos solùm, ut ait Herodotus, sed apud majores nostros justitia ferenda causâ videntur olim benè morati Reges constituti.* Petr. Greg. *lib.* 6. *de Repub. c.* 6. *n.* 4. Valenzuela Val. *en el discurso de Estado y guerrera, p.* 2. *consid.* 21. *n* 51. Partit. *de Regno lib.* 1. *c.* 1. Mol. *de just. tom.* 2. *disput.* 66. 1. *n.* 4. Joan Salgado *de lege Regia Portugaliæ, discursu* 1. *n.* 21. Petr. Barb. *in politica, tract.* 1. *de la juridica y verdadera razon de Estado. fol. mihi* 248. *vers. Entre los mas proprios.* Et demùm optimè D. Greg. *rib.* 7. *epist.* 120. quem refert Gonz. de Salzedo *d. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 36. ita ait *Summum in Regibus bonum est justitiam colere, ac sua cuique jura servare, & subjectis nõ sinere, quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodire.* Valete. Romæ Kal. Aprilis 1650.

Instrumenta ad causam producta.

Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod anno à nati- 50
vitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo-quarto, indictione septima, die verò secunda Mensis Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, D. N. D. Urbani divina providentiâ Papæ Octavi anno ejus primo, in mei Reverendæ Cameræ Apostolicæ Notarii publici, testiumque infrascriptorum præsentia præsens, & personaliter constitutus Illustr. & R. D. Augustinus Barbosa Clericus Bracharensis Civitatis, cui de Thesauraria Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Oliveira nuncupatæ, oppidi de Guimaraens, Bracharensis diœcesis, per obitum quondam Joannis Nogueira, illius dum viveret ultimi possessoris, extra Romanam Curiam de mense Novembris anni Domini 1619. defuncti vacante, Apostolica auctoritate provisum fuit, sed ex certis causis animum suum moventibus cessionis omnis, & cujuscunque juris, actionisque sibi in dicta Thesauraria competentis, litteris Apostolicis desuper expeditis, possessione tamen non habitâ, ac reservatâ pensione infrascriptâ, & jure contra Capitulum dictæ Ecclesiæ super consequutione distributionum quotidianarum per eum propter impedimenta sibi per ipsum Capitulum indebitè præstita non perceptarum, ac expensarum; damnorum, & interesse agendi validè reservatis, *non aliàs, aliter, nec alio modo,* in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & favorem R. D. Balthasaris Diaz de Fonseca Clerici nullius Provinciæ Ulyssbonensis, in decimo nono ætatis suæ anno constituti, & ad præsens actu in Universitate studii generalis Colimbrensis operam navantis, cui de illa provideri conceditur, qui R. D. Balthasar ne ex resignatione docti D. Augustini nimium inde

D. Augustinus dispendium patiatur, ideò reservationi, constitutioni, & assignationi sigi juris agendi contra dictum Capitulum, & pensionis annuæ ab omni decima, media, & quamvis alia fructuum parte, subsidio etiam charitativo, & excusato, ac alio ordinario, & extraordinario onere etiam pro reparatione basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & classis triremium manutentione, Cruciata sancta, expeditione contra Turcas, & alios infideles, etiam pro sustentatione Seminarii puerorum Ecclesiasticorum, & quavis alia etiam urgentissima, & de necessitate exprimenda causa, etiam ad instantiam, & contemplationem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum Apostolicâ, vel quavis aliâ auctoritate impositis, & imponendis, etiamsi in impositionibus hujusmodi caveatur expresè, quod pensionarii quicunque pro rata pensionum suarum quantumvis exemptarum, præmissis omnibus contribuere teneantur, quam ratam dictus D. Balthasar tam suo, quàm successorum suorum prædictorum nominibus de suo, & eorum proprio solvere promittit, & quidquid propterea solverit, vel solverint, illud omne D. Augustino prædicto, donatione purâ, perpetuâ, & irrevocabili, quæ dicitur fieri inter vivos, gratiosè donat & remittit, ac donatum, & remissum esse vult, & fore promittit, necnon belli, pestis, incendii, grandinis, tempestatis, militum incursionis; agrorum devastationis, & deprædationis, fructuum etiam omnium non recollectionis, & cujusvis alterius quantumvis siniştri, & inexcogitabilis, ac evenire insoliti casus fortuiti eventu, in Sanctissimi D. N. Papæ manibus, & prædicti Illustris D. Augustiai favorem, cui de illa, & dicto jure reservari conceditur, liberæ, immunis, & exemptæ ducentorum ducatorum auri de Camera, de & super dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, ac etiam distributionibus quotidianis, eidem D. August. quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum D. Balthasarem, & successores suos dictum Thesaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes, annis singulis hîc Romæ, vel alibi, ubi dictum D. August. pro tempore ad voluntatis suæ libitum commorari, & residere contigerit, pro una videlicet in Epiphania Domini à proxima incipiente, & altera medietatibus pensionis per præsentes reservatæ hujusmodi Nativitatis S. Joan. Baptist. festivitatibus, etiam litteris Apostolicis desuper expediendis eidem D. Balthasari, qui illas pro sibi legitimè intimatis habet, & successoribus prædictis minimè intimatis, ac possessione dictæ Thesaurariæ per ipsos habitâ, vel non habitâ, ac sub consuetis sententiis, & pœnis integrè, expensis tamen, rifico, & periculo dicti D. Balthasaris & successorum suorum prædictorum, vigore tamen litterarum Apostolicarum desuper infra novem menses proximos expediendarum, nec alias, alioquin præsens reservatio nulla sit eo ipso, persolvendis. Et cum decreto, ac concessione, & indulto, quod dicto D. Balthasare, vel aliquo ex successoribus prædictis in solutione dictæ pensionis per præsentes reservatæ modo, & forma præmissis facienda, in toto, vel in parte cessantibus, vel deficientibus, aut illum ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari petentibus, vel procurantibus, aut pensionem ipsam per præsentes reservationibus ex quavis causa nullam & invalidam, seu male, aut nulliter assignatam esse dicentibus, & allegantibus, liceat dicto D. Aug. (postquam ad id repertus fuerit idoneus) ad dictam Thesaurariam liberum habere accessum, & ingressum, illiusque corporalem, &c. per se vel alium, seu alios ejus nomine propriâ auctoritate apprehendere, & liberè tam sui prioris tituli, quàm super præsentibus conficiendarum litterarum vigore, quas vim validæ, & efficacis provisionis sibi de illa *ex nunc prout ex tunc*, & *è contrà*, simili Apostolica auctoritate factæ, habere absque alia sibi desuper de novo faciendâ provisione, & ut priùs, quoad vixerit, retinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si cessionem hujusmodi minimè feciſſet. Et cum decreto etiam, quod tam dictus D. Balthasar, quàm alii in dicta Thesauraria pro tempore quomodolibet succedentes, pro solutione dictæ provisionis per præsentes reservatæ modo & formâ præmissis facienda sese, ac suos hæredes & successores, suaque, & eorum bona, ac successorum quæcunque, ac fructus hujusmodi in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, dictus D. Balthasar videlicet ex nunc, successores verò quilibet prædicti infrà bimestrè à data provisionis, tam ordinaria, quàm Apostolica auctoritate cuiquam factæ computandum validè, & efficaciter obligare, ac cautionem bancharium ad arbitrium, & beneplacitum dicti D. August. sufficientem & idoneam, ad sexennium duraturam, sexto quoque anno, & per sex menses ante finem cujusque sexennii renovandam præstare teneatur, & ad id censuris Ecclesiasticis, etiam exequutivè procedendo cogi possit. Necnon denique cum alio decreto, quod dictus Balthasar omnes, & singulas expensas circa pensionem ducentorum ducatorum hujusmodi sic per præsentes reservatam, tam ratione compositionis, quàm expeditionis litterarum Apostolicarum, vel aliàs quomodolibet necessarias dictum D. August. tangentes de suo proprio, absque spe aliquid unquam postea repetendi, aut ex terminis ejusdem pensionis per præsentes reservatæ defalcandi facere; necnon eidem D. August. qui dictam pensionem antiquam centum quinquaginta ducatorum similium, quæ R. D. Joanni Antonio Pavonio Clerico Apostolicâ auctoritate reservata exitit, D. Joanni Antonio per duos annos cum dimidio de suo proprio persolvit, ac quamplures alias expensas, & præcipuè circa expeditionem litterarum Apostolicarum provisionis sibi de dicta Thesauraria factæ subiit, de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis eidem Thesaurariæ, & illi annexorum quorumcunque à die obitus dicti Joannis decursis, & etiam ex quavis causa pertinentibus & per ipsum D. Augustinum non exactis, summam nongentorum ducatorum auri de Camera hîc in Urbe solvere, & numerare liberè, & licitè dictus D. Balthasar valeat, ac teneatur, & aliàs juxta formam supplicationis desuper manu Sanctissimi signatæ, sub datum Romæ apud S. Petrum, quarto Nonas Jan. anno primo. Regist. *libro primo secretorum*, *fol.* 268. ac litterarum expeditionis quoad D. Augustinum per illustrem D. Aloysium Gomes Romanum ejus procuratorem, prout in mandato publico procuræ in Actis D. Antonii Columnæ Notarii Auditoris Cameræ de anno præterito rogati, & illius fidem in actis meis, &c. Quo verò ad dictum D. Balthasarem per illustrem D. Antonium Diaz de Fonseca, prout in mandato publico procuræ in actis dimissis respectivè cõstat, respectivè consenserunt, jurarunt, &c. super quibus, &c. Actum Romæ

mæ in officio mei, &c. præsentibus ibidem DD. Joanne Rayſa Romano, & Fabio Æmiliano de Fara Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſoribus teſtibus, &c. Succeſſivè & incontinenti, nullâ interpoſitâ morâ, ſupradictus D. balthaſar, ut ſuprà proviſus volens dictum D. Auguſt. pro conſequutione dictæ annuæ penſionis, & dictorum nongentorum ducatorum auri de Camera, ut ſuprà dictum eſt, per dictum D. Auguſtinum expoſitorem, turum & cautum reddere, ideò per dictum D. Antonium procuratorem ſuum ſponte, &c. promiſit, & ſolemniter ſe obligavit annuam penſionem, ut ſuprà reſervatam ducentorum ducatorum auri de Camera eidem D. Auguſt. licèt abſenti, &c. annis ſingulis quoad vixerit, vel procuratori ſuo legitimo in locis, terminis, & temporibus, ac libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, privilegiis, decretis, conditionibus, clauſulis, promiſſionibus, omnibuſque aliis, & ſingulis in ſupradicta reſervatione, & illius ſupplicatione latiùs expreſſis, inſertis, & contentis, & aliàs juxta illius formam, tenorem, & continentiam, necnon etiam prædictam ſummam nongentorum ducatorum, etiam modo, & forma, quibus in prædicta reſervatione, & ſupplicatione exprimuntur, & continentur, hîc Romæ liberè, &c. ſolvere, ac realiter, & cum effectu exburſare etiam ſub conſuetis ſententiis, cenſuris, & pœnis, quia ſic, &c. Et ulterius pro faciliori conſequutione dictæ annuæ penſionis modo, & forma præmiſſis facienda, cedulam bancharium dare, illamque de ſexennio in ſexennium, & per ſex menſes ante finem cujuſlibet ſexennii renovare liberè, &c. etiam ad id cenſuris liberè, &c. quia ſic, &c. Quæ omnia & ſingula prædicta, nil penitus excluſo, promiſit habere grata, rata, valida, atque firma, & contra non facere, aliàs teneri, & obligatus eſſe voluit & vult ad omnia, & ſingula quæcumque damna, expenſas, & intereſſe, pro quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis ſic tenendis, complendis, & inviolabiliter obſervandis, idem D. balthaſar ſeipſum, ejuſque hæredes, & in poſterum ſucceſſores quoſcunque, ac omnia, & ſingula ſua, & ipſorum hæredum, & ſucceſſorum ſuorum bona mobilia, & immobilia, ac ſe moventia, & alia quæcumque præſentia, & futura, ubicunque exiſtentia, juraque, & actiones ſibi quomodolibet competentia, & competitura, ac competentes & competituras, nominaque debitorum, necnon dictæ Theſaurariæ fructus, redditus, proventus, emolumenta quæcumque, & diſtributiones quotidianas eidem D. Auguſtino pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque ut ſuprà ſtipulanti, & recipienti, ac mihi Notario publico infraſcripto tanquam publicæ, & authenticæ perſonæ vice, & nomine, ac ad opus omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intereric, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ſolemniter ſtipulanti, & recipienti in forma meliori, & ampliori Cameræ Apoſtolicæ ſolemniter obligavit, & hypothecavit, necnon ſeipſum, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores prædictos, ac bona prædicta juriſdictioni, compulſioni, condemnationi, ſententiis, juribus, & cenſuris, ac mero examini D. N. Papæ, ipſiuſque Camerarii, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, Viceauditoris, & Locumtenentis, & Commiſſarii, & alterius eorumdem, & per pactum expreſſum ſolemni ſtipulatione vallatum omnium aliarum Curiarum Eccleſiaſticarum, & ſæcularium ubilibet conſtitutarum, in qua, ſeu quibus hoc præſens publicum obligationis inſtrumentum exhiberi, ſeu produci contigerit, omnia, & ſingula in hoc publico inſtrumento contenta, & debita perita fuerint, propterea totaliter ſubjecit, & ſubmiſit; per quarum quidem Curiarum Judices, & Officiales, Auditores, Viceauditores, Locumtenentes eorumdem præfatus *D.* balthaſar voluit poſſe conveniri, cogi, compelli, coarctari, condemnari, excommunicari, aggravari, reaggravari, ac realiter, & perſonaliter capi, ac detineri, etiam cum invocatione brachii ſæcularis uſque ad integram ſatisfactionem omnium & ſingulorum ſuprà contentorum, & debitorum, ac damnorum, & expenſarum, & intereſſe, ita quod inhoato judicio coram uno ex Judicibus antedictis contra præfatum D. Balthaſarem, liceat præfato C. Auguſtino, & ejus legitimo procuratori coram alio, ſeu aliis Judicibus liberum habere recurſum uſque ad integram obſervationem omnium, & ſingulorum in præſenti inſtrumento contentorum, nullum propter hoc eidem D. Balthaſari, aut ſuis præjudicium generando. Præterea dictus D. Balthaſar in præmiſſis omnibus, & ſingulis, exceptionibus doli mali, vis, metus, fraudis, non ſic celebrati contractus, rei non ſic geſtæ, necnon privilegiis fori, feriis meſſium, & vindemiarum, omni tempori feriato, quadrimeſtri, beneficio ceſſionis omnium bonorum, & dilationis quinquennalis, *cap. Odoardus, de ſolution. & cap. pervenit*, cujuſcumque provocationis, reclamationis & appellationis remedio, copiæ præſentis inſtrumenti, ſive ejus notæ non habitæ per modum actorum, & recurſus ad arbitrium boni viri, ac utriuſque juris auxiliis, & quibuſcunque aliis conſtitutionibus, & ſtatutis papalibus, regiis, & localibus à jure, vel ab homine editis, & edendis in genere, & in ſpecie conceſſis & concedendis, omnibuſque aliis, & ſingulis exceptionibus, juribus, & defenſionibus, quibus mediantibus contra præmiſſa, vel eorum aliquod dicere, facere, opponere, vel venire poſſet, expreſsè, ut præmittitur, renunciavit, & conſenſit relaxationi mandati exequutivi unicâ citatione, & intimatione præcedente exequendi hîc in Romana Curia coram Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Almæ Urbis & Sanctiſſimi D. N. Papæ Generali Auditore, ejuſque in civilibus Locumtenente, aliiſque Judicibus Almæ Urbis Ordinariis & extraordinariis contra dictum D. Balthaſarem Diaz de Fonſeca in domo ſuæ ſolitæ habitationis hîc in Curia, ſin autem ſuo legitimo procuratori, quatenus adſit, ſin autem per diligentias, vel per affixionem ad valvas Curiæ acici Campi Floræ, per contradictas, ſive edictum publicum, quæ ſic facta ita arctent, & afficiant, ac ſi ſolemniter, & perſonaliter facta fuerint, & exequutionem contra dictum eundem D. Balthaſarem habeant liberè, &c. & ſic tactis ſcripturis ad Sacroſancta Dei Evangelia juravit, &c. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario publico infraſcripto, ut unum, vel plura publicum, ſeu publica facerem atque conficerem inſtrumentum, & inſtrumenta, prout opus fuerit. Actum Romæ ubi ſuprà, præſentibus ibidem Dominis quibus ſuprà, teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis. Et quia D. Joannes Baptiſta Cennus R. C. A. Notarius fuit de præmiſſis rogatus, ideo ego *Dominicus* Cennus ejuſdem R. C. A. Notarius, *in dicto* officio

officio succeſſor præſens inſtrumentum ſubſcripſi & publicavi requiſitus.

15 Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Auguſtino Barboſæ Clerico Brachar civitatis, vel diœceſis ſalutem, &c. Cùm itaque hodie tu, cui aliàs de Theſauraria Eccleſiæ S. Mariæ de Oliveira oppidi de Guimaraens Brachareníis diœceſis tunc per obitum quondam Joannis Nogueira olim ipſius Eccleſiæ Theſaurarii extra Romanam Curiam de menſe Novembr. anni 1619 vacante, Apoſt. auctoritate proviſum fuit, omni, & cuicunque juri, & actioni tibi in dicta Theſauraria, vel ad illam quomodolibet competenti litteris Apoſtolicis deſuper confectis, poſſeſſione tamen non habita, in manibus noſtris ſponte, & liberè ceſſeris, noſque ceſſionem hujuſmodi admittentes Theſaurariam prædictam adhuc per obitum hujuſmodi vacantem, & aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ, reſervatam dilecto filio Balthaſari Diaz de Fonſeca Clerico nullius diœceſis provinciæ Ulyſbon. per alias noſtras litteras Apoſtolica auctoritate contulerimus, & de illa etiam providerimus, prout in dictis litteris pleniùs continetur. Nos tibi, ne ex ceſſione hujuſmodi nimium diſpendium patiaris de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, teque à quibuſvis excommunicationis, &c. tibi jus contra Capitulum dictæ Eccleſiæ ſuper conſequutione diſtributionum quotidianarum per te propter impedimenta tibi per Capitulum hujuſmodi indebitè præſtita non perceptarum, & expenſarum, damnorum, & intereſſe agendi, ac penſionem annuam ab omni decima, &c. liberam, immunem, & exemptam ducentorum ducatorum auri de Camera ſuper dictæ Theſauriæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, ac etiam diſtributionibus quotidianis, ſuper quibus penſio annua antiqua centum, & quinquaginta ducatorum ſimilium dilecto filio Joanni Antonio Pavonio Clerico Apoſtolica auctoritate reſerva ta reperitur, quam ſalvam, & illæſam remanere volumus, & nos etiam hac die aliam penſionem annuam ſeptuaginta ducatorum ſimilium dilecto filio Julio Sampolino Clerico Spoletano, dicta Apoſtolica auctoritate reſervari conceſſimus, tibi quoad vixeris, vel procuratori tuo ad hoc à te ſpeciale mandatum habente per dictum Balthaſarem, cujus ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, & ſucceſſores ſuos dictam Theſaurariam pro tempore quomodolibet obtinentes annis ſingulis hîc Romæ, vel alibi ubicunque te tempore, ad voluntatis tuæ libitum commorari, & reſidere contigerit, pro una videlicet in Epiphaniæ Domini proximè futuræ incipiendo, & altera medietatibus penſionis inferiùs reſervandæ hujuſmodi in nativitatis S. Joan. Bapt. feſtivitatibus, & præſentibus Balthaſari, qui illas pro ſibi legitimè intimatis habet, & ſucceſſoribus prædictis minimè intimatis, ac poſſeſſione dictæ Theſauriæ per ipſos habitâ, vel non habitâ, expenſis tamen, riſico, & periculo Balthaſaris, & ſucceſſorum prædictorum, ac vigore earumdem præſentium, nec aliàs, alioquin præſens reſervatio nulla ſit eo ipſo, integrè perſolvendam Apoſtolica auctoritate prædicta earundem tenore præſentium reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus. Decernentes tam dictum Balthaſarem, quàm alios in dicta Theſauratia pro tempore quomodolibet ſuccedentes, pro ſolutione penſionis per præſentes reſervatæ hujuſmodi, modo, & forma præmiſſis facienda, ſeſe, ac ſuos hæredes, & ſucceſſores, ſuaque, & eorum bona quæcunque, ac fructus, redditus, & proventus hujuſmodi in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, Balthaſarem videlicet ex nunc, ſucceſſores verò quoſlibet prædictos infra bimeſtre à data proviſionis, tam Ordinariâ, quàm Apoſtolicâ auctoritatibus ſibi factæ computandum, validè, & efficaciter obligare, ac cautionem bancharian ad beneplacitum tuum ſufficientem, & idoneam ad ſexennium duraturam, & ſexto quoque anno, & per ſex menſes ante finem cujuſlibet ſexennii renovandam præſtare teneri, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, & exequutivè procedendo cogi poſſe, ipſoſque Balthaſarem, & ſucceſſores ad integram ſolutionem penſionis per præſentes reſervatæ hujuſmodi tibi faciendam, juxta reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos: ac volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes quod ille ex Balthaſare, & ſucceſſoribus prædictis, qui in dictis feſtivitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes, penſionem per præſentes reſervatam prædictam per eum tibi tunc debitam non perſolverit cum effectu, lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurrat, à qua donec tibi vel eidem procuratori de penſione per præſens reſervata hujuſmodi tunc debita integrè ſatisfactum, aut aliàs tecum, vel cum dicto procuratore ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Si verò pro ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes ſententiam ipſam animo, quod abſit, ſuſtinuerit indurato, ex tunc effluxis menſibus eiſdem dictâ Theſauraria perpetuò privatus exiſtat, illaque vacare cenſeatur eo ipſo. Tibique, quòd Balthaſare: aut aliquo ex ſucceſſoribus prædictis in ſolutione penſionis pe, præſentes reſervatæ, hujuſmodi modo, & formâ præmiſſis faciendâ, in toto, vel parte ceſſante, aut deficiente, vel illam ad minorem ſummam reduci, annullari, vel invalidari petente, ſeu procurante, aut penſionem per præſentes reſervatam hujuſmodi ex quamvis cauſa nullam, & invalidam, ſeu malè, & nulliter aſſignatam eſſe dicente, vel allegante, liceat tibi (poſtquam ad id repertus fueris idoneus) ad dictam Theſauratiam liberum habere acceſſum, & ingreſſum, illiuſque corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per te, vel alium, ſeu alios nomine tuo propriâ auctoritate liberè apprehendere, ac tui prioris tituli, quàm earundem præſentium vigore, quas vim validæ, & efficacis proviſionis tibi de illa *ex nunc prout ex tunc, & contr.* Apoſtoli auctoritate factæ, habere volumus abſque alia tibi deſuper de novo facienda proviſione, ut priùs, quoad vixeris, retinere in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi reſignationem hujuſmodi minimè feciſſes, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quo quam quamvis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, Cantori dictæ Eccleſiæ, ac Officiali bracharenſi per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra penſionem per præſentes reſervatam prædictam tibi quoad vixeris, vel procuratori prædicto integrè perſolvi, teque facultate juris accedendi, & ingrediendi, ac in eventu acceſſus, & ingreſſus

ingreſſus hujuſmodi, poſſeſſione dictæ Theſaurariæ pacificè frui, & gaudere juxta reſervationis, conſtitutionis, aſſignationis, Decreti, & indulti prædictorum continentiam, & tenorem, non permittentes te deſuper per dictum Balthaſarem, ſeu quoſcunque alios quomodolibet indebitè moleſtari. Et nihilominus quemlibet ex Balthaſare, & ſucceſſoribus prædictis, quam hujuſmodi excommunicationis ſententiam incurriſſe eis conſtituerit, quoties ſuper hoc pro parte tua fuerint requiſiti, tamdiu Dominicis, & aliis feſtivis diebus in Eccleſiis, dum major inibi multitudo populi ad Divina convenerit, excommunicatum publicè nuncient, & faciant ab aliis nunciari, ac abſ omnibus arctiùs evitari, donec tibi, vel procutatori prædicto de penſione per præſentes reſervata hujuſmodi tunc debita fuerit integrè ſatisfactum, ipſeque excommunicatus ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1625. quarto Non. Januarii, Pontificatus noſtri anno primo. *A tergo.*

52 *Anno à nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoquarto, die verò menſis Januarii 4. retroſcriptus R. D. Balthaſar Diaz per illuſtr. D. Antonium Diaz de Fonſeca Romanam Curiam ſequentem, ejus procuratorem retroſcriptæ penſionis annuæ reſervationi, ac litterarum expeditioni conſenſit, juravit, &c. Joannes Baptiſta Cennus. Regiſtrata in Camera Apoſtolica pro D. Dominico Cenno. Joannes Baptiſta Cennus.* Locus † ſigni.

53 Certum facio ego Antonius Barreiros Notarius Apoſt. approbatus ab Ordinario Curiæ Bracharenſis, & habitator hujus oppidi de Guimaraens, quod die vigeſima prima menſis Jun. 1625. in hoc oppido in via *de Sabugal*, in habitatione Rever. Balthaſaris Diaz de Fonſeca Theſaurarii majoris Eccleſiæ Collegiatæ ejuſdem oppidi, illi perſonaliter ego Notarius notificavi hoc proprium tranſumptum Bullarum Apoſtol. cujuſdam penſionis annuæ ducentorum ducatorum auri de Camera, quam Sua Sanctitas reſervavit ad favorem Doctoris Auguſtini Barboſæ reſidentis in Curia Romana, in reſignatione & dimiſſione, quam fecit de dicta Theſaraſia majori ad favorem dicti Balthaſaris Diaz de Fonſeca, & illi declaravi omnes clauſulas dictarum litterarum Apoſt. inſertarum in dicto tranſumpto, eo modo, quod ille benè intellexit, qui deinde à me requiſivit, ut illi darem copiam dicti tranſumpti, quam ei de facto dedi: & cum ab eo requirerem quare nollet ſolvere penſionem dicto Doctori Auguſtino Barboſæ, reſpondit hoc facere, quia ei illam minimè ſolvere tenebatur. Et quia fides hæc à me fuit petita per Rever. Canonicum Simonem Vaz Barboſam, ſufficientem procuratorem D. Auguſtini Barboſæ, illam ei dedi, in cujus poteſtate remanſit dictum tranſumptum, & ſubſcripſit hic qualiter illum recepit, quod totum eſt verum. In quorum fidem ſubſcripſi meo publico ſigno, quod tale eſt. *Vimaranis die* 28. *Aug.* 1625. Locus † ſigni.

54 Fidem facio ego Antonius Barreiros Notarius Apoſtol. approbatus habitans in hoc oppido Vimaranenſi, quod vigore cujuſdam declaratoriæ Apoſt. tenoris retroſcripti, declaravi excommunicatum Balthaſarem Diaz de Fonſeca Theſaurarium inſignis Collegiatæ hujus oppidi in eadem Collegiata, præſentibus aliquibus Dignitaribus, & Canonicis præbendatis, & dimidiis præbendatis, ac aliis perſonis, quod feci die quarta iſtius menſis Junii, & me refero ad acta in dicto oppido ſcripta, hac die octavo dicti menſis, anni 1626. Antonius Barreiros, Locus † ſigni

In nomine Domini. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, qualiter per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Almæ Urbis, & Sanctiſſimi D. N. Papæ generalem Auditorem, ſive ejus in civilibus Locumtenentem, ex mei Notarii publici infraſcripti officio die 19. Jan. 1626. pro Auguſtino Barboſa fuit relaxatum mandatum exequutivum contra D. Balthaſarem Diaz de Fonſeca pro ducatis ducentis auri de Camera novis debitis occaſione quorum terminorum decurſorum, & non ſolutorum, videlicet S. Joannis baptiſtæ 1625. & Epiphaniæ Domini 1626. cujuſdam annuæ penſionis ducatorum ducentorum ſimilium auctoritate Apoſtolica reſervatæ ad favorem dicti D. Auguſtini Barboſæ ſuper fructibus certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis Theſaurariæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Oliveira, oppidi de Guimaraens, Bracharenſis diœceſis: item qualiter diebus 16. & 20. Februarii 1626. pro eodem contra eundem vigore ſupradicti mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter diebus 13. & 17. Julii 1626. pro eodem contra eundem fuit relaxatum mandatum exequutivum pro ducatis centum auri de Camera novis, debitis occaſione termini S. Joannis baptiſtæ ejuſdem anni, prædictæ annuæ penſionis ducatorum decentorum ſimilium: item qualiter die 7. Auguſti ejuſdem anni 1626. vigore ſupradicti mandati pro eodem contra eundem fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 9. Januarii 1627. pro eodem contra eundem fuit relaxarum mandatum exequutivum pro ducatis centum Cameræ novis debitis occaſione termini Epiphaniæ Domini proximè præteritæ ejuſdem anni ſupradictæ annuæ penſionis ducentorum ducatorum ſimilium: item qualiter die 16. Februarii ejuſdem anni 1627. pro eodem contra eundem vigore ſuprà proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 17. Novembris 1627 pro eodem contra eundem fuit relaxarum mandatum exequutivum pro ducatis centum auri de Camera novis debitis occaſione termini S. Joannis baptiſtæ proximè præteriti ejuſdem anni, ſupradictæ penſionis annuæ ducentorum ducatorum ſimilium: item qualiter die prima Decemb. 1627 pro eodem contra eundem vigore ſuprà proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones. Item qualiter die 29. Januarii 1630 pro eodem contra eundem fuit relaxarum mandatum exequutivum pro ducatis quingentis auri de Camera novis, & debitis occaſione quinque terminorum dictæ annuæ penſionis ducatorum ducentorum ſimilium, videlicet Epiphaniæ Domini, & S. Joannis baptiſtæ 1628. & Epiphaniæ Domini, ac S. Joannis Baptiſtæ 1629. & Epiphaniæ 1630. Item qualiter die 15. Februarii 1630. pro eodem contra eundem vigore ſupra proximi mandati fuerunt relaxatæ litteræ declaratoriæ, & cedulones, citato priùs ad omnia D. Thoma Luriolo dicti D. Balthaſaris Diaz procuratore, & pro potiori cautela eodem D. Balthaſare citato per audientiam contradictarum S. D. N. Papæ, ut moris eſt, *ſervatis ſervandis*, & aliàs latiùs, prout in actis meis, ad quæ, &c. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 19. Februarii 1630. Locus † ſigni. 54

Ita est. Cæsar Columna, Curiæ causarum Camera Apostolicæ Notarius.

In Dei nomine. Amen. Omnibus visuris præsentem fidem datam in complementum mandati supradicti Rever. Licentiati Pauli Vellosi scholastici in Sancta Sede hujus civitatis, Judicis exequutoris Bullatorum in petitione suprà proxima contentorum, fidem facio ego Dominicus de Aguiar Notarius Apost. approbatus in hac civitate Bracharensi, & scriba actorum, quæ continentur in dicta petitione, qualiter veritas est, quod in dictis actis Rever. Balthasar Diaz de Fonseca Thesaurarius major Collegiatæ Ecclesiæ oppidi de Guimaraens Bracharensis Diœcesis, venit cum una additione, & quibusdam exceptionibus cum quibus in illis jam venerat, cujus additionis tenor talis est qui sequitur de verbo ad verbum. Addendo materiæ suarum exceptionum, dicit excipiens. Probabit ille excipiens *quod non consensit pensioni*, quam prætendit Doctor Augustinus Barbosa super Thesauraria illius excipientis, nec ad illam dedit aliquod mandatum procuræ, prout de jure requiritur, & ideò non tenetur reformare cedulam banchariam, quam ille prætendit; quia non existente pensione, non subsistit cedula bancharia. Probabit, quod dato, & non concesso, quod Romæ aliqua persona consensum præstitisset dictæ pensioni, aut eam solvisset aut pro illa dedisset cautionem banchariam, non poterat præjudicare illi excipienti; sine suo mandato procuræ ad hoc specialiter dato. Igitur dicta pensio est nulla, & non potest per assertum Breve illius procedi contra ipsum excipientem, dummodo contrarium non constiterit, & ita non est obligatus dare banchariam. Probabit, quod ille excipiens est minor viginti annorum, & læsus in oblatione, quam fecit, se prorsus ignorante, illius quod in veritate erat, & ob ipsam causam non tenetur solvere terminum, qui petitur, eo quòd nunquam consensit dictæ pensioni, de qua agitur, & ita non est obligatus dare cautionem banchariam, quæ prætenditur in termino limitato, quia est nulliter constituta pensio, de qua agitur, sine suo mandato procuræ ad illi consentiendum: ideò petitur suprà recipi, & complementum justitiæ omni meliori juris modo, &c. cum expensis. Quod totum constat ex dictis actis, & additione, quæ remanent in mea potestate, ad quæ me refero, & cum quibus ac Notario mecum infrà sub scripto feci, & est in veritate absque re, quæ dubium faciat. In quorum fidem & testimonium subscripsi meo publico signo hac die 22. mensis Augusti 1625. Locus † signi, mecũ Not. Apost. Benedictus Correa

56 Serenissimo, Potentissimo, atque Catholico Principi, & D. D. Philippo ab Austria divinâ favente clementiâ Castellæ, Legionis, Aragonum, utriusque Siciliæ, Neapolis, & Portugaliæ, ac Hierusalem Regi, aliorumque Dominiorum vestrorum fœlicis prosperitatis augmentum, nec non Illustriss. & Rererendissimo D. Collectori Apost. in Regno Portugaliæ residenti, ac Reverendissimis, & Ven. in Christo Patribus, & Dominis Archiepiscopis, & Episcopis Archiepiscopatui Bracharensi vicinioribus, eorumque, & cujuslibet ipsorum Vicariis, seu Officialibus generalibus, Curiæque causarum Cam. Apost. generali Auditori, ejusque Viceauditoribus, seu Locumtenenti, universis quoque & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscunque ubicunque constitutis, & eorum cuilibet insolidum, necnon Illustribus Principibus, & DD. Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescallis, Castellanis, cæterisque Justitiæ Ministris, & eorum cuilibet insolidum. Universis quoque & singulis DD. Thesauriæ hujusmodi, de qua agitur, & infrà mentio fiet, fructuum, redditui, proventuum possessoribus, detentoribus, arrendatoribus, redditu ariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis, decimatoribus, pensionariis, censuariis, receptoribus, debitoribus, necnon D. Balthasari Diaz à Fonseca ex adverso principali, ac Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliveita oppidi de Guimaraens, Bracharensis diœcesis, omnibusque aliis, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, & quacunque præfulgeant dignitate Philippus Pirovanus I. V. D. Sanctiss. D. N. Papæ Capellanus, & ipsius Sacri Palatii Apostolici causarum, causæque & causis, ac partibus infrascriptis Auditor, & Judex Commissarius ab eodem S. D. N. Papa specialiter, atque expresse deputatus, salutem in Domino, & nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod aliàs sub die 11. Octobris 1625. fuit nobis pro parte D. Balthasaris Diaz de Fonseca per unum ex S. D. N. Papæ Cursoribus præsentata quædam Commissionis cedula ad instantiã illius in plena Signatura Justitiæ contra D. Augustinum Barbosam citatum, & intimarum obtenta, partibus utrisque auditis, tenoris sequentis, videlicet: *Beatissime Pater. Dignetur S. V. causam & causas appellationis, & appellationum intra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à quadam prætensa diffinitiva sententia, seu prætenso decreto vim diffinitivæ habente, ut dicitur, lato, & promulgato per R. P. D. Bichium vigore assertæ obligationis ad assertum favorem Augustini Barbosæ adversarii, & contra devotum S. V. oratorem Balthasarem Diaz de Fonseca, de & super prætensa renovatione cedulæ banchariæ de solvendis per sexennium ducatis 200. auri de Camera, ac prætensa solutione ducat. 900. unà cum aliis pecuniis, rebusque aliis, &c. nullitatisque & nullitatum, & injustitia dicta prætensæ, seu prætensi decreti quomodolibet habit. & fact. attentatorumque & innovatorum quorumcunque, necnon quam, & quas Orator habet. & movet, habereque & movere vult, & intendit contra dictum Augustinum Barbosam adversarium, omnesque alios, &c. alicui ex vestri Sacri Pal. Apostolici causarum Auditori, seu Locumtenenti, summariè, &c. & prout in causis beneficialibus procedi consuevit, audien. cognosc. decid. fineque debito termin. committere, & mandare, cum incidentibus, &c. & cum potestate dictum adversarium, omnesque alios in Curia, & extrà citandi, illique, ac quibus, & quoties opus fuerit, inhib. etiam sub censuris, &c. præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstan. quibuscunque statutis, &c. pro plenè, & sufficienter expressis hab. &c. Vel si magis placet, alicui ex Sacri vestri Palatii causarum Auditori, seu Locumtenenti, qui procedat quoad revocationem cedulæ cum clausula, si quid exequendum, in reliquis sine præjudicio legitimæ exequutionis.* D. mandato,

D. N.

D. N. Papæ audit Magiſter Philippus, ut in ſecunda parte petitur, & juſtitiam faciat. Placet D. N. PP. de ſecunda parte LI Anton. Virilis. Cujus quidem commiſſionis vigore, Nos in cauſa, & cauſis hujuſmodi, & inter partes in illa contentas, ſeu veriùs illarum procuratores procedentes à Nobis pro parte, & ad inſtantiam dicti D. Balthaſaris Diaz de Fonſeca principalis, & pro eo ad inſtantiam D. Thomæ Lutioli ejus procuratoris, de quo in actis, fuit D. Auguſtinus Barboſa principaliter citatus, & inhibitus, & poſteà ad ejuſdem D. Balthaſaris, ſive ejus procuratoris, ut ſuprà, inſtantiam emanarunt ad partes quædam litteræ inhibitoriæ, quæ cùm inibi impedire poſſent exequutionem declaratoriarum, ſequeſtrorum, aliorumque mandatorum relaxatorum ab A. C. ſive R. P. D. Bichio illius in civilibus Locumtenente, pro terminis penſionis decurſæ, & non ſolutæ à Nobis inſtante D. Auguſtino Barboſa principali, fuerunt declarata ſtare, & inteliigi debere conceſſa quoad renovationem cedulæ bancariæ, cum clauſula, *ſi quid exequendum, & quoad reliqua ſine præjudicio legitimæ exequutionis*; & poſtea præfixo dicto D. Balthaſari Diaz de Fonſeca, ex adverſo principali termino ad tranſportandum acta facta in Curia A. C. ad Tribunal Sacræ Rotæ, prout ſtante ejus appellatione facere tenebatur, dictoque termino elapſo, & eis non tranſportatis, ſcaldem litteras inhibitorias in omnibus, & per omnia (ad hoc tamen priùs citato D. Thoma Lutiolo ex adverſo procuratore) moderari fulmus, & revocavimus, juxta tamen formam, & tenorem cujuſpiam reſcripti, ſive commiſſionis ſpecialis nobis deſuper factæ, & præ-
57 ſentatæ, tenoris ſequentis? videlicet. *Beatiſſime Pater, Cùm alias devotus S. V. Orator Auguſtinus Barboſa coram A. C. ſive ejus in civilibus Locumtenente A. Bichio agitaſſet contra Balthaſarē Diaz de Fonſeca aſſertum Theſaurarium Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Olveira, oppidi de Guimaraens Bracharenſis diœceſis, ſuper ſolutione cujuſdam penſionis ſuper dicta Theſauraria ad favorem Oratoris auctoritate Apoſtolica reſervata, ac renovatione cedulæ bancheriæ ſexennalis, rebuſque aliis in actis Curiæ, & cauſarum hujuſmodi deductis, obtinuit ad ſuum favorem ſententiam diffinitivam, à qua adverſarius appellavit. & in Signatura plena obtinuit cauſam committi R. P. D. Pirovano, cum clauſula, ſi quid exequendum, quoad renovationem cedulæ bancheriæ, quoad reliqua verò ſine præjudicio legitimæ exequutionis. Verùm quia, Pater ſancte, adverſarius dicta commiſſionis obtinuit citationem cum inhibitione, & adhuc per biennium in circa nihil aliud in cauſa facere curavit. Ideo S. V. humiliter ſupplicat, quatenus dignetur eidem R. P. D. Pirovano committere, & mandare, ut præfixo adverſarii unico brevi, & peremptorio termino ad tranſportandum integra acta, quo elapſo, & dictis actis non tranſportatis, & non productis, ſuam moderetur inhibitionem, iis verò tranſportatis, & præfixo alio brevi, unico, & peremptorio termino ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſequutione, necnon de cauſis reſtitutionis in integrum, &c. quo elapſo, & nihil quod relevet docto, conſtito de re judicata, ſeu quod aliàs exequutioni de jure locus ſit, ſententiam prædictā exequatur, expenſaſque in hac cauſa legitimè factas, & in quibus pars adverſa condemnata reperitur, vel condemnanda venerit, taxet, & moderetur, & tam pro iis, quam aliis in ſententiis contentis litteras exequutoriales, & mandata quæcunque neceſſaria, & opportuna, prout juris fuerit, decernat, relaxet, & exequatur, cum poteſtate citandi & inhibendi etiam per edicta publica, ſub cenſuris, & pœnis, aliiſque prout miſſis: non obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium quibuſcunque, ſtatum, & merita cauſæ, & cauſarum hujuſmodi pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, &c. Demandato D. N. PP. iidem Auditor terminum præfigat. procedat ut petitur, & juſtitiam faciat. Placet D. N. PP. L.* Qua cauſa ſic coram Nobis indeciſa pendente, idem S. D. N. PP. aliam commiſſionem nobis præſentari fecit tenoris ſequentis, videlicet: *Beatiſſime Pater, devotus S. V. Orator Auguſtinus Barboſa obtinuit ab A. C. mandatum exequutivum pro ſolutione cujuſdam pecuniariæ ſummæ, ac renovatione cedulæ Bancheriæ annuæ penſionis duc. 100. auri de Camera, aliàs auctoritate Apoſtolicâ ſibi reſervatæ ſuper fructibus certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis Theſaurariæ Collegiatæ Eccleſiæ C. Mariæ de Oliveira oppidi de Guimaraens, Brach. diœceſis, contra Balthaſarem Diaz de Fonſeca modernum Theſaurarium. Cæterùm appellante dicti Balthaſaris procuratore, & cauſâ in Rota commiſſâ R. P. D. Pirovano, & nunc in gradu appellationis hujuſmodi indeciſâ pendente, quia idem Balthaſar continuat in ſua contumacia, & proterva denegatione de ſolvendo dictam penſionē, & renovando cedulam, inde aperta eſt via regreſſui, & acceſſui ad favorem Oratoris in litteris Apoſtolicis reſervatis, & veretur idem Orator ne in proſequutione hujus judicii cogatur pertes ſententias conformes defatigari. ideo S. V. humillimè ſupplicat, quatenus dignetur committere, & mandare eidem D. Pirovano, ut in cauſa, & cauſis emergentis quaſtionis ſuper regreſſu, & acceſſu hujuſmodi, & illius canonizatione procedat omni, & quacunque appellatione remota, cum poteſtate tā dictum adverſarium quàm omnes quoſvis alios, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, tam in Curia quam exita, citandi, necnon inhibendi etiam ſub cenſuris, & pœnis, &c. inobedientiſque & rebelles eaſdem cenſuras incurriſſe declarandi, aggravandi, reaggravandi interdictumque ponendi, ſervatâ formâ Concilii Tridentini, imploratio, ſi opus fuerit auxilio brahii ſecularis, ca eraque faciendi, &c. neceſſaria, & opportuna. Præmiſſis, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis, quorum tenores, &c. non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis &c. pro plenè & ſufficienter expreſſis. hab. De mandato D. N. PP. idem Auditor procedat, omni & quacunque appellatione remotâ, ut petitur, & juſticiam faciat.* Placet M. Poſt hujus quidem commiſſione præſentationem ulteriùs procedentes, cauſaque juſmodi per nos diligenter ac maturè diſcuſsâ illaque in plena Rota, ut moris eſt, propoſitâ, ibique acerrimè ventilatâ, & diſcuſsâ, prævià deciſione fuit reſolutum, locum eſſe ingreſſui, & acceſſui ad Theſaurariam prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ, de qua agitur, ob non ſolutam penſionem per Balthaſarem Diaz anniverſariam dicto D. Auguſtino Barboſæ, & illius validitatem impugnatam, juxta tenorem litterarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum, & conſenſum ab eodem Balthaſare præſtitum, & ſic dictum D. Auguſtinum Barboſam Principalem in illius poſſeſſionem eſſe immittendum, introducendum, immiſſumque & poſitum manutenendum; interim verò comparuit in judicio coram Nobis idem D. Auguſtinus Barboſa principalis, prævia citatione perſonaliter exequutâ, prout in actis ſcipſum D. Auguſtinum plenum in poſſeſſione dictæ Theſaurariæ immitti, imponi, & induci, ac manuteneri mandari, mandatumque de immittendo, imponendo ac manutenendo deſuper neceſſarium, & opportunum, omni meliori juris modo

Biblioteca de Ciencies Socials

& formâ sibi decerni, & concedi per Nos, debita cum instantia postulavit. Nos tunc Philippus Pirovanus Auditor, & Judex Commissarius supradictus, necnon exequutor unicus ad infrascripta specialiter deputatus, attendentes postulationem hujusmodi foro justam, idcircò Apostolica auctoritate nobis commissâ, & quâ fungimur in hac parte, de DD. Coauditorum nostrorum consilio, & assensu, quibus de præmissis relationem plenariam fecimus, & fidem, prævia citatione superiùs, ut præmittitur, principaliter prout in actis exequutâ, ac prævio examine dicti D. Augustini Barbosæ principalis ad Thesaurariam hujusmodi de mandato nostro ab examinatoribus in Urbe deputatis, à quibus fuit idoneus repertus, ut nobis per fidem Secretarii Illustrissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Vicatii, penes acta Notarii causæ existentem, constare fecit, eundem D. Augustinum Barbosam principalem instantem, & petentem, in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Thesaurariæ juriumque & pertinentiarum illius, & connexorum, & annexorum immittendum, introducendum, & imponendum esse duximus, & mandavimus, prout imponimus, introducimus, & immittimus, immissumque & impositum manuteneri, & conservari mandamus omnibus juris, & facti remediis, immittique, induci, & imponi, ac manuteneri, & conservari respectivè mandamus per præsentes has nostras litteras, desuper decernendo, & concedendo opportunas. Quæ omnia & singula præmissa Vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur, & vestrûm cuilibet insolidum tenore præsentium intimamus, & notificamus, & ad vestram, & cujuslibet vestrûm notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, vobisque ac vestrûm cuilibet insolidum tenore præsentium in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicationis pœna (suâ Majestate Catholicâ, Collectore, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Capitulo prædictis tantùm exceptis) committimus, & mandamus, quatenus statim, & quoties pro parte dicti Augustini principalis, sive illius procuratoris fueritis requisiti, seu vestrûm aliquis fuerit requisitus, eundem D. Augustinum Barbosam principalem, vel procuratorem suum pro eo, & ejus nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Thesaurariæ Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ de Oliveira oppidi de Guimaraens, Bracharensis diœcesis, juriumque ac pertinentiarum illius, annexorum, & connexorum immittatis, introducatis, & imponatis, ac quilibet vestrûm qui desuper requisitus fuerit, imponat, introducat, & immittat, immissumque, introductum, ac impositum manuteneatis, tueamini, ac defendatis, & vestrûm quilibet manuteneat, tueatur, & defendat, amoto exinde, ejecto, & expulso dicto D. Balthasare Diaz de Fonseca ex adverso principali, ac aliis quibuscunque occupatoribus, quos Nos amovemus, ac amotos denunciamus per præsentes, faciatisque, & vestrûm quilibet faciat eidem D. Augustino Barbosæ principali, vel ejus procuratori pro eo, ac ejus nomine de omnibus, & singulis dictæ Thesaurariæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, ac emolumentis universis realiter, & cum effectu integraliter responderi, nec permittatis, seu vestrûm aliquis permittat eundem D. Augustinum principalem, vel procuratorem de & super præmissis aliqualiter molestari, perturbari, vel inquietari, seu quomodolibet impediri, inhibeatisque, & vestrûm quilibet, qui super hoc requisitus fuerit, inhibeat dicto D. Balthasari Diaz de Fonseca ex adverso principali, ac Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ, omnibusque aliis, & singulis, quibus opus fuerit, etiam sub excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, ac mille ducatorum auri de Camera pœnis, quibus nos etiam, & eorum cuilibet tenore præsentium sic inhibemus, ne ipsi, seu eorum aliquis eundem D. Augustinum Barbosam principalem prædictum, vel procuratorem suum pro eo, & ejus nomine, de & super præmissis quoquo modo, etiam quovis quæsito colore, prætextu, causa, occasione vel ingenio molestare, perturbare, inquietare, seu quomodolibet impedire audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat: quod si secus factum fuerit, id totum revocare, ac in statum pristinum reducere, ac ad pœnarum, & censurarum prædictarum exequutionem procedere curabimus, justitiâ mediante (suam Catholicam Majestatem Collectorem Apostolicum prædictos, quia illos nostris censuris ligari nolumus, ad præmissorum exequutionem efficaciter adimplendam in Domino benignè hortantes) Archiepiscopi verò ac Episcopi, & Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ sub interdicto ingressus Ecclesiæ tantùm; cæteri verò prædicti præmissa omnia, & singula sub dicta excommunicationis pœna exequantur, ac liberè, & licitè exequutioni debitæ demandent, super quibus omnibus, & singulis supradictis, & quibus præsentes nostræ litteræ dirigiuntur, licentiam, & facultatem plenariam concedimus, & elargimur per præsentes. Absolutionem verò omnium, ac singulorum præmissorum Nobis, vel Superiori nostro tantùm reservamus. In quorum omnium, ac singulorum fidem, & testimonium præmissorum has præsentes exinde fieri, & per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, ac publicari mandavimus, sigillique nostri, vel Coauditorum nostrorum justimus, & fecimus appensione muniri. Datum & actum Romæ in Monasterio B. Mariæ de Pace, in quo jura reddi solent, & causæ partium audiri consuevêrunt, horâ audientiæ causarum consuetâ, pro Tribunali sedentes, sub anno à Nativitate D.N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo, indictione decimatertia, die verò octavo mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Urbani divina providentia Papæ Octavi, anno ejus septimo præsentibus ibidem discretis Viris DD. Cleascho Buscho, & Horatio de Marchis Sacri Palatii Apostolici causarum Rotæ Notariis, scriptisque nostris, testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis.

Et ego Archangelius Baronus Romanus Sacri Palatii Apostolici causarum, & hujusmodi causæ Notarius, de præmissis rogatus præsens Instrumentum duplicatum subscripsi, signavi, & publicavi requisitus. Locus † signi, & sigilli. 53

Decisio autem Rotalis coram R.P.D. Pirovano, canonizatoria ingressus, & accessus, cujus vigore emanavit mandatum supradictum, est qua sequitur.

R. P. D.

R. P. D. Pirovano Bracharensis Thesauraria Veneris 22. Junii 1629.

Responderunt Domini, *locum esse ingressui, & accessui ad Thesaurariã Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ de Oliveira, ob non solutam pensionem per Balthasarem Diaz de Fonseca D. Augustino Barbosæ, juxta tenorem litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, & consensum ab eodem Balthasare præstitum.*

59

Cesserat D. Augustinus barbosa Thesauriariam hujusmodi, de qua à Sede Apostolica provisus fuerat, & antequam possessionem illius apprehenderet, ad favorem supradicti balthasaris sub reservatione annuæ pensionis Ducatorum ducentorum auri de Camera, & cum Decreto, *quod cessante Balthasare, vel deficiente solvere pensionem hujusmodi, aut petente illam annullari, vel ad minorem quantitatem reduci, aut dicente, seu allegante ex quavis causa eam esse nullam, aut malè, & nulliter assignatam liceat ipsi D. Augustino ad Thesauriariam prædictam liberum habere accessum, & ingressum, illiusque actualem, & corporalem possessionem apprehendere.* & cùm idem balthasar cessaverit in solutione pensionis per triennium, & ultra, passusque fuerit censuras & adhuc illas sustineat, pensionisque validitatem impugnaverit, inde patet conditiones verificari, & decreto pro exequutione accessus, & ingressus locum fore. Verall. *decis.* 247. *part.* 1. & *decis.* 313. *part.* 2. Achill. *dec.* 1. *n.* 5. *de jurefur.* Paris. *de resign. lib.* 6. *quæst.* 3. *num.* 7. Rot. *dec.* 631. *n.* 1. *part.* 1. & *dec.* 268. *p.* 2 *rec.* & *in Cremonensi pensionis super regressu*, 23. *Junii* 1623. *coram bonæ memoriæ Ubaldo.*

60

Non obstat, quod Rota non solet admittere hujusmodi accessum, & ingressum, nisi concurrat nimia protervia in denegante solutiones, aut aliter resistente. Quia de magna protervia constat nedum ex eo, quod per triennium, & ultrà differt solvere pensionem, sed multò magis, quia declaratas censuras sustinet, & surdà aure pertranssit per menses, & annos, quæ sine pertinacia, & protervia admitti non possunt, ut declarat idem Paris. *cad. q.* 3. *n.* 14.

61

Quibus accedunt recursus ad Judices laicos qui etsi probentur solummodò facti per Antonium fratrem balthasaris, ratione tamen conjunctionis sanguinis, & uti solitus fuscipere mandata fratris, postquam illi uti procurator litteras hujus dignitatis expedivit, & consensum præstitit, præsumitur recurrisse ad instantiam fratris interesse habentis. Rot. *dec.* 529. *num.* 4. *part.* 1. *dec.* 491. *n.* 6. *part.* 2. *recent.* & *in Romana legati, seu denegationis audientia*, 15. *Januarii* 1620. & *in Placentina castanearum*, 10. *Martii* 1621. *coram bonæ memoriæ Buratto.*

62

Nec vin facit, quod prædictæ præsumptioni locus esse videatur ad effectum tantummodò denegandi audientiam. Bart. *in l. fin. num.* 3. *ff. de quæst.* Rot. *in Cordubensi Archidiaconatus de Castro*, 27. *Octobris* 1606. *coram bonæ memoriæ Card. Sacrato*, & *in Ianuensi census*, 10 *Januarii* 1614. *coram me*: non autem ad probandam pertinaciam, aut contraventionem.

63

Quia ut respondeatur, pro accessu, & ingressu multùm relevat hæc præsumptio, ut inde probatum dicatur & litem excitasse, & damnabiliter contra Canones recurrendo ad judices laicos jurisdictione carentes, ex quibus juxta formam Decreti litterarum intrat resolutio tituli ejusdem Balthasaris, pro cujus defensione non est audiendus, sequendo eandem conclusionem suprà firmatam: ea concessa nihilominus non relevaret, ex quo nullitas deducta in partibus ob defectum mandati in fratre ad consentiendum pensioni, vana est, & irrelevans redditur, quia Decretum prohibet hanc exceptionem, & contra allegantem dat accessum, & ingressum, & ex facto tollitur, quia de mandato constat, & Balthasar acceptando provisionem, & solvendo primos terminos formaliter, dicitur omnibus in litteris contentis consensisse. Put. *decis.* 359. *lib.* 2. *in correct.* Et ita fuit resolutum, &c. hactenus Rota, quæ decisio reperitur impressa *tom.* 5. *recentior. decis.* 311, *Venetiis* 1636.

64

Verùm ne supradictum mandatum de immittendo, & manutenendo respectivè Balthasari, ut requirebatur, intimaretur, ipsemet balthasar recursum habuit ad Judicem Coronæ Regiæ, & obtinuit intimari omnibus & quibuscumque Notariis, & consanguineis ac procuratoribus meis sub pœnis amissionis naturalitatis, & aliis arbitrio dicti Judicis imponendis, ne auderent quodcunque mandatum Rotale exequutioni demandare contra' dictum balthasarem; unde nullum invenire potui, qui rigoroso mandato, licèt injustè & nulliter prolato, contravenire veller.

65

Quare ad S. Rotam recurrere coactus sum docens per testes examinatos in Curia, & per instrumenta de partibus, omnia suptadicta vera esse, & constare de non tuto accessu, ac proinde obtinui procedendum in hac causa per edictum: & factâ legitimâ litterarum intimatione in Curia, & in duobus locis Ecclesiasticæ temporali ditioni vicinioribus, & servatis omnibus de jure & consuetudine servari solitis, instiiti pro declaratoria, ut in sequenti Juris allegatione.

66

Danda est declaratoria contra balthasarem Diaz de Fonseca, de cujus renitentia in parendo mandato de immittendo ad meum favorem in exequutionem litterarum Apostolicarum per Rotam relaxato, constat ex eo, quia ipse habitâ illius notitiâ illicò ad procuratorem, & Judicem Regiæ Coronæ recursum habuit, & obtinuit suo nomine mihi in specie mandari, & fratri meo germano Simoni Vaz barbosa Canonico, ac omnibus, & quibuscumque Notariis per eundem Balthasarem nominandis sub gravissimis pœnis, ac amissione naturalitatis è Regno, ne mandatum illud Rotale, aut quæscunque alias Sacra Rotæ sententias faciant exequutioni demandari contra dictum Balthasarem: quod omnibus tam magnum metum injecit, ut etiam chari, & consanguinei mei ab hac intimatione facienda se penitus abstinerent: quare cùm mediante provisione hujusmodi ad instantiam dicti balthasaris emanatâ, & sic culpâ, & facto ejus non potuerit dictum mandatum intimari, nec reproduci, in ejus odium tanquam impedientis dictam iutimationem, & reproductionem, debet haberi pro intimato, & reproducto ut in puncto censuit Rota *in Astoricensi Parochialis*. 1. *Iulii* 1619. *coram bon. mem. Buratto*, inter ejus impressas *dec.* 416. Prout impediens citari habetur pro legitimè citato, *c. quoniam frequenter*, §. *porrò, ut lite non contest.* Tiraq. *in tr. Res inter alios acta, vers. limita duodecimo*, Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 106. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 66. *num.* 32. quando enim per alium stat quominus quid fiat, id utique pro facto habetur

67

betur in ipsius præjudicium. Tiraquell. *de retract. lig* §. 1 *glos.* 10. *n.* 9.

70 Quantò magis dubitari non potest de legitima dicti mandati intimatione, quamvis per edictum facta; quia concurrunt omnia ad sustinendum actum de jure requisita, nempe jurisdictio, causa, & ordo judiciarius. Jurisdictio est patens, quia vigòre particularis rescripti manu Sanctissimi signati concessum fuit, ut produci posset per edictum, constito de non tuto accessu; quod reperitur insertum in mandato de immittendo suprà, *num.* 56. Causæ non desunt, quæ justificant non tutum accessum: tum quia Balthasar solitus est recurrere ad Judices laicos pro impediendo processu; & plures testes in Curia examinati firmiter deponunt, constare de non tuto accessu, reputantes difficile ac penè impossibile invenire hominem, qui vellet intimationes hujusmodi facere, propter pœnas in Regiis præceptis, & constitutionibus impositas, ut quis non audeat mandata intimare: quod sufficere visum fuit in decisionibus *Ianuensi census*, 10. *Ianuarii* 1614. *coram R. P. D. meo Pirovano*, & *Ianuensi separationis thori*, 8. *Martii* 1617. *coram Reverend. C. meo Coccino Decano*. Ordo etiam de Jure requisitus sufficienter fuit servatus quia originales citationes probantur ex fide Cursoris & Notariorum affixæ in locis solitis in Curia, & in aliis duobus locis temporali dctitioni Ecclesiæ vicinioribus, in valvis earum respectivè majoris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copiæ dimissæ. Quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda, & sequuta est Rota *in d. Ianuensi separationis thori*. Unde cùm constet de hac legitima dicti mandati intimatione, & servati fuerint quatuor termini ad docendum de paritione juxta stylum hujus Tribunalis, & illi jam elapsi sint, remanet probata negativa paritionis. Vestr. *in praxi*, *lib.* 8. *cap. ult. n.* 19. & ex illa desumitur contumacia, ac proinde per illam censuræ relaxandæ, *c.* 1. *in fine. ut lite non contest.* Mohedan. *decis.* 1. *de sent. excom.*

71 Apponendum est etiam sequestrum, quia constat de meo bono jure ex decisione in hac causa facta sub die 22. Junii 1626. coram R. P. D. meo Pirovano, cujus vigore dictum mandatum mihi Rota concessit die 8. Martii 1630. unde intrat appositio sequestri. Rota *dec.* 326. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* tum etiam propter recursum ad Judices laicos. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 25. & 36. ubi plures Rotæ decisiones citat: tum denique, quia ob hujusmodi recursus, & manifestam Balthasaris dilapidationem, & debitum magnæ pecuniarum summæ ex pluribus terminis pensionum decursarum, & non solutarum, ac ex longa intrusione, & sua magna pertinacia in non solvendo contra eum exequutio commodè fieri non poterit, & difficilis redderur fructuum recuperatio, ad notata per Gonzal. *d.* §. 7. *n.* 34. & per Rotam *dec.* 13. *n.* 3. *cum seqq. part.* 3. *divers.* & *dec.* 136. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* Hactenus allegatio Juris. Verùm quia adhuc instabat Balthasar, ne extraheretur extra Regnum & compelleretur Romæ respondere, fuit omnibus pro sua parte adductis satis superque responsum, ut sequitur.

72 Nullitates autem ex adversa adductæ non merebantur responsionem, sed ne quid intactum relinquatur, & omne prorsus dubium in futurum tollatur, ne amplius ambigendi locus fiat, breviter respondebitur. & in primis ad illud, quod nullo modo Balthasar poterat se subjicere jurisdictioni, & compulsioni Auditoris Cameræ, renuntiando foro sui Judicis sui domiciliarii sine consensu proprii Ordinarii, juxta caput 1. & caput *significasti, de foro compet.* facillimè satisfit dicendo, jura illa loqui de Clericis prorogantibus jurisdictionem in Judicem non suum ex vi tantùm formalis consensus: nostro autem casu jurisdictio competit non ex nuda voluntate partium, sed potiùs ex dispositione Juris, quod dictat quem ratione contractus forum sortiri in loco ubi contraxit, *l. hæres absens*, 73
§. *proinde. ff. de judic. c. ult. de foro comp.* Sicut etiam 74
delinquentes forum sortiuntur in loco delicti, non ex privato ipsorum consensu, sed à lege ipsa, & jure communi, ut resolvit Franc. Molin. *de brachio Regio*, *lib.* 3. *quæst.* 40. *num.* 32. Et quanvis Doctores id communiter intelligant, si contrahens in loco contractus reperiatur, per caput *Romana*, §. *contrahentes, de foro comp. lib.* 6. tamen quia Balthasar Romæ contraxit, ibique se obligavit solvere pensionem certo tempore apud Auditoris Cameræ Tribunal, præstito juramento se responsurum promittendo, & expressè proprii fori domicilio renuntiando, ut in obligatione impressa; ideo licèt in loco contractus (Romæ scilicet) non inveniatur, poterit Auditor Cameræ contra eum absentem juxta formam suæ obligationis procedere, quoties de promissa solutione tractabitur, juxta Glossam 2. *in l.* 1. *ff. si quis in jus vocatus*, quam celebratissimam dicit Cov. *pract. c.* 19. *n.* 5. *in princip.* & Guttier. *de jurament. confirm. part.* 3. *cap.* 16. *n.* 4. & 5. sequitur D. Barbosa *in l.* 1. *ff. de judic. art.* 3. *num.* 224. quod antè dixerat Dec. *in cap.* 1. *n.* 65. *de judic.* & ibi Alciat. *num.* 33. Alex. *cons.* 39. *num.* 4. *lib.* 7. in puncto de Clerico, qui si solvere promi- 75
serit, in eum locum remittendus est, etsi de non sui Judicis, & Episcopi id fecerit consensu: tradunt Rip. *in d. cap.* 1. *num.* 68. Cov. *dicto cap.* 10. *num.* 5. *vers.* 9. Franc. Molin. *d. tract. c.* 28. *num.* 14. novissimè Carleval. *de judic. & foro comp. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 8. *sect.* 2. *num.* 1083. ubi eandem resolutionem firmat etiam in Clerico, qui contrahendo, vel delinquendo sine superioris sui consensu sortitur forum judicis loci contractus: idem tenent in propriis terminis Caroc. *decis.* 52. *n.* 24. Sigism. Scacc. *de sentent. & re judic. glos.* 7. *quæst.* 3. *limit.* 1. *num.* 44. *cum seqq.* Mar. Cutel. *eleganter in Codice legum Sicular. ad leg. Petri I I. notab.* 7. *num.* 6. *cum seqq. pag.* 209. *cum seqq.* Idem Carleval. *d. tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 8. *sect.* 6. *n.* 1252. *pag.* 514. ibi: *Amplianda autem est hæc resolutio, ut procedat etiamsi Clericus contrahens extra locum domicilii, renunciaverit foro sine sui Superioris licentia; nam ex vi hujus renunciationis remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum loci contractus, ut suprà tetigi num.* 103. *& docuit Barbos. in d. l.* 1. *art.* 3. *n.* 223. *quem sequutus est Capiblanc. in pragm.* 8. *part.* 3. *n.* 143. *de Baronibus. Ratio, est, quia renunciatio ista non dat forum, sed corroborat forum contractus à Iure constitutum in d. cap. dilecti, de foro comp. &c.* Et quod ratione celebrati contra- 76
ctus, vel delicti commissi possit quis in prima instantia cognoscere, quamvis non sit loci Ordinarius, refert à sacra Congreg. decisum Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 1. *n.* 75. quia Conc. Trid 77
sess. 24. *de reform. c.* 20. non sustulit modos legitimos, quibus qui ex Juris dispositione sortitur forum. Refero ego ipse *de officio*, & *potest. Episcopi p.* 3. *alleg* 81. *n.* 14.

Nec diffitetur Ordin. Regia Lusitana *lib.* 3. *tit.* 5. 78
§. 2. *& tit.* 11. §. 1. dum disponit, quod si quis promisit solvere, vel respondere in certo loco, ut in casu nostro

nostro, potest in eo conveniri, licèt ibi non reperiatur, & etiamsi habeat privilegium non respondendi, nisi coram certo Judice, prout eam refert D. Barbos. *in l. heres absens.* § 1. *n.* 51. *ff. de judic.* quæ desumpta videtur *ex c. dilecti, de foro compet.* Nec id negat alia Ordin. *lib.* 2. *tit.* 1 § 4. quatenus non patitur, ut in præjudicium jurisdictionis Regiæ fiat prorogatio in alienum Principem, quia disponit inter laicos, & quamvis vi alicujus privilegii generaliter dispositum esset, nec restrictè, ut loquitur, esset intelligenda, adhuc nihil obstaret: tum quia respectu Clericorum non dicitur Papa alienus Princeps, cùm sit Ordinarius Ordinariorum & habeat pro diœcesi totum Orbem, *cap. cuncta per mundum, cap. per principalem, 9. q.* 3. tum etiam quia hoc immediatè nnn procederet ex voluntate Clerici, sed potiùs ex dispositione juris, quod jubet partes etiam invitas respondere in loco in quo contraxerunt, *dict. cap. Romana*, §. *contrahentes*

79 D. Barbos. *d. art.* 3 *n.* 22. nam hæc prorogatio Judicis non fit solùm ex consensu ipsius contrahentis, sed à lege, ejusque auctoritate inducitur. Textus elegans *in d. c. dilecti, de foro compet.* Rip. *in d. c.* 1.

80 *n.* 67. Covatr. *d. n.* 5. *vers. nonò*, & sic quod in contractu celebrato extra Regnum possit fieri prorogatio in Judicem contractus, quamvis in extraneum jurisdictionem non habeat, per doctrinam Panor. *in d. c. dilecti, num.* 4. resolvit D. Barbosa *d. art.* 3. *num.* 172.

81 Fallitur igitur D. Gabr. Pereira, vir aliàs doctissimus, *de manu Regia p.* 1. *c.* 9 *num.* 10. dum existimat excommunicationem incursam ob obligationem Cameralem, pendere ex vi pacti ab initio suscepti incurrendi censuram, ita ut non amplius citetur debito, ut constituatur in contumacia, quia longè aliter se habet usus Tribunalis Auditoris Cameræ in relaxandis hujusmodi censuris; ille enim obtinuit, ut priùs mandatum exequtivum relaxetur, illoque dato birruariis, ac factâ diligentiâ de reperiendis bonis, vel personâ, si non reperiuntur, factâ fide ab exequutore de hoc, in juris subsidium præviis citationibus, etiam per contradicta debitor excommunicatur, ut refert Marches. *de commiss p.* 1 *pag.* 803. *n.* 154. *in ultim. impress.* Citatur enim primò post reproductum mandatum ad dicendum contra jura producta, & repetita. Secundò ad videndum se in juris subsidium excommunicari, & litteras declaratorias decerni, & cum hac citatione fit Decretum, *nisi infra tres dies.* Tertiò illis transactis citatur iterum ad videndum se in juris subsidium excommunicari, & litteras declaratorias aliàs decretas relaxari, & quatenus opus sit, denuò decerni, & relaxari, & fit Decretum ad primam diem cum intimatione. Quartò fit dicta intimatio, & elapsa prima die juridica expediuntur litteræ declaratoriæ in juris subsidium, ut suprà.

82 Unde patet, litteras declaratorias censurarum non vi pacti, ut perperam ex adverso dicitur: sed ex contumacia, præcedentibus tot monitionibus, & citationibus, per Auditorem Cameræ talem modum procedendi in facultatibus habentem relaxati, quod etiam colligitur ex pluribus facultatibus Summorum Pont. eidem concessis, & præsertim à fel. mem. Paulo V. in Constitutione 28. aliàs 20. incipiente *Eximiæ*, § 7. & sub Dat. Romæ apud S. Marcum, Kal. Octobris 1606. quæ est in Bullar. novo *tom.* 3. *pag.* 212. Quando enim Auditor Cameræ ad illud officium assumitur, creatur voce ipsius Papæ, & Camerarius generalis causarum Auditor, & inter alia causarum genera demandatur illi exequtio obligationem in forma Cameræ, ut testatur Gallesi. *de obligat. Camerali q.* 7. *num.* 3. & Papa inhibet quibuscunque Judicibus, & personis, etiamsi 83 84 Cardinales fuerint, sub pœnis ne se in obligatione Camerali intromittant, ut *in* §. 33. *dictarum facultatum*: conceditque ampliſſima privilegia, quæ quibuscunque aliis derogant, ut fuit dictum in Leodiensi Canonicatus, 12. Maii 1597. coram Peña, impressa per Marchesi. *d. p.* 1. *pag.* 771. cujus obligationis Cameralis vis, efficacia, & prærogativa tota consistit in illa ejus formula, quæ habet vim judicati. Ant. Fab. *ad lib.* 8. *Cod. tit.* 26. *de appell. definit.* 33 *num.* 9. quem refert D. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 40. *n.* 249. Papâ scilicet ita volente, & statuente, 85 cùm enim omnes actiones sint introductæ de Jure Civili, *l.* 2 §. *deinde, & § ex actis, ff. de orig. Juris* ac proinde sint positæ in mera, & absoluta potestate Principes, *l. ult. D. si contra jus, vel utilit. publ.* in illis denegandis, vel concedendis sufficit sola ejusdem Principes voluntas cum generali clausula derogatoria obstantiarum. Doctores *in l. cùm hæredes* 23. *in princ. ff. de cap. poss.* Lotter. *d. q.* 40. *num.* 244. ubi *n.* 248. subditi respectu formularum, ex quibus resultat via exequutiva, omnes actiones esse de Jure Civili, à quo fuerunt ordinatæ, & compositæ, ut 86 loquitur Pompon. *in l.* 2. § *deinde ex his, ff. de legib.* & hinc provenit, ut obligatus in forma Cameræ non possit opponere exceptionem fori declinatoriam, nec Judicis incompetentiæ, secundùm Mandos. *de inhibit. q.* 93. *n.* 5. Marc. Ant. de Amatis *dec.* 81. *n.* 2. Surd. *cons.* 180. *num* 15. Zacch. *de oblig. Camer. q.* 7. *n.* 26. qui loquitur de Clerico 87 Tum ex eo, quia A. C. tanquam expresè delegatus ad hanc, similiumve causarum generalitatem, omnibus est Judex competens, ex quo fit à Papa delegatus, Lassa *ad form. Camer. quæst.* 1. *part.* 2. *n.* 31 & 4. Vestr. *in praxi, lib.* 2. *c.* 4. *n.* 4. & 6. Erasm. à Cochier *de jurisdict. Ordinar. in exemptos, p.* 2 *q.* 46. *num.* 7.

Quod quidem tantò magis procedit, quia obli- 88 gatio Cameralis, de qua agitur, fuit facta Romæ, inter Clericos, & super re Ecclesiastica, & Ego adhuc hic in Urbe commoror; Balthasar verò procuratorem in ea habet Thomam Lutiolum cum ampliſſima facultate constitutum, qui ad omnes actus citatus fuit, & quatenus constitutus non esset, sufficeret juxta obligationem præfatam, citationes fieri per diligentias, sive edictum publicum, prout etiam ad abundantiorem cautelam factum extitit; fraus siquidem à promittente committitur, si ad diem, & locum constitutum non solverit, & solvturus debitam quantitatem accesserit: idcirco præsens judicatur, ut ille, qui dolo desiit possidere, *l. is qui dolo, & l. sin autem* § 1 *ff. de rei vendic.* Duen. *reg.* 514. *fallent.* 15. Covar. *d. c.* 01 *num.* 5. *versic.* 13. Franc. Molin. *de brachio faculari, cap.* 31. *n.* 2. nam loci adjectione, & temporis certi 89 constitutione solvere promittens, illius lapsu in mora est, *l. magnam, C. de contrab. & commit. stipul.* Port. *commun. lib.* 4. *regul.* 23. *decis. Genuens.* 150. *num.* 1.

Nec in respicientibus formam, sive solemnita- 90 tem actus extra proprium territorium gesti, attendenda sunt statuta loci, unde contrahentes originem ducunt, sed in quo celebratur contractus Bec. *cons.* 92. *num.* 8. *lib.* 2 Surd. *decis.* 219. *num.* 16. *& decis.* 197. *per tot.* Quia forensis, & extraneus contrahens in loco ligatur statutis illius loci, *leg. venditor*, §. *si constat, ff. commun. prad.* Jaffred. Lanfranc;

franc. *dec.* 376. *incip. Licet*, Camill. Borell. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 43. *de foro compet. n.* 107. Brunor. à Sole *in locis comm. verb. forensis, n.* 5. Et verba contractus sunt intelligenda secundùm statuta & consuetudines illius loci, in quo fuerunt prolata, *l. si fundum ff. de evict. l. si non special. C. de testament.* Bart. *in l. extraxisse, de actionib. & oblig.* Ozasc. *dec.* 114. *n. ult.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 14. *tit* 56. *n.* 24. insignis Cald. Pereira
93 *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 12. *n.* 1. ubi *n.* 2. subdit, quod contractus factus à Lusitano extra Regnum, debet regulari secundùm solemnitates loci, ubi celebratus est, quem citavi *in Collect. ad cap. ult. n.* 3. *de foro compet.* Patres enim semper videntur habere intentionem,&
94 mentem contrahendi juxta consuetudinem loci, in quo fit contractus, ut dicit Bart. *in l. cunctos populos, n.* 43. *vers. sed posset dubitari, in fine C. de Sum. Trinit* quem refert, & sequitur Bertaz.
95 *de clausul. instrum. clausul.* 4. *gloss.* 18. *n.* 1. *& clausul.* 20. *gloss.* 19. *n.* 1. Unde ratione contractus Romæ ab ipso Balthasare, sive ejus legitimo procuratore, ut suprà celebrati, nullus negabit ipsum etiam absentem teneri servare solemnitates Camerales, & omnia quæ in illo foro observantur, ad notata per Joan Cephal. *cons.* 171. *num.* 16. *volum.* 2. Franc. Marc. *Delphin. decis.* 276. *vol.* 1. Marc. Antonin. *variar. re-*
96 *solut. lib.* 2. *resol. in casu* 28. Camill. Borell. *d. tit.* 43. *de foro comp. n.* 109. de cujus stylo in procedendo, ac vi, & efficacia obligationis hujusmodi, non est dubitandum ex supradictis, ne videatur aliàs supremi Principis potestas in dubium revocari, de qua haud disputare licet. Gozadin. *cons.* 92. *n.* 17. Duen. *reg.* 43. *fallent.* 5. Beroi *cons.* 367. *n.* 8. *& cons.* 393. *num.* 5. Bec. *consil.* 56. *n.* 45. *vol* 1. cum aliis plenè adductis *suprà lib.* 1. *de personis. c.* 2. *de potestate & auctorit. Romani Pont. n.* 99. *& seqq.* cùm sacrilegium hoc esse affirment Doctores, ut tradunt Dec. *cons.* 588. *n.* 2. Cephal. *cons.* 87. *n.* 5. *vol.* 1. Roland. *cons.* 100. *n.* 47. *cum seq. vol.* 4. Menoch. *cons.* 103. *n.* 38. & ideo cùm de potestate dubitari non possit, sufficit de voluntate constare, Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, n.* 60. *& seq. de constit.* Alex. *cons.* 92. *n.* 35. *lib.* 6.

97 Accedit etiam speciális ipsius Balthasaris obligatio, quâ sponte voluit posse ab eodem Auditore Cameræ conveniri, cogi, compelli, coarctari, condemnari, excommunicari, aggravari, &c. & expressè renuntiavit cum juramento quibuscunque constitutionibus, statutis Papalibus, Regiis, & localibus à Jure, vel ab homine editis, &c. & consensit relaxationi mandati exequutivi unica citatione, & intimatione præcedente in Romana Curia coram eodem Auditore Cameræ per contradictas, seu edictum publicum facta, si procuratorem in ea non habuerit; prout latiùs habetur in obligatione, de qua suprà *hoc eod.* §. *num* 50. Nec est Jure novum, posse partes inter se pacisci, ut exinde nullus ordo judiciarius inter eos observetur, juxta doctrinam Glossæ *verb. illustrium, propè fin. in c. de sentent. & re judic. lib.* 6. & Abb. *in c. de causis, n.* 8. *de offic. deleg.* Cui non accommodatur responsio, quam præstat D. Gabr. Pereira *d. cap.* 9. *num.* 14. quod illa non procedit in sententia excommunicationis ferenda, quæ si nulla est, non potest ab illis validari; nam si est ferenda, adhuc nulla non est, quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. ejus qui in provincia, vers. quoniam ff. si certum pet. c. ad dissolvendum, de desponsi. impub.* cum aliis citatis per me *in tract. Axiomatum Iuris usufreq. Axiom.* 163. *n.* 1. lata verò non potest esse ante obligationem, cujus vigore ferenda est.

De legitima igitur excommunicatione dicti Bal- 98
thasaris apparet ex stylo Curiæ, quoties virtute obligationis Cameralis proceditur contra absentem de quo testatur Salust. Tiber. *lib.* 1. *c.* 11. Rota *in Romana, seu Bracharensi pecuniaria,* 2. *Decembris* 1595. *coram Orano*, apud Zacch. *de oblig. Camerali, dec.* 115. *num.* 7. ubi cùm Antonius Lopez Cantor Ecclesiæ Brachar. esset obligatus in forma Cameræ ad solvendam certam pecuniariam summam, & ob non solutionem factam præcedente citatione per contradictas fuisset declaratus excommunicatus, ac cùm de validitate excommunicationis ageretur, Rota tenuit pro ejus validitate, eo quòd vigore obligationis Cameralis tribuatur Auditori Cameræ facultas procedendi per audientiam contradictarum, absque eo quod dictus Cantor principalis semel personaliter, vel domi ad Judicium vocaretur: & novissimè idem firmavit *in* Elborensi fructuum, 17. Novembr. 1629. coram R. P. D. Queipio, ubi fuit reputatus pro verè excommunicato quidam Canonicus Elborensis, qui propter debita Romæ contracta sub obligatione Camerali, absens per contradictas, & affixionem cedulonum, absque ulla personali citatione declaratus fuit, quod postmodùm in eadem causa confirmatum extitit sub die 14. Martii 1631. coram R. P. D. Ghisletio, & ideo Canonicus conscientiæ suæ consulens, absque alia controversia obedivit, & confestim solvit, & cum Capitulo super fructibus medio tempore indebitè perceptis amicabiliter se composuit.

Nec Balthasar intrusus, dum sic retinet The- 99
sauriam vigore meæ renunciationis, jure potest discedere à conventionibus Apostolicâ auctoritate initis, quia facto provisionem acceptans visus est consentire omnibus in provisione contentis. In
100 puncto Put. *dec.* 369. *alias* 359. *incip. In una Hispalensi, lib.* 2. Ratio est, quia cùm provisio Balthasaris, & reservatio meæ pensionis legatur in eadem supplicatione, & secundùm illam expediri mandavi litteras provisionis Thesauratiæ ad sui favorem consensit etiam dictæ reservationi pensionis, ut in terminis censuit Rot. *in Casalensi pensionis*, 13. *Junii* 1608. *coram bona mem. Card. Cavalerio*, quæ est inter ejus impressas *dec.* 26. talis enim consensus in
101 detinente colligi potest. Cassad. *dec.* 1. *n.* 3. *de renunciat.* & ideo sic approbans resignationem intelligitur eam approbare cum omnibus ejus qualitatibus *l. contra juris, §. ult. in fine ff. de pactis*, Alex. *cons.* 21.
102 *n* 6. *& 7. lib.* 8. Gozadin. *cons.* 1. *n.* 5. Neque enim quisquam debet ex parte obligationem comprobare, & ex parte tanquam de iniqua queri, *l. si ita*
103 *stipulatus, in fine. ff. de oper libert.* etenim contractus est individuus eo respectu, ut vel in totum debeat approbari, vel reprobari, *l. quis aliam rem, ff. de solut. l. quod si nno pretio, ff. de in diem adject.* Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 39. Bec. *consil.* 169. *num.* 1. *lib.* 2. Fachin. *cons.* 59. *n.* 10. Stephan. Grat.
104 *discept. forens. cap.* 501. *n.* 57. tum quia in gratiosis non est meræ facultatis partem acceptare, & partem impugnare, dividendo in hac parte judicium concedentis, *l. nam absurdum, ff. de bonis libert.* latè Surd. *cons.* 167. *n.* 1. *cum seqq.* dicens quod hujusmodi qualitates sunt individuæ ab ipsa concessione: idem affirmat *decis.* 288. *n.* 7. & in propriis terminis Rot. *in Elborensi pensionis*, 19. *Novembris* 1514. *coram R. P. D. meo Pirovano*: & succedunt latè tradita in alia allegatione hac de re impressa *num.* 18 Exquibus apparet quàm vana sit Balthasaris cupiditas, & ambitio, dum vult Thesauriam vigore resignationis

tionis, sive cessionis capere, & pensionem auctoritate Apostolica ibidem reservatam, ex solo defectu sui mandati, aliàs sufficientissimi, improbare, & non solvere: nam, ut benè ait Paul. de Castro *cons.* 186.
105 *Quoniam fundamentum, col.* 3 *lib.* 1. qui unum admittit, repudiare ei non licet quod admisso connectitur, ab eoque necessariò decurrit, per Glossam finalem *in l. Lucius, ff. depositi*: prout eum refert Aym. *cons.* 356. *num.* 5. At dato, & non concesso, quod verum diceret, ex eo tamen facilius regressus veniret concedendus, juxta ea quæ dixi in alia allegatione *à num.* 18.

106 Quæ omnia si quis inoffenso pede percurrerit, non poterit non affirmare illa adeo vera esse, ut nefas sit contrarium asserere, quod respectu partium fatetur D. Gabr. Pereira utriusque juris consultissimus *d. c.* 9. *n.* 13. sed adhuc obstare dicit præjudicium Principis, ejusque jurisdictionis, propter quoddam Breve Julii III. incipiens *Ad perpetuum*, sub dat. 21. Julii 1554. relatum per eundem Pereira *d. c.* 9. *n.* 15. quo Regibus Portugaliæ indultum asserit à Sede Apostolica, ne causæ criminales, civiles, & mixtæ hujusmodi à Regni finibus extrahantur, ut à Judicibus exteris, judicentur: quod colligit ex illis verbis ejusdem Brevis ibi, *Aut ex quavis occasione se in causam talem trahi posse præsentium*: juncto ibi, *Ac omnes, & singulas, tam criminalium, quàm civilium, atque etiam mixtarum causarum hujusmodi, &c.* Sed quamvis primâ facie responderi posset, Breve non benè adduci ad nostrum casum, ut pote quia forum, quod quis sortitur ratione contractus, & delicti, est à lege ipsa, & jure communi omnibus concessum, & Iudex fori contractus, & delicti in hunc sensum non potest dici extraneus, per commissionem, aut rescriptum obtentus: & sicut Lusitanus delinquens extra Regnum non potest declinare forum Iudicis delecti, eo quòd extraneus sit, in vim dicti Brevis, imò ligatur consuetudine illius loci, & pœnâ per eam indictâ, ut *in Auth. Qua in provincia, C. ubi de crim. agi oportet, l. sacculariis, §. sunt quædam, ff. de extraord. crimin.* de quo textu Iaf. *in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. n.* 30. dicit quod Bald. in multis locis fecit magnum festum, asserens esse meliorem textum de Iure ad probandum, quod in maleficiis puniendis debeant attendi statuta, & consuetudines locorum, in quibus delicta patrantur: ita nec forum sortitum ratione contra-
107 ctus alibi gesti cum renunciatione, &c declinare potetit, ut in casu nostro: valet enim argumentum de delictis ad contractus, *l. omnem. ff. de judic. d. Auth. Qua in provincia, cap. fin. de foro compet.* Everard. *in topicis legalib. loco* 20. Tusch. *tom.* 1. *lit. A, concl.* 495. *n.* 8. *& concl.* 507. *n.* 26. cum aliis per me citatis *in tract. de locis communib. argum. Iuris, loco* 35. *n.* 1.

108 Attamen, quicquid adversarius dicat, supposità Brevis existentiâ, de cujus originali mihi nunquam constare potuit, asserendum est illud, quatenus existat, agere tantùm de facinorosis, & diversis criminibus obumbratis, qui ne suorum delictorum impunitatem diutiùs consequantur, suosque adversarios molestare valeant, cùm primùm sibi alicujus delicti, seu criminis conscii existebant, aut quavis occasione se in causa talem trahi posse præsentiebant, suorum Ordinariorum, ac Iudicum, & Officialium eorundem Regnorum jurisdictionem declinabant: ita clarè ostendunt prooemialia ejus verba, quæ mentem & intentionem disponentis declarant, *l. item quia, §. fin. ff. de pact. l. cùm hi, in princip. ff. de transf.* Mas-

card. *de probat. concl.* 1284. *n.* 6. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 3. & causam finalem inducunt, *l. fin. ff. de hered. instit. l.* 1. *ff. ad Maced.* Menoch. *cons.* 219. *n.* 9. *&* 30. Gonz. *ad reg.* 8. *Canc.* § 7. *proœm. c.* 122. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 36. *num* 3. Gabr. Pereira *dec.* 98. *n.* 1. Bec. *cons.* 129. *n.* 100. *lib.* 2. Rot. *dec.* 185. *n.* 4. *in fin. & n.* 5 *&* 6. *p.* 1. *rec. & dec.* 167. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* quæ totam respicit dispositionem, & ad illam 109
generaliter influit. Crav. *cons.* 192. *sub num.* 11. *vers. quinta illa dicitur*, Bec. *cons.* 45. *num.* 5. *vol.* 1. causa enim prooemialis influere in dispositivam dicitur. Rot. *dec.* 458. *n.* 4. *p.* 1. *divers.* & coangustat verba, Raudens. *Pisana dec.* 4. *n.* 149. *part.* 1. demùm ex ea colligitur congrua interpretatio. Mant. *dec.* 59. *n.* 6. Et optimâ ratione hujus Brevis dispositio fundatur, cùm necesse sit crimina illic puniti ubi admissa fuere, ut pote quia ibi auctoris criminis, & probationis copia ad est, quæ si alibi fierent, perdifficilis indagatio foret, sæpiusque vel testium inopiâ, & difficultate etiam probationis, ac expensis majoribus, impunita penitus remanerent delicta, §. *hoc considerantes, in Auth. Vt omnes obed. Ind.*

Unde cùm breve ita evidenter de causis crimina- 110
libus tantùm agat, extendi nullo jure potest ad civiles, & multò minùs ad beneficiales, quæ appellatione causarum civilium, & criminalium non comprehenduntur, cùm aliam speciem constituant à civilibus, & criminalibus distinctam, secundùm Pap. *alleg.* 70. Papez *in addit. ad dec.* 27. *de procur. in novis, vers. qui dicit.* Put. *dec.* 247. *alias* 241 *lib.* 2. *in correctis*: illa enim verba, *aut ex quavis occasione se in causam talem, &c* id non evincunt, propter 111
dictionem *talem*, quæ est repetitiva certæ, & determinatæ qualitatis suprà enunciatæ, ut per Seraph. *dec.* 812. *n.* 2. & alios per me adductos *in tr. de dictionib. usufreq. dict.* 568. *n.* 2. *secundùm Lugdun. impress.* Nec alia verba paulò generalia, *ac omnes, & singulas, tam criminalium, quàm civilium, atque etiam mixtarum hujusmodi, &c.* extendunt quicquam utra 112
in prooemio narrata, ob dictionem *hujusmodi*, quæ est relativa præcedentium cum omnibus suis qualitatibus. Gloss. *in c. Abbate, de elect. lib.* 1. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 4. *n.* 4. Seraph. *dec.* 388. *n.* 6. *& dec.* 606. *n.* 3. *&* 14. Rot. *dec.* 383. *n.* 6. *p.* 2. *rec.* Card. Tusch. *tom.* 2. *litt.* D, *concl.* 387. *n.* 1. ubi quod posita post certum ordinem expressum, restringit dispositionem ad id, quod adjicitur; & sic ut prooemio correspondeant, debent necessariò supradicta verba intelligi de civilibus, & mixtis criminaliter intentatis: id enim alia verba ejusdem Brevis satis ostendunt: ibi *Contra clericos, & laicos, ac alias personas hujusmodi super criminibus, & delictis per eos perpetratis, ac bonis, & rebus ad eos pertinentibus, & actionibus sibi competentibus, necnon causis, & litibus contra eos quomodo libet motis inquirere, & per inquisitionem, vel accusationem, aut ex mero officio, ac alias juxta formam Iuris procedere & punire, ac carceribus mancipare, &c.* Et quibus deprehenditur contra tales super bonis, & rebus ad eos pertinentibus, & actionibus, &c. per inquisitionem, vel accusationem esse procedendum, ac proinde de solis facinorosis puniendis criminaliter, civiliter, vel mixtè inibi agi necessariò dicendum est, cùm accusatio, vel inquisitio contra alios dirigi non possit.

In criminalibus enim tres causarum species reperiuntur: una dicitur propriè criminalis, quando 113
principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantùm, seu ad publicam vindictam, ut per Mascard. *de probat. concl.* 463. Farin, *in praxi, p.* 2. *q.* 100. *à princip.* alios quos retuli *in tract. de*

appellativa verborum utriusque Iuris significat. appellat. 44. *n.* 2. Marant. *de ordine judic. p.* 4. *distinct.* 1. *num.* 2. & hinc est, inquit ipse, quod si aliquis ex delicto venit puniendus corporaliter, ad publicam vindictam, dicitur causa criminalis; quia ex tali pœna corporali nullum commodum sentit privatus: refert, & sequitur Buccaron. *de different.*
114 *inter judic. civilia & crimin. in præmiss. num.* 3. Altera dicitur civilis, quando pro delicto principaliter agitur in judicio ad commodum privatum, pro pœna scilicet pecuniaria parti applicanda. Jas. *in rub. C. de judic. & in l. plerique, ff. de in jus vocando, num.* 44. Clar. *in praxi crimin. §. fin. quæst.* 1. *in vers. quartò igitur, & vers. seq.* Buccaron. *d. proœm.* 1. *num.* 1. Camill. Borell. *d. tom.* 1. *tit.* 42. *num.* 11. Cabed. *part.* 1. *decis.* 14. *num.* 4. Rota *decis.* 19. *num.* 1. *de judic. in antiq. & decis.* 113. *n.* 2.
115 *post tom.* 2. *consil. Farin.* Tertia denique dicitur mixta, ubi pœna partim parti, [& partim fisco venit applicanda, ut habetur per Alex. *in addit. ad Bart. in l.* 3. *in prine. ff. de sepulc. viol. in litt. D*, & per Dec. *in rub. de judic. num.* 52. *vers. & causa mixta, in* 2. *lect.* Boss. *in pract. crimin. tit. de appellat. n.* 8. ubi de communi. Joseph. Ludov. *decis.* 71. ubi dicit hanc opinionem esse canonizatam per universum Orbem Cardos. *in praxi judicum, verb. Causa, num.* 3. Cabed. *d. decis.* 14. *num.* 6. Ad has tres causarum species respexit dictum Breve, dum in dispositiva de illis meminit.

116 Quod autem de istis tantùm, non autem de beneficialibus Breve illud sit intelligendum, ostendit quoque inveteratus S. Rotæ usus, quæ hujusmodi causas cognoscit, & definit, ac quotidie in ea committi videmus, cùm nullibi melius tractentur, & definiantur: unde ex natura sua Rotales, & Curiales dicuntur causæ beneficiales. Rot. *decis.* 36. *sub num.* 2. *de appellat. in novis*, Gonzal. *ad*
117 *reg.* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. num.* 60. quæ observantia subsequuta tollit omne dubium, Bart. *in l. missi opinatores, num.* 14. *C. de exact. tribut. lib.* 10. Bec. *consil.* 140. *num.* 21. & latè *consil.* 202. *num.* 11. *l.b.* 2.
118 Ozasc. *decis.* 136. *num.* 4. Est enim generale, quod quælibet dispositio declaratur per subsequentem observantiam, *c. cùm venissent*, ubi Butr. *num.* 12. *&* 21. & Imol. *n.* 19. *de constit.* Cravet. *consil.* 294. *sub num.* 1. *& consil.* 459. *num.* 21. Natt. *consil.* 498. *n.* 28. Beroi *consil.* 91. *num.* 10. *vol.* 1. Decian. *conf.* 44. *num.* 28. *&* 115. *vol.* 4. Honded. *consil.* 6. *num.* 32. *lib.* 1. Cassanat. *consil.* 14. *num.* 144. *cum seqq.* Menoch. *consil.* 104. *num.* 13. *& consil.* 341. *num.* 23. Bec. *consil.* 111. *num.* 49. *lib.* 1 Joseph. Ludovise. *concl.* 38.
119 & in puncto, quod privilegium, quatenus declaratione indigeat, declaratur ab observantia, [Corn. *consil.* 193. *num.* 10. *volum.* 2. Ozasc. *d. decis.* 139. Socin. *consil.* 111. *in fine, lib.* 1. quem refert Cardin. Tusch. *tom.* 5. *littera O. concluf.* 59. *num.* 51. Honded. *consil.* 92. *num.* 38. *lib.* 1. *& consil.* 60. *num.* 11. *lib.* 2. *& consil.* 35. *num.* 45. *eodem lib.* 2. ubi *num.* 45. ampliat etiamsi observantia sit contra verum intellec-
120 tum privilegii, quæ ideò dicitur optima privilegiorum interpres, Joseph. Ludov. *d. concluf.* 38. *in* 13. *illat.* Roman. *consil.* 89. *circa fin. vers. ultim. & consil.* 273. *num* 3. Menoch. *cons.* 390. *num.* 6. Vincent. de Franc. *decis.* 56. *num.* 6. *part.* 1. Honded. *consil.* 1. *num.* 36. *lib.* 2.

121 Nec est credendum Julium III. voluisse Apost. Sedi, & S. Rotæ causarum Portugaliæ cognitionem verbis hoc non importantibus in perpetuum tollere, *arg. cap. super eo* 55. *de offic. deleg.* Grammat. *conf.* 2. *num.* 11. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell.* §. 2. *proœm. num.* 17. tum quia in generali concessione, vel sermone nunquam comprehenditur persona loquentis, ut læsa censeatur, *l. si mercedem* 52. §. *si habitatoribus, ff. de action. emp.* ubi Gloss. *verb. habitatio*, Rota *decis.* 241. *num.* 3. *cum seqq. p.* 1. *divers.* imò semper intelligitur excepta, *c. fin. de offic. deleg. lib.* 6. 122
Mandos. *reg.* 11. *Cancell. q. fin.* & in quibuscunque concessionibus semper Principis auctoritas censetur præservata, Natt. *conf.* 580. *n.* 4. *vers. nam prædictis*, Menoch. *de succes. creat. lib.* 2. §. 17. *n.* 88. *cum seq.* Surd. *conf.* 152. *num.* 216.

Nec denique obstat, quod Judex exequutor, qui 123
vigore litterarum declaratoriarum Auditoris Cameræ denunciaverat excommunicatum eundem Balthasarem, illi absolutionem impartitus sit sub prætextu hujusmodi nullitatum, ita ut vigore talis absolutionis idem Balthasar, ac si non esset excommunicatus, admissus jam sit ad Chorum, & ad Officia divina, ac ad distributiones quotidianas participandas: quia respondetur executorem præfatum sic absolventem, nulliter & absque jurisdictione processisse, cùm certum sit exequutori non licere super validitate sententiæ, cujus exequutioni addictus est, pronunciare, *l. si ut proponis. l. exequutorem, C. de exequut. rei judic. l. si prætor* 75. *ff. de judic.* Bart. *in l. à Divo Pio, in princ. n.* 4. Alex. *num.* 9. & Jas. *num.* 12. *de re judic.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 38. Surd. *conf.* 406. *num.* 15. Cov. *pract. c.* 16. *num.* 5. 124
& in puncto, quod exequutor ab A. C. in partibus deputatus non possit declarare nullas esse censuras ab eodem Auditore Cameræ promulgatas, resolvit Rot. *in d. Elboren. fructuum*, 17. *Novembr.* 1629. *coram R.P.D. Queipio*, & quod ob id hujusmodi exequutor absolutionem impartiri non possit, statuit expresè fel. mem. Paulus V. in dictis facultatibus eidem Auditori Cameræ concessis, §. 21. in hæc verba: *Et quod à te, vel Locumtenentibus, & aliis prædictis pro tempore excommunicati, seu aliàs censurati, ab aliis quàm à te, vel Locumtenentibus, & aliis tuis hujusmodi, etiam de partium consensu præterquam in mortis articulo constituti, absolvi non possint ad evitandas collusiones, statuere, &c.*

Utcunque igitur summo ego jure læsus, & in- 125
juriæ telo percussus querimoniarum tragœdia; in judices naturalis non excito: excito quidem in hominem partem mihi adversariam, qui quoniam se in Dignitate mea intrusum videt, per omne nefas jus suum commentitium tueri contendit, exquisitis fallaciis Regios Magistratus ad inobedientiam provocans inauditam. Absit verbo invidia. Dignitatis meæ jacturam facere, vel eam nunquam habuisse mallem, quàm hoc de Lusitanis judicibus exaudire: itaque non tam graviter de hac injuria mihi illata doleo, quàm de nota, quæ Lusitanæ obedientiæ candori inuritur: finistram hanc de Natione mea obsequentissima animis opinionem conor evellere. Sed non possum non quammaximè dolere, quòd Balthasar eò ingrati animi criminis, & feritatis accesserit, ut conculcatis litteris amicorum, & precibus, & quod pejus est, Ecclesiasticis monitionibus, & commonitionibus, adhuc in sua pertinacia cum maximo pioptiæ conscientiæ dispendio, & communicantium damnatione persistat obdurus: vocatus enim in judicium comparere contempsit: præterea à communione separatus, aqua & igne interdictus, irrisit: demùm in summum malorum veniens, & in reprobum sensum datus, per anathema traditus satanæ, Ecclesiæ ingressu gaudere, & fructus suos integrè facere, ac violato se-

questro

quæstro exigere tentavit impudens : nihilominus tamen Confessorios invenit, qui nihil de pœnitentis, neque de sua pro pœnitente restitutione, & absolutione laborantes, cum indemnem & absolutum domum dimittunt. Væ Confessariis, væ pœnitenti, qui eodem sempiterno supplicio punientur. Viderint ergo in quo periculo damnationis existant, viderint, & recipiscant.

Ex quibus capta fuit favorabilis resolutio in Rota, ut insequenti decisione.

R. P. D. Pirovano, Bracharensis Thesaurariæ. Mercurii 10. Martii 1632.

116 Quæsitum fuit, an contra Balthasarem sit danda declaratoria, exindeque sit apponendum sequestrum ? Et affirmativè fuit resolutum. Præcesserat enim legitima litterarum exequutorialium intimatio, & servari fuerunt quatuor termini ad docendum de partitione, juxta stylum hujus Tribunalis, quibus jam elapsis, remanet probata negativa partitionis. Felin. *in cap. Rodulphus, num. 42. de rescript.* Vestr. *in praxi, lib. 8. cap. ult. num. 19.* de qua desumitur contumacia, & per eam censuræ declarantur, *c. 1. in fine, ut lite non contest.* Abb. *in cap. reprehensibilis, num. 2. de appellat. & in cap. 11. num. 10. de judic.* Cassad. *decis. 5. num. 7. de constitut.* Mohedan. *decis. 1. de sentent. excomm.* quod passim servatur contra rebelles, & inobedientes, ut *in Burgen. præeminentiarum, 8. Junii 1582. coram Card. Seraphino, & 439. numer. 1. & 591. num. 5. p. 2. recent.* in quibus aliæ decisiones referuntur.

117 Neque dubitari potest de legitima litterarum intimatione, quamvis per edictum facta, quia concurrunt omnia ad sustinendum actum de jure requisita, nempe jurisdictio, causa, & ordo judiciarius.

Jurisdictio est patens, quia non fuit processum ex Ordinaria jurisdictione, prout potuisset, si versaremur in foro Cæsareo, per *Auth. Qui semel, C. quomodo, & quando Iudex*, Felin. *in cap. quoniam frequenter, num. 13. ut lite non contest.* sed vigore particularis rescripti, ut posset procedi per edictum, constito de non tuto accessu, quod erat necessarium de Jure Canonico per Clementinam *dudum, de judic.* ubi Gloss. *in verb. Papa, & seq.* hoc adnotavit Felin. *in dict. cap. quoniam frequenter, num. 13.* Rot. *in addit. decis. 8. de dolo, & contum. in novis*, Vant. *de nullit. ex defectu citat. n. 126.* & Rot. idem servavit, & servat *in Ianuensi separationis thori, 8. Marti 1627.* & in eadem causa, *16. Februarii præteriti, coram D. Deo Decano.*

128 Causæ etiam non desunt, quæ justificant non tutum accessum, quia Balthasar solitus erat recurrere ad judices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, ut ex relatione Notarii exhibita quæ nedum sufficeret pro causa non tuti accessus, sed etiam ad hoc ut posset dici personaliter citatus. Bald. *in d. cap. quoniam frequenter, §. porrò, num. 2. ut lite non contestat.* & idem fuit dictum *in Ianuensi census, 10. Ianuarii 1614. coram me*, quando scilicet recursus concludenter est probatus. Præterea testes fuerunt examinati, firmiter deponentes, quod in Regno Lusitaniæ non poterant exequi hujusmodi mandata, & decreta Rotalia, & alia quæ ab Urbe hac de re transmissa fuerunt, absque Judicis Regiæ Coronæ beneplacito : quod sufficit ad hoc ut dicatur constare de non tuto accessu, sive testes concludant non tutum accessum per impossibile, sive hoc credant difficile, propter pœnas in Regiis Constitutionibus comminatas, ut quis non audeat hujusmodi mandata intimare. Rot. *decis. 22. num. 2. de rescript. in antiq.* & idem firmat de stylo hujus Tribunalis Addit. *ad decis 5. n. 2. & 4. eod. tit. de rescript. in novis*, Cassador. *dec. 2. de dolo & cont.* & idem fuit admissum in supradictis decisionibus, *Ianuensi census, 10. Ianuarii 1614. & in Ianuensi separationis thori, 8. Martii 1627.*

Ordo etiam de jure requisitus sufficienter fuit 129
servatus, quia originales citationes probantur ex fide Cursoris, & Notariorum affixæ in solitis Curiæ, & in aliis duobus locis temporali ditioni vicinioribus, nempe civitate Tipherni, & terræ Aquipendii, in valvis earum respectivè majoris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copiæ dimissæ : quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda. Cassad. *decis. 1. & 6. de dolo, & cont.* Rota *d. decis. 5. de rescript. in novis*, Ægid. *dec. 194.* Puteus *dec. 164. lib. 2. in correctis*, Vestr. *in praxi, lib. 4. cap. 3. n. 4.* & Rot. eandem praxim sequuta est *in allegata decisione Ianuensi separationis thori, coram D. meo Decano.*

Quo verò ad sequestrum, non dubitarunt Do- 130
mini esse apponendum, quia D. Augustinus fuit reintegratus ad suum beneficium, & Balthasar conatur manu regia tueri se in possessione improba ; & ideo Rota omnibus Juris remediis esse succurrendum censuit, prout & in pluribus causis relatis per Gonzal. *ad reg. 8. in procem. §. num. 36* idem servari voluit, & ita fuit resolutum, &c. Hactenus Rota.

Vigore hujus decisionis fuerunt per Sacram Rotam, servatis de jure servandis, latæ sententiæ, declaratoria scilicet, aggravatoria, & reaggravatoria, & demùm ipse Balthasar interdictus, ac loca, in quæ devenire contigerit. Quæ quidem executoriales litteræ à Sacra Rota relaxatæ sunt quæ sequuntur.

Serenissimo, potentissimo, atque Catholico Principi, & Domino Philippo ab Austria, divina favente clementia Castellæ, Legionis, Aragonum, utriusque Siciliæ, Neapolis, & Portugalliæ Regi, aliorumque Dominiorum vestrorum fœlicis prosperitatis augmento : necnon Illustriss. & Reverendiss. D. Collectori in Regno Portugalliæ residenti, ac Reverendissimis, & VV. in Christo Patribus, & Dominis Archiepiscopis, & Episcopis Archiepiscopatui Brachatensi vicinioribus, eorumque, & cujuslibet ipsorum Vicariis, sive Officialibus generalibus, Curiæque Causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ejusque Viceauditori, sive Locumtenenti, universis quoque, & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, sive Locumtenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altaristis, cæteris que Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscumque, & ubicumque constitutis, & eorum cuilibet in solidum : necnon Illustriss. Principibus, & Dominis Ducibus, Marchionibus,

Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Capitaneis, Poteſtatibus, Prioribus, Mareſcallis, Caſtellanis, cæteriſque juſtitiæ miniſtris, & eorum cuilibet inſolidum: univerſis quoque, & ſingulis Theſauratiæ hujuſmodi, de qua agitur, & infra mentio fiet, fructuum, reddituum, proventuum poſſeſſoribus, detentoribus, arrendatoribus, reddituariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis, decimatoribus, Penſionariis, Cenſuariis, receptoribus, debitoribus, necnon DD. Balthaſari Diaz de Fonſeca ex adverſo principali, ac Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Oliveira, oppidi de Guimaraens Brachatenſis diœceſis, omnibuſque aliis, & ſingulis quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quibuſcunque nominibus cenſeantur, & quacumque præfulgeant dignitate, Philip. Pirovanus V.I.D. Sanctiſſimi D. N. Papæ Capellanus, & Ipſius Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum, cauſæque & cauſis, ac partibus infraſcriptis Auditor, & Judex Commiſſarius ab eodem S.D.N. Papa ſpecialiter ac expreſsè deputatus. Salutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis quod aliàs ſub die 11. Octobris 1625. fuit nobis pro parte, & ad inſtantiam D. Balthaſaris Diaz de Fonſeca per unum ex S. D. N. Papæ Curſoribus præſentata quædam Commiſſionis cedula ad inſtantiam illius in plena Signatura Juſtitiæ contra D. Auguſtinum Barboſam citatum, & intimatum obtenta, partibus utriſque auditis, tenoris ſequentis, videlicet: *Beatiſſime Pater, Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interpoſita, & interpoſitarum à quadam pretenſa diffinitiva ſententia, ſeu pretenſo Decreto vim diffinitivæ habente, ut dicitur, lato, & promulgato per R.P.D. Bichium vigore aſſertæ obligationis ad aſſertum favorem Auguſtini Barboſæ adverſarii, & contra devotum S. V. Oratorem Balthaſarem* Diaz *de Fonſeca, de, & ſuper pretenſa renovatione cedulæ bancharia de ſolut. per ſexennium ducatorum ducentorum auri de Camera, ac pretenſa ſolutione ducatorum* 900. *unà cum aliis pecuniis, rebuſque aliis, &c. nullitatiſque, & nullitatum, & injuſtitiæ dicta pretenſa ſententia, ſeu pretenſi decreti quomodolibet habiti, & facti, attentatorumque & innovatorum quorumcunque, necnon quam, & quas Orator habet, & movet, habereque, & movere vult, & intendit contra D. Auguſtinum Barboſam adverſarium, omneſque alios, alicui ex veſtri Sacri Pal. Apoſtol. cauſarum Auditori, ſeu Locumtenenti, ſummariè, &c. & prout in cauſis beneficialibus procedi conſuevit, audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum incidentibus, &c. & cum poteſtate dictum adverſarium, omneſque alios in Curia, & extrà citandi, illique, ac quibus, & quoties opus fuerit inhibendi, etiam ſub cenſuris, &c. præmiſſis, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Statum, &c. pro plenè & ſufficienter expreſſis haben. &c vel ſi magis placet, alicui ex Sacri veſtri Palatii Cauſarum Auditori, ſeu Locumtenen. quod procedat quoad renovationem cedulæ, cum clauſula ſi quid exequendum, in reliquis ſine præjudicio legitimæ exequutionis. De mandato D. N. Papæ audiat Mag. Philippus, ut in ſecunda parte petitur, & juſtitiam faciat. Placet. D. N. Papæ de ſecunda parte, Lucas Antonius Virilis.* Cujus quidem Commiſſionis vigore nos in cauſa, & cauſis hujuſmodi, ac inter partes in illa contentas, ſeu verùs illarum procuratores procedentes à nobis pro parte, & ad inſtantiam D. Balthaſaris Diaz de Fonſeca principalis, & pro eo ad inſtantiam Thomæ Lutioli ejus procuratoris, de quo in actis fuit, D. Auguſtinus Barboſa principalis perſonaliter citatus, & inhibitus, & poſtea ad ejuſdem D. Balthaſaris, ſive ejus procuratoris, ut ſuprà, inſtantiam emanarunt ad partes quædam literæ inhibitoriæ, quæ cùm inibi impedire poſſent exequutionem declaratoriarum, ſequeſtrorum, aliorumque mandatorum relaxatorum ab A. C. ſive R.P.D. Bichio, illius in civilibus Locumtenente, pro terminis penſionis decurſæ, & non ſolutæ à nobis, inſtante D. Auguſtino Barboſa principali, fuerunt declaratæ ſtare, & intelligi debere conceſſæ quoad renovationem cedulæ Banchariæ, cum clauſula ſi quid exequendum, quoad reliqua ſine præjudicio legitimæ exequutionis, & poſtea præfixo D. Balthaſari Diaz de Fonſeca ex adverſo principali termino ad tranſportanda acta facta in Curia A. C. ad Tribunal Sacræ Rotæ, prout ſtante ejus appellatione facere tenebatur, dictoque termino elapſo, & illis non tranſportatis, eaſdem litteras inhibitorias in omnibus, & per omnia, & hoc tamen priùs citato Thoma Lutiolo ex adverſo procuratore, moderati fuimus, & revocavimus, juxta tamen formam, & tenorem ejuſdem reſcripti, ſive Commiſſionis ſpecialis nobis deſuper factæ, & præſentatæ, de qua in actis, hîc brevitatis causâ inſeri omiſſæ. Qua cauſa fic coram nobis indeciſa pendente, idem S. P. N. Papa aliam Commiſſionem ſua propria manu ſignatam nobis præſentari fecit tenoris ſequentis, videlicet: *Beatiſſime Pater. Devotus S.V. Orator Auguſtinus Barboſa obtinuit ad A. C. mandatum exequutivum pro quadam pecuniarum ſumma, ac renovatione Cedulæ Bancharia annua penſionis Ducat.* 200. *auri de Camera, aliàs auctoritate Apoſtolica ſibi reſervata ſuper fructibus certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis Theſaurariæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Oliveira, Oppidi de Guimaraens, Bracharenſis diœc. contra Balthaſarem Diaz de Fonſeca modernum Theſaurarium. Caterùm appellante dicti Balthaſaris procuratore, & cauſa in Rota commiſſa R. P. D. Pirovano, & nunc in gradu appellationis hujuſmodi indeciſa pendente, quia idem Balthaſar continuat in ſua contumacia, & proterva denegatione de ſolvendo dictam penſionem, & renovando cedulam, inde aperta eſt via regreſſui, ſive ingreſſui, & acceſſui ad favorem Oratoris in litteris Apoſtolicis reſervatis. & veretur idem Orator ne in proſequutione hujus judicii cogatur per tres ſententias conformes defatigari. Ideo S. V. humillimè ſupplicat, quatenus dignetur committere, & mandare eidem D. Pirovano, ut in cauſa, & cauſis emergentis quaſtionis ſuper regreſſu, ingreſſu, & acceſſu hujuſmodi, ac illius canonizatione procedat omni, & quacunque appellatione remota, cum poteſtate tam dictum adverſarium, quàm omnes quoſvis alios, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, tam in Curia, quàm extra citandi, necnon inhibendi ſub cenſuris, & pœnis, inobedienteſque & rebelles eaſdem cenſuras incurriſſe declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdictumque ponendi, ſervatâ forma Concilii Tridentini, & implorato, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, cæteraque faciendi, &c. neceſſaria, & oportuna, præmiſſis, necnon conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis, quorum tenores, &c. non obſtant. quibuſcunque ſtatutis, &c. pro plenè & ſufficienter expreſſi*

expressis haben. de mandato D. N. Papa idem Auditor procedat omni, & quacunque appellatione remotâ, ut petitur, & justitiam faciat Placet. Maffeus. Post cujus quidem Commissionis præsentationem ulteriùs procedentes, causaque hujusmodi per nos diligenter, & maturè discussâ, illaque in plena Rota, ut moris est, propositâ, inibique acerrimè ventilatâ, & discussâ, præviâ decisione fuit resolutum, locum esse ingressui, & accessui ad Thesaurariam prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ, de qua agitur, ob non solutam pensionem per Balthasarem Diaz adversarium dicto D. Augustino Barbosæ, & illius validitatem impugnatam juxta tenorem litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, & consensum ab eodem Balthasare præstitum, & sic D. Augustinum Barbosam principalem in illius possessionem esse immittendum ac introducendum, immissumque & impositum manutenendum esse diximus, & mandavimus. Quapropter mandatum de immittendo, & manutenendo respectivè ad D. Augustini Barbosæ principalis favorem sub Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis in illo contentis, in forma solita, & consueta decrevimus, concessimus, ac relaxavimus, quod cùm in partibus eidem Balthasari Diaz de Fonseca, ob impedimenta per eum præstita personaliter intimari, & notificari non posset, & super hujusmodi impedimentis per illum præstitis, & non tuto accessu fuissent in Curia examinati testes, & producta aliqua jura, & documenta, & illis lectis, & visis per nos accuratè, tam quoad intimationem dicti mandati de immittendo, & manutenendo respectivè, quàm quoad alia in præsenti causa per edictum publicum in forma solita & consueta, & juxta stylum Romanæ Curiæ procedi mandandum duximus, atque mandavimus: & cùm deinde fuisset legitima dicti mandati intimatio, quamvis per edictum facta, ut potè quia ordo de jure requisitus sufficienter fuit servatus, ac originales citationes probentur ex fide cursoris, & Notariorum affixæ in locis solitis in Curia, & in aliis duobus locis vicinioribus temporali ditioni, nempe Civitate Tipherni, & Terræ Aquipendii, in valvis earum respectivè majoris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copia dimissæ; & illis parère, ac obedire neglexisset, seu recusasset, eodem instrumento dicti mandati de immittendo, & manutenendo respectivè unà cum intimatione, & notificatione, ut suprà per edictum facta in actis reproductis, ac terminis substantialibus ad docendum se dicto mandato de immittendo, & manutenendo respectivè paruisse, & obedivisse, servatis; subsequenter ad supradicti D. Augustini Barbosæ principalis instantiam (D. Thoma Lutiolo ex adverso procuratore dicti D. Balthasaris Diaz de Fonseca ex adverso principali personaliter citato) causâ hujusmodi per nos diligenter, ac maturè discussâ, illaque in plena Rota, ut moris est, propositâ, inibique acerrimè ventilatâ, & discussâ, fuit firmata decisio, prout infrà, videlicet: *R. P. D. Pirovano, Bracharens. Thesauraria, 10. Martii 1632. Quæsitum fuit, an contra Balthasarem sit danda declaratoria, quæ exindeq; sit apponendum sequestrum? Et affirmativè fuit resolutum: præcesserat enim legitima litterarum exequutorialium intimatio, & servati fuerunt quatuor termini ad docendum de paritione, juxta stylum hujus Tribunalis; quibus jam elapsis, remanet probata negativa paritionis. Felin. in cap. Rodulphinus, num. 41. de rescript. Vestrius in praxi, lib. 8. cap. ultim. num. 19. Ex qua desumitur, contumacia, & per eam censura relaxantur, cap. 1. in fin. ut lite non constet. Abbas in cap. reprehensibilis, numero 2. de appellationibus, & in cap. 2. numero 10. de judiciis, Cassadorus dec. 5. numero 7. de Constitut. Mohed. dec. 1. de sentenc. excommunic. Quod passim servatur contra rebelles, & inobedientes, ut in Burgensi præeminentiarum, 8. Julii 1585. coram Cardinali Seraphin. decis. 439. num 1. & 591. num. 5. part. 2. recent. in quibus alia decisiones referuntur. Nec dubitari potest de legitima litterarum intimatione, quamvis per edictum facta quia concurrunt omnia ad sustinendum actum de jure requisita, nempe jurisdictio, causa, & ordo judiciarius. Jurisdictio est patens, quia non fuit processum ex ordinaria jurisdictione, prout potuisset, si versaremur in foro Cæsareo, per Auth. qui semel, C. quomodo, & quando jud. Felin. in cap. quoniam frequenter, numero 13. ut lite non contestata; sed vigore particularis rescripti, ut posset procedi per edictum, constituto de non tuto accessu, quod erat necessarium de Jure Canonico, per Clem. dudum, de judic. ubi Gloss. in verbo Papa, & sequenti, hoc adnotarunt. Felin. in dicto cap. quoniam frequenter, numero 13. Rota in addit. decis. 8 de dolo, & contumacia, in novis, Vant. de nullit. ex defectu citationis, num. 126. & Rota idem servavit, & servat, ut in Januen. separationis thori, 8. Martii 1627. & in eadem causa 26. Februarii præteriti, coram D. meo Decano. Causæ etiam non desunt, quæ justificant non tutum accessum, quia Balthasar solitus erat recurrere ad Indices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, ut ex relatione Notarii exhibita, quæ nedum sufficeret pro causa non tuti accessus, sed etiam ad hoc, ut posset dici personaliter citatus. Bald. in dict. cap. quoniam frequenter, §. porrò, numero 2. ut lite non contestata, & idem fuit dictum in Januensi census, 10. Januarii 1624. coram me: quando scilicet recursus concludenter est probatus. Præterea testes fuerunt examinati formiter, deponentes quod in Regno Lusitaniæ non poterant exequi hujusmodi mandata, & decreta Rotalia, & alia, quæ ab Vrbe hac de re transmissa fuerunt, absque Judicis Regia Corona beneplacito, quod sufficit ad hoc, ut dicatur constare de non tuto, accessit sive testes concludant non tantum accessum per impossibile, sive hoc credant difficile, propter pœnas in Regiis constitutionibus comminatas, ut quis minimè audeat mandata intimare. Rota decis. 22. num. 2. de rescriptis, in antiq. & idem firmant de stylo hujus Tribunalis Addent. ad decis. num. 2. & 4. eodem titul. de rescript. in nov. Cassad. decis. 2. de dolo & contum. & idem fuit admissum in supradictis decisionibus, Januensi census, 10. Januar. 1624. & in Januensi separationis thori, 8 Martii 1624. Ordo etiam de jure requisitus sufficienter fuit servatus, quia originales citationes probantur ex fide Cursoris, & Notariorum affixæ in locis solitis in Curia, & in aliis locis temporali ditioni vicinioribus, nempe civitate Tipherni, & Terra Aquipendii, in valvis earum respectivè majoris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copia dimissa: qua omnia solemni deflorari pro eadem forma adimplenda. Cassad. dec. 1. & 6. de dolo, & contum. Rota decis. 6. de rescript. in nov. Ægid. decis. 194. Puteus decis. 164. lib. 2. in correct. Vestr. in praxi. lib. 4. c. 3. num. 4. & Rota eandem praxim sequuta est in allegata dec. Januensi separationis thori, coram D. meo Decano. Quo verò ad sequestrum non dubitarunt DD. esse apponendum, quia D. Augustinus fuit reintegratus ad suum beneficium, & Balthasar conatur manu Regia tueri se possessione improba, & ideo Rota omnibus juris remediis esse succurrendum censuit, prout & in pluribus causis relatis per Gonzal. ad Reg. 8. in pro am-*

proœm. §. 7. num. 36. idem servari voluit. Et ita resolutum, &c. subsequenter ad supradicti D. Augustini Barbosæ principalis instantiam, Thoma Lutiolo ex adverso procuratore D. Balthasaris Diaz de Fonseca ex adverso principalis citato ad videndum in pœnas, sententias, & censuras in dicto mandato de immittendo contentas, ob illius non paritionem incidisse, de D D. Coadjutorum nostrorum consilio declaravimus, litterasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas in forma solita, & consueta decrevimus, & concessimus, nostramque in scriptis tulimus, & promulgavimus sententiam declaratoriam, prout infrà, videlicet: *Per hanc nostram declaratoriam sententiam, quam pro Tribunali sedentes, & solum Deum pra oculis habentes, de DD Coadjutorum nostrorum consilio, & assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis coram nobis pendentibus inter Ill. & R. D. Augustinum Barbosam ex una, & Balthasarem Diaz de Fonseca de, & super paritione mandati de immittendo, & manutenendo respective in possessione Thesaurariæ Ecclesiæ S. Mariæ de Oliveira oppidi de Guimaraens, Bracharensis diœc. & illius annexorum per nos in favorem prafati Domini Augustini decreti, & relaxati, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi lis ibus deductis, partibus ex altera, sententiamus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus prafatum Balthasarem Diaz de Fonseca ob non paritionem dicti nostri mandati de immittendo, & manutenendo respective, excommunicationis, aliasque Ecclesiasticas sententias: censuras, & pœnas in eodem nostro mandato de immittendo respective contentas & comminatas, ob illarum non paritionem damnabiliter incidisse, & incurrisse, ipsumque excommunicatum publice denunciando, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitandum fore, & esse, prout illum denunciamus, & evitari mandamus, litterasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas, & cedulones in forma solita, & consueta decernendo, & relaxando, prout decernimus, & relaxamus, & eundem Balthasarem Diaz de Fonseca in expensis coram nobis pro parte ejusdem D. Augustini in hac causa factis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure in posterum reservamus, & ita dicimus, sententiamus, & declaramus, non solum premisso, sed omnia alio meliori modo, &c. Ita pronunciavi Ego Phil. Pirovanus Rota Aud.* Quæ quidem declaratoria sententia cum superiùs, ut præmittitur, per nos lata fuerit, & dictus Balthasar. Diaz ex adverso principalis de mandato nostro Romæ in locis publicis per quemdam S. D. N. P P. Cursorum excommunicatus declaratus, ac rebellis, & inobediens, & suæ salutis immemor dictæ excommunicationis, & ejus declarationis sententiam per decem dies post illius denunciationem, & publicationem prædictos immediatè sequentes pertinaciter sustinuerit, ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redire, & animæ suæ saluti providere non curasset, prout sustinet ad præsens. Nos in declarationis negotio hujusmodi ulterius ritè procedentes, ad D. Augustini Barbosæ principalis instantiam, dicto Thoma Lutiolo ex adverso procuratore personaliter citato ad videndum & audiendum supradictam excommunicationis, & illius declarationis sententiam, processus nostros hujusmodi contra, & adversus eundem Balthasarem Diaz de Fonseca suum principalem, juxta litterarum declaratoriarum vim, formam, & tenorem, ob non paritionem earundem aggravari, litteras aggravatorias desuper opportuniùs in forma solita, & consueta per nos decerni, & concedi, vel ad dicendum causam, si quam habeat rationabilem, quare præmissa fieri non debeant, & allegandum, prout ad certum peremptorium terminum competentem citari mandavimus, & fecimus, quo termino elapso comparuit in judicio legitimè coram nobis dictus D. Augustinus Barbosa principalis, & prædictam excommunicationis sententiam contra prædictum ex adverso principalem, ob non paritionem prædictam latam aggravari, & ipsum aggravatum publicè denunciari, mandari, litterasque aggravatorias desuper necessarias, & opportunas in forma solita, & consueta decerni, & concedi per nos instanter postulavit. Nos tunc attendentes postulationem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, quodque terminus post prædictæ sententiæ declarationem, & publicationem, ut præfertur, factam effluxus fuerit, nullamque nobis de paritione D. Balthasaris ex adverso principalis factam esse certificationem, & etiam quod crescente contumacia, & inobedientia, meritò crescere debeat, & pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi, excommunicationis, & declarationis sententiam antedictam, ac processus nostros hujusmodi aggravandos duximus, & aggravavimus, prout per præsentes litteras nostras aggravatorias desuper in forma solita, & consueta decernentes opportunas. Quocirca Vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet insolidum auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè, vobisque nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam pro parte dicti D. Augustini Barbosæ principalis super hoc fueritis requisiti, vel aliter vestrum fuerit requisitus, singulis diebus Dominicis, & festivis in vestris Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis infra Missarum, & aliarum horarum divinarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad divina audienda convenerit, aut aliàs legitimè congregata fuerit, dictam excommunicationis sententiam reiterando, & innovando, eundem D. Balthasarem Diaz de Fonseca ex adverso principalem excommunicatum declaratum, & aggravatum, campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram projectis, cruce erecta, & religione inducta, aquam benedictam aspergendo ad fugandos dæmones, qui eum detinent sic alligatum, & laqueis suis catenatum, orando quod D. N. Jesus Christus ipsum ad Catholicam Fidem, & sanctæ Matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur, & ne in talibus perversitate; & duritie dies suos finire permittat, & post ad januas Ecclesiarum vestrarum unà cum Clericis & Parochianis accedendo, & ad terrorem, ut ipse Balthasar ex adverso principalis eò citius ad obedientiam redeat, tres lapides versus domum habitationis suæ projiciendo, in signum maledictionis æternæ, & etiam post Missam, & in Vesperis, aliisque horis Canonicis, sermonibus, & prædicationis publicis solemniter publicetis, & denuntietis, ac ab aliis, quantùm in vobis fuerit, publicari, & denunciari, necnon ab Omnibus Christi fidelibus arctiùs evitari faciatis, donec, & quousque aliud à nobis, vel superiore nostro desuper habueritis in mandatis. Verùm postquam dictus Balthasar ex adverso principalis excommunicatus, ut præmittitur, & aggravatus, aggravationem hujusmodi per decem

dies

dies poſt ipſius publicationem, & denunciationem in dicta Curia in locis conſuetis publicè factam animo ſuſtinuerit indurato. Nos ad ulteriorem dicti D. Auguſtini Barboſæ principalis inſtantiam, prædicto Thoma Lutiolo ex adverſo procuratore, de quo in actis, perſonaliter citato ad videndum, & audiendum prædictam excommunicationis, & declarationis ſententiam, ſive proceſſus noſtros hujuſmodi contra eundem dictum Balthaſarem ex adverſo principalem, juxta dictatum litterarum declaratoriarum formam, & tenorem reaggravari, litteraſque reaggravatorias deſuper in forma ſolita & conſueta decerni, & concedi, vel dicendum ex tunc, ſi quam habeat rationabilem, quare præmiſſa minimè fieri debere allegaret, prout ad certum peremptorium terminum competentem citari mandavimus, & fecimus. Quo termino adveniente comparuit legitimè coram nobis D. Auguſtinus Barboſa principalis, & maximam ipſius Balthaſaris non comparentis contumaciam accuſavit, eo quòd ad ſummum malorum deveniens, poſtpoſito Dei timore, & parvipendens Eccleſiaſticas cenſuras, & canonicas monitiones, ſæpè ſæpius illi in diverſis plurium annorum temporibus factas, ſe Divinis immiſcuerat, ac demùm ſe fecerat ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem ſubreptitiè promoveri, prout ex proteſtatione per principalem facta, de qua in actis, eum tanquam contumacem, & rebellem reputari, ac in ejus contumaciam excommunicationis, & declarationis ſententiam, necnon proceſſus hujuſmodi contra eundem excommunicatum declaratum, & aggravatum, publicè reaggravari mandari; litteraſque reaggravatorias deſuper neceſſarias, & opportunas in forma ſolita, & conſueta decerni per nos inſtanter poſtulavit. Nos tunc poſtulationem hujuſmodi attendentes fore juſtam, quodque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, quodque perverſorum audacia præſumptiva idem exigit, ut unicâ pœnâ non contenti fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui Superioribus ſuis ſemper obedientiam impenderunt, ſententiam excommunicationis, ac proceſſus noſtros antedictos reaggravandos duximus, & reaggravavimus, prout reaggravamus per præſentes litteras noſtras reaggravatorias deſuper decernentes opportunas. Quapropter Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum modo, & formâ præmiſſis mandamus, quatenus ſtatim, poſtquam pro parte dicti D. Auguſtini principalis fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, omnes, & ſingulos Chriſti fideles utriuſque ſexus homines, & præſertim familiares, & ſervitores D. Balthaſaris Diaz ex adverſo principalis excommunicati, denunciati, & aggravati dicta auctoritate Apoſtolica moneatis, & requiratis primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè, prout requirimus, & monemus eoſdem, ac ipſis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna diſtrictiùs injungimus, quatenus infra ſex dies poſt monitionem, & requiſitionem hujuſmodi ipſis factam immediatè ſequentes, eiſdem à participatione, & communione, ac familiaritate, & ſervitio ipſius Balthaſaris Diaz de Fonſeca ex adverſo principalis denunciati, & aggregati, penitus, & omninò deſiſtant, & qualibet eorum deſiſtat, necnon cum eo ſerviendo, loquendo, ſtando, ſedendo, ambulando, hoſpitando, concedendo, bibendo, concurſando, coquendo cibum, potum, vel aquam miniſtrando, vel iguem, aut aliquo humanitatis ſolatio (præterquam in caſibus, & perſonis à jure præmiſſis) participare præſumant, aut eorum aliquis præſumat, ſi contrarium fecerint, nos in eos & eorum quemlibet cum dicto denunciato, & reaggravato rebelliter participantes, & contrafacientes ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc ſingulariter in ſingulos, dictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus. Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis modo, & formâ præmiſſis diſtrictè, præcipiendo mandantes, quatenus ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis, infra Miſſarum, & aliarum horarum præſcriptarum ſolemnia, ac ubi, quando, & quoties expedierit, prædictos Chriſti fideles, familiares, & ſervitores, qui cum D. Balthaſare Diaz de Fonſeca ex adverſo principali excommunicato, aggravato, & reaggravato rebelliter participaverint, excommunicatos tamdiu publicè denuncietis, & ab aliis, quantum in vobis fuerit, publicè denunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctiùs evitari faciatis, donec & quouſque aliud à nobis, vel Superiore noſtro ſuper hoc receperitis in mandatis. Præterea cùm D. Balthaſar Diaz ex adverſo principalis ſic excommunicatus declaratus, aggravatus, & reaggravatus, reaggravationem noſtram hujuſmodi per alios decem dies poſt ipſius publicationem, & declarationem in dicta Curia in locis publicis, & conſuetis factam, ac per dictos decem dies immediatè ſequentes pertinaciter ſuſtinuerit, prout de præſenti ſuſtinet, mox ad prælibati D. Auguſtini Barboſæ prinipalis ulteriorem inſtantiam (eodem D. Thoma Lutiolo ex adverſo procuratore, de quo in actis, principali citato) ad videndum, & audiendum omnes, & ſingulas Terras, Civitates, Oppida, Caſtra, Villas, Suburbia, & quarumcunque Eccleſiarum Collegia, Capitula, Communitates, Eccleſias, Monaſteria, Capellas, Parochias, & generaliter quæcunque alia loca, in, & ſub quibus, ſeu ad quæ dictum Balthaſarem Diaz de Fonſeca ex adverſo principalem excommunicatum declaratum, aggravatum, & reaggravatum eſſe, morari, declinare, ſeu devenire contigerit (quandiu in dictis locis fuerit) interdici, & ſtrictiſſimo Eccleſiaſtico interdicto ſupponi, & obſervari mandari, litteraſque deſuper opportunas in forma ſolita, & conſueta decerni, & concedi per nos inſtanter poſtulavit. Nos tunc attendentes poſtulationem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, quodque prædictus Balthaſar Diaz de Fonſeca ex adverſo principalis pœnas, ſententias, & cenſuras prædictas in eum (ut præmittitur) latas, Pharaonis dutitiem imitando, ad modum aſpidum ſurdarum aures ſuas obturantium, ne voces audiant incantantium, ſuſtineat, & per totum tempus in ſua pertinacia perſeveret, & ad ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium redire, & animæ ſuæ ſaluti providere non curet, auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, omnes, & ſingulas Civitates, Terras, Oppida, Caſtra, Suburbia, Villas, Parochias, & alia loca quæcunque prædicta in, & ſub quibus dictum Balthaſarem Diaz ex adverſo principalem eſſe, morari, declinare, ſeu devenire contigerit, quamdiu ibidem fuerit, ſeu moram traxerit, etiam per tres dies continuos poſt ipſius abinde receſſum, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, abſque alia deſuper facienda

declaratione, aut intimatione, vel publicatione interdiximus, & strictissimo Ecclesiastico interdicto suppositimus, & supponimus per præsentes has nostras litteras desuper in forma solita decernentes, & concedentes: & nihilominus vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum modo, & formâ præmissis districtè præcipiendo mandamus, quatenus statim in his partibus, & postquam pro parte dicti D. Augustini Barbosæ principalis vigore præsentium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit etiam privatè requisitus, seu monitus, seu ad notitiam vestram devenerit, etiam extrajudicialiter, absque ulla requisitione desuper judicialiter facienda (quia loca hujusmodi pro nominatis, & denunciatis esse volumus, & declaramus) in Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Villis, Suburbiis, Parochiis, Collegiis, & quibuscunque aliis locis supradictis, in, & sub quibus, seu ad quæ dictum D. Balthasarem Diaz de Fonseca ex adverso principalem esse, morari, declinare, seu devenire contigerit, cessetis, & ab aliis cessare faciatis, permittatis, & procuretis, apertis januis à Divinis. Ita tamen, quod hujusmodi stante interdicto nulla Ecclesiastica Sacramenta in, & sub dictis locis, in quibus ipse fuerit, ministrentur, nisi Pœnitentia, & Baptismus cunctis indifferenter, Eucharistia verò infirmis tantùm, & matrimonium sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur, ac inibi, ac sub eisdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepultura. Postremò autem ipsum, seu alios, qui interdictum hujusmodi non servaverit, seu servaverint, eo ipso pœnas contra violantes, vel non servantes interdictum à jure communi, & Pontificiis constitutionibus latas, incurrere volumus, decernimus, & declaramus, & in his ita vos geratis, donec & quousque dictus Balthasar ex adverso principalis declaratus, aggravatus, reaggravatus, & interdictus, omnia ut supià satisferit, paruerit, & ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierit, beneficiumque absolutionis à supradictis censuris meruerit obtinere, & vos aliud à nobis desuper receperitis in mandatis. Quod si fortè vos Serenissimus Rex antedictus, executor præsentis processus nostri, ac mandatorum nostrorum transgressor fueritis, proculdubio justi Judicis judicium incurretis, licèt nostris censuris ligari nolimus, sed in Domino ad prædictorum executionem benignè hortamur. Vobis verò R.R. Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, etiam exemptis, quibus ob reverentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel præmissorum aliquid feceritis per vos, vel submissas personas (prædictâ sex dierum canonicâ monitione præmissâ) ingressum Ecclesiæ interdicimus in scriptis. Si verò interdictionem hujusmodi per alios sex dies immediatè sequentes sustinueritis, vos in his scriptis canonicâ monitione præmissâ suspendimus à Divinis. Verùm si vos prædicti interdicti, & suspensionis sententias hujusmodi per alios sex dies, prædictos duodecim dies immediatè sequentes animo sustinueritis indurato, vos ex nunc, prout ex tunc, & è contra in his scriptis (dicta canonicâ monitione præmissâ) excommunicationis sententiâ innodamus. Absolutionem verò omnium, & singulorum præmissorum nobis, vel Superiori nostro tantùm reservamus. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum has præsentes exinde fieri, & per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandavimus, sigillique nostri, vel Coadjutorum nostrorum jussimus, & facimus appensione muneri. Datum & actum Romæ in Monasterio S. Mariæ de Pace, nobis inibi pro tribunali sedentibus, sub anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1632. indictione 15. die verò 31. Martii quoad declarationem excommunicationibus, 19. Aprilis quoad aggravationem, 30. ejusdem quoad reaggravationem, 17. Maii quoad interdictum, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Urbani divinâ providentiâ Papæ VIII. anno ejus nono. Præsentibus ibidem DD. Clearcho Buscho, & Horatio de Marchis, Sacri Palatii Apostolici causarum Notariis, scribisque nostris, testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis. Tenor verò cedulonis ultimo loco affixi est, ut sequitur, videlicet: *Hîc auctoritate Apostolica denunciatur excommunicatus, declaratus, aggravatus, reaggravatus, & interdictus ad loca in qua devenire contigerit, ac proinde ab omnibus arctiùs evitari mandatur quidam Balthasar Diaz de Fonseca, assertus Clericus Thomarensis, Provincia Ulysbonensis, ob non paritionem mandato de immittendo, & manutenendo respectivè contra illum in causa Bracharensis Thesauraria per S. Rotam relaxato ad favorem D. Augustini Barbosa, & aliàs prout in actis, instante eodem D. Augustino Barbosa principali, sive, &c. Archangelus Baronus S. Palatii Apost. causarum Notarius. Die 18. Maii 1632. supradicta cedula effixa, & publicata fuit in acie Campi Floræ, & valvis Cancellariæ Apost. per me Julium Marzitellum S. D. N. Papæ Cursorem. Et ego Archangelus Baronius S. Palatii Apostolici causarum, & hujusmodi causæ Notarius, de præmissis regatus præsens instrumentum scripsi, signavi, & publicavi requisitus, in finem, &c.* Locus † Signi. Locus † Sigilli. Quid autem post tot allegationes evenerit, planè narratur in praxi exigendi pensiones, ad finem, secundùm ultimam impressionem Lugdun. de anno 1643.

§. IV.

Servientes Ecclesiis, vel Clericis, & Diaconi Salvatici, familiares S. Officii, Episcopi, & Nuntii Apost. gaudent fori privilegio. Episcopus an habeat familiam armatam, & possit facere executionem realem, vel personalem?

Consilium D. Aurelii Augustini Taurelli IC. Sarzanensis, cum additionibus Auctoris.

SUMMARIUM.

1 *Famuli inservientes Ecclesiæ, vel Clericis, utuntur privilegio fori de jure Canonico, & civili: & respondetur contrariis, à n. 97.*

2 *Juniores, & minores Ecclesiæ, dicuntur scholares, seu servientes Ecclesiæ. Homines Clericorum, de quibus in l. 2. C. de Episcop. & Cler. sunt familiares, & alii existentes in servitio Clericorum, & num. 3.*

4 *Fori privilegium competit addictis perpetuo servitio Ecclesiasticorum, non iis, qui serviunt ad tempus.*

5 *Servientes Ecclesiæ gaudent fori privilegio in gratiam*

gratiam ipsius Ecclesiæ, non autem propriæ personæ, & num. 7.

6 *Qualitas perpetuitatis servitii non est absolutè necessaria ad privilegium fori, sed sufficit servitium temporale, ita ut duret exemptio donec durat familiaritas*, & num. 9.

8 *Laici administratores omnium bonorum Ecclesiæ possunt conveniri coram Iudice Ecclesiastico, durante officio, sed non posteà.*

10 *Servientes ad mercedem dictim, vel pro parvo tempore, non utuntur privilegio fori, secus si ad annum, vel longum tempus.*

11 *Privilegium fori prodest famulis Ecclesiæ, & Clericorum, sine quibus suo privilegio commodè frui non possent Clerici, & Ecclesia.*

12 *Iudicis arbitrio relinquitur, an Clericus, vel Ecclesia impediatur uti servitio famuli.*

13 *Arbitrium hujusmodi interponet Iudex Ecclesiasticus, ob majorem auctoritatem, non secularis.*

14 *Servientes Clericis, vel Ecclesiæ cum mercede, & ad tempus, non solùm potiuntur privilegio fori propter impedimentum servitii, sed & familiares militum, & scholarium.*

15 *Servientium Ecclesiæ tres recensentur species, videlicet Adscriptitiorum, qui sunt perpetui, Temporalium, & Inservientium gratis.*

16 *Servientes gratis Ecclesiæ non sunt perpetui obligatione, actu tamen possunt esse.*

17 *Ecclesia majus commodum consequitur ex inservientibus gratis, quàm ex perpetuis, & mercede conductis.*

18 *Servientes Ecclesiæ sine mercede consequuntur privilegium fori.*

19 *Diaconi Selvatici in Regno Neapolis sunt homines liberi servientes Ecclesiæ, vel Episcopis, nulla receptâ mercede.*

20 *Diaconis Selvaticis concedit privilegium fori sacra Congregatio super negotiis Regni Neapolis*

21 *Pro servitio Ecclesiarum, & Episcoporum in Cathedralibus, ac superioribus Ecclesiis possunt assumi quatuor Diaconi Selvatici; in Collegiatis, vel Parochialibus duo; in aliis Ecclesiis unus arbitrio Episcopi.*

22 *Diaconi Selvatici debent eligi gratis per Episcopum; sed ii debent præstare servitium personaliter, non per alios, & debent esse bonæ famæ, & conditionis.*

23 *Diaconi Selvatici non gaudent privilegio canonis, sed fori in criminalibus; in civilibus quoad districtionem corporis tantùm, eximuntur ab oneribus personalibus, non ab aliis, durante servitio.*

24 *Diaconis Selvaticis reservantur exemptiones, & privilegia etiam majora, si qua competant ex consuetudine.*

25 *Familiares sanctæ Inquisitionis sunt exempti à jurisdictione seculari.*

26 *Privilegium fori familiarium sancti Officii comprehendit illorum uxores, & filios.*

27 *Inquisitores sancti Officii habent familiam armatam.*

28 *Officiales, & familiares, & quomodolibet servientes sancto Officio impunè arma deferunt.*

29 *Abusus concessionis delationis armorum inducitur, si concedatur licentia ministris non necessariis, non inservientibus, & sub prætexiu Inquisitionis committentibus facinora.*

30 *Familia Episcopi gaudet privilegio fori in civilibus, & criminalibus.*

31 *Familia Vicarii Generalis, & Vicarii forani, eodem fori privilegio gaudet.*

32 *Episcopus, & illius Vicarius potest punire suos familiares delinquentes in officio, sicuti possunt seculares.*

33 *Familiares, & de familia Episcopi dicuntur omnes existentes in ejus servitio.*

34 *Notarius, & illius Substitutus, Fiscalis, Nuntius, custos carcerum, Barisellus, Birruarii, dicuntur de familia Episcopi.*

35 *Familiaris dicitur qui vivit expensis Episcopi.*

36 *Reservationis ad effectum, qua est odiosa, vel auferens Ordinariam facultatem conferendi, familiaritas strictè interpretatur, secus in aliis casibus, præsertim cùm agitur de favore Ecclesiæ.*

37 *Fori pro privilegio sufficit, quod familiaris sit in obsequio, & servitio, licèt Episcopi expensis non vivat.*

38 *Familiares Episcopi ad hoc ut consequantur fori privilegium, non est necesse ut sint destinati ad aliquod certum officium, & in eo delinquant*, & num. 40.

39 *Indefinita æquipollet universali.*

41 *Familiares nobiles non debent esse minùs privilegiati, quàm familiares mercenarii, & viles.*

42 *Familiares Episcopi delinquentes extra officium, habent privilegium fori, ut puniantur ab Episcopo*, & num. 44.

43 *Officialis committens delictum in officio, fortitur forum, non ratione loci, sed officii, & jurisdictionis.*

45 *Thesauri dictum, scilicet opinionem, quod familia Episcopi utatur privilegio fori, nec legibus, vel ratione defendit, probatur, & respondetur ad contraria.*

46 *Doctores* ex cap. fin. de Offic. Archid. *rectè inferunt familiares Episcopi gaudere privilegio fori.*

47 *Caput* 1. *& ibi Glossa*, de pœnis in 6. *declaratur.*

48 *Episcopus licèt remittat injuriam sibi illatam, punit tamen injuriantes suam familiam.*

49 *Episcopus in diœcesi de jure, & ex generali consuetudine punit pœnâ corporis afflictivâ carcerat, & multat exilio etiam laicos pro crimine spectante ad suum forum, sine ministerio, vel requisitione alterius judicis.*

50 *Verbum* liberè, *significat præcisam libertatem, sine impedimento, & licentia alterius.*

51 *Episcopus est ordinarius in sua diœcesi, sicut summus Pontifex in universo Orbe.*

52 *Episcopus habet familiam armatam*, & numero 53.

54 *Iurisdictione concessa censentur, concessa omnia, quæ ad tuendam jurisdictionem necessaria sunt.*

55 *Episcopus dicitur Officialis communis.*

56 *Prævenio realis præfertur præventioni verbali à causis mixti fori.*

57 *Opinio, quod Episcopo non liceat habere familiam armatam, tollit Iudici Ecclesiastico præventionem per capturam in causis mixti fori, præbetque occasionem fraudum, & delictorum*, & num. 58.

59 *Episcopus in causa hæresis est Iudex ordinarius.*

60 *Inquisitor est Iudex competens in crimine hæresis.*

61 *Episcopo*

61 *Episcopo non est tributa facultas tenendi familiam armatam, sicut Inquisitori, quia aliàs de Iure competit.*

62 *Argumentum à contrario sensu est invalidum, quando contrarium disponitur in alia parte Iuris.*

63 *Argumentum à contrario sensu est intelligendum strictè ad limites verborum.*

64 *Inclusio unius casus frequentioris non excludit alium.*

65 *Argumentum, Episcopus excommunicat saecularem in crimine Ecclesiastico, & mixto: ergo non potest illum capere, & punire, non concludit.*

66 *Episcopus ut habeat facultatem exequendi contra laicos, non indiget praescriptione, quia competit de Iure communi, & ex praescripto sacri Concilii Tridentini.*

67 *Titulus* Codicis de sacrosanct. Eccles. & de Episc. & Clet. *est nullus, ex quo disponit sine jurisdictione de rebus, & personis Ecclesiae.*

68 *Episcopus licèt imploret brachium temporale, non ideo prohibetur immediatè habere familiam armatam, exemplo Inquisitorum.*

69 *Ecclesiasticus Iudex quandoque invocat brachium saeculare, propter poenam sanguinis, & mortis, qua de Iure Clericis est interdicta.*

70 *Iudex Ecclesiasticus implorat auxilium saeculare, quando non sufficiunt propria vires ad coercendum reum.*

71 *Iurisdictio Ecclesiastica, & saecularis sibi invicem praestant auxilium pro sententiarum exequutione.*

72 *Iudex Ecclesiasticus petit auxilium brachii saecularis, non ex defectu jurisdictionis exequendi, sed ut sua sententia habeat faciliorem expeditionem.*

73 *Ecclesiasticus non convocat brachium Magistratus saecularis in extremum subsidium, quia post relaxatas censuras non habet aliam facultatem exequendi contra laicos, sed quando opus est, & videtur expediens, aliàs multa sequerentur mala, & fraudes,* & n. 75.

74 *Episcopus cum habeat facultatem à* S. Conc. Trid. *exequendi sententiam contra laicos per proprios exequutores, accidit ex sua urbanitate, ut imploret brachium saeculare.*

76 *Excommunicatio ex decreto Sacri Concil. non nisi in subsidium est proferenda, postquam constiterit, non posse fieri exequutionem realem, vel personalem.*

77 *Excommunicatio est major poena quam habeat Ecclesia, quia tanquam gladius resecans membrum à communi corpore fidelium, sobriè, & cum circumspectione est exercendus.*

78 *Censurarum ante relationem debet constare, saltem ex nuntii relatione, non potuisse fieri realem, vel personalem exequutionem.*

79 *Opinio Iacobi Beret, dicentis, Concilium dum loquitur de propriis Episcopi exequutoribus, non intelligi de Ministris armatis, & ubi exequutio est facienda per Ministros armatos, esse invocandum brachium saeculare, reprobatur.*

80 *Interpretatio dispositionis Concilii circa proprios exequutores Episcopi, quod intelligatur in locis tantum, ubi Episcopus habet jurisdictionem temporalem, rejicitur.*

81 *Speciali jure quid esse factum dicens, justificare debet.*

82 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

83 *Dictio,* omnibus, *neminem excludit, quem aliàs non includeret, & operatur ac si esset facta mentio specialis.*

84 *Papa solus, vel Sacr. Cardin. Congregatio Concilii controversias, ac difficultates declarat, & resolvit.*

85 *Episcopus habet proprium territorium.*

86 *Diœcesis idem significat quoad jurisdictionem spiritualem, quoad territorium & quoad temporalem.*

87 *Episcopi ex generali consuetudine procedunt ad realem, & personalem exequutionem, etiam contra laicos, sine alterius licentia in causis fori Ecclesiastici.*

88 *Consuetudo Ecclesiae, & Curiae Romanae est attendenda, cùm illam mandat ab Episcopis, & Iudicibus Ecclesiasticis observari.*

89 *Consuetudo, quod familiares Episcopi non gaudeant privilegio fori, non legitimè probatur, neque actus particulares praejudicant universali jurisdictioni Ecclesiae.*

90 *Impedimenta etiam de facto illata per magistratus saeculares Episcopis, quominus procedant ad exequutionem contra laicos in causis fori Ecclesiastici, non inducunt statum, vel consuetudinem contra Concilium.*

91 *Constitutio Pii IV. confirmatoria Concil. Trid. habet decretum irritans, quod irritas, & destruit omnia, quae fiunt in contrarium, & ipso jure inficit titulum, & possessionem.*

92 *Leges Regiae tollunt indistinctè Ecclesiasticis facultatem exequutionis realis, & personalis contra laicos per proprios ministros in criminibus fori Ecclesiastici.*

93 *Cognitio per viam violentiae adversus Iudices Ecclesiasticos, an adversetur dispositioni Concilii, & excuset ab incursu censurarum Bullae in Coena Domini.*

94 *Familiares Nuntii Apostolici fruuntur privilegio fori.*

95 *Nuntius Apostolicus in sua Provincia habet jurisdictionem ordinariam, qualem Episcopus in sua diœcesis, & ampliorem, imò est super Episcopos, & Archiepiscopos.*

96 *Legatus, vel Nuntius habens familiam armatam, excommunicant, & puniunt inferentes injuriam, vel damnum suis familiaribus.*

97 *Servientes Legato, vel Nuntio percipiunt in absentia fructus beneficii, quia dicuntur servire Papa, & Ecclesiae universali.*

98 *Potestas Legati à latere, & non à latere, est aequalis, exceptis iis, quae Papa specialiter sibi reservavit.*

99 *Appellatione Legati venit nedum Legatus à Latere, sed & Legatus natus, & Legatus missus, qui dicitur Nuntius.*

100 *Doctores pro communi opinione allegari possunt, qui discusso articulo aliquid in terminis concludunt, non ii, qui perfunctoriè loquuntur, & nihil firmant,* & n. 101.

102 *Famuli perpetuò addicti Clericis, vel Ecclesiae, tanquam bona propria, sunt exempti à jurisdictione Iudicis saecularis.*

Ob D propositas mihi per Principem virum saecularem quaestiones, quae ob multiplices, & confusas opiniones scribentium varia quandoque torsetunt ingenia, requisitus quid de

jure

jure pro veritate, & justitia sentirem, sic respondendum existimavi.

1 Primò nempe: Servientes, quatenus sunt Ecclesiæ, vel Clericorum servitio addicti, gaudere privilegio fori, tam ex dispositione juris canonici, quàm civilis. De jure Canonico est textus *in c. Ecclesiarum servos*, 12. *quæst.* 2. ubi si quis Judicum, aut actorum Clericum, aut servum Clerici vel Ecclesiæ, in publicis, aut privatis negotiis occupare voluerit, à communione Ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus: & ibi Gloss. *in verb. Clericorum*, quod eodem privilegio gaudent servi Clericorum, quo Ecclesiæ, *in cap. judicatum*, 89. *dist. & c.* 2. 11. *q.* 1. ubi quod nullus Judicum, neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum nullum, aut juniores Ecclesiæ, sine licentia Pontificis per se distringat, aut condemnare præsumat. Alius textus *in c.* 2. *de foro comp.* ubi eadem verba præcisè repetuntur, pro verbo *juniores*, habet verbum
2 *minores*, quæreudo quos appellet textus *minores*, respondet tali nomine appellari Scholares, sive Servientes Ecclesiæ, deputatos ad ejus obsequium, ad idem Gloss. *c. generaliter* 40. 16. *quæst.* 1. *in verb. mancipia*, ubi extendit privilegium fori ad uxores, colonos, & familiam Clericorum: & allegat jura concordantia. Gloss. *in c. clericorum*, il 1. 11. *q.* 1. *verb. ideò dico*, quod gaudent fori privilegio servientes, & mancipia Clericorum, quia idem privilegium habet familia, quod dominus: & Gloss. *in c. eos qui*, 52. *dist. vers. hoc potest*, quod uxor Clerici sit de foro Ecclesiæ, sicut & aliis qui sunt de familia illius: ad hoc probandum allegat dictum caput *Ecclesiarum servos*, & caput *judicatum*, 89. *dist.* & facit caput penultimum *de privil. in* 6. & ibi Gloss. loquens indistinctè de familiaribus.

3 De jure civili idem habetur *in l.* 2. *de Episc. & Cler.* ibi, *Verùm & hominibus eorumdem, qui operam in mercimoniis habent.* Appellatione autem hominum hoc casu, tam de jure Pandectarum, quàm Codicis, continentur procuratores prædiorum, actores, clientes, custodes, coloni, & cæteri homines Clericis servientes, ut *in l.* 4. *C. de dignit. lib.* 12. & idem Cujac. *ibidem oper. illius tom.* 3. & Gloss. *in d. l.* 2. *C. de Episc. & Cler.* exponit *hominibus*, id est, familiaribus: & inferiùs *in verb. Clericis*, id est, hominibus Clericorum: & ibi Bald. *num.* 2. quod homines Clericorum dicuntur illorum servientes, & qui sunt in ministerio ipsorum, & quod isti gaudent privilegio dominorum, & cæteri, idem notant Sal. *n.* 3. *in fin.* Castr. *n.* 7. & 8. quod dicta lex vult, quod homines Clericorum pro seipsis habeant privilegium, & sit speciale in clericis, ut eorum privlegia comprehendant suos familiares, non sic in aliis privilegiatis, nisi dicatur expresè. Albet. & idem Castr. *in l. si quis, ubi caus. Fiscal.* ac Cagnol. *in l. cùm quadam puella. ff. de jurisdisd. omn. jud. n.* 30. Host. *in Sum. de foro compet.* §. *quibus ex caus. n.* 11. *vers. ex præmissis*, Add. ad Abb. *in c. nullus, de for. comp. in verb. velit. indistinctè*, ubi de veriori. Rip. *in tract. de peste, tit. de præserv. remed.* §. *devenio nunc, num.* 124. Barbat. *in c.* 2. *n.* 35. *de for. compet.* Baiar. *ad Clar. in prax. crim. q.* 35. *sub num.* 2. Rebuff. *de privil. schol. privil.* 155. *n.* 1. & 2. Socin. Sen. *cons.* 1. *n.* 18. *de for. comp.* Neviz. *silv. nupt. p.* 5. *num.* 25. Marsil. *consil.* 67. Calvacan. *consil* 71. *num.* 2. Sed famuli Clericorum, & Episcoporum sunt remittendi per Judicem laicum ad Ecclesiasticum; aliàs uti contravenies immunitati ipso jure Judex laicus est excommunicatus. Grammat. *vot.* 33. *num.* 20. Adde Boss. *tit. de for. compet. litt. S.* Caravit. *super rit.* 46. *n.* 17. Bonacos. *in tract. de serv. & fam. q.* 15. *vers. etiamsi*, & de magis communi testatur Decian. *in tract. crimin. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 27. Marant. *in prax. p.* 4. *dist.* 11. *num.* 4. *vers. juxta hoc*, alios cumulans Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *num.* 8. *vers. secunda est opinio*, Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de for. compet. n.* 2. Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num* 131. *vers. ampliatur vigesimo secundo*, qui loquitur in quoquo modo servientibus Ecclesiæ: & *num.* 146. asserit magis communem, & *num.* 149. Viv. *decis.* 116. *n.* 2. Thesaur. *dec.* 22. *num.* 2. 3. & 4. Capyc. *dec.* 12. *n.* 2. *vers. secundo respondè*, Matt. *in tract. de jurisd. p.* 4. *cas.* 111. *num.* 1.

Non obstat, quod ii tantummodò gaudere de- 4
beant privilegio Ecclesiæ, qui sunt perpetuò addicti illius servitio, non autem ii, qui ad tempus, ut docent ex adverso relati per Menoch. Trentacinq. & Carol. de Grass.

Nam est advertendum, quod inservientes Ec- 5
clesiæ gaudent privilegio in gratiam ipsius Ecclesiæ, non autem propriæ personæ: quod clarè collegitur *ex d. c. Ecclesiarum servos*, & *ex c.* 2. *de foro compet.* & *ex d. l.* 1. *C. de Episc. & Cler.* ubi in specie notat Bald. Menoch. *d. cas.* 463. *num.* 10. *vers. quintò urget.* & Nat. *cons.* 576. *n.* 9.

Inde verò sequitur, quod qualitas perpetuitatis 6
non possit esse considerabilis, ut sine illa inservientes non debeant gaudere immunitatibus; pro tempore enim, quo inserviunt famuli temporales, eodem modo inserviunt respectu illius temporis; quo perpetui respectu perpetuitatis, neque enim perpetuitas imprimit characterem, prout clericatus, cujus ratione non possint perpetui conveniri coram Judice laico; sed ideò conveniri non possunt, quia Ecclesiæ inserviunt: quæ qualitas servitii ita cadit in temporario, prout in perpetuo: & hinc Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *vers. item operatur, & in d. l.* 2. *n.* 5. *C. de Episc. & Cleric.* tenet quod durat exemptio donec durat familiaritas, subdens quod exemptio non est concessa in gratiam famulorum, sed in gratiam ipsorum Clericorum, & ibi Salicet. *n.* 3. Alphons. de Leo *n.* 11. & 12. idem tenet Jmol. *in d. cap.* 1. *de for. compet. n.* 2. ubi famuli interim dum serviunt, censentur de foro Ecclesiæ, & ad hoc probandum adducitur *caput dilecto, de offic. Archid.* Ad idem Socin. *in c.* 1. *n.* 11. *vers. decimaoctava declaratio, de for. compet.* & Joan. Anton. Nig. *in Extrav. unic. num.* 83. *de vit. & hon. Cler.* Nat. *d. cons.* 576. *n* 9. Calcan. *d. cons.* 71. *n.* 3. *in fine*; Capic. *d. dec.* 12 *num.* 2. & 3. Menoch. *d. cas.* 562. *num.* 10. *vers. quintò urget.* D. meus Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 341. *n.* 3. *lib.* 2. Matt. *de jurisd. cas.* 112. *num.* 6. *vers. tertius articulus est.*

Cùm itaque privilegium sit inductum ratione 7
solius utilitatis Ecclesiæ, per consequens illius objectum, & ratio est servitium; in subjecto tamen servi vel famuli; qui ideò censetur exemptus, quia actu servit Ecclesiæ; servire autem non importet per necesse actum perpetuum, cùm & ad tempus possit inservire, & respectu illius temporis eadem sit utilitas Ecclesiæ ratione servi temporarii, quæ est ratione servi perpetui. Certum est enim, quod non potest perpetuus servus eodem tempore præstare servitium pro tota perpetuitate, quia est adstrictus, sed præstat successivè de tempore in tempus, & de momento ad momentum: quod eodem prorsus modo præstat & servus temporalis. Igitur cùm ut Ecclesia servitium consequatur, dum effectualiter famulus inservit, non sit necesse, ut addictio sit perpetua, ità consequenter per

necesse

necesse sequitur quod exemptio, quæ est concessa intuitu servitii Ecclesiæ, non sit concessa intuitu perpetuitatis; & sic quod perpetuitas, vel temporalitas non potest aliquid importare, ut ex ea includatur exemptio. Præsertim verò quia sicuti servitium dicit tempus successivum, & de momento ad momentum, neque pro sui essentia indiget perpetuitate, ita & exemptio non dicit perpetuitatem per necesse, sed verificatur in tempore, & de momento ad momentum usquequò famulatus durat, ut illo sublato & ea tolli possit.

8 Hinc videmus, quod laici tenentes administrationem omnium bonorum Ecclesiæ, conveniuntur coram Judice Ecclesiastico durante officio, sed non postea, *c. judicatum. 87. dist.* & ibi notant Gloss. & Doct. Abb. *in d. c. 2. num. 6. vers. fallit in duobus casibus, de for. comp.* Quod si ad effectum ut exemptio, quæ intuitu solius utilitatis Ecclesiæ est concessa, requireret perpetuitatem in serviente, utique non esset verum, quod tenentes administrationem bonorum fruerentur beneficio fori, si sunt ad tempus, sed esset necesse, quod essent administratores perpetui, & has rationes brevissimè tetigit Felin. *d. cap. 2. num. 11. vers. de Iesuatis, de for. comp.* ubi respondendo ad objectum, quod Iesuati non subsunt Episcopis, quia non sunt perpetui, respondet quod hoc non concludit, quia Eremitæ, & famuli olim Episcopi, & uxor quondam clerici desinit esse de foro Ecclesiastico, & tamen priùs fuit.

9 Et hanc eandem opinionem, ut pro tempore, quo inserviunt familiares, debeant gaudere privilegio fori, post Imol. & alios præcitatos tenent Capr. *in d. c. 2. de for. comp. col. 2.* Barbat. *de Abb. in d. c. 2. sub n. 5. in verb. velit. indistinctè*, & firmat Bald. *d. l. 1. C. de Episc. & Cler.* quod inserviens habet privilegium fori donec durat in servitio Ecclesiæ, & quando est perpetuus, gaudet eodem privilegio perpetuo, sicuti dominus, & sequitur Gratian. *d. c. 341. num. 4. lib. 2.* & idem sensit Caravit. *super Rit. 46. magn. Curiæ, n. 27.* qui propositâ quæstione utrum familiares, & servitores gaudeant privilegio fori, refert distinctionem Archid. & sequentium, quod ad hoc familiaris debet esse perpetuus, vel debet servire sine mercede: & opinionem Baldi, & aliorum, ut sufficiat quod sit temporalis, concludit ipsam primam opinionem esse magis communem, secundam verò procedere in familia clericorum ob speciale privilegium Clerici, & hanc esse ipsam veritatem.

10 Accedit, quod regula, ut qui ad tempus inserviunt, & pro mercede, non gaudeant privilegio fori, potest procedere in iis, qui serviunt mercede dietim, aut pro aliquo parvo tempore; secus verò si ad annum, vel ad longum tempus. Ita ex Alberic. *in d. l. 1. C. de Episc. & Cler.* Socin. *d. c. 2. num. 21. declarat. 18. de for. comp.* & alios citat Joan. Anton. de Nig. *in Extravag. unic. num 90. de vit. & honest. Cleric.* & Dec. *in tract. crimin. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 47.* & sequitur Vulpel. *in tract. de libert. Eccles. p. 3. num. 14.* Bonacos. *de serv. & famul. q. 15. in fine*, ubi de communi, Graff. *commun. opin. c. 10. q. 7.* Menoch. *d. consil. 562. num. 14.* D. Grat. *d. n. 341. num. 4.* Matt. *d. tract. de jurisd. cas. 111. num. 10. vers. & licèt contrariam opinionem, & n. 11.* ubi quod contraria opinio procedit in ils servitoribus, qui salario constituto dietim, vel per hebdomadas serviunt.

11 Et tursus quatenus prædictæ regulæ inhærendum esset, quod videtur negandum ex suprà deductis, non procedit quotiescunque Ecclesia non potest uti æquè commodè servitio sui famuli, si subjiceretur foro laicali, prout uteretur si non subjiceretur, Felin. *in d. c. 2. num. 2. vers. tene istam conclusionem, de for. compet.* Nigr. *in d. Extravag. unic. num. 95. de vit. & honest. Cler.* Oldrad. *cons. 11. incip. Thema tale est*, ubi privilegium de non solvendis decimis concessis hospitali super bonis pauperum, includit bona ministrorum servientium hospitali, sine quibus hospitale commodè, non regeretur. Menoch. qui dicit opinionem probabiliorem, *d. cas. 562. num. 11. & num. 59.* Caravit. *d. rit. 46. num. 18. vers. utrùm si privilegiatus*: sic in similibus terminis circa familiares, & aulicos Regis, quod non est credendum Regem voluisse eos subjicere magnæ Curiæ, & auferre cognitionem Senescalli, quia contingeret longis litibus eos defatigari, & subtrahi ab ejus servitio, Mar. Frecc. *de subfeud. lib. 1. de offic. magn. Senescal. num. 3. in fin. for. 36.* Surd. *consil. 303. num. 11.* quod laicus Judex non potest criminaliter vexare colonos, & conductores Ecclesiæ, quia privilegium Ecclesiæ competit, & illis colonis, quando sine eis Ecclesia non posset uti commodè suo privilegio. Carol. de Graff. *de effect. cler. effect. 1. n. 216.* Marius Giurb. *cons. 88. num. 11.* Graff. *decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 27. vers. quarta licèt regulariter*. qui omnes ea inducuntur ratione, quod domini non possunt carere servitio suorum famulorum.

An autem ita commodè possit Ecclesia, & Clericus uti ministerio servientis, erit decidendum arbitrio Judicis, ut per Menoch. *ibid. n. 12.* Arbitrium autem interponet Judex Ecclesiasticus, quia cùm agitur etiam generaliter super cognitione jurisdictionis inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, Ecclesiasticus propter majorem auctoritatem, & præeminentiam præfertur sæculari. Butr. *in cap. cæterùm, col. 3. de jud.* Felin. *in c. pastoralis, num. 4. vers. limitatur, de rescript.* ubi super pertinentia jurisdictionis non uterque Judex, Ecclesiasticus, & sæcularis simul cognoscit, sed major tantùm, qui est Ecclesiasticus. Dec. *ibid. n. 8. vers. & concludit.* Jas. *in l. 2. ff. si quis in jus vocat. n. 19. vers. item ad istam regulam*, Boss. *in tit. de foro compet. n. 155. vers. & ad textum*, novissimè Diana *resolut. moral. part. 6. tract. 2. resolut. 9.* Covar. *practic. q. 33. n. 1. vers. quod ubi contingit quæstio*, ubi ex hoc hortatur Judices Ecclesiasticos, ne ambitione defendendæ jurisdictionis, & liberandi facinorosos homines, sed zelo justitiæ juxta Canones hujusmodi controversias cognoscant, & decidant. Ita ut stante impedimento prædicto verum sit inservientes Clericis & Ecclesiæ cum mercede, ad tempus potiri privilegio fori, ut per Felin. & alios *locis citatis*, & per Carol. de Graff. *d. effect. 1. n 10. ad med. vers. quoad servos conductitios.* Benè & in terminis Menoch *d. cas. 562. n. 38.* & Steph. Grat. *discept. for. lib. 2. c. 340. n. 5. & per plur.* ubi propter incommoditatem servitii dictum fori privilegium vendicat sibi locum, non tantùm in familia Clericorum, & Episcopi, sed & in familia laicorum, in familia militum maritimæ, & terrestris militiæ, veluti medicis, chirurgis, inscriptoribus, bidellis, notariis scholarium, ut ibi latè. Et cum hac distinctione, quæ verissima judicatur, solvuntur aliæ opiniones, quæ videbantur contrariæ, de quibus per Menoch. *d. cas. 561. n. 4. & seq.* Gratian. *d. num. 6.* & Gloss. *d. effect. 1. n. 210. vers. quæ tamen contraria.*

Verùm est advertendum quod Doctores in hac materia loquentes, duas, tantùm statuunt species servientium, nempè adscriptitiorum perpetuò addictorum Ecclesiæ, & mercenarium inservientium

12

inservientium ad tempus certa mercede ex pacto recepta: & de illis loquitur Abb. *in c. 2. num. 6. de for. compet.* ubi ponit, & requirit perpetuitatem adversativè ad servientes conductitios, ac *in cap. non*
16 *minus, num. 4. in fin. de immun. Eccles.* pariter considerat qualitatem mercedis, & eandem considerant omnes ferè allegati per Menoch. *d. cas. 562. n. 4.* At ultra illas duas datur tertia species, nempè illorum, qui nullâ recepta mercede Ecclesiæ inserviunt, & qui licèt obligatione non sint perpetui, actu tamen possunt esse. In istis autem, prout cessat proprium commodum, ita cadit consideratio solius commodi Ecclesiæ, cujus intuitu solent exemptiones servientibus concedi, *d. l. 2. C. de Episc. & Cler.* & ibi Butrig. Bald. & alii. Et ubi in conductis mercede consideratur commodum solius servitii, in servientibus gratis consideratur, & cadit commodum duplicatum, nempè servitii, ut & in mercede conductis, & servitii gratis impensi. Hinc verò fit, ut quæstio, an ii, qui gratis inserviunt, gaudere debeant beneficio fori, non videatur posse decidi ex auctoritatibus Doctorum, qui agunt de famulis certa mercede conductis, in quibus cadit mixtura favoris, & commodi inservientium, non autem
17 solius Ecclesiæ. Sed quin immò Ecclesia magis debet istis, qui cùm liberi existant, inserviunt gratis, quàm adscriptitiis, vel oblatis perpetuò, quia talibus Ecclesia ipsa victum, & vestitum præstare debet: inservientibus tamen liberis nihil præstare cogitur, ita ut longè majorem commoditatem ex liberis tantùm gratis servientibus, quàm ex servis,
18 vel adscriptitiis consequatur. Istis autem gratis servientibus concedi privilegium fori, dixit Caravita *tit 46. numer. 27. vers. Item cum fine mercede serviunt.* Liberos autem homines gratis servientes appellavit in Regno Neapolitano Diaconos Selvaticos, de quorum nominis etymologia difficile esset Jura, & Doctorum auctoritates adducere, quæ faciunt mentionem; forsan dicuntur Selvatici, id est fictè Diaconi & impropriè.

19 Quoad rem ipsam Diaconi Selvatici sunt famuli, qui nullâ receptâ mercede inserviunt Ecclesiæ, & Episcopis, ad tempus quidem, sed non ad tempus breve, ac per consequens, in illis duplex qualitas cumulatur: ut enim tenentur Ecclesias mundare, & pulsare campanas, censentur famuli Ecclesiæ; ut verò tenentur Episcopo mandante, officium vel birruarii, vel tabellionis, mulionis, vel similium subire, censentur ipsius Episcopi familiares: & nisi isti, qui se addicunt servitio Ecclesiæ, & Episcopi, nullâ receptâ mercede, consequerentur aliquod commodum, recusarent absque dubio inservire; commodum autem nullum contingit ex munere diaconatus Selvatici, nisi id, quod ex privilegio fori consequuntur: non enim sunt pecuniâ conducti, vel aliqua merces illis assignatur. De ministris, & familiaribus, quibus nullum salarium, vel victus constitutus est, sed quædam tantùm privilegia conceduntur, agit Simanc. *Cathol. instit. tit. 41. num. 16. & seq.* In multis Hispaniæ urbibus, & provinciis certum illorum numerum esse limitatum constat, quem non licet excedere, & Diaconos Selvaticos prædicto fori privilegio gaudere, resolvit Sacra Congregatio negotiis Regni Neapolis præposita, præcisum numerum assignatum pro commodo Ecclesiarum, & Episcoporum, ut obviaretur fraudibus, quæ prætendebantur per eos committi, ut infrà: quod etiam refert Aloys. Ricc. *in praxi, p. 4. resol. 40.* & Navar. *in sum. Bullar. tit. de Diaconis Selvaticis*, & Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. q. 30. in fine, pag. 44.*

Sacra Cardinalium Congregatio negotiis Regni 20
Neapolitani præpositorum, certa reddita in nonnullis ejusdem Regni diœcesibus Diaconos, quos vocant Selvaticos in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut utilitatem excrevisse, volens eorumdem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere, de Sanctissimi D. N. Gregorii XV. mandato, viva vocis oraculo desuper habito, censuit Diaconos Selvaticos hujusmodi pro Ecclesiarum & Episcoporum servitio retinere, vel in locum quoquo modo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seu Superioribus Ecclesiis ad summum quatuor, 21
in Collegiatis, in quibus divina celebrantur, si Episcopo videbitur, unum. Quos quidem Episcopi prorsus 22
gratis, & tales, qui omninò per seipsos, non autem per interpositam personam servitium debitum præstent, nec ullo modo criminosos, aut male conditionis, & fama eligere debeant: aliàs & hi nullo gaudeant privilegio, & eligentes judicium Sedis Apostolicæ severum experientur. Eos verò privilegio Caveni, non gaudere, fori autem privilegio in criminalibus omninò, in civilibus quoad corporis districtionem tantùm, 23
& immunitate ab oneribus personalibus, non autem ab aliis, durante servitio frui debere. Sed si alicubi majoribus utuntur privilegiis, ac immunitatibus ex legitima consuetudine, cujus cognitionem, & declarationem in casum controversiæ eadem sacra Congre- 24
gatio sibi reservat, illam debere attendi, cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere, hoc præsenti decreto statuit, præcepit & declaravit. Romæ 10. Kal. Julii 1623. Octavius Card. Bandinus. Laurentius Campeg. Secret.

De familiaribus sacræ Inquisitionis, quod exi- 25
mantur à Jurisdictione Judicum sæcularium, & puniri debeant ab Inquisitoribus, exceptis quibusdam criminibus enormissimis, scribit Jacob Simanc. *de Cathol. inst. tit. 41. de minist. & eorum offic. n. 19. tom. 2. p. 2. fol. 272.* & Stephan. Gratian. *d. c. 340. num. 33. & 34.* Narbona *in l. 2. gloss. 1. n. 12. & gloss. 22. num. 6. tit. 1. lib. 4. Recop.* Anton. Diana *moral. ref. p. 4. tract. 7. resol. 37. & tract. 8. resol. 56. in fine*, novissimè Ansald. *de jurisd. Eccles. p. 2. tit. 11. cap. 6.* Et hoc fori privilegium competens familia- 26
ribus sancti Officii, comprehendit & uxores dictorum, ac filios, durante familiaritate, vel vitâ mariti & patris. Asin. *in tract. ale exequut. §. 1. cap. 52. num. 16. 17. & seq.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. §. 1. num. 154.* ubi de praxi in Regno Siciliæ, & id 27
firmat multis rationibus *in numeris sequentibus.* At illud absolutissimum est, Inquisitores, tam ad defensionem propriæ personæ, & familiæ, quàm ad hæreticos capiendos, & continendos in officio, habere ministros armatos, ex *Clement. Nolentes, §. porrò, de hæret.* & ex constit. Joan. XXII. incipiente: *Exigit ordinis nostri*, quam refert Repert. Inquis. *in verb. Arma, §. Sed utrum Inquisitores*, Villadieg. *in tract. de hæret. q. 11. n. 35.* Simanc. *de inst. cathol. tit. 14. num. 15.* R. P. D. Peña *in 3. p. direct. Inquis. fol. 114.* Farinac. *in tract. de hæres. q. 84. n. 9.* Catol. de Grass. *de effect. cler. 1. p. num. 130. vers. & quid in Inquisitoribus*, D. Barbosa *alleg. 137. de offic. Epis. n. 6. vers. unde etiam Inquisitores.*

Nec tantùm exequutores, seu Officiales, fami- 28
liares, & alii ministri, qui quavis alia ratione sanctæ Inquisitioni inserviunt, ut sunt Consultores, Advocati, Procuratores, Notarii, Custodes, & similes, de Inquisitorum licentia possunt impunè deferre arma, ut latè per Pen. *in addit. ad Direct. Inquisit. fol. mihi 131. col. 2. vers. rursus arma deferre*,

Ignat. Lopez *ad pract. Diaz, cap.* 154. *num.* 26. Cùm tamen familiares, & officiales prædicti armorum concessione non abutatur, ut *in Clement. 2. de haret.*

29 Abusus verò concessionis delationis armorum inducitur, quando conceditur licentia ministris non necessariis, & iis, qui non inserviunt S. Officio, *d. Clem. 2. in fin.* Farin. *d. q.* 182. *num* 92. *& seq.* & quando sub prætextu inquisitionis dictis ministri armati committunt excessus, & facinora. Ign. Lop. *cit. loco, num* 27. *in fin.*

30 Quoad familiares Episcoporum receptissima est opinio, & communi Doctorum calculo comprobata, quod familia Episcopi, etiam laica gaudet privilegio fori, tam in civilibus, quàm in criminalibus. Notatur *in cap. penult. de privil. in 6. & in c. cùm non ab homine, de jud.* ubi Abb. *num. 2. vers. ego fateor, & in c. fin. de offic. Archid.* & ibi idem Abb. *num.* 3. Card. *n.* 4. idem Abb. *in c. nullus. de for. compet. num. 6. vers. in familia verò Episcopi,* ubi de communi, Host. *in d. c. fin. de offic. Archid. col. 3. in verb. familia,* redarguit Judices laicos usurpantes talia privilegia ex violentia. Joan. Anton. de Nigr. *in Extravag. unic. num. 89. de vit. & honest. Cler.* Calc. *conc. 71. num. 4. vers. nec obstat. si dicatur, & cons. 72.* quod est consilium Joan. Montesperelli, ad favorem Episcopi Brixiensis, petentis sibi consignari suum familiarem captum à familia potestatis, testatur de communi Doctorum opinione: idem firmat Bened. de Bazar. *ad. cons. 72 Calcan. in princ.* Bursat. *cons. 25. num. 13. lib. 1.* Natt. *cons. 576. num. 5. in fin.* tam in civilibus causis, quàm in criminalibus. Bombin. *cons. 10. n. 10.* Ægid. Bost. *in tract. de for. compet. num. 127. vers. eod. modo.* qui pariter de communi, & de communi itidem Clar. *in §. fin. in quæst. nunquid familiares, seu famuli, vers. ab hac tamen conclusione,* quod scilicet familiares Episcoporum potiuntur privilegio clericali, ita ut delinquendo non possint puniri à Judice laico, sed remitti debeant ad Ecclesiasticum. Bonacos. *in tract. de serv. & famil. quæs. 5.* Dec. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. num. 47. & 57.* Burg. *de mod. proced. ex abrupt. quæs. 65. num. 77.* Bellug. *in spec. Princ. rubr. 11. §. videndum. num. 6.* Crass. *com. opin. lib. 11. tit. 2. num. 48. tom. 1.* Villab. *in erar. com. opin. litt. F, num. 32.* Aloys. Leo *in authent. Cassa, n. 23. C. de sacros. Eccles.* Marsil. *cons. 67. n. 60.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 146. num. 2.* D. Farinac. *de inquisit. quæst. 8. num. 46.* Capic. *decis. 12.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 561. num. 13. vers. declaratur primò,* Thesaur. *decis. 22. num. 6.* & pro indubitabili tenet Viv. *decis. 116. num. 1.* in civili, & criminali causa, Gratian. *decis. March. 232. num. 1.* tam in civili, quàm in criminali, & idem repetit *discept. forens. lib. 2. cap. 340. num. 3. & 31. & cap. seq. n. 9.* Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 8. num. 6. vers. sciendum etiam,* dicit quod Curia prædicta est in quasi possessione. Franc. Leo *in Thesaur. for. Eccles. part. 1. cap. 11. num. 17. vers. quod attinet ad privilegium, & num. 18.* Narbona latè *ad l. 20. gloss. 10. num. 4. cum seqq. tit. 1. lib. 4. Recop.* Fr. Mich. Agia *de exhibend. auxil. fundam. 7. in fine,* Duard. *in Bull. Cœnæ, can. 25. q 8. concl. 1. num. 2.* Anton. de Marinis *quot. res. lib. 1. c. 117. num. 1.* Gavant. *in enchirid. verb. familia Episcopi, num. 2.* Carlev. *de judic. disp. 2. q. 6. sect. 3. n. 427. & 599. & in promptuario tom. 2. verb. familia, n. 19.* Zambr. *in repert. mor. verb. Ecclesia quoad ejus libertatem, lib. 10.* latè Diana *moral. resol. p. 6. tract. 2. de familia laica, res. 1. cum. seqq.* novissimè Ansald. *de jurisd. eccles. part. 2. tit. 11. c. 5. num. 34. cum seqq.* D. Alder. Masc. concivis meus *de statut. interp. concl. 1. num. 135.* plures alios cumulant concordantes Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect. 1. num. 128. vers. ampliatur secundo in familia Episcopi, &* eruditissimus D. meus August. Barbosa *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 107. num. 9. vers. familia Episcopi,* & in civili & criminali Mar. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 73 num. 1.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de favor. cleric. real. §. 1. num. 15.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 20. cap. 9. num. 23. & 24.* Trentacinq. *var resolut. vol. 1. lib. 2. tit. de for. compet. resolut. 1. num. 1.* Marta *in tract de jurisdict. part. 4. cas. 111. n. 3. vers. secundus articulus est,* Ricc. *in praxi. resol. 71. n. 5. & 6.* in utraque causa, civili, & criminali, Graff. *decis. aur. p. 2. lib. 3. cap. 5. num. 26. vers. secundo familia Episcopi,* Giurba *cons. 70. num. 21. vers. cumque testentur omnes,* & plures nominat Doctores idem tenentes *cons. 88. num. 1.* Hieronym. Campan. *in divers. Jur. Canon. rub. 9. c. 9. num. 12.* ex Bobad. & aliis in utroque judicio criminali, & civili, & Joan. Anton. de Nigr. *in dicta Extravag. unic. num. 21.* ampliat ad familiam Vicarii in civili, & criminali. Afflict. *in Const. Regn. lib. 1. rub. 9. de illicit. portat. armor. num. 7.* quem sequuntur alii relati per Suar. *recept. sent.* per Sbroz. *de offic. Vic.* per Gratian *decis. March. 223. num. 18* per Giurb. *de cons. 88.* per Graff. *citato loco, num. 26.* per Guazin. *defens. 20. c. 9. n. 24.* qui extendit ad notarium Vicarii foranei. Diana *d. p. 6. tract. 1. resol. 5. vers. tertiò,* ubi ampliat procedere in familia laica Episcopi titularis: novissimè Ciarlin. *controvers. forens. cap. 20. num. 14. cum seqq.* ubi *à num. 16.* extendit ut procedat etiam in familia Episcopi titularis, vel ejus, qui renunciavit loco, sed non dignitati: & *num. 19.* testatur sub die 16. Januarii 1628. in una Regiensi ita fuisse declaratum à Sacra Congr. Cardinalium controversiis jurisdictionalibus præpositorum. Vide alios Doctores citatos suprà *hoc c. §. 2. num. 55.* ex quibus sine dubio affirmare possumus, ita communiter à Doctoribus receptum esse. 31

Potest & Episcopus, vel illius Vicarius punire excessus familiarium laicorum, si deliquerint in officio. Joan. Andr. post Archid. *in cap. si Episcopus, de offic. ordin. in 6.* & expressè firmat Stephan. Aufrer. *in Clem. 1. de potest. Eccl. in secul. cas 24 num. 19.* Boër. *decis. 9. num. 7. vers. & idem in Episcopo,* Sbroz. *de Vicar. q. 146. num. 2. lib. 2.* Giurba *cons. 87.* Cevall. *de cognit. per viam viol. p. 2. q. 64. num. 16.* Diana *moral. res. p. 3. tract. 1. resol. 12.* Stephan Gratian. *d. decis. 233. n. 19.* Bellet. *disquisit. cler. p. 1. tit. de favor. cler. real. §. 1. n. 18.* D. Barbosa *in dicto tract. de potest. Episcopi, alleg. 107. num. 15.* Bobad. *in politic. lib. 2. cap. 17. num. 48. tom. 1.* Villadieg. etiam *in Politic. cap. 5. §. 25. num. 19.* Marc. Antonin. *d. resol. 75. num. 3. vers. quod omninò verum, in fin. lib. 1. & lib. 3. res. 14. vers. fuit resolutum,* Guazz. *de defens. 29 c. 9. num. 24.* Calvacan. *de brach. reg. 4. p. n. 259. vers. quin imò licet Episcopo,* Joan. Hieron. Campan. *diverf. jur. rub. 9. c. 9. vers. notarium verò.* Licèt contrarium dicat Caravit. *rit. 49. num. 29.* Aufrer. *de potest. eccles. vers. 21. num. 19.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 7. gloss. 2.* Papon. *lib. 1. tit. 4. arrest. 8.* Grassal. *lib. 2. regal. Francia,* Vulpel. *de libert. Eccls. p. 3. n. 26.* Eodem modo, quo pro delictis in officio commissis datur Judicibus laicis potestas puniendi suos officiales, ex *l. nulli, C. quorum appellat.* & per illum textum notant Alberic. Angel. & cæteri, Boër. *decis. 9.* Farinac. *in praxi, quæst. 101. num. 86.* Potest etiam Episcopus offendentes suum officialem in executione officii puniri: sed quid si non ratione officii, sed ex odio, vel inimicitia privata offendat? 32

o Tendat ? Vide Dianam *in d. part. 6. tract. 8. miscel. resol.* 3.

33 Qui autem familiares, & de familia dicantur in propositio nostro declarat textus, esse omnes in servitio existentes, *in l. pronunciatio*, §. *familia*, ubi Alciat. *de verb. signific. & l. final. C. eod. tit.* plenè Gloss. *in c. in litteris, de test. verb. familia*, & ibi Bald. *num.* 1. *vers familiares dicuntur omnes*. Felin. *num.* 1. *vers.* 3. *nota*, Alex. *cons.* 178. *lib.* 6. *in princ. vers. quia imò dicit*, Farin. *in tract. de test. q.* 55. *num.* 135. Viv. *decis.* 349. Mar. Anton. *d. resol.* 75. *n.* 2. *lib.* 1. Ricc. *in praxi, resolut.* 471. *n.* 8. Thesaur. *for. Eccles. p.* 1. *c.* 11. *num.* 18. latè Giurba *cons.* 88. *per tot.* ubi de magistro, notario, Cancellario Episcopi, nuncio, custode carceris, & lictoribus, de his etiam Ciarlin. *controv. cap.* 20. *à n.* 31.

34 Hinc Notarius, censetur de familia Episcopi. Rot. March. & Gratian. *d. dec.* 213. *per tot. & discept. forens. d. c.* 340. *lib.* 2. *ferè per tot. & cap. subsequenti* 341. Bellet, *loco superius allegato, num.* 16. Ricc. *d. resol.* 471. *num.* 4. *& seq.* Narbona *l.* 20. *gloss.* 20. *num.* 17. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* & ex pluribus Marius Giurb. *d. cons.* 97. *num.* 4. & aliis : quod procedit etiam in notario non exercente immediatè, de quo est casus discussus in dicto Concilio. Necnon Fiscalis, Nuncii, vel Cursores, Carcerum custodes, barisellus, Birruarii, & his similes decuntur de familia Episcopi, ad hoc Felin. *de privil. scholar. privileg.* 166. *num.* 1. Rot. March. *d. decis.* 233. *num.* 12. *& num.* 20. & post alios Franc. Leo *in Thes. for. Eccles, cap.* 11. *num.* 17. & 18. Sacta Congregatio super negotiis episcoporum, & Regularium, 25. Aprilis 1614. *Dum fuisset processum ad nonnullos actus in causa Capitanei, vel Bariselli Episcopi Sorani carceribus mancipati per Viceducem civitatis Sora, sacra eadem Congregatio, de mandato Sanctissimi Pauli Quinti attento quod Barisellus existit de familia armata Episcopi, & propterea non potest, nec debet de jure per laicum capturari, ordinavit Illustrissimo Auditori Camera, ut capturam, & acta nulla declararet.* Rursus petente Episcopo Vasionensi, utrum Judex Camerarius, & Fiscalis, tanquam ejus familiares deberent uti beneficio fori, & immunitate ab oneribus personalibus ? Sacra eadem Congregatio sub die 11. Decembris 1614. *officiales praedictos uti familiares Episcopi fori privilegio gaudere, & ad personalia Civitatis munia subeunda minimè teneri censuit. Mandavit insuper Episcopo Ortunensi*, 6. *Augusti* 1602. *ne suspenderet censuras latas, & publicatas contra Gubernatorem Lanciani, nisi priùs relaxato è carceribus ejus notario, & Regiis hortatoriis, ac aliis quibuscunque non obstantibus. Item Archiepiscopo Turritano*, 18. *Maii* 1603. *praedicta sacra Congregatio respondit privilegia concessa per sacros Canones ministris, officialibus, vel familiaribus Episcopi, esse ita clara, ut in dubium revocari non valeant, nec indigeant confirmatione: injungendo illi strictè, ut praedicta faciat observari.*

A. ipse, dum essem à secretis apud sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium præpositam negotiis Episcoporum, & Regularium, sub Reverendissimis PP. DD. Zambeccario recolendæ memoriæ, & Campegio observavi, ut pro familiaribus Episcopi etiam laicis carceratis per Curiam sæcularem, semper darentur litteræ ad proprios Episcopos, vel Nuncios Apostolicos de ordine Sanctissimi, ut sub censuris, ac aliis sacrorum Canonum remediis curarent omninò remitti ad Curiam Ecclesiasticam : ac ex revolutione Registrorum dictæ sacræ Congregationis percepi, per prius ita semper fuisse observatum de ordine præciso Sanctissimi, ut de anno 1581. 14. Februarii, in causa Episcopi Regiensis, *regist. fol.* 42. sic etiam de praxi testatur Mar. Anton. *var. resol. dicto c.* 75. *num.* 6. *vers. accedebat quandoquidem.*

Nec restringenda est hæc communis decisio, ut 35
familiares Episcopi tunc demùm obtineant privilegium fori, quando viverent expensis Episcopi siquidem ut quis dicatur familiaris, requiritur mens, & dens ; & qui non habet victum, non potest dici familiaris, *ex cap. final de verb. signif. in* 6. Sarnens. *in reg. de impetr. benefic. vac. per. obitum famil. Card. quæst.* 13. *in princ. & quæst.* 14. Nam 36
ad hunc effectum privilegii fori nen requiritur exacta illa probatio familiaritatis, quæ est necessaria in materia reservationis ; reservatio enim tanquam exorbitans, & odiosa, utpote auferens ordinariam potestatem conferendi, non comprehendit nisi continuos commensales, *d. cap. fin.* & ibi omnes. Cassad. *decis.* 3. *num.* 5. *de reservat.* Hic autem versamur in favore Ecclesiæ, qui non debet restringi, sed latè interpretari. Remig. *de immunit. ampliat.* 15. *in fine, vers. nam videmus*, & in proposito Stephan. Gratian. *d. c.* 441. *num.* 20. Mar. Autonin. *loco cit. num.* 2. *& sequenti, Campanil. divers. Jur. Canon. rubr.* 9. *cap.* 9. *num.* 1. *paulò post princip. vers. hic autem agi de favore Ecclesiæ* : qui optimam dicit esse distinctionem, sed satis est 37
ad hoc, ut familiares sint in obsequio, & servitio, licèt Episcopi expensis non vivant: expenditur *cons.* 8. Calder. *de offic. Legat.* ubi Capellanus Legati absens, & commorans in studio propriis sumptibus, comprehenditur in privilegiis Legati, quia verba intelliguntur civili modo, secundùm subjectam materiam, ex causis, ex loco, tempore, & personis, & aliis circumstantiis, *cap. intelligentia, de verb. signific. c. de occidendis*, 24. *q.* 5. Caravit. *in rit.* 46. *n.* 31. *ad finem, vers. licèt in domo sua propria comedat, dormiat*, Gambar. *de offic. Legat. lib.* 3. *tit. de præst. Legat. circa benef. num.* 149. *& lib.* 5. *tit. An Legatus possit plur. benef. uni confer. num.* 125. *ad fin vers. & adverte, p.* 2. *fol.* 188. Gratian. *d. c.* 341. *n.* 17 18. *& seqq. lib.* 2.

Minùs admittenda est distinctio, quod competat 38
fori privilegium familiari Episcopi, quando vel est officialis, vel delinquit in officio : quia Doctores præcitati loquentes de privilegio fori competenti familiaribus, non distinguunt, ut ad hoc quod quis dicatur familiaris, debeat esse destinatus ad aliquod certum servitium ; sed dant privilegium in genere : unde ista indefinita æquipollet universali, 39
l. si pluribus, in princ. ff. de legat. 2. notatur *in c. Curia, de elect. in* 6. Castr. *cons.* 135. *num.* 3. *lib.* 1. & in terminis Caravit. *rit.* 49. *n.* 6. *vers. loquutio indefinita* : & in specie, quod non sit necessarium officium, clarè insinuat Luc. de Pen. *in rubr. C. de domest. & protest.* ubi familiares sunt ii, qui sine officio distincto Imperatori obsequuntur, & serviunt : contrarium procedit in odiosis, veluti in materia reservationis, ut dictum est.

Ad aliam partem dubii, si sumenda esset inter- 40
pretatio, quod familiaris tunc tandem utitur privilegio fori, si deliquerit in officio, duplex sequeretur inconveniens, quòd alii familiares, in quibus non posset cadere delictum, eo quia nullum habent officium excluderentur à privilegio fori, & quod 41
familiares viri nobiles minus essent privilegiati, quàm mercenarii, & infimæ conditionis homines deputati ad certum servitium : quod non est

Biblioteca de Ciències Socials

admittendum, cùm ex favore speciali concedatur indistinctè privilegium fori familiaribus Episcopi, tam in causis civilibus, quam criminalibus, ut ex latè superiùs congestis ad satietatem. Ulteriùs dum admittitur facultas in Episcopo cognoscendi, & 42 puniendi delicta suorum familiarium commissa in officio, prout verè competit ex deductis, non exinde excluditur concessio animadvertendi in familiares extra officium delinquentes: nam dum offi- 43 cialis delinquit in exercitio sui officii, non fortitur forum ratione loci, in quo reperitur, sed ratione officii, & jurisdictionis, ita ut tunc non confideretur ut homo vassallus, sed uti officialis. Caravit. qui pluribus explicat, *d. tit. 49. num. 13. & 14.* Hinc fit, quoad alia crimina extra officium, remanere in suo robore privilegium, quod habet Judex Ecclesiasticus puniendi familiares. Gratian. *d.c. 341. n. 5. & 14.* Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. c. 9. num. 4.* Burg. *de modo proced. ab abrupt. q. 63. n. 81.* Guazzin. *loco sup. relato*, Mar. Giurb. *d. cons. 70. num. 20. vers. sed qui Archiepiscopalis, & cons. 88. n. ult.* ubi testatur ita fuisse resolutum in Regia Camera, præsente Prorege. 44

45 His ita firmatis tolluntur novissimè in contrarium adducta per D. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. for. lib. 3. quæst. 78.* nempe communem opinionem, quod familia Episcopi utitur privilegio fori, esse dubitabilem, nec legibus, vel ratione defendi: neque jura relata per Abb. *in cap. fin. de offic. Archid.* probare id, ad quod allegantur: nec ex eo capite inferri familiarem Episcopi habere privilegium fori.

46 Respondetur quod *in d. cap. fin.* prætendebat Archidiaconus aliquos diœcesis Senonensis debere priùs conveniri coram ipso, quàm coram Officiali Archiepiscopi, tum de jure communi, ratione proprii territorii, tum de consuetudine; & sicut à jurisdictione inferioris noverat esse exemptum Episcopum, cujus respectu, & illius homines, & familiares gaudent eodem privilegio; propterea Archidiaconus excipit à sua jurisdictione cognitionem causarum familiæ Episcopi: & ex hoc concludenter inferunt scribentes omnes, familiares Episcopi gaudere privilegio fori, ut colligit Host. ibi, *num. 14.* Anch. *num. 4. vers. non hic colligitur*, & alii.

47 Secundo, quod textus *in c. 1. de pœn. in 6.* loquatur tantùm circa jurisdictionem, quam habent Episcopi contra offendentes suam familiam, quasi pro vindicta ad propulsandam propriam injuriam, non autem cognoscendi causam sui familiaris. Hoc expresè repugnat verbis Gloss. ibi, *in verb. punire*: ubi si injuria fuerit illata in Prælatum, propriam illius personam respiciens, non potest ipse aliquem punire: & Glossa exemplificat in filio, qui potest remittere injuriam, per quam ipse fuit offensus, secus si tangat partem: & in fine concludit, quod Episcopus potest punire injuriantes propriam familiam, etiam quod jurisdictionem non impediant: ad idem Socin. *in c. olim, de injur.* Farin. *in prax de var. & diverf. crim. q. 105. num. 394.* quod Episcopus remittit injuriam sibi illatam quantùm ad suam personam. Grass. *decis. aurear. p. 2. lib. 2. c. 27. num. 20.*

48 Tertiò caput *Ecclesiarum servos*, loqui de servis perpetuis, & ascriptitiis, non negatur; sunt enim tanquam pars fundi, quod colunt, & cujus beneficio destinantur, *l. cùm satis 23. C. de agricol. & cens. lib. 13.* ubi Luc. de Peña, Joan. de Platea, & Valenzuela Pascador, Thom. Sanch. *de matr. lib. 7. diff. 19. num. 1.* Ant. Fab. *in sua Jurisprudentia, tit. 5. princ. 2. illat. 7.* Schifordeg. *tom. 3. tract. 26. quæst. 5.* Sed Doctores ex connexitate materiæ notant ibi, familiares Episcopi gaudere privilegio fori, prout facit Archid. *num. 5. vers. per hanc decretalem*, & cæteri. Quartò non dissentimus legem *2. C. de Episc. & Cler.* loqui de muneribus, & privilegium competens Clericis extendi ad illorum familiares, ut ibi per Glos. Bald. & alios. Sed meliùs dictum esset dictam legem 2. loqui tantùm in Clericis, & illorum hominibus, non in Episcopo, & ejus familia. Insuper non obstat objectio Thesauri, quod si Episcopus cognoscat in causa sui familiaris, magnum infertur præjudicium jurisdictioni ordinariæ Principis sæcularis, præsertim in causis criminalibus: & eam potestatem regulariter non habet Episcopus, nisi illi ex particulari privilegio à Jure, vel Pontificum Constitutionibus demandetur.

Episcopus enim uti Iudex Ordinarius in sua 49 diœcesi, tam de jure, quàm ex universali consuetudine potest punire pœnâ corporis afflictivâ, carcere, & exilio mulctare delinquentes, sine distinctione personarum, & sine alterius Magistratus ministerio, vel requisitione, *cap. attendendum, 18. quæst. 4.* ubi Summus Pontifex Urbanus mandat omnibus Episcopis, ut tradant carceribus, & perpetuò damnent exilio invadentes prædia Ecclesiæ dicata, & ibi Gloss. *in verb. & carceri*, infert: ergo Ecclesia habet carcerem, & infligit pœnam relegationis, *cap. hi qui Episcopos, 3. q. 4.* & Gloss. *in verb. etiam exilio*, arguit: Ergo Judex Ecclesiasticus potest in exilium mittere: & Gregorius sanctissimus Pontifex *in c. contra idolorum, 26. q. 5.* præcepit Episcopis, ut idololatris, & nolentibus se emendare, si servi sint, pœnam corporis; si liberi, carceris pœnam imponant: & ibi notat Gloss. *in verb. verberibus*, Episcopum habere potestatem imponendi pœnam corporalem, & exilii, *c. 2. de adult.* ubi Gregorius rescribens Episcopo ordinat, ut stupratores corporaliter castiget, & in carcerem detrudat: qui textus necessariò loquitur in laico, quia compellitur ducere in uxorem, & est plectendus pœnâ Juris Civilis: ex quo probatur, quod erat laicus qui punitur pœnis legalibus, *cap. excommunicamus, §. si verò, de hæret.* ubi Episcopus bona excommunicati, & per annum expectati potest exponere, & confiscare, & reddere tales ineligibiles, ac inhabiles ad quælibet officia publica, honore, & successione privare, *cap. fraternitatis, 34. distinct.* ubi Papa mandat Episcopo Florentino, ut pro carcere in Monasterium detrudat quandam ancillam concubinam, *cap. statuimus, 16. q. 9.* ubi Episcopus punit laicos retinentes decimas, vel oblationes, mulctâ indictâ, *c. quisquis, 17. q. 4.* ubi quisquis fuerit reus sacrilegii, de mandato Papæ mulctatur per Episcopum in triginta libras argenti, *c. 11. q. 2.* ubi committentes sacrilegium in rebus Ecclesiæ; per Episcopum verberibus corriguntur: qui textus omnes loquuntur indefinitè, comprehendentes etiam laicos, *Auth. Causa quæ, in fin. C. de Episc. & Cleric.* ubi Episcopi habent carceres, in quos inferunt nuncios laicos citantes Clericos, & ibi Bald. *num. 6.* deducit argumentum, cùm Episcopi habeant carcerem, ergo habent merum imperium: idem notat Castr. ibi, *num. 6.* & latè Læl. Jordan. *d. tract. de orig. Roman. Sed. cap. 8. num. 25. 26. & seq.* & jurisdictionem ordinariam Episcopi in rota suæ diœcesi causas audiendi, & personas etiam laicas ad suum forum spectantes capiendi, & carcerandi apertè ostendit, *cap. cùm Episcopus, de offic. ord. in 6. cap. 1.*

de

de offic. judic. Ord. ibi: *Habeant igitur Episcopi singularium Urbium in suis diœcesibus liberam potestatem, adulteria, & scelera inquirere, ulcisci, & judicare secundum quod Canones censent, absque impedimento alicujus.* Quæ verba cùm sint indefinita, important ut sine auctoritate, vel licentia alterius Judicis prædicta Episcopi adimplere valeant per seipsos, etiam contra laicos, quia & laici quoque committunt adulteria, & scelera, ac sactilegia, & usuras, &c. quæ Canones mandant Episcopis, ut cognoscant, & puniant. Sic de verbo *liberè*, Ruin. *cons.* 18. *num.* 6. 50
quod verbum *liberè*, significat præcisam libertatem: latè Roland. *cons.* 42. *lib.* 1 *num.* 18. ubi quod verbum *liberè*, importat sine aliquo impedimento & contradictione, sine auctoritate, ministerio, vel licentia alicujus, cujus consensum aliàs teneretur requirere: & fusiùs Surd. *cons.* 143. *num.* 23. qui ad plura infert, & notat Abb. *in d. c.* 1. *de offic. jud. ord. in princ. & n.* 3. & 4. ubi quod Episcopi in suis diœcesibus habent jurisdictionem liberam exercendi ea, quæ sunt meri imperii, procedendi ex officio, & animadvertendi in facinorosos homines, etiam laicos, sine impedimento, & licentia alicujus: quia textus loquitur generaliter, non se restringens ad Clericos tantùm, importans verba, *liberam potestatem*; & hinc erit locus præventioni inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem. Et Zabarell. ibi, *n.* 1. *in fine, vers. secundò quæro, & vers. quintò quæro*, quod est in libera potestate Ordinarii punire etiam laicos de criminibus. Butr. *n.* 4. *vers. & nota quod verba, liberam potestatem, excludunt alterius requisitionem, vel impedimentum*: & *n.* 10. ex quo Episcopus potest generaliter inquirere in diœcesi, poterit & hoc facere contra laicos in iis, quæ tendunt ad forum Ecclesiasticum, quia qualitas causæ facit laicum de foro Ecclesiæ, *c. cùm sit generale, & c. ex tenore, de for. comp. c. si duobus, de appell.* Joan. Andr. *num.* 3. *in verb. inquirere*, quod Episcopus inquirit etiam contra laicos, quia textus loquitur generaliter: & idem dicit Host. Imol. *n.* 3. *vers. item nota, & num.* 5. Anchar. *n.* 2. *vers.* 2. *not.* quod jurisdictio Episcoporum super criminibus puniendis est generalis, & specialis quoad locum, videlicet intra limites suæ diœcesis: & suprà *n.* 1. quod Episcopus habet à Jure communi omnimodam jurisdictionem in criminibus puniendis, ordinariam, non delegatam ad certam causam, vel certam personam. Alciat. *n.* 7.
51 *& num.* 14. Imò non datur alia jurisdictio ordinaria, nisi in Episcopo, *c.* 1. *de offic. Ord. in* 6. *c. ut justa, de offic. Ord. in Decretal.* ubi omnes aliæ dicuntur delegatæ, & potest Episcopus in sua diœcesi quidquid Summus Pontifex in universali Ecclesia, si excipiantur ea, quæ ad universæ Ecclesiæ statum pertinent, & quæ Papa specialiter sibi reservat Gambar. *de offic. Legat. lib.* 10. *num.* 466. *& num.* 476. Redoan. *in tract. de simon. mental. p.* 1. *cap.* 24. *num.* 1. & latè probat Sanch. *de matrim. lib.* 1 *disp.* 61. *n.* 3 & prædictorum ratio est, quia Episcopus est pastor ordinarius in sua diœcesi, sicut Pontifex in toto Orbe, licèt sit illi subditus, & in iis, in quibus Pontifex non limitat ejus jurisdictionem, habet potestatem ordinariam. Sanchez *ibid.*

52 Et supradictam opinionem tenent Franc. *in d. c. cùm Episcopus, de offic. Ordin. in* 6. *n.* 5. Anan. *in rubr. de sacrileg. num* 5. Geminian. *in c. dilecto, col.* 2. *vers. quæro quia textus, de sent. excom. in* 6. ubi Episcopus pro suorum defensione utitur gladio materiali in homines cujuscunque jurisdictionis. Abb. *in cap. gravem, num.* 5. *de pœn.* Innocent. *in cap. olim, ol* 3. *de restit. spoliat. in princ.* quod Episcopus potest capere, & spiritualiter punire suos Parochianos obedientes alteri Episcopo, & illius sententiis obtemperantes: & cùm loquatur de omnibus Parochianis, comprehendit etiam laicos: & Innocentium sequitur Foller. *in praxi crimin. canon. in* 2. *p. judicial. vers. aus inquisitio formata, num.* 25. Aufrer. *de potest. Eccles. in laic. in princ. & in Clem.* 1. *de offic. Ordinar. n.* 102. *& seq. vers. principaliter quæritur*, ubi pro utraque parte, & hanc veriorem ostendit, & in practica servari, & tollit contraria. Alban. *ad Bart. in l. administratores, num.* 1. *de excusat. tut. vers. ad rem faciunt*, Cagnol. *in l. unic n.* 16. *ff si quis jus dicent. non obtemp.* Soc. *in c. cùm sit generale, in fin. de for. compet.* & ibi Felin. *n.* 20. *vers. contrarium tenet*, nec dissentit Covar. quia alia jura, & auctoritates addit *practic qq. c.* 19. *sub n.* 2. *vers. nam posse Judicem Ecclesiasticum.* Roland. à Vall. *cons.* 37. *lib.* 4. *n.* 16. & 17. Auctor Anonymus *cons.* 3. *inter cons. Jacob Beret. num.* 11. *vers. contraria opinio*, Læl. Jordan. *de Rom. Sed. origin. c.* 8. *n* 19. ubi ex aliis Ecclesiam posse procedere contra Clericos, & laicos in criminibus Ecclesiastici, non solùm per censuras, sed etiam per capturam: & latè de hac materia Capell. Tolosan. & ibi Aufrer. *decis.* 379. *n.* 2. Barbat. *inter cons. crimin. cons.* 93 *incip. Scribitur Sapientiæ*, latè corroborat, & tollit contraria *num.* 13. *vers. sed ista nullo modo obstant*, qui plures alios adducit ad finem. Navarr. *cons.* 1. *de for. compet.* Joan. Franc. Leo *in Thes. fori Eccles. n d. c.* 9. *n.* 18. *in fine*, & in puncto Juris veriorem firmat Ignat. Lopez *ad practic. Diaz. c.* 154. *num.* 6. *vers. contraria tamen sententia* Azor. testatur de veriori *inst. mor. p.* 3. *lib.* 13. *c.* 14. *in fine, vers. secunda opinio*, Macerat. *var. res.* 14. *sub n.* 1. *vers. quartò videbantur ponere*, Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 45. ubi relatis contrariis opinionibus residet in hoc, quod de Jure communi sit verius, Episcopum, & Judicem Ecclesiasticum posse exequutionem facere in personas, & bona laicorum in casibus spectantibus ad illorum cognitionem: sed attento jure Regio esse tenendum contrarium *n* 2. *vers. quid tenendum* ait Franc. Mol. *de brach. secul. c.* 4. *n.* 31. ubi uti ridiculam, & commentitiam carpit opinionem Lupi: *& num.* 48. asserit contrariam esse veram, sed Judices Ecclesiæ non audere eam exequi, quia obstant Regiæ leges. Card. Bellarm. *in tract. de Roman. Pontif. lib.* 4. *c.* 25. *in fin. vers. at Ecclesia Catholica*, docet quod Episcopi in suis diœcesibus habent auctoritatem condendi leges, judicandi, & puniendi: quæ tria c. 26. sequentibus rationibus, & sanctorum Doctorum auctoritatibus probat, præsertim *in vers. nonus locus est*, ubi ex S. Chrysostomo interpretante illud Apost. ad Timoth. *Adversùs presbyterum accusationem noli recipere*, colligit quod Episcopus habet suum Tribunal, etiam extra forum conscientiæ, & more Judicum accusationes audit, secundùm acta judicat, etiam laicos propter crimina Ecclesiastica Card. Baron. annal. *tom.* 1. *pag.* 440. exemplo S. Cæsarii Arelatensis Episcopi ostendit Episcopum habere jus virgarum, & posse quosque delinquentes illis subjicere, qui nec patiebatur flagella amplius 39. ictibus inferri: & *tom.* 5. *pag.* 143. *litt. D.* exemplo S. Joannis Chrysostomi ait Episcopum habere carceres, in quos detrudat reos. Et quæstio ista remanet prorsus indubitabilis ex decreto S. Conc. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* ubi sancitum est; quod liceat Episcopis, & aliis Judicibus Ecclesiasticis in causis civilibus, & criminalibus contra quoscumque, etiam laicos per mulctas pecuniarias, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem per suos proprios, aut alienos exequutores

faciendam procedere, & cauſas definire, per quæ verba ſacri Concilii ſtabilitur communis opinio.

53 Quocirca ſi Epiſcopus ex propria ordinaria juriſdictione cognoſcit cauſas, etiam contra laicos per bonorum apprehenſionem, & perſonarum diſtributionem, neceſſarium erit fateri, quod habeant familiam armatam, per quam prædicta exequi valeant: nam conceſſo fine, cenſentur media conceſſa, per quæ pervenitur ad finem, *c. cùm infirmitas*
54 *extr. de Pœnis. c. quoniam, de ſentent. excom. in 6.* & conceſſa juriſdictione, competunt omnia, quæ ad eam tuendam, & exercendam ſunt neceſſaria, per legem 2. *ff. de juriſd. omn. judic.* quod ultra expreſſa verba ſacri Concilii ibi, *per ſuos proprios exequutores*, cujus auctoritate tolluntur obſtacula contrariæ opinionis, ut voluit Bald. *in l. nam ſalutem, § ait enim ff. de offic. præf. vigil.* ubi infert ob officialibus Communitatis ad Epiſcopum, qui & ipſe dicitur officialis communis, & in communi habet juriſdictionem non ſolùm inter Clericos, ſed etiam inter laicos in certis caſibus ſpecialibus, & mixtis, ut per Anchar. *conſ. 340. in 1. dubio*, ubi de Epiſcopo Bononienſi, qui dicitur officialis communis Bononiæ, ſicuti & Vicarius, Dec. *in c. Eccleſia S. Mariæ. n. 42. verſ. ſic & Epiſcopus de conſtit. & in d. c. ſignificaſti, n. 19. & 11. verſ. ſi contra Abbatem, de offic. deleg.* ubi examinatâ opinione contrariâ Abb. & rationibus pro ea adductis, concludit Bald. ſententiam
55 eſſe magis veram quam & ſequitur Andr. Barbat. & quod dicitur de officialibus, id verificatur in Epiſcopo, qui pro defenſione juſtitiæ poteſt tenere familiam armatam. Sequitur Rol. *d. conſ. 37. num. 13. lib. 4.* & Surd. *deciſ. 129. num. 11. & 12.* idem Decian. *in c. cùm non ab homine, num. 29. verſ. an autem Epiſcopus. de judic. & in c. poſtulaſti, n. 21. de offic. de leg.* Fel. *in c. de catero, de ſent. & re jud. n. 8. verſ. exequutor merus Papa*, quod exequutio manu militari competit ſoli Ordinario habenti merum Imperium; & ita limitandum dictum Innoc. & Abb. & ita fuiſſe loquutum Angel. *in l. qui reſtituere, ff. de rei vind.* Steph. Aufrer *in Clem. 1. in 5. q princ. de offic. ord. verſ. Dominicus, & in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. col. 5 caſ. 24. verſ. Epiſcopus poteſt habere familiares armatos, & ſervientes armatos.* Ubi relatis Bald. & Oldr. *conſ.* 89. refert quod Magiſtratus, & Officiales Regii libenter vellent ſequi opinionem Abb. ſed opinionem Baldi obſervari. Læl. Jordan. *in tract. de Rom. Sed. origin. p. 2. c. 8. num. 18. & ſeq. & per tot. c.* hanc utri veriorem, & melioribus rationibus munitam defendit, ſublatis omnibus pro contraria parte oppoſitis. Gondiſalv. *in tract. de hæretic. quæſt. 11. n. 16.* Barbat. *in c. cùm non ab homine, n. 34. & 40. de jud.* qui admiratur Abbatem contrarium tenentem non vidiſſe Baldum: & ſi Epiſcopi non ſunt ſoliti tenere familiam armatam pro exequutione, id faciunt ob tenacitatem, ne teneantur ſolvere ſtipendia miniſtris; tamen tenentes familiam armatam habentur in majori honore, & reverentia. Idem Barbat. *in tract. de Card. Legat. q. 5. n. 17. & 18. verſ. ſed quia de Officialibus*, Aloyſ. Leo *in Auth. Caſſa, n. 24. C. de ſacroſ. Eccl.* Remig. de Gonny *de immun. Eccl. in verb. defendere armis, q. 12. n. 8.* Rol. à Vall. *d. conſ. 37. per tot. lib. 4.* qui de jure veriorem, & tutiorem firmat, & ſingulis contrariorum fundamentis aptè reſpondet: de veriori teſtatur Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. 32. num. 16.* Covar. *pract. d. c. 10. ſub num. 2. verſ. primum*, licèt ceſſante conſuetudine conetur defendere contrarium. Ignat. Lopez *ad pract. crimin. Diaz. d. c. 154. n. 13.* quod vera, & communis ſit affirmativa ſententia, quamvis Abb. multis illam infirmis rationibus impugnare contendat. Neviz. *conſil. 83. incip. Materiam ſalvaguardiæ, n. 7. verſ. quod contrarium*, Marſil. *in prax. crim. in § pro complemento, in princ. num. 5. verſ. item uſus*, latiſſimè Molin. *de bracb. ſæcul. c. 17.* Ugol. *de Epiſc. poteſt. c. 4. § 12.* Sbroz. *de effic. Vic. q. 191. num. 1.* Villadieg. *in tract. de irregul. q. 11. n. 16. & 17.* Repert. Inquiſit. *in verb. arma, §. ſed nunc quæritur, & §. ſed ſi prædictum eſt*, Franciſc. Peña de communi *in direct. Inquiſit. 3. p. lib. 3. ſchol. 124.* Bellet. *diſquiſit. cler. p. 1. tit. de favor. cler. real. § 1. n. 18.* Card. Tuſch. *concluſ. 252. lit. E, incip. Epiſcopus habet familiam armatam*, Marta *in tract. de juriſd. p. 3. cap 51. num. 10. & 11. & ſeqq.* Macerat. *var. reſolut. lib. 3. reſolut. 14. num. 1. 2. & 3.* D. Barboſa *d. allegat. 109. num. 1. de poteſtat. Epiſcop.* Farinac. *de hæreſ. q. 182. num. 90. in fin. verſ. ampliatur hoc idem*: de vera, & communi opinione Joan. Vincent. Anna *ſing. 171.* Hironym. Campanil. *diverſ. jur. Canon. rub. 12. c. 13. num. 87. & 88.* Joan. Franc. Leo *in theſ. fori Eccleſ. part. 1. c. 9. num. 17. & 21.* Albert. Oliva *in Rit. Archiepiſc. Neapol. 38. num. 3.* Alex. Raudenſ. *deciſ. Piſan. 34.* Joan. Bapt. Larrea *Granat. deciſ. 1. n. 6.* Alex. Sperell. *in deciſ. fori Eccl. deciſ. 4. n. 8. & 9.* & examinatis hinc inde rationibus, & auctoritatibus, fuiſſe acerrimo ſtudio diu, multúmque diſputatum, & reſolutum pro affirmativa ſententia ſub Beatiſſimo Pontifice Pio V. dicit Joan. Franciſc. Leo *in d. Theſaur. for. Eccleſ. c. 9. num. 24.*

Comprobantur prædicta in iis, quæ ſunt mixti 56
fori, quæ multa ſunt inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, ex Gloſſ. *final. in c cùm ſit generale, de for. competent.* & ex congeſtis per D. meum Farinac. *de inquiſ. q. 8. num. 226.* attenditur prævention, ita ut qui prævenit in citatione reali, præferatur alteri in citatione verbali, quia captura præponderat. Barr. *in l. ſepulchri*, ubi Alex. *de ſepulcro viol.* Boſſ. *in prax. tit. de for. comp. n. 97.* Clar. *in § fin. q. 48. in fin. verſ. frequenter etiam dubitari*, Farinac. *d. tit. de inquiſit. q. 7. num. 53.* Marius Giurb. *conſ. crim. 48. n. 39.* Si Epiſcopis non liceret habere familiam armatam, non poſſet dari caſus, quo per captu- 58
ram eſſet locus prærentioni Judicis Eccleſiaſtici, quod eſſet abſurdum: & ſi Judex Eccleſiaſticus teneretur requirere exequutores à Magiſtratibus laicis contra laicum, per hujuſmodi circuitum inutilem eſſet aperta via fraudibus, & multorum daretur anſa delictorum in ludibrium juſtitiæ, prout benè conſiderat Læl. Jordan. *de Roman. Sed. origin. c. 8. num. 58. ad 65* ubi Magiſtratus laici, vel differendo ducentes varias excuſationes, vel conveniendo, vel monendo laicos reos, vel recuſando, excuſantes ſe habere juſtam cauſam denegandi, darent occaſionem delinquentibus aufugiendi, unde per Eccleſiaſticos recurrendum eſſet ad excommunicationem contra illos: idcirco ad evitandam iſtam confuſionem, & perturbationem juriſdictionis Eccleſiaſticæ, contra textum *in cap. pervenit, 7. quæſt. 5.* Epiſcopus per ſuos proprios exequutores debet poſſe exequi. Ad idem Joan. Franc. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. loco cit. num. 19. in fine*, ubi quod vellent ſcire de cauſa capturæ, & de illa cognoſcere, vel ad minus dum conſulitur, an poſſint cauſam cognoſcere, vel utrum fuerit prærentum, fugâ elabitur reus, ut in propoſito dicemus infrà, dum agetur de invocatione brachii ſæcularis.

Ad comprobationem accedit, quod Epiſcopus 59
in crimine hæreſis eſt Judex ordinarius. Hoſt. *in cap. ad abolendam, num. 2. extra de hæret.* & ibi Fel.

n. 2.

n. 2. verſ. habet Epiſcopus ordinarios Judices in cauſa hæreſis, Joan de Anan. *n. 5. verſ. nota quod Epiſcopi ſunt ordinarii*, Dec. *tract. crimin. lib. 5. c. 21. n. 4. in princip.* Imò ex particulari privilegio Epiſcopis competit in ſpecie hæreſis crimin. purgare, ut haberur *in Clement. 1. §. propter, de hæret.* in illis verbis, *tam per diœceſanos Epiſcopi*, Zech. *in ſumma. p. 1. tit. de fide, rubr. de hæret. c. 11. n. 13. in princ.* ubi quod Epiſcopus de jure divino eſt hæreticorum competens Judex.

60 At Inquiſitori, qui itidem eſt Judex competens in cauſis hæreticorum, *d. Clem. 1. §. propter*, ibi, *tam per diœceſanos Epiſcopos, quàm per Inquiſitores*, conceditur facultas habendi familiam armatam, per

61 *Clem. Nolentes, § porrò Inquiſitoribus, de hæretic.* & tamen non conceditur Epiſcopis: argumentum evidens, quod ideo Pontifex non contulit facultatem tenendi familiam armatam contra hæreticos, eo quia noverat ipſis tanquam Ordinariis facultatem competere habendi famulos armatos, quæ ſi aliàs non competiiſſet, ſine dubio Epiſcopis, ſicuti Inquiſitoribus, impertita fuiſſet per Papam, ut benè advertunt Gundiſalv. *in tractat. de hæret. q. 11. n. 17.* Rol. à Vall. *d. conſ. 37. n. 15. lib. 4.*

Reſponſiones ex adverſo allatæ per Lup. *in c. per vſtras, de donat.* per Beret. *conſ. 4. 5. & ſeq.* & per recentiores ad fundamenta affirmativæ opinionis, in id reducentur, ut admittant Epiſcopum in cauſis Eccleſiaſticis, & mixtis poſſe procedere, & cognoſcere, etiam contra laicos; non autem exequi per propriam familiam, ſed tantùm per cenſuras, quia pro exequutione reali, vel perſonali tenentur implorare brachium Domini temporalis, qui habet territorium. Nam quæ primò objiciuntur, nituntur fallaci fundamento, nempe argumento ducto à contrario ſenſu, *ex l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ.* ubi per illum textum puniuntur onera imponentes Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, qui excommunicantur per Epiſcopum, & puniuntur temporaliter per ſæcularem, & *ex cap. cùm Epiſcopus, de offic. ordin. in 6.* ubi Epiſcopus in ſua diœceſi habet juriſdictionem liberam, capit, & caſtigat Clericos: ergo à contrario Epiſcopus poteſt tantùm excommunicare, non autem punire laicos temporaliter, quod ſpectat ad ſolum Judicem laicum: & *cap. cùm laicus, de for. compet. lib. 6.* ubi laicus perjurus per Epiſcopum cogitur ad obſervationem juramenti per cenſuras Eccleſiaſticas: ergo non per executionem realem, vel perſonalem. Et iſte error ſupinus ita invaluit apud quoſdam, ut dixerint eſſe communem opinionem.

Argumentum prædictum deductum à contrario

62 ſenſu, non concludit quando contrarium eſt expreſſum in alia parte juris. Gloſſ. notabilis *in c. ſignificaſti, de foro compet.* & Gloſſ. ſingularis *in l. cùm prætor, il 1. verb. videtur, de judic.* Alex. *conſ. 69. in fin. n. 9. verſ. alio modo, lib. 2.* communem dicit Abb. *conſ. 75. n. 3. lib. 1. verſ. non enim venit*, ubi ex Bart. quod argumentum à contrario ſenſu eſt ſubaudi tum; non enim venit directè ex verbis, ſed indirectè per interpretationem: quod ideo non debet inducere legum correctionem. Similiter Roman. *conſil. 399. n. 6. 7. & ſed.* quod per improprietates, & ſubauditiones à contrario non corrigitur diſpoſitio expreſſa, & ibi Add. *in verb. ſingularis*, Caſtr *conſil. 175. n. 3. & 4. lib. 1.* Corn. *conſ. 150. n. 9. lib. 2. & conſ. 270. n. 1. verſ. nec obſtant ſequentia, lib. 1. & conſ. 508. lib. 4 verſ. & ideo ſolet*, Dec. *conſ. 99. n. 4.* Menoch. *conſ. 86. n. 30.* Ozaſch. *dec. 85. n. 12.* Bec. *conſ. 63. n. 14.*

Nam dictum argumentum ſumi debet ſtrictè ad 63
limites verborum, videlicet ut in caſu omiſſo cenſeatur omiſſum id, quod expreſſum fuit in caſu expreſſo, non autem quod in caſu omiſſo inducatur nova diſpoſitio. Mandel. *conſ. 165. n. 3. verſic, reſpondetur primò*, Rimin. jun. *conſ. 244. n. 296 verſ. tertiò dici poteſt.*

Non etiam admittitur hujuſmodi argumentum 64
ad excluſionem aliorum, quando unus caſus ponitur ratione frequentioris contingentiæ. Gloſſ. in *Clem. 1. verſ. præſidentes, in fin. de reſcript.* Felin. *in c. nonne, limit. 5. de præſumpt.* Jaſ. poſt alios *in l. 1. n. 33. ff. ſolut. matr.* Cephal. *conſ. 157. n. 22.* Burſat. *conſ. 81. n. 15. lib. 1.* Bec. *conſ. 82. n. 17.* Hippol. Rimin. *d. conſ. 244. n. 293. verſ. dico quod*, Mandel. *d. conſ. 164. n. 12.* Surd. *conſ. 359. n. 29.* Sed caſus expreſſi in dictis Juribus in contrarium allegatis ſunt propter frequentiorem uſum circa perſonas Eccleſiaſticas, in quibus Epiſcopus habet omnimodam juriſdictionem intra ſuam diœceſim. Ægid. Bellam. *conſ. 6. n. 4.* Contra laicos autem procedit tantùm pro crimine Eccleſiaſtico, ut dictum eſt.

Unde non ſequitur: Epiſcopus excommunicat 65
laicum in cauſis Eccleſiaſticis, & mixti fori: ergo non poteſt illum capere, carcerare, & illi pœnam imponere, ſic in terminis noſtris dixerunt Stephan. Aufrer. *in Clement. 1. de offic. Ord. numer. 18. verſ. principaliter, & n. ſeq.* ubi tollit contraria, quia inducuntur tanquam à contrario ſenſu barbat. *conſil. 93. inter conſ. crimin. tom. 1. n. 10. verſ. & ad textus allegatos*, incertus Auctor 3 *conſ.* penes Beret. *n. 32.* quia ex inclusione poteſtatis excommunicandi, non excluditur poteſtas faciendi exequutionem realem, & perſonalem.

Neque ad hoc requiritur præſcriptio, ut conan- 66
tur firmare Covar. *pract. c. 10. ſub n. 2. verſ. primùm ubi conſuetudine*, & Jul. Clar. *§. final. n. 8. q. 37. ad fin. verſ. benè verum eſt.* Nam id eſt de jure communi, ut abundè fuit deductum præſertim ex diſpoſitione ſacri Concilii Tridentini, quod conſtituit Jus novum generale, & commune, abrogans alia jura antiqua contraria, ſi quæ eſſent, ut probatione non indigeat: & ita etiam fuiſſe obtentum Mediolani temporibus ſancti Caroli Cardinalis Archiepiſcopi teſtatur Card. Tuſch. *pract. concl. 293. lit. M. ſub tit. Mixti fori quæ eſſe dicantur, n. 42. vers. ſed in dicas*, & idem refert *in 4. tom. ſub litera I, conclus. 59. n. 6. vers. aliàs ſi hæc doctrina*, ubi per integram concluſionem multa adducit ad materiam, quod laici, quamvis ſint de foro ſæculari, ſortiuntur forum Eccleſiaſticum quando committunt crimina Eccleſiaſtica, ſive ratione perſonæ, ſive ratione rei, ſive ratione loci, & ab Eccleſiaſtico Judice puniuntur, quod & firmat ſolidiſſimis rationibus. Sit etiam latè tenet Caball. *quæſt. criminal cas. 194. n. 4. in fine, & n. 7. & ſeq.* Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. c. 13. n. 3.* de veriori Guazzin. *in tr. de defens. reor. defent. 1. c. 8. n. 28. vers. Epiſcopus in delictis mixti fori, & c. 11. n. 33. verſ. ſed contrariam opinionem.*

Inſuper ad dictam legem *placet, C. de ſacroſ. Eccl.* 67
ſufficeret reſponſio, quod totus titulus Codicis *de ſac. Eccleſ.* & Codicis *de Epiſc. & Cleric.* eſt nullus, ex quo diſponit ſine juriſdictione de perſonis, & rebus Eccleſiaſticis. Abb. *in c. Eccleſia ſancta Mariæ, n. 14. de conſt.* Fel. *n. 40. verſ. prima eſt*, & quod dictæ leges, & multæ ſimiles non ſunt ſervandæ, neque etiam de honeſtate, licèt non ſint in damnum Eccleſiarum, neque repugnent Canonibus. Dec. *à n. 88. verſ. prima concluſio Abbatis*; latè per alios: &

Biblioteca de Ciències Socials

esse communem opinionem, & nullum discrepare, dicit Clar. *in §. emphyteusis, q. 29. num. 7. vers. nec dicatur.*

69 Quoad brachium saculare: Primò argumentum Abb. non est probabile. Episcopus implorat auxilium brachii sæcularis: ergo est prohibitus immediatè habere familiam armatam; quia & Inquisitores tenent manum armatam, & tamen invocant brachium sæculare, juxta Constitutionem Urbani Quarti & Innocentii Quarti, relatas per R.P.D. Pen. *in direct. Inquis.* & per Ignat. Lop. *ad Diaz in prax.* & per Farin. *de hæres.*

Convocat Ecclesiasticus auxilium sæculare aliquando propter periculum effusionis sanguinis; juxta enim speciali actum est per Innocent. III. *in c. sententiam sanguinis, ne Cler. vel Monach.* ne Clerici sententias sanguinis ferant, dictent, exerceant, intersint; & ideo licèt in crimine hæresis carcerent & puniant corporaliter laicos: tamen quando agitur de imponenda pœna capitali, tradunt Curiæ sæculari, *c. ad abolendam, de hæret.* Gloss. *in cap. cùm sit generale, in verb. malefactores*, dum allegat, quod quandoque punitio spectat ad sæcularem, & ita declarat Host. ibi *in princ. in verb. sacrileg.* Ioan. Andr. *ad finem, in vers. in gloss. ult.* Imol. *num. 5. vers. in gloss.* clarè Socin. *in c. cùm sit generale, in fine, & in cap. postulasti, n. 10. de for. compet.* Sic pro adulterio commisso, quod est mixti fori, si imponitur pœna sanguinis, vel mortis, tunc spectat exequutio ad Iudicem sæcularem: si verò imponitur pœna temporalis, vel extraordinaria, prout hodie observatur in muliere, uterque procedit. Abb. *in cap. cùm sit generale, n. 23. vers. dic latiùs quod aut agitur ad pœnam sanguinis, & secularis est tantùm Iudex, de for. compet.* Felin. *num. 11.* idem Abb. *in cap. tua, n. 6. de procurat. vers. quia cùm hodie*, Collect. *n. 3. vers. sed nunquid*, Bellam. *n. 8. vers. secundò quæritur*, & alii scribentes. Sic pro crimine commisso per laicum in Ecclesia, quando agitur ad pœnam corporalem, quia Clericus non potest procedere ad pœnam sanguinis, eam imponit solus Judex laicus; & si tractatur de pœna pecuniaria, vel simili, uterque Judex procedit ad exequtionem, & est locus prævention. Dec. *tract. criminal. tom. 1. lib. 4. c. 2. n. 1. in princ.* Cabal. *resol. criminal. casu 294. n. 8. cum seqq. & num. 11.*

70 Quandoque petit, quia dubitatur, ne reus aufugiat, de quo *in c. 1. de Cler. excom. ministr.* in illis verbis: *Si Episcopus minime emendare potuit, forte ob paupertatem, & defectum ministrorum, vel potestatem delinquentium, ut in l. si qui latrones, § sin autem propter multitudinem fortè eorum qui in prædio sunt, civile adminiculum sufficere non posse constiterit, & memorati audaces exequutoribus objecerint manus, vel alias parere distulerint, tunc judex Provinciæ memor periculi sui, à viro devoto Tribuno seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet. C. de his qui latron. occult.* & ibi Gloss. & Bald. *sub n. 3. verb. sufficere non posse*: quia brachium alienum in subsidium invocare debet, quando vires proprii officii non sufficerent, & Salicet. *n. 1. in 3. not.* Put. *de syndicat. in verb. brachium, c. 1. n. 3. & 4.* Bermon. *de publ. concub. in verb. si opus fuerit, n. 1. fol. 301.* Cavalc. *de brach. Reg. p. 4. num. 266. & seqq.* Idcò cùm ex præmissis satis constet Episcopum habere utrumque gladium, erit satisfactum contrariæ opinioni asserentium, Ecclesiasticùm Judicem invocare brachium sæculare tunc demùm, quando fecit quidquid potuit pro exequutione suæ sententiæ, & nihil ultrà habet, quod faciat, si Ecclesiasticus utatur utroque gladio: & si propter potentiam delinquentium propriæ vires non suffragentur, & contemnantur censuræ, tunc quia fecit quidquid potuit per usum utriusque gladii, in subsidium implorabit brachium temporale: ita ex aliis Læl. Jordan. *de Rom. Sed. orig. c. 8 n. 45. vers. vel quia non est verum.*

Et hac ratione, quia una jurisdictio aliâ coadjuvatur, pari modo Judex Ecclesiasticus in sententiarum exequutione præstat subsidium sui brachii Judici sæculari, *cap. cùm ad verum. 97. dist.* Gloss. *in c. 1. de offic. ord. in verb. publicum*, & ibi notant communiter scribentes, Joan. Andr. *n. 16.* Host. *num. 7.* Zabarel. *num. 4.* Abb. *num. 10.* Innoc. & Socin. *in cap. cùm sit generale, num. 24. de for. compet.* Covarr. *pract. dict. cap. 10. sub num. 3. vers. eadem ratione Judex secularis*, Natt. *consil. 529. num. 7. vers. prædicta etiam sunt.* 71

Implorat & Judex Ecclesiasticus brachium sæculare, non ex eo, quod ipse non habeat jurisdictionem exequendi suam sententiam contra laicum, ut probavimus in puncto Juris veriorem esse sententiam, & magis receptam, & omnem prorsus esse sublatam dubitationem, ex decreto sacri Concilii; sed invocat ad hoc, ut exequutio habeat faciliorem expeditionem: ita Abb. *in cap. postulasti, de Judic.* ubi contra Iudæum, qui erat de dominio temporali, & percusserat Clericum, Papa committit exequutionem Iudici sæculari, propter majorem facilitatem in exequendo. Abb. *ibi, n. 5. in fine*, simile adducit de Delegato Papæ, qui potest sententiam exequutioni mandare, *cap. quærenti, de offic. delegat.* & tamen pro faciliori expeditione suæ exequutionis interpellat Ordinarios loci, quia illis faciliùs obtemperatur. Idem Abb. *in cap. licèt, de pœn. n. 8.* ubi quærit, utrum Episcopus possit imponere pœnam pecuniariam laico sibi non subdito temporaliter? Negat Ioan. Andr. allegans nonnulla Jura: dicit Abb. hoc dictum sibi non placere, quia est casus, in quo Judici Ecclesiastico competit jurisdictio in laicum: & ad jura in contrarium allegata per Joan. Andr. quod scilicet pœna debeat imponi per judicem sæcularem, respondet, hoc ideò fieri pro faciliori expeditione: & Abb. sequitur in puncto Gonsalv. *in tract. de hæret. q. 19. n. 9.* dicens, quod ita intelligi debent omnia Iura, quæ loquuntur de hoc, brachio sæculari: & Auctor sine nomine *consil. 3. inter conf. Beret. n. 35.* ubi quod Oldrad. *consil. 89.* Dec. & alii *in c. significasti, de for comp.* intelliguntur quando de facto ob aliquem casum difficilem Episcopus per se non valet exequutionem facere, ut asseverat Barb. *d. conf. 93. conf. crimin. tom. 1. à n. 21.* & per plures alios.

Neque sustinetur, Judicem Ecclesiasticum tunc demùm implorare auxilium brachii sæcularis in subsidium, quia post relaxatas censuras non habeat ulteriùs quod faciat, quasi non sit permissa Judici Ecclesiastico alia facultas coërcendi laicum, nisi per censuras: nam ultra præcedentem declarationem, Jura quæ loquuntur de hoc brachio sæculari, non dicunt quod imploretur per Ecclesiasticum, & impartiatur per laicum Iudicem in extremum subsidium; & pro ultimo refugio, quando Ecclesia fecit quod potuit, nec habet ultrà, quod experiatur; ut malè sentiunt aliqui Doctores: sed solummodò dicunt, *cùm opus fuerit, si necesse fuerit*, & similia, prout *in d. cap. 1. de offic. Ord.* ubi Papa post concessam liberam potestatem Episcopis in propriis diœcesibus inquirendi, ulciscendi, & judicandi scelera secundùm canones, in quibus per loquutionem indefinitam etiam laici comprehenduntur, 73

ut

u' probatum fuit : addit, *& cùm opus fuerit, publicè convocent auxilium* ; ecce quod per ſe poſſunt E leſiaſtici ſcelera ulciſci, & non ſemper debent c nvocare auxilium temporale, ſed tantùm *cùm opus fuerit*, quia in ſubſidium peti ſolet, *c. quoniam, eod. tit.* ibi, *ſi neceſſe fuerit, c. final. de exceſſ. Prælat. cap. periculoſo, circa fin. in verb. ſi opus fuerit, de ſtat. Reg. Prælat cap. ſtatuimus, in verb. ſi neceſſe fuerit, de maledic.* & cum tali clauſula, *ſi opus fuerit*, petendum eſſe auxilium brachii ſæcularis, decernit ſacrum Concil. Trident. *ſeſſ. 24. c. 8. de reform. matrim. in fin. & ſeſſ. 25. c. 5.* ibi, *invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis* : & ſic poteſt Eccleſias convocare, & magiſtratus laici impartiri debent ſuum brachium armatum ſine retardatione, quocunque tempore, in quacunque parte judicii opus fuerit, quandocunque Epiſcopo expedire videbitur uti, vel non uti reali, vel perſonali, vel exequutione, ut habetur *in dicto c. 3. ſeſſ. 25.* ibi, *ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, per mulctas pecuniarias, ſeu per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem, per ſuos propriot, aut alienos exequutores faciendam.*

74 Et ſi poteſt Epiſcopus ſuam ſententiam exequi per proprios exequutores, ergo provenit ex illius urbanitate, ſi imploret brachium temporale contra clericum, aut ſæcularem : ſic in terminis ex diſpoſitione ſacroſancti Concil. *d. c. 3.* concludunt Læl. Jordan. *de Roman. Sed. origin. d. c. 8. n. 10.* ubi ex Joan. Lup. aſſertore contrariæ opinionis *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & uxor. in 1. notab. verſ. ſed eſt pulchra dubitatio*, dicit Epiſcopum de rigore poſſe ſuam exequi ſententiam, ſed abſtinere ex urbanitate, *& n. 42. 43. & aliis ſeqq.* poſt Geminian. & Joan. Valaquel *in Breviar. Jur. Canon.* Epiſcopum non teneri invocare brachium ſæculare, ſed poſſe, licèt abſtineat ex urbanitate : & Hortenſ. Cavalc. *in tract. de brach. reg. p. 4. n. 258. verſ. imò cùm Epiſcopus*, Innominat. auctor. *conſ. 2. apud Jacob. Beret. num. 35.* Ignat. Lopez *ad Diaz in praxi, dicto c. 154. n. 4. verſ. nam verius ipſe cenſeo*, ubi conſiderat, & optimè,

75 quod ſi aliter diceretur, manca eſſet juriſdictio Eccleſiaſtica, & plura committerentur flagitia, quæ remanerent impunita : nam interim, dum decernuntur, & relaxantur cenſuræ, quæ non niſi ſervatis ſervandis proferuntur, nempe juxta formam Concilii, præcedente bina ſaltem monitione ante invocationem brachii ſæcularis, poſſunt res occultari, vel reus aufugere, & aliæ fraudes committi : & Lopez dicta ſequitur, & approbat Farin. tanquam de veriori, & rationabilioti ſententia, *in ſua prax. tit. de pen. temperand. q. 97. 98. verſ. verùm ad declarationem*, & ante illos firmavit Joan. Segur. *in Direct. Iud. Eccleſ. p. 2. c. 13. n. 37.* eſſe veriorem, receptam in foro.

76 Et hodie ceſſat difficultas, quia Conc. Trid. *allegat. c. 3.* diſponit, ut ubi exequutio realis, vel perſonalis fieri poterit, Judices Eccleſiaſtici abſtineant à cenſuris ; & nihil per dictum caput 3. novi tribuitur Epiſcopis, ſed tantùm mutatur ordo procedendi, ut primò ad realem, vel perſonalem exequutionem per primos exequutores, vel adhibito brachio ſæculari ; poſtremò ad cenſuras Eccleſiaſticas in juris ſubſidium procedere debeant : ita ut excommunicatio non niſi in ſubſidium ſit

77 proferenda, cùm nulla major pœna reperiatur in Eccleſia, dum ſpiritualia tractat, quàm pœna excommunicationis, *c. corripiantur, 24. q. 3.* Hoc cenſurarum graviſſimum omnium pondus conſiderantes, non niſi ex graviſſima cauſa adhibendum tradiderunt ſancti Greg. Nazianz. & Chryſoſt. ſed cuncta priùs experienda eſſe remedia, quàm membrum ſectione à cæteris divellatur, relati per Card. Baron. *Annal. tom. 1. fol. 451. verſ. hic. etiam graviſſimum* ; ideo idem Concil. *cit. cap. 3.* præcipit hunc cenſurarum gladium recidentem membra à communi corpore fidelium, eſſe exercendum ſobriè, & magna cum circumſpectione. Et ita in ſubſidium oportet proferri excommunicationem, ut neceſſarium ſit conſtare ex actis, realem, vel perſonalem exequutionem fieri non potuiſſe, ad minus per nuncii relationem, ut declaravit ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum Concilii Tridentini *ſuper d. capit. 3.* & ita obtinuit ſtylus Curiæ

Quapropter non ſatis poſſum admirari Jacobum 78
Beret. acerrimum oppugnatorem ſententiæ affirmativæ, ductum fervore contradicendi in re tam manifeſta, & cuique indubitabili, ex verbis expreſſis Concilii, tanquam Protheum vertentem ſe in varias formas, ut illudendo laqueum veritatis evadat, modò negare verba Concilii loquentis de 79
propriis Epiſcopi exequutoribus, intelligi de miniſtris armatis, ut *conſ. 4. num. 5. & num. 21.* quaſi quod rei contumaces, & reluctantes, qui perſæpe armati, ac armatorum aſſociantium ſtipati cohorte, ab armata familia vix capi poſſunt ab enormibus verbotenus, veluti omnipotentis Dei voce conterriti, retrorſum delabentes nullo negotio ſinant ſe capi, ligari & duci ad carceres : vel quod ſi Epiſcopi exequutores in actu exequutionis deprehenderint reum reſiſtentem, deſiſtant ipſi ab exequutione vi inferenda, ſed adeant Magiſtratus laicos, ut ſibi accommodent brachium ſæculare : quo dicto videtur nihil magis alienum à recto ſenſu, à mente Concilii, & verbis. Modò, quod diſpoſitio Concilii circa proprios 80
Epiſcopi exequutores, intelligatur in illis locis ſolummodo, in quibus Epiſcopus habet juriſdictionem temporalem : & Beret. *conſ. 6. n. ult.* nonnulli recentiores adhærent. Concilium dum loquitur generaliter, non eſt ſomnianda, vel divinanda reſtrictio, quæ violet verba, & coarcter juriſdictionem Epiſcoporum ad caſum particularem non expreſſum, in quo ex centum vix decem Epiſcopi habent jus temporale ; & qui dicis jure 81
ſpeciali quid factum eſſe, juſtificare debet id ratione ſpecialitatis fuiſſe inductum. Abb. *in cap. 1. de confeſſ.* & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. deprecatio. ff. de public.* etiamſi 82
major eſſet ratio in uno, quàm in alio caſu, *l. 1. §. quod autem, ff. de aleat.* Surd. *conſ. 271. n. 28. & conſ. 308. n. 3.* & quod non reperitur ſancitum expreſsè, non eſt ſuperſtitioſis inventionibus præſumendum, *c. conſuluiſti 2. p. 5.* Archid. *in proœm. Sexti, in verb. ſacroſancta, col. penult. in fin.* Præſertim quod Concil. utitur dictione, *omnibus*, ibi : 83
Mandatur omnibus Judicibus Eccleſiaſticis, quæ cùm ſit univerſalis, neminem excludit, *l. 1. ff. de legat. 1.* & idem operatur, ac ſi de ſingulis eſſet facta expreſſio ſpecialis. Bart. *in l. 3. ff. de novat.* Craver. *conſ. 308. n. 6. verſ. 5.* Cep. *conſ. 166. n. 21. verſ. quintò etiam adducitur, lib. 2.* ubi verbum *omnes*, non modò neminem excludit, ſed includit quem aliàs non includeret, ex Dec. *in l. omnia, in princ. ff. ſi cert. petat.*

Et cùm agitur de interpretatione Decretorum 84
ſacri Concilii Tridentini, ſolus Papa, vel Sacra eidem Concilio interpretando Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatio præpoſita controverſias, & difficultates declarat, & reſolvit, ut habe-

tur

tut in eodem Conc. *ſeſſ.25.rubr.de recipiend. & obſervand.decretis Conc. verſ.quod ſi in his recipiendis aliqua difficultas oriatur*,& in Conſtitutione Pii IV. regiſtrata in calced. Cõcilii , incipiente *Benedictus Deus*,ibi:*Si cui verò in eis aliquid obſcurius dictũ,& ſtatutum fuiſſe,eamque ob cauſam interpretatione,aut deciſione aliqua egere viſum fuerit,aſcẽdat ad locum, quem Dominus elegit,ad Sedem videlicet Apoſtolicam omnium fidelium magiſtram,cujus auctoritatem etiam ipſa ſancta Synodus tam reverẽter agnoſcit. Nos enim difficultates,& controverſias,ſi qua ex eis decretis fuerint. Nobis declarandas,& decidendas , quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus decrevit,reſervamus.* Remanent ea,in quibus maximam vim faciunt ſcribentes pro contraria opinione,quod ad eos tantùm ſpectet exequutio , qui habent territorium , ut ſunt ſæculares , non Epiſcopi.

85 Nam & Epiſcopus habet proprium territorium : id clarè deſumitur ex verbis Concilii Aurelianenſis, *c. omnes Baſilicæ , 16.q.7.* ubi quod omnes Baſilicæ ſunt in poteſtate Epiſcopi , in cujus territorio reperiuntur , & ibi Ægid. *in verb. territorio* , ex mente Archid.& Goffred, id expreſsè tenet,*c.final. de conſtit.in 6.* ubi ſtatutum Epiſcopi circa committentes furtum,non habet locum extra diœceſim,quia extra territorium jus dicenti impunè non paretur , & ibi notant Gemin.& alii,*Clementin. Romani,§.ſanè , de elect.* quod territorium , & diœceſis ſunt unum , & idem , *c. ſi quis Epiſcoporum.16.q. 2.* Abb. *in c.cùm ab Eccleſiarum ,n.10. in fin.verſ.unum tamen ſcias* , quod tota diœceſis eſt territorium Epiſcopi in ſpiritualibus,& nullus præter Epiſcopum de jure communi habet territorium : unde infert ad Clericum delinquentem in monaſterio Abbatis , qui ratione criminis non ſubjicitur juriſdictioni Abbatis , ſed
86 Epiſcopi : & quod idem ſignificat diœceſis quoad juriſdictionem Eccleſiæ , quod territorium quoad temporalem. Joan. Andr. & alii notant *in c. cum Epiſcopus,de offic.Ordin.lib.6.* Ruin. *conſ.22. n. 5. in fin. verſ.nam eſt diœceſis* , Gloſ. *in Auth. quemadm. oport. Epiſcop. §. non autem aliter,in verb. diœceſanos* , quod Diœceſis eſt juriſdictio in ſpiritualibus , *c. ubi periculum , §. porrò in territorio,de elect. in 6.* ubi ſumitur territorium pro diœceſi.Ab.*conſ 82.n.8. verſ. hinc dicimus , quod tota diœceſis eſt territorium Epiſcopi,lib.1.* Alberic. *in diction. in verb. diœceſis* , Bald. *in Auth. qua in provincia,n.7.verſ. ſtatuto Florentiæ,C.ubi de crimin.agi oport.* ubi ſi prohibeatur per ſtatutum,quod nullus Florentinus poſſit trahi , niſi ad Curiam Florentinam,ſub pœna capitis , non incurrit pœnam ſi trahatur ad Curiam Epiſcopi Florentini ; quia Curia Epiſcopi eſt Curia Florentina ratione ſuæ diœceſis , modò cauſæ cognitio poſſit ſpectare ad forum Epiſcopi , & ex Mart. de Fan. *in tract.de brach. implor.n.17. & n.21.* de ſtatuto Provinciæ vetante exequutionem ſententiarum ditionis alienæ,quod non habeat locum in Judice exequente , ſi in dicta Provincia Epiſcopus habeat juriſdictionem ſpiritualem , quia idem territorium eſt diœceſis Epiſcopi : Port. *conſ. 99.n.34.* poſt Gl. *in c. 36. diſt.in verb. ſæcularium perſona* , ubi Gl. *in verb.aut,11.q.1.* Adducta in contrarium procedebant de Jure Civili antiquiſſimo,quo tempore Epiſcopi forſan non habebant territorium aſſignatum ut dicit Bald.ex adverſo citatus *in l. Epiſcopale , C. de Epiſc.aud.n.2.verſ. ut erant Epiſcopi jure iſto ſecundum quoſdam.*

87 Firmiora redduntur præmiſſa ex contrariis actibus , & ex generali conſuetudine Epiſcoporum exequendi tam contra bona , quàm contra perſonas laicorum , de quibus teſtantur Joan. Franc. Leo *in theſaur.for.Eccleſ.d.c.9.n.29.& 30.* Prax. Neapol. *cap.8.n.5.in fin.* & Marc. Anton. *var. reſol. d. c.76. n.6.verſ.accedebat* , & ego de praxi & & ſtylo ſacræ 88
Congregationis Epiſcoporum & Regularium , cujus conſuetudo eſt attendenda , cùm eandem illam omnibus Epiſcopis , & Judicibus Eccleſiaſticis mandat obſervari , Gloſ. *in c. quis neſcit , & c. nolit,11.diſt.* Roman. *conſ.367. num . 11. verſ. planè attendenda eſt Gloſſa* , & longè antè teſtatur Gloſ-marginal. *in cap. indicatum , 89.diſt.* quod in cauſa familiaris Bononiæ Poteſtas voluit obtinere contra Epiſcopum ,ſed non potuit : ex quo liquet , quod ab antiquiſſimo tempore hæc opinio in foro ſervabatur.

Nec debent obſtare exempla particularia,quæ referunt nonnullorum Præſulum , & per eamdem 89
D. Gaſp. Ant. Theſaur. *d. quæſt.78. num. 5. verſ. præterea cùm ſemel* , in cauſa homicidii commiſſi per famulum Nuncii Apoſtolici apud Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem. Non enim ea ſunt multi facienda , cum agatur de veritate indaganda : & conniventia aliquorum Præſulum non poteſt præjudicare univerſæ Juriſdictioni Eccleſiaſticæ , *cap. clericus , de judic.* ad latè relata per Joan. Franc. Leon.*in theſ.for.Eccleſ.d.c.9. n. 12.* Et de contraria conſuetudine , vel præſcriptione non eſt agendum , quia de ea non legitimè conſtat , cùm antequam ſit præſcripta , non dicatur conſuetudo , ſed voluntas inducendi conſuetudinem , quæ non obſtat. Balb. *de feud.cognit.1.c.1. in princ. num.1.* & impedimenta etiam de facto illata per Magiſtratus ſæ- 90
culares , quominus Epiſcopi exequantur contra laicos in cauſis ad Eccleſiæ forum pertinentibus , non inducunt ſtatum , vel conſuetudinem , contra diſpoſitionem ſacri Concilii Trident. Nam Bulla Pii IV. confirmans dictum Concilium , continet 91
Decretum irritans,ibi *ad fin.verſ.decernimus nihilo minus irritum , & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari* : quod decretum inficit , & irritat omnia , quæ fiunt in contrarium ipſo jure , *cap. penult. de præbend. in 6.* Abb. *in cap.dilectus,n.15. de præbend.* Caſſad. *deciſ.12.num.4.& ſeq.ſuper reg.Cancell.* Rot. *deciſ. 24. n. 5. part. 2. diverſ.* infringit titulum , & poſſeſſionem,Biſignet. *deciſ.1.de reſt.ſpoliat. num. 6.* Caſſad. *deciſ.11.n.5.ſuper regul.* & omnia deſtruit , quæ oppoſita invenit,Sarnenſ. *ad reg. de annal.q. 23. num.24.* Menoch. *de recuper. remed. 13. dum. 444.* Et licèt non defuerint , qui frivolis , & captioſis interpretationibus conati ſint invertere verba , & ſenſum Concilii , nilihominus alii graviores advertentes verba eſſe admodum clara,& ſenſum apertiſſimum , ut nullo pacto tergiverſari poſſint & leges regias directò repugnantes decreto 92
Concilii , vel omiſerunt conſultò facere mentionem de Concilio ,ut Gutierez *d.lib.1.practicarum , q.5.* vir doctus , & aliàs ſolertiſſimus , qui de Jure communi aſſerit veriorem , ut Eccleſiaſticus Judex in caſibus ſpectantibus ad illius cognitionem poſſit facere exequutionem in perſonas , & bona laicorum : vel maximè dolentes , ſuper hoc gravari conſcientiam Principum ſæcularium , exclament contra hujuſmodi leges , neſcire quo jure , vel qua ratione conditæ ſint , auferentes non modò omnem diœceſum conſuetudinem , ſed indiſtinctè facultatem Judicibus Eccleſiaſticis procedendi ad realem , vel perſonalem exequutionem contra laicos propria auctoritate , ſed mediantibus miniſtris ſæcularibus , in criminibus

ſpectantibus

ſpectantibus ad forum Eccleſiæ, prout Segura
93 de Avalos *in direct. Iud. Eccles. 2. part. cap. 13. numero* 25. non admittens, ut ſub ſpecioſo titulo cognitionis per viam violentiæ adversùs Judices Eccleſiaſticos cohoneſtetur laicorum violentia, ac ſub ſpecie charitativæ defenſionis in favorem juriſdictionis Eccleſiaſticæ, perſuadeatur defenſio oppreſſorum, ut interpoſitâ appellatione faciliorem habeant aditum ad Curiam Pontificis, cùm re ipſa impediantur Eccleſiaſtici, quominùs utantur propriâ juriſdictione ſibi competenti, ex diſpoſitione ſacrorum Canonum, præſertim Concilii Tridentini, quæ abſolutè denegatur. Hieronym. Ceval. *comm. contra commun. lib. 4. quæſt.* 897. *per totam*, præſertim *numero* 79. *vers. ſed indiſtinctè*, & Gutier. *loco citato*, *ſub numero* 2. & Gabr. Pereira *de Mann Reg. part. 1. capit.* 5. ubi quod prædictæ Regiæ leges ſuſtinentur ex conſuetudine immemorabili, tolerata per ſummos Pontifices. Idcircò non abs re idem Segura de Avalos *prædicto loco*, & Joan. Franc. Leo *in thes. fori Eccles. dict. capit.* 9. *numero* 26. *vers. decretum verò Concilii*, præmonent Magiſtratus ſæculares, ut dum conſulunt temporali juriſdictioni, ne amittant æternam, conſulant & propriæ conſcientiæ, an ſcilicet incidant in ſententiam excommunicationis, & in pœnas contentas in Bulla Cœnæ Domini, *capit.* 16. in hæc verba: *Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos Ordinarios quomodolibet hac de cauſa, directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos, & affines, aut aliàs impediunt, quominus ſua juriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque utantur, ſecundùm quod Canones, & ſacræ Conſtitutiones Eccleſiaſtica, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt: atque etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab hic delegatorum quorumcunque ſententias, & decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſæculares recurrunt, ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, Ordinariis, aut Delegatis prædictis decerni, & contra illos, exequi procurant, eos quoque, qui ea decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & favorem eiſdem.* Item unum impedimentum de facto illatum Eccleſiaſticis, per prætenſam viam propulſandæ violentiæ ſit contrarium decreto ejuſdem Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *ad fin.* ibi: *Nefas autem ſit ſæcularis cuilibet Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, ſub prætextu, quod contenta in præſenti decreto non ſint obſervata, cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* Et fundamentalis reſponſio, quod non obſtat Concilium loco citato, neque ligent cenſuræ conſtitutionis in Cœna Domini, ex eo quod cognitio per viam violentiæ non ſit principaliter, neque incidenter ad merita cauſæ, ſed ut tollatur vis facta à Judice Eccleſiaſtico, ut gravatus poſſit proſequi appellationem interpoſitam coram Pontifice, remanet ſublata ex contraria diſpoſitione legum Regiarum, de quibus per Ceval. Gutierrez, & Pereira *in locis relatis*, quæ tollunt abſolutè & indifferenter Judici Eccleſiaſtico facultatem per ſe exequendi contra bona, & contra perſonas laicorum, & per conſequens in notabile præjudicium Eccleſiaſticorum auferunt materiam juridicæ præventionis per capturam in cauſis communis fori, ut ſuprà fuit conſideratum. Atque hæc breviter perſtrinxiſſe ſufficiat pro neceſſario fundamento ſtabiliendæ communiter receptæ opinionis, nempe familiares Epiſcopi poſſe frui beneficio fori in civilibus cauſis, & criminalibus.

Similiter fori privilegio utuntur familiares 94
Nuntii Apoſtolici, ut per Cur. Philipp. *tom. 1. part. 3. §. 1. numero* 15. Montealegre *in praxi civili, lib. 1. cap. 9. numero* 249. Thom. Carleval. *de judic. & foro comp. diſputat. 2. quæſt. 6. ſect. 3. numero* 427. *&* 509. Diana *moral. reſolution. part. 4. tractat. 1. reſolution.* 30. & ſic practicatum fuiſſe in Regno Aragoniæ refert Cened. *pract. quæſt. 4. numero.* 26. & in familiaribus Collectoris Apoſtol. Accaramboni Ulyſſipone degentis, ita fuiſſe deciſum atteſtatur Gabr. Pereira *de manu Regia, tom. 1. cap.* 10. *numero* 12. quia is in
provincia ſibi decreta habet juriſdictionem or- 95
dinariam, qualem habet Epiſcopus in ſua diœceſi, ut per Specul. *titul. de diſpenſat. §. conſequenter aliqua, numero 4. & titul. de Legat. §. nunc oſtendendum, numero* 54. Abb. *in capit. 1. de offic. Legat. numero 2. & 3.* & exercet ea, quæ
per Ordinarios exercentur ratione ordinariæ 96
poteſtatis: & *in capit. quod tranſlationem, eod. titul. numero* 9. Anchar. *capit. final. numero 1. de tranſact.* Selv. *de benefic. 2. part. quæſt. 3. numero 2. & 4.* Calder. *conſil. 11. de Papiſm. in princip.* ubi quod quidquid poteſt Epiſcopus in diœceſi reſpectu juriſdictionis, poteſt Legatus in ſua Provincia, Molin. *de juſtit. & jure tract. 2. diſputat.* 173. *vers. legitima*, ubi quod Nuncii, & Legati à Latere id totum ex munere ſuo poſſunt, quod Epiſcopi. Imò Legatus, ſive Nuncius ampliorem poteſtatem conſequitur, quàm obtineat, Epiſcopus, vel Archiepiſcopus; eſt enim ſupra omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos, tanquam Summi Pontificis Viceſgerens, *cap. 2. de offic. Legat. in 6.* & ibi Gloſſ. & communiter Doctor. Abbas *in cap. noſtro, numero 4. vers. in eadem glos. de pœnitent. & remiſſ. & in c. 1. numero 2. vers. tertiò nota, & in cap. cum parati, numero 7. de offic. Legat.* plenè Brunell. *de dignit. & poteſt. Legat. conclus.* 10. *incip. Legatus in provincia*, Andr. Barbat. *de Card. Legat. quæſt. 5. verb. ſed quid de officialibus, numero* 18. ubi quod ſi officiales Epiſcopi poſſunt, & debent eſſe armati: ergo multò magis officiales Legati, qui
habet majorem juriſdictionem, quàm Epiſco- 97
pus Specul. *dict. titul. de Legat. §. 1. incipit Supereſt, numero 2. vers. tu die quod Legatus*, & *numero 4. vers. ſed nunquid Legatus*, quod Legatus poteſt excommunicare, & punire eos, qui ſuis injuriam, aut damnum inferunt: aliàs videretur eluſoria ejus poteſtas, ſi coërcitionem non haberet. Felin. *in capit. cùm veniſſent, numero 7. in fin. vers. de Legato autem, de judic.* Monet. *de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 9. numero 6.* quod ſicuti inſervientes Epiſcopo, & in abſentia conſequuntur fructus ſuæ præbendæ, vel beneficii, *cap. de cætero, de Cler. non reſid. cap. ad audientiam, eodem titul. extra de Cleric. non reſid.* quia videntur quodammodò ſuæ Eccleſiæ inſervire, multò magis exiſtentes in ſervitio Legati, vel

Nuncii

Nuntii percipiunt fructus beneficii, quia dicuntur Papæ, & Ecclesiæ universali servire: quæ extensio à majoritate rationis admitteretur, etiam in exorbitantibus à Jure. Doctor *in cap. cui licet, de regul. jur.* Henriq. Boich. *in cap. cum dilectus num. 4. vers. aut de illis qui sunt, de Cler. non resident.* Aloys. Ricc. *in prax. resolut. 135. num. 2. in fin.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disput. 28. num. 8.*

98 *vers. secundò quia, & in fin vers. tandem. quia potestas*, quod potestas Legati à Latere, & non à Latere, est æqualis, exceptis quibusdam casibus, ut tradit Glos. *in cap. 1. de offic. Legat in 6. verb. Legati*, & exceptis iis quæ Papa specialiter sibi reservavit, vel aliter disponuntur per sacrum Concil. Trident. ut *in cap. 20. §. Legati*

99 *quoque, sess. 24. de reform.* Et si in aliqua dispositione fiat simpliciter mentio de Legato, comprehenditur nedum Legatus à Latere, sed & Legatus natus, & Legatus missus, qui dicitur Nuntius. Glos. *in cap. statutum, de rescript. lib. 6.* & per prædicta Gondisalv. Vallidieg. *de Legat. quæst. 3. numer. 2.* decidit Protonotarium missum Nuntium à Sede Apostolica ad quandam Provinciam, rectè potuisse facere se nuncupari Legatum. Cum ideò familiares Episcopi habeant privilegium fori, idipsum & consequuntur familiares Nuntii Apostolici, in quibus eadem cadit ratio, imò validior, ut dictum est.

Non obstant modo auctoritates Doctorum, quæ ex adverso allegantur ad probandum, quod familiares Episcopi, & inservientes Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis, non perpetui, arcentur à privilegio fori. Est præmonendum quod plures ex Doctoribus pro contraria opinione citati, non discutientes articulum, sed simpliciter alii alios referentes, ad colorandam ipsorum opinionem loquuntur præfunctoriè extra principalem materiam, de quibus parum est curandum, cùm non faciant numerum in communi, ut dicit Socin. jun. *cons. 1. numer. 43. lib. 1.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 5. num. 4.* alios refert, quos sequitur Tob. Non. *cons. 48. num. 26.* & sequitur Jason. *cons. 151. col. 3. lib. 4.* Fulgos. *cons. 102. col 3.* Bursat. *cons. 18. num. 26. lib. 1.* Honded. *cons. 81. n. 27. lib. 2.*

100 Vel in proposita quæstione nihil firmant, qui propterea nec communem opinionem constituunt, Jason *in leg. qui liberis, §. hæc verba, numer. 4. ff. de vulg. & pupil.* Alexand. *cons. 252. lib. 2.* Socin. jun. *cons. 140. n. 11. lib. 3. & consil. 73. num. 31. lib.* Detractis igitur his, perpauci sunt, qui pro contraria opinione adduci possent: quos tamen omnes recensere, & singulis respondere non gravabor.

101 Specul. *in titul. de compet. jurisdiction. n. 27. v. vigesimus septimus in causis*, non constituit, quod viderim, hanc differentiam inter servos perpetuos, vel adscriptitios, & famulos temporales; quinimò non potuit intelligere solummodò de perpetuis, qui allegat legem 2. *C. de Episc. & Cler.* quæ loquitur de hominibus Clericorum, quorum appellatione continentur omnes, de quibus supra.

Archid. *in cap. Clericum, 11. q. 1.* nihil firmat cum loquatur per verbum *fortè*, & agit de servis Clericorum, non autem de famulis Episcopi, qui magis sunt privilegiati, quàm servi particulares Clericorum.

Alberic. *in l. 1. C. de Episc. & Cler. num. 4.* dicit, quod privilegium domini extenditur ad illius famulos simpliciter, nullâ habitâ distinctione perpetuitatis.

Abbas *in cap. 2. de for. compet. num. 6.* dicit ex Archid. quod non videtur habere locum in conductitiis, sed quod Gloss. *in cap. Clericus, 11. quæst. 1.* vult indistinctè, quod familia Clericorum gaudeat privilegio fori. Et Add. *ad Abb.* ibi, *verb. indistinctè*, tenet quod Glos. est verior, cujus dictum comprobat *ex l. 1. & 2.* & ibi Bald. *de Episcop. & Cler.* Et infert Abb. ibi, quod est speciale in familia Episcopi, ut gaudeat privilegio fori, & quod id communiter tenent Doctores. Item Abb. *in cap. non minus, de immun. Eccles. n. 14.* non loquitur de privilegio fori, vel de famulis Episcopi, sed de Angariis, ad quas possunt teneri coloni liberi Clericorum in adventu Principis, ea ratione, quia sunt subjecti imperio, & ab illo exempti.

Butr. *in cap. 2. de for. compet. num. 6. vers. quod dicit Archidiac.* refert dictum Archidiac. privilegium fori habere locum in propriis, non in conductitiis: sed ipse tenet habere locum in famulis, qui sunt in aliquo servitio Ecclesiæ indistinctè, nullâ habitâ mentione perpetuitatis, nec loquitur de iis, qui sunt de familia Episcopi.

Præposit. *in cap. nullus 11. quæst. 1. num. 2* sentit, quod servientes Ecclesiæ deputati ad ejus servitium, gaudent privilegio Clerici. Idem firmat *in cap. continua, num. 1.* quod servientes Ecclesiarum necessitatibus, gaudent eodem privilegio quo Clerici: non loquitur, an servientes sint perpetui, sive ad tempus. Idem Præposit *in cap. Clericus, 11. q. 1. num. 5.* loquitur per dictionem *forte*, scilicet quod ex sententia Archid. forsan non sit verum, quod privilegium fori habeat locum in conductitiis.

Felin. *in d. cap. 2. de foro compet. num. 2. versic. generaliter*, se remittit ad Bald. *in l. 1. C. de Episc. & Cleric.* quando familia gaudeat privilegio Domini; quia Bald. ut jam diximus, firmat quod familiaris perpetuus habet privilegium perpetuum, & temporale, durante familiaritate *numero 5.*

Aloys. Leo *in Authent. Cassa. C. de Sacrof. Eccl. n. 23.* est merus relator opinionis Abb. nec aliquid firmat.

Thesaur. *decis. 22.* fatetur, quod opinio, quod familiaris Ecclesiæ indistinctè habeat privilegium fori, sit de Jure verior: attamen, quod Doctores *in leg. 1. & 2. C. de Episc. & Cleric.* loquuntur de familiaribus perpetuis; id enim non videtur subsistere. Nam Addit. *ad Bart. in dict. leg. 2. litter. A*, loquitur de ministris indistinctè Bald. de perpetuis, & temporalibus, prout etiam Salic. *numer. 1.* quandiu familiares sunt in servitio. Castr. *numer. 8.* quod est speciale in Clericis, at eorum privilegia extendantur ad familiares. Et Thesaur. *num. 6. in 2. fallentia*, admittit, quod famuli Episcoporum gaudeant eodem privilegio.

Capyc. *decis. 12.* non negat familiares Episcopi esse exemptos: &. *num. 20. vers. secundò respondè*, dicit, quod est speciale in Clericis, non sic in aliis privilegiatis, ut eorum privilegium competat suis familiaribus: nec agit de adscriptitiis, vel liberis: quinimò Capyc. adducit dictum

dictum Imol. *in cap. fin. de offic. Archid.* qui tenet, quod dum serviunt actu, debeant gaudere: & Imol. sequitur Capr. *in cap. 2. de foro compet.* & Socin. *in c. 1. vers. decima octava declaratio, eod. tit.* qui pro hac opinione affirmativa deducunt plures auctoritates Doctorum.

Aufrer. *de potest. sæcul. reg. 2. numero 36.* non improbat, familiares Episcoporum gaudere privilegio, quidquid sit in familiaribus Clericorum.

Gramm. *consil. 102. num. 15.* in civilibus tenet id, ad quod allegatur; sed auctoritates Doctorum, nempe Bart. *consil. 37. Quidam Cola Pauli*, Feder. de Sen. *consil. 6.* & aliorum per ipsum adductæ illud non probant, ut cuique patebit: & respondendo ad Gloss. *in cap. Clericum*, quæ indistinctè tenet familiares esse exemptos, asserit intelligi de perpetuis, quia Gloss. utitur verbo *mancipiis*, & sic de perpetuæ servituti addictis; quod tamen argumentum non concludit, quia & Gloss. priùs apposuit verbum *servientes*, non servos, & verbum *liberos*, qui non sunt perpetuæ servituti mancipati.

Clar. §. *final. quæst. 35. num. 12. vers. quæro nunquid familiares*, admittit exemptionem in familiaribus Episcopi, & auctoritatibus tuetur, secus in famulis Clericorum.

Natt. *consil. 376. n. 3. & seq.* non examinat principaliter quæstionem, quia in casu suo non agebatur de hoc puncto, an familiares Ecclesiæ, vel Clericorum fori privilegio potiantur; sed deducit incidenter, & ad alium effectum, & fatetur esse speciale in familia Episcopi, ut nullum habeat Judicem prætet Episcopum.

Pacian. *de probat. lib. 2. capit. 34. num. 123. versic. sed an famuli*, refert ex Calcan. famulos Clericorum, tam in civili, quàm in criminali causa uti privilegio fori: sed quod id limitant in famulis mercede conductis, Archid. & Aufrer.

Covarr. *pract. quæst. cap. 35. num. 2. vers. quintò non video*, loquitur in aliis terminis de conductore decimarum.

Ex firmatis resultat, ni fallor, penè indubitabilis opinio, quod familiares Episcopi, Inquisitoris, & Nuncii Apostolici habent privilegium fori.

102 Item procedit & alia sententia communiter recepta, quod famuli, servi, coloni perpetuò obligati Clericis, vel Ecclesiæ, conveniuntur coram Judice Ecclesiastico, quia existentes in Clericorum, & Ecclesiæ potestate, tanquam propria bona, sunt extra jurisdictionem Judicis sæcularis, per Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 45. & 57.* Carol. de Grass. *dicto effect. 1. num. 150.* Item communis, & approbata distinctio est, quod familiares Clericorum, & Ecclesiæ, etiam mercede conducti ad tempus, gaudeant privilegio fori, quando domini non valent uti commodè privilegio, nisi & eo utantur eorum famuli. Item pro veritate magis firma, & paucorum qui illam ex professo examinaverint, contradictione oppugnata, stat sententia, quod famuli Clericorum, & Ecclesiæ non perpetui, salario conducti gaudent indistinctè fori privilegio, ut latè dictum est. Verùm quia satis compertum fuit, in Curiis sæcularibus parum observari, ob id fortasse, quia contingit committi fraudes in præjudicium jurisdictionis sæcularis, dum Clerici admittendo ad eorum servitium plures famulos, quàm exigat necessitas, & eos aliquando malæ conditionis homines, à sæcularium Judicum punitione eximunt, abutentes privilegio, contra textum *in Clement. 2. in fin. de hæret.* & ibi Zabarell. *& in Extravag. Joan. XXII.* incipiente *Exigit*, in illis verbis: *Præcipimus, & mandamus, quatenus neminem familiarem, nisi eundem Ecclesiæ fidelem, & devotum, & laudabilis conversationis, & vitæ, habere quomodolibet præsumatis.* Idcirco judicium erit Sedis Apostolicæ, quanam ratione oportunè sit providendum, vel constituendo in genere Clericis certum, & determinatum numerum famulorum mercede conductorum ad tempus, quem augere non liceat sub pœna amissionis privilegii: eodem modo, quo Sacra Congregatio super negotiis Regni Neapolis de mandato sanctæ memoriæ Gregorii XV. ad submovendas fraudes ob excrescentem quantitatem Diaconorum Selvaticorum, citra necessitatem, & utilitatem Ecclesiarum, præcisum numerum Cathedralibus, & Superioribus Ecclesiis, & Collegiatis assignavit, qui durante servitio potirentur privilegio fori, & immunitate, de quibus suprà in dicto decreto, *numero 20.*

---

§. V.

De privilegio immunitatis, & exemptionis à gabellis, & exactionibus & tributis.

SUMMARIUM.

1 *Bona Ecclesiastica immunia sunt, & libera ab oneribus, & tributis impositis per Principes laicos.*

2 *Justinianus immunitatem Clericorum respectu bonorum edicto sancivit.*

3 *Immunitas respectu bonorum non à Iure positivo, & Imperatorum liberalitate, sed à Iure divino ortum habuit.*

4 *Dominium Christi in bonis Ecclesiarum est proximum, & immediatum, illique dicitur acquisitum tanquam principali domino.*

5 *Christus Dominus omninò immunis fuit à tributis.*

6 *Bona patrimonialia Clericorum, etiam laicalia sunt immunia ab oneribus laicalibus.*

7 *Immunitatis usus, seu exercitium emanavit à Principum Orthodoxorum sanctionibus.*

8 *Ecclesia, & earum bona dicuntur habere exemptionem, quatenus Christi patrimonium sunt.*

9 *Gabellas, vel alia vectigalia, & tributa exigentes à Clericis, seu ex eorum bonis, sive per se, sive per aliam, excommunicationem nulli reservatam incurrunt.*

10 *Excommunicationem reservatam Bullæ in Cœna Domini incurrunt qui collectas, decimas, & alia onera Clericis, &c. imponunt.*

11 *Gabellam minimam ab Ecclesiasticis exigens non contrahit excommunicationem Bullæ in Cœna Domini.*

12 *Gabella Portugallia, sisa nuncupata, qua solet imponi in carnibus, & vino ob communem Regni necessitatem, non potest exigi ab Ecclesiasticis.*

13 *Episcopus tenetur inquirere contra gravantes Clericos onere gabellarum, & collectarum, etiam ipsis Clericis tacentibus, & non se querelantibus.*

14 *Excommunicationem Bullæ Cœnæ in clausula 18. non incurrit recipiens aliquid à clericis propriâ sponte, & voluntate omninò liberâ tradentibus.*

15 *Clerici omnes, tam in Sacris, quàm in minoribus Ordinibus, & prima tonsura constituti, etiamsi excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, &c. & quamvis non habeant requisita præscripta à Conc. Trid.* sess. 23. de reform. cap. 6. *gaudent privilegio immunitatis.*

16 *Ordinarius non potest Clericos non inservientes Ecclesiis immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus privare.*

17 *Clerici in minoribus, nisi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum, apud Hispanos, & Lusitanos non gaudent immunitate à gabellis.*

18 *Clerici conjugati, etiam cum unica, & virgine, exemptione à tributis non gaudent.*

19 *Clerici conjugati Orientales, qui* Græci *nuncupantur, & eorum uxores legitimæ, ac filii legitimi eorum patrum vitâ durante gaudent exemptione à tributis.*

20 *Famuli, seu servitores Clericorum gaudent privilegio immunitatis à solutione collectarum, seu gabellæ.*

21 *Familia Clericorum, qua in eorum domo commoratur, & ad illorum expensas alimentatur, gaudet privilegio exemptionis, sed contrarium in puncto juris verius, ut* num seq.

22 *Lex 2. C.* de Episcop. & Cleric. *declaratur.*

23 *Regulares omnes professi, conversi, & novitii, sicut & Moniales novitiæ, & conversæ, privilegio immunitatis potiuntur.*

24 *Fratres, & Sorores tertii Ordinis S. Francisci, & S. Dominii gaudent privilegio immunitatis, si habitum Religiosum gestaverint, & claustraliter inhabitaverint.*

25 *Eremitæ, qui ex quasi traditione per Episcopum alicui Ecclesiæ, vel loco sacro dicati sunt, gaudent privilegio exemptionis.*

26 *Milites Religiosi in Hispania gaudent privilegio exemptionis quoad fructus tantum suarum Commendarum.*

27 *Milites Religiosi in Portugallia, an, & quando potiantur privilegio immunitatis, ostenditur.*

28 *Clerici patrimonium, ad cujus titulum fuit ordinatus, & cætera patrimonialia, omninò libera sunt à laicorum exactionibus,* & num. sequenti.

30 *Coloni Ecclesiæ, aut Clericorum, an gaudeant privilegio exemptionis?*

31 *Coloni partiarii bonorum Ecclesiasticorum gaudent privilegio exemptionis collectarum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum, pro portione colonica.*

33 *Conductores, & coloni bonorum Ecclesiarum, an excusentur à gabellarum solutione, si vendiderint redditus, quos ex Ecclesiasticis bonis percipiunt, ostenditur,* & num seqq.

34 *Clerici, & alia persona Ecclesiastica, si aliquid vendant ad grossum, seu minutum de redditibus bonorum, seu beneficiorum suorum, non tenentur solvere gabellas.*

35 *Bona quæ antè laicorum erant, & ad Clericos, & Ecclesias pervenerunt, an gaudeant privilegio exemptionis, ostenditur,* & num. seq.

38 *Clerici tenentur propter communem utilitatem viam ante domum reparare.*

39 *Clerici tenentur alicubi per statuta, & consuetudines seculares ad solvendum onus reale, quod propter montium, nemorum, & pradiorum custodiam legitimè prædiis imponitur.*

40 *Clerici secundùm aliquos tenentur per secularia statuta ad solvendas collectas pro rata, quæ imponuntur generaliter pro custodiendis vineis, vel pratis, & agris.*

41 *Clerici juxta nonnullorum sententias obligantur per statuta municipalia, ut si in ipsorum prædiis aut viridariis nascantur vermes, locustæ, aut alia nociva, propriis impensis expellant, occidant.*

42 *Statuta laicorum circa damna illata ab animalibus in agris alienis, comprehendant secundùm aliquos animalia Clericorum.*

43 *Clerici obligantur per statuta laicorum imponentia tributa pro reparatione murorum, pontium, viarum, &c. præcedente exactionem summi Pont. consensu.*

44 *Clerici cogendi sunt ad murorum custodiam, quando necessitas illos custodiendi ita gravis est, ut eâ stante laici non sufficiant.*

45 *Clerici tenentur secundum aliquos ad collectas impositas propter famem, & pestem.*

46 *Clerici cogi possunt per Episcopum ad ignem extinguendum, vel ad custodiam portarum, quando ab hostibus civitas invaditur.*

47 *Clerici tenentur edicto Principis præscribentis valorem monetarum, & taxantis pretia frumenti.*

48 *Clerici expendentes pecuniam ultrà taxam, seu valorem à Principe præscriptum, aut vendentes frumentum ultra pretium lege justâ taxatum, peccant contra justitiam, & tenentur ad restitutionem.*

49 *Clerici si suum frumentum, vel alias res venales velint exponere, obligantur laicorum statutis justa pretia rerum taxantibus.*

50 *Clerici tenentur justo pretio res comestibiles vendere, alioquin si pluris vendant quàm res æstimentur, peccant, & obligantur illud plus restituere.*

51 *Clerici tenentur vinum, oleum, & cætera victualia cum justa, & approbata mensura vendere.*

52 *Clerici, & Ecclesiastici tenentur ex vi directiva, seu in conscientia ad servandas leges civiles in commune bonum, quæ non minùs Ecclesiasticis, quàm laicis congruunt.*

53 *Bona quæ habet, & possidet Ecclesia jure spirituali, & divino, semper ac perpetuò immunia sunt à quibuscunque oneribus secularibus, tam præteritis quàm futuris.*

54 *Bona quæ à privatis habuit Ecclesia, sed ad cultum divinum, Officium spirituale sunt destinata, sunt immunia semper ab omnibus tributis, &c.*

55 *Bona, quæ possidet Ecclesia sorte temporali, & jure civili, ut titulo venditionis, legati, aut alio simili, an gaudeant privilegio exemptionis, ostenditur,* & num. seq.

56 *Res non dicitur tributaria, nisi quando revera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio.*

57 Eccle

57 *Ecclesia quando teneatur ad onera imposita rebus priusquam ad Ecclesiam pervenirent, ostenditur*, & num. 58.

59 *Fructus, & reditus Ecclesiasticorum immunitate à tributis non gaudent, postquam in laicos translati sunt.*

60 *Consuetudo non potest tribuere jus laicis imponendi collectas, & onera Ecclesiastis.*

61 *Bona Clerici si essent communia pro indiviso cum fratre, vel nepote, & aliis laicis, gaudent immunitate pro portione Clerici.*

62 *Privilegium concessum Clericis, & Ecclesiis, ne eorum prædia solvere teneantur gabellas, vel alia onera, prodest etiam emphyteutis.*

63 *Clerici negotiatores tenentur solvere gabellas pro rebus, de quibus negotiantur.*

64 *Negotiari quando dicantur Clerici, ostenditur.*

65 *Clericus ut tanquam negotiator ad gabella solutionem condemnetur, necessaria est trina monitio, & non sufficit una peremptoria pro omnibus.*

66 *Clerici, sive Religiosi in Brasilica regione, & dia Orientali Ecclesiæ dilatationi operam navantes possunt mittere suas merces in Lusitaniam ubi plus valent, ut ex eis retrò necessaria illis mittantur, & ex illis nullum tenentur solvere tributum.*

67 *Clerici si non per se, sed per aliam negotiationem exerceant, an excusentur à gabella ostenditur*, & num. seqq.

69 *Clerici negotiatores eo casu quo tenentur ad solutionem gabellæ, illa necessariò petenda est à publicanis coram Ecclesiastico Iudice.*

70 *Clerici non possunt cogi ad hospitandum milites.*

71 *Clericus si in Regno Neapolitano habitaverit in domo pro communi, & indiviso cum fratribus, & nepotibus laicis, isti laici solum habent immunitatem, ne cogantur hospitare milites, sed tenentur contribuere in pecunia.*

72 *Clerici non possunt dari tutores testamento, aut cogi ad suscipiendam tutelam legitimam.*

73 *Clerici si velint, possunt esse tutores legitimi proximiorum consanguineorum.*

74 *Clerici non possunt tutelæ, sive testamenti executionem suscipientes, cogi coram Iudice sæculari ad reddendas rationes.*

75 *Tutelam honorariam suscipere poterit Clericus, & Episcopus.*

76 *Tutor honorarius dicitur, qui datur ut pupillus sit magis honoratus.*

1 CErta est Theologorum, Canonistarum, & Jureconsultorum propositio, quam nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Ecclesiastica immunia esse, & libera ab oneribus & tributis impositis per Principes laicos: ita definitum est in Concil. Lateranensi sub Alexand. III. *part.* 1. *capite*, 19. sub Innocentio III. *capit.* 46. & habetur *in cap. non minùs*, ubi Consules, & alii Magistratus Ecclesiasticis, & eorum bonis collectas, & pedagia imponentes, anathemate feriuntur: *& in cap. adversus, de immunitate Eccles. & in c.* 1. *& 3. eodem titul. in 6. & in cap. quanquam, de censib. eodem lib. & in Clement. unic. de immunit. Eccles.* quæ sanctiones innovatæ fuerunt per S. Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. capit.* 20. Romani-Augustæ Barbosa de Jure Eccles. *Pars I.* que Pontifices quotannis in Bulla Cœnæ, §. 18. hujusmodi pedagia imponentes & exigentes censuris coërcent, ut infrà ostendemus. Et Constantinus primus Imperatorum palam Christianus, immunitatem hanc Ecclesiasticam, sive potiùs illius usum exhibuit, ut est apud Eusebium *lib.* 10. *histor. Ecclesiast. cap.* 7. *& in orat. de laudibus Constantini*: sublatisque Ethnicis, neminem ex Orthodoxis, & illi bataæ Religionis Imperatoribus tributum de bonis Ecclesiarum exegisse, observat Cardin. Cæs. Baron. *tom.* 3. *Annal. Eccles. sub anno* 387. *num.* 23. & Justinianus etiam hanc Clericorum immunitatem respectu bonorum edicto sancivit, ut *in leg. sancimus* 20. *Cod. de sacrosanct. Ecclesiis*, & Federic. *in Authent. Item nulla communitas, Cod. de sanctiss. Episcopis.*

Neque à Jure positivo, & Imperatorum libe- 3
ralitate, sed à Jure divino ortum habuisse hujusmodi immunitatem respectu bonorum fatendum est, ut diserris verbis asseritur *in dict. cap. quanquam, de censibus*, ibi: *Ecclesiæ; Ecclesiasticaque personæ, & res ipsorum non solùm Iure humano, quinimò & Divino à sæcularium personarum exactione sint immunes*: & in Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. capit.* 20. dicitur, *Immunitas hæc Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus instituta est*: nihilque refert hanc immunitatem respectu bonorum oculariter non legi scriptam in sacris Scripturis, quia ut Juris divini dicatur, sat est, quod ex testimoniis, vel exemplis ex ipsa sacra Pagina depromptis, vel traditione Ecclesiæ deducatur, prout egregiè hæc immunitas deducitur ex Genes. *cap.* 47. ubi Josephus Prorex Pharaonis Sacerdotes, & eorum agros, etiam eis à Rege traditos, in primæva libertate dimisit, quamvis reliquos totius populi servituri Regis subegerit: & meminit etiam Josephus *antiquit. Iudaic. lib.* 4. *cap.* 4. & Diodor. Sicul. *in* 2. *lib. histor.* & Herodot. *in Euterpe, lib.* 4. Hinc appositè in dicto Concil. Lateranensi de quo *in dict. cap. non minùs, de immunit. Ecclesiar. in* 6. infertur, non decere Ecclesiam Dei minùs liberam esse tempore Principum Christianorum, quàm fuerit tempore Pharaonis, imò & addi potest, tempore etiam Ethnicorum, qui Flamines, Augures, Salios, Fetiales, aliosque Sacerdotes unò cum bonis ipsorum immunes, & liberos à tributo reddebant, ut observat, & inde ad propositum nostrum arguit Propos. *in cap. si tributum, num.* 5. & ibidem Cardinal. *tr.* 11. *quæst.* 1. & sequitur Ioan. Anton. de Nigris *in repet. Extravagant. unica, num.* 243. *de vita & honest. cleric.* Plot. *in addition. ad ultim. Concil. Laud. sub numero* 8. Aliaque exempla deduci possunt ex *lib.* 1. *Esdræ, cap.* 7. *& Numer. capit.* 3. & luculentius testimonium patet apud *Matth. capit.* 17. ubi filius Regis, qualis est Christus, qui est filius Regis Regum, eximitur à tributo Principis; Ecclesiam autem, & Ecclesiasticas personas, tanquam sponsam, familiaresque, & domesticos Christi, eadem potiri prærogativâ, inferunt S. Hieronym. *ibidem*, & S. Augustin. *lib.* 1. *quæst. Evangelicar. quæst.* 23. Joan. Anton. de Nigr. *in repet. dict. Extrav. unic. num.* 223. & doctè Suar. *ad Regem Angliæ de immunit. Eccles. lib.* 5. *num.* 12. *& cap.* 8. *num.* 16. quæ testimonia, & exempla ad hanc rem rectè perpendunt Cardin. Bellarm. *controv*

tom. 2. lib 1. de Clericis, cap. 28. in 4. & 5. propos. ubi pluribus comprobat hanc immunitatem esse de Jure Divino : & idem firmarunt Joannes Montagn. *de collat. Parlament. part. 2. num. 11.* Bursat. *consil. 42. num. 1. lib. 1. & consil. 186. num. 8. lib. 2.* Borel. *consil. 74. numer. 2. cont. 1.* Plot. *in addit. ad ultim. consil.* Laud. *numero 8.* Everard. *consil. 30. num. 3. ad finem,* Roland. *consil. 71. à num. 1. lib. 4.* Joan. Lup. *in tract. de libert. Eccles. quæst. 4. num. 2. & 3.* Alderan. Mascard. *de statut. interp. conclus. 21. num. 30.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. titul. de exempt. cleric. & eorundem bonorum, §. 1. numero 1. cum seqq.* Diana *moral. resolut. 11. part. tractat. 2. de immunit. Eccles. resolut. 1.* Ciatlin. *controvers. forens. capit. 103. num. 1.* late Sperell. *in decis. fori Eccl. decis. 37. num. 1. cum seqq.* Cevall. *commun. contra commun. quæst. 899. num 39. & 42.* Grilenzon. *consil. 71. num. 12.* Cabed. *Lusitan. decis. 83. numero 19. part. 2.* Thom. Bozz. *de jure statut. Ecclesiast. libert. lib. 4. capit. 8.* Plenè Paul. Comitol. *responsa. moral. lib. 1. cap. 96. num. 6. cum seqq.* latè Narbona *leg. 35. gloss. 4. titul. 5. lib. 1. Recop.* Patladur. *in sesquicenturia, different. 9. §. 1. princip.* Ambros. *de immunit. cap. 16. num. 4.* Carol. de Grass. *effectu 3. num. 3.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 2.* Sesse *de inhibet. capit. 8. §. 3. num 117.* me citato *in hoc loco,* Rota *in Barchinon. exemptionis, 16. Junii 1636. coram bonæ memor. Coccino Decano,* Ambros. Cardos. *in allegat. juris super tributo vinis imposito, à numero 21.* novissimè Hieronym. Rodetic. *in compendio quæst. Regul. resolut. 63. num. 2.* latè Bonacin. *de censuris in Bulla Cœnæ contentis, disputat. 1. quæst. 16. sectione 1. puncto 2.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib. 4. tractat. 9. capit. 8.* Ascan. Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disputat. 14. quæst. 19. & sequentibus.* Squillante *de privileg. clericor. capit. 8. num. 1.* idem Bonacin. *in 8. præcept. Decalog. disputat. 10. quæst. 2. part. 1. § 1. num. 3. & de contract. lib. disput. 2. quæst. 2. punct. 2. num. 8.* & plures refert, & sequitur Octav. Glorit. *responsa. 13. num. 4.* Suar. *dict. lib. 4. cap. 8. num. 9.* qui alios plures numerat : & bona dum Ecclesiis traduntur, eo ipso eximuntur à dominio, & potestate laicorum, & ex speciali jure sub dominio Christi Domini constituuntur, nec per metaphoram, sed per omnimodam proprietatem, ita ut totale dominium Christi in his bonis Ecclesiarum sit proximum, & immediatum, illique dicatur acquisitum tanquam principali domino, ut per Innocent. *in cap. cùm super, num. 3. de causa possess. & propr. & in cap. verùm, num. 2. de foro compet.* Afflict. *decis. 361. num. 22. cum seqq.* & post Suar. *dict. lib. 4. cap. 17. num. 9. & cap 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 8.* pluribus comprobat Comitol. *dict. lib. 1. cap. 70. & 71.*

Unde si Christus Dominus omninò immunis fuit à tributis, ut ad litteram habetur apud *Matth. 17.* & notant SS Hieronym. Chrysostom. & Ambros. atque alii per Suar. *dict. lib. 4. cap. 5. num. 1. ad fin.* consequens est etiam, bona Ecclesiarum, quæ subsunt immediato & primo dominio Christi Domini, immunia esse ab omnibus tributis, ut per eundem Suar. *dict. lib. 4. cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* ubi quod hoc est valde consentaneum divinitati, & excellentiæ personæ suæ. Præterea si bona patrimonialia Clericorum, etiam laicalia, sunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quia dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona, illa enim adhærent personæ Clerici, nec persona dici potest plenè, ac perfectè exempta, nisi etiam illius bona exempta sint : ita Abbas, Dec. Felin. & alii Canonistæ communiter *in cap. Ecclesia Sancta Maria, & in cap. qua in Ecclesiarum, constitut.* Bald. *in lib. 2. Codic. de Episcop. & Cleric.* & refert ac sequitur Suarez *dict. lib. 4. cap. 25. numero 4. cum sequentib.* Matt. *de jurisdiction. part. 4. casu 49. numer. 9.* Donar. Antonius de Marin. *quotidian. resolut. cap. 37. numer. 9.* Ciatlin. *controvers. forens. cap. 31. numer. 7.* me citato *in hoc loco,* Diana *moral. resolut. part. 5. tractat. 1. resolut. ultim.* Ergo multò magis idem erit in bonis Ecclesiarum : tum quia perpetuò sunt Ecclesiastica, & in divinum cultum per se ordinantur : tum quia non Clericorum, qui Christi famulatum agunt, sed ipsius Domini patrimonium sunt, & ut dictum est, sub immediato dominio Dei : patrimonialia verò bona Clericorum sunt quidem sub eorum dominio, sed hoc dominium illis competit uti civibus, non autem uti Clericis; & tamen propter sacram qualitatem cohærentem personæ, bona sunt immunia, quæ fortiùs urgent in bonis Ecclesiarum, ut perpendit Suar. *ubi suprà, capite 16. numero 11. & capite 17. num. 1.*

Nec quicquam verò facit, antiquitus aliquando Clericos solvisse tributa Principibus laicis, hancque exactionem cessasse iisdem Principibus indulgentibus; quoniam id accidit tempore, quo nondum Principes Evangelii jugo cervices subegerant, & facultas ipsa, seu immunitas à collectis & tributis Clero competebat quidem de jure, sed adhuc de facto, & masè exigebantur : sic ipsa immunitas à Jure Divino profecta est, immunitatis autem usus, seu exercitium emanavit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non verè & proprie Ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potiùs detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium jussere, & hoc benè agnovit Justinianus *in dict. lib sancimus 10. Cod. de sacros. Eccles.* ibi : *Cur enim non facimus discrimen inter res divinas & humanas ? & cur competens prærogativa cœlesti favori non conservemus ?* Et sic innuit hanc immunitatem non à sua munificentia, quam aliis in rebus & locis sæpiùs gloriosus commemorat; sed à dictamine divino, & à natura effluxisse, ut bene ratiocinatur Paul. Comitol. *dict. libro 1. capite 67. numero 11.* ubi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circa hanc immunitatem recenset, & ita pariter respondet Suar. *dict. libro 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 6. numero 4. & capite 121. numero 3. & 8.* Colliguntur hæc sic eleganter tradita ex S. Rotæ decisione *in Albensi Capellæ, seu onerum, 28. Junii 1630. coram R. P. D. Merlino,* admirabilis eruditionis viro, quæ repetitur impressa apud Paul. de Rubeis *decisione 339. tomo 2. divers. aliàs part. 7. recentior.* & pluries sequuta est eadem Rota *in Barchinonensi exemptionis, 21. Junii 1536. coram Reverendissimo Coccino,* ubi eleganter, ut solet, me citato materiam exornat. 7

Utrùm autem Ecclesiæ, & earum bona dicantur habere exemptionem præfatam, quatenus 8

Christi

Christi patrimonium sunt, solet ab aliquibus dubitari: sed suppositâ supradictâ resolutione, affirmativè sine dubio est respondendum cum Suar. *de defensione fidei Catholicæ, lib. 3. cap. 18. n. 5.* & Ludov. Correa *in repet. c. inter alia, de immunit. Eccles. part. 2. n. 39.* Ratio est, quia sufficit habitudo illa ad Deum tanquam ad peculiarem Dominum, ratione cujus conceditur hæc exemptio: nam si Dominus ipsorum bonorum non potest subjici tributis, neque etiam ipsa bona poterunt illis onerari, quia adhærent personæ, & sequuntur conditionem sui principalis, tanquam quid accessorium, juxta caput *accessorium, de regulis jur. in 6.* cum latè traditis per me tam ibi, quàm *in tract. de axiomat. juris usufrequent. axiom. 4. n. 1.* Ergo dicendum est, idcò bona Ecclesiastica esse exempta, quia Christi patrimonium sunt, ut optimè ratiocinatur Ludovic. Correa *in repet. dict. c. inter alia, part. 2. num. 39. in fine.*

Sed in aliquo casu clerici, & personæ Ecclesiasticæ, legitimè inspecto Jure Canonico, tenentur ad gabellas, collectas impositiones, datia, vel quælibet alia onera à laicis imposita, nullámque censuram, aut pœnam ea solventes incurrerent, si sequentia copulativè concurrunt, quæ eisdemmet verbis congessit Rota *in Brundusina gabella, 13. Februarii 1604. coram Peña. Primò, ut si adsit magna necessitas, cui aliàs facilè subveniri non possit, nisi clerici cum laicis contribuant, ut probatur in d. c. non minùs, ubi expressè notat Abb. n. 5. vers. 2. sequitur, & d. c. adversùs, de immun. Eccl. ubi Abb. n. 4. & clarius appareret per Extravag. Benedicti XI. sub tit. de immun. Eccles. Secundò debet concurrere communis utilitas, vel saltem pietas, ut in d. c. non minùs, & c. adversus, & c. pervenit, de immun. Eccl. & de p etate consideravit textus in l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles. Tertiò oportet, quod onus illud sit tale, ut ad illud sustinendum laici non sufficiant, quia clerici, & Ecclesia solùm tenentur cum laicis contribuere in subsidium, & ubi laicorum non suppetunt facultates, ut in dict. c. non minùs, c. adversus, quas conditiones consideravit Benedictus in dict. Extravag. de immun. Eccl. ibi. Caterùm solicitè attendant Ecclesiarum Prælati, & alii clerici Lateranense Concilium, quod in hujusmodi subventionibus solum casum necessitatis, aut communis utilitatis, ubi laicorum ad id non suppetunt facultates, deliberatione provida noscitur excepisse. Quartò requiritur, ut ad onus hujusmodi imponendum vocetur, & consentiat totus Clerus, nec sufficeret Episcopus cum Capitulo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter debet approbari, cap. cum omnes, de instit. c. quod omnes, de reg. juris in 6. & probatur in d. c. non minùs, n. 4. & 5. notab. 4. Quintò in istis oneribus imponendis ad effectum ut clerus teneatur, potissimum requiritur in Papa consulatur, & ipso consulto, & non aliàs clerici contribuant, d. c. adversus, ubi notat Abb. n. 4. vers. 4. requiritur, & sic fuit expressè cautum per Benedictum XI. in d. extravag. de immun. Eccl. & meritò, quia si arbitrio Episcoporum, & Cleri hoc re inqueretur, facilè contingerent hujusmodi impositiones, & onera per ambitum, & preces Principum, & ministrorum laicorum, quibus occurrere solent Romani Pont. qui non aliter quàm causâ cognitâ istas facultates, ut clerici contribuant, concedere solent. Postremò requiritur, quod ad hæc onera, & impositiones solvendas, postquam prædictis, requisitis concurrentibus imposita fuerint, clerici, & persona Ecclesiastica non à ministris laicis, sed à suo Episcopo, & superiore Ecclesiastico compellantur. Principes enim, & seculares potestates non possunt in his se intromittere. Ita Innoc. in dict. c. non minùs, n. 6. vers. quamvis ad ea, & Bald. in dict. c. ad instructiones, n. 5. vers. adhuc tamen, & n. 6. vers. quod verum credo, C. de sacros. Eccles. & Innocentium, & Baldum communiter sequuntur Doctores, & signanter Abb. in dict. c. non minis, n. 18. vers. dicit tamen, de imm. Eccl. & Guid. Papa dec. 18, in fin. vers. si tamen dicti viri, &c.* Hactenus decisio Rotæ, quam se quota est S. Congr. ut in sequenti decreto: *Sacra Congr. Eminentissimorum Cardinalium controversiis jurisdictionalibus præpositorum alias censuit, bona per Ecclesiasticos possessa gaudere exemptionibus à quibuscunque impositionibus, & oneribus, quæ non sunt copulativè certa, realia, & invariabilia, juxta decisionem in Brundusina gabella, coram bonæ mem. Peña, & concordantes, nec non ab impositionibus cameralibus, etiam comprehensivis Ecclesiasticorum, quando Ecclesiastici libertatem ea non solvendi præscripserint, juxta decretum anni 1600. tempore sanctæ mem. Clementis VIII. dat. hac die 28. Aprilis 1640.* Refert Laurent. de Peytinis *de privil. Reg. tom. 3. de fine, pag. 570.*

Imponentes, aut exigentes gabellas, vel alia vectigalia, & tributa à Clericis, aut ex eorum bonis, sive per se, sive per alium, optimo jure excommunicationem nulli reservatam incurrunt, ut habetur *in dict. c. quanquam, de censib. lib. 6.* & referunt Suarez *tom. 5. de censur. disputat. 23. sect. 4. n. 21.* Jul. Lavor. *de indulgent. part. 2. cap. 13. n. 17.* Filliuc. *in quæst. moralibus, tract. 14. num. 53. versic. 9. & num. 62.* Ludovic. Correa *in repet. c. inter alia, de immun. Eccles. part. 4. n. 7. vers. sexta pœna, ill. 1.* Et alii, quos refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 50. n. 213. secundum Lugdunens. impress.* Fragoso *de regimine Christianæ Reip. part. 1. lib. 3. disp. 4. num. 320.* Rot. *in d. Brundusina gabella.* 9

Aliam præterea excommunicationem reservatam Bullæ in Cœna Domini, *clausi. 18.* incurrunt, qui collectas, decimas taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam ab sponte dantibus, & concedentibus recipiunt, necnon qui per se, vel alios, directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscunque sint præeminentiæ, &c. Gutierrez *de gabellis quæst. 92. numer. 22.* Sanchez *in consil. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 49. in princip.* Beja *respons. casuum Conscient. part. 1. casu 26. in princip.* Rota *in dicta Barchinonensi exemptionis, coram D. meo Coccino, statim in princip.* Inter unam & alteram excommunicationem illa est differentia, quod exigens tributa à Clericis, quæ non fuerunt imposita, non incurrit censuram latam *dict. clausul. 19. Bulla in Cœna Domini*, sed eam quæ lata est *in dict. cap. quanquam*, cùm in Bulla dicatur, *imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt.* Ita Squillante *dict. cap. 8. numero 3.* plures citati à Bonacina *de censuris in Bulla Cœnæ, disputatione 1. quæst. 19. punct. 1. numer. 6.* ubi *num. 12.* subdit exigentem minimam gabellam ab Ecclesiasticis, non contrahere excommunicationem bullæ, nisi ad notabilem quantitatem pervenerit, quæ pro peccato mortali 10 11

incurrendo sufficiens sit: & *n.* 15. resolvit tandem, excommunicationem incurrere, qui graviora tributa, & onera imponunt consanguineis, seu aliis, qui cum Clericis bona indivisa habent, ita ut damnum etiam in ipsosmet Ecclesiasticos redundet.

12 Unde Azor. *instit. moral. p.*2. *lib* 9. *c.* 12. *quæst* 1. *vers. in dubium vocatur*, Portel. *in addit. ad dub. Regularia, verb. tributum, n.* 8. Hieronym. Roderic. *in compendio quæst. Reg. resp.*69. *n.*32. resolvunt quamdam gabellam Portugalliæ, *sisa* nuncupatam, quæ solet imponi in carnibus, & vino ob communem Reipub. necessitatem, non posse exigi ab Ecclesiasticis, quia id eorum immunitati saltem indirectè videtur nocere, ex eo quòd coguntur vel catiùs emere, vel aliunde emere: quapropter, inquiunt, usu receptum est multis in locis, ut Ecclesiastici talem gabellam non solvant, vel si solvant, ad finem anni Princeps, vel Respub. damnum resarciat pecuniariâ compensatione. De hac pecuniaria compensatione meminit Sperell. *in decis. fori Ecclesiast. dec.* 37. *n.*84. ubi refert Genuæ adesse concordatum, cujus vigore singulis Ecclesiasticis, juxta eorum conditionem, datur exemptio, seu ut vocant, *franchisia*, etiam in pecunia numerata: & ibi etiam tenet, gravissimè peccare cum obligatione restitutionis, ministros & officiales laicos Ecclesiasticis imponentes, seu petitubentes superindicta extraordinaria super pane, vino, carnibus, panno, & aliis id genus ad victum & vestitum spectantibus, me citato *in hoc loco*, Rot. *in d. Barchinonensi exemptionis*, impressa apud Paul. de Rubeis *dec.*159. *n.*8. *tom.* 3. *diversi.* alias *part.*7. *recent.*

13 Episcopus igitur tenetur inquirere contra gravantes Clericos onere gabellarum, & collectarum, etiam ipsis Clericis tacentibus, & non se querelantibus; & consentiens ut bona ipsorum, vel Ecclesiæ ponantur in æstimo, graviter est puniendus. Ita Carol. de Grassis *de effectibus cler. effect.* 30. *num.*121. & 142. ubi *n.*15. addit, quod Episcopus loci, in quo Clerici gravantur onere collectarum, potest requirere cæteros Episcopos vicinos, ut publicent excommunicatos gravantes ipsos Clericos: & *n.*102. subdit, quod Episcopus loci, in quo Cle-

14 rici sponte solvunt collectas, & gabellas, seu alia munera laicis præstant, potest talia prohibere, quatenus tangunt jus publicum, & non privatum ipsorum Clericorum solventium; vel præstantium talia munera: Sed non modò ab invitis exigentes, verum & accipientes à Clericis etiam sponte dantibus onera imposita, incurrunt in excommunicationem capitis *quanquam*, *de censib. in* 6. *c. clericis*, *de immun. Eccles. eod. lib.* ac etiam Bullæ Cœnæ *can.* 8. ibi, *imposita etiam concedentibus recipiunt*, &c. Sperel. *d. dec.*37. *num.*38. Quando enim lex prohibet aliquid exigi, censetur prohibere etiam ne possit recipi à sponte offerentibus, ita ut tali nequeant solventes renuntiare, *c. exigit*, ubi Gloss. *verb. volentes*, *de censib. in* 6. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de exempt. cleric. & bonor.* §. 2. *n.*12. Sperell. *dec.*37. *n.*81. ubi *n.*80. post Sayr. Ugolin. & alios intelligit de oneribus Clericis ipsis impositis, secus autem si eis non sint imposita. Accipientes igitur à Clericis sponte dantibus onera ipsis non imposita, incurrunt duntaxat excommunicationem latam *in c. quanquam*, *de censib. in* 6. Episcopo reservatam, à qua, præmissâ satisfactione, de licentia Episcopi absolvi possunt. Ita Prosp. de Augustino *ad Quarant. in sum. Bullar. verb. vectigal.* §. *ut autem*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*11. *n.*379. Bonac *de restit. disp.* 2. *quæst.*9. *punct.*2 *n.*13. & *seq.* Sperell. *dict. dec.*37. *n.*82. ubi advertit, quod si custodes, vel exactores gabellarum recipiant aliquid à Clericis, non petendo tanquam à debitoribus, sed rogando simpliciter (dummodo in impositione gabellæ non fuerit de clericis facta mentio) nullam incurrunt excommunicationem, quia Pontifices utuntur verbis *exigendi*, seu *exorquendi*. Excommunicationem autem Bullæ in Cœna Domini *in d. claus.* 18. non incurrunt recipientes aliquid à Clericis propriâ sponte, & voluntate omninò liberâ tradentibus, dummodò non sit illis impositum, quia quilibet est rei suæ moderator, & arbiter. Ita Suarez *de censur. disputat.*21. *sect.*2. *n.*99. & *disput.*23. *sect.*4. *n.*1. Duard. *d. can.*18. *quæst.*16. Carol. de Grass. *effectu* 3. *num.* 98. Anton. de Sousa *de censuris Bullæ*, *cap.*19. *disput.* 93. *num.* 2. Verùm si Clerici decimam, vigesimam, seu centesimam suorum, vel Ecclesiarum proventuum, vel bonorum laicis solverint, aut quamlibet aliam quantitatem, portionem, seu quotam ipsorum proventuum, vel bonorum æstimationis, aut valoris ipsorum, sub adjutorii, mutui, subventionis, subsidii, vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quæsito colore, absque auctoritate Sedis Apost. de solvuturos promiserint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, *cap. clericis*, §. *nos igitur*, *de immun. Eccl. in* 6. Beller. *disquis. cleric. tit. de favore Clericor. & eorundem bonorum*, §. 2. *num.* 11. Sperell. *d. decis.* 37. *num.* 83. ubi testatur cum hac resolutione transisse Sacram Congr. super controversiis jurisdictionalibus, approbante S. D. N.

Hoc immunitatis privilegio gaudent omnes Cle- 15
rici, sive in Sacris, sive in minoribus, etiam primæ Tonsuræ, *cap. non minùs*, *c. adversùs de immunitate Eccl. d. c. quanquam*, Lezana *in sum. qq. Reg. tom.*3. *verb. gabella*, *num.* 6. Ioseph. Ludov. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de gabellis*, *concl. unic. vers. infertur*, *pag.*479. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*1. *tit. de jure fisci*, *resol.*5. *n.*7. *cum seqq.* Molin. *de Iust. tom.*3. *disp.*671. *n.*5. Squillante *d. cap.*8. *n.*7. Ciarl. *controvers. forens. c.*22. *n.*1. Marcel. Vulpe *in praxi jud. fori Eccles. cap.*17. *à num.*1. Trullench. *in expos. Decal. lib.*7. *cap.*12. *dub.*5. *num.* 11. Ego ipse *de officio*, *& potest. Episcopi*, *part.*2. *alleg.*13. *n.*1. etiamsi excommunicati, suspensi, interdicti, vel irregulares, aut etiam verbaliter degradati sint; ob id enim clericatum non amittunt. Duard. *d. can.* 18. *q.*14. *num.*3. Bonac. *d. q.*19. *punct.*2. §.1. *num.*3. Et quamvis non habeant omnia requisita præscripta à Conc. Trid. *sess.*23. *de reform. c.* 6. de quibus suprà *hoc eod. libro*, *c.*39. §.2. *à n.*22. cùm, enim Conc. *d. loco*, eas conditiones ad solum fori privilegium retinendum petierit, id non est extendendum, ut sit necessarium ad retinenda cætera privilegia; privari enim privilegiis clericalibus est odiosum, ac proinde restringendum: quod meritò tradunt Molin. *de just. tom.*3. *tract.* 2. *disput.* 270. *num.* 5. Malder. *in* 2.2. *tract.*5. *cap.* 9. *lib.*8. Less. *de just. lib.* 2. Paul. Comitol. *resp. mor. lib.* 9. *quæst.* 20. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.*2. *lib.*7. *cap.* 13. *num.* 34. Novar. *de elect. fori*, *quæst.* 52. *in ult. impress.* Bonacin. *dict. disput.*1. *quæst.*19. *punct.* 3. §. 3. *num.* 2. Anton. Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 36. Aloys. Ricc. *in praxi*, *part.*4. *resol.* 158. Squillante *d. cap.* 8. *n.*8. *vers. ipse verò*, *c.*33. *dub.*5. *n.*39. Torreblanca *de jure spirit. lib.*25. *c.*6. *n.*39. *cum seqq.* & novissimè 16
S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita censuit, *Ordinarium non posse Clericos non inservientes Ecclesiis immunitate à gabellis*, *& aliis*

oneribus

oneribus laicalibus privare, sub die 24. Januarii 1631. quam declarationem originalem, & authenticam vidi: refert me citato in hoc loco Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 1. tract. 14. docum. 10. num. 2.* Quamvis non improbabiliter sustineant alii tales Clericos in minoribus, nisi incedant in habitu, & Tonsura, & de mandato Episcopi inserviant alicui pio loco, minimè esse immunes à gabellis, tributis, & ab aliis oneribus: ex quorum numero sunt Suar. *in tract. contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 27. n. 14.* Azor. *instit. moral. lib. 5 cap. 19. de personis à solutione gabellæ exemptis, quæst. 6.* Filiuc. *tom. 1. tract. 17. cap. 11. num. 298.* Bonacin. *de censur. disputat. 2. quæst. 4. punct. 2. num. 1. & de contractib. disput. 2. quæst. 9. punct. 2. num. 1.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tractat. 6. cap. 10. num. 15. & 16.* & plures per me citati *in collect. ad cap. 7. num. 7. de immun. Eccles.*

17 Apud Hispanos tamen, attentâ lege 2. *tit. 4. lib. 5 nova Recop.* hujusmodi Clerici in minoribus non sunt à prædictis exempti, sed contribuere debent sicut laici, nisi actaliter habuerint beneficium Ecclesiasticum, de cujus legis materia, & intellectu agunt Felician. *de censib. lib. 2. cap. ult. num. 13.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 110.* Molin. *de justitia, tractat. 2. disput. 671. num. 5.* Flores de Mena *variar. lib. 2. quæst. 21. num. 199.* Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 8. & de gabellis quæst. 91.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 16.* Vasquez *in opusc. resol. cap. 6. §. 1. num. 35.* Less. *de justit. lib. 2. c. 33. dub. 5. num. 39.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 3. c. unic. q. fin.* Nicol. Garc. *de benef. part. 2. cap. 3. à num. 5.* Diana *d. tract. 2. resolut. 35.* Torreblanc. *lib. 15. cap. 6. num. 44. cum seqq.* Machado *d. docum 10. n. 3.* Idem quoque statutum est apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib. 2. tit. 11. in principio*, ut referunt Molin. *d. disput. 671. num. 5.* Valasc. *consult. 131.* quæ quidem Hispaniæ, & Lusitaniæ legesracitam, seu expressam Apostolicæ Sedis dispensationem supponunt, alioquin nullitati subjicerentur, ut observavimus *d. alleg. 13. num. 4.* & me citato in illo loco Felician. de Vega *ad c. 1. de foro comp. num. 14.* & me citato in hoc loco, Lezana *d. verb. Gabella, num. 6. in fine.*

18 Clerici conjugati, etiam cum unica, & virgine, hujusmodi exemptione à tributis non gaudent. Gloss. *verb. in cæteris*, per textum *ibi, in c. unic. de bigam. lib. 6.* Berthachin. *de gabellis, p. 2. n. 17.* Cov. *practic. c. 31. num. 9.* Duen. *regul. 100. num. 10.* Sanchez *d. disp 46. num. 16.* Tapia *de jure Regni, lib. 1. tit. 1. de Episcop. & cleric. num. 30.* Carol. de Grassis *d. effectu 5. num. 44.* Bellet. *d. tit. de exempt. §. 6. num. 2.* Duar. *d. can. 18. quæst. 13. num. 1.* Bonacin. *d. quæst. 19. punct. 3. §. 1. num. 3.* Ciarlin. *controv. foren. c. 53. num. 5.* Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 47. num. 7.* Squillante *d. cap. 8. num. 9.* ubi *n. 10.* idem resolvit de Clericis bigamis.

19 Si autem fuerint Clerici Orientales, qui Græci appellantur, non est dubium eos hujusmodi privilegio gaudere, cùm verè, & quoad omnia sint clerici, & personæ Ecclesiasticæ, licèt utantur legitimo matrimonio cum unica & virgine contracto, ut observant Camill. de Curte *in diverf. feudali, p. 2. cap. 2. num. 60.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. num. 46.* Molfes. *in summ. Theog. moral. p. 2. tract. 12. c. 22. num. 164.* Bonacin. *de contractib. disp. 2. q. 9. punct. 2. n. 2. & de censur. in Bulla Cœna, disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. vers. secus*: imò eorum uxores legitimæ eadem gaudent immunitate. Duen. *reg. 100. num. 2.* Massur. *ad Capyc. decis. 76.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. num. 137.* Squillante *d. c. 8. num. 11.* ubi *num. 33.* post eundem Carol. de Grassis ubi suprà *num. 155.* extendit etiam ad eorum filios legitimos, patrum vitâ durante.

Clericorum famuli, seu servitores hoc eodem 20
privilegio immunitatis à solutione collectarum, seu gabellæ gaudent, *l. 1. C. de Episcop. & Clericis, l. 51. tit. 6. part. 1.* ibi: *Esta misma franqueza, que en eldos, han sus homes, y aquellos que moran con ellos en sus casas, e los sirven, &c.* Lezana *d. verb. Gabella, num. 11.* Caravita *super ritu 46. num 7.* Grilenzon. *cons. 40. à num. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, ref. 363.* & cæteta familia etiam in absentia legitima ipsorum Clericorum, si in eorum domo com- 21
moretur, & ad illorum expensas alimentetur. Vivian. *decis. 88. num. 5.* Ricc. *in praxi aurea ref. 329.* Carol. de Grassis *d. effect. 306.* Squillante *d. cap. 8. num. 19.* ubi subdit Clericos gaudere debere eadem immunitate pro parentibus, fratribus, sive aliis pauperibus consanguineis, si misericorditer propriis ipsorum Clericorum sumptibus alimententur, & posse quoad hunc effectum loco famuli habere aliquem ex consanguineis.

Verùm licèt horum sententia uti Ecclesiasticæ 22
jurisdictioni favorabilis recipienda esset, prout recipiendam, & secundùm eam judicandum esse admonemus, tamen illa jure non probatur, ut *suprà* latè ostendimus, dum egimus, an famuli conductitii Clericorum, fori & exemptionis privilegio gauderint, *hoc eod. cap. §. 2. num. 56.* Nec dicta lex 2. contrarium probat, ut illic ostendimus; nam agit de mancipiis, seu servis, qui in eorum dominio sunt, & consequenter eodem modo à tributis eximuntur, quo reliqua Clericorum bona; quia si servi hujusmodi gravarentur prædictis tributis, ipsi Clerici, seu Ecclesiæ gravarentur, cùm ipsorum damnum redundet: nam Ecclesiarum servi perpetui & adscriptitii, *in cap. Ecclesiarum servos, 12. q. 2.* reputantur tanquam pars possessionum, quæ colluntur, & ad quarum servitium destinati reperiuntur, *l. cùm satis 23. C. de agricol & censit. lib. 15.* ibi: *Satis inhumanum est, terram qua ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodò membris defraudari.* Observarunt ibi Luc. de Peña, Joan. de Platea, & Valenzuela Peseador, Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 19. num. 1.* Ant. Fab. *in Iurisprudentia, tit. 5. punct. 2. illat. 7.* Schisordeg. 3. *tom. tract. 26. q. 6.* & inter immobilia referuntur. Greg. Lop. *l. 1. verb. las raizes, tit. 17 part. 1.* Andr. Knichen. *tract. de investiturarum paction. c. 3. num. 17.* & quatenus velimus intelligere dictam legem 2. de servis, filiis familias, uxoribus, & aliis hominibus, qui in ipsorum potestate, & familia strictè sumpta existunt, possumus respondere, textum illum procedere quando onera, & tributa, quæ familiaribus imponuntur, in affectu redundant in damnum ipsorum Clericorum, & Ecclesiarum, in quorum dominio & potestate, sunt: quod contingit quando onera servis & filiis familias imponuntur ratione bonorum, quæ nomine Clericorum aut Ecclesiarum administrant, ut textus videtur significare ibi, *hominibus eorumdem qui operam in mercimoniis habent*: quo casu licèt aliqui admittant in personis liberis imponi posse respectu propriæ negotiationis, minimè tamen licet ratione rerum, seu partis, quæ ad Ecclesiam pertinent, seu Clericum, ut benè distinguit Thesaur. *d. decis. 22. in fine, & decis. 116. num 10.* & deducitur ex iis, quæ resolvit Molin. *de justitia, tom. 1. disput. 670. à num. 2.*

Regulares quoque omnes Professi, Conversi, 23

incurrendo sufficiens sit: & *n.* 15. resolvit tandem, excommunicationem incurrere, qui graviora tributa, & onera imponunt consanguineis, seu aliis, qui cum Clericis bona indivisa habent, ita ut damnum etiam in ipsosmet Ecclesiasticos redundet.

12 Unde Azor. *instit. moral. p.2. lib 9. c. 12. quæst 1. vers.in dubium vocatur*, Portel. *in addit. ad dub. Regularia, verb. tributum. n.* 8. Hieronym. Roderic. *in compendio quæst. Reg. resp.69.n.*32. resolvunt quamdam gabellam Portugalliæ, *sisa* nuncupatam, quæ solet imponi in carnibus, & vino ob communem Reipub. necessitatem,non posse exigi ab Ecclesiasticis, quia id eorum immunitati saltem indirectè videtur nocere, ex eo quòd coguntur vel cariùs emere, vel aliunde emere: quapropter, inquiunt, usu receptum est multis in locis, ut Ecclesiastici talem gabellam non solvant, vel si solvant, ad finem anni Princeps. vel Respub. damnum resarciat pecuniariâ compensatione. De hac pecuniaria compensatione meminit Sperell. *in decis. fori Ecclesiast. dec.* 37. *n.*84. ubi refert Genuæ adesse concordatum, cujus vigore singulis Ecclesiasticis, juxta eorum conditionem, datur exemptio, seu ut vocant,*franchisia*,etiam in pecunia numerata: & ibi etiam tenet, gravissimè peccare cum obligatione restitutionis, ministros & officiales laicos Ecclesiasticis imponentes, seu peti jubentes superindicta extraordinaria super pane, vino, carnibus, panno, & aliis id genus ad victum & vestitum spectantibus, me citato *in hoc loco*, Rot. *in d. Barchinonensi exemptionis*, impressa apud Paul. de Rubeis *dec.159. n.8. tom. 3. divers.* alias *part.7. recent.*

13 Episcopus igitur tenetur inquirere contra gravantes Clericos onere gabellarum, & collectatum, etiam ipsis Clericis tacentibus, & non se querelantibus; & consentiens ut bona ipsorum, vel Ecclesiæ ponantur in æstimo, graviter est puniendus. Ita Carol. de Grassis *de effectibus cler. effect.* 30. *num.*121. *&* 142. ubi *n.*15. addit, quod Episcopus loci, in quo Clerici gravantur onere collectarum, potest requirere cæteros Episcopos vicinos, ut publicent excommunicatos gravantes ipsos Clericos: & *n.*102. subdit, quod Episcopus loci, in quo Cle-
14 rici sponte solvunt collectas, & gabellas, seu alia munera laicis præstant, potest talia prohibere, quatenus tangunt jus publicum, & non privatum ipsorum Clericorum solventium; vel præstantium talia munera: Sed non modò ab invitis exigentes, verum & accipientes à Clericis etiam sponte dantibus onera imposita, incurrunt in excommunicationem capitis *quanquam*, *de censib. in 6. c. clericis*, *de immun. Eccles. eod. lib.* ac etiam Bullæ Cœnæ *can.* 8. ibi, *impositæ etiam concedentibus recipiunt*, *&c.* Sperel. *d. dec.*37. *num.*38. Quando enim lex prohibet aliquid exigi, censetur prohibere etiam ne possit recipi à sponte offerentibus, ita ut tali nequeant solventes renuntiare, *c. exigit*, ubi Gloss. *verb. volentes*, *de censib. in 6.* Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de exempt. cleric. & bonor.* §. 2. *n.*12. Sperell. *dec.*37.*n.*81. ubi *n.*80. post Sayr.Ugolin. & alios intelligit de oneribus Clericis ipsis impositis, secus autem si eis non sint imposita. Accipientes igitur à Clericis sponte dantibus onera ipsis non imposita, incurrunt duntaxat excommunicationem latam *in c. quanquam*, *de censib. in 6.* Episcopo reservatam, à qua, præmissâ satisfactione, de licentia Episcopi absolvi possunt. Ita Prosp. de Augustino *ad Quarant. in sum. Bullar. verb. vectigal. §. ut autem*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*11. *n.*379. Bonac *de restit. disp. 2. quæst.9. punct.*2 *n.*13. *& seq.* Sperell. *dict. dec.*37. *n.*82. ubi advertit, quod si custodes, vel exactores gabellarum recipiant aliquid à Clericis, non petendo tanquam à debitoribus, sed rogando simpliciter (dummodo in impositione gabellæ non fuerit de clericis facta mentio) nullam incurrunt excommunicationem, quia Pontifices utuntur verbis *exigendi*, seu *extorquendi*. Excommunicationem autem Bullæ in Cœna Domini *in d.clausa.* 18. non incurrunt recipientes aliquid à Clericis propriâ sponte, & voluntate omninò liberâ tradentibus, dummodò non sit illis impositum, quia quilibet est rei suæ moderator, & arbiter. Ita Suarez *de censur. disputat.*21. *sect.*2.*n.*99. *& disput.*23.*sect.*4. *n.*1. Duard. *d. can.*18. *quæst.*16. Carol. de Graff. *effectu* 3. *num.* 98. Anton. de Sousa *de censuris Bulla*, *cap.*19.*disput.* 93. *num.* 2. Verùm si Clerici decimam, vigesimam, seu centesimam suorum, vel Ecclesiarum proventuum, vel bonorum laicis solverint, aut quamlibet aliam quantitatem, portionem, seu quotam ipsorum proventuum, vel bonorum æstimationis, aut valoris ipsorum, sub adjutorii, mutui, subventionis, subsidii, vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quæsito colore, absque auctoritate Sedis Apost. de solvuturos promiserint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, *cap. clericis*, §. *nos igitur*, *de immun. Eccl. in* 6. Bellet. *disquis. cleric. tit. de favore Clericor. & eorundem bonorum*, §. 2. *num.* 11. Sperell. *d. decis.* 37. *num.* 83. ubi testatur cum hac resolutione transisse Sacram Congr. super controversiis jurisdictionalibus, approbante S. D. N.

Hoc immunitatis privilegio gaudent omnes Cle- 15
rici, sive in Sacris, sive in minoribus, etiam primæ Tonsuræ, *cap. non minùs*, *c. adversùs de immunitate Eccl. d. c. quanquam*, Lezana *in sum. qq. Reg. tom.*3. *verb. gabella*, *num.* 6. Iosseph. Ludov. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de gabellis*, *concl. unic. vers. infertur*, *pag.*479. Alex. Trentacinq. *var.resol. lib.*1. *tit. de jure fisci*, *resol.*5. *n.*7. *cum seqq.* Molin. *de Iust. tom.*3. *disp.*671. *n.*5. Squillante *d. cap.*8. *n.* 7. Ciarl. *controvers. forens. c.*22. *n.*1. Marcel. Vulpe *in praxi jud. fori Eccles. cap.*17.*à num.*1. Trullench. *in expos. Decal. lib.*7. *cap.*12. *dub.*5. *num.* 11. Ego ipse *de officio*, *& potest. Episcopi*, *part.*2. *alleg.*13. *n.*1. etiamsi excommunicati, suspensi, interdicti, vel irregulares, aut etiam verbaliter degradati sint; ob id enim clericatum non amittunt. Duard. *d. can.* 18. *q.*14. *num.*3. Bonac. *d. q.*19. *punct.*2. §.1. *num.*3. Et quamvis non habeant omnia requisita præscripta à Conc. Trid. *sess.*23. *de reform. c.* 6. de quibus suprà *hoc eod. libro*, *c.*39. §.2. *à n.*22. cùm, enim Conc. *d loco*, eas conditiones ad solum fori privilegium retinendum perierit, id non est extendendum, ut sit necessarium ad retinenda cæteta privilegia; privari enim privilegiis clericalibus est odiosum, ac proinde restringendum: quod meritò tradunt Molin. *de just. tom.*3. *tract.* 2. *disput.* 270. *num.* 5. Malder. *in* 2.2.*tract.*5. *cap.* 9. *lib.*8. Less. *de just. lib.* 2. Paul. Comitol. *resp. mor. lib.* 9. *quæst.* 20. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.*2. *lib.*7. *cap.* 13. *num.* 34. Novar. *de elect. fori*, *quæst.* 32. *in ult. impress.* Bonacin. *dict. disput.*1. *quæst.*19. *punct.* 3. §. 3. *num.* 2. Anton. Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 36. Aloys. Ricc. *in praxi*, *part.*4. *resol.* 158. Squillante *d. cap.* 8. *n.*8. *vers. ipse verò*, *c.*33. *dub.*5.*n.*39. Torreblanca *de jure spirit. lib.*25. *c.*6. *n.*39. *cum seqq.* & novissimè 16
S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita censuit. *Ordinarium non posse Clericos non inservientes Ecclesiis immunitate à gabellis*, *& aliis*

oneribus

oneribus laicalibus privare, sub die 24. Januarii 1631. quam declarationem originalem, & authenticam vidi: refert me citato in hoc loco Machado *en su perfecto Confessor, tom.2. lib.4.p.1. tract.14. documum.10. num.* 2. Quamvis non improbabiliter sustineant alii tales Clericos in minoribus, nisi incedant in habitu, & Tonsura, & de mandato Episcopi inserviant alicui pio loco, minimè esse immunes à gabellis, tributis, & ab aliis oneribus: ex quorum numero sunt Suar. *in tract. contra Regem Anglia, lib.4. c.27. n.14.* Azor. *instit. moral. lib.5 cap.19. de personis à solutione gabellæ exemptis, quæst.6.* Filliuc. *tom. 1. tract.17. cap. 11. num.298.* Bonacin. *de censur. disputat.2. quæst.4. punct.2. num.1. & de contractib. disput. 2. quæst. 9. punct.2. num.1.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tractat.6. cap.10. num.15. & 16.* & plures per me citati *in collect. ad cap. 7. num.7. de immun. Eccles.*

17 Apud Hispanos tamen, attentâ lege 2. *tit.4. lib.5 nova Recop.* hujusmodi Clerici in minoribus non sunt à prædictis exempti, sed contribuere debent sicut laici, nisi actaliter habuerint beneficium Ecclesiasticum, de cujus legis materia, & intellectu agunt Felician. *de censib. lib.2. cap. ult. num.13.* Bobadil. *in sua politica, lib.2. cap.18. num. 110.* Molin. *de justitia, tractat. 2. disput. 671. num. 5.* Flores de Mena *variar. lib.2. quæst.21. num.199.* Guttier. *pract. lib.1. quæst.8. & de gabellis quæst. 91.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp. 46. num. 16.* Vasquez *in opusc. rest. cap.6. §.1. num.33.* Less. *de justit. lib. 2. c.33. dub. 5. num. 39.* Azor. *instit. moral.part.1. lib.3. c. unic.9. fin.* Nicol. Garc. *de benef. part.2. cap.3. à num. 5.* Diana *d. tract. 2. resolut. 35.* Torreblanc. *lib. 15. cap. 6. num. 44. cum seqq.* Machado *d. docum 10. n.3.* Idem quoque statutum est apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib.2. tit.11. in principio*, ut referunt Molin. *d. disput.671. num. 5.* Valasc. *consule.131.* quæ quidem Hispaniæ, & Lusitaniæ legesracitam, seu expressam Apostolicæ Sedis dispensationem supponunt, alioquin nullitati subjicerentur, ut observavimus *d. alleg.13. num. 4.* & me citato in illo loco Felician. de Vega *ad c.1. de foro comp. num. 14.* & me citato in hoc loco, Lezana *d. verb. Gabella, num. 6. in fine.*

18 Clerici conjugati, etiam cum unica, & virgine, hujusmodi exemptione à tributis non gaudent. Gloss. *verb. in cæteris*, per textum *ibi, in c. unic. de bigam. lib.6.* Berthachin. *de gabellis, p.2. n.17.* Cov. *practic. c.31. num.9.* Duen. *regul. 100. num.10.* Sanchez *d. disp 46. num.16.* Tapia *de jure Regni, lib. 1. tit.1. de Episcop. & cleric. num.30.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. num. 44.* Bellet. *d. tit. de exempt. §.6. num.2.* Duar. *d. can.18. quæst.13. num. 1.* Bonacin. *d. quæst.19. punct.3. §.1. num.3.* Ciarlin. *controv. forens. c.53. num.5.* Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg.47. num.7.* Squillante *d. cap.8. num.9.* ubi *n.10.* idem resolvit de Clericis bigamis.

19 Si autem fuerint Clerici Orientales, qui Græci appellantur, non est dubium eos hujusmodi privilegio gaudere, cùm verè, & quoad omnia sint clerici, & personæ Ecclesiasticæ, licèt utantur legitimo matrimonio cum unica & virgine contracto, ut observant Camill. de Curte *in diverf. feudali, p.2. cap.2. num.60.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. num.46.* Molfes. *in summ. Theog. moral. p.2. tract. 12. c.22. num.164.* Bonacin. *de contractib. disp.2. q.9. punct.2. n.2. & de censur. in Bulla Cœna, disp.1. q.19 punct.5. §.3. vers. secus*: imò eorum uxores legitimæ eadem gaudent immunitate. Duen. *reg.100. num. 2.* Massur. *ad Capyc. decis.76.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. num. 137.* Squillante *d. c.8. num. 11.* ubi *num. 33.* post eundem Carol. de Grassis ubi suprà *num. 155.* extendit etiam ad eorum filios legitimos, patrum vitâ durante.

Clericorum famuli, seu servitores hoc eodem 20
privilegio immunitatis à solutione collectarum, seu gabellæ gaudent, *l.1. C. de Episcop. & Clericis, l.51. tit.6. part.1.* ibi: *Esta misma franqueza, que en eldos, han sus homes, y aquellos que moran con ellos en sus casas, e los ferven*, &c. Lezana *d. verb. Gabella, num.11.* Caravita *super ritu 46. num 7.* Grilenzon. *cons.40. à num.1.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, ref.363.* & cæteri familia etiam in absentia legitima ipsorum Cleticorum, si in eorum domo com- 21
moretur, & ad illorum expensas alimentetur. Vivian. *decis.88. num.5.* Ricc. *in praxi aurea ref.329.* Carol. de Grassis *d. effect. 306.* Squillante *d. cap. 8. num.19.* ubi subdit Clericos gaudere debere eadem immunitate pro parentibus, fratribus, sive aliis pauperibus consanguineis, si misericorditer propriis ipsorum Clericorum sumptibus alimententur, & posse quoad hunc effectum loco famuli habere aliquem ex consanguineis.

Verùm licèt horum sententia uti Ecclesiasticæ 22
jurisdictioni favorabilis recipienda esset, prout recipiendam, & secundùm eam judicandum esse admonemus, tamen illa jure non probatur, ut *suprà* latè ostendimus, dum egimus, an famuli conductitii Clericorum, fori & exemptionis privilegio gauderint, *hoc eod. cap. §. 2. num.56.* Nec dicta lex 2. contrarium probat, ut illic ostendimus; nam agit de mancipiis, seu servis, qui in eorum dominio sunt, & consequenter eodem modo à tributis eximuntur, quo reliqua Clericorum bona; quia si servi hujusmodi gravarentur prædictis tributis, ipsi Clerici, seu Ecclesiæ gravarentur, cùm ipsorum damnum redundet: nam Ecclesiarum servi perpetui & adscriptitii, *in cap. Ecclesiarum servos, 12. q.2.* reputantur tanquam pars possessionum, quæ colluntur, & ad quarum servitium destinati reperiuntur, *l. cùm satis 23. C. de agricol. & censit. lib.11.* ibi: *Satis inhumanum est, terram quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodò membris defraudari.* Observarunt ibi Luc. de Peña, Joan. de Platea, & Valenzuela Pescador, Sanch. *de matr. lib.7. disp. 19. num.1.* Ant. Fab. *in Iurisprudentia, tit. 5. punct. 2. illat.7.* Schifordeg. *3. tom. tract.26. q.6.* & inter immobilia referuntur. Greg. Lop. *l.1. verb. las raizes, tit.17 part.1.* Andr. Knichen. *tract. de investiturarum paction. c.3. num. 17.* & quatenus velimus intelligere dictam legem 2. de servis, filiis familias, uxoribus, & aliis hominibus, qui in ipsorum potestate, & familia strictè sumpta existunt, possumus respondere, textum illum procedere quando onera, & tributa, quæ familiaribus imponuntur, in affectu redundant in damnum ipsorum Clericorum, & Ecclesiarum, in quorum dominio & potestate, sunt: quod contingit quando onera servis & filiis familias imponuntur ratione bonorum, quæ nomine Clericorum aut Ecclesiarum administrant, ut textus videtur significare ibi, *hominibus eorumdem qui operam in mercimoniis habent*: quo casu licèt aliqui admittant in personis liberis imponi posse respectu propriæ negotiationis, minimè tamen licet ratione rerum, seu partis, quæ ad Ecclesiam pertinent, seu Clericum, ut benè distinguit Thesaur. *d. decis.22. in fine, & decis.116. num 10.* & deducitur ex iis, quæ resolvit Molin. *de justitia, tom. 1. disput.670. à num. 2.*

Regulares quoque omnes Professi, Conversi, 23

& novitii, sicut & Moniales novitiæ, & Convetsæ, hoc eodem immunitatis privilegio potiuntur, ut de omnibus *suprà hoc eod. cap.* §. 2. *num.* 40. *cum seq.* & in specie de privilegio immunitatis ait Ludovic. Cottea *in repet. d. c. inter alia, part.* 2. *num.* 31. & Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.* 63. *n.*29. & magis in specie de novitiis, Molin. *tom.*3. *de just. disput.*671. *num.*1. Villalob. *part* 2. *sum.tract.*8. *diffic.*14. *num.*9. Hieron. Roderic. *resolu.*137. *num.* 9. plures per Laurent de Peirinis *de Prælato quæst.* 3. *cap.*1. *num.*131. Lezana *d. verb. gabell. num.* 7. Bertachin. *de gabell.*7. *part. princ. num.*56. Flores de Mena *var. lib.*2. *quæst.*21. *num.*198. Laurent. de Franchis *de controvers. inter. Episcopos & Regul. quæst.* 48. Unde audiendi non sunt existimantes hos Novitios, qui non sunt aliquo Ordine insigniti, non eximi ex vi novitiatus à solutione gabellarum, quia verè Religiosi non sunt, ad sæculumque redire valent, ex quorum numero sunt Lassarte *de decima venditionis, cap.*19. *num.* 50. addens nec Religiosos Societatis Jesu, qui finito novitiatus biennio vota simplicia emittunt, immunes esse à gabellarum solutione, quòd nondum professi sint, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *quæst.*47. *art.*8. *ad fin. & tom.*3. *quæst.*74. *art.*9. Et multò minùs audiri debent alii, qui putarunt rem hanc pendere ex futura professione, qui sunt Gironda *de gabell.*7. *p. in princ. n.* 4 & Parlador. *quotid. quæst. lib.*1. *cap.*13. §. 1. *n.*21.

24 De Fratribus, & Sororibus tertii Ordinis S. Francisci. & S. Dominici dicendum pariter, eos hoc privilegio gaudere si habitum religiosum gestaverint, atque collegialiter vixerint, seu claustraliter inhabitaverint, aliàs enim privilegio exemptionis à tributis non gaudent, ut apud Hispanos statutum est *l.*19. *tit.*4. *Ordinam, & l.*2. *tit.*14. *lib.*6. *nova recopil.* docent Lassarte *de decima vendit. capit.*19. *à num.* 90. Avend. *de exequend. mand. lib.* 2. *c.*14. *n.*28. Flores de Mena *d. quæst.*21. *n.*197. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.*224. *num.*44. *& cap.*363. *num.*29. Guttier. *de gabell. q* 95 *num.*5. *&* 6. Hieron. Roderic. *d. resol.*63. *num.*31. Narbona *l.*8. *gloss. un. num.*23. *tit.*5. *lib.*1.

25 De Eremitis, qui ex speciali obligatione, & quasi traditione per Episcopum alicui Ecclesiæ, vel loco sacro dicati sunt, idem quoque est asserendum, aliàs secus, ut per Avendan. *d.cap.* 14. *num.*24. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.*74. *art.*11. Guttier. *d. quæst.*5. *num.* 7. Flores de Mena *d. q* 21. *à n.*195. *&* 204. Lezana *tom.*2. *c.* 7. *n.*7. Fragoso *de regimine Reip. Christ. p.*1. *lib.*2. *disp.*4. *n.*311.

26 De Militaribus Religiosis, videlicet S. Joannis Hierosolymitani, S. Jacobi, Calattravæ, Alcantaræ, Christi, & S. Benedicti de Avis, resolvendum quoque, eos hoc privilegio immunitatis gaudere, quod lex Hispaniæ 9. *tit.* 18. *lib.* 9. *nova Recop.* intelligit quantum ad fructus suarum Commendarum, non verò quoad alias res patrimoniales, vel aliunde quæsitas? Vide Hiero. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.*137. *num.*12. Motta *in tract. de confirm. Ord. S. Iacobi, lib.* 2. *cap.*29. Parlador. *lib.*2. *rerum quotid. cap.*5. § 1. *num.*19. Gutier. *d.q.*95. *à num.*12. Flores de Mena *var. lib.*2. *q.*21. *n.*204. Anton. Diana *moral. resol. p.*1. *tract.*2. *resol.*49. *& p.*3. *tract.*2. *resol.*30. Cened. *de paupertate Relig. dub.*60. *n.*12. *cum seq.* latè Narbona *l.*8. *gloss. unic. tit.*5 *lib.*1. *nova Recop.* latè Mich. de Reinoso *in observ. Iuris, observ.*2. *per tot.* Spetell. *decis.* 2. *num.*124. *& decis.* 21. *n.*31. Lezana *d. verb. gabella, n.* 8. Aloys. Ricc. *in praxi,*
27 *p.*4. *resol.*113. Squillante *d. cap.*8. *n.*16. Et in nostro Regno Portugalliæ expressit Ord. Regia *lib.* 2. *tit.*11. §. *ult.* ut Milites Domini nostri Jesu Christi potiantur hoc immunitatis privilegio, si habuerint præceptoriam militarem, vulgò *Commendam*, aut aliquam tenentiam, seu panem civilem, cum habitu illius Ordinis, vulgò *tensa*, sicut attestantur Valasc. *consil.*130. *num.* 5. Melch. Phœbo *decis.*85. *num.*9. *cum seq. tom.*1. Mendez à Castro *in praxi Lusit. p.*2. *lib.*2. *c.*1. *num.*25. Reinoso *d. observ.* 2. & me citato *in hoc loco*, refert Lezana *d. verb. gabella, num.*8. *in fine*, & scribit idem Valasc. *ubi suprà, num.* 4. justè conqueri posse Milites S. Jacobi, & de Avis, quòd solùm Christi Commendatariis Rex Portugaliæ illud concesserit privilegium; sed ex identitate rationis ad alios esse trahendum, benè advertit Mol. *de just. tom.*3. *disp.*663. *num.* 6. Valasc. *d. cons.* 131. *num.*5. Reinoso *d. observ.* 2. *num.* 14. licèt *num.* 16. asserat se vidisse oppositum semper observari ab officialibus, & ministris Regii patrimonii. An privilegium, & immunitas, quâ Commendatarii & Milites hujusmodi gaudent, extendatur ad illorum uxores viduas, dum vidualem statum conservant, vide Reinoso ubi suprà, *observ.*3. Donati verò, seu Confratres Religionis S. Joannis Hierosolymitani possunt compelli tributa, gabellas, & similes collectas exsolvere. Bobadil. *d. c.* 17. *num.* 232. Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæst.*21. *num.*94. & 95. Narbona *d. l.*8. *gloss. unica, n.*24.

28 Nunc verò deveniamus ad aliqua quæsita dubiorum, quæ in hac materia frequentiùs accidere possunt. Et primò quæro, utrùm bona patrimonialia Clericorum, ad quorum titulum fuerunt ordinati, gaudeant privilegio bonorum Ecclesiæ, ne ad collectas, & similia teneantur? Pars quæ negat, suadetur, quia bona patrimonialia Clericorum regulariter non gaudent privilegio bonorum Ecclesiæ, nisi in casibus jure expressis Gloss. *verb. ipsarum, in fine, in d.c.quamquam, de censib. lib.*6. in effectu Gloss.1. *in c. similiter,*16. *quæst.*1. Gloss. *verb. obligatam, c. ex litteris, de pignorib.* quæ sic intellexit dictum caput. *similiter*, Abb. *in c. ult. num.*11. *de vita & honest. cler. & in c.*1. *n.* 2. *de dolo*, refert plures ex antiquioribus Felin. *in c. Ecclesia, num.* 8. *de constitut.* communis, ut per Decian. *n.*10. *in cap. Episcopus, de præbend.* fatetur communem Navarr. *cons.*12. *num.* 1. *de censib. in antiquis*, Covar. *lib.* 1. *var. cap.*4. *num.*3. *& in reg. possessor. p.*2 § 2. *num.*6. *ad finem*, Bursat. *consil.*93. *num.*46. *lib.* 1. Morla *in empor. p.*1. *tit. de legib. quæst. ult. num.* 7. Perez *ad l.*8. *tit.* 2. *lib.*1. *Ordin.* Suar de Paz. *in pract. tom.*2. *præl.*2. *n.*16. Sic aliàs bona patrimonialia Clericorum præscribuntur, sicut bona alicujus laici. Gloss. 1. *in cap.*11. 16. *quæst.*4 Felin. *ubi proximè, num.*9. Abb. *d. n.*11. affirmat ex aliis receptissimam Glossæ opinionem Covarruvias *d. num.*9. *ad fin.* Tiraq. *de præscript.* §. 1. *gloss.*10. *in fine*, Perez *ubi suprà*, quia clericus in his bonis censetur ut laicus, & judicantur illa bona ut bona laicorum Valasc. *de partit. c.*35. *à princ.* Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 11. *&* 12. Sic in bonis patrimonialibus Clericorum non competit in integrum restitutio eo modo, quo competit in bonis Ecclesiæ, Gloss. *in Clem. unica, de in integrum restit.* recepta ut per Abb. *d. loco*, Felin. *d. num.* 9. Covarr. & Perez *ubi proximè*. Sic tandem licèt bona Clerici cessantis à solutione tributi merè realis vindicari possint à domino directo, & vendi, Gloss. 2. quæ omninò sic intellexit textum ibidem *in cap. si tributum, 11. q.*1. non tamen idem erit in bonis Ecclesiæ tali tributo oneratis, ut post Card. quem refert, observat Felin. *d. n.*9.

Verùm his non obstantibus, resolvendum est, 29
non

non solùm Clerici patrimonium, ad cujus titulum fuit ordinatus, sed cæteta patrimonialia omnino libera esse à laicorum exactionibus: nam quoad patrimonium ordinati res est clara, illud habere omnia privilegia, quæ conceduntur à Jure bonis Ecclesiasticis, ut resolvunt Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 21. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 139. *num.* 27. Melch. Phœbos *Lusit. decis.* 19. *num.* 10. *vers. sed quamvis*, Sperell. *decis.* 37 *numero* 77. ac proinde immune esse ab omnibus exactionibus, & tributis sæcularibus, ut censuit sacra Cardin. Congreg. negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum Cathacensi Episcopo rescribens sub die 3. Augusti 1592. ubi etiam resolutum fuit, quod si Clericus habitum dimittens ad sæculum redeat, non potest cogi solvere pecunias ob exemptionem, dum Clericus erat, non solutas: ratio est, quia in his terminis subrogatur in bonum beneficii, *arg. cap.* 2. *cap. Episcopus* 4. *c. cùm secundùm*, 16. *de præbend.* expressè Conc. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 2. & ideò inter bona Ecclesiastica debet censeri, juxta regulam *quod subrogatum, &c.* habetur *in l. si eum, §. qui injuriarum, ff. si qui cautum. l. si donata*, 27. §. *ult. ff. de donat. inter virum*, cum aliis per me citatis *in tractatu de Axiom. juris usufreq. Axiom.* 213. *ex n.* 1. & in specie, quod hujusmodi patrimonialia bona non sint obligata pro collectis, resolvit Mar. Antonin. *ver. resol. lib.* 1. *resol.* 88. Alter *de censur. in Bull. Cœn. can.* 18 *cap.* 2. *col.* 6. *in fine*, Duard. ibidem *quæst.* 5. *num.* 4. *cum seqq.* cum aliis citatis suprà *n.* 6. Et quod comprehendantur in prohibitione Bullæ Cœnæ, ita ut nequaquam licitum sit ex eis tributa exigere, colligitur ex illis verbis Bullæ, ibi, *eorum, & Ecclesiarum, & beneficiorum bonis*, ut post Anton. Dian. *moral. resol. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 39. notat. Squillante *d. c.* 8. *num.* 6. scilicet id procedere, dummodo non extinguantur per adeptionem alicujus beneficii Ecclesiastici, existimaverunt Spin. *in speculo testam gloss.* 18. *princ. num.* 72. Azeved. *l.* 1. *n.* 9. *tit.* 4. *lib.* 1. *novæ Recop.* Cevall. *commun. contra communes, quæst.* 527. *num.* 4. quos refert, & sequitur Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 11. *quæst.* 11. *num.* 9. & videntur tenere Grilenzon. *consil.* 53. *num.* 45. Duard. *in Bullam Cœna Domini*, *can.* 18 *q.* 5. *n.* 7. & *quæst.* 6. *num.* 3. Alderan. Mascard. *de statut. interpret. concl.* 1. *n.* 96. Bellet. *d. tit. de exempt. cleric. & eorum bonis*, §. 5. *num.* 9. Ciarlin. *controv. forens. c.* 28. *n.* 15. quia hæc declaratio solùm procedere poterat quoad omnia alia privilegia Ecclesiis, & Ecclesiasticis rebus concedi solita, non verò circa hoc, de quo agimus. Unde Sacra Congreg. *super controvers. jurisdictionalibus, in una nullius*, 30. *Maii* 1618. censuit dictum patrimonium non extingui ipso jure per assecutionem beneficii ad victum sufficientis, prout refert Sperel. *d. decis.* 37. *n.* 77. *in fine.* Cætera autem bona Clericorum patrimonialia, licèt regulariter non gaudeant privilegio bonorum Ecclesiæ, nisi in casibus jure expressis, ut evincunt fundamenta suprà in contrarium adducta; circa exemptionem tamen à collectis in Jure expressum est, non solùm in patrimonialibus ad titulum, sed in cæteris bonis, ut satis expressit *d. c. quanquam*, Molin. *de justit. tom.* 3. *tract.* 2. *disp.* 671. Ricc. *in praxi aurea, res.* 167. Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 9. *num.* 8. Bellet. *d. §.* 5. *num.* 1. 2. & 6. plures per Ciarlin. *d. c.* 22. *num* 5. 1. & *c.* 28. *num.* 14. ubi quod respectu fori patrificantur bona Ecclesiæ, & clerici, & *c.* 31. *num* 8. latè Sperell. *decis.* 37. *n.* 74. *cum seqq. & decis.* 42. *n.* 9. & 10. & citati per Squillante ubi proximè, *n.* 34.

Secundò quæro, utrùm laici coloni Ecclesiæ aut Clericorum gaudeant hac immunitate? In qua quæstione distinctione opus est: aut enim sunt coloni perpetui, atque adscriptitii Ecclesiæ, aut conductitii, & ast tempus: aut denique partiarii. Primi gaudent omni immunitate Ecclesiæ & Clericis concessâ, secundùm Feder. de Senis *cons.* 112. *n.* 10. Ripa *de peste, tit. remed. ad conservandam ubert. num.* 128. Thesaur. *dec.* 116. *num.* 12. Secundi minimè, nec etiam ex persona dominorum, cùm hoc privilegium sit personale. Bertachin. *de Gabellis, p.* 7. *num.* 16. Brunor. à Sole *verb. coloni Ecclesiæ*, Carol. de Grass. *d. effectu* 3. *num.* 62. ubi *n.* 69. post Burfat. *cons.* 42. *num.* 17. *lib.* 1. ubi limitat ubi Clericus nomine proprio fundos suos coleret per proprios operarios, de quibus latiùs tractabitur quæsito sequenti. Tertii verò, qui sunt coloni partiarii, gaudent hac immunitate pro portione tangente ipsos clericos, secus pro parte fructuum hujusmodi colonis contingentium, cùm eorum pars minimè sit privilegiata, nisi ex hoc indirectè gravarentur Clerici, eo quòd rustici & coloni eorum gravantur nimis, ac proinde suas possessiones roboria e noluni: ita Burfat, *consult.* 25. *n.* 3. & *cons.* 42. *num.* 16. *volum.* 1. Thesaur. *decis.* 116. *num.* 8. Surd. *cons.* 301. *n.* 85. Bened. Capra *reg* 96. *num.* 86. Felin. *in cap.* 2. *num.* 2. *in foro comp.* Bertachin. *d. p.* 7. *n.* 13. & 15. Vincent. de Anna *sing.* 99. Carol. de Grass. *d. effect.* 3. *num* 59. & 71. Tapia *lib.* 1. *de jure Regni, sub tit. de Episcopis & Cleric. fol.* 29. Valasc. *consult.* 111. *ex num.* 12. Ciarlin. *controv. forens. cap.* 22. *num.* 15. *cum seqq. & c.* 31. *num.* 18. Tamburin. *de jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 15. *q.* 10. *num.* 46. Joan. Maria Novar. *in lucerna Regul. verb. Immunitas*, *n.* 1. & 2. Lezana *d. verb. gabella*, *n.* 14. Mart. *de jurisd. p.* 4. *casu* 111. *num.* 7. Grilenz. *cons.* 71. *n.* 1. & *consult.* 156. Marcel. Megal. *cons.* 75. *per tot.* & maximè *n.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 562. *n.* 54. Octav. Glorit. *resp.* 5. *n.* 61. Unde pro sua portione colonica præfatos colonos omninò teneri ad collectas, resolvunt Capra *regul.* 96. *num.* 55. & 86. Remig. *de charitativo subsid. quæst.* 61. *n.* 20. & *seqq.* Marcabrun. *cons.* 18. *num.* 54. Joan. Anton. de Nigris *in repet. Extravag. unica, n.* 306. *de vita & honest. cleric.* Caroc. *de locato, p.* 4. *quæst.* 25. *de collect. num.* 34. 35. & 43. Cotta *in memorab. verb. colonus Ecclesiæ*, Brunor. à Sole *in locis communib. verb. coloni Ecclesiarum*, Menoch. *de arbitr. casu* 180. *n.* 8. & *casu* 562. *n.* 37.

Ex quibus Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, Illustrissimo Lancellotto referente, colonos, aut affictuarios, vel partiarios bonorum, Ecclesiasticorum, exemptione collectarum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum pro portione colonica gaudere censuit in una Oppidensi, sub die 18. Septembr. 1618. & postea hoc idem fuit acerrimè disputarum & resolutum de anno 1620. coram Illustrissimis DD. Cardinalibus Millino & Lancellotto, Camporeo, & S. Susanæ, per sanctæ mem. Paul. V. specialiter deputatis, inter Regium fiscum, & Clerum, ac Ecclesiam status Mediolani.

Verùm licèt hæc opinio quoad colonos partiarios vera semper mihi visa fuerit, tamen visis latissimè adductis per Sperell. *decis.* 41 *cum tribus seqq.* in hac secunda impressione, sum de illius veritate valdè dubius; nam *d. decis.* 41. plura adducuntur per se fundamenta, ad absolutè probandum, colonos partiarios esse à tributis immunes: & *num.* 84. plures pro hac parte refert Doctores, & *decis.* 42. *n.* 11. testatur Sacram Congreg. super controversiis

troversiis jurisdictionalibus *in una Civitatis Plebis, & in alia Viterbien. 23. Decembris 1627. & in Imolen. die 20. Februarii 1620. in Neocastrensi die 13. Augusti ejusd.* censuisse colonos partiarios gaudere exemptione à muneribus.

32 Tertiò quæro, utrùm conductores, & coloni bonorum Ecclesiarum excusentur si vendiderint redditus, quos ex Ecclesiasticis bonis percipiunt, & eadem debeant quà Clerici gaudere libertate; Pro parte affirmativa facit, quod saltem per indirectum Ecclesiis & Ecclesiasticis personis onus imponitur, si coloni, & conductores cogantur ad collectarum solutionem, deteriorique fiat Ecclesiarum conductio, quia majus pretium dabunt coloni & conductores pro rebus Ecclesiasticis, si eadem gaudeant libertate: unde in eo, quod minùs datur, deterior redditur illarum conditio, quod jura non admittunt, *cap. 1. de consuet. cap. 2. de locato, cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6.* Unde Bart. *in l. si penes, num. 1. de agricol. & cens. lib. 11.* existimavit statutum non valere, quod ad solvendas gabellas refectionis fructuum coloni teneantur pro dominis; quia, ut ille ait, conditum fuit in odium Clericorum, qui cùm non possint obligari in suis personis, obligantur tamen in colonis, quod est injustum & absurdum, contra regulam legis *non dubium, C. de legib. reg. cùm quid* 84. *lib. 6.* ergo à fortiori nullum erit statutum, quo conductor Ecclesiæ, vel colonus cogitur ad collectas, quia saltem per indirectum Ecclesias gravat in ipsius colonis. Bart. *ubi proximè*, Bald. Angel. & alii, quos refert & sequitur Bertachin. *de gabellis, part. 7. n. 14.* Grilenzon. *cons. 40. & num. 12. & cons. 151. per tot.* Et ideò emptorem fructuum Ecclesiæ non teneri solvere gabellam, resolvunt plures, quos sequi Ciarlin. *d. cap. 22. n. 9.*

33 Oppositum tamen, imò conductores & colonos bonorum Ecclesiarum minimè excusari, voluit Gloss. *verb. non negotiandi, in Clem. præsenti 3. de censib.* recepta communiter ibidem: sequitur Rip. *responsi. 22. à num. 12.* Valasc. *consult. 131. num. 16.* Primò, quia nullibi reperitur concessum privilegium circa gabellas, portoria, & decimas colonis, vel conductoribus: tum quia personæ Ecclesiasticæ dici non possunt, cùm verè sint laici, tum vel maximè, quia cum fructibus ex locatione perceptis negotiantur. In quibus casibus quamvis Clerici essent, minimè eximerentur, juxta infrà dicenda. Secundò facit, quia fructus simul atque à solo sunt separati, in vero & pleno dominio sunt ipsius coloni. Bonus textus *in l. si apes 26. vers. item constat, ff. de furtis*, ubi Bart. *num. 1.* & Angel. *num. 4.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 20. n. 13.* ergo cùm hujusmodi tributa respiciant fructus sic locatos, fit consequens transisse in dominos eorundem, juxta regulam capitis *pactoralis 28. vers. fructus enim, de decim.* Non obstat præjudicium illud, esse deteriorem conditionem, quam pro prima opinione suprà consideravimus, quia si quæ datur, respondebitur venire indirectè, & in consequentiam, & ideo non attendi, præsertim cùm sæculares suo jure utantur, dum colonos, & conductores cogunt ad gabellarum solutionem; & ideò nulli injuriam faciunt, juxta regulam legis *fluminum 24. §. ult. ff. de damno infecto, l. 1.* ibi, *prima enim ratio, ff. de auctor. tutor.*

34 Quartò quæro, utrùm si personæ Ecclesiasticæ, quæ aliàs tali potiuntur immunitate, aliquid vendant ad grossum, sive minutim de redditibus bonorum, seu beneficiorum suorum, teneantur solvere gabellas? Partem negativam tuentur Bertachin. *de gabellis p. 7. q. 7. num. 18.* Carol de Grassis *d. effectu 3. n. 130.* Abb. Ripa, & alii, ut per Valasc. *consult. 131. num. 6.* Sequillante *d. c. 8. num. 38.* Diana *moral. resol. p. 4. tract. 1. resol. 52.* Ratio est, quia jura liberè concedunt Clericis facultatem distrahendi redditus suorum beneficiorum in quascunque personas, cum quibus meliorem fecerint conditionem, *cap. 2. de locato*, post alios Cov. *lib. 2. c. 16. num. 4.* Avendan. *de exequendis mandatis, p. 1. c. 4. num. 37.* Duen. *reg. 249.* ergo sic transferendo non dicuntur negotiari, quia tunc licere non debuisset, *c. 1. & per tot. ne Clerici vel Monachi.*

Quintò quæro, utrùm bona, quæ antè laicorum 35
erant, & ad Clericos & Ecclesias pervenerunt, gaudeant privilegio exemptionis à tributis & gabellis, si per prius, dum in potestate laicorum erunt, tributis, & oneribus subjiciebantur? Una sententia hac immunitate gaudere docet, eo quòd mutatione personæ status quoque rerum mutatus videtur, & consequenter ab illis immunia, & libera manent, *l. cùm quidam, & debitores, ff. de public. c. unic. §. reorum, de jure patr. in 6.* Alban. *cons. 253. n. 3.* Menoch. *de arbitrar. casu 562. num. 44.* Sperell. *decis. 55. n. 32.* & post Anchar. Card. Tusch. *tom. 5. litt. M, concl. 436.* Hoc ipsum suadetur etiam ex multis, quæ pro hac parte Doctores solent adducere, *ex l. sancimus, C. de sacros. Eccles. cap. 1. de censib. cap. 1. de immun. Ecclesiarum, lib. 6.* Ex quibus hanc esse communem scribentium sententiam, post Festas *de collectis, à num. 457.* testatur Card. Tusch. *tom. 3. litt. F, concl. 3. num. 14.* plenè Card. Alban. *in tract. de immunitate Eccles.* Jacob. de Graff. *prax. cas. reservat. lib. 2. cap. 42. num. 44.* Marant. *cons. 99. num. 2.* Matta *de jurisd. part. 4. casu 125. num. 18.* Carol. de Grass. *de effectib. cleric. effectu 3. num. 26. cum seqq.* Ciarlin. *controv. forens. cap. 103. num. 7.* latè Sperell. *decis. 15. per tot.* Marcel. Megal. *cons. 61.* Thesaur. *decis. 224.* Caravita *in ritu 229.* Molf. *in sum. Theologiæ moralis, part. 2. tract. 12. c. 22. num. 269.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib 4. tract. 9. cap. 6. num. 9.* Suar. *in defens. Fidei contra Anglicana secta errores, lib. 4. cap. 20. à princ.* & præcipuè *num. 6. & 12.* Anton. Diana *moral. resol. part. 1. tract. 2. resol. 242.* Grilenzon. *cons. 143.* Flores de Mena *var. lib. 2. q. 21. num. 253.* novissimè Donat. Anton. de Marinis *quotid. resol. cap. 47. per tot.*

Verùm in contrarium multa allegantur, ex qui- 36
bus videntur tributa realia ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis esse solvenda, ut ex variis locis colligitur, & præcipuè *ex l. Placet*, ibi, *præter canonicam illationem, & ex l. sacrosancta, vers. nec, C. de sacros. Eccles. & ex l. de his, C. de Episc. & cleric. & ex c. tributum, cap. si tributum, c. sancitum, 23. quæst. 8.* Festas *de æstimo & collect. part. 4. can. 1. num. 450. & cap. 2. num. 15 & 17.* Butsat. *cons. 16. num. 11. lib. 1.* & ita videtur sentire Ozasch. *decis. 38. à num. 35.* dum subdit auctore Bald. posse Principes sæculares in subsidium compellere Ecclesiasticos ad onera, cautativè scilicet subtrahendo eis redditus, & obedientiam; & officiales sæculares posse capere fructus, & mobilia profana monasterii, illaque retinere, donec contribuerint in oneribus causâ belli impositis, & id servati solutum cum manifesta tolerantia Papæ, & universitatis Ecclesiæ, addendo *num. 41.* dictum admirabile, quod negligentibus Ecclesiasticis, vel sæcularibus officialibus, ut Clerici contribuant, licere omnibus damna patientibus in foro conscientiæ ex bonis ipsorum Clericorum sibi satisfacere, etiam furtivè: item non multùm discrepat

Crepat Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 4. num. 2. & seq.* dum infert, quod si Clericus ratione suorum prædiorum subire debet munus aliquod, posse sæcularem Judicem absque metu excommunicationis illa distrahere.

37 Sed his omninò explosis, Doctores aliqui existimarunt distinguendum esse inter illa bona, quæ antequam ad Ecclesias, vel Clericos pervenissent, jam affecta erant onere merè reali, quod scilicet vel ratione contractus, vel ex voluntate & conventione dominorum bonis ipsis inhærens solvendum erat, & tunc cùm hæc omnino transeant cum suo onere, & Clerici, & Ecclesiæ, ad quas bona illa devenere, illud solvere tenentur, ut benè resolvunt Tiraq. *de jure primog. quæst. 43. num. 9. & seq.* Ægid. Thomas *tract. de collect. § exactio, num. 32. §. videndum, num. 10.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 13. in princ.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p. 2. decis. 298.* Bonac. *de contract. disp. 2. q. 9. punct. 2. n. 2. & de censur. in Bulla, disp. 1. quæst. 19. punct. 5. & §. 1. n. 17.* Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib. 2. cap. 18. quæst. 6. n. 6.* Molfes. Layman. & Diana *locis proximè citatis*, Cevall. *commun. quæst. 899. num. 106.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 1. quæst. 93. num. 16.* Spetell. *in decis. for. Eccles. decis. 35. num. 3. & 4.* ubi ex Rota advertit hujusmodi tributa ab Ecclesia solvi, non ut tributa, & in recognitionem dominii, vel superioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, ut *ex cap. 2. de censib.* sed ob conditionem inhærentem rei; & inseparabilem, & instat censuum super illis bonis ab ejus auctoribus laicis ad favorem privatæ personæ impositorum: & in his terminis procedunt jura, quæ suprà in principio hujus §. citavimus; & inter illa bona, quæ nullo erant affecta reali onere, ut tunc regulariter Princeps sæcularis nullum possit ex vi legis, & Regiæ jurisdictionis Ecclesiis onus imponere, sive ordinarium, sive extraordinarium, *arg. dicti cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6.* quam quidem distinctionem ex Perez, Mariens. & aliis tradit, & legibus Castellæ confirmat Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 3. num. 17.* & cum illa conciliantur plura, quæ ad utramque partem cumulant scribentes, & ultra Ordinarios *dictis locis*, Nov. *in man. cap. 17. à n. 200. & cap. 27. à num. 115.* & alii, de quibus Valasc. *de jure emphyt. q. 7. à num. 6.* Azeved. *l. 11. num. 8. tit. 3. lib. 1. nova Recop.* Molin. *de just. tract. 2. disp. 458. & 662.* Cabed. *Lusit. decis. 64. part. 2.* Card. Tusch. *d. litt. E, concl. 12. cum seqq.* In quibus terminis omnes ferè *suprà* citati conveniunt, vel loquutos fuisse debemus præsumere, adhibita tamen sequenti distinctione: vel enim reale onus injungitur propter causam respicientem æquè principaliter utilitatem, vel necessitatem bonorum Clericorum & sæcularium: & tunc indistinctè Clerici, & Ecclesiæ tenentur, in quo sensu etiam hodie rectè procedit lex *ad instructiones 7. C. de sacros. Eccles.* & colligi videtur ex traditione Anchar. *cons. 96. super dubio, & in d. c. non minùs, num. 8.* & Abb. *ibidem, num. 18. vers. aut necessitas*, quos refert Sperell. *in decision. fori Eccles. decis. 12. num. 3.* & adhibitis exemplis statim declarabimus. Vel rursus causa non æquè respicit utilitatem, vel necessitatem, & tunc Clerici, & Ecclesiæ immunes sunt, locusque erit dicto capiti *non minùs*, ibi, *tantam necessitatem, vel utilitatem, &c.* & *d. c. adversus*, in quo similia verba habentur. Hinc Sanchez *in consil. moralib. lib. 2. c. 4. dub. 55. num. 9.* & defendere videtur etiam in materia gabellarum, quod si leges politicæ proximè & directè respiciunt utilitatem Clericorum, tenentur clerici contribuere; has enim leges politicas obligare Clericos, si non repugnent sacris Canonibus, nec statui Ecclesiastico, sed pro bono communitatis, & Reip. ferantur, resolvunt Sot. *in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. concl. 4. & de just. lib. 1. quæst. 6. art. 7. concl. 1.* Victor. *relect. 1. de potest. Eccles sect. 6. num. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 61. art. 14. & quæst. 66. art. 2.* Salas *de legib. disp. 14. sect. 8. n. 94.* Baldel. *in Theolog. moral. lib. 5. disp. 33. num. 4.* quos & alios refert & sequitur Gonzales de Salzedo *de lege politica lib. 1. cap. 4. num. 7.* Clerici enim, & laici in concernentibus politicam temporalem, eundem habent Rectorem Principem sæculatem, cujus legibus gubernantur, & subjiciuntur. Molin. *de justit. tract. 2. disput. 31. conclus. 6.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 22. num. 6.* Menoch. *cons. 800. per tot.* quia omnes leges hujusmodi politicæ, quæ prospiciunt communi utilitati, & bono publico, nullâ habitâ ratione ad statum Ecclesiasticum, & Canonica statuta, si intentio Principis laici non solùm sit dirigere subditos ad rectè operandum, sed præcipere, ac eos obligare; tunc sicut lex ligat in conscientia cæteros subditos, Vasq. 1. 2. *disp. 158. cap. 8. num. 16.* Baldel. *d. lib. disp. 19. num 14.* ligabit æqualiter Ecclesiasticos ad observationem illius legis in conscientia, ut Castro, Soto, Victor. Card. Bellarm. Medina, Vasq. & aliis citatis resolvit Gonzales de Salzedo *d. cap. 4. num. 1.*

38 Ex quibus primò colligitur, Clericos, cæterasque Ecclesiasticas personas teneri propter communem utilitatem, viam ante domum reparare, eamque suis expensis mundare; est enim onus hoc merè reale, æquè principaliter respiciens utilitatem sæcularium, & Clericorum. Ita in terminis tradunt Lancel. Gallia *cons. 59. n. 9.* Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 2. cap. 38. num. 30. cap. 39. n. 17.* Boër. Epo *ad c. 4. de immun. Eccles. num. 65 pag. 71.* Salzed. *ad Bernardum in pract. c. 58. vers. 5. secundum novissimè impress.* qui ex juris principiis rectè advertit, executionem, & actualem coactionem faciendam non esse per potestatem sæcularem, sed per solam Ecclesiasticam, quamvis Cæpol. & Mex. quos refert, & meritò impugnat, contradicant, contra quos sufficiat expendere Ecclesias, & Ecclesiasticas personas quoad judicia, seu forum omninò exemptas esse à potestate sæculari, *c. si diligenti, de foro comp.* juncto *cap. experientia 11. quæst. 1.* cum aliis adductis per Azor. *d. part. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 7.*

39 Secundò colligitur, similiter teneri per statuta, & consuetudines sæculares ad solvendum onus reale, quod propter montium, nemorum, & prædiorum custodiam legitimè prædiis imponitur propter communem bonorum utilitatem, ut per Avendañ. *de exequend. mandat. part 1. cap. 14. num. 7.* qui ex aliis advertit, custodes positos ad hujusmodi bonorum custodiam, non solùm in sua denunciatione fidem facere contra laicos, sed etiam contra Clericos: sequitur Salzed. *d. cap 58. vers. 6.* intelligendo tamen juxta modò dicta circa actualem exequutionem. Ecclesia enim tenetur conferre pro excubiis ob duplicem utilitatem indictis. Andr. de Isernia, & Luc. de Peña, quos refert Sperell. *d. decis. 12. num. 5.*

40 Tertiò colligitur, similiter Clericos teneri per sæculatia statuta ad solvendas collectas pro tota, quæ imponuntur generaliter pro custodiendis vineis, vel pratis, & agris: est enim communis omnium utilitas, quam æquè benè participant prædia Clericorum, quod sanè efficax est argumentum hujusmodi resolutionis: sequitur Avendañ.

Biblioteca de Ciències Socials

dasi *d. part. 1. c. 14. num. 1141.* Mex. quem refert, & sequitur Salzed. *d. c. 58. vers. imò eadem*, Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 2. c. 33. num. 2.* Castiens. *cons. 42. num. 2. vers. breviter, lib. 2.* ubi consulit, Clericos non esse immunes à collecta, quæ imponitur pro solvenda mercede custodis fructuum campestrium, vel animalium, vel medici, si illius operâ utantur in communi, vel molendinarii, ut respondit Burlat. *cons. 171. num. 8. & seq.* nunquam tamen hac in re de jure placere potest quod executio fiat à sæculari, quamvis contradicant citati à Salzed. *ubi proximè*, sequuti doctrinam Baldi *in d. Auth. sed periculum, ad fin.* dum credit, absque ullo sacrilegii, vel excommunicationis metu id facere posse sæcularem: sed juris authoritate destituuntur, ut *infrà* ostenditur. Sed qualiter fiat taxa, videndus Bald. relatus ab Ozasco post *decis. 68. num. 12. & seq.*

41 Quarto colligitur, similiter Clericos obligari per statuta municipalia, ut si in ipsorum prædiis, aut viridariis nascantur vermes, locustæ, aut alia nociva, propriis impensis expellant, aut occidant, ne tam suis, quàm aliorum prædiis noceant, ut ex aliis rectè defendit Rip. *de peste, tit. de remediis adversus pestem, part. ult. fol. 30. in magnis*, quem refert, & sequitur Salzed. *d. cap. 57. vers. 4.* cujus tamen contrarium meritò resolvunt Mart. *d. jurisd. part. 4. casu 2. n. 11.* Duar. *in Bullam. Cœna, lib. 2. can. 15. quæst. 17. num. 48.*

42 Quintò colligitur, statuta laicorum circa damna illata ab animalibus in agris alienis, comprehendere quoque animalia Clericorum: sunt enim statuta hæc generalia, & communem utilitatem continentia in materia, in qua non reperitur contrarium de jure Canonico statutum, nunquam tamen de jure condemnatio fiet per sæculares judices, post alios Aviles *ad edicta Prætorum, c. 17. q. 1. num. 12.* Gabr. Pereira *d. part. 2. cap. 30.* Parlador. *differt. 9. §. 4. num. 14.* & hoc securius esse post Joan. Andr. Anch. & alios, quos refert, defendit Salzed. *d. cap. 8. vers. 7. cum seq.* ubi ita se pluries consuluisse testatur: idque sine dubio verum esse arbitratur, quando damnum illarum ab animalibus petendum est ab ipsis Clericis, cùm lis, & processus movendus sit necessariò agitandus coram Ecclesiastico, *d. cap. si diligenti*, cum similibus. Quamvis Bald. *in Auth. de periculum, C. sine censu*, quem refert, & sequitur Avend. *d. loco, p. 1. cap. 14. num. 13.* Azeved. *lib. 12. num. 2. tit. 3. lib. 1. Ordin.* affirment servari in praxi, quod si exactio facienda sit de plano absque judiciali strepitu, illatum damnum factâ denunciatione, à custodibus scribi soleat in libro ad hoc destinato, & statim exigatur tam à laico, quàm à Clerico: vel etiam quando aliquid solvendum est à Clerico pro suorum animalium pastu, quod jam distributum est per homines ad hoc electos, tunc etiam defendunt, judicem sæcularem præcipere, ut prædicta de bonis Clericorum, aut redditibus solvantur, etiam, si oportuerit, pignora capiendo: quæ opinio quàm falsa sit, jam suprà ostendimus, dum de fori privilegio egimus *vers. 25.*

43 Sextò colligitur, Clericos obligari per statuta laicorum imponentia tributa pro reparatione murorum, pontium, viarum, &c. præcedente exactionem Summi pontificis consensu, vel saltem Episcopi, si tanta sit necessitas & pietas, quod sine periculo, aut scandalo ad Papam recurri non possit. Vide Bart. & Paul. de Castro *in d. l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles.* latè Rimin. Jun. *cons. 2. n. 10. & seq.* Pech. *de reparat. Eccles. cap. 22.* Surd. *consil 301.* Cevall. *commun. contra commun. quæst 415.* Giud. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 3. cap. 31.* Molin. *de justit. tom. 3. disput. 672. num. 4. & 5.* Flores de Mena *variar. lib. 11. n. 213. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 3. num. 11. cum seqq* Bonac. *de censur. in Bulla Cœna, disp. 1. q. ult. 19. punct. 3. §. 3. num. 15.* Mart. *de jurisdict. part. 4. casu 1. num. 52. & casu 9.* Fr. Anton. de Sousa *in rel. de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 19. disp. 9.*

Septimò colligitur, cogendos esse Clericos ad 44
murorum custodiam, quando necessitas illos custodiendi ita gravis sit, ut ea stante laici non sufficiant, & ex eo sequatur damnum civitati. Gloss. 1. per textum ibi *in cap. 2. de immun. Eccl.* Ludov. Correa *in repet. c. inter alia, de immun. Eccl. p. 2. num. 37.* ubi subdit, Clericos in hac custodia existentes, posse adversùs hostes pugnare, si bellum sit justum, sive offensivum, sive defensivum, non tamen irregularitatem evadere, si in illa pugna mors, vel membri mutilatio subsequatur, nisi tamen pro sua necessaria defensione, ad defendendam scilicet propriam vitam pugnaverint; latè Lauret. de Franchis *de controversiis inter Episcopos & Regulares, in quæst. variis, quæst. 95.* ubi intelligit quando adest magna necessitas, timor communis, subitus, & improvisus: quæ quidem magna necessitas non potest sine Clericorum auxilio reparari: & *in vers. Item tenerentur*, post Cajet. 2. 2. *q. 40. art. 2.* & Molin. *de justit. tract. 2. disput. 108.* resolvit teneri Clericos pugnare, quando id esset necessarium ad consequutionem justæ victoriæ, à qua pax & bonum commune Ecclesiæ pendet, ita quod nisi Clerici pugnarent, vel non obtineretur, vel periclitaretur valdè; illis verò pugnantibus obtineretur: undè colligit, quod si patria sit obsessa à bannitis, qui intendunt innocentes interficere, possint Clerici, si laicorum vires non sufficiunt, pugnare contra bannitos absque peccato, & absque irregularitate, aliàs sine causa non possent Clerici propriis manibus pugnare, sed tantùm exhortari ad bellum justum, & excitare milites ad victoriam & pugnam in genere, modò in particulari non dicant, *interfice*, aut *mutila*, sed *fortiter age, ne succumbas*, vel *pugna strenuè pro Fide, vel pro Ecclesia.*

Octavò colligitur, teneri Clericos ad collectas 45
impositas propter famem, & pestem; est enim communis omnium utilitas, & ad Christianam pietatem maximè conducens. Ita Rip. *lib. 2. respons. cap. 22. num. 8.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 9. num. 55.* Menoch. *cons. 800. num. 22.* Flores de Mena *d. q. 21. num. 213.* Mart. *d. part. 4. cas. 10. à num. 1.* Thom. Valasc. *allegat. jurit tom. 1. alleg. 47. num. 19.* Sperell. *d. decis. 12. num. 9.* & contribuere ad onera bellica, quando Princeps invaditur, Duen. *reg. 100. limit. 12.* Mart. *d. casu 10. num. 2. cum seqq.* Verùm Principes laicos tempore pestis non posse clericos coërcere ad observanda eorum banna pro bono publico, & pro tuenda sanitate edita; sed debere Episcopum pro exequutione prædictorum rogare, tenent Matchin. *de bello divino*, seu, *tract. de peste, part. 4. cap. 1. num. 1. & seq.* Diana *moral. resol. part. 4. tract. 1. resol. 87. prope fin.*

Nonò colligitur, ex eadem ratione teneri ad 46
ignem extinguendum, vel ad custodiam portarum, quando ab hostibus invaditur, sed ad id cogente Episcopo. Menoch. *cons. 800. num. 6.* Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 5. num. 4. & 5.* Marc. *d. part. 4. casu 1. à num. 15.* Thom. Valasc. *d. alleg. 47. num. 14.*

Borell.

Bore[illegible] *ad Bellug. rubr. 7. §. 19. litt. R.* Gabr. Pereira, *de manu Regia, part. 2. cap. 23. num. 2.* ficut ad vermes nocivos necandos, vulgò *Gafannatos*, Hiſpanicè *Langoſta*, Mexia *in tract. taxa panis, concluſ. 5. n. 41. & 40.* Gabr. Pereira, *dicto loco*: vel ad cuſtodiendas vineas, paſcua, & ſegetes: idem Gabr. Pereira
47 *d. loco.*

Decimò colligitur, Clericos teneri edicto Principis præſcribentis valorem monetarum, & taxantis pretia frumenti, ita ut ob illius tranſgreſſionem puniri poſſint ab Eccleſiaſtica poteſtate, quatenus legitimus Superior expedire judicaverit, ut per Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. part. 2. deciſ.* 314. Ambroſin. *de immun. & libert. Eccleſ. cap. 21. n. 27.* Barth. à S. Fauſto *in ſpeculo confeſſ. d ſpat. 6. quæſt.* 44. Anton. Diana *moral. reſol. part. tract. 2. reſol.* 7. Gabr. Pereira *d. part. 2.*
48 *cap. 39. num.* 1. Peccant enim contra juſtitiam, ac proinde ad reſtitutionem tenentur Clerici expendentes pecuniam ultra taxam, ſeu valorem à Principe præſcriptum, aut vendentes frumentum ultra pretium lege juſta taxatum, ſicut reſolvunt Molin. *de juſt. & tractat. 2. diſput. 31. concluſ. 6.* Carol. de Graſſ. *de effectib. clericalib. effectu 2. numer. 166. & 503.* Barthol. à S. Fauſto *citato loco*, Anton. Re-
49 gal. *in vaſe Eccleſ. diſciplina, ſub tit. de dubiis curioſis, quæſt.* 45. Quando enim juſta rerum pretia à laicis taxantur, tunc ſi Clerici ſuum frumentum, vel alias res venales velint exponere, obligantur laicorum ſtatutis pretia taxantibus. Ita Soto *de juſtit. lib. 1. quæſt. 6. articul. 7.* Navar. *in Man. cap. 23. num. 88.* Bañes 2. 2. *quæſt. 67. art. 1. dub. 2.* Ciarlin. & Bellarm. *lib. 1. de Clericis, cap. 18.* Sayr. *in Clavi regia lib. 5. c. 4 num. 16.* Vaſq. *de legibus d ſpat. 167. c. 4.* quos refert illuſtriſſimus D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. Valentinianus, n. 2. prope finem, diſt. 63.*

50 Sic eodem modo tenentur juſto pretio res comeſtibiles vendere, alioquin ſi pluris vendant quàm res æſtimentur, peccant, & obligantur illud plus reſtituere. Soto *in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 2. n. 2. col. 4. verſ. quarta concluſio*, Menoch. *conſult. 800. num. 27.* Vincent. de Franch. *deciſ. 9. num. 3.* Surd. *d. conſ. 391. num 39.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 364. n. 14.* Nav. *in man. c. 2. n. 88.* Carol. de Graſſ. *d. effectu 2. n. 66.* Bobadill. *in ſua politica, lib. 2. c. 18. n. 122.* Octav. Glorit. *reſp. 5. num 75.* Vivian. *deciſ. 29 n. 1. & per totum, p. 1.* Rebell. *de obligat. juſtitiæ, p. 2. lib. 9. q. 2. à n. 9.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Clericus, diff. 5.* Araujo *in 2. 2. quæſt. 97. diſput. 3 ſect 5. diff. 4. n. 9. verſ. quod autem*, Caſtel. *tom. 7.*
51 *de tert. c. 8. n. 28.* Gonzal. de Salzedo *d lib. 1. c. 4* Imò & tenentur vinum, oleum, & cætera victualia cum juſta approbata menſura vendere, quia norma ponderum, & menſurarum non eſt excedenda, *l. modios, C. de ſuſcept Præpoſ.* nam ſi contra fecerint, condignis pœnis ad arbitrium Judicis Eccleſiaſtici puniendi erunt, ſecundùm Salzed. *d. cap. 58. verſ. Si tamen Clericus*, Carol de Graſſ. *d. effect. 1. num. 945.* quia quando Eccleſiaſtici cogi poſſunt ad aliqua obeunda munera, vel tenentur contribuere, ad id tamen numquam compellendi ſunt à Judice laico, ſed debent cogi à ſuo Judice Eccleſiaſtico. Lancel. Gallia *conſ. 59. n. 53. & 54.* Surd. *conſ. 301. num. 35.* Marta *d. p. 4. caſu 9. num. 23. & 24.* Duard. *cap. 18. q. 12. num 4. verſ. non tamen*, Ciarlin. *d. c. 22. num. 54.* Carol. de Graſſis *d. effect. 2. n. 166.* Gaſtill. *d. tom. 7. de tert. cap. 8. num. 28.* Gutier. *pract. lib. 1. quæſt. 32. num. 11.* Sanch. *in conſ. moralib. lib. 2. c. 4. dub. 55. num. 31.* Gonzal. de Salzedo *dict. lib. 1. c. 4. num. 19.* Ratio autem omnium, quæ ſupra reſolvimus, illa eſt, quod Clerici, & Eccleſiaſtici non tenentur ex vi coactiva legibus civilibus, cùm Princeps laicus non habeat juriſdictionem in eos. *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* cum ſimilibus: ſed tenentur ex vi directiva, ſeu in conſcientia ad ſervandas hujuſmodi leges in commune bonum, quæ non minùs Eccleſiaſticis, quàm laicis congruunt, & minimè libertati Eccleſiaſticæ, ac ſacris Canonibus repugnant, ut docent Suar. *de legib. lib. 3. cap. 34. num. 6.* Salas *eod. tract. diſput. 14. ſect. 8. num. 101.* Bonacin. *in ſimili tract. diſput. 2. q. 1. punct. 6. num. 29.* Rebell. & Joan. Valer. *in proximè citatis locis*, Filliuc. *tom. 2. tract. 35. cap. 4. n. 9.* Tanner. *part. 2. diſput. 3. cap. 6. n. 3.* Villalob. *in tom. 1. tract. 2. dub. 31. n. 1.* Diana *moral. reſolut. p. 1. tract. 2. reſ. 8. verſ. dico igitur*, Ciarlin. *controverſ. forenſ. c. 31. num. 10. & 11.* Quicquid coactivè & directivè his legibus Clericos diſtringi poſſe dicant alii, quos refert & ſequitur Gonzal. de Salzedo *de lege politica, lib. 1. cap. 4. num. 16. & 19* & ideò in caſibus ſuprà enumeratis juxta hunc ſenſum teneri Clericos credendum eſt, & non aliàs.

Eodem modo Eccleſiaſtici tenebuntur ad ob- 52
ſervanda ſtatura laicorum circa annonam tempore penuriæ, ad ſublevandam neceſſitatem populi, quando aliter ea evitari non poteſt. Decian. *conſil. 51 num 31. lib. 3.* plures per Sperell. *deciſ. 12. n. 11.* Ciarlin. *lib. 1. art. 31. num. 9.* non vi coactivâ edicti, vel ſtatuti laicorum, quia ſemper deficit poteſtas contra Clericos, ſed quadam ratione naturali, ut declarat ipſe Ciarlin. *ibidem, num. 10.* dato tamen recurſu ad Epiſcopum, qui eos ad obſervantiam compellat, ſi ita expedierit. Marta *de juriſdict. part. 4. caſu 2. num. 3.* Beller. *diſquiſ. clerical. tit. de favore cleric. ab exempt. à ſtatutis laicor. §. 2. numer. 34.* Ciarlin. *dict. cap. 31. num. 11.* ubi *n. 14.* refert. *Sacram Congreg. Concilii ita Epiſcopo Ferrarienſi reſcripſiſſe ſub die 19. Junii 1592. Li Eccleſiaſtici non ſono obligati per gli bandi de giudici ſecolari dare l'aſſegna delli loco grani, & biade, devono beni Prelati fare loco editti ſopra ciò & recivere eſſe gli rivelli delli Eccleſiaſtici, & poi darne nota al magiſtrato ſecolari ſenza peroche da eſſi gli clerici ſiano moleſtati.*

Ego verò illationibus prædictis minimè aſſen- 53
tior, ſed veriorem, communiorem, tutiorem, atque in praxi ſervandam opinionem judico, clericos nullo modo, nulloque prætextu obligari legibus, & ſtatutis laicorum, quantumvis bonum publicum commune concernentibus, niſi à ſummo Pont. confirmentur, ut per Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 89.* & ibi Decian. *num. 55. verſ. nec obſtat. de ſacroſ. Eccleſ.* Abb. *conſ. 3. lib. 1.* Grammat. *dec. 190. n. 9. & 26.* Bruneckman. *conſ. 17. num. 33.* Fortun. Garc. *in tract. de ultimo fine, n. 159. cum multis ſeqq.* Surd. *conſ. 301. num. 24. & 30.* Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu 2. num. 199. cum ſeqq.* Suar. *de legib. lib. 3. cap. 14. num. 15. & de defenſ. Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores, lib. 4. c. 16. ſub num. 13. in fine, & n. 16.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 5. & c. 18. q. 8. & part. 3. lib. 5. cap. 19. q. 10. 11. & 15.* Leſſius *de juſtit. lib. 2. c. 33. dub. 3. num. 25. cum ſeqq.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 16. q. 17. n. 30.* Baldell. *in Theolog. morali, lib. 5. diſput. 33. num. 1.* noviſſimè Gonzalez de Salzedo *de lege politica lib. 1. cap. 3. num. 20.* Ratio eſt, quia nulli dubium fit, neminem poſſe ſuâ lege ligare eos

Biblioteca de Ciències Socials

in quos nullam habet jurisdictionem, sive in specie de illis faciat mentionem, sive sub legis generalitate illos comprehendere prætendat, *l. fin. ff. de jurisdict. omn. Iudic.* Atqui Princeps in Clericos nullam sibi jurisdictionem vendicare potest, Sperell. *decis.* 19. *num.* 29. Ergo ejus legibus, sive statutis illos ligare non potest; qui enim non subjicitur, non ligatur statutis, nec sortitur forum, cum hæc omnia à pari procedant. Menoch. *consil.* 350. *numero* 47. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 1. *& de defens. Fidei lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 1.

Quæ quidem legislatoris potestas ubi deficit, non sufficit bonum publicum; causa enim quæcumque sit, non tribuit auctoritatem. Batr. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, sub numer.* 20. *de constitut.* Bald. *in l. cunctos populos, sub num.* 55. *vers. ista ratio non valet*, Surd. *consil.* 301. *sub num.* 18. *cum seqq.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15 *quæst.* 17. *num* 45. *cum seqq.* ubi dicit publicam utilitatem non posse sustinere actum, qui nullus est ex defectu formæ & jurisdictionis: si enim honestas & publica utilitas sufficeret, profectò clerici quibuscumque laicalibus statutis ligarentur, cùm nulla lex, aut statutum valere possit, quod ob publicam utilitatem conditum non sit; nam hic est legum finis, ut commune bonum servetur, & in hoc consistit justitia. Garcia *in dict. tractat. de ultimo fine, num.* 3. *cum seqq.* Surd. *dict. consil.* 301. *num.* 26.

Nec etiam principali resolutioni, de qua *suprà num.* 35. *&* 36. assentior, imò potiùs verum credo, quod bona semel à laicis, etiam legitimè possessa, non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt ad Ecclesiam, sed cum distinctione trium specierum bonorum.

Prima est illorum, quæ habet, & possidet Ecclesia jure spirituali & divino, ut decimæ, oblationes; & hæc semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscunque oneribus sæcularibus, tam præteritis, quàm futuris, quia ea immediatè habet à Deo, nec sunt commiscenda cum laicis, ut statuitur in Numer. *c.* 18. & notant Canonistæ communiter *in c. si tributum*, 11. *q.* 2. *& in c. secundùm* 23. *q.* 9. Sperell. *decis.* 55. *n.* 5.

54 Secunda est species bonorum, quæ à privatis quidem habuit Ecclesia, sed ad cultum divinum, & officium spirituale sunt destinata, ut situs Ecclesiarum, & cœmeterium pro sepulturis, hortus juxta Ecclesiam: & sunt hæc pariter immunia semper ab omnibus tributis, & oneribus, nedum publicis & regiis, sed quod magis est, etiam privatis, & præexistentibus, ob eorum specialem sanctitatem, & habetur *in dict. cap. secundum*, 23. *quæst.* 8. & per Bald. *in l. omnes, num.* 2. *C. de sacrof. Eccles.* & doctè tradit Turrecr. *in cap. si tributum*, 11. *quæst.* 1. *& in sum. de Eccles. lib.* 1. *cap.* 98. *in respons. ad* 7. *argum.* Joan. Anton. de Nigris *in reper. Extravag. unicæ, num.* 241. *de vita & honest. cler.* Suar. *ad regem Angliæ. de immunit. Eccles. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 6. *&* 7. *& c.* 19 *n.* 2. *&* 8. & latiùs *cap.* 20. *num.* 17. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 17. *numer.* 82. *&* 83. Ferret. *de Gabell. num.* 448. Carol. de Grassis *dict. effectu* 3. *num.* 173. Duard. *d. can.* 18. *quæst.* 6. *num.* 7. Ciarlin. *controv. forens. cap.* 103. *num.* 17. ubi *num.* 18. admonet non esse permittendum, quod Ecclesia ædificetur in loco onere affecto: novissimè Sperell. *in decis. fori Eccl. dec.* 55 *num.* 1.

Tertia est species bonorum, quæ possidet Ecclesia sorte temporali, & jure civili, ut titulo venditionis, legati, vel alio simili, & in his etiam subdistinguendum est; & quoad onera imposita de tempore, quo penes Ecclesiam bona reperiuntur, certum est ipsi omninò suffragari immunitatem, ex superiùs deductis: & Bartol. *in l. rescripto*, §. *fin. num.* 5. *vers. videte, ff. de minor.* ingenuè fatetur, nullum dari remedium, seu cautelam, quod Clericis, seu Ecclesiis pro eorum prædiis imponatur collecta, cum laici non possint edere legem, per quam libertas Ecclesiastica infringatur: & scriptores omnes Catholicos sine dissensione hoc admittere testatur Suar. *dict. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 2. Fallitur autem idem Bart. *dicto loco*, dum sublit, posse laicos à principio efficere tributaria & affecta oneribus omnia prædia eorum territorii, ita ut agri, qui postea ad Ecclesias pervenerint, obnoxii sint collectis imponendis; quia indirectè permitteretur contra libertatem Ecclesiasticam, quod directè omninò prohibitum est, *cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. Auth. Cassa. c. de sacrof. Eccles. & alibi.* Et licet eo tempore, quo universum territorium efficitur tributarium, prædia sint sub jurisdictione laicorum; attamen hoc tempus inspici non debet, sed illud, quo ipsæ collectæ imponuntur; tunc enim formam habent, & solummodò radicem aliquam causalem & remotam habuerunt à statuto, quod etiam dum facit territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem, quæ cum sit potestativa, non retrotrahitur in præjudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisivit, nec tunc subjacet jurisdictioni laicorum. Ita eleganter Bartolum impugnando arguit Bald. *in l. omnes, num.* 12. *cum seqq. c. sine consu, vel reliq. & in l. placet, num.* 10. ubi quod Bart. non dicit verum in casu quem posuit *in Auth. Cassa, c. de sacrof. Eccles. & in l. neminem, num.* 4. *c. eodem*: ubi quod hæc onera tunc nec certa essent, prout tamen requiritur ad effectum, ut ad Ecclesiam transeant prædicta cum suis oneribus, ut *infrà* dicetur, & *cons.* 112. *numer.* 7. *lib.* 2. ubi quod Bart. contra omnes, & non benè loquitur, neque dicit verum, & quod illius cautela non valet unam festucam, quia non potest considerari tributum, nisi post indictionem, & specificationem, quæ fieri nequit postquam res fecit transitum ad Ecclesiam. Abb. *in cap. fin. num.* 13. *de vita & honest. cleric.* Jas. *in d. l. placet, num.* 21. ubi quod dictum Bart. est falsum, & damnatum per omnes: & idem testatur Guido Pap. *quæst.* 381. Ruin. *cons.* 117. *num.* 8. *lib.* 4. Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 76. *de constitut.* Plot. *in addit. ad consult. ultim. Laudens. num.* 19. *&* 15. qui testatur ita fuisse declaratum à Senatu Mediolanensi, pro Monialibus S. Claræ Novariæ. Abb. *consil.* 8. *num.* 4. *cum seqq.* ubi quod ejusmodi statutum volens providere oneribus, quæ adhuc non sunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non est, non carer suspicione frandis. Silvan. *consult.* 9. *num.* 29. *& cons.* 51. *num.* 11. Marcabrun. *consil.* 40. *num* 16. ubi dicit communem esse hanc opinionem. Paseth. *cons.* 32. *num.* 8. Vegg. *cons.* 7. *num.* 11. Crass. *commun. opin. lib.* 1. *cap.* 18. *q.* 2. qui pariter de communi testatur, Remig. Gonny *de charit. subsidio, q.* 62, *n.* 16. ubi quod hæc est tutior opinio. Card Alban. *de immun. Eccl. n.* 92. asserens hanc esse opinionem Legistarum validissimis rationibus confirmatam, & quod grave piaculum committeret, qui contrarium sentiret,

55

Cevall.

Cevall. *comm. contra commun. q.* 899. *num.* 72. & 106. qui plures alios cumulat. Rimin. Jun. *conf.* 24. *n.* 23. Azor. *instit. moral. p.* 1. *cap.* 15. *quæst.* 1. Thesaur. *decis.* 233. *num.* 5. Joan. Anton. de Nigr. *in repet. Extravag. unica, de vita & honest. cleric. num.* 190. Alphons. de Montalv. *in foro leg. Castella, lib.* 1. *leg* 1. *vers. in contrarium*, Matienz. qui alios congerit *ad l.* 11. *gloss.* 5. *n.* 5. *tit.* 1. *lib.* 5. *nova recop.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 135. *n.* 5. ubi de veriori & communiori opinione testatur.

56 Nec potest dici, statuentes tunc vinculum injecisse, dum territorium effecerunt tributarium, quo tempore jurisdictionem habebant in prædiis, quæ postea ad Ecclesiam pervenerunt, & sic transire cum suo onere, quoniam vinculum propriè injectum est, dum collecta imponitur; & res non dicitur esse tributaria, nisi quando revera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio, ut post alios tradit Abb. *conf.* 8. *num.* 5. *cum seqq.* & tunc solum dicitur actus perfectus, & consummatus, ut declarat Card. Alban. *de immun. Eccl. n.* 70. & 71. hoc autem tempore bona sunt extra jurisdictionem laicalem, & subjectum est inhabile ad recipienda onera laicalia, resque dicitur devenisse ad casum, à quo non posset incipere: & conferunt tradita per Bald *conf.* 112. *num.* 7. *lib.* 2. Alex. *conf.* 210. *num.* 11. & *conf.* 211. *n.* 4. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 104. *n.* 11. *lib.* 1 Surd. *dec.* 20. *n.* 8. Alba *d. conf.* 8. *n.* 4. Card. Alban. *ubi suprà n.* 70.

57 Quo autem ad onera imposita rebus, priusquàm ad Ecclesiam pervenerint, ad hæc solummodò tenetur Ecclesia, quando copulativè hæc omnia concurrunt, quod scilicet onera sunt vera, realia, ipsis fundis infixa, & imposita sunt bonis propter bona, non autem personis propter bona; quod sint perpetua, certa, & invariabilia, non autem ex aliquibus causis urgentibus, & illis cessantibus removenda. Ita docent Canonistæ *in dict. cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. ubi præcipuè Gemin. *num.* 9. Abb *in cap. fin. num.* 12. *de vita & honest. cler.* Turrec. *in cap. si tributum* 11. *quæst.* 1. *vers. alia verò*. Barbar. plenè *conf.* 1. *per tot. lib.* 3. Felin. plenissimè *conf.* 46. *in* 4. *dub.* Joan. Ant. de Nigr. *in repet. Extravag. unica, de vita & honest. cler. num.* 247. *cum pluribus seqq.* Everard. *conf.* 32. *per tot.* Lancell. Gallia *conf.* 59. *per tot.* Marcabrun. *conf.* 40. *num.* 31. 32. 39. 40. 52. & 76. Menchac. *de succes. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 652. Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de exempt. cleric. & eorumdem bonorum.* § 3. *n.* 1. & 2. Duard. *in Bullam Cœnæ, can.* 18 *q.* 6. *n.* 6. & 9. Ciarlin. *d. c.* 103. *num.* 21. *cum seqq.* ubi *num.* 24. dicit hanc sententiam esse magis communem, & quotidie practicari, & nunquam vidisse de ea controverti: latè Sperell. *in decision. fori Ecclesiastici, decis.* 36. *per tot.* Paul. Comitol. *d. lib.* 1. *cap.* 94. *num.* 3. ubi omnia ista recenset requisita, & sat est allegare magistralem decisionem in Brundisina gabellæ, 13. Februarii 1504. coram bonæ mem. Peña, quam & passim sequitur Sacra Congregatio super controversiis jurisdictionalibus per Sanctissimum D. N. Urbanum VIII. magno Reipublicæ Christianæ bono instituta, & in his terminis loquitur textus *in d. c. arbitrium*, 23. *quæst.* 8. ibi, *De exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitùs* (nempe illud quod antequam ad Ecclesiam pervenerint prædia) *persolvendum est*: *& in c. si tributum* 31. *quæst.* 11. ut ibi per Turrec. & per Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 93. *num.* 16. Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 899. *num.* 103. Alphons. de Montalvo *in foro leg. Castella, n.* 1. *d. l.* 2. *vers. ad quorum corroborationem, fol.* 13. *collect.* 2. & Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 13. qui etiam observat ibi Urbanum 1. loqui juxta morem sui temporis, quo Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nondum sibi libertatem actu vendicaverat ab hujusmodi tributis: & in hoc casu dum Ecclesia solvit collectas, non solvit uti tributum, & in recognitionem dominii, vel superioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, ut *ex cap.* 2. *de censib.* sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem: & quemadmodum erga privatas personas solveret census, & teneretur ad hypothecas, quæ ab ejus auctoribus laicis priùs impositæ essent; ita pari ratione tenebitur Ecclesia ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia causa ex conventione Princeps, dum prædia possessa à laicis sub ejus erant potestate, infixit iisdem prædiis; ut bene per Fr. Joan. de Neap. Ordinis Prædicat. *in pp. Parisiens. quæst.* 36. *punct.* 1. *ad quartum argumentum.*

58 Imo Card. Alban. *d. tract. de immun. Eccl.* Gutierr. *pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 3. *n.* 15. *vers. præterea*, & fusiùs Suar. *d. lib.* 4. *c.* 20. *num.* 6. *quæst.* 11. *& seq. usque ad finem*, asseverant tunc demùm bona translata in Ecclesias, retinere onus, & obligationem solvendi tributum, quatenus hoc tributum à Principe prius impositum fuerit, expresso pacto inter ipsum, & privatum inito, vel à particulari domino illius prædii, ita ut ipse privatus transtulerit, hac sibi reservatâ pensione, censu, seu collectâ, non autem si exegisset ex sola vi regiæ potestatis, & jurisdictionis: hæc enim tunc penitus exspirat, cùm bona ad Ecclesiam perveniunt, & res devenit ad statum, qui incapax est illius subjectionis tributi erga Principem laicum: quod secus est in pactis & conventionibus per viam contractus initi, quia vis illorum transit, & continuat in quibuscumque personis quomodocumque exemptis, & privilegiatis. Felin. *in c. Ecclesia S. Maria, num.* 77. *de constit.* Vegg. *conf.* 7. *num.* 5. *cum seqq.* Bellon *conf.* 40. *num.* 4. & 5. Festas *de collect. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 51. Alder. Mascard. *de gen. interpret. stat. concl.* 1. *num.* 100. Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 28. *quæst.* 6. *sub num.* 10. Mar. Alter. *de censur. in explicat. canon.* 15. *Bullæ, cap.* 9. *col.* 10. *vers. ad hanc.* Sperell. *decis.* 35. *num.* 41. ubi attestatur sic censuisse Sacram Congr. *super controversiis jurisdictionalib. in una Taurinensi, 6 Novembris* 1628. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 1. *vers. secundò sciendum est*, ubi quod ratione pacti, vel conditione adjectâ in legato, sive contractu, Ecclesia tenetur ad collectas bonorum, ad quas alias non teneretur, & per Suar. *ubi suprà num.* 6. & 15. *in fine*, *num.* 18. ubi respondet ad motivum, quod res transit cum suo onere: & *num.* 9. prudenter indicat, quomodo probari possit, prædia fuisse sub particulari dominio Principis, vel tributum solvi ex conventione, non autem ex solo jure universali principatus: quibus consequens est, ut cùm onera de quibus agitur, non sint antiqua, nec infixa essent dum ad Ecclesiam primò hæc bona transivetunt, & conventio omninò excludatur, nullatenus Ecclesia ad illa onera teneatur.

Verùm, quia diximus suprà *n.* 57. sacram Congreg. super controversiis jurisdictionalibus passim sequi decisionem præfatam in Brundusina gabellæ, optimè distinguentem, ideo ejus verba subnectam. *Distinguebant Domini aliquos casus. Primus est quando possessionibus, prædiis, sive bonis propter bona ipsa indicuntur, sive imponuntur onera, ut inl. rescripta, §. fin. & in l. numerum, §. patrimoniorum, ff de mun. & hon. & hoc casu res sic onerata ad quemcumque* 59

Biblioteca de Ciències Socials

perveniat, cum illo onere transit, & consequenter clericus ad quem pervenit, pro illa solvere tenetur, est enim illud onus certum, reale, & perpetuum; ita tenuit Innocent in cap. non minus, de immun. Eccles. Calder. consil. 7. n. 2. versic. subdit tamen, tit de consuetud. Archid. in c. 1. de immun. Eccles. lib. 6. quem sequitur ibidem Joan. Andr. n. 3. in princ. Gemin. num. 9. Abb. cons. 53. num. 1. versic. certum est, lib. 1. Anchar consil. 96. n. 6. vers. cessit autem, Angel. consil. 24. Bart. in l. rescripto, ult. num. 5. ff. de muner. & honor. & in d. l. placet, num. 59. C. de sacros. Eccles. quam refert Alphons. Alvarez in speculo Iuris Pont. c. 35. §. & quoad principalem, vers. non si dictum sunm. Secundus casus est, quando impositio onerum non est perpetua & certa, sed pro varietate negotiorum imminentium immutatur illa impositio, qua fit, ut dicunt practicati DD. pro solido, & libra: & tunc si res tali onere gravata perveniat ad Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, desinit durare onus illud, postquam res pervenis ad personam privilegiatam, s. noverant, 10. q. 1. c. 1. p. de jure patron. lib. 6. ita Archid. d. c. 1. de immun. Eccles. lib. 6. quem refert Ioan. Andr. num. 5. in fine, & Gemin. ibidem num. 9. vers. tamen subdebas, & Calder. d. cons. 7. de constit. num. 2. circa fin. vers. subdit. tamen: & licèt paulo post in vers. ista quidem, idem Calder. consideratâ rei gravitate addit, quod ista indigerent declaratione Summi Pont. quoniam in Ecclesiarum lasionem possent talia statuta emanare, ipsa tamen statim inhærendo opinioni Iacobi Butrigarii, & Bartoli supradictam distinctionem amplectitur. Tertius casus, quando onera ista, seu collecta, impositiones imponuntur ratione personæ propter bona: & ista casu cùm non inhæreant rebus, sed ratione personarum potissimum imponantur, consequenter non possunt imponi, nisi subjectis, hoc est civibus, & incolis, l. rescripto, §. sciendum, ubi gloss. ff. de muner. & honor. Unde cùm clerici non sint subjecti, non possunt talia onera imponi nec ipsis, nec Ecclesiæ, nec ad tales impositiones solvendas tenentur, sive antequam perveniant ad Ecclesias, aut personas Ecclesiasticas, fuerint impositæ, sive postea: ita practicati Doctores, & signanter Gemin in c. 1. de immun. Eccles. num. 9. ubi concludit ex hoc patere responsum ad omnia jura, quæ in contrarium possunt allegari, &c. Hactenus Rotæ decisio, quam sequuta est S. Congreg. controversiis jurisdictionalibus præposita de anno 1640. quam refert Lezana *d. verb. gabella, n. 25.* Circa hunc tertium casum est advertendum, quod onera omnia, quæ vel personis pro rebus, vel rebus ipsis pro personis imponuntur, seu quæ personis pro modo facultatum per æs & libram imponi solent, ad personas Ecclesiasticas cum bonis acquisitis non transeunt. Ita Bartol. *cons. 180. num. 3. & 4. lib. 1.* Felin. *in c. Ecclesia S Maria, num. 76. de constit.* Bellon. *consil. 40.* Festas *de collect. part. 4. p. 1. n. 1.* Thomas. *cod. tract. cap. 1. num. 4. cum seqq.* Borell. *cons. 74. n. 9. 31. & 40. cum seqq.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu 3. num. 26. & seq.* Bellet. *disquisit. cleric. tit. de exempt. cler. & eorumdem bonorum, §. 3. n. 3.* novissimè Sperel. *in decis. fori Eccles. dec. 35. num. 12.* Quo fit, ait ipse Sperell. *d. loco, num. 19.* ut quoties aliqua ex allibratis, seu incatastatis bonis ad Ecclesiasticas personas quocunque titulo pervenerint, eximantur ab onere collectarum, ac de catasto, seu æstimo sint delenda: & citat. Bast. & Feliu. *dictis locis,* Remig. *de charitat. subsid q. 61. n. 15. & seqq.* Festas *d. cap. 1. num. 5. & 53.* Marcabrun. *cons. 40. n. 4. & 7.* Lancel. Gallia *cons. 59. num. 14. 30. & 40.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. n. 38.* Bellet. *d. §. 3. num. 3.* Et addit idem Sperell. *n. 2. citato loco,* Sacram Congregationem boni regiminis censuisse, & in praxi servari, bona ad Clericos deventa, denunciata Communitati venditione, & factâ eidem interpellatione ad Clerici, vel Prælati instantiam, statim esse ab æstimo delenda: & *n. 29. in fine,* attestatur Sacram Congr. super controversiis jurisdictionalibus, in una Pisaurensi, 16. Decembris 1619. censuisse, posse Ordinarium, sub censurarum comminatione laicos adstringere ad delendum bona per Ecclesiasticos acquisita.

A fortiori onera merè personalia ad clericos, uti personas non subditas, maximè transeunt cum ipsis bonis, cujusmodi est talia salis, quæ munus est merè capitale, & personale, cùm pro qualibet bucca, seu pro quolibet capite solet imponi. Ita Boss. *in tit. de Principe, num. 100. in fine,* Bellon. *cons. 12. num. 9.* Lancel. Gallia *d. cons. 59. num. 46 cum seq.* ubi *num. 49.* immunitatem ab hujusmodi capitatione etiam ad colonos personarum Ecclesiasticarum extendit. Eugen. *cons. 96.* Caroc. *de locato, part. 4. tit. de collectis, num. 40.* quos refert & sequitur Sperel. *d. dec. 35. num. 7. & 8.* ubi *num. 9.* post Lancell. Gall. *d. consil. 59. num. 45.* & Alderan. Mascard. *de statut. interp. conclus. 1. num. 50.* & alios ejusmodi esse ait etiam onus impositum pro salario prætoris, Medici, Magistri Grammaticæ, satellitum, cæterorumque officialium, quodquidem unà cum bonis ad Clericos non transire concludit. Verùm si dubium esset, an collecta sit, vel non sit realis, hujusmodi cognitio ad Ecclesiasticum Judicem spectaret, ut per Surd. *consil. 307. num. 34. & 68. vol. 3.* quem refert Sperell. *dec. 36. n. 34.*

Sextò quæro, utrum fructus, & redditus Ecclesiasticorum immunitate à tributis gaudeant, postquam in laicos translati sunt. Negativa pars suadetur ex eo, quia non sunt amplius bona Ecclesiasticorum: tum quia, sicut bona laicorum translata in Ecclesiasticos privilegium immunitatis à gabellis acquirunt, ita etiam bona Ecclesiasticorum in laicos translata privilegium amittunt: mutatâ enim personâ, quæ est causa privilegii, extinguitur privilegium, *l. per procuratorem, & l. 1. C. de impon. lucr. descr. lib. 10.* Federic. de Senis *consil. 111. colum. penult.* Natta *cons. 218. num. 5. & 8.* Sperell. *decis. 55. num. 31.* Et ideo ita docent Carol. de Grass. *d. effectu. num. 89.* Duard. *d. can. 18. quæst. 1. ad fin.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de exempt. §. 8. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. casu 180. num. 8. & casu 562. num. 43.* ubi *num. 56.* id intelligit, modò dominium fructuum acquisitum sit laicis emptoribus. Sæpe enim bona Ecclesiæ, sæpissimè autem, & quotidie Clericorum ampla & opulenta patrimonia, & peculia, quæ prius erant immunia, in laicos transferuntur, fiuntque collectarum, pedagiorumque oneribus obnoxia. Ita Remig. *de char. subsid q. 62. num. 34.* Bertach. *de gab. p. 7. num. 23.* Ferret. *cod tract. n. 450.* Nat *cons. 59. n. 5. & cons. 218. num. 7.* Suar. *de defens. Fidei, lib. 4. c. 20. sub n. 30. vers. præsertim,* quos refert, & sequitur. D. Sperel. *in dec. fori Eccl. dec. 35. n. 31.* Unde per hæc decisa est quæstio contra emptores rei venditæ à clericis, qui tenentur, non obstante privilegio clericali, solvere pedagia & collectas, ut per D. Bard. *in l. quia tale, n. 42. post princ. ff. soluto matr.* Morl. *in empor juris, p. 1. tit. 9. in pralud. num. 112.* Bobad. *in sua politica, lib. 3. c. 6. num. 31.* Person. *de gabellis, n. 84. & 85. pag. 250.* Sixt. *de Regalib. lib 2. c. 6 num. 136. & 137.* Carol. de Grassis *de effect. cler effect. 3. n. 88. cum seqq.* Bertac. *de gabellis, part. 7. princ. num. 17. ad fin.* Guttier. *cod. tractat. q. 44. num. 3. & 4.* Roland. *consil. 61. per tot. lib. 4.* Mascard. *de statutor. interp. conclus. 1. num. 28.*

59

Cevall.

Cevall. *de cognit. per viam viol p. 1. q. 50. ex num. 13.* Martam. *de jurisdict. p. 4. casu 112. num. 2. cum seqq.* Azorium *instit. moral. p. 3. lib. 3 c. 10. vers. secundò quæritur*, ubi in terminis dicit, ementes fructus ab Ecclesia debere solvere gabellam, quia privilegium Ecclesiæ est personale, & non transit cum re empta, Glorit. *respons. 5. num 36. cum seqq.* Bellet. *disquis. cler. tit. de exempt. cler. §. 4. n. 4. & 5. & §. 8. n. 2. & 3.* Bonac. *de censur. in Bulla Cœnæ, disput. 1 q. 19. puncto 3. §. 1. num. 20. & 21.* Duard *ad Bullam in Cœna Domini, lib. 2. can. 18. q. 11. per tot.* reprobantes Bald. *cons. 31. lib. 1.* cujus resolutionem alii intelligunt loqui in gabella extraordinaria, & quæ imponitur ex arbitrio, non verò in gabellis ordinariis à lege impositis, & quæ habent ordinariam præstationem, juxta distinctionem Bart. *in l. licet ita, §. ult. ff. de publican. & vectig.* receptam per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 390. num. 10.* Ricc. *in praxi, tom. 2. ref. 283. num. 4. vers. maximè*, Glorit. *d. resp. 8. n. 50. cum seqq.* Alii procedere aiunt, ubi onus gabellæ contingit ex actu separato, quod nihil habet commune cum origine contractus, quia tunc emptor tenetur solvere, licet Ecclesia non teneatur solvere; secus quando onus gabellæ est annexum contractui, juxta distinctionem ejusdem Baldi *d. cons. 31. n. 2.* quam sequuntur Glorit. *d. resp. 5. num. 47. & 53.* Roland. *d. cons. 61. n. 19. lib. 4.* Bellet. *d. §. 8. num. 2.* Bardelon. *cons. 31. n. 10. lib. 2.* Squillante *de privil. cleric. c. 8. n. 26. cum seqq.* Diana *resol. mor. p. 1. tract. 2. resol. 48.*

Septimò quæro, an consuetudo tribuere possit jus laicis imponendi collectas, & onera ecclesiasticis? Non posse tenent Aufrer. *in tract. de potest. Eccles. n. 43.* Valer Reginald. *d. lib. 9. num. 381.* Filliuc. *tract. 16. c. 11. q. 2. n. 193.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. à num. 110.* Ciarlin. *controvers. forens. c 22. n. 12.* latè Sperell. *in dec. fori Eccles. dec. 37. per tot.* & præcipuè *num. 69.* Duard. *in Bull. Cœnæ, can. 18. quæst. 20. num. 5.* Ratio est, quia supra resolvimus, Ecclesiasticos Jure divino immunes esse ab oneribus & tributis laicorum: sed nulla consuetudo potest Juri divino derogare, igitur, &c.

60 Octavò quæro, si bona Clerici essent communia pro indiviso cum fratre, vel nepote, & aliis laicis, an omnia gaudeant hujusmodi immediatè? Gaudere pro portione Clerici tantùm, docent Joan. Anton. de Nigris *in Clement. 1. de vita & honest. cleric. num. 108.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. part. 2. tract. 12. cap. 22. num. 180.* Carol. de Grass. *de effectibus cleric. effect. 3. num. 186.* Lezana *dicto verb. gabella, num. 18.* Marcel. Megal. *cons. 84.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ, disp. 1. q. 19 punct. 3. §. 1. num. 19.* quos refert & sequitur Squillante, *d. cap. 8. num. 38.* contra Natt. *consil. 1. numer. 10. & cons. 54. num. 2. volum. 1. & cons. 289. n. 3. volum. 3.* Rimin. Jun. *consil. 727. num. 47.* Surd. *cons. 301. n. 80.* Sperell. *decis. 19. num. 30.* Mart. *de jurisdict. part. 4. casu 12.* Duard. *in Bullam cœnæ, cap. 18. quæst. 9. num. 1.* & contra Aloys. Ricc. *part. 3. resol. 28. n. 1. & 2.* Anton. de Matinis *resolut. quotid. cap. 167. num. 4.* Dianam. *moral. resolut. part. 4 tract. 1. resolut. 32.* existimantes patres, & fratres clericorum, dum unà simul habitant, exemptos esse ab onere hospitandi milites. Sed hac in re observandam esse loci consuetudinem, Archiepiscopo Brundusino rescripsit Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum, sub die 9. Martii. 1595.

Nonò quæro, utrum privilegium reale concessum Clericis & Ecclesiis, ne eorum prædia sol-

vere teneantur gabellas, collectas, vel alia onera prosit etiam eorum emphyteutis? Affirmativam partem in hac quæstione tuentur Duen. *regul. ampliat. 3.* Felician. *de censibus, part. 2. in præfat. n. 1.* Surd. *cons. 338. num. 18.* Mart. *de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 13 num. 2.* Laurent Silvan. *consil. 9. n. 9. 17. 23. & 24.* Eugen. *cons. 96. num. 24. cum seqq. lib. 1.* Remig. *de charit. subsidio, q. 61. num. 19.* Perion. *de gabell. num. 83.* late Stort. Odd. *cons. 70. num. 32. cum seqq.* Grilenzon. *cons. 40. num 4. & 7.* Fachin. *controvers. lib. 1. cap. 91. vers. ego puto*, Tamburin. *de jure Abbatum tom. 1. disput. 15. quæst. 20. num. 5.* Rota *dec. 42. num. 19. tom. 2. diversi.* aliàs *part. 6. recent.* resolventes emphyteutam Ecclesiæ non posse à laicis collectari, & gravari, cum hoc redundet in damnum & præjudicium Ecclesiarum, quæ colonos & emphyteutas cum conditionibus tantò deterioribus non invenirent, si collectari à laicis possent, adeò ut quodcunque damnum eis illatum redundaret in effectu contra Ecclesiam. Verùm contrarium, videlicet emphyteutam Ecclesiæ teneri ad collectas & tributa ratione utilis dominii, quod habet, tenuerunt gravissimi & doctissimi viri, ex quorum numero sunt Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, num. 59. de constitut.* Albert. Brun. *de statuto exclusivo fœminarum, quæst. 22. art. 1. num. 105.* Festas *de collect. p. 4. c. 2. limit. 10. num. 5.* Avendan. *de exequendis mand. lib. 2. c. 4. num. 33.* Menoch. *de arbitr. casu. 180. num. 8. & casu 362. num. 22. & 31.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 17. n. 11. 12. & 15. vers. quæ verò*, Joan. Garc. *de expens. c. 12. num. 60. & 70.* Surd. *consil. 338. num. 13.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. lib. 2. quæst. 71 num. 13. ver} quarationc, ad fin. & q. 12. n. 22.* Garc. Gironda *de privil. explicat. num. 972.* Ratio est, ut jam dixi, quia dominium utile, quod habent emphyteutæ Ecclesiæ, est merè laicum & profanum, & ideò subjicitur statutis generalibus, & consuetudinibus laicorum, ab eisque regulatur, ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 13. num. 8.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 48. vers bene verum*, Massob. *cons. 26. num. 132. cum seqq.* Surd. *dec. 160. num. 14. & 15.* Cardan. *ad statuta Mediolanens. cap. 417. num. 11. p. 11.* Monterent. *ad statuta Bononiens. lib. 4. tit. de prohibit. alien. rei immob. in verb. alien. in fine*, Valasc. *de q. 17. n. 12. & seq. & consult. 132. n. 13. & cons. 147. num. 17.* Cald. Pereira *d. q. 7. n. 13. & q. 14. n. 22.* Felician. *d. part. 2. in præfat. num. 2.* Marta *d. casu 13. n. 3.* Alderan. Mascard. *de stat. interp. concl. 1. n. 248.* Bellet. *disquisit. clerical. tit. de exempt. cleric. à statutis facul. §. 4. num. 22.* Manent. *decis. 6. num. 29.* Unde si duo laici de emphyteusi Ecclesiastica ratione utilis dominii contendant, Judex laicus, in cujus territorio sita sunt bona, erit competens, quia emphyteuta Ecclesiæ non efficitur de foro Ecclesiæ, ex quo nemo eorum negat, aut recusat eandem recognoscere pro domina, cum uterque prætendat esse priorem emphyteutam, & cum dominium emphyteutæ non sit ecclesiasticum, sequitur conditionem personæ laicæ, cui adhæret: unde cum actor sequi debeat forum rei, benè infertur, quod sive ambo litigantes, sive reus conventus tantùm sit laicus, quod causa erit ventilanda coram Judice laico ita Albert Brun. *d. quæst. 22 versic. & prædictum*, Cov. *pract. cap. 8. num. 3. versic. nam hisce verbis*, Valasc. *d. quæst. 17. num. 15. ver. quibus accedit, & q. 39. num. 14. ad fin. & consult. 146. num. 16.* Ozasch. *decis. 79. num. 12.* Surd. *cons. 338. num. 17. & 18.* Cald. Pereira *d. quæst. 12. num 21. versic. resolvens, & quæst. 14 num 1.* Manent. *decis. 6. num. 30. & 31.* Ego verò has duas contrarias opiniones ad concordiam

reduci posse arbitror, ut scilicet prima procedat, si emphyteuta solvat canonem fructibus ferè æquivalentem; secunda verò quando pensio est minima, & non correspondet fructibus, sed tantùm pro recognitione præstatur, juxta ea, quæ resolvunt Festas *d. collect. part. 4. c. 2. num. 45.* Valasc. *de immun. Eccles. part. 3. num. 22. vers. sic, contrarium*, Silvan. *d. cons. 9.* Catoc. *de locato, tit. de collect. num. 27. & seqq.* Carol de Grassis *de effect. cleric. effectu 3. num. 81. & 82.* Bellet. *disquisit. cleric. tit. de exempt. clericor. à mun. publ. §. 6. num. 5. in fin.* Squillante *d. c. 8. num. 62.*

63 Decimò quæro, utrum Clerici negociatores teneantur solvere gabellas pro rebus, de quibus negociantur? Teneri probat textus *in d. c. quanquam, de censib. lib. 6.* & docent Duen. *regul. 100. versic. fallit*, Strach. *de mercat. part. 3. num. 8.* & Giroud. *de gabellis, part. 7. num. 8. cum seqq.* Foller. *ad Marant. de ordine judic. part 4. num. 30 pag. 184.* Mexia *in tract. taxæ panis, conclus. 5. num. 22* Joseph. Ludov. *tom. 3. commun. opin. tit. de gabellis, conclus. unic. versic. inferitur decimo*, Carol. de Grassis *d. effect. 31 num. 176.* Gabr. Pereira *d. p. 2 cap. 38. num. 5.* Azor. *institut. moral. part 3. lib. 5, cap. 19. de personis à solutione gabellæ exemptis, quæst. 7.* Joan. Garc. *de nobilit. cap. 9. num. 53.* Piasec. *in praxi Episc. part. 1. cap. 4. num. 58. ver. tenentur etiam*, Cened. *ad decretum, collect. 37. num. 1.* Cabed. *Lusit. decis. 189. part. 1. & arresto 45. part. 2.* Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Vectigal, vers. tertiò quatenus*, Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de jure fisci, resol. 5. num. 8.* Gutier. *de gabellis, quæst. 93.* Mart. *de jurisd. part. 4. casu 3.* Mol. *de just. tract. 2. disp. 342.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 55.* Illustrissimus D. meus Roderic à Cunha *in comment ad c. 4. distinct. 88.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœna, disput. 1. quæst. 19. punct. 3. §. 1. num. 5.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Reg. resol. 137. num. 8.* novissimè Ansald. *de jurisd. part. 2. tit. 11. cap. 34.* Torreblanca *de jure spirit. lib. 15. c. 16. num 46.* ubi citat meipsum *in hoc loco, & num. 48.* resolvit verius sibi videri, eos non teneri ante trinam motionem, ut desistant à negociatione. Speterl. *in decis. fori Eccles. decis. 55. num. 45. & decis. 94. n. 7.* Fragoso *de Regimine Reip. Christiana, part. 1. lib. 2. disp. 4. n. 512.* Marcel. Vulpe *in praxi, c. 17. num. 16.* Trullench. *dub. 5. à n. 17.* Lezana *d. verb gabella, n. 9.*

64 Negociari autem illi dicuntur, qui aliquid emunt, vel contractu oneroso acquirunt, ut ex illius venditione lucrum referant, secùs si aliquid emant ad suorum, vel familiæ sustentationem, & deinde datâ occasione lucri, idem cum lucro vendant: cùm enim hoc non emerint ad vendendum, vel permutandum cum lucro, non dicuntur juxta communem loquendi usum negociari. Ita Nav. *in man. cap. 25. num. 11.* Quarant. *in summ. Bullarii verb. vectig. vers. tertiò quatenus*, Suar. *tom. 5. de censur. disput. 22. sect. 4. num. 21.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 317. num. 10.* Bellet. *d. tit. de exempt. cleric. à mun. § 4. n. 5.* Duard. *d. can. 18. q. 8. num. 17.* Bonac. *de censur. in Bull. Cœnæ, disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. num. 6.* Hieron. Roderic. *d. res. 137. n. 8.* & latè cum ampliationibus & limitationibus totam hanc materiam in necessariis tractavi *infra, hoc eod. lib. cap. 40. num. 11. cum seqq.*

65 Undecimò quæro, utrum ad hoc ut Clericus tanquam negociator ad gabellæ solutionem condemnetur, necessaria sit trina monitio, de qua *in c. ult. de vita & honest. cleric.* Partem affirmativam meritò defendit Abb. *in d. cap. ult. num. 5.* & alii quos refert & sequitur, affirmantes oppositum nullo modo placere posse, Salzed *ad Bern. in pract. c. 58. vers. sed ex hoc casu*, Strach. *de mercat. c. 3. num. 8. & 9.* Cened. *ad Decretum, collect. 38. n. 1. vers. quod plane*, Carol. de Grass. *d. effect. 1. num. 184. & 187.* Camil. Borel. *in sum. omnium. dec. tom. 1. tit. 7. de Cleric. & sacerd. num. 70.* Salas *de contr. tract. 1. dub. 2.* Ceval. *commun. q. 810. n. 20.* Mol. *de just. tract. 2. disput. 342.* Illustrissimus D. Roderic. à Cunha *in comm. ad d. cap. 2. n. 5.* Bonac. *de censur. in Bulla Cœnæ, disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 4. num 8.* Pro quibus illud fortiùs urget, quod Clericus tanquam negociator nullatenus potest condemnari ad solutionem gabellæ, nisi prius privetur clericali privilegio, illo enim stante, in casibus, in quibus competit, non potest à Iæculari obligari, & multò minùs condemnari, *c. 2. de foro compet.* explicatur à Bonif. *in cap. unico, vers. & cum, de cleric. conjug. l. b. 6.* sanè Clericus quatenus negociator, non potest aliter clericali privilegio exui, quàm si priùs tertiò moneatur, *d. c. unic.* cum modò citatis. Igitur, &c. Et ideò non sufficere unam monitionem peremptoriam pro omnibus, tenet Perez *ad l. 13. verb. por tres vezes, tit. 5. lib. 1. Ord. pag.* 80. Sed exigi tres monitiones distinctas contendunt Tabien. *verb. excommunicatio 5. n. 24.* Sylvest. *verb. Clericus 3. n. 3.* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. 2. num. 6.* ubi *n. 9.* ex Molina *citato loco*, infert hujusmodi Clericam negociantem, si ter admonitus ab Episcopo, aut ab alio, qui jurisdictionem quasi Episcopalem in eum habeat, non abstinuerit, amittere clericale privilegium, non quidem canonis, quasi qui eum percusserit excommunicationem non incurrat; nec item fori, quasi puniri, aut conveniri coram sæculari Judice talis Clericus possit, sed quod tam ipse quàm ipsius bona tributis & aliis oneribus subjiciuntur, & *n. 10.* cum eod. Mol. & Comitol. *citatis locis*, resolvit posse hujusmodi Clericos, qui negotationi serviunt, amissum privilegium recuperare, si se ab interdicto abstrahant.

66 Duodecimò quæro, utrùm Clerici, sive Religiosi, qui sunt in Brasilica regione, & in India Orientali, dilatationi & conservationi Ecclesiæ navantes, quique ad suam congruam sustentationem multis rebus indigent ex Hispanis ad eos mittendis, possunt mittere suas merces in Lusitaniam, ubi plus valent, ut exinde retrò illis necessaria mittantur? Affirmat Mol. *de just. tract. 2. disp. 345.* subditque nihil in hujusmodi negociatione sacris Canonibus contrarium contineri, dummodo nihil plus mercium, quàm ad emenda in Lusitaniam necessaria, mittatur; quare cum ex negociatione Ecclesiasticis non illicita tributum non debeatur, sicque, inquit Mol. nec ex mercibus ita missis, nec illarum pretio tributum ullum debetur.

67 Decimotertiò quæro, utrùm si Clerici non per se, sed per alium negociationem exerceant, veluti habendo tabernam, vel domum alteri negociationi destinatam, excusentur à gabella? Pro parte negativa facit, quod ubi negociatio licita est, Clerici retinent privilegium clericale, & ideò nullatenùs compelli possunt ad solutionem gabellæ. Probatur quia licet negociatio regulariter sit Clericis interdicta, *c. negociationem*, cum multis ibidem, 98. *dist. c. ult. de vita & honest. cler.* Doctores citati *lib. 1. c. 40. vers. tertiò negotiari*, sunt tamen nonnulli casus in quibus non lucri principaliter, sed necessitatis causa negociatio licita est, v. g. si ad victum & vestitum ex aliquo licito artificio sibi acquirat, *c. 1. ad fin. 88. dist. c. clericus victum, 91. dist. c. numquam, de*

confecr.

consec. dist. 5. dummodò ab iis, quæ sibi ratione Ecclesiastici officii incumbunt, non distrahantur, *per tot. tit. dist.* unde licitè possunt conducere possessiones certo pretio excolendas, locare animalia, oves & boves, & denique rudem materiam emere, ut eam fabricatam, vel melioratam pluris vendant, *d. c. nunquam*; quinimò, etsi unam & alteram faciant venditionem & emptionem, minimè prohibentur, dummodo tamen neque frequenter, nec per officium negociationis id faciant, quia in prædictis terminis negociatores dici non potuerunt, juxta doctrinam Glossæ *verb. omnes, in l. 1. §. ult. ff. de tribut. act.* de quibus supra egimus, & ideò prohibitione cessante, gabellæ locus non erit. Ex quibus constat, saltem in casibus, in quibus licita est negociatio, ad gabellas minimè obligari. Sane Clerici per alios licitè negociantur habendo officinam, vel domum negociationi destinatam, ut colligitur *ex Clem. 1. de vita & honest. cler.* si expendas ibidem solummodò prohiberi, ne personaliter officium carnificis, aut tabernarii exerceant, quasi deformitas negociationis consistat solummodò in eo, quod personaliter hæc faciant. Insuper *in Clem. 1. §. porrò, de statu monach.* invenies Monachos, quibus interdictum est ne venationibus præsentiam exhibeant personalem, posse tamen per alios id facere, advertit ex aliis Salzed. *d. c. 58. vers. sed verum*, qui testatur se audivisse aliqua monasteria solita esse illa, quæ superexcrescunt ex proventibus suorum reddituum, mercatoribus tradere, & per illa justam negociationem exercere. Unde Alber. *in humilem, C. de incest. nupt.* affirmat Clericum per alium tabernam exercentem, privilegium non amittere. Verùm hanc partem nunquam sibi placuisse affirmat Salzed. *ubi proxime*, ex eo quia etiam per alium negociationem exercere, maximam præ se fert temporalium bonorum cupiditatem, quod in Clericis est illicitum, *arg. c. suam, de pœnit.*

68 Ego verò, adhibita distinctione rem hanc in bono sensu componi posse arbitror: vel enim Clerici quæstui potissimùm anhelantes, negociationem exercent, & tunc neque per se, neque per alium id facere possunt, *arg. reg. qui per alium, de reg. jur. lib. 6.* junctâ deformitate negociationis, quæ non multò minor reperitur, quando Clerici, etiam per alium soli lucro inhiantes tabernam habent, vel domum mercantiæ expositam, *d. c. negociatorem*, cum multis ibidem: & in his terminis procedit sententia Salzed. *ubi proximè*, possuntque Clerici, si tertiò moniti non destiterint, ad gabellarum solutionem, sicut laici rectè compelli, *d. Clem. 1 de vita & honest. Cler.* Vel rursus negociatio per modum alicujus liciti artificii exercetur, & tunc sicut licita est ex causâ necessitatis. *d. c. Clericus victum, d. c. nunquam*: ita nec privilegio clericali spoliari, nec ad gabellæ solutionem compelli possunt. Ratio differentiæ est, quia posteriori casu nullum avaritiæ, vel ambitionis vitium in Clericis notari potest, ut constat ex Juribus citatis: non sic dicendum in priori. Quibus resolutis, non obstabunt supra expensa in contrarium: ad primum enim libenter agnoscimus licitam esse negociationem per modum alicujus liciti artificii, causâ necessitatis, ut possessiones excolere, conducere animalia, unam & alteram venditionem facere, & alia id genus: unde quia in his casibus nullâ culpâ notari possunt, nec privilegium amittunt, neque ad gabellas obligantur: negamus tamen licitè posse per alios negociari causâ quæstus, lucro inhiando, quo casu probabilius existimamus, non posse etiam per alios habere tabernam, & alia id genus, ut post Laurent. affirmat Card. *n. 9 in d. Clem. 1. post gl. verb. publicè* illudque saltem admittit, dari culpam in exercentem per alium. Bonus textus *in c. ult. 46. dist.* juvat doctrina Glossæ *d. verb. publicè*, quam sequitur Covar. *in c. quamvis pactum, p. 1. §. 5. num. 8.* secundùm quem regulariter non potest quis per alium facere quod in propria persona prohibetur; textus verò *in d. Clem.* adducit copulativè adverbium *publicè, & personaliter*, ut locus sit pœnæ ipso jure incursæ, Gl. *d. verb. publicè*, & Doctores ibid. ubi Cardin. *n. 8.* Textus autem *in d. §. porrò*, nobiscum convenit, *in princ.* ibi, *per se, vel per alios*; in fine verò loquitur in suo casu permissivè, ut constat ex verbo *permittitur*, de quo, *ibi*, ut per Card. *n. 2. notab. 5.*

69 Decimoquartò quæro, utrum in eo casu, quo Clerici negociatores tenentur ad solutionem gabellæ, necessariò petenda sit à publicanis coram Ecclesiastico Judice? Partem affirmativam, quod de Jure solus Ecclesiasticus competens sit, veriorem dicit Card. cum statim citandis *in Clem. ultim n. 6. vers. sextò quæri, de censib.* per textum ibi, *locorum Diœcesani*, & ibi, *postquam de his ipsis constiterit*, quasi ad solos Diœcesanos spectet cognitio, utrum Clerici negociati fuerint: sequuntur Abb. *in c. qualiter, n 9. de jud.* Berrach. *de gabellis, p. 7. n. 24.* Rol. *cons. 71. num. 25. vol. 4.* Salzed. *d. cap. 58. in fin. vers. erit tamen.* Natt. *cons. 311. n. 4. lib. 2.* Surd. *cons. 301. n. 35.* Molf. *in sum. Theol. moral. part. 2. tr. 12. c. 22. n. 175.* Carol. de Grassis *d. effectu 3. n. 296.* Diana *res. moral part. 1. tr. 2. res. 46.* Quamvis oppositum minùs bene tenuerint Tiraq. *de retract. lig. §. 32. gl. 1. n. 80.* Gironda *de gabellis, p. 7. in princ. n. 21.* Azeved. *tit. 1. in princ. n. 8. lib. 3. & l. 7. à num. 13. tit. 18. lib. 9. novæ recop.* Cevall. *comm. contra comm. tom. 4. q. 899. n. 12. & q. 895. n. 636. & de cognit. per viam violentiæ, q. 16. à princ. p. 2.* Gab. Pereira *d. p. 2. c. 38. n. 14. cum seqq.* Quibus non multùm favet, quod eo ipso, quod Clerici tenentur ad gabellæ solutionem, laici reputantur, & ideò clericali privilegio minimè potiuntur, ac subinde impedit quominùs possint à sæculari judicari. Respondetur enim, argumentum concludere quando constiterit judicialiter negociatorem esse Clericum, & clericali privilegio privatum; non verò in nostris terminis, ubi res adeò dubia est, & Clericus interim privilegium retinet clericale; cognitio enim si competat, vel non hæc immunitas Clericis, pertinet ad Judicem Ecclesiasticum. Aloys. Rice. *in praxi aurea, res. 393. num. 3.* Squillante *d. c. 8. num. 66.* Deinde parum suffragatur, quod lex sæcularis aliàs justa, Clericum negociatorem ligat ad gabellæ solutionem, sicut & in aliis casibus justè ligare *suprà* notavimus: ergo poterit sæcularis actualem in illis casibus cognitionem assumere, & actualiter Clericum condemnare. Respondetur enim negando consequentiam, quia generaliter in nullis hoc facere potest, ut suprà diximus *in vers. nonò collige.* Quando dubitatur, an bona clerici sint ipsius propria, aut causa negociationis acquisita, in separabilibus debet stari juramento clerici, & tunc adeundus Judex Ecclesiasticus, & non procurator Cæsaris: in inseparabilibus verò reficiendum est damnum pecuniariâ compensatione, Ecclesiasticis solventibus gabellam intra annum, ad exitum & finem anni, ita tamen ut concurrat consensus Cleri, & concurrat bene placitum Sedis Apostol. & si oriatur aliqua controversia super isto defalco, terminari debet juramento Ecclesiasticorum. Eleganter Rot. sic declarans in *Barch.*

exemptionis, 20. Junii 1636. coram bonæ mem. Coccino Decano, impressa per Paul. de Rubeis dec. 159. n. 10. cum seqq. tom. 3. diversf. aliàs p. 7. recent.

70 Decimoquintò quæro, utrùm Clerici cogi possint ad hospitandum milites? Negativè respondet textus in l. 1. C. de Episcop. & Cleric. ubi Glos. & Doctores: tradunt Joan. Ant. de Nig. in Extrav. Clement. VII. de vita & honest. cleric. n. 131. Perez l. 12. tit. 1. lib. 1. Ordin. pag. 52. & l. 1. tit. 3. eod. lib. pag. 60. & l. 27. tit. 3. pag. 109. Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. n. 17. Piasec. in praxi Episcop. p. 2. c. 4. n. 56. vers. neque tenentur, Mart. de jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 86. n. 9. Joan. Franc. de Ponte de potest. Provisis, tit. 1. §. 6. n. 54. Bonac. de contractib. disp. 2. q. 9. punct. 2. §. 5. Squillante de priv. clericor. c. 9. à princip. ubi n. 4. post Molfes. in sum. Theolog. moral. 71 part. 2. tract. 12. cap. 12. num. 166. resolvit, quod in Regno Neapolitano, si clericus habitaverit in domo pro communi, & indiviso cum fratribus & nepotibus laicis, isti laici solùm habent hanc immunitatem, ut in domo non cogantur hospitare milites, & alios officiales, ne Clericus inde sustineat incommoda; tamen tenentur contribuere in pecunia: & idem Squillante d. loco numer. 5. post. Carol. de Grass. d. effectu 3. n. 287. hoc ipsum dicendum ait, etiamsi Clericus habitaret cum patre. Hinc coloni partiarii in agris & domibus Clericorum degentes, immunes etiam sunt ab onere hospitandi milites; id namque ob complexitatem fieri nequit, nisi in consequentiam graventur Clerici, eorumque bona, in quibus hospitatio fieret: ita Lancel. Gallia. consil. 59. num. 10. cum seqq. Roland. consil. 66. n. 4. lib. 1. Bellet. disquis. cler. tit. de exempt. cleric. & eorumdem bonor. §. 7. sub n. 1. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. c. 3. Carol. de Grassis effectu 3. n. 116. quos refert, & sequitur Sperell. decis. 42. n. 13. ubi in fine ait Sacram Congr. super controversiis jurisdictionalibus in una Bertonensi, 4. Decembr. 1629. censuisse idem procedere in domibus bonorum patrimonialium Clericorum.

72 Decimosextò quæro, utrùm Clerici possint dari tutores in testamento, aut cogi ad suscipiendam tutelam legitimam? Negativè respondet lex generaliter, juncta Auth. sed hodie, C. de sacros. Ecclesiis, Auth Presbyteros, C. de Episcop. & Cleric. cap pervenit, 86. distinct. Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib. 2. c. 15. num. 15. Ludovic. Correa in repet. dict. cap. inter alia, part. 2. n. 38. Montan. de tutel. c. 35. reg. 1. num. 195. Carol. de Grass de effect. cler. effectu 16. per tot. novissime Ansald. de jurisd. Eccl. p. 2 tit. 11. cap. 28. Et in Religiosis idem affirmat Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 11. q. 3. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 14. num. 22. Et in Episcopis probant Auth. de sanctissimis Episcopis, §. Deo autem, collat. 9. l. Hispana 95. tit. 5. p. 1. Bald. in l. generali, n. 11. C. de Episcop. & Cleric. Montan. d. cap. 35. reg. 1. de excusat. tutor. n. 194. Lanc. in templo omnium judic. lib. 2. cap. 4. §. 3. n. 36. Galganet. de tutel. lib. 1. titul. 6. n. 36. quos refert & sequitur Alzed. in prax. Episcop. part. 1. cap. 12. num. 31.

73 Possunt tamen, si velint, Clerici esse tutores legitimi proximiorum consanguineorum, cùm sit officium pium, ut per textum in d. l. generaliter, & in dict. Auth. Presbyteros, & in cap. fin. 86. dist. & in c. Cyprianus 21. q. 3. docent Greg. Lop. l. 14. tit. 16. p. 6. Cavalc. de tutorib. c. 288. Mol. de justit. tract. 2. disp. 221. vers. clerici, Paul. Montan. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 195. Gutier. in simili tract. part. 2. c. 1. n. 26. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 37. num. 32. Anton. Piagg. in tract. de tutel. & cur. q. 3. n. 2. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 32. Thom. Valasc. tom. 2. alleg. jur. alleg. 47. n. 29. Anton. de Virgilio in tract. de legit. persona in judicio compar. c. 9. n. 19. & 20. Mart. de jurisd. p. 4. casu 110. n. 3. ubi per totum casum tractat, an judex laicus possit dare tutorem Clerico pupillo: & casu 148. resolvit, non posse Clericos tutelæ, sive testamenti exequutionem 74 suscipientes cogi coram Judice sæculari, ad reddendas rationes. Latè Squillante de privileg. cleric. c. 14. à princ. Unde Presbyter Julius Cæsar, cùm per quemdam ejus filiorum tutor institutus fuisset, Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum in una Salernitana, sub die 14. Junii. 1619. mandavit, ut abstineat, quia negotiis sæcularibus se immiscere non debet. Sed ubi Clerici de jure possunt esse tutores, benè poterunt negociari res pupilli, non tamen causâ turpis lucri. Sacra Congregatio Concilii, sub die 23. Novembris 1619.

Tutelam honorariam suscipere poterit Clericus, 75 & Episcopus, ut resolvit Gutier. d. cap. 1. n. 3. Dicitur autem tutor honorarius, qui datur, ut pupillus sit magis honoratus ejus auctoritate, & protectio- 76 ne, non autem ut sæcularibus negotiis se immiscere debeat, putà si quis plebeius Magnatem aliquem, vel Antistitem, aut insignem Reipub. tutorem, vel tutricem filio reliquit, quò filius magis ab omnibus coleretur, juxta ea quæ resolvunt Baez. de decima tutorum, cap. 6. num. 2. Escobar. de ratiocin. c. 28. n. 20. Gutier. d. p. 1. c. 17. n. 1. Alzed. d. c. 12. n. 32. & 34.

---

§ VI.

De Privilegio Capitis Odoardus, *de solutionibus.*

SUMMARIUM.

1. *Privilegium subsidiarium capitis* Odoardus, *de solut. competit Clericis non habentibus unde suis satisfaciant creditoribus.*
2. *Biretum viride deferunt Clerici petentes privilegium rapitis* Odoardus, *coram judicibus Urbis, & carcerum visitatoribus.*
3. *Beneficio capitis* Odoardus, *nemo frui valet, nisi instantibus creditoribus, vel uno ex pluribus, adversùs ipsum debitorem.*
4. *Capitis* Odoardus, *beneficium petentes debent citari facere creditores, ita ut non obstaret illius exceptio alicui creditori non citato.*
5. *Debitum tenetur confiteri adhuc post sententiam petens beneficium capitis* Odoardus.
6. *Paupertatem, & miserabilitatem probare debet, etiam per communem æstimationem, seu reputationem petens beneficium capitis* Odoardus.
7. *Redditus habens, qui non excedunt scuta viginti quinque, probat suam paupertatem ad effectum gaudendi privilegio capitis* Odoardus.
8. *Privilegio capitis* Odoardus, *ut quis frui valeat sufficit summariè constare de paupertate.*
9. *Clericus admittitur ad beneficium capitis* Odoardus, *extra carcerem, parte non instante, seu non opponente.*

10. *Ad*

10. *Admissus ad beneficium capitis* Odoardus, *potest compelli ad præstandam cautionem de solvendo cum ad pinguiorem fortunam venerit.*
11 *Cautio præstanda per admissum ad beneficium capitis* Odoardus, *debet esse pignoratitia, seu fidejussoria, aut saltem, si aliter non possit, juratoria.*
12 *Pensio pro congrua sustentatione denegari non potest Clerico intentanti remedium capitis* Odoardus.
13 *Clericus semel ad beneficium capitis* Odoardus, *admissus, potest iterum admitti, etiam post rem judicatam.*
14 *Beneficio capitis* Odoardus *renuntiari potest.*
15 *Clerici omnes, sive in sacris, sive in minoribus Ordinibus constituti, gaudent privilegio capitis* Odoardus.
16 *Clericus in minoribus constitutus, an gaudeat privilegio capitis* Odoardus, *in casu, quo fori privilegio non gauderet.*
17 *Clericus conjugatus quoad bona non gaudet privilegio capitis* Odoardus, *nisi uxore mortuâ habitum reassumat.*
Non gaudet privilegio capitis Odoardus, de solut.
18. *Clericus excommunicatus.*
19 *Clericus, qui falsò asseruit se idoneas habere facultates.*
20. *Clericus dolo versatus cum creditore.*
21 *Laicus effectus Clericus post debita contracta in fraudem.*
22 *Clericus exercens illicitam negotiationem.*
23 *Clericus qui debita contraxit sub spe gaudendi hoc privilegio.*
24 *Clericus qui in lude, vel luxuriosè vivendo bona consumpsit.*
25 *Clericus condemnatus per tres sententias conformes.*
26 *Clericus obligatus in forma Cameræ.*
27 *Clericus obligatus ad pensionem solvendam.*
28 *Clericus obligatus actione reali.*
29 *Clericus conventus pro debito descendente ex delicto.*
30 *Clericus debitor alicujus, qui esset ipso pauperior.*
31 *Clericus debitor ratione depositi penes se facti.*
32 *Clericus hæres, non confecto inventario.*
33 *Clericus qui administravit bona aliena.*
34 *Clericus perjurus, vel suspectus de fuga.*
35 *Clericus qui negavit debitum.*
36 *Laicus fidejussor laici non gaudet privilegio capitis* Odoardus.
37 *Clericus fidejussor laici gaudet privilegio capitis* Odoardus.

1 PRIVILEGIUM subsidiarium capitis *Odoardus, de solut.* competit Clericis non habentibus unde suis satisfaciant creditoribus, ut scilicet non possint conveniri pro debito civili, nisi in quantum facere possunt, ne vexentur à creditoribus, & deserant servitium divinum, & ne cogantur mendicare in opprobrium status clericalis; quinimò, ut absque cessione bonorum à creditoribus dimittantur, assignatis redditibus bonorum etiam beneficialium ipsis creditoribus; ita tamen ut deducatur ne ipsi Clerici egeant, juxta communem usum Curiarum Ecclesiasticarum, vel cautionem præstent persolvendi debita, quoties ad pinguiorem eos pervenire fortunam contingeret, ut latiùs habetur *in d. cap. Odoardus*, de cujus materia plenissimè agunt Petr. de Bollo *in œconomia Canonica, classi* 1. *c.* 2. §. 10. *vers. clericis aris alieni, pag.* 57. Ciarl. *controvers. forens. c.* 101. *à princip.* Machado *en su perfecto Confessor. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 14. *docum.* 12. Baez *de inope debitore, c.* 2. *n.* 56. Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *p.* 3. *c. unic. n.* 4. *cum seqq.* Gutier. *de juram. confirmat. part.* 1. *c.* 17. D. Barbosa *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 8. *&* 19. *& in l. maritum*, *n.* 2. *&* 5. *ff. soluto matrim.* Farinac. *in praxi crim part.* 1. *quæs.* 17. *cum seqq.* Joan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 29. *per tot.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 31 Marchesan. *de commissionib. p.* 3. *c.* 1. §. 1. *pag.* 209. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 183. *n.* 29. *&* 30. Surd. *de alimen. tit.* 1. *q.* 88. *n.* 20. *&* 21. Garc. Gironda *de privil. & exempt explicat. n.* 229. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 333. *n.* 38. *cum seqq.* Mart. *de jurisd. p.* 4. *casu* 154. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 1. *coll.* 22. *& in praxi rerum fori Eccles. resol.* 242. *cum multis seqq. in secunda edit.* Camill. Borel. *in sum. dec. tom.* 1. *tit.* 7. *de Cler. & sacerd. n.* 106. Carol de Grassis *de effectib. cleric. effect.* 7. *per totum*, Bellet *disquis. cler. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 2. *per tot.* Squillante *de privil. cleric. c.* 10. *per tot.* Vincent. Caroc. *de exceptionibus, excep.* 24. Campan. *in diverf. juris can. rub.* 11. *c.* 10. Et quod birretum viride deferant coram Judicibus Urbis, & carcerum visitatoribus, petentes beneficium dicti capitis *Odoardus*, statuit Pius V. *in sua const.* 30. quæ incipit *Cupientes*, sub dat. 2. Octobris 1651. & est in Bullario novo *tom.* 2. *pag.* 53. quod non vidi in Urbe observari. 2

Ejusmodi frui beneficio nemo valet, nisi instantibus creditoribus, vel uno ex pluribus adversùs ipsum debitorem, juxta communem, cujus meminit Henric. Boich. *in d. cap. Odoardus*, *num.* 11. quem refert Campan. *d. cap. rub.* 10. *num.* 8. & tunc debet eos citari facere, ut tradunt. Thesaur. *Pedem. dec.* 15. & Valasc. *cons.* 30. nec obstaret alicui creditori non citato, exceptio dicti beneficii, secundùm Aloys. Ric. *in dec. Curiæ Archiepiscop. Neap. p.* 4. *decis.* 289. Deinde confiteri debitum tenetur adhuc post sententiam, secundùm Marc. Anton. Genuens. *d. c.* 3. *n.* 5. Molin. *de justit. & jure, disp.* 571. *num.* 22. Carol. de Grassis *effectu* 7. *num.* 48. Camp. *d. cap.* 10. *num.* 9. *vers. secundum.* Postea suam paupertatem, & miserabilitatem probare debet. Joan. Baptista Costa *d. remed.* 29. *n.* 3. Squillant. *d. c.* 10. *ex n.* 9. vel per communem æstimationem, seu reputationem, aut quia visus est mendicare Aloys. Ricc. *in dict. praxi resolut.* 245. *numer.* 2. Marc. Antonius Genuens. *dict. cap.* 3. *numer.* 18. Marchesan. *dict. cap.* 1. §. 1. *num.* 104. Squillante *dict. capit.* 9. *vers. & Iprobatur paupertas*: vel quia redditus, quos habet, non excedunt scuta 24. Seraphin. *dec.* 175. Aloys. Ricc. *d. resol.* 245. *num.* 3. *part.* 4. *collect.* 1750. Et sufficit ut summariè constet. de paupertate, nec in ea multum scrupulosè agendum, sed urbanè. Idem Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiscop. Neap. dec.* 81. *n.* 6. *part.* 1. qui à principio decisionis totus est in ostendendo, Clericum admitti ad beneficium dicti capitis extra carceres, parte non instante, seu non opponente: & *part.* 2. *dec.* 176. attestatur pluries resolutum fuisse, quod pendente judicio & lite super concessione privilegii illius capitis, Clericus debitor est audiendus extra carceres, & non carcerandus. Potest tamen compelli ad præstandam cautionem de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam venerit, ut per Covar. *d. c.* 1. *n.* 9. Farin. *dict. quæst.* 27. *n.* 66. Aloys. Ricc. *in d. prax* 3 4 5 6 7 8 9 10

BIBLIOTECA – FACE

post resolut. 255. in notab. num. 5. Campan. *d. c. 10. n. 12.* Carol. de Grass. *d. effectu 7. n. 65.* & probatur *in d. cap. Odoardus*, ibi, *recepta prius ab eo, &c.*

11 quæ cautio intelligitur per pignora, vel fidejussores, aut saltem si aliter non possit, per juratoriam, ut censuit Rot. coram Cardin. Cavaler. *dec. 514. num. 1. in fine.*

12 Pensio autem pro congrua sustentatione denegari non potest Clerico intentanti remedium illius capitis, ut per Benincas. *in tract. de pauperate, q. 8. num. 4.* Spec. *de contractib. n. 15.* Covar. *lib. 2. var. c. 1. n. 9. vers. qua in re*, Surd. *de alim. tit. 1. q. 78. n. 21. vers. tamen dimitti*, Menoch. *de arbitr. cas. 183. n. 30.* Farin. *d. q. 27. n. 68. in fine*, quos refert & sequitur Rota *in Bonon. seu Romana census, 13. Februarii 1616. coram bonæ memoriæ Buratto*, inter ejus impressas *dec. 97. n. 3.* ubi attestatur quotidie in Curia servari quod Clerici admittantur ad beneficium illius capitis, cum retentione pro congrua eorum sustentatione.

13 Et Clericus semel admissus ad beneficium dicti capitis, potest iterum admitti, sicut bonorum cessio potest reiterari. Ita Marc. Ant. Genuens. *d. c. 3. n. ult.* Squillante *d. c. 10. n. 48.* etiam post rem judicatam, ut in exequntione sententiæ, secundùm Aloys. Ricc. *in d. prax. rerum fori Eccl. res.* 249. dummodò tamen hujusmodi beneficium non se extendat extra diœcesim petentis, Marches. *d. c. 1. §. 1. n. 100.*

14 Utrum autem beneficio illius capitis renunciari possit? Quæstio est dubia, in qua verior opinio tenet, non posse, cùm illud pauperibus Clericis concessum sit, ne cogantur mendicare in opprobrium totius Ordinis clericalis. Ita Cov. *in d. c. 1. c. 38.* Joan. Baptista Costa. *d. remed. 29. n. 8.* Ceval. *commun. contra commun. q. 71. n. 11.* Parlad. *lib. 2. rerum quot. p. 5. c. fin. §. 6. n. 24.* Suar. de Pax *in pract. tom. 2. p. 3. c. unic. n. 6.* Marta *de jurisd. p. 4. casu 42. n. 21.* D. Barbos. *in l. alia §. eleganter, n. 20. ff. soluto matrim.* Marc. Ant. Genuens. *d. c. 3. n. 4.* Aloys. Ricc. *in d. p. 3. collect. 1750. in fin. & in d. praxi, resol. 178. & in deb. Curiæ Arch. Neap. p. 2. dec. 173.* Garc. Gironda *in tract. de privil. & exempt. explicat. n. 203.* Ciarl. *d. c. 101. n. 6.* Mar. Antonin. *var. res. lib. 1. resol. 41.* Campan. *in divers. Iuris Can. rub. 11. c. 10. n. 15.* Squillante *d. c. 10. n. 49.* Melch. Phæbo *Lusit. dec. 48. num. 10. tom. 1.* ubi etiam quod nec cum juramento, quidquid aliud teneant Gutier. *d. c. 17. n. 34.* & Mol. *d. tract. 2. 15 disp. 271. à n. 25.*

Omnes Clerici, sive in sacris, sive in minoribus Ordinibus constituti, privilegio illius capitis gaudent, cùm illud loquatur simpliciter, & in favorabilibus appellatione Clericorum veniant omnes, ut latè ostendimus *in tract. de appell. verborum utriusque Juris signif. appell. 51. à princ.* Machado *d. tractatu 15. docum. 11. num. 11.* Sed an Clericus in minoribus, seu primæ Tonsuræ, privilegio illius 16 capitis gaudeat in casu, quo fori privilegio non gauderet? Solet à Doctoribus in dubium revocari, communis enim sententia tenet, Clericum in minoribus constitutum, quantùm ad hoc privilegium, parem censeri laico, nisi habeat requisita Concilii ad gaudendum fori privilegio. Ita Cov. *d. c. 1. num. 9. vers. sed ex quo ad decisionem*, Menoch. *d. casu 183. n. 5.* Marches. *d. p. 3. pag. 311. n. 9. & n. 98.* Marc. Anton. Genuens. *d. c. 3. n. 3.* Marches. *d. c. 1. §. 1. n. 57. & 98.* Gutier. *d. c. 17. n. 19.* Farin. *d. q. 27. n. 69.* Stephan. Gratian. *d. cap. 222. n. 39. & 40.* Mol. *d. tract. 2. disp. 571. n. 20.* Aloys. Ricc. *d. collect. 22. in fine.* Joan. Bap. Costa *d. remed. 29. n. 4.* Carol. de Grass. *effectu 7. n. 7.* Camp. *d. rub. 11. c. 10. n. 50.* Et quamvis sic communiter teneant Doctores, contrarium tamen non immeritò sustinent Galet. *in Margar. casuum conscient. verb. Clericus, pag. 40. col. 2* Bellet. *d. tit. de clerico debit. §. 1. n. 5.* Gratian. *discept. 222. n. 29.* Ciarl. *d. c. 101. num. 7.* Machad. *d. docum. 11. n. 2.* Squillante *d. c. 10. n. 6. vers. sed an Clericus*, & refert decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, l. 2. tit. 19. de foro compet. n. 2. pag. 95.* quem cito Ego ipse *de officio & potest. Episcop. p. 2. alleg 12. n. 32.* me citato in hoc loco Torreblanca *de jure spirit. lib. 15. c. 6. n. 16. cum seqq.* & præcipuè *n. 21.*

De Clerico conjugato quoad bona, dicendum 17 existimo, illum minimè hoc privilegio gaudere, secundùm Cov. *d. cap. 2. n. 9. vers. propter quorum*, Gutier. *d. c. 17. n. 11.* Mol. *d. disp. 571. n. 20.* Natt. *consult. 356.* Farin. *d. q. 27. n. 69.* Vivian. *dec. 629. n. 18. lib. 4.* Campan. *d. cap. 19. 50.* Aloys. Ricc. *in d. praxi, res. 253.* Ciarl. *controvers. forens. c. 53. n. 6.* Machado *d. docum. 11. n. 4.* Carol. de Grass. *d. effectu 7. n. 62.* Squillante *d. c. 10. n. 7.* ubi subdit bene gaudere circa carcerationem, & personalem districtionem; si verò uxore mortuâ habitum reassumat, hujusmodi privilegio gaudebit. S. Congr. Conc. 17. Martii 1619. In casibus, qui sequuntur, Clericus non gaudet privilegio capitis *Odoardus*, de solutionibus.

Primus est in Clerico excommunicato, ad tradita 18 per Marches. *de commission. p. 3. tit. de com. admiss. ad cess. bonor. §. 1. n. 60. & 61.* Carol. de Grass. *d. effectu 7. n. 54.* Rota *coram Card. Caval. dec. 514. n. 4* Quidquid aliter sentire videantur Squillante *de privil. cleric. c. 10. n. 6.* & Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum for. Eccles. res.* 250.

Secundus de Clerico, qui tempore contractus 19 sciebat non esse solvendo, & falsò asserit se habere idoneas facultates. Ita Aloys. Ricc. *in d. praxi resol. 247. & in collect. d. cap. 5 collect. 1750.* Squillante *d. c. 19. n. 14.* ubi etiam post. Marc. Ant. Genuen. *d. c. 3. n. 6.* subdit secus esse, si non asseruit habere idoneas facultates.

Tertius de Clerico in dolo versato cum credito- 20 re, veluti si tempore contractus se finxit non esse Clericum, altero contrahente id ignorante, aut abscondit de bonis, ne solveretur debitum creditori, vel pendente judicio super debito principali bona in extraneos alienet gratiâ fraudandi creditorem, ut per Ferret. *consil. 144.* Verall. *dec. 278. p. 1.* Gutier. *d. c. 17. n. 20. & 21.* Marches. *d. c. 1. §. 1. n. 76. cum seqq. pag. 319.* Farin. *d. q. 27. n. 70. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in d. praxi resol. 247.* Bellet. *d. tit. de Clerico debitore, §. 2. n. 6.* Rot. *dec. 841. n. 3. part. 3. div.* Squill. *d. c. 10. n. 17.* Camp. *d. c. 10. n. 16.* Aloys. Ricc. *in coll. dec. part. 5. coll. 1750. vers. 1.* Marc Anton. Genuens. *d. cap. 3. num. 6.* ubi *n. 11.* idem dicit de laico effecto Clerico post debita contracta in fraudem creditorum: & *num. 12.* de Clerico exercente illicitam negociationem. Squill. *d. cap. 10. n. 18.* Hujus etiam capitis beneficium non datur spoliatori condemnato, dolo concurrente. Mohed. *dec. 117.* aliàs *1. de solution.* Rota *dec 22. de restit. spol. in novis*, & apud Marchesan. *de commissionib. part. 2. pag. 550. & part. 3. pag. 321. n. 96.* ubi quod Clericus non indicans omnia bona, privilegio hujus capitis est indignus.

Quartus de Clerico, qui in fraudem credito- 21 rum consumpsit bona, vel debita contraxit sub spe gaudendi hoc beneficio, ut per Marc. Anton. Genuens. *d. c. 3. n. 6.* Joan. Ant. de Nigr. *in Extravag. Clementis VIII. de vita & honest. cleric. n. 143.*

Carol.

Carol de Graff. *d. effectu 7. n. 34. & 36.* Squillante *d. c. 10. n. 15.*

25 Quintus de Clerico, qui in ludo, vel luxuriosè vivendo bona sua consumpsit. Ferret. *conf. 144. n. 3. lib. 1.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 3. n. 8.* Aloys. Ricc. *in d. praxi resolut. 247.* Bellet. *d. §. 2. n. 6.* Carol. de Graff. *d. effectu n. 52.* Squillante *d. cap. 10. num. 16.*

26 Sextus de Clerico condemnato per tres sententias conformes, secundùm Puteum *decis. 56.* aliàs *54. n. 3. lib. 1. in correct.* Farin. *d. cap. 27. n. 69.* Marchesan. *d. c. 1. §. 1. n. 74. pag. 318.* Rota *in Hipporegiensi expensarum, 12. Decembr. 1622. coram bonæ mem. Remboldo*, ubi expresè sequitur Puteum *cit. loco.* Quamvis contrarium, imò Clericum tribus sententiis damnatum solvere creditori, gaudere privilegio illius capitis existimaverint Cov. *d. c. 1. n. 9.* Gut. *d. c. 17. n. 15.* Azev. *l. 4 n. 10. ad fin. tit. 2. lib. 6. nova Recop.* Molin. *disp. 571. n. 13.* Aloys. Ricc. *in d. praxi, resol. 254.* Marc. Ant. Gen. *d. c. 3. n. 13.* Carol de Graff. *d. effectu 7. n. 45.* Squillante *d. c. 10. n. 20.* Vincent. Caroc. *d. except. 24. à n. 1.* Ciarlin. *d. c. 101. num. 5.* Mascard. *d. docum. 11. n. 5.*

27 Septimus in Clerico obligato in forma Cameræ, quia hujus obligationis vigore renunciatur beneficio illius textus, habetque obligatio camerali; executionem paratam, & non admittit aliam exceptionem, nisi falsitatis, solutionis, & pacti de non petendo; Ita Farinac. *d. q. 27. n. 70.* Zacch. *ad Galef. de obligat. camerali, q. 16. n. 9. & q. 19. n. 4.* Ferentil. *in annot. ad decis. 97.* Curatti *n. 9.* Scacc. *de judic. lib. 1. c. 62. n. 17. in fine*, Franc. Leo *in thesauro fori eccles. c. 11. n. 14.* Bellet. *d. tit. de Clerico debit. §. 2. num. 7.* Ciarlin. *d. c. 101. n. 8. & 9.* ubi *n. 11.* testatur hanc sententiam communem & veram, ac magis receptam in Curia Romana, *& n. 16.* quod clericus vigore talis obligationis potest coram suo Episcopo censuris, & carcere obstringi. Quamvis contrarium tenuerint Cov. *d. c. n. 9. vers. ex his*, Brun. à Sole *in compendio resolut. verb. clericus*, Maur. Burg. *in tract. de laudemio, lib. 3. inspect. 19. n. 3. & 5.* Zanchin. *de tract. de privil. Eccl. privil. 114. n. 11.* Joan. Segura de Avalos *in direct. judic. Eccles. p. 1. c. 13. n. 17.* Bacza *de inope debit. c. 17. n. 9.* Marc. Anton. Genuens. *d. c. 3. n. 13.* Aloys. Ricc. *in d. praxi, resol. 252.* Squillante *d. c. 10. num. 11.*

28 Octavus in Clerico obligato ad pensionem solvendam, quia pensioni consensit etiam cum juramento & obligatione camerali: tum etiam quia promittit pensionem solvere sub pœna excommunicationis, & privationis: tum denique quia æquum non est, quod dum beneficium obtinet, juvetur dicto capite *Odoardus.* Ita Cassad. *dec. 22. n. 3. de locato*, Gom. *in compendio signat. col. fin. n. 80.* Aloys. Ricc. *in d. praxi resol. 255. in notab. 11. & dec. 173. p. 4.* Marches. *d. c. 1. §. 1. n. 64. pag. 317.* Farin. *d. q. 27. n. 70.* Carol. de Graff. *d. effectu 7. n. 48. & 50.* Steph. Grat. *d. c. 222. à n. 50.* Squillant. *d. c. 10. n. 22.* Quamvis contrarium, quod scilicet beneficiarius non teneatur ultra quàm facere potest, teneat Cald. Pereir. *de extinct. emphyt. c. 4. n. 24.* Quicquid etiam propter præcisam obligationem solvendi pensionem, non amittere privilegium existimaverint Gig. *de pens. q. 11. n. 5. & conf. 111. n. 12.* Cov. *d. n. 8. vers. quoties*, & D. Barbosa *d. § eleganter. n. 23.*

29 Nonus in Clerico convento actione reali, ut per Brun. *de cess. bonorum q. 3. n. 14.* Aloys. Ricc. *in d. praxi, resolut. 255. in notab. n. 2.* Marc. Ant. Genuens. *d. c. 3. n. 9.* Carol. de Graff. *d. effectu 7. n. 62.* Squillante *d. c. 10. n. 25.*

Decimus in Clerico convento pro debito dependente ex delicto, vel quasi, ut per Cevall. *commun. contra comm. q. 701. num. 8.* Farin. *d. q. 27. n. 72.* Aloys. Ricc. *in d. praxi, resol. 251.* Gutier. *d. c. 17. n. 13. & seq.* Campan. *d. cap. 10. num. 21. cum seq.* Carol. de Graff. *d. effectu num. 38.* Bellet. *d. §. 2. numer. 9.* quod intelligas quando pœna pecuniaria est applicanda fisco, vel parti in vim pœnæ ad vindictam delicti, & non ad emendam, & reparationem damni, secundùm Gutier. *d. cap. 17. numer. 27.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 3. num. 27.* Marches. *d. cap. 1 §. 1. num. 60. pag. 317.* Squillante *d. cap. 10. à num. 26.* 30

Undecimus ubi Clericus esset debitor alicujus, qui esset pauperior ipso Clerico, ut per Carol. 9. de Graff. *d. effectu 7. n. 55* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 3. n. 14.* Bellet *d. § 2. num. 8.* Squillante *d. cap. 10. num. 40.* ubi post Brun. *d. tract. de cess. bonor. q. 13. 41 quæst. princip.* hoc limitat, quando esset creditor ex causa lucrativa, & non onerosa. Advertit Ciarlin. *d. c. 101. n. 14.* ex Abb. *in d. c. Odoardus, n 9.* & Tibi Salust. *in pract. jud. lib. 1. cap. 33. n. 2.* quod vigore cameralis obligationis non fertur excommunicatio contra pauperem, & impotentem ad solvendum: quod intelligit de æquitate, secus de rigore. 31

Duodecimus in Clerico debitore ratione depositi penes se facti, quia adversus exactionem talis debiti non poterit opponere privilegium illius capitis Mathes *sing. 60. n. 10.* Carol. de Graff. *d. effectu 7. n. 58.* Squillante *d. c. 10. n. 43.* 32

Decimustertius in Clerico hærede, non confecto inventario, ut per Thom. Trivis. *Venet. dec. 8. p. 1.* Aloys. Ricc. *in d. praxi post res. 254. in notab. n. 2.* Squillante *d. c. 10. n. 43.* 33

Decimusquartus de Clerico, qui administravit bona aliena, ut cùm fuerit tutor, vel procurator, & malam reddidisset rationem de administratione, ut per Ferret. *conf. 144. n. 166.* Carol. de Graff. *d. effectu 7. n. 53.* Squillante *d. cap. 10. n. 44.* quicquid dicat Cavalcan. *de tutore n. 522.* 34

Decimusquintus in Clerico perjuro, vel suspecto de fuga, & ubi debitum descenderet ex dolo, ut per Cov. *d. n. 9. vers. verùm si Clericus*, Stephan. Gratian. *d. cap. 222. n. 49.* Farin. *d. q. 27. n. 71. vers. sublimita tertiò*, Beller. *d. §. 2. n. 10.* Ciarlin. *d. c. 101. n. 13.* 35

Decimussextus in Clerico, qui negavit debitum, ut per Gutier. *d. cap. 17. num. 2.* Molin. *d. tr. 2. disp. 571. n. 12.* Aloys. Ric *d. p. 5. collect. 1750. vers. 2. & in d. praxi, resol. 247.* ubi limitat si debitum ipse agnovisset ante sententiam. Marc Anton. Genuens. *d. c. 3. num. 5.* Carol. de Graff. *d. effectu 7. n. 53.* Beller. *d. §. 2. num. 2.* & Cavaler. *decis. 415. n. 2.* dummodò negatio sit judicialis, *arg. text. in l. electio, §. neque, ff. de noxalib. & in l. etate 12. §. fin. ff. de interrog. action.* 36

Decimusseptimus in laico fidejussore Clerici, ut per Guttier. *pract. lib. 5. quæst. ult. n. 70. cum seqq.* Cevall. *commun. contra commun. q. 701. n. 14.* Joan. Baptista Costa *d. remed. 28. n. 8.* Aloys. Ricc. *in d. praxi, resol. 248. & part. 4. dec. 173. n. 8.* Squillant. *d. cap. 10. n. 47.* ubi subdit, quod si Clericus esset fidejussor laici, gauderet utique privilegio dicti capitis *Odoardus.* 37 38

CAPUT

CAPUT XL.

De vita, & honestate Clericorum.

SUMMARIUM.

1 *Divisio materiæ hujus.*
2 *Clerici in majoribus ordinibus constituti, vel Ecclesiasticum obtinentes beneficium, veste talari forma & coloris decentis, ac clericali tonsurâ suo ordini convenienti semper utantur.*
3 *Clerici in minoribus ut fori privilegio gaudeant, tenentur habitum clericalem & tonsuram simul deferre, & non sufficit gestatio habitus, vel corona.*
4 *Clericus prima tonsura beneficiatus ut fori privilegio gaudeat, non tenetur habere requisita Concilii, etiam stante constitutione Sixti V.* de habitu & tonsura.
5 *Tonsura capitis in modum coronæ à temporibus Apostolorum habuit initium.*
6 *Caput olim desuper radebant, & tonsuram capitis in modum coronæ perpetuo deferebant, qui continentiæ votum, aut in Clericatu, aut in Religione emittebant.*
7 *Tonsura Clericorum olim quomodo fiebat, & qualiter hodie fit, ostenditur.*
8 *Tonsuram relaxare interdicitur.*
9 *Clericus, qui comam nutrit, excommunicandus est.*
10 *Comam nutrientes Clerici peccant mortaliter.*
11 *Absolutio sacramentalis Clericis comam nutrientibus negari, vel differri potest.*
12 *Caput Clericorum, quid significet in medio rasum, & in extremitatibus capillatum, ostenditur.*
13 *Barbam nutrire Clericis prohibitum est.*
14 *Tonsuram clericalem, seu capitis coronam qui Clerici deferre teneantur.*
15 *Bigamis tonsuram, & habitum clericalem deferre sub anathematis pœna interdicitur, nisi ex dispensatione Apost. ad sacros Ordines promoveri, aut beneficium Ecclesiasticum consequi mereantur.*
16 Clerici conjugati, nisi sint bigami, tonsuram clericalem cum habitu deferre non prohibentur.
17 *Clericis vestimenta, aut calceamenta, nisi qua Religionem deceant, habere non licet.*
18 *Vestes holosericas, aut pelles pretiosiores Clerici habere non debent.*
19 *Vestes Clericorum sint talares, id est longæ usque ad talos.*
20 *Vestes Clerici decentes illa dicuntur, qua à communi usu, & consuetudine provinciæ, in qua commorantur, reperiuntur admissa.*
21 *Honestas in vestium colore requiritur in Clericis.*
22 Color rubeus permittitur tantùm Cardinalibus, & viridis olim Episcopis.
23 *Annulos in digito deferre Clericis prohibetur, nisi quibus competit ex officio, vel dignitate.*
24 *Capillorum nimius cultus, aut affectata compositio Clericis prohibetur.*
25 *Capillos ita tonsos portare debent Clerici, ut aures pateant.*
26 *Peccatum erit in vestitu cum nimio cultu.*
27 Clerici nec fulgidis, nec sordidis vestibus se arnare debent.
28 *Habitum clericalem non deferentes Clerici, quas pœnas incurrant, ostenditur.*
29 *Habitum clericalem quando teneantur deferre pensionem habentes?*
30 Clerici non tenentur duas vestes longas deferre, quia sufficit ut pallium perveniat ad talos, toga verò tegat genua.
31 *Vestis superior requiritur clericalis, ita ut cooperiat interiorem, quamvis laicalem.*
32 Clericus propter unam habitus dimissionem non debet beneficio, vel fori privilegio privari.
33 Clericus, qui ratione paupertatis habitum proprio ordini congruentem gestare non valuerit, non incurrit pœnas contra Clericos habitum non deferentes comminatas.
34 Clericus, qui non potest propter infirmitatem tonsuram deferre, nullas pœnas incurrit.
35 Clericus, qui propter aliquod verisimile periculum transformari cogeretur, non incurrit pœnas comminatas contra habitum clericalem non non deferentes.
36 Clericus domi suæ, & in occulto habitum dimittens, nullas incurrit pœnas.
37 Clerico itineranti, vel peregrinanti licet vestes breviores habere.
38 Clerici prohibentur cum mulieribus habitare, vel mulieres in habitationes suas recipere, & cum suspectis conversari.
39 Famulas etiam senes habere debent Clerici.
40 *Subintroducta fœmina qua appellentur, ostenditur.*
41 *Mulierum familiaritas diligenter cavenda.*
42 Cœlibatum Sacerdotibus indixit Calixtus Papa.
43 *Missum à Presbytero concubinario nemo audire debet.*
44 Clericos concubinarios in Sacris vitare non tenemur per Extravagantem Ad evitanda, nisi per Judicem fuerint publicati, & denunciati.
45 Clericos publicos concubinarios inducere ad sacramenta administranda, vel Missam celebradam, nulla necessitate cogente, etiam post Extravagantem Ad evitanda, est peccatum mortale.
46 Clerici sodomitæ deponuntur, & in monasterium ad perpetuam pœnitentiam agendam detrudantur.
47 Clerici sodomitæ in Ordinibus ministrantes, vel celebrantes, non fiunt irregulares.
48 Clerici sodomitæ per Constitutionem Pii V. omni privilegio clericali, officio, beneficio, & dignitate privati degradantur, quod in foro exteriori, non autem conscientiæ locum habet.
49 Clerici sodomiam quasi ex usu continuato exercentes, solum includuntur sub Piana constitutione.
50 Clerici soli ad alloquendas fœminas accedere prohibentur.
51 Comessationes, & inhonesta convivia fugere debent Clerici.
52 Episcopus non debet adesse conviviis, nec consentire quod in illis interveniant fabulæ, &c.
53 Convivia honesta in Ecclesia fieri possunt absque peccato, ob multam pluviam, aut Solis æstum.
54 Conviviis honestis, & quæ fiunt gratiâ charitatis & dilectionis, possunt Clerici interesse.
55 Lectio divinarum Scripturarum in omni clericali convivio misceri debet.

56 Cleric

56 *Clerici spectacula, comœdias, fabulas, choreas, & alia his similia vitare tenentur.*
57 *Comœdiis interesse non licet Clericis.*
58 *Comœdiarum impudicarum auctores mortiferi criminis rei sunt.*
59 *Comœdias audire ob solam unam turiositatem, absque periculo probabili lapsus, cessante scandalo, non est peccatum mortale.*
60 *Caput penultimum* de vita & honestate Cleric. *declaratur.*
61 *Choreis, & saltationibus interesse non licet Clericis.*
62 *Taurorum agitationi interesse non debent Clerici in Sacris.*
63 *Mimis, jocularibus, & histrionibus interesse non debent.*
64 *Larvati Clerici incedere non debent.*
65 *Histriones, & hujusmodi, dum comœdias agunt, seu larvati incedunt, se cum habitu Religiosi accommodare non debent, aliàs venirent graviter puniendi.*
66 *Ludere ad aleas, & taxillos non licet Clericis, qui ordine sacro initiati sunt, vel in minoribus constituti, beneficium habeant.*
67 *Ludus, qui consistit in ingenio, aut virtute corporis, Clericis est permissus, si secretò, & in suis ædibus ludant.*
68 *Schaccorum, sive latrunculorum ludus non est Clericis prohibitus, modò ludatur causâ recreationis, & non causâ voluptatis, aut avaritiæ.*
69 *Ludus, qui in ingenio consistit, ac proinde permissus est, non convenit litteratis hominibus.*
70 *Clerici in eorum ludis aliàs eis permissis admixtos laicos habere non debent.*
71 *Cauponas, vel tabernas, nisi longioris itineris causâ ingredi prohibentur Clerici.*
72 *Cauponarum institutio non fuit voluptatis causâ, sed necessitatis.*
73 *Tabernæ dicuntur domus in quibus panes, vinum, & carnes cotta venduntur.*
74 *Tabernas habere Clericis non licet.*
75 *Clerici omnes à crapula, & ebrietate abstinere debent.*
76 *Mala multa ex ebrietate gignuntur.*
77 *Bibere ad potus æquales Clericis est prohibitum.*
78 *Scurrilibus, aut joculatoriis verbis, vel adulationibus, & proditionibus inservire aut vacare Clerici prohibentur.*
79 *Canes, & accipitres ad venandum non licet Clericis habere, si ad voluptatem venati fuerint.*
80 *Venatio in dubio facta præsumitur causâ recreationis.*
81 *Caput* 1. dist. 34. *declaratur.*
82 *Piscari clericis licet, modò diebus, præsertim solemnibus, & non assiduè id exerceant.*
83 *Procurare, advocare, seu patrocinari apud Judicem sæcularem Clericis prohibetur.*
84 *Advocare coram Judice Ecclesiastico Clerici non prohibentur.*
85 *Procurare in quacumque causa, & coram quocumque Judice prohibentur Clerici.*
86 *Advocare in causa propria, vel Ecclesia sua, aut personarum miserabilium Clerici non prohibentur coram Judice sæculari.*
87 *Conjunctorum in causa advocare possunt Clerici coram Judice sæculari, si alium, & idoneum habere non possunt.*
Clericus non solùm suo nomine, sed etiam alieno litigare in curia Romana coram quocunque Judice. Ibidem.
88 *Advocare uno tantùm negotio poterit Clericus coram quocunque Judice, quo expedito, aliud assumere valebit.*
89 *Clericus potest domi suæ conficere Iuris allegationes, ibique consilium etiam in scriptis petentibus dare.*
90 *Advocare possunt Clerici in minoribus, si stipendia non habeant Ecclesiastica.*
91 *Clerici in sacris constituti, si non habeant beneficia Ecclesiastica, aut patrimonium, quibus sustententur, possunt advocare absque aliqua dispensatione.*
92 *Notariatus, seu tabellionatus officium Clericis exercere non licet, præsertim in sæcularibus, aut profanis negotiis, si illi sint in sacris constituti, vel beneficium Ecclesiasticum habeant, ut* num. 93.
94 *Tabellio, seu Notarius potest esse Clericus in causa hæresis.*
95 *Tabellionis, seu Notarii munus coram Papa exercere possunt Clerici.*
96 *Tabellionatus officium in curia Romana exercere possunt Clerici.*
97 *Notariatus officium exercere potest Clericus in aliqua Curia Ecclesiastica, si non habet unde viveret.*
98 *Clericus in minoribus Ordinibus constitutus nullum habens beneficium Ecclesiasticum, potest Tabellionatus, seu Notariatus officium exercere.*
99 *Instrumenta facta per Clericum tabellionem valent interim quod hoc officium ei non interdicitur, prohibitioque transeat in notitiam populi.*
100 *Instrumenta, ac rogationes veteres perficere potest tabellio, qui Clericus est, esto novas recipere nequeat.*
101 *Instrumentum in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis conficere potest Clericus tabellio.*
102 *Notariatus officium exercere valet Clericus ubi adfuerit consuetudo.*
103 *Testificari in causa civili sæculari Clerici sinè permissione Episcopi prohibentur.*
104 *Clerici non admittuntur ad testificandum contra laicum coram Judice sæculari sine licentia Episcopi, & Superioris, nisi tempore pestis.*
105 *Formula licentiæ dandæ per Episcopum clerico, ut deponat coram Judice sæculari.*
106 *Depositio facta per Clericum absque sui prælati licentia in causa civili coram Judice sæculari, valet.*
107 *Clerici testes esse possunt sine licentia superiorum in contractibus & ultimis voluntatibus.*
108 *Testes laicos ad ferendum testimonium veritatis pro Curia Episcopali informatione potest Episcopus sub pœna pecuniaria, & in subsidium citare.*
109 *Judicare in causis civilibus, vel ubi jurisdictionem obtinent, vel ubi sunt arbitri constituti, non prohibentur Clerici.*
110 *Sententiam sanguinis ferre nullatenus possunt Clerici.*
111 *Justiciarii, aut vicecomitis officium non possunt Clerici exercere.*
112 *Vicereges, Vicecomites, aut Locumtenentes Principum sæcularium non possunt esse clerici in sæculari jurisdictione exercenda.*

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

113 *Tutelam, vel curam suscipere, nisi pietatis causâ Clerici, & Regulares non possunt.*
114 *Negotiari, & mercaturam facere lucri causâ non possunt Clerici.*
115 *Negotiari quocunque contractu prohibentur Clerici.*
116 *Possessiones conducere propter cupiditatem non possunt Clerici, nisi necessitas infest.*
117 *Conductori succedere potest Clericus.*
118 *Clerici ementes rem eo animo, ut domi consumant, vel vendentes quæ de rebus suis recollecta fuerint, non dicuntur negotiari.*
119 *Clerici negotiationem exercente, non lucri, sed necessitatis causâ, ut se, suosque alant, non dicuntur negotiari.*
120 *Clericus semel, aut iterum negotians, non peccat mortaliter.*
121 *Clericus an possit negotiari per alium, ostenditur.*
122 *Clericus si emisset pertinentia ad se, suamque familiam, potest vendere quæ supersunt.*
123 *Animalia locare potest Clericus, si habeat ex decimis, vel successione.*
124 *Agros proprios colere potest Clericus.*
125 *Clericus à locis piis terrena in afflictum accipere potest.*
126 *Vinum suum etiam minutim vendere potest Clericus.*
127 *Clerici sua bona patrimonialia, ac beneficiorum excoli facere possunt, animaliaque ad hunc effectum necessaria emere, & vendere valent.*
128 *Clerici in casibus non permissis negotiantes peccant mortaliter, & excommunicari possunt.*
129 *Clerici pro rebus in quibus negotientur tanquam laici, ad vectigalia, & portoria præstanda tenentur.*
130 *Clericus non tenetur tributa solvere antequam ter moneatur, ut mercaturam non exerceat.*
131 *Monitio trina debet præcedere, ut clericus negotiator amittat privilegia.*
132 *Clerici ab omni sordido quæstu, aut ignominioso artificio abstinere debent; quibus vero non suppetit ex Sacerdotio, possunt honesto aliquo artificiolo victum quærere.*
133 *Apostoli laborabunt manibus suis, ne quemquam gravarent.*
134 *Rusticalia opera exercere possunt Clerici.*
135 *Alchimiæ ars clericis prohibetur.*
136 *Studium Medicinæ, & legum civilium Sacerdotibus, vel Curatis, & in dignitate Ecclesiastica constitutis, sicut & Regularibus prohibetur sub pœna excommunicationis.*
137 *Arma portantes Clerici excommunicantur.*
138 *Arma Clericorum sunt Orationes, & lacryma.*
139 *Clerici, si subsit justa causa, possunt arma portare.*
140 *Arma portant clericus prohibita non potest illis spoliari per Judices seculares, contra citatos* num seq.
141 *Clerici qua pro honestate, ac bonis moribus vitare tenentur, ostenditur,* & num. *seq.*

1 SIcut Clerici à laicis privilegiis plurimis discernuntur, ut proximo capite videmus; ita vitæ quoque moribus & honestate eos præcellere debent, quibus vitæ exempla, ac monita præbere teneantur; atque eo maximè, quòd Dei ministri, & evangelica ministeria exercere probantur, quare de vita, & honestate Clericorum libro 6. Decretal. & Clementinis, multa à summis Pontificibus & sacris Conciliis sancita fuerunt, quæ omnia tum in Viennensi, tum in Tridentino Concilio novissimè innovata fuerunt, eaque simul digesta, hisque nonnulla adjecta fuerunt in Constitutione, quam Pius V. Summus Pontifex de cleri Romani reformatione edidit, quâ indicatur Episcopis, quomodo sacrorum Canonum instituta hac specialiter in re debeant observare. Hæc autem omnia circa tria præcipuè versantur: quædam enim ad ornatum corporis, atque vestitum pertinere videntur; quædam verò cohabitationem, & conversationem respiciunt, reliqua in negotiis, & exercitiis Clericorum consistere dignoscuntur. In his ergo breviter pertractandis hunc propositum ordinem prosequemur.

Statutum igitur à Sacris Canonibus inveniter, 2
ut qui in Clericali militia adscribi, ac versari voluerint, & Clericalibus perfrui privilegiis, non pro libito voluntatis, sicut laicis est permissum, vestibus quibuscunque, aut quolibet corporis ornatu utantur, nec cum quibuslvis generibus personarum liberè conversari, aut quæcumque negotia, vel exercitia eis agere liceat, sed non secùs ac Regulares personæ cum certo, ac uniformi habitu incedere, sæculariaque commercia, negotiave vitare omninò teneantur, *c. clerici*, 23. *dist.* Et (ut à primo capite sumamus exordium) statutum est *in cap. clerici, & in cap. fin.* 23. *dist.* ut Clerici omnes, aut qui saltem in majoribus Ordinibus sunt constituti, vel Ecclesiasticum obtinent beneficium, veste talari formæ, & coloris decentis, ac Clericali tonsurâ suo Ordini convenienti semper utantur, & ita, præsertim publicè, incedant: tradunt Pacian. *de probationib. lib. 2. cap. 34. num. 38. & 39.* Guid. Pancir. *var. lect. lib. 1. cap. 21. per tot.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 16. n. 13.* Decian. *tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 96. & 97.* Moscon. *in tract. de majest. Milit. Eccl. p. 2. lib. 1. cap 2. vers. de habitu autem*, Botel. *in sum. omnium dec. tom. 1. tit. 11. de vita & honest. cler. num. 39.* In 3
minotibus verò Ordinibus constituti hodie ad id non astringuntur, nisi Ecclesiasticum beneficium habeant: sed si talari veste uti, & Clericali privilegio gaudere voluerint, etiam Tonsuram deferre tenentur, *cap si verò aliquis, de sentent. excommun.* Ita uti etiam attento Concil. Tridentino *sess. 23. de reform. cap. 6.* teneantur habitum clericalem, & Tonsuram simul deferre, nec sufficit gestatio habitus, vel Coronæ, ex regula legis *hac verba, ff. de verbor. signific.* resolvunt D. Barbosa *in l. Titia, n. 34. vers. ultima conclusio, ff. soluto matr.* Bell. *disquis. cler. part. 1. tit. de favore person. §. 8. num. 7.* Armend. *in addit. ad rec. leg. Nav. lib. 2. tit. 19. de for. comp. num. 13.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Arch. Neapol. dec. 154. p. 4.* Ego ipse *de offic. & pot. Episc. p. 2. alleg. 12. num. 19.*

Hoc autem de habitu Clericali, & Tonsura ad 4
effectum gaudendi fori privilegio, requiritur attentâ dicti Concilii dispositione, in serviente alicui Ecclesiæ, vel Seminario, aut in Schola, vel Universitate de licentia Episcopi versante, non autem in Clerico beneficiato primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum, ex dictione *aut*, quâ utitur dictum Concilium, quæ disjungit secundùm citatos per me *in tract. de dict. usufreq. dict. 46. ex n. 1. secundùm Lugdunens. impress.* Quare ita resolvunt Cler. *in §. fin. q. 36. n. 16. & 19.* Læl. Zech. *de Repub. Eccl. tit. de clericis, vers. ad hoc*, à Ponte *cons. 24. vol. 1.* Fr.

Emm.

Emm. *in ſum. p.1.c.155. col. 2.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.61.n.9. verſ. ſi tamen*, Cut. Philip. *p.3.§.1. n.3. ad fin.* Azeved. *l. 1.n.9. verſ. ſed ſi beneficium, tit.4.lib.1. nova recop.* Carol. de Graſſis *de effect. clerical. effectu 1. n.1195. cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin.p.1. q.8.n.7.* Gonz. *à reg.8. Cancel. gloſſ. 5. §.5. n.6.* Cened. *pract. & can. q.lib.1. q.4. n. 29.* Cevall. *commun. contra commun. q.163. n. 3.* Bobadill. *in ſua politica, lib.2. c.18. n.102. litt. E*, Bellet. *diſq.cleric. p.1. tit. de favore cler. perſonali, §.8. n.7. verſ.diſtinguendo*, Nicol. Grac. *de benefic. p.2.c.2. n.4.* ubi *n.5.* dicit procedere etiam ſtante conſtitutione Sixti V. *de habitu & tonſura.*

5 Sciendum eſt enim primò, quod ſemper fuit hoc in Eccleſia obſervatum à temporibus etiam Apoſtolorum, ut Clerici, & omnes Eccleſiaſticæ perſonæ caput ſuum deſuper raderent, & Tonſuram capitis in modum Coronæ perpetuò deferrent, de cujus rei origine Iſidor. *lib. 2. de Eccleſ. offic. c.4.* diſſerens, inter cætera dicit, Tonſuræ Eccleſiaſticæ uſum à Nazaræis exortum, qui priùs crine ſervato poſt magnam vitæ continentiam caput radebant, & capillos in ignem ſacrificii ponere jubebant. Hujus exempli ulus eſt ab Apoſtolis introductus, ut hi, qui divinis cultibus mancipati Domino conſecrantur, quaſi *Nazarai*, id eſt, *Sancti Dei*, crine præciſo innoventur. Hoc & Nazaræos illos Priſcillam, & Aquilam, in Actibus Apoſt. *cap.18.* primùm feciſſe legimus. Sed & Paulum ipſum cum aliis Diſcipulis votum ſuper ſe habentibus idem feciſſe ſimiliter Apoſtolorum Acta teſtantur *c.21.* & ſic Apoſtolorum inſtitutum eſſe clarè teſtatur Iſidor. *ubi ſup.* quem ſequuntur Bonacin. *de Sacram.diſp.8.q.unic. punct. ult. n.4.* Bellet. *diſquiſ.cler. p.1. tit. de diſcipl. cler. §.17. num.19.* Ego ipſe *d. p.2. alleg.9. num.10.*

6 Fuit enim hic mos eorum, qui continentiæ votum, aut in Clericatu, ſeu in Religione emittebant, taleſque ſancti, ac perfecti habebantur, nude ſuadebant Diſcipuli Apoſtolo Paulo Actor. *dict. c.21.* ut caput raderet, dicentes: *Et ſcient omnes, quia ambulas & ipſe cuſtodiens legem.* Quare & de Juliano apoſtata legitur apud Niceph. *in hiſtoria Eccleſ. lib. 10. cap. 1.* quod amovendæ ſuſpicionis causâ, quam de ſe Conſtantius Imperator, quod idololattriæ inſervitet, conceperat, capite tonſo monachatum fuerat profeſſus. Fiebat autem olim Tonſura hujuſmodi raſo deſuper capite in
7 modum ſphæræ, & inferiùs quoque, ita ut ſola capillorum corona circa caput teſtaret, *cap. prohibemus, cap. pen.13. diſt.* ſicut hodie Monachi & Regulares radere conſueverunt, ut ex ieſdem Jutibus colligitur. Unde in Concil. Tolet. IV. *cap. 40.* reprehenduntur Clerici Hiſpaniæ, quòd modicum tantùm circulum in ſummitate capitis radentes, priſcam (ut diximus) formam dimiſiſſent, quæ ab omnibus Clericis ſervabatur, ut patet *ex dict. cap. prohibete, cum ſeq. & cap.pen.23. diſt. & cap.duo,12. q.1. cap. clerici officia, de vita, & honeſt. cleric. cap. fin. de cleric. conjug. cap.contingit 22. de ſent. excom. cum ſimilib.* ubi ſemper fit mentio de Corona & Tonſura. Hodie verò alius caſus ab Eccleſia generaliter eſt receptus, & corona, vel circulus capillorum à Monachis & Regularibus, & à Romano Pont. defertur, aliorum verò Clericorum tonſura in ſola latitudine ſuperiori diff.rentiam inter Epiſcopos, alioſque Prælatos, & reliquos Clericos inferiores oſtendit, & per hæc eorum confundi videtur diſtinctio, qui inter raſuram, & tonſuram ſphæram clericalem, ac coronam differentiam conſtituabant; hæc enim omnia in Canonibus nihil aliud, quàm prædictam coronam ſecundùm priſcam formam ſignificare videntur; quamvis recentiores Canones *in d. cap. clerici officia*, coronæ nomine pro hodierna tonſura fortè uti poſſent, ſi cauſa fuerat introducta.

Non ſolùm autem tonſuram capitis Clericis præ- 8
cipiunt Canones, verùm etiam relaxare omninò interdicunt *in d. cap. prohibete, cum ſeq. 23. diſtinct.* juxta illud Apoſt. *1. ad Cor.11. Vir ſi comam nutrit, ignominia eſt ei.* Quod tamen hodie propter eos, qui comati incedere ſolent, ſic accipi ſolet, ut non adeò relaxetur, quin aures ſaltem pateant, ſicut in Conſtitutionibus Veronenſis Eccleſiæ exprimitur. Unde Clericum, qui comam nutrit, excommuni- 9
candum eſſe habetur *in cap ſi quis, de vita, & honeſt. cleric.* Sed primus omnium ſub anathematis pœna hoc ipſum prohibuit Ancletus Papa *in d. cap. prohibete*, ut teſtantur Illeſcas *in hiſtor. Pontificali, p.1. lib.1.c.7. & cap.4* Menoch. *de arbit. caſ.392. num.26.* Catol. de Graſſ. *de effectib. cler. effect.37.* Ego ipſe *d. p.2. alleg.9. num.10.* Nam eam nutrientes 10
peccant mortaliter, Sylveſt. *in ſum. verb. Clericus 2. n.1.* Bernard. *in pract. c.70. aliàs 79. in fin. noviſſ. edit.* Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.2. c.39.n.6.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma cler. tonſ. n.32.* Camill. Borel. *in ſum. omn. deciſ. tom.1. tit.11. n.44.* & ideo abſolutionem Sacramentalem 11
Clericis comam nutrientibus negari, vel differri poſſe, tenuerunt Franc. Blanc. *part.1. del memorial, verſ. el nono caſo, fol.13 col. 1.* Navar. *de orat. c.18. n.77.* quod intellige, ſi monitus generaliter, vel ſpecialiter perſeveret; tunc enim propter inobedientiam dignus eſt excommunicari, & peccat mortaliter, ut advertit Sayr. *in clavi Regia, lib. 3. cap.7. num.25.*

Quid autem ſignificet Clericorum caput in me- 12
dio raſum, & in extremitatibus capillatum, ingenioſum etuo reſponſum ex Cælio *lect. antiquar. lib. 18. cap. 38. Capiti*, inquit, *corona ex Romana Eccleſia inſtitutione Regnum præfert, quod in Chriſto expectatur; capillorum verò deciſio temporalium indicat bonorum depoſitionem.* Quaſi diceret, ſciant Sacerdotes, ſe in capitis ſphæra Regni coronam, & globoſam totius Orbis figuram geſtare, quam ſibi ea divina promiſſione conſtitutam agnoſcant, ſi ſuis plenè muneribus ſatisfaciant, & divinæ legis obſervantiam ad amuſſim colant. Et quemadmodum olim ſponſi ad nuptias coronati ducebantur in conjugalis caſtitatis argumentum: ita Sacerdotes novi Eccleſiæ ſponſi coronantur, ut ipſi Eccleſiæ datam caſtitatis fidem obſervent. Ita eleganter Illuſtriſſimus D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. prohibete, num. 3.*

Sed & barbam nutrire Clericis prohibitum eſt 13
in cap. clericus, de vita & honeſt. cleric. Clericus, inquit, *comam non nutriat, nec barbam.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.79. verſ. & non ſolùm, in noviſſ. edit.* Verùm reperimus textum illum in vetuſtis exemplaribus Concilii Carthag. IV. *cap. 44.* ex quo deſumitur, aliter ſe habere; legitur enim, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat:* quæ ultima dictio in vulgaribus exemplaribus non habetur, ut advertunt Andr. ab Exea *in rub. de conſtit.n.61.* & Salzed. *loco proximè citato:* antiquiot verò hæc lectio inde probabiliot videtur, quòd in Conſtitutionibus Apoſtolicis apud Clement. *lib. 1. cap.4.* ſic legitur: *Nec verò licet barbam pilis corrumpere, neque hominis figuram præter naturam mutare,*

juxta illud divinæ legis, Deuter. 22. & Levit. 16. & 21. *non incidetis superficiem barbæ vestræ, hoc enim mulieribus decens Creator Deus statuit, viris indecorum esse judicavit* Quam legem sequutus videtur B. Franciscus, & alii nonnulli Regulares. Quia verò lex quoque, vel consuetudo contraria non improbatur, quin potiùs aliis de causis approbari videtur, ita quod res potius videatur indifferens propterea alii Religionum institutores hanc contrariam elegerunt, & nonnullæ Ecclesiæ vulgatæ Canonum editioni adhærentes barbam radere instituerunt. Sed Pius V. Summus Pontifex in ea Constitutione, quam de Cleri Romani reformatione edidisse diximus, hac in re mediam quodammodo viam sequutus, statuit ut Presbyteri à superiori labro barbam ita tondeant, ne Corporis & Sanguinis Domini Sacramentum sumentibus impedimentum afferat, quod Romæ, & in multis Orbis partibus observari testantur Navar. *in man. c.* 25. *n.* 110. Menoch. *de arbitr. casu* 392. *n.* 27. Joan. Pier. *in speciali tract. de barbis à Sacerdotibus portandis.*

14 Nunc ad praxim devenientes Tonsuram quidem clericalem, seu capitis Coronam non omnes Clerici deferre tenentur, nec omnibus eam deferre permissum est: Clerici enim in minoribus tantùm Ordinibus constituti, nisi Ecclesiasticum beneficium habeant, aut habitum clericalem velint deferre, Tonsuram habere non coguntur, ut *suprà* etiam diximus, quod tantùm de conjugatis est intelligendum, seu idem quoque est, etsi conjugati non fuerint, *c. fin. de clerico conjug.*

15 Bigamis verò Tonsuram, & habitum Clericalem deferre Bonifacius VIII. *in c. unic. de bigam in* 6. sub anathematis pœna interdixit, nisi ex dispensatione Apostolica ad sacros Ordines promoveri,

16 aut Ecclesiasticum beneficium consequi mereantur: conjugati verò, nisi sint bigami, eam deferre cum habitu non prohibentur, *cap. clericus, il* 1. *de vita & honest. cleric. c. unic. de cleric. conjug. in* 6. imò secundùm probabilem sententiam ad id tenentur, si hoc habeat loci consuetudo; quia etiam Clericus conjugatus habitum clericalem de consuetudine minimè portans, clericali privilegio gaudet, ut probat textus *in cap. Ioannes, de cleric. conjug.* & resolvit Burg. de Paz. *cons.* 22. *num.* 6. (secundumea tamen quæ ex Trid. Concil. *cap. proximo* diximus.

17 De habitu autem, seu vestitu Clericorum mentio fit *in d. c. Clerici*, 23. *dist. c. fin.* 41. *dist. &* 21. *q.* 4. *per tot. c. clerici officia, de vita & honest. cleric. c. quoniam, eod. tit.* Conc. Trid. *sess.* 14. *de refor. c.* 6. ex quibus colligitur, quod Clericis vestimenta, aut calceamenta, nisi quæ Religionem deceant, uti aut habere non licet; quia, ut inquit Anicetus Papa *in epist.* sicut discreti debent esse in conversatione,

18 ita & in omni habitu apparere tenentur. Specialiter autem prohibetur, & præcipuè in Præfata Pii V. Constitutione secundùm auctoritatem antiquorum Canonum, ne Clerici vestes holosericas, aut pelles pretiosiores habeant, sed à variis quoque laicorum consuetudinibus induendi, atque odoramentis abstineant, neve personati incedant, nec arma deferant,

19 *c. quicunque ex clero*, 33. *q.* 8 Vestes autem eorum sint talares, id est longæ usque ad talos, ut insinuat Constitutio Sexti V. *de qua infrà*: de reliquis autem certus habitus in Jure stabilitus non reperitur,

20 ut testatur Gloss. penultima *in Clem.* 1. *de elect.* nisi quod nimia brevitas, & longitudo reprobatur *in c. Clerici officia, penult. de vita & honest. cleric.* & ideo eas vestes dicemus Clericis dicentes, quæ à communi usu, & consuetudine provinciæ, in qua commorantur, reperiuntur admissæ, Gloss. *in cap. si quis virorum*, 20. *dist.* Gloss. *vers. de curatis, in d. c. clerici, pen. de vita, & honest. cleric. & vers. sacularis, in d. Clem.* 1. *de elect.* Cardin. *in Clement.* 2. *ad fin. de vita & honest. cler.* Roland. *cons.* 4. *n.* 27. *lib.* 1. Cov. *pract. cap.* 32. *sub n.* 7. *vers. quarò illud est observandum*, Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 8. *n.* 69. Suar. de Paz *in practica, tom.* 2. *pralud.* 2. *num.* 7. Ricciul. *de jure personarum lib.* 7. *c.* 6. *n.* 1. Anton. Novar. *in sum. Bullar. titul. de habitu cleric.* Ciarlin. *controvers. forens. c.* 20. Boët. Epo *in comment. ad d. c. clerici officia, n.* 42. *cum seqq.* plures, quos refero Ego ipse *d. p.* 2. *alleg.* 9. *n.* 2. & suprà *hoc lib. c.* 39. §. 2. *n.* 23. *cum seqq.*

Requiritur præterea honestas in vestium colore; viridem enim, aut rubrum expressè improbat textus *in d. c. pen. vers. pœnis, & in d. Clem.* 2. *in fin. eod. tit.* ubi à pincipio Clemens V. multa de hac vestium honestate tradit, & ne Clerici virgata, & partitâ veste utantur, de qua latè Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 78. *in noviss. edit.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 11. *n.* 7. latè Steph. Vveyms *ad constit.* 24. *ex antiquo Jure desumptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit.* 8. *n.* 6. ubi *n.* 9. quæ vestes dicantur virgatæ, & quæ partitæ: rubeus enim color permittitur tantùm Cardinalibus, & viridis solùm Episcopis, secundùm Menoch. *de arbitr. casu* 392. *num.* 12. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 34 *n.* 39. Scacc. *de judic. p.* 1. *c.* 12. *n.* 85. & 89. quos refert Carol. de Grass. *de effectibus clerical. in pralud. n.* 272. Similiter alia ornamenta, aut aliud indecens in vestibus, & in equitaturis, & calcaria deaurata eis interdicentur, prout etiam illis prohibetur deferre annulos in digito, nisi quibus competit ex officio, vel dignitate, *d. c. pen.* Beller. *disquis. clerical. p* 1. *tit. de discipl. cleric* §. 16. *n.* 22. Carol. de Grass. *de effectibus clerical. effectu* 41. *n.* 1. ubi *n.* 2. subdit posse Doctores, vel in aliqua Ecclesiastica dignitate constitutos in suis manibus annulos deferre. 23

Sed & crinium, seu capillorum nimius cultus, aut affectata compositio eis prohibetur, sicut inquit Hieron. de custodia virginitatis ad Eustochium scribens. *Sunt*, inquit, *quidam mei ordinis, quibus omnis cura est in vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non palleat, crines calamistri vestigio rotantur, digiti annulis radiant, & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia: tales cùm videris sponsos magis existimato, quam Clericos.* Nam Clericos debere portare capillos ita tonsos, ut aures pateant, per textum *in c. non liceat* 32. *dist.* 32. notat Greg. Lop. *l.* 39. *glos. 7. tit.* 3. *part.* 1. quem refert Illustrissimus D. meus Rodetic. à Cunha *in comment. ad d. c. non liceat, n.* 4. esset enim peccatum in vestitu nimio cultu uti, ut scribit S. Greg. *homil. ult Quadrag.* his verbis: *Sunt nonnulli, qui cultum subtilium, pretiosarumque vestium non putent esse peccatum: quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives, qui torquetur apud inferos, bysso & purpurâ indutus fuisset.* Laudandus quippe est decor, & competens vestium ornamentum, quæ morum manifestissima solent esse signa: inquit enim Ambros. *lib.* 1. *offic. Decor corporis non sit affectatus, sed naturaliter simplex, neglectus magis, quam exquisitus: non præcisis, aut albentibus indutus sit clericus vestimentis, sed communibus, ut honestari & necessitati nihil desit, nihil accedat nitoris.* Debent tamen Clerici nec fulgidis, nec sordidis vestibus se ornare: sed inter utrumque, 24 25 26

utrumque medium quoddam eſt capiendum, quod eleganter deſcribit Hieronym. *epiſt. 2. ad Nepotian. c. 11. Veſtes pullas aquè devita ut candidas, ornatus & ſordes parimodo fugienda ſunt, quia alterum deliciæ, alterum gloriam redolet. Forma veſtium*, inquit Bernard. *de conſid. lib. 8. c. 11. deformitatis mentium, & morum indicium eſt: quid ſibi vult quod clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? Nempe habitu milites, quaſtu clericos, actu neutrum exhibent: nam neque pugnant ut milites, nec ut Clerici evangelizant.*

[28 Contra non deferentes habitum clericalem, ſtatuit Conc. Trid. *ſeſſ. 14. de reform. cap. 6.* quod ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentem, & juxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandarum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, proventibus ipſorum beneficiorum, necnon ſi ſemel correcti donò in hoc deliquerint, etiam per privationem beneficiorum hujuſmodi coërceri poſſint, & debeant. Poſtmodum verò contra non deferentes habitum clericalem emanavit Conſtitutio Sixti V. quæ incipit, *Cum ſacroſanctam*, ſub dit. 5. idus Jan. anno 1588. in Bullario novo *tom. 2. pag. 653.* ubi Clericos uti milites, qui in militari non incederint, mandatiſque ſuper id editis ſub certo termino non obedierint, præter alias pœnas contra eos inflictas, ſine ulla alia monitione ipſo facto privatos declarat quibuſcunque Dignitatibus, adminiſtrationibus, Officiis, Canonicatibus, & Præbendis, ac beneficiis, etiam ſimplicibus, & Præſtimoniis, per eorum quemlibet in titulum commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, necnon penſionibus & fructibus, ac prædiis, boniſque Eccleſiaſticis hujuſmodi quocunque modo eis reſervatis, vel reſervandis, omnique jure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti. Hujus Conſtitutionis meminit Gonzalez *de reg. 8. Canc.*
29 *gloſſ. 15. n. 56.* Deinde idem Sixtus V. per aliam ſuam Conſtitutionem quæ incipit *Paſtoralis*, ſub dat. pridie Kal. Febr. ejuſdem anni 1588. declaravit, habitum clericalem non teneri deferre clericos non recipientes penſionem, fructus, aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica ſibi in una, vel pluribus vicibus reſervata, & conceſſa, ſummam ſeu valorem annuum ſexaginta ducatorum auri de Camera inſimul non excedentes, ſeu excedentia. Et inſuper declarat, non teneri in habitu & tonſura clericali incedere inſervientes Palatio Apoſtolico in inferioribus miniſteriis, ut ſunt parafredarii, credentiarii & ſimiles, qui penſiones, aut fructus, bonave Eccleſiaſtica loco penſionum uſque ad quamcunque ſummam & valorem percipiunt. Declarat etiam eos Clericos, aut milites, quibus penſiones, aut fructus, bonave, aut prædia Eccleſiaſtica ad quamcunque ſummam reſervata, aut reſervari conceſſa ſunt, non aliter ad gerendum militarem habitum teneri, poſtquam penſiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quominus exigant, vel percipiant. Quarum Conſtitutionum tenorem refetunt Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. habitus clericalis, in princ.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. n. 13. pag. 129. & 130.*

30 Declara ſupradictas Conſtitutiones minimè requirere duas veſtes longas in Clerico, ut ex Vival. receptum dicit Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 1. n. 23.* quia ſufficit quod pallium perveniat ad talos, toga verò tegat genua, ut benè reſolvunt Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 3. c. 3. num. 3.* Vivald. *in candel. aureo, p. 3. ad finem explicat. Bulla Sixti V. de habitu & tonſura, n. 9. verſ. quarta aſſertio*, Petr. de 31
Ledeſma *in ſum. part. 2. tractatu 7. prope 14. concl. circa fin.* nam veſtis ſuperior requiritur clericalis, ita ut cooperiat interiorem, quamvis laicalem, prout ex Franch. & Scacc. reſolvit Carol. de Graſſis *de effectib. cler. effectu 1. n. 1186.* Multis tamen modis præfatæ Sixti V. Conſtitutiones reſtringuntur, earumque pœnæ locum non habent, ut in ſequentibus limitationibus.

Primò in Clerico, qui ſemel habitum dimiſit; 32
is enim propter unam habitus dimiſſionem non debet beneficio, vel fori privilegio privari, quia in eiſdem Conſtitutionibus requiritur, ut tantum perſeveret, quod publicè pro laico exiſtimetur. Ita Farin. *in praxi crim. q. 8. num. 68.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. n. 14. verſ. excuſaretur*, Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſum. Bullarii, verb. habitus clericalis*, Aloyſ. Ricc. *in coll. deciſ. p. 4. coll. 956. limit. 3.* Ugol. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, c. 12. §. 6. num. 3.*

Secundò in Clerico, qui ratione paupertatis ha- 33
bitum proprio ordini congruentem geſtare non valuerit. Ita Ugol. *d. cap. 12. n. 3. verſ. 5.* Aloyſ. Ricc. *d. collect. 956. limit. 2.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. num. 1175.* Zypeus *in analyt. poſtremi juris Eccleſ. enarrat. lib. 3. tit. de vita & honeſt. cler. n. 7.* Decian. *tr. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9.* ubi explicat quando Clericus eſſet ita pauper, ut non poſſet propter paupertatem alias veſtes invenire, niſi laicales ſibi donatas.

Tertiò in Clerico, qui non poteſt propter infir- 34
mitatem tonſuram deferre. Capella Tholoſ. *dec. 104.* Thom. Actius *tr. de infr. p. 2. in verb. clerici, n. 12.* Zipus *ubi ſuprà*, Ugol. *d. c. 12. n. 3. verſ. quoad tonſuram*, Bellet. *d. tit. de diſc. cler. §. 17. n. 9.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. num. 1171.* Aloyſ. Ricc. *ubi ſup. limit. 1.*

Quartò in Clerico, qui propter aliquod veriſi- 35
mile periculum transformari cogeretur. Ita Rub. *dec. 61. p. 2.* Piaſec. *d. cap. 3. n. 14. verſ. excuſaretur*, Zipæus *d. loco, n. 7.* Aloyſ. Ricc. *ubi ſup. limit. 4.*

Quintò in Clerico, qui domi ſuæ, & in occulto 36
habitum dimittit, quia dicta Clementina 2. loquitur de deferente publicè alienas veſtes: ergo ſecus ſi occultè: tum quia iſte talis non dimittit habitum ne deferat, ſed ut paulò poſt aſſumat, quo caſu non dicitur dimiſiſſe, ſicut etiam abeſſe non dicitur, qui ſtatim eſt reverſurus, *l. poſtliminium, §. captivis, & l. nihil. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* cum traditis per Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloſſ. 43. n. 5.* Ita in propoſito hanc opinionem tenet Ugol. *d. c. 12. n. 3. verſ. 2.*

Sexto in Clerico itinetante, vel peregrinante, 37
cui tunc licitum eſt habere veſtes breviores, *c. Epiſcopi, 11. q. 4.* Add. *ad Cappel. Tholoſ. q. 256.* & ita Sacra congr. Cardinalium negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum reſcripſit Archiepiſcopo Ulyſbonenſi ſub die 18. Octobris 1589. Bellet. *d. tit. de diſcip. clericali, §. 16. n. 14.* ubi *n. 15.* ſubdit licitum eſſe habitum mutare, ac etiam deponere, ſi ex delatione habitus clericalis juſta eſſet cauſa timoris, per *dict. Clem. 2. verſ. niſi cauſa rationabili*, & citat Hier. de Laur. *Avenion. dec. 125. n. 9.* Jac. Maſſul. *in addit. ad Capyc. dec. 181. in fine*, Carol. de Graſſ. *d. effectu 1. num. 1174.* Et hæc de primo capite dicta ſint ſatis.

Quod ad ſecundum verò pertinet, prohibentur 38
Clerici cum mulieribus habitare, vel mulieres in habitationes ſuas recipere, & retinere, concubinas habere, & cum ſuſpectis fœminis converſari, *cap. præter hoc, cap. interdixit, cum ſeq. 32. diſt. c. 1. cum ſeq. 34. diſt. cap. clericorum, de vita & hon. cler. &*

per tot. tit. de cohab. cler. & mul. Conc. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 14.* Camp. *in diverf. Iuris Can. rub. 4. n. 45.* Navar. *in man. cap. 25. num. 109.* Avend. *lib. 2. Prator. cap 27. n. 9.* Azeved. *l. 1. n. 78. tit. 19. lib. 8. nova Recopil.* Menoch. *de præsumpt. lib. 7. præs. 17. ex num. 1.* Crespet. *in sum Catholicæ Fidei, verb. clerici, §. clericis mulierum contubernium, & verb. mulier, in princip.* Galgan. *de jure publico lib. 3. tit. 7. ex num. 29.* Squillante *de obligat. Cler. p. 2. n. 48.* Gutier. *can. lib. 2. c. 27.* Bellet. *disquis. cler. p. 1. tit. de discip. cler. §. 25.* Carol. de Grassis *de effect. cler. effectu 26.* Emman. de Valle *de exsalmis & incant. sect. 2. n. 16. & à n. 25.* Joan. Baptista Finus *de reg. jur. homil. 22. vers. adde*, ubi ex sanctis Patribus ostendit fœminarum consortium quatenus à vitis spiritualibus fugiendum.

39 Conquerente apud Sactam Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum Presbytero Jacobo Sanctissimo in sexagesimo ætatis suæ anno constituto, Episcopum Senogalliensem ut famulam ætatis quadraginta annorum removeat, sibi injunxisse, eandem Sactam Congreg. supplicavit, ut Oratorem hac de causa molestari minimè permittat. Sacra verò Congr. die 15. Februarii 1619. eundem Jacobum patère debere respondit. Idem censuit *in una Ferrar.* die 7. Junii ejusdem anni contra Presbyterum Joannem Baptistam Rebellum annorum LXIV. & ejus famulam annorum LXVI.

Quænam fœminæ fuerint, quæ subintroductæ
40 appellantur *in d. cap. interdixit*, & alibi, dubium esse potetit. Certius est hoc genus mulierum malæ suspicionis fuisse, non quòd tunc essent concubinæ, aut meretrices, sed quòd in puellari ætate vitis in cohabitationem tanquam sorores admittebantur, ex earumque consortio nihil non mali timeri poterat. Unde meritò Conc. Nicænum consortium talium mulierum Clericis interdixit, ut probant Cov. *de sponsa. p. 2. c. 8. §. 4. n. 5.* latè Vasq. *de ordine, disp. 247. c. 4. n. 42. cum seqq.* licèt Archid. *in c. nullus, 32. dist.* existimet subintroductam mulierem esse, quæ respectu alicujus domestici officii domi cohabitabat. At Anast. Germ. *lib. 2. animadversionum, c. 15. ad fin.* affirmat introductitiam mulierem esse, quæ libidinis causâ intus retinetur, hoc est, non in luce, & oculis civium, sed intus in domo habetur, juxta illud Cic. ad Atticum : *Jam verò, ô Dii boni, rem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt.*

41 Si olim in lege antiqua Sacerdotibus, & Levitis, qui carnalibus tantùm Sactificiis ministrabant præcipiebatur, ut tempore vitæ suæ ab uxoribus & domicilio separati essent, *multò magis*, inquit Syric. Pont. *in epist. 1. cap. 7.* & Innoc. I. *in epist. 2. cap. 9.* & habetur *in cap. 2. dist. 82. oportet Christi ministros aliud certè quàm vitulos offerentes, & quos semper ad hoc paratos esse decet, ab uxoribus & fœminis continere.* Unde & B. Hieron. *epist. ad Oceanum*, ait : *Quid tibi rever à cum fœminis, quid ad Altare cum Domino fabularis?* Et paulò infrà : *Non potest*, inquit, *toto corde cum Domino ambulare, qui fœminarum accessibus copulatur.* Quare mulierum familiaritatem diligenter cavendam præclaris sanctissimorum hominum factis edocemur S. Thom. Aquinas Angelicus Doctor, ut est in Romano officio, & ejus vita, 7. Martii apud Sutium, in gravi castitatis certamine quadam cum tentante mulierculâ, victor evasit, & posteà ante Crucis signum genibus orans, ibique somno correptus, per quietem sentire visus est sibi ab Angelis constringi lumbos, quo ex tempore omni libidinis sensu caruit. Refert S. Ant. *p. 4. tit. 13. cap. 3. §. 1.* accusatum apud Jordanum Religiosum de contactu fœminæ manu, excusasse, se, quòd pia esset. Cui B. Jordanus : *Bona*, inquit, *terra est, bona & aqua, si verò commisceantur, putre lutum efficitur. Fugite*, ait Paul. 1. *ad Corinth. 6. fornicationem.* Unde S. Augustinus *serm. 2. Dominica 25. post Trinit. qui est 250. c. 1. Quod libidinem*, inquit, *fugiendam esse suggerimus, apostolus Paulus evidenter ostendit, qui cùm omnibus vitiis prædicaverit resistendum, dum contra libidinem loqueretur, non dixit, resistite, sed fugite fornicationem, &c. sic contra reliqua vitia Deo auxiliante debemus in præsenti resistere, libidinem verò fugiendo superare. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. Nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Unde fratres charissimi, ab omnibus Christianis, præcipuè tamen Clericis, sive Monachis, indigna & inhonesta familiaritas fugienda est, quia sine ulla dubitatione, qui familiaritatem non vult vitare suspectam, citò dilabitur in ruinam. Inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria : gravem castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur.* Quaptopter præter ea quæ aliàs vidimus, plura hac de re à sactis Canonibus constituta fuerunt.

Primò igitur Calixtus Papa cœlibatum Sacerdo- 42
tibus indixit, ut refert Niceph. *historia Eccl. lib. 8. c. 19. & lib. 12. c. 34.* & idem post eum Syricius, & meminit Innocentius I. *in c. proposuisti, 82. dist.* & vidimus *suprà, hoc lib. c. 35. & 37.*

Secundò Nicolaus II. & Alexander etiam II. *in* 43
c. nullus, cum seq. 32. dist. statuerunt neminem debere Missam à Presbytero concubinario audire, quod ex his juribus colligunt Cov. *in c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 10.* Pelaez *in repet. c. Missas, de consec. dist. 1. n. 198. cum seqq.* Navar. *in cap. 1. §. laboret, de pœnit. dist. 6. n. 10.* Gutier. *Can. lib. 1. cap. 1. n. 44. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 7. q. 16. & p. 2. lib. 6. c. 7. q. 5.* Paul. Comit. *responsa. moral. lib. 1. q. 57. n. 8.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 118. n. 59.*

Verùm licèt olim, jure communi attento, *in d. c.* 44
nullus, & seqq. ac c. ult. de cohabit. cler. & mul. teneremur vitare Clericos concubinarios, seu fornicarios notorios per sententiam, aut confessionem in judicio factam, aut per operis evidentiam, seu notorietatem facti ; hodie tamen per Extravagantem *Ad evitanda scandala*, Martini V. quæ postea in Conc. Basileensi renovata est *sess. 20.* decimo Kal. Februarii 1435. seclusâ consuetudine non tenemur eos etiam in Sacris vitare, nisi per judicem fuerint publicati & denunciati, ut tradunt Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 81. sub n. 6.* Hentiq. *in sum. lib. 13. cap. 5. §. 3.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. tract. de Eucharistia Sacramento, c. 28. circa fin.* Spin. *in Speculo testam. gl. 3. princ. n. 43.* Gutier. *can. lib. 2. c. 7. n. 83.* Azeved. *l. 1. n. 65. tit. 15. lib. 8. nova recop.* Azor. *d. lib. 7. c. 7. q. 16.* Sayr. *de cens. lib. 2. cap. 12. n. 20.* Suar. *tom. 5. disp. 31. sect. 4. n. 16.* & latiùs *tom. 3. de sac. disp. 82. sect. 2. & disp. 88. sect. ult. vers. ultimum caput excusationis*, Paul. Comit. *d. lib. 1. q. 57. n. 15.* Bonac. *de sacr. disp. 4. q. ult. punct. 12. n. 1. vers. utrum*, Fag. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 2. c. 5. ex n. 42.* Nic. Garc. *de benef. p. 7. c. 14. à n. 16.* ubi cum Nav. Val. Henr. Vega, Tol. Avila, & aliis resolvit dictam Extravag. *Ad evitanda*, non esse usu receptam, cum exceptione de notorio excommunicato, juxta litteram Concilii Basileensis, sed cum sola exceptione de notorio Clerici

percussore

percuſſore. Advertit Comitol. *d. lib. 3. q. 57. num. 14.* quod etiam poſt dictam extravagantem Martini V. nulla ſuadente neceſſitate publicos inducere concubinarios ad Sacramenta miniſtranda, aut ad Miſſam celebrandam, nemo ſine mortifera culpa poteſt, cùm ſit contra jus naturale quempiam inducere ad peccandum.

46 Tertiò contra Clericos crimen nefandum incontinentiæ committentes canonem edidit Innocentius III. *in Lateranenſi Conc.* prout refertur *in c. Clerici, de exceſſ. Prælat.* quo jubet eos deponi, & in monaſteria ad perpetuam pœnitentiam agendam detrudi: tradunt Duen. *reg. 101. limit. ult.* Bermond. *de publicis concub. tit. de peccato Sodomia, n. 36.* Camp. *in diverſ. Iuris Canon. rubr. 11. c. 22. n. 7. & 10. verſ. ſunt præterea*: noviſſimè D. Mar. Cutell. *de priſca ac recenti Eccleſiæ libertate, p. 1. q. 2. à num. 5.* Marchin. *de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 8. c. 4. n. 19.* Anſald. *de juriſdict. p. 4. tit. 1. c. 2. num. 14.* Quare ſi in Ordinibus
47 miniſtrare, vel celebrare audeant, irregulares fieri à ſolo Papa diſpenſandos opinati ſunt Foller. *in praxi criminalis canon. p. 6. c. 6. 37. n. 11.* Clar. *§. ſodomia, n. 5.* Lambert. *de jurepatron. p. 1. lib. 2. q. 2. art. 18. n. 4.* Cov. *in Clem. ſi furioſus, p. 1. §. 1. n. 6.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 687. num. 16. p. 2.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 86.* Verùm hæc reſolutio impugnatur ab Aret. *in c. cùm non ab homine, de judic.* eumque multis additis rationibus ſequitur Navar. *in man. c. 27. n. 249.* & eſt recepta opinio apud recentiores, quam etiam tuentur Sayr. *de cenſur. lib. 7. c. 12. num. 22.* Valent. *tom. 4. diſput. 7. q. 19. punct. 3. circa fin.* Henriq. *in ſum. lib. 3. c. 36. §. 1. in commento litt. M, & lib. 14. cap. 5. §. 1. litt. F,* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 18. art. 2.* Suar. *d. tom. 5. diſp. 31. ſect. 4. num. 28.* Aldret. *de relig. diſcip. tuenda, lib. 2. c. 15. n. 54.* Floron. *de caſib. reſervat. p. 2. caſu 7. §. 1. n. 7.* Finell. *in ſimili tract. caſu 7. n. 6.* me citato Diana *reſol. moral. p. 2. tract. 3. miſcel. reſol. 69.* Campan. *d. c. 22. num. 9.* ubi *n. 10.* refert ſe vidiſſe quandam apoſtillam ſcriptam manu Cardinalis Lutii Saxi, cùm regens ſummi Prætorii Pœnitentiariæ erat, qui in manuali Navarri *loco proximè citato*, poſt illa verba, *ſed ſolùm exercentem*, quibus ait non omnem Clericum ſodomitam fieri irregularem vigore Conſtitutionis Pii V. de qua infrà, ſed exercentem tantùm, addit hæc formalia verba, *nec exercentem, prout aliàs idem Sanctiſſimus, D. N. dixit: at verò facto verbo in ſignatura, id eſt Pœnitentiaria, tenuit Pater Toletus negativam.*

48 Rigidiùs cum ſodomitis procedendum duxit Pius V. in ſua Conſtitutione incipiente, *Horrendum ſcelus*, de anno 1598. ſub dat. Romæ die 3. Septembris, per quàm omni privilegio clericali, officio, beneficio, & dignitate privati degradantur, ac brachio ſæculari traduntur, in illis verbis, ibi: *Omnes, & quoſcunque presbyteros, & alios Clericos ſæculares & Regulares cujuſcunque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis Canonis auctoritate privamus, ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, Poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de eis illud capiat ſupplicium, quod in laicos in exercitio devolutos legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum.* Refero ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 46. n. 21.* & noviſſimè Joan. Ant. Novar. *in ſum. Bullar. tit. de Sodomia, ſuper Bulla Pii V. pag. 565. cum ſeqq.* Anſeld. *de juriſd. p. 4. tit. 5. cap. 2. n. 15.* Quæ quidem Piana Conſtitutio tantùm pertinet ad forum exterius, ſicut tenet Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 2. cap. 90. n. 4. & 5.* nam in foro Conſcientiæ uſu receptam non eſſe, reſolvunt Avila *de cenſur. p. 7. diſput. 4. dub. 7. concl. 7. in fine*, Filliuci *de caſib. reſervat. p. 2. c. 7. §. 1. n. 8.* Belloch. *in praxi de caſibus reſervat. p. 2. q. 1. n. 221.* Diana *d. tract. 3. miſcel. reſol. 61.* Nec ſub illa includuntur quilibet ſodomitæ, ſed ſolùm exercentes, illi ſcilicet, qui quaſi ex uſu continuato id exercent, ut poſt Nav. & alios reſolvunt Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 1. q. 30. art. 19.* Sayr. *de cenſur. lib. 7. c. 12. n. 23.* Avila *eod. tract. part. 7. diſput. 4. dub. 7.* Henriq. *lib. 13. c. 16. in commento litt. N, & lib. 14. cap. 5 litt. F,* Petr de Ledeſma *in ſum. p. 2. tract. 27. c. 5 concl. 4.* Mart. *de juriſdict. p. 2. cap. 16.* Suar. *d. tom. 5. de cenſur. diſput. 31. ſect 4. n. 20.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſc. Neapolitani, c. 67.* Belloch. *in praxi de caſibus reſervat. q. 2. p. 1. n. 217.* Homobon. *de caſib. reſerv. p. 1. c. 4 ſect. 5.* Floron. *in ſimili tract. p. 2. caſu 7. §. 1. n. 9.* Finell. *eod. tract. caſu 9. num. 6.* Emman. dè Valle *de incant. & enſalm. ſect. 3. cap. 1. n. 21.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 10. n. 198.* Squillante *de oblig. cler. p. 4. n. 86.* Aldret. *d. c. 15. §. 5. n. 26.* Azor. *inſt. moral. p. 2. lib. 7. c. 18. q. 3.* Campan. *d. c. 22. n. 11.* Coriolan *in tract. de caſib. reſer. p. 2. caſu 9. §. 10. n. 25.* Filliuc *tom. 1. tract. 17. c. 7. num. 127.* Diana *d. tract. 3. miſcel reſol. 65.* Joan. Anton. Novar. *d. tit. de Sodomia, n. 9* Ricc. *reſol. 58. n. 1. p. 3. & deciſ. 145. p. 4.*

Contra Joan. Vela *de pœn. delict. c. 33. verſ. hodie* 49
autem, Salzed. *ad Bernard. in pract. Canon. cap. 89. litt. D, verſ. unum tamen.* Cevall. *commun. contra communes, q. 248. ſub n. 4.* Flav. Cherubin. *in compendio Bullarii, conſtit. 72. Pii V. ſchol. 2.* exiſtimantes Clericum, qui unicum crimen tantùm ſodomiæ commiſit, pœnâ dictæ conſtitutionis Pii V puniendum eſſe. An in peccato Sodomiæ pœnitens teneatur explicare ſe fuiſſe patientem? Negativè reſpondent Zambell. *in repet. morali, verb. abſolutio, num. 43.* Hieron. Ghilin. *in ſum. verb. circumſtantia peccatorum, n. 10.* Diana *moral. reſol. p. 3. tract. 4. reſol. 159. & p. 5. tract. 14. reſolut. 56.* Cætera, quæ circa hanc materiam hìc deſiderari poſſunt, vide *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 46. & in collect. ad a. c. Clerici, de exceſſ. Prælat.* & latè Anton. Novar. *d. tit. de Sodomia*, Boët. Epo *in comment. ad c. ut clericorum, à num. 1. de vita, & honeſt. cler.* ubi quod in eo textu, ſicut *in d. c. clerici*, filios diffidentiæ propterea Pontifex videtur appellare nefandis & innaturalibus involutos libidinibus, quòd plerique tales ob criminis horrorem, vel in deſperationem labantur, vel difficillimè ſoleant ad Chriſtianam, condignamque pœnitentiam commoveri, vel ægerrimè ſuis è ſordibus conſuetis, & ex profundiſſimis earum voraginibus emergere.

Quartò, Canones ſtatuerunt, ut omnem quoque 50
incontinentiæ ſuſpicionem Clerici vitare teneantur: unde *in c. Clerici, 81. diſt.* ſoli ad alloquendas fœminas prohibentur accedere, ſed boni teſtimonii viros ſecum habere jubentur: lavacra quoque cum fœminis communia habere, aut eas in habitationibus ſuis retinere non poſſunt, *c. non oportet, eod. diſt.* niſi ſint conſanguineæ, in quas naturale fœdus non ſinit ullam cadere poſſe ſuſpicionem, ut colligitur *ex c. à nobis, pen. de cohabit. clericor.* Sed *in c. 1. eod. tit.* interdicitur Clericis mulierum converſatio, & cohabitatio earum, quas Canones concedunt, matrem ſcilicet, ſororem, amitam, & alias, quæ omnem effugiunt ſuſpicionem. At in his Juribus componendis multùm elaborant Ugolin. *de officio & poteſt. Epiſc. cap. 13. §. 27.* Anaſtaſ. Germ. *in animad verſ. juris lib. 1. c. 18.* vide apud illos.

Quintò, ut comeſſationes, & inhoneſta convi- 51
via fugiant, *cap. 1. in Clerici, vel monachi, c. cùm de-*

corem, de vita, & honest. cler Galganet. de jur. publico lib. 3. tit. 5. n. 28. Nam. Hieron. epist. 2. ad Nepot. de vita cler. c. 25. *Communia*, inquit, *cibi vitanda sunt sæcularium, & maximè eorum, qui honoribus tument: & c. 17. Consolatores nos Christiani potiùs in mœroribus suis, quam convivatis in prosperis noverint. Facilè contemnitur Clericus, qui sæpe vocatus ad prandium non recusat.* Idem omninò suadet S. Ambros. lib. 1. offic. c. 20. *Habet sanè suos scopulos*, ait, *verecundia, non quos ipsa invehit, sed quos sæpe incurrit, si in intemperantium incidamus consortia, qui sub specie jucunditatis venenum infundunt bonis: hi si assidui sint, & maximè in convivio, ludo, ac joco, enervant gravitatem illam virilem. Caveamus itaque ne dum animum relaxare volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi concentum quendam bonorum operum. Usus enim citò inflictis naturam: unde quod prudemer facitis, convenire Ecclesiasticis, & maximè ministrorum officiis arbitror, declinare extraneorum convivia, vel ut ipsi hospitales sitis peregrinantibus, vel ut eâ cautione nullus sit opprobriis locus. Convivia quippe extraneorum occupationes habent, tum etiam epulandi prodeunt cupiditatem, surrepunt etiam fabulæ frequenter de sæculo: ac dum voluptatibus claudere aures non potes, si vis prohibere, putaris superbus: surrepunt etiam præter voluntatem pocula, &c.* Unde Bartach. *in tract. de Episcopo, p. 1. lib. 4. §. de vita Episcopi, n. 19. & eadem 1. p. lib. 2. tit. de causa mater. Episcopi, n. 74.* per textum *in c. multis, 44. dist.* tenet quod Episcopus non debet adesse conviviis, quinimò nec consentire, quod in illis interveniant fabulæ otiosæ, nec cantilenæ, nec decantationes, nec plausus, nec risus fieri, nec joculatoria: & *n. 9.* subdit, quod si hæc fiant, debet à mensa recedere. Et quod Clerici, nisi necessitate coacti, in Ecclesia non conviventur, statuit Carth. Conc. III. *c. 5.* relatum *in c. nulli, 54. dist.* & tradit Suar. *tom. 1. de relig. lib. 3. c. 6. de reverentia debita loco sacro, n. 7.* ubi subdit concessionem, quam textus ille facit, posse extendi ad omnem casum ubi prudentia dicta verit esse aliquam necessitatem. Hinc videtur satis indecens, & clericali honestati contrarium, quod plures sacerdotes, & clerici, tam sæculares, quàm Regulares, tabacum etiam Sacrosanctum Missæ sacrificium celebrando sumant, linteaque sacræ Sedis excrementis, quæ tabacum hujusmodi projicit, conspurcent, Ecclesiasque tetro odore inficiant, magno cum prohorum scandalo, rerumque sacrarum irreverentia: & ideo optabam ut à S. Sede Apost tam pravus in aliquibus, partibus usus prorsus evelleretur, & radicitùs censuris, & pœnis eradicaretur: sed jam votis meis ex parte annuit S. D. N. Urbanus VIII. qui sua constitutione incipiente *Cùm Ecclesia*, 30. Januarii 1642. prohibuit omnibus, & singulis utriusque sexus personis, etiam cujusvis Ordinis, instituti, ac Militiarum Regularibus quomodolibet qualificatis, ne de cætero in civitatis & Diœcesis Hispalensis Ecclesiis, earumque atriis & ambitu tabacum, sive solidum, sive in frusta concisum, aut in pulverem relatum ore, vel naribus, aut fumo per tubulos, aut aliàs quomodolibet sumere audeant sub excommunicationis latæ sententiæ absque aliqua declaratione per contrafacientes incurrendæ pœna.

53 Unde Nav. *de Orat. c. 5. num. 3.* resolvit, ob multam pluviam, aut solis æstum, aut quando alius locus opportunus non invenitur, posse fieri convivia honesta in Ecclesia absque peccato.

54 Honestis enim conviviis, & quæ fiunt gratiâ charitatis, & dilectionis, possunt Clerici interesse, *c. convivio, c. quando, 1. & 2. dist. 44.* Cov. *in c. ult. n. 1. de test.* Bellet. *disquis. cler. p. 1. tit. de discipl. clericali, §. 22. n. 24.* item & iis, quæ fiunt in anniversarii defunctorum, sive solemnitatibus Sanctorum, *c. nullus, 44. dist. c. nullus, de consecr. dist. 5.* Cov. *in d. c. nullus, n. 2.* Joan. Gatc. *de expens. c. 8. n. 12.* Cened. *ad Decretum, coll. 46. n. 5.* Bellet. *d. §. 22. n. 28.* ubi admonet, quod in hujusmodi conviviis nulla absentium vita mordeti permittatur, nullus ex irrisione reprehendatur, nec in eis inanes sæculatium negotiorum fabulæ, plausus, risus inconditi audiendi, seu referendi, aut cantandi, nec turpes jocos, vel ursо, seu ternatricibus, ante se fieri hujusmodi Clerici patiantur, nec larvas antè fieri consentiant. Imò convivium benedictione inchoare debere, & gratiarum actione terminari, probatur *in cap. quando autem, 44. dist.* & ex S. Joan. Chrysost. didicimus, *qui homil. 79. ad Antiochum*, ita ait: *Opus est nos & mensam petentes, & desistentes Deo gratias agere. Mensa ab oratione sumens initium, & in orationem desinens, nunquam deficiet, sed fonte largius omnia nobis afferet bona.* S. Hieron. *epist. 22. ad Eustoch. c. 16. Nec cibi sumantur, nisi oratione præmissa, nec recedatur à mensa, nisi referatur Creatori gratia.* Refert Gisbert. Schevic. *de Ecclesiasti. vita, moribus, & offic lib. 3. c. 36. in princ.* Bellet. *d. §. 22. n. 26.* ubi *num. 27.* subdit, quod in 55
omni clericali convivio lectio divinarum Scripturarum misceri debet, per *cap. reverentia, 54. dist.* vide Fusc. *de visit. lib. 1. c. 25. n. 55.* & advertit Nav. *de brat. c. 18. n. 42.* Sacerdotes non benedicentes mensam, peccare tantùm venialiter, quamvis Præp. *n. 2. in c. non liceat, 44. dist.* existimaverit peccare mortaliter.

Sextò, quod ad conversationem attinet. Clerici 56
spectacula, comædias, fabulas, choreas, & hastiludia, & alia his similia vitare tenentur, *Auth. de sanctiss. Episc. §. interdicimus, c. 1. dist. 37. c. non oportet, de consecr. dist. 5. c. cùm decorem, & c. pen. de vita & honest. cler. c. 2. ne clerici vel mon. c. inter dilectos, de excess. Prel.* Ugolin. *d. c. 15. §. 10 n. 2.* Non igitur licet 57
Clericis interesse comœdiis, cùm ut plurimùm sint de rebus lascivis, turpibus, & amoribus mundanis, provocantes auditores ad malum, & libidinem, ac spectatores suo accessu, & præsentiâ causam afferunt scenicis turpia agendi. Petr. de Gusman. *in libro bienes del honesto trabajo, y daños de la ociosidad, discurso 6. §. 7.* Hier. Florent. *in sua comœdiocrisi, concluf. 7.* Hurtado de Mendoza *vol. 2. de spe & char. disput. 273. sect. 28. §. 265.* Baldell. *in disp. Theolog. tom. 1. lib. 3. disp. 18. n. 1.* Paul. Comit. *respons. mor. lib. 5. q. 11. n. 8. cum seqq.* ubi à principio illius quæstionis pro- 58
bat comœdiarum impudicarum auctores mortiferi criminis esse reos, easque ob id damnant Petr. Greg. *syntagm. lib. 39. c. 15.* Rebadeneira *lib. 1. de la tribulacion, c. 11.* Pineda *p. 1. de la agricultura, dialog. 5. à §. 25.* Petr. de Gusm. *d. disc. 6. §. 2. pag. 276.* Joan. Valer. *de diff. inter utrumque forum, verb. Peccatum, dif. 25.* Verùm si comœdiæ audiantur ob solam vanã 59
curiositatem absque periculo probabili lapsus, etiamsi res turpes repræsententur, & modus repræsentandi sit turpis, ego puto non esse peccatum mortale, cessante scandalo, quod existimo modò non esse, quia frequentissimum est Clericis comœdiis interesse. Non 60
obstat probatio *ex d. c pen.* quia secundùm Innoc. ibi est tantùm de honestate, vel quod verius credo cum Cajet. *in sum. verb. Clericorum peccata*, ille text. non obligat sub mortali, cessante scandalo, & contemptu. Quare ita resolvunt Fr. Emm. *in sum. tom. 3. c. 71. n. 1* Joan. Salas *in. 1. 2. tom. 2. tr. 13. disp. 6. sect. 24. num. 165.* Paul. Squill. *de obligat. cler. p. 2. num. 45.* Galet. *in margarita casuum Conscientia, verb. comœdia*, Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 46. n. 44.* Bonac. *eod. tr. q. 4. punct. 9. n. 22.* Diana *resol. mor. p. 2. tract. 3. miscel.*

miſcel. reſol. 35. & p. 5. tract. 13. miſcel. 1. ref 18. Lezana *in ſum. qq. reg. c. 10. num.* 7. Illuſtr. D. Roder. à Cunha *in comm. ad c. 7. num.* 3. *diff.* 86. Ego ipſe *in collect. ad c. pen. num.* 3.

61 Nec item Clericis intereſſe licet choreis, & ſaltationibus, ne propter motus obſcœnos oculi eorum contaminentur, *c. Presbyteri, 19. diſt. l. 57. tit. 5. p. 1.* ubi Greg. Lop. *in gl. 1. & l. 34. tit. 6. p. 1. gloſſ. 7.* Ugolin. *d. c. 13. §. 30. n. 1.*

62 Nec etiam Clerici Ordinibus ſacris initiati adeſſe debent agitatione taurorum, quia id eis prohibuit Gregor. XIII. ſuâ Conſtitutione, cujus tenorem recenſent. Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 72. alias 75. in noviſſ. edit.* Stephan. Quaranta *in ſum. Bullarii, verb. torneamenta.* Poſtea Clemens VIII. pro Regnis Hiſpaniarum pœnas & cenſuras contra Clericos ſupradictos impoſitas ſuſtulit, & amovit (exceptis Monachis & Fratribus Mendicantibus, cæteriſque Regularibus cujuſcunque Ordinis, & inſtituti) ad terminos Juris reducendo. Monet tamen ſua Sanctitas, ac in Domino hortatur Clericos ſæculares beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, vel in Sacris Ordinibus, ſeu Eccleſiaſtica dignitate conſtituti exiſtentes, ne paterna hac ejus benignitate abutantur, prout pleniùs in ſuis litteris ſub dat. Romæ ſub die 13. Januarii 1596. continetur, quarum litterarum contextum referunt Quaranta *ubi ſuprà*, & Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 3. quæſt. 68. art. 2.* & de illis meminere Azor. *inſtitut. moral. p. 3. lib. 2. cap. 15. à principio*, Illuſtriſſ. D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad d. c. Presbyteri, num. 3. & 4.* Sanch. *conſ. moral. lib. 1. c. 8. dub. 31. pag. 109. cum ſeq.* Machado *d. tom. 1. lib 4. p. 1 tract. 15. docum. 11. & lib. 5. p. 2. tract. 2. docum. 9.*

63 Septimò, Clerici nimis joculatoribus, & hiſtrionibus intendere non debent, *d. cap. pen. cap. Presbyteri, 34. diſt. cap. non oportet, diſt. 5.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, cap. 13. §. 30. num. 2.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 2. tit. de diſcipl. cler. §. 23. num. 3.* Ego ipſe *in collect. ad d. c. pen. num. 2.* Boët. Epo *ad cap. clerici officia 15. num. 10. de vita, & honeſt. cler.* ubi quod joculatores vulgus appellat præſtigiatores, & id genus alios homines viliſſimos, geſticulationibus, locis, magis, riſibus quæſtum facientes.

64 Octavò, nec larvati Clerici incidere, ſeu perſonarum habitum ſuſcipere debent, *d. c. cum decorem*, Lambertin. *de jure patr. lib. 2. p. 2. quæſt. 9. art. 26. num. 5.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 39. c. 1.* P. Perez *in libello quem ſcripſit contra laſ maſcaras*, id eſt, adverſus eos, qui cavatos corticeſ, ut ait Virgilius, ori admovent, ac larvati in publicum exeunt. Gregor. Lop. *l. 3. verb. veſtiduras, tit. 12. p. 5.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. q. 8.* Ugolin. *d. §. 10.*

65 *num. 5.* Bellet. *d. tit. de diſcipl. Cleric. §. 23. num. 7.* Quare minùs cum habitu monachali, ſeu religioſo ſe accommodare debent hiſtriones, & hujuſmodi, dum comœdias agunt, ſeu larvati incedunt, ut dixit gloſ. *verb. monſtra larvarum, in d. c. cum decorem.* Ugolin. *ubi proximè*: ſi enim id facerent, mortaliter peccarent, & venirent graviter puniendi, ut reſolvunt Fr. Emman. *qq. regul. tom. 2. q. 76. art. 7.* Fructuoſ. Bisbe *en el tratado de las Comedias, cap. 3. fol. 18.* Beller. *d. §. 23. num. 10.* & ideò poterit Judex Eccleſiaſticus punire ſæculares induentes habitum Regularium in ludibrium, ſeu per jocum, veluti in cœmediis, theatris, & hujuſmodi, ſecundùm Beller. *d. p. 1. tit. de favore clericorum reali, §. 1. num. 98.* Et ſpecialiter S. D. Urbanus VIII. in quadam ſua Conſtitutione incipiente *Cùm ſicut, 5. Octobris 1638.* mandat locorum Ordinariis, ac Nuntiis Apoſt. ne permittant quemquam deferre tunicam ſimplicem oblongam, cum mantello, vel ſine mantello Fratrum Minorum de Obſervantia abſque licentia in ſcriptis Superiorum prædictæ Religionis: habitum verò prædictum cum capuccio, ſeu mantello conſuto, nec etiam cum licentia cujuſvis Superiorum Dicti Ordinis: refert Laurent. de Peyrinis *de privileg. Regular. tom. 3. in fine, pag. 550.*

Nonò clericis ad aleas, & taxillos ludere non 66
licet, *d. c. pen. c. cùm inter dilectos, de exceſſ. Prel.* Conc. Trid. *ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 24.* etiam *de reform. cap. 12. l. 57. tit. p. 5.* Boët. Epo *ad cap. 1. ne cler. vel monach. à num 33. & ad c. clerici officia, 15. num. 14. de vita, & honeſt. clericor.* Machado *d. tract. 13. docum. 9.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 2. q. 37. art. 3.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 90.* Camill. Borell. *in ſum. omn. deciſ. tom. 1. tit. 11. n. 53.* Aldrete *de relig. diſcipl. tuenda, lib. 2. cap. 16. §. 3. num. 17.* Molin. *de juſt. tract. 2. diſput. 51. verſ. quod verò*, Carol. de Graſſ. *de effectib. cleric. effectu 22.* Farin. *in pravi crimin. p. 3. quæſt. 109. n. 92. cum ſeq.* Squillante *de oblig. cler. p. 2. num. 45.* Bellet. *d. p. 1. tit. de diſcipl. cler. §. 24.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. 1. num. 1. cum ſeqq. 55. diſt.* Ugolin. *d. c. 13 num. 2.* ubi ſubdit hoc procedere in omnibus Clericis, qui Ordine ſacro initiati ſunt, vel in minoribus conſtituti, ſi beneficium habeant Eccleſiaſticum: & *num. 3.* quod nec per alium ludere poſſunt: & *in fine* reſtringit ubi animi gratiâ ſecretò, & modicè luderent, abſque ſcandalo: & *§. 23. num. 1.* reſolvit peccare mortaliter Clericos 67
prædictos, qui aleis, & taxillis ludunt. Ludus tamen, qui conſiſtit in ingenio, aut virtute corporis, Clericis eſt permiſſus, ſi ſecretò, & in ſuis ædibus ludant, ut per Paridem de Puteo *in tract. de ludo, num. 12.* Coſtam *eòd. tract. num. 15. art. 1.* Farinac. *d. quæſt. 109. num. 103. & 106.* Ugolin. *d. c. 13. §. 25. & 26.* Bellet. *d. §. 24. num. 8 & 9.* ubi *num. 15.* intelligit, modò non lu lant in publico. Unde ſchaccorum, ſive latrunculorum ludum non 68
eſſe Clericis prohibitum, reſolvunt Abb. *num. 4. verſ. ex hoc intellectu, & num. 12.* Joan. Andr. *num. 13.* & Butr. *verſ. ludus enim, in d. c. pen.* Coſta *d. tract. num. 25. in fine, verſ. quod autem ludus, & num. 26. ante fin. art. 2.* Vivian. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 29. num. 3. in princ. pag. 430.* Farin. *d. q. 109. num. 1. & 14.* Ugolin. *d. §. 25. in princ.* Comitol. *d. lib. 1. quæſt. 92.* Bellet. *d. §. 24. n. 7.* ubi *num.* 10. intelligit, modò ludatur causâ recreationis, & non causâ voluptatis, aut avaritiæ, vel cupiditatis: & *num. 15.* etiam dummodò non diſtrahatur à Divinis, propter longum tempus quod tali ludo conteritur. Et quamvis hujuſmodi ludus ingenio conſtet, 69
ac proinde permiſſus cenſeatur, non mulrùm tamen litteratis hominibus convenire arbitramur, quòd mentem jam litterarum ſtudiis fatigatam recreare magis ceſſatione & quiete, quàm novo mediationis labore gravare oporteat, ut etiam advertit Joan. Baptiſta Fin. *de regulis Juris, homil. 22. in fine*: non debent tamen Clerici in eorum 70
ludis, aliàs eis permiſſis admixtos laicos habere, Gloſſa *verb. ejuſdem, in c. continebatur, de homic.* ubi Hoſt. *num. 1.* & Abb. *num. 3.* Coſta *in tract. de ludo, num. 14. in fin.* Vivald. *commun. opin. q. 467. n. 3. & 4.* Bellet. *d. tit. de diſcipl. cleric. §. 24. num. 17.* Farin. *p. 3. q. 119. num. 100.*

Decimò, Clerici cauponas, vel tabernas, niſi 71
longioris

Biblioteca de Ciencias Sociales

longioris itineris causâ ingredi prohibentur, *d. c. non oportet*, cum duobus seqq. *dist. 44. d. cap. pen.* Bern *in pract. canon. c. 70. n. 3. in novis. edit.* Campan. *in diverf. Iur. Canon. reb. 4. num. 12.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. cap. 8. n. 9. & 10.* Ugolin. *d. c. 13. §. 29.* Boër. Epo *ad c. clerici officia 15. n. 11. de vita, & honest. cleric.* Machado *en su perfetto Confessor, lib. 4. p. 2. tract. 13. docum. 3.* Anton. Ricciul. *de jure personarum lib. 7. num. 15.* latè Bellet. *d. tit. de discipl. cler. §. 20. à principio*, ubi *num. 15.* subdit, quod sicut vitium frequentandi tabernas reprehenditur in Clericis, ita nec est laudabile in sæcularibus: cauponatum enim institutio non fuit voluptatis causa, sed necessitatis, *l. licèt gratis, §. in factum, ff. naut. caup. stab.* Sed jam hodie tabernæ sunt loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ, *l. qua in adulterium, in princ.* & ibi Glossa, *C. ad leg. Iul. de adulter. l. athletas, §. ait. Prætor, ff. de his qui notantur infam. l. palam, §. si quis caupon am, ff. de ritu nupt.* Deplorandus, inquit Boër. Epo *citato loco*, invaluit clericorum etiam Presbyterorum, atque ideò Pastorum mos in tabernis publicis, tum tetevisiariis, tum vinariis comportandi; quæ magna præter alias populo rudi fuit occasio vituperandi status, ac Ordinis Ecclesiastici, vilipendendæque disciplinæ Ecclesiasticæ.

73 Dicuntur tabernæ domus in quibus panes, vinum, & carnes coctæ venduntur. Ita Gloss. *verb. tabernariorum, in Clement. 1. de vita & honestat. Cler.* Rebuff. *in l. taberna appellatione 183. ff. de verbor. signific. pag 96.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 8. litt. V, conclus. 1.* quos refero Ego ipse *de appellativa verborum utrinsque Iuris significat. appellat. 257. num. 1.*

74 Minùs etiam tabernas habere eis licet; si enim eas ingredi prohibentur, multò magis in ipsis ministrare aliis vetantur, *cap. nulli clerico, distinct. 44. Clement. 1. de vita & honestat. cleric.* Gloss. *verb. ignominiosam, in c. unico, eodem tit. lib. 6.* Bertachin. *de Episcopo p. 8. lib. 4. in causa mater. degrad. num. 14.* ubi inquit, quod debent deponi, Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 81. num. 3. in fine*, Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 136.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 4. num. 68.* Campan. *d. rubric. 4. num. 13.* Ugolin. *d. §. 29. num. 2.* Quare Ordinarii monere debent Clericos exercentes publicè officia tabernariorum, seu carnificum, aut macellatiorum, ut infra certum terminum à se præfigendum desistant, & quod nullo unquam tempore illa reassumant; & si ter personaliter moniti non desistunt, vel deinde reassumunt, tunc Clerici conjugati omni carent privilegio clericali; & si tanquam laici incedant, carent etiam in personis eo ipso quandiu in promissis perstiterint, ut probatur *d. Clem.* & tradunt Menoch. *de arbit. casu 412.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. littera C, num. 127.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 20.* Quod quidem procedit si hujusmodi artes exerceant per se, & personaliter, secùs si per alium. Ita Glossa *verb. publicè & personaliter, in d. Clement. 1.* Duan. *reg. 99. vers. limita tertiò*, Menoch. *d. casu 413. n. 6.* Perez. *l. 3. gloss. 1. pag. 96. tit. 4. lib. 8. Ordin.* Azeved. *l. 15. n. 2. tit. 7. novarecop.*

75 Undecimò, à crapula, & ebrietate omnes Clerici diligenter abstinere debent; si verò non abstinuerint, & à Superiore commoniti non satisfecerint, ab officio & beneficio suspendendi sunt, *cap. à crapula, de vita honest. Cleric.* ubi latè & eleganter Boër. Epo Menoch. *de arbitr. casu 404. num. 4.* Camil. Borell. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 11. num. 27.* Bernard. & Salzed. *in pract. can. c. 80. in noviss. edit.* Ugolin. *de cap. 18. §. 27. ex num. 5.* Campan. *d. rub. 4. à num. 3.* Farin. *fragm. crim. part. 1. lit. C, num. 246.* Superioris autem arbitrio relinquitur, quando Clerici à crapula & ebrietate non abstinentes, ab officio, seu beneficio sint suspendendi Glossa *verb. vel beneficio, in d. cap. à crapula*, Menoch. *de arbitr. casu 404. num. 4.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 4. num. 63.* Suar. *tom. 3. de censur. disp. 2 sect. 2. num. 12.* nam vinolentum Sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus Lex prohibet, *cap. vinolentum, 35. distinct.* quia multa ex ebrietate mala gignuntur, aufert enim memoriam, dissipat sensum, corrumpit sanguinem, obtundit visum, infirmat nervos, obturbat auditum, onerat cerebrum, resolvit viscera, balbutit linguam, confundit intellectum, enervat & fœdat corpus, omnia membra debilitat, exhaurit substantiam, secreta pandit, libidinem provocat, rixas excitat, prout hæc, & multa alia referunt Menoch. *d. casu 404. à princ.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 36. art. 1.* Aldrete *de relig. discip. tuenda, lib. 2. c. 15. ex num. 36.* Less. *de justit. lib. 4. c. 3. dub. 3. num. 15. cum seqq.* Farin. *d. litt. C. num. 253.* Bellet. *d. tit. de discipl. cleric. §. 22. à n. 13.* Camp. *in diverf. Iur. Canon. rub. 4. num. 3. cum seqq.* & alios, quos refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit. 2. glos. 11. n. 5.*

77 Specialiter verò usum illum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & illi judicio talium plus datur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit, penitus abolendum, præsertim in Cleticis, decernit Innoc. III. in Lateranensi Concilio, de quo *in d. cap. à crapula*, sub suspensionis pœna ab officio, & beneficio: refert Bellet. *d. §. 22. num. 33.* Et dicit Boër. Epo *in comment ad d. cap. à crapula, num. 7.* quod Germanus, & Hispanus commilitones inter convescendum alter alterum provocat, Germanus Hispanum ad æqualia pocula exhaurienda, Hispanus Germanum ad æquales bolos deglutiendos. Germanus arrepto poculo: *Prabibo*, inquit, *Hispane tibi.* Hispanus arrepto pane, *Præcomedo*, inquit, *Germane tibi.* Bibacitate superat ille, hic voracitate. Unde Zozimus Papa constitit, ut nullus Clericus popula in publico populis propinaret, possent tamen Clerici in cellis invicem propinare, ut continetur etiam in Concilio Nannetensi, de quo *in c. quando autem, 44. dist.* ubi modus præscribitur servandus à Cleticis in conviviis, & est talis. *Quando*, inquit, *conveniunt Presbyteri ad aliquod convivium, aliquis Prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem prabeat, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant, ad exemplum Domini, &c.* Et iterum, prout habetur *in c. quando Presbyteri, eod. dist. Qui volunt, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos libere faciant, & maximè ultra tertiam vicem poculum non contingant.* Item *in cap. nullus Presbyterorum, eod. dist.* dicitur, *quod nec præsumant alios aliena precatione ingurgitare.*

78 Duodecimò, scurrilibus, aut joculatoriis verbis, vel adulationibus, & proditionibus inservire aut vacare Clerici prohibentur, *cap. Clericum, 46. dist.* ubi sic dicitur: *Clericum scurrilem, & verbis turpibus joculatorem, ab officio esse retrahendum censemus, c. 1. ne cleric. vel mon.* Ugol. *d. c. 13. §. 20.* Bernard.

nard. & Salzed. *in tract. c. 71. in noviſſ. edit.* ſicut & maledicere, vel detrahere, & calumniare, maximè Sacerdotes, *c. Clericus maledicus eod. diſtinct. 46.* & denique riſus, & fabulas varias, & tumultus in conſenſu, & choro vitare monentur, aut indiſcretis vocibus perſtrepere, vel obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere, & his ſimilia, quibus vituperetur miniſterium eorum, facere prohibentur, *c. quando autem, 44. diſt. c. in loco, 5. quæſt. 4. Qui verò*, inquit Bonifacius VIII. *in c. unico, de vita & honeſt. Cler. lib. 6. ſe joculatores, aut guliardos faciunt, vel buffones, ſi per annum artem illam ignominioſam exercuerint, ſint ipſo jure infames: ſi verò breviori tempore, & moniti non reſipuerint, ipſo jure omni privilegio clericali carent.* Refert Ugolin. *d. §. 20. num. 2.* ubi ſubdit præfatum annum requiri continuum, & excipit ut pœnam hanc evadant, ubi in occulto id facerent, ut pote inter amicos, vel infirmitatis alterius, aut honeſtatis gratiâ. Et dum doctiſſimus, & pius ille Boër. Epo *in comment. ad c. cùm decorem 12. num. 13. de vita & honeſt. Cler.* ageret an joci, facetiæ, lepôres, & fabellæ clericos deceant, ſic loquitur: *Ad jocos tamen quod attinet, licèt eos, dummodò liberales & facetos, & ingenuos probent, ac laudent Philoſophi de moribus, & officiis præcipientes, & ex his obligationem non naſci ſcribant Iure conſulti noſtri in l. 3. in fine, ff. de act. & oblig. quòd ſeriò non agatur, inter joculantes, tamen quia non quærimus hic de philoſophico, vel politico, vel etiam populari decoro, ſed de Eccleſiaſtica honeſtate, quæ maximè gravitatem requirit in clericis, magis eſt ut joculari, nugari, facetiis uti, quantumlibet liberalibus, alioquin & per ſeſe lepidis, parum videatur decere clericos, ut quibus maximè ſpectandum ſemper eſt, non ſolùm quid liceat, vel abſque peccato fieri poſſit, verùm etiam quid honeſtum ſit ipſis, quidve gravitatem deceat ipſorum, &c.*

79 Poſtremò Clericis non licet habere canes, accipitres, vel hujuſmodi ad venandum, *cap. 2. de cler. ven. in fine*, Camil. Borell. *in ſum. omn. dec. tom. 1. tit 11. n. 42.* nec venationes facere periculoſas, ſeu clamoroſas, veluti aprorum, & cum armis, *c. 1. cum ſeqq. 34. diſt. cap. 1. de cler. ven.* reſolvunt Bernardus *in pract. c. 50. in noviſſ. impreſſ.* Guillerm. Bened. *in c. Raynutius, de teſtam. verb. & uxorem nomine Adelaſiam, n. 875.* Silveſt. *in ſum. verb. Venatio, circa med.* Sebaſt. Med. *de venat. piſcat. & aucup. p. 1. q. 8. ex n. 17.* Menoch. *conſ. 221. n. 50.* Franc. Marc. *dec. 529. n. 9. p. 1.* plures quos refert Gened. *ad Decret. collect. 56. num. 8. & 9.* quibus adde Sebaſt. Neviz. *in remiſſ. ad lib. 2. feud. tit. 56. qua ſint Regalia, n. 273 cum ſeq.* Bellet. *diſquiſ. cler. p. 1. tit. de diſcipl. cler. §. 19.* Ugol. *d. cap. 13. §. 21.* Galgan. *de jure publ. lib. 5. tit. 5. n. 67.* Joan. Valer. *de differ. inter utr. forum, verb. Peccatum, differ. 20.* Sequillante *de oblig. cler. p. 2. num 47.* Rebell. *de oblig. juſt. p. 1. lib. 1. q. 14. n. 5.* Thom. Valaſc. *alleg. jur. tom. 1. alleg. 31. num. 13.* Illuſtriſſ. Roderic. à Cunha *in comment. d. c. 2. diſt. 34.* Petr. Bollo *in œconomia canon. claſſi 1. c. 5. §. 3. pag. 152. cum ſeq.* Machado *dict. tract. 15. docum. 8.* Anſald. *de juriſdict. p. 2. tit. 11. c. 22. n. 34.* Matt. *de juriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 57. à num. 17.* ubi intelligit ſi ad voluptatem venati fuerint, & ſæpiùs in ipſa voluntate detenti: qui omnes etiam aſſerunt, ſanitatis, vel recreationis causâ Clericos venationibus uti non prohiberi, dummodò in faciant cum ſilentio, & modeſtia: quod etiam poſt alios advertit Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à

80 Cunha *in comment. ad cap. 9. num. 2. diſt. 86.* In dubio autem venationem præſumi factam causâ recreationis, tenent Anan. *in c. de clerico venat. col. 2.* Alex. *conſ. 72. n. 13. vol. 1.* Menoch. *d. conſ. 221. num 51. & de præſumpt. lib. 5. præſ. 1. num. 116.* Bellet. *d. §. 19. num. 7.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. vident. 10. diſt. 86.*

Unde Nicol. Papa *in d. cap. 1. diſt 34.* Lanfr. dum venationi deditum reprehendit, addiſque ex S. Hieronymo, venatorem nunquam legiſſe ſanctum: cujus dicti ratio poterit eſſe, quia venatores miſerandam in animalibus exercendo carnificinam multùm inde ſanguinariæ crudelitatis aſſumunt, & mentem induunt ab omni pietate alienam, Pined. *in Iob. c. 16. verſ. 10. num. 3. & 7.* Ferdinand. Salazar. *Proverb. c. 12. verſ. 27. num. 125.* ubi fraudulentos homines venatori dicit perſimillimos, ipſamque artem venatoriam multis fraudibus, ac dolis eſſe conjunctam: & Martin. Delrio *in adag. ſacris, adag. 13. per tot.* firmat quod ſacer textus venationis nomine omnem tyrannidem, crudelitatemque deſignat. Non obſtat quod objicit Gloſſ. *verb. venatorem, in eod. c. 1. diſt. 34.* de ſancto Euſtachio, quia benè reſolvit dicens, quod deſerviens venationi non eſt Sanctus, ſed qui ſemel fuit venator, poteſt poſteà effici Sanctus, peractâ jam pœnitentiâ: ſequitur Abb. *in d. c. 1. verſ. & pro illa, de Clerico venat.* Declarant Abulenſ. *in Mat. c. 6. q. 43. verſ. ſi autem objiciatur*, Franc. Marc. *Delph. dec. 529. ex num. 7. p. 1.* Petr. Gregor. *ſyntag. jur. lib. 39. c. 10. n. 13.* 81

Piſcari autem Clericis licere, dubium non eſt, 82
exemplo Apoſtolorum, quos piſcatores ad ſe Salvator noſter vocavit, *Matt. 4. Marc. 1. & Luc. 5.* Ita Salzed. *ad Bernard. d. c. 70. litt. A, verſ. piſcatio*, Boër. Epo *ad c. 1. ne cleric. vel mon. num. 39.* Jacob. de Graff. *in aur. deciſ. p. 2. lib. 3. cap. 3. verſ. ſexta*, Matta *d. caſu 57. num. 22.* Menoch. *de arbit. caſu 413. num. fin.* Azeved. *l. 1. num. 3. verſ. niſi & piſcatio, tit. 8. lib. 7. novæ recopil.* Illuſtriſſimus D. Deus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Eſau. diſt. 86.* Bellet. *d. tit. de diſcip. cleric. §. 29. num. 8.* Ugolin. *dict. c. 13. num. 10.* qui, & præcipuè duo ultimo loco citati, id dupliciter reſtringunt: primo modo, ut artem illam piſcandi, diebus præſertim ſolemnibus (quibus Eccleſiaſticis officiis intereſſe debent, & inſervire) non exerceant: in aliis feſtis permittitur, ubi neceſſitas ſuaderet, *cap. licet. de foro compet.* ſecundo modo, ut non aſſiduè id exerceant; non enim Apoſtoli poſteaquam gratiam Dei noverunt, piſcationibus operam dabant aſſiduè, ſed relictis retibus ſequuti ſunt Chriſtum Dominum.

Circa tertium, id eſt de negotiis & exercitiis 83
Cleticorum, ſciendum eſt primò, quod Clerici prohibentur procurare, & advocare, ſeu patrocinari, & omnes cauſarum actus exercere apud judicem ſæcularem, *c. nullus, 11. quæſt. 1. cap. 1. ne clerici, vel monach.* ubi Boër. Epo *à num. 12.* Machado *d. tr. 13. docum. 4.* Matta *de juriſd. p. 4. cent. 2. caſu 116. à princ.* ubi *num. 12.* de procuratore generali alicujus laici in foro ſæcularium intelligere videtur, & *num. ſeqq.* id multipliciter declarat niſi in cauſis à jure permiſſis, ſicut eſt cauſa Eccleſiaſtica, in qua tamen advocare tantùm, non autem provocare permittitur, ut videbimus. Diſtinguendum eſt ergo inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, inter procurationem, & advocationem, item inter cauſas Eccleſiaſticas, & ſæculares, ſeu temporales. Si de Judice Eccleſiaſtico & 84
cauſa Eccleſiaſtica agatur, Clerici coram eo advocare non prohibentur, per textum *in c. 1. de poſtulando,*

stulando, à contrario sensu, ita asserit Abb. ibi *num.3. & in cap.1. etiam num. 5. ne Cleric. vel monach. & in cap. cum esset, num. 2. de testam* Federic.
85 de Senis *consil.70. num. 1.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi, cap.13. §.5. num. 2. vers. 6.* procurare autem omninò in quacunque causa prohibentur, & coram quocunque Judice, etiam pro seipsis, quoniam procurator solùm causæ negotium in se suscipit, advocatus verò super meritis causæ tantùm jura proponit: quare non licet Clerico negotia hujusmodi in foro contentioso in seipsum sumere, quem Deo soli convenit militare, *dict. c.1. ne Cleric. vel mon.* si enim legibus sæculi personæ illustres procurare per seipsas prohibentur, debent ii procuratorem in causa propria constituere, ut habetur *in l. quicumque, C. de procurat.* multò magis Clerici & Sacerdotes, qui divina obsequia deserere nullatenus debent, procuratores agere sunt prohibendi, sicut de Episcopis dicitur *in l. omnes, Cod. de Episcop. & cler. & in cap. quia Episcopus 5. quæst. 3.*

86 Advocare autem etiam coram Judice sæculari, & in sæculari causa, Clerici possunt in aliquibus casibus. Primus est in causa propria, secundus in causa Ecclesiæ suæ, tertius in causis personarum miserabilium, quæ proprias causas tractare non possunt: ita probatur *dict. cap. 1. de postuland.* & per illud sic resolvunt Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.2. cap. 54. num. 3.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap 66. lits. A, in novissimpr.* Fr. Emman. *in sum. p.1. c.1.* Franc. Vivian. *dec.151. num. 4.* & Renat. Chopin. *de sacra politia lib.2. tit. 7. num. 21.* citati per Cened. *ad Decretal. collect. 39. à num. 1.* Quibus addo Farin. *fragm. crim. p. 1. verb. Clericus, num. 186. cum seqq.* Fr. Leon. *in thesauro fori Eccles. p.3. c.4. num.19.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos. 2. n.28. & seq.* Ceval. *commun. contra commun. q.404. num. 2.* Sayr. *in Clavi regia, lib.13. cap.22. n.3. & seq.* Cur. Philip. *p.1. §.2. num.17.* Camill. Borell. *in sum. omnium dec. tom.1. tit.66. n.69. & seq. & tit. 66. de advocat. n.126. cum seqq.* Matta *de jurisd. p.4. casu 116. num.14.* Azor. *instit. moral. p.2. lib 7. c.14. vers. item beneficiario* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.25. n.664. cum seqq.* Paul. Berty Lucens. *in praxi crimin. regular. tit.4. c.15. num.9.* Ugol. *d. c.13. §.5.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.57. n 22. cum seqq.* Cardos. *in praxi judicum, & advoc. verb. clericus, n.11. cum seqq.* Beller. *disquisit. cler. p.1. tit. de discip. cler. §. 27.* Illustriss. D. meus Rodet. à Cunha *in comment. ad c. perlatum, n.2. dist.88.*

87 Quartus in causa conjunctorum, si alium, & idoneum habere non possunt: ita habetur *in cap. fin. de postul.* resolvunt Abb. *in cap. in nostra, n.1. de procurat.* Ugol. *d. §.5. num.2. vers.5.* Bellet. *d. tit. de discipl. cler. §.27. n.6. vers.6.* ubi etiam cum Abb. *in d.c. fin. num.4.* resolvit appellatione personarum conjunctarum venire etiam conjunctos conjunctione spirituali, ut sunt Canonici ejusdem Ecclesiæ, Azor. *institut. moral. part.2. lib.7. capite 4. vers. item beneficiario*, ubi quærit usque ad quem gradum conjuncti dicantur. Tiraq. *de pœnis temper. causa 22. num. 39.* ubi quod veniunt etiam amici, refert. Illustr. D. meus Rodericus, à Cunha *ubi supr. num.1. propè fin.*

88 Quintus in causis vertentibus in Curia Romana, ubi consuetudine receptum est, ut non solùm suo nomine quisque Clericus litiget, sed alieno, Ita Vestr. *in pract. lib.3. cap.4. n.4.* Maiol. *de irreg. lib.5. cap. 19. num.4.* Salzed. *d. cap. 66. vers. 9.* Fr. Emman. *in sum. tom.1. cap.1. ad fin.* Bellet. *d. §.27. num. 7. vers.* Steph. Grat. *d. cap.57. num 38.*

Sextus uno tantùm negotio potest Clericus advocare, quo expedito, aliud assumere valebit: nam textus *in d. cap. 1. postuland.* dicit in negotiis sæcularibus: quare ita resolvunt Archid. *in c. pervenit, 86. dist.* Gregor. Lop. *l.5. verb. otiosi tit.5. part.3.* Angel. *verb. advocatus, n.9.* Abb. *in cap. per venerabilem, n.6. qui filii sint legit.* Felin. *in c. cum l. & A, n.12. vers. secundo considera, de sent. & re jud.* Jaffred. Lanfranc. *dec.11.* incipit, *Clericus.* Roman. *sing.275.* Fulv. Pacian. *consil.162. num. 210. & 216.* Farin. *fragm. crim. p.1. verb. Clericus, n.192.* Franc. Leo *d. p.3. cap.4. n.19. vers. fallit secundò*, Christoph. de Paz. *in schol. ad leges stili, l.6. schol. un. n.7.* Camill. Borell. *in sum. omnium dec. tom.1. tit. 66. de procuratoribus n.72.* Bellet. *d. §. 27. num 7. vers. 6.* Ugol. *d. c.13. §.6.* ubi intelligit, modò illud negotium non sit adeò arduum, quòd distraheret animum, sicut multa.

Septimus in conficiendis domi suæ juris allega- 89
tionibus, ibique consilium etiam in scriptis petentibus dando, quandoquidem *in d. cap. 1.* prohibetur solùm ne Clericus in sæculari judicio comparear. Ita Alciat. *resp.91. num.3.* Salzed. *d. cap. 66. vers 6.* Boët. Epo *ad c.1. ne cler. vel monach. n. 30.* Ugol. *d.c.13 §.5. num. 3.* Cabed. *Lusitan. decis. 211. n.14. part.1.* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst.619.* Bellet. *d. §.27. n.17.* prohibitus advocare non prohibetur in camera consulere, secundùm Alciat. *resp.30. n.22. vol.1.* Hostens. Caval. *de Brach. regio p.6. c.13. num.406. casu 4.* Cardos. *in praxi judicum verb. procurator, n.101.* Steph. Grat. *discept. forens. c.19. à n.4.* Beller. *d. §. 27. n.11.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib 6. c.11. num.23.* Illustr. D. Deus Rod. à Cunha *ubi suprà, n.3.* Et S. Cong. Conc. sub die 20. Julii 1619, censuit Clericos non posse patrocinari, sed domi absque salario scribere valere.

Octavus: Clerici in minoribus, si stipendia non 90
habeant Ecclesiastica, possunt advocare. Gloss. *verb. stipendiis, in d. cap.1.* Jacob. de Graff. *in aureis dec. part.2. lib.3. c.2. num.16. & 19.* Perez *l.12. verb. en abogado, tit.3. lib.1. ordin.* Azeved *l.13. tit.16. lib.2. nova recop. pag. mihi 192.* Azeved. *d. c.69. versic. 8.* Ugol. *d. §.5. n.1. vers. excipiuntur tamen primò*, Bellet. *à §.27. n.3. vers.1.* Sic etiam Clerici in sactis Ordinibus constituti, si non habeant beneficia Ecclesiastica, aut patrimonium, quibus sustententur, possunt advocare absque aliqua dispensatione. Textus à contrario sensu *in d.c.1.* ibi, *si stipendiis Ecclesiasticis sustententur.* Ratio est, quia si id licet sibi pro pauperibus, & miserabilibus personis, ut illarum necessitati subveniat, multò magis erit illis licitum & honestum, ut propriæ necessitati & egestati subveniant: nam charitas benè ordinata incipit à seipso. *l. præses, C. de servitutibus*, cum similibus. Quare ita resolvunt Host. *in d.c.1. n.3. & 8.* Abb. *num. 4.* Butr. *n.1.* Redoan. *de spol. Eccles. q.8. §. deveniendo, à n.49.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. glos. 2. à n.18.* Franc. Leo *d. c.4. n.20.* Steph. Grat. *discept. forens. c.57. à num.12. tom.1.*

Insuper verò omnes causarum actus exercere 91
Clericis esse interdictum diximus: nam notariatus, seu tabellionatus officium eis exercere non licet, præsertim in sæcularibus, aut profanis negotiis, *cap. sicut. accepimus, ne clerici, vel monachi*, Rom. *consil 215. post. med. & consil. 409. num.8* Federic. de Senis *cons.170. & 193.* Chassan. *in consuet. Burgund. rub.1 §.1. in princ. à n.24.* Bernard. *reg.657. & in pract. Canon. cap.61.* & ibi. Salzed. *in novissedit.*

edi. Bonacoſ. *comm. crim. part. 2. verb. Clericus, fol. 11.* Perez *l. 15 in gloſ. ſi fueron clerigos, tit. 18. lib. 2. ordinamen.* Franc Mar. *deciſ. 194. part. 2.* Vivian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 11. n. 43. verſ. & ideo clerici, pag. 565.* Azeved. *l. 10 num. 3. tit. 3. lib. 1. nova rec.* Ceval. *commun. contra commun. q. 404. num. 3.* Aldovin. *conſult. 51. num. 29.* Padil. *in ſum. leg. pœnal. p. 2. caſu 54. num. 9.* Maſtril. *Sicilia deciſ. 159.* Mart. *de juriſd. part. 4. caſu 116. num. 15.* Aloyſ. Ricc. *in collect. 1613.* Farin. *fragm. crim. part. 1. verb. clericus, num. 212. cum ſeqq.* Sayr. *in clavi regia, lib. 12. c. 15. num. 6.* Alex. Ambroſin. *Peruſ. deciſ. 121 à princ.* Camill. Borell. *in ſum. omn. dec. tom. 1. tit. 10. num. 27.* Valer. Regin. *in praxi fori pœn. lib. 9. tract. 3. num. 23.* Carol. de Graſſ. *de effectibus cleric. effect. 8. ex num. 1.* Ugolin. *de officio & poteſt. Epiſc. c. 13. §. 7 ff. à princ.* Galganet. *de jure publico lib. 3. t. 5. num 21.* Bellet. *diſquiſ. cler. part. 1. tit. de diſcipl. cler. §. 29.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. n. 48. cap. 13.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in com. ad c. multorum 2. num. 4. diſt. 32.* plures apud Cened. *ad Decretal. collect. 141.*

93 Declara procedere in Clericis, qui ſunt in Sacris conſtituti, ut habetur *in d. c. accepimus*, & in Clericis etiam minorum Ordinum, ſi beneficium eccleſiaſticum habeant. Hoſt. & Abb. *in d. c. ſicut accepimus*, Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 6. num. 31. fol. 241.* Cov. *pract. concl. cap. 19. n 8.* Ugolin. *d. cap. 15 §. 7 num. 1. verſ. pro regula, & ſeq.* Perez *l. 12. gloſ. 2. tit. 3. lib. 1 Ord.* Maſtrill. *deciſ. 159. num. 1.* Illuſtriſſ. D. meus Rodericus à Cunha *ubi ſupra, num. 4.*

94 Primò limita in cauſa hæreſis: tunc enim Clericus, tabellio, ſeu notarius eſſe poteſt, ſicut habetur *in c. ut officium, §. ad conſcribendas, de hær. lib. 6.* Peña *in direct. Inquiſ. p. 3. q. 19. commento 68.* Franc. Marc. *deciſ. 194. n. 3. p. 2.* Dec. *tract. crim. lib. 5. c. 20. n. 47. & c. 24. n. 25.* Alex. Ambroſin. *d. dec. 12. n. 12.* Farin. *d. verb. clericus, n. 228.* Ugolin. *d. §. 7. verſ. excipitur tamen*, Bellet. *d. §. 29. num. 9.* Carol. de Graſſ. *d. effectu 8. n. 12.* Maſtrill. *d. dec. 159. n. 7.*

Secundò limita ubi coram Papa munus hoc exercet; tunc enim cenſetur habilem ipſum reddere. Abb. & Doctores *in d. c. ſicut*, Cov. *pract. c. 19. n. 8. concl. 2.* Franc. Marc. *d. dec. 194. n. 2.* Farin. *d. verb. Clericus, num. 237.* Ugolin. *d. §. 7. num. 1. verſ. 2.* Bellet. *d. §. 29. n. 9. verſ. item ſi eſſet.*

96 Tertiò limita in Curia Romana, ubi poſſunt Clerici in Sacris etiam beneficia habentes tabellionatus officium exercere, propter tacitum Summi Pont conſenſum, & tantæ Curiæ dignitatem, ut per Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib. 2. c. 54. n. 9.* Salzed. *ad Bern. in pract. c. 58. litt. B*, Sayr. *in clavi regia, lib. 12. c. 25. n. 6.* Farin. *d. verb. clericus, n. 237. verſ. & idem*, Ambroſin. *d. dec. 12. n. 11.*

Quartò limita, ubi in aliqua Curia Eccleſiaſtica
97 munus hoc Clericus exerceret, & non haberet unde viveret, tunc enim poteſt, *arg. c. 1. verſ. nec tamen, ne cler. vel mon.* ſi enim tunc ei permittitur alia negotia ſæcularia exercere, multò magis hoc permiſſum eſſe cenſetur, quod honeſtius eſt. Ita Abb. *in d. c. ſicut, n. 6. & 7.* Ugolin. *ad §. 7. num. 1. verſ. tertiò excipitur*, Ambroſin. *d. dec. 12. n. 19.* Jacob. de Graff. *in aureis dec. part. 2 lib. 3. c. 2. n. 18.* Maſtr. *d. dec. 159.* Carol. de Graſſ. *d. effect. 8. n. 14.* Illuſtr. D. meus Roderic. à Cunha *ubi ſup. n. 3.*

98 Quintò limita in Clerico in minoribus Ordinibus conſtituto nullum habente beneficium eccleſiaſticum: nam dictum caput *ſicut*, de conſtituris in Sacris tantùm agit. Ita Franc. Marc. *d. deciſ. 194. num. 4.* Farin. *d. verb. Clericus, n. 235. cum ſeqq.* Perez *l. 11. verſ. abogado, tit. 3. lib. 1. Ord.* Azeved. *l. 10. n. 3. tit. 3. lib. 1. nova Recop. & l. 20. tit. 25. lib. 4. etiam nova Recop.* Redoan. *de ſpol. Cler. q. 8 n. 55.* Ugolin. *d. §. 7. verſ. quartò excipitur.*

Sextò in Clerico tabellione conficiente inſtru- 99
mentum quoad ejus validitatem; eſto enim illud facere nequeat, valet tamen, ſi nondum fuerit illi interdictum hujuſmodi officium per ſuum Superiorem: nam interim quod non interdicitur, prohibitioque tranſeat in notitiam populi, valebunt inſtrumenta per illum facta. Bart. *in l. univerſos, C. de decurion. lib. 10. & conſ. 54. circa princ.* Abb. *in d. cap. ſicut, num. 9. cum ſeqq.* Cov. *pract. cap. 19. n. 8. verſ. in quarta concl.* Ferret. *conſ. 213. n. 7.* Caſſan. *d. c. 6. verſ. meſſieurs & ſergens, num. 42.* Marc. Franc. *d. dec. 194.* Perez *l. 15. tit. 18. lib. 2. Ordin. pag. 398.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. q. 9. num. 22.* Ugolin. *d. §. 2. num. 1. verſ. 5.* Maſtrill. *d. dec. 159. num. 9.* Caroi. de Graſſ. *de effectu 8. num. 4.* Bellet. *d. §. 29. num. 5.*

Septimò limita in tabellione, qui Clericus fa- 100
ctus eſt, nam inſtrumenta, ac rogationes veteres perficere, ac abſolvere poteſt, eſto novas recipere nequeat. Gloſſ. *verb. permiſſa, in cap. ut officium. §. ad conſcribendas, de hæret.* Add. *ad Abb. in d. cap. ſicut, num. 1. verſ. octavò limita*, & *ibi* Henriq. *in fine*, Bernard. *in pract. c. 62. num. 3.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 13. num. 49.* Ugol. *d. §. 7. n. 1. verſ. ſextò excipitur.*

Octavò limita in Clerico tabellione conficiente 101
inſtrumentum in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, ut per Franc. Marc. *d. dec. 194. num. 4 & 5.* Cov. *d. c. 19. num. 8. verſ. nam clericus tabellio*, Bonacoſ. *commun. crim. part. 2. verb. Clericus impunè, in princ.* Farin. *d. verb. Clericus, num. 224.* Ugol. *d. §. 2. n. 1. verſ. ſeptimò excipitur*, Maſtrill. *d. dec. 159.* Carol. de Graſſ. *d. effect. 8. n. 14.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *ubi ſup. n. 1. in princ.*

Nonò limita ubi adeſt conſuetudo, quod Cleri- 102
ci Notarius officium exercere valeant, ut per Franc. Marc. *deciſ. 194. num. 7.* Farin. *d. verb. clericus, n. 229. cum ſeqq.* quicquid dicat Ugolin. *d. §. 7. n. 1. verſ. poſtremo vel conſuetudo.*

Teſtificari etiam in cauſa civili ſæculari Clerici 103
ſine permiſſione Epiſcopi prohibentur, *c. teſtimonium, 11. quæſt. 1. cap. quanquam, 14. q. 2.* Pariſ. *conſul. 83. p. 35. vol. 1.* Natt. *conſ. 39. n. 1. vol. 4.* Franc. Marc. *deciſ. 777. n. 4. q. 2.* Marc. Anron. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap. c. 43. n. 4.* Crav. *conſ. 2. num. 1. vol. 1.* Maſcard. *de probat. concl 306. num. 6.* Ugolin. *de officio & poteſt. Epiſc. c. 13. §. 8.* Mart. *de juriſd. p. 4. caſu 128. n. 1.* Bellet *diſquiſit. cler. p. 1. tit. de clerico teſte, §. 2. à princ.* Carol. de Graſſ. *de effectib. clerical effectu 10. per tot.* Sperell. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ. 50. n. 2.* Et ideò ubi admittuntur Clerici ad teſtificandum contra laicum coram Judice ſæculari, id eſt intelligendum cum licentia Epiſcopi & Superioris, ut advertunt Campeg. *de teſtib. reg. 91. fallent. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 1358. n. 61.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 61. n. 73.* Bellet. *d. §. 2. num. 3 verſ. quæro*, niſi tempore peſtis, quia tunc non requiritur licentia Prælati, propter imminens periculum, ſecundùm Ripp. *in tract. de peſte, rub. de privil. Iud. cauſ. peſt. n. 45.* Farin. *d. quæſt. 61, n. 85.* Scip. de Rubæis *in aboriſm. Epiſc. verb. peſtis, n. 2.*

Licentia autem danda per Epiſcopum Cle- 104
rico, ut deponat coram Judice ſæculari, debet eſſe ſub hac, ſive alia ſimili forma: *Conceditur licentia N. Clerico deponendi in Curia ſaculari in tali*

causa, dummodò non deponat super articulis concernentibus criminalitatem, infamiam negativam, aut repulsam: & ponit hanc formulam Bellet d. §. 12. sub num. 5. de qua licentia constare & apparere debet in actis. Curt. in tract. de testib. concl. 39. in fine, vers. oportet ergo, Joan. de Amic. cons. 77. n. 18. Sylvan. cons. 26. num. 7. vers. plus dico, & n. 8. Bellet. ubi proximè, subdens, quod ubi conceditur hujusmodi licentia, non potest Episcopus facultatem impertiri Clerico jurandi coram judice sæculari, nisi quod juret in manibus Vicarii, aut alterius personæ Ecclesiasticæ: refert & sequitur Sperell. d. decis. 50. num. 3.

106 Si tamen de facto Clericus absque licentia sui Prælati testimonium perhibeat coram judice sæculari in causa civili, valet hujusmodi depositio, licet malè fecerit. Abb. in cap. 1. num. 17. de juram. cal. & in cap. cum Nuntius, num. 3. ubi etiam Felin. num. 3. de testib. Arerin. cons. 190. vers. venio ad octavum. Rol. cons. 24. n. 77. cum seqq. vol. 1. quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 2. num. 3. in fine, & §. 3. num 5. Farin. in tract. de testib. q. 81. num. 84. latè Sperell. d. decis. 50. num 14. ubi rationem assignat, quia nempe ut Clericus non valeat absque Superioris licentia coram laico deponere, inductum fuit ex quadam condecentia, & honore Ordinis clericalis, ne laicus videatur in eos auctorizare: unde tanquam levis solemnitas, omissa non vitiat actum: & n. 15. post Carol. de Grassis effectu 19. n. 8. Rota decis 77. num 12. p. 2. diversf. & alios, addit aliquid diminui de fide, quia cùm Is eo modo examinari non potuisset, utique redditur suspectus, tanquam ultroneè se obtulerit, nisi veritas ex natura rei, vel negotii aliter haberi non posset: & n. 9. disputat, an in criminalibus ad offensam etiam non vitietur depositio sine tali licentia facta.

107 Extra judicium, scilicet in contractibus, aut ultimis voluntatibus, etiam sine licentia Superiorum Clerici testes esse possunt. Ita Glos. finalis in c. 1. de juram calum. ubi Abb. n. 17. Farin. in praxi crim. q. 61. num. 79. & num. 84. Ugolin. d. c. 23. §. 8. num. 2. ubi num. 1. à vers. postremo, tenet Clericum in causâ criminali testimonium ferre non posse, per textum in cap. testimonium, juncta Glossa 1. 11. q. 2. Testes

108 laicos ad ferendum testimonium veritatis pro Curiæ Episcopalis informatione, potest Episcopus sub sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis citare. S. Congr. Concilii in Lucana, 16. Martii 1630.

109 Judicare autem in causis civilibus ubi jurisdictionem obtinent, vel ubi sunt arbitri constituti, non prohibentur Clerici, quamvis hujusmodi onera, præsertim qui curam obtinent animarum, debeant evitare, exceptis causis, quas supra de advocatione expressimus. In causis verò criminalibus

110 judicare, aut ferre sententiam sanguinis nullatenus possunt, & si proferant, efficiuntur irregulares, & deponuntur, cap. à quibus, 23. q. 8. cap clericis, & c. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 101. num. 1. in noviss. impress. Maiol. de irregul. 2. p. c. 6. princ. Cened. ad Decretal. collect. 61. n. 1. Farin. fragment crim. p. 1. verb. clericus. num. 368. cum seqq. Camill. Borell. in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 11. n. 39. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 21. num. 15. Bellet disquisit. cler. p. 1. tit. de discipl. cler. § 26. num. 3. Alex. Sperell. in decis. fori Eccles. decis. 86. num. 16. ubi num. 17. cum Farin. ubi supra, num. 370. ampliat etiamsi per alium ab ipso delegatum sententiam hujusmodi proferant: & num. 22. post multos, quos refert & sequitur, intelligit sequuto effectu mortis, vel mutilationis membrorum. Nullam verò contrahit irregularitatem Clericus, qui alteri committit causam, in qua postea pœna sanguinis ingeratur. Maiol. de irregul. lib. 2. c. 7. n. 11. Salzed. ad Bernard. cap. 99. litt. A, in noviss edit. Cov. in Clem. si furiosus, p. 2. §. 3. n 8 & lib. 3 var. c. 10. num. 3. vers. tertiò, Sayr. in Clavi Regia. lib. 3. cap. 12. num. 3. & de censur. lib. 6. c. 18. n. 17. Avila in simili tract. p 5. sect. 2. dub 4. Molin. de justit. tom. 4. tract. 3. disput 74. num. 9. Sive temporalis jurisdictio eidem competat ratione dignitatis, cui illa sit annexa, sive ratione propriæ personæ, cujus sit patrimonium. Abb. in c. clericis, n. 12 & in d. c. sententiam, num. 10. Bonacin. de censur. disput. 7. q. 4. punct 2. num. 35. & seq. Bellet, disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 3. num. 135. dummodò non exprimatur specialiter in commissione, in quo causa consistat, sed generaliter committatur causa talium, cap fin. ne clerici, vel non. lib. 6. Fusc. de visit. lib. 1. c. 32. n. 5. Cov. in Clem. si furiosus, p. 2. §. 5. n. 8.

Multò minus autem Justitiarii, aut Vicecomitis 111
officium poterunt Clerici exercere, d. c. clericis, vers. ne quis sacerdos: quin potius quoscumque honores sæculares, aut officia suscipere prohibentur, c. eos qui semel, 10. quæst. 2. illis enim interdictum est 112
ne possint esse Vicereges, vel Vicecomites, aut Locumtenentes Principum sæcularium, in jurisdictione sæculari exercenda, nec Gubernatores Regni, vel Administratores provinciæ, tanquam officiales Principum sæcularium, ut per Navar. in man. c. 26. n. 117. vers. 7. Albertus Trot. de vero & perfecto Clerico, lib. 2. c. 54 n. 1. Boër. decis 7 ex n. 1. Burg. de Paz. l. 2. Tauri, n. 77. in fine, Azeved. ad Cur. Pisan. lib. 2. c. 1 cum seqq. litt. A, Bernard. & Salzed. in pract. c. 60. in noviss. impress. Cened. ad Decretal. collect. 61. num. 4. Sayr. de censur. lib. 3 c. 39. n. 7. ubi ait hoc intelligi, quando hujusmodi officium, seu jurisdictio sit adventitia personæ: nam si jurisdictio temporalis annexa sit, vel de novo annecteretur ecclesiasticæ dignitati, ut contingeret in Episcopis, vel aliis Prælatis habentibus utramque jurisdictionem, tunc eam per se exercere poterunt, dummodò non infligant pœnam mortis, aut truncationis membrorum: & licèt in Hispania passim Episcopos fieri Proreges, aut Præsides Senatus Regii dicat Henriq. in sum. lib. 24. de irregul. c. 5. §. 5. in commento litt. Q, hoc tamen fieri ex consensu Summi Pontificis attestatur Sayr. citato loco.

Secundò Clerici tutelam, vel curam suscipere, 113
nisi pietatis causâ, non possunt, nec ad id de jure coguntur, c. 1. & fin. 88. dist. & quod tutores testamentarii, aut dativi esse non possint, probat textus in c. Cyprianus, 12. q. 5. Montan. de tut. c. 35. reg. 1. n. 195. Anastas. Germon. de sacror. imm. lib. 2. c. 15. n. 3. Carol. de Grass. de effectib. cler. eff. 8. 16. per tot. sicut nec regulares, c. generaliter. 16. q. 1. Azor. inst. moral. part. 1. lib. 12. c. 11. quæst. 3. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 14. num. 22. Legitimam tamen tutelam, si velint, bene poterunt suscipere Clerici, Gloss. verb. religiosum, in c. irreligiosum, 87. dist. Greg. Lop. l. 14. tit. 16. p. 6. Cavalcan. de tutoribus, c. 183. Paul Montan. de tutel c. 35. reg. 2. n. 195. Gutier. in simili tract. p. 1. c. 1. num. 29 Molin. de just. tract. 2. disp. 221. vers. Clerici. Mart. de jurisd. part. 4. casu 110. n. 1. Stephan. Grat disceptat. forens. c. 57. n. 32. Thom. Valasc. alleg. juris tom. 1. alleg 97. n. 29. Ugolin. d. cap. 13. §. 18. num. 4. & ubi Clerici de jure possunt esse tutores, res pupilli negotiari valent, non tamen causâ turpis lucri. S. Congr. Conc. 23. Novemb. 1619. Vide quæ dixi sup. c. 39. §. 5. in fin. à n. 12.

Tertiò

114 Tertiò : cùm negociatio clericum vilem reddat, & Sacerdotalem decorem annihilet, *cap. perlatum*, 88. *diſt.* & negotia homines retrahant à ſpiritualibus, quibus incumbere peculiare clericorum munus eſt, juxta illud Apoſt. 2 *ad Corinth.* 1. *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus* : ideò negotiari, & mercaturam facere lucri causâ prohibentur clerici, ut probat textus *in c. negociatio*, 88. *diſt. & in cap. ſecundum 6. ne clerici vel mon.* ubi decernitur, ut excommunicentur : *& in c. ſed nec, eod. tit.* ubi præcipitur ut ſuſpendantur ab officio eccleſiaſtico : & *in cap. clericus, diſt.* 94. ubi imponitur eis depoſitionis pœna : & *in cap. canonum*, 14. *quæſt.* 4. ubi jubetur ut explodantur à clericali conſortio, & ideò peccant mortaliter mercaturam exercendo. Vide Menoch. *conſ.* 12. *n.* 11. *&* 12. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 56. *n.* 8. Strach. *de mercat. part.* 3. *n.* 4. Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 55. aliàs 58. *in noviſſ. impreſſ.* Redoan. *de ſpol. cleric. quæſt.* 2. *in prine. n.* 1. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 9. *q.* 10. Salon. *in* 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. Mart. *de juriſd. part.* 4. *cent.* 1 *caſu* 3. Rebell. *de oblig. juſtit p.* 2. *lib.* 9. *q. fin. ſect.* 2. *à n.* 4. Squillante *de oblig. cleric. part.* 2. *n.* 39. Farin. *frag. crim. p.* 1. *litt.* C. *verb clericus, à n.* 147. Salas *de contract. ubi de empt. dub.* 2. Paul. Comitol. *reſponſ. mor. lib.* 5. *quæſt.* 53. Medina *in c. de reſt. q.* 3. *art.* 2. Sigiſm. Scacc. *de commerc. §.* 1. *quæſt.* 7. *part.* 2. Valer. Reginald. *in praxi pœnit. lib.* 25. *n.* 325. Cur. Philipp. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Bellet *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſcipl. cleric. §* 21. Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract. de contract. reſol.* 72. Ugolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, c.* 13. *§.* 15. *&* 16. Fagund. *in examine Theologiæ moralis p.* 4. *c.* 5. *§* 8. *num.* 4. Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effectu* 6. Buratt. *deciſ.* 916. *n.* 7. Gabr. Pereira *de manu Regia, part.* 2. *c.* 24. *ſub n.* 34. ubi triplicem negociationis clericorum ſpeciem tradit, œconomicam ſcilicet, lucrativam, & induſtrioſam : noviſſimè Sperel. *in deciſ. fori Eccleſ. deciſ.* 94. *à prine.* Lezana *in ſum. qq. Reg. c.* 9 *n.* 39.

115 Amplia primò, procedere quocunque contractu negocientur, utpote vel emendo, vel vendendo, ut reſolvit Ugolin *d. cap.* 12. *§.* 15. *num.* 1. *in fine*, vel conducendo poſſeſſiones propter cupiditatem, ut
116 probat textus *in c.* 1. *ne cleric. vel monach.* ubi Abb. *num.* 8. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſc. Neapol. cap.* 62. *num.* 12. Mart. *de juriſd. part.* 4. *cent.* 1. *caſu* 3. Joan. de Salas *de contract. tractat.* 1. *dub.* 2. Bellet. *diſquiſit cleric. part.* 1. *tit. de diſciplin. cleric. §.* 21. *num.* 31. Illuſtriſſ. D. meus. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 2. *diſtinct.* 87. niſi neceſſitas inſtet, videlicet ad ſui, vel ſuorum ſuſtentationem, ut declarant Hoſt. *in cap.* 1. *num.* 2. *de oblig. ad ratiocin.* Silveſt. *in ſum. verb. clericus* 3. *num.* 2. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 342. Leſſ. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 15. *dub.* 1 *num.* 6. Port. Imol. *conſil.* 16. Joan. Baptiſta Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 73. Marc. Anton. Genuenſ. *citato loco*, Bellet. *d. §.* 21. *num.* 33. *ubi num.* 35. ſubdit, quod poteſt clericus
117 conducere omnes obventiones Eccleſiæ, ut ipſe habeat curam regiminis Eccleſiæ, in ea officiando, & de proventibus reſpondendo in certa quantitate ; vel niſi conductori ſuccedat, quia poterit perſeverare in conductione uſque ad tempus, quo durare debet conductio. Gloſ. *verb. conductores*, *in d. cap.* 1. ubi Abb. *num.* 8. Felin. *in c. quia G. num.* 3. *verſic. ideo ipſe de judic.* Barbat. *conſil.* 1. *num.* 59. *vol.* 3. Sylveſt. *in ſum. verb. clericus* 3. *num.* 2. Greg. Lop. *l.* 45. *verb. arrendadores, tit.* 6. *part.* 1. Bonacoſ. *commun criminal. part.* 2. *verb. curiales, fol.* 20. Redoan. *de ſpoliis cler. in præſ. quæſt.* 2. *num.* 12. Bellet.

d. §. 12. *num.* 41. Molin *d. tract.* 2. *diſput.* 342. *num.* 7. Leſſ. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 6. Ugolin. *d. §* 16. *num.* 7. *verſ. quia igitur.*

Amplia ſecundò, ſeu potiùs declara procedere 118
in illis, qui aliquid emant, vel contractu oneroſo acquirunt, ut ex illius venditione lucrum referant ; ſecus autem ſi emant rem eo animo, ut domi conſumant, vel ut eam reducant ad aliquam formam, aut ea vendant, quæ de rebus ſuis recollecta fuerint. Vide Tiraq. *in præfat retractus, leg.* 78. Mex. *in tract. taxa panis, concl. numer.* 170 Mart. *de juriſd. part.* 4 *caſu* 3. *num.* 10. Cev. 1. *commun. contra communes, quæſt.* 810. *num.* 16. *&* 17. Quaranta *in ſum. Bullarii, verb. vectigal, verſ. tertio quatenus*, Suar. *tom.* 5. *diſp.* 33. *ſect.* 4. *n.* 21. Bellet. *d. p.* 1. *tit. de exempt. cleric. à muner. §.* 4. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 339 *&* 342. *concl.* 4 Carol. de Graſſ. *de effectib. cleric. effectu.* 3. Bonacin. *de contractib. diſp.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 2. *num.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 2. *num.* 325. *verſ. quarta, & n.* 379. Joan. Salas *d. dub.* 2. *num.* 1.

Limita primo, quando Clerici negociationem 119
exercuerint, non lucri, ſed neceſſitatis causâ, ut ſe ſuoſque alant, cùm aliunde unde vivant non habeant, & bona ad eorum victum non ſufficiant. Ita Salzed. *ad Bernard. d. cap.* 48. *verſ. neceſſitatis tamen causa*, Nav. *conſ.* ... *num.* 3. *ne clerici vel monach.* Ugolin. *d. cap.* 13 ubi *num.* 170. ſubdit, quod in dubio negociatio præſumitur facta ex cauſa cupiditatis, & lucri, niſi probetur neceſſitas. Et in clerico conjugato, quod illi licita ſit honeſta negotiatio victus cauſa, quam ſi exerceat, quod non debet privari privilegio à jure conceſſo, tenent Sanch. *d. lib.* 6. *diſp.* 46. *num.* 26. me citato Ciarlin. *controv. forenſ cap.* 53. *num.* 27.

Limita ſecundò, ubi ſemel, aut iterum Clericus 120
negociatus fuerit, quia in hoc caſu non peccaret mortaliter. Salzed. *ad Bernard. cap.* 38. *verſ. & hujus capitis*, Cened. *ad Decretum collect.* 57. *n.* 2. *in fine*, Diana *d. reſolut.* 72. *verſ. limita*, Carol. de Graſſ. *d. effectu* 9. *num.* 19. Ugolin. *d. §.* 15. *num.* 2. *&* *§.* 17. *num.* 1. 121

Limita tertiò in clerico negociante per alium, ſi juſta cauſa excuſet. Ita Nav. *de ſpoliis clericorum*, *§.* 8. *in fine*, Tabien. *verb. emptio, q.* 26. Malder. 2. 2. *tract.* 5. *c.* 1. *dub.* 4. Molin. *de juſtit. tom.* 2. *diſput.* 342. *n.* 10. Leſſ. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 21. *dub.* 1. *n.* 6. Squillante *de oblig. cleric. p.* 2. *num.* 43. Fernand *in examine Theologiæ moralis, p.* 4. *c.* 5 *§* 8 *num.* 6. Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 9. *num.* 1. *diſt.* 99. Diana *d. reſol.* 72. *verſ. ſed tota difficultas.*

Contra Magal. 2. 2. *lib.* 2. *cap.* 5 *quæſt.* 157. Marc- 122
Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſc. Neapol. c.* 62. *num.* 6. Ugolin. *d. §.* 12. *n.* 7. exiſtimantes non poſſe Clericos etiam per alios negociari. At diſtinctione opus eſſe oſtendimus *ſupra cap.* 39. *§.* 5. *de privileg. immunit. à tributis, verſ.* 11. *n.* 67.

Limita quartò, ubi Clericus emiſſet pertinentia ad ſe, ſuamque familiam ſuſtentandam per totum annum, & præter propoſitum empta ſuperſunt, vel diminutione familiæ, vel alia ratione ; tunc enim pretio currenti, etiam cariori quàm erat, abſque negociationis periculo vendere poteſt, ut per Proſper. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. d. verb. Vectigal. verſ. tertiò*, ibi *idque extende*, Ugolin. *d. §* 16. *verſ.* 5 Bonacin. *de cenſur. in Bulla, diſput.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. *num.* 6. *verſ ſecus.* 123

Limita quintò, ubi Clericus mercaturam exercuerit cum ſuis animalibus & prædiis, poteſt enim locare animalia, ut boves & oves, ſi habet ex de-

dimis vel successione, aut si habens pascua multa, emit eadem animalia, ut illa depasceret ad sustentationem sui & suorum, ut per Redoan. *de spol. cler. q.* 2. Molina *disput.* 342. *n.* 14. Bellet. *d. tit. de favore cler. §.* 11. *n.* 34. Bonacin. *d. §.* 3. *n* 6. *vers.* 2

114 Limita sextò, ubi Clericus agros proprios coleret, ut fructus venderet, lapides vel metalla ex suis fundis cœderet, vel erueret, sive ea mutet in aliam speciem, sive non, greges in suis prædiis aleret, ut ex fœtu, lacte, lana pecuniam conficiat, aut ut ipsa animalia adulta & saginata vendat. Ita Less. *de justit. lib.* 2. *cap.* 15. *dub.* 1. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 53. *num.* 2. Fernand. *ubi supra num.* 5. Unde si Clericus fructus ex patrimonialibus, vel ecclesiasticis prædiis recollectos aliò exportari faciat causâ lucri faciendi, & ut cariùs ibi illos vendat, non est ullo pacto negociatio, sed est contractus omni jure Clericis permissus, qui ex rebus suis negociari non dicuntur, ac proinde ab omni vectigalis solutione sunt exempti: Ita Tiraq. *de nobilit. cap.* 28. *num.* 10. Avendan. *de exeq. mand. cap.* 19. *n.* 24. Natt. Roland. & alii quos refert & sequitur Sperell. *d. decis.* 94. *num* 5 contra Carol. de Grassis, & ab eo citatos *de effectib. cleric. effectu* 3. *num.* 189. illis respondens Idem Sperel. *dicto loco num.* 13. antea advertens, quod in fructibus ex propriis, vel Ecclesiasticis prædiis recollectis non cadit mercatura, vel negociatio, nec lucri captandi avicitas, proindeque liberè poterit Clericus ubique locorum eos vendere: & in puncto, quod Clericus deferens rem suam de loco ad locum causâ vendendi, & habendi majus pretium, non dicatur negociator, consuluit Marcabrun. *consil.* 18. *num.* 291. *cum seqq.*

115 Limita septimò, ubi Clericus à locis piis terrena in affictum acceperit, quia non debet prætextu illicitæ negociationis molestari, ut Nuntio Neapolis rescripsit S. Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, sub die 19 Januarii 1593. Verùm si quis aliena prædia conduxerit, ut fructus inde peicipiendos vendat, negociator dicitur. Tiraq. *de nobil. cap.* 37. *num.* 82. Gut. *d. quæst.* 93. *n.* 79. præcipuè si lucri gratiâ, non pro vitæ & familiæ sustentatione prædium conduxerit Carol. de Grassis *de effectib. cleric. n.* 30. *&* 31. Sperell. *d. decis.* 94. *num.* 16. Bonac. *tom.* 2. *disput.* 2. *de rest. quæst.* 9. *punct.* 2. *num.* 4. Joan. Vviggers *de just. in* 2. 2. *tract.* 3. *cap.* 5. *dub.* 2. *n.* 7.

116 Limita octavò, ubi Clericus vinum suum etiam minutim vendiderit, cum advertentiis tamen sibi per Episcopum præscriptis, prout Aversano Episcopo eadem rescripsit sub die 5. Maii 1593. Tabernam enim non dicuntur exercere, nec ad gabellæ solutionem tenentur, qui vinum suum etiam ad minutum vendunt. Glos. *in c. negociatorem*, 88. *dist.* Bertachin. *de gabell. part.* 7. *princ, quæst.* 2. *col.* 4. *vers. an autem*, Lambert. *de jure patron. lib.* 2. *p.* 1. *quæst.* 6. *art.* 29, *n.* 4. Nav. *in man. cap.* 25. *num.* 100. Jacob. de Graff. *in decis. aureis part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 11. *&* 12. Gutier. *de gabell. quæst.* 93. *num.* 33. Bellet. *disquisit. cleric. tit. de disciplin. cleric. §.* 21. *num.* 15. Sperell. *d. decis.* 94. *n.* 10.

117 Limita nonò, quando Clerici sua bona patrimonialia, ac beneficiorum, quæ obtinent, excoli faciunt, animaliaque ad hunc effectum necessaria emunt, venduntque. Ita S. Congreg. negotiis Episcoporum & Regularium præpositâ, *in Barensi* 15. *Novembris* 1616.

Circa hanc materiam vidi decisionem Sacræ Congregat. Concilii plures casus comprehendentem, qui pro aliis limitationibus deservire possunt; decisionem autem, quia singularis est, hic ad litteram transcribere operæpretium duxi, prout sequitur. *Eminentissimi, & Reverendissimi Domini, Capitulum, Presbyteri, & Clerus civitatis & Diœcesis Caputaquensis, prout plurimum ob loci, personarum, & temporum qualitatem ali quas ex infrascriptis actionibus facere, necnon ad suam, & familiæ sustentationem coguntur quærere, ad obviandas vexationes commissariorum petunt, ut declaretur an liceat infrascripta facere, absque reatu illicitæ negociationis.*

Primò: an liceat eis terras patrimoniales, & beneficiales per laicos colere?

Secundo pro necessario culturæ usu, an possint emere boves, & alia animalia, & fœtus illorum vendere?

Tertiò, an ii, qui ex propriis bonis habent quercus, & castaneas, quarum fructibus sues vescuntur, possint sues emere, eosve alere, & pro sua, & familiæ sustentatione vendere?

Quartò, an Clerici pauperes ad suam, suaque familiæ sustentationem possint terras Ecclesiæ conducere?

Quintò, an iidem Clerici cum foliis suorum arborum possint in propriis ædibus arti sericæ operam dare, vel etiam opus dare ad medietatem, seu ad quartum, & fructus inde percipiendos vendere absque reatu illicitæ negociationis?

Sextò, an possint locare boves, oves, & animalia quæ habent ex successione, vel aliis debitis, vel decimis, eorumque fructus vendere?

Septimò, an liceat ex olivis, vineis, quercubus & aliis arboribus existentibus in terris patrimonialibus, & beneficialibus, & aliis obtentis vendere oleum, vinum, glandes, & alios fructus ad sustentationem suæ familiæ: item & granum, & frumentum hujusmodi ex bonis patrimonialibus, aut beneficialibus.

Sacra Congregat. Cardinalium Concilii. Tridentini Interpretum, mandavit transmitti infrascripta dubia per manus Eminentissimorum, & dari declarationes Sacræ Congregationis Episcoporum S. Congreg. Eminentissimorum Cardinalium Concilii Trident. Interpretum, prævia maturâ consideratione, & inhærendo declarationibus aliàs factis.

Ad primum respondit, licere Clericis agros beneficiorum, & bonorum patrimonialium laicorum operâ colere, absque metu illicitæ negociationis.

Ad secundum, posse similiter Clericos pro culturæ usu boves, & alia animalia emere, illorumque fœtus justo pretio & honestâ ratione vendere, nec ob id prohibitæ negociationis prætextu vexari posse, aut debere.

Ad tertium, item & posse Clericos habentes in propriis bonis quercus, & castaneas, sues emere, eosque alere pro sua & familiæ sustentatione, dummodo tamen in emendis, alendis, distrahendisve nihil sordidum, aut indecens Ordini clericali exequantur.

Ad quartum, licere Clericis folia arborum in propriis bonis existentium alicui laico concedere eo pacto adjecto, ut lucram ex bombicibus inter utrumque dividatur: & pariter eisdem licere earumdem arborum foliis per se ipsos, absque officii eorum detrimento artâ sericâ operam dare pro sua & familiæ sustentatione; dummodo tamen in artificio hujusmodi personas non suspectas adhibeant, & quoad hoc Episcopi licentia, qua gratis sit concedenda, obtineatur.

Ad quintum, Clericos pauperes ad suam, suaque familiæ sustentationem posse terras Ecclesiæ conducere absque reatu illicitæ negociationis, bona verò laicorum non posse, nisi ex mera & præcisa necessitate.

Ad

Ad ſextum poſſe retinere, & locare boves & oves, ac alia animalia, quæ habent ex ſucceſſione, vel decimis, necnon fructus illorum vendere abſque reatu illicitæ negociationis.

Ad ſeptimum, eoſdem poſſe vendere granum, hordeum, & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel eccleſiaſticis pro ſua & ſuorum ſuſtentatione. A. Card Ubaldinus, Franc. Paulutius S. Congr. Conc. Trid Secret. Et iterum reſponſum fuiſſe Preſbyteris, & Clericis Altimontis Caſſanenſis diœceſis de anno 1629. refert Carol. Mirant. *tom. 2. reſponſ. 41. in fine*, adducens ipſam declarationem Sacræ Congr. Conc. quæ cum præcedenti coincidit.

Sacerdotes & Beneficiati Diœceſis Alexand. & Ugentin. cùm à Commiſſariis ſpolii moleſtarentur ex capite illicitæ negociationis in infraſcriptis caſibus, ſupplicant S. Congreg. ut dignentur declarare quando in eiſdem ſit licita, vel illicita oratoribus negociatio.

Primo, an Sacerdotes, & Clerici beneficiati poſſint operas ſuorum bovum, quos pro laborandis ſuis prædiis patrimonialibus, ſeu beneficialibus, aut ad eos quoquo modo ſpectantibus, retinent, dum ſibi vacant, aliis locare pro certa mercede, abſque periculo ſpolii. & pœnarum Clericis negociatoribus impoſitarum?

Secundò an poſſint boves quos emerint, vel in ſuis prædiis natos educaverint, & inſtruxerint, conducere, ut vulgo dicitur, à giovatico, pro certa tritici quantitate quolibet anno perſolvenda.

Tertiò, an poſſint oves centum, vel ſaltem quinquaginta ſimili ratione concedere, pro certa caſeorum quantitate pro eorum, & ſuæ familiæ uſu.

Quartò, an in ſuis molendinis pro tritico, & piſtrinis pro oleo, poſtquam ſuum triticum, & olivas moluerunt, alienum triticum, & alienas olivas certâ mercede conſtituta molere poſſint, ſuppoſitis infraſcriptis: quod id ab immemorabili tempore ſemper fuerit factum & obſervatum: quod ſingulis annis non expedit pro ſolo ſervitio proprio triginta vel quadraginta ducatos impendere in conficiendis piſtrinis: nam fiunt ex juncis, & aliis materiis, quæ menſibus quinque, aut ſex corrumpuntur; & in uno equo, & quatuor perſonis inſervientibus iſtis piſtrinis: & quod molitura olivarum durat per quatuor, quinque, vel ſex menſes, juxta annorum fertilitatem.

Quinto, an poſſint aſſumere onus colligendi, aut faciendi à ſua familia colligere olivas pro certa olei portione domino oliveti reddenda, ſuppoſita inhoc immemorabili conſuetudine?

Sextò & ultimò, an poſſint in bonis amicorum & propinquorum operas diurnas præſtare, ne illis eaſdem in prædiis propriis reſtituant?

Ad dubia propoſita reſponſum fuit ut ſequitur.

Ad primum affirmativè, ſi tot juga boum retineantur, quot ſunt pro prædiis neceſſaria, vel ſi ultra neceſſitatem boves illi nati ſint ex vaccis, quæ pro neceſſitate culturæ prædiorum, vel alio licito modo tenentur, per doctrinam Molinæ loco infra citando.

Ad ſecundum, quoad boves emptos negativè; quo vero ad boves proprios affirmativè. P. Molin. de contract. diſp. 342. ſub n. 4. quem refert & ſequitur Quarant. in verb. Vectigal, §. ſimiliter ad illicita.

Ad tertium affirmativè, ſi oves propria fuerint, & non empta ad illum effectum, ex præcedenti Molinæ doctrina: & ſi empta, dummodo ad comparandum neceſſaria ad victum, & non ad lucrum.

Ad quartum affirmativè, duobus concurrentibus, videlicet modo ob hanc cauſam non ſe ſubtrahant ab iis, in quibus ex officio clericali incumbere debent, & dummodo non ad lucrum, ſed ad neceſſaria vitæ comparanda pro ſe & ſua familia: non enim hujuſmodi artificium ſordidum videtur, aut inhoneſtum in illis partibus, cum per unum equum, & quatuor famulos, ſeu operarios fiat, & non per ipſos clericos. Quarant. *ubi ſupra, poſt alios, §. difficultas verſatur, circa med. & fin.*

Ad quintum negativè, niſi proprii redditus ſibi, ſuæque familiæ non ſufficiant; nam hoc caſu ad comparandum victum etiam aliena prædia conducere licet. Gloſſ. *in can pervenit, in gloſſ. conductores, 88. diſtinct.* quod eſt de mente omnium Doctorum, ut teſtatur Quarant *ubi ſup. §. quæritur, in fine.*

Ad ſextum, ſi opera non ſint ſordida & inhoneſta, poſſunt fieri hujuſmodi communationes, per ea quæ ſcribit Quarant. *ubi ſupra, §. difficultas, in fine*, ex doctrina Sylveſtri.

Poſſunt vendere Clerici panem coctum, & ad minutum ex frumento collecto in prædiis canonicalibus, ſine ſuſpicione illicitæ negociationis. Abb. *conſil. 6. in fine, lib. 1.* Cravet. *conſ. 6. n. 116.* Sylveſt. *in ſum. verb. excommunicatio 21. verſ. ſecundo nota, num. 46.* Carol. de Graſſ. *d. effectib. clerical effect. 6. num. 33.* etiam non obſtante prohibitione. Roland. *conſ. 72. num. 9. lib 4.*

Clerici in caſibus non permiſſis negotiantes peccant mortaliter, & excommunicari poſſunt, per dictum caput ſecundum, & deponi, ut habetur *in c. 1.* cum multis ſequentibus, *14. p. 4.* & ſupra *num. 114.* oſtendimus. Et pro rebus, in quibus negociantur tanquam laici, ad vectigalia, & portoria præſtanda tenentur, *cap. ult. de vita & honeſt. cleric. cap. quanquam de cenſib. lib. 6.* quia dignum eſt eos, qui cum aliis ſimilem vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentire in legibus diſciplinam, ut ait textus *in cap. recolentes, de ſtatu monach.* Quare ita tenent Azeved. *l. 7. verb. como ſi fuera lego 11. 28. lib. 9. nova recopil.* Gironda *de gabell. part. 7. ex num. 9.* Parladur. *rerum quotid. lib. 1. cap. 3 §. 1.* Mexia *in tract. taxæ panis, concluſ. 5. ex n. 21.* Marta *de jurisdict. part 4. cent. 1. cap 36. cum ſeqq.* Ugol. *d. c. 13 §. 17. n 2. verſic. 4.* Verùm ſi quæſtio verteretur inter Clericum & publicanum, an res, quam ipſe Clericus extraxit, vel invehit in civitatem, ſit cauſâ proprii uſus, vel in fraudem, aut ad negociandum, vel alicujus laici, ad Ordinarium ſpectabit cognitio. Bertach. *de gabell. 7 quæſt. princ. col. 5. verſic. nec præterea*, Ferret *cod. tract. num. 133.* Sperell. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ. 11. num. 63. & deciſ. 49. n. 16.* ubi *n. 15.* etiam tenet, quod quando res apud Clericum reperitur, & diſputatur, an ejuſmodi ſit, ex qua ſolvi debuiſſet vectigal, id per Judicem Eccleſiaſticum eſt agnoſcendum. 128 129

Quæſtio eſt controverſa, an Clericus negociator teneatur ex rebus, quas negociationis cauſâ advehit vel tranſmittit, vectigal, & onus ſolvere antequam ter moneatur, ut à negociatione deſiſtat? In qua duplex reperitur ſententia, una aſſerit teneri, quamvis trina monitio non præceſſerit. Ita Mol. *de juſtit. tract. 2. diſp. 241. num. 10.* Mar. Alter. *de cenſur tom. 1. ubi de Bulla in Cœna Domini, d. ſp. 19. cap. 6. col 10 quæſ. 3.* Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. d. verb. vectigal.* Turrian. *tom. 2. in 2. 2. tract. 5. cap. 6 dub. 9.* Portel. *in dubiis Regularib. verb. tributum, num. 5.* Carol. de Graſſis *d. effect. num. 184.* Altera, cui tanquam probabiliori adhæreo, ait Clericum non teneri tributa ſolvere antequam ter admoneatur, ut mercaturam non exerceat. Ita per textum *in cap. ex litteris, de vita & honeſt. Cleric.* docent Ludovic. Lop. *in inſtruct. conſcient. 2. p. c. 4.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 9. num 379. ad fin.* Anton. de Souſa *de cenſur. Bullæ Cœnæ c. 19. diſp. 62.* 130

UAB Biblioteca de Ciències Socials

disput. 92. num. 3 ad fin. Paul. de Ledesma *in sum. part. 2. tract. 17. cap. 2 conclus. 16.* Molfes. *in sum. Theologia Mor. tom. 2 tract. 12 cap. 22. n 177.* Less. *de justit. lib. 2. cap. 33. dub. 3 num. 13.* Joan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. in princ. quæst. 7. art. 3. dub. 1. conclus. 1.* Trina enim monitio debet præcedere, ut Clericus negociator amittat privilegium, *d. c. ex litteris,* Stracch. *de mercat. part. 3. num. 8. & 9.* Camill. Borell. *in sum. omn. dec. tom. 1. tit. 7. de Clerico & Sacerd. num. 70.* Cened. *ad Decretum. collect. 37. num. 2. vers. quod planè,* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu 1. num. 847.* & non sufficere unam monitionem peremptoriam pro oneribus, tenet Perez *l. 13. verb. por tres vezes, tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 80.* sed exigi tres admonitiones distinctas, contendunt Tabien. *verb. Excommunicato 5. num. 24.* Sylvest. *in sum. verb. Clericus 3. n. 9.* Nav. *in man. c. 27. num. 81.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 53.*

131 Ab omni quoque sordido quæstu, & vili, aut ignominioso artificio abstinere debent Clerici: quibus tamen non suppetit ex Sacerdotio, possunt honesto aliquo artificiolo victum quærere, *c. clericus 1. & 2. dist. 9.* Stracch. *de mercat. p. 2. num. 5.* Less. *de justitia lib. 2. c. 25. dub. 2.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 4. c. 5. §. 7.* Vivian. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 11. num. 43 vers. & Concilium. pag. 575.* Nav. *comment. 2. de regular. num. 37.* Ugolin. *d. c. 13. § 18. num. 1. vers. excipio,* Illustr. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 9. n. 2. dist. 88.*

133 Sic Apostoli laborabant manibus suis, ne quemquam gravarent. Paul. *1. ad Thessal. 1. & 2. ad Corinth. 4.* & Actor. *2. cap. 18. c. nunquam, de consecr. dist. 5.* & S. Lucas manibus operabatur in pingendo, & S. Antonius in colendo terram, & texendo

134 fiscellas Quamobrem permissum est Clericis, maximè quibus Ecclesia non sufficit, ut victum & vestitum quærant, ut exerceant opera rusticalia, veluti fiscellas juncis texere, canistra viminibus plectere, sarrere humum, areolas æquo limite dividere, in quibus cùm olerum jactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, inserere infructuosas arbores, vel gemmis, vel surculis alvearia fabricare, & retes texere pro capiendis pisibus, proprias vineas putare, vel fodere, domos suas reficere, & alia hujusmodi facere, *c. Presbyteri, c. clericus victum, 91. dist.* dummodò tamen expediantur munera, quibus incumbere debent. Ita Steph. Gratian. *discept. forens. c. 57. num 27.*

135 Specialiter autem Clericis alchimiæ artem Joannes XXII. propositis pœnis interdixit *in Extravag. ſpondent. de crim. falsi, inter communes,* & ars medendi, præsertim chirurgia, est Clericis interdicta, *c. fin. ne Clerici vel monachi, c. tua nos,* juncta Glossa *verb. congruebat, de homicid.* Ugolin. *d. cap. 13. §. 14.*

136 Quartò studium Medicinæ & legum Civilium Sacerdotibus, vel Curatis, & in dignitate Ecclesiastica constitutis interdicitur, sicut & Regularibus prohibetur sub pœna excommunicationis, nisi intra duos menses dimiserint, *in c. ult. ne Clerici vel monach. in c. 1. eod. tit. in 6.* Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico, lib. 2. c. 35.* Menoch. *de arbit. casu 425. num. 28.* Tolet. *lib. 1. c. 37. num. 7. &* 8. Squillante *de obligat. cleric. p. 2. à num. 57.* Salzed *ad Bernard. in practic. c. 62. in novissim. impress.* Suar. *tom. 5 de censur. disput. 23 sect. 3. num. 19.* Bellet. *d. tit. de disciplina cler. §. 30.* Ugolin. *de officio Episcopi, c. 15.* Sanctarel. *variar. resol. quæst. 3. num. 11.* contra quam prohibitionem solus Papa facultatem indulger potest, ex Rebuff. *in tract. commun. q 5. num. 53.* Salzed. *ad Bernard. d. c. 61. vers. solus,* Farin. *crimin part. 1. litt. C, verb. Clericus, 206* Quâ quidem pœnâ maximè afficiuntur privatim, & in camera Juri Cæsareo, vel physicæ operam dantes, ut meliùs Canonica decreta intelligant, secundùm Albert. Trot. *d. c. 35. n. 5.* Salzed. *d. c. 62. vers nec ea,* Farin. *d. verb. Clericus. n. 196.*

Quintò Clerici arma deferre non possunt, por- 137
tantes enim excommunicari debent., *cap. armorum, vers. notabis,* Cov. *pract. cap. 33. num. 7. & lib. 2. variar. c. 20. vers. penult.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter. virum & uxor. notab. 2. §. 1. num. 13.* Tiraquell. *de judicio in rebus exig. vers. 21. fol. 35.* Decian. *in tract. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 23. & 24.* Farin. *in praxi crim. part 3. quæst. 108. num. 21. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib 7. cap. 15. vers. prohibetur,* ubi idem ait de Beneficiatis, Squillante *de obligat. cler. part. 2. n. 49.* Bellet. *disquisit. cler. part. 1 tit. de disciplcler. §. 18. n. 8. vers. quod si,* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec. 371. num. 3. in prima edit. & resol. 314. num. 3. in secunda edit.* Galganet *de jur. public. lib. 3. tit. 5. num. 65.* Carol. de Grassis *de effect. cler. effectu 20. num. 8.* Ugolin. *de officio & potestat. Episcopi. c. 13. §. 2.* ut per citatos à Cened. *ad Decretal. collect. 7. n. 14.* Clericorum 138
enim arma sunt orationes, & lacrimæ, *cap. fin. 36. dist. cap. porrò 6. quæst. 3. cap. convenior, cap. non pila,* cum aliis *23. quæst. 8.* Lup. *in tract. de bello & bellator. 1. part. sub num. 1.* Aloys. Ricc. *d. resol. 514. num. 4.* Rendina *de Principis majest. verb. non armis, in 2. part. n. 173.* Franc. Marc. *decis. 255. num. 53. part. 1.* Cephal. *cons. 151. n. 6. lib. 2.* Navar. *cons. 8. subtit. de iis qua vi, n. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 394. n. 51.* Bellet. *d. §. 18. n. 9.* Franc. Molin. *de brachio regio, cap. 28. num. 41.* Carol. de Grassis *d. effectu 20. n. 4.* Gisbert. Schevican. *de Eccles. vita, lib. 3. cap. 55. in fine.*

Verùm si subsit justa causa, poterunt Clerici ar- 139
ma portare, veluti si per loca periculosa iter faciant, ad terrorem latronum, ut per Gloss. *verb. Clerici, in d. c. clerici, ubi* Bald. *num. 2.* & Abb. *num. 8.* Socin. *reg. 30. limit. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 394. num. 58.* Decian. *d. cap. 3. num. 34.* Farin. *d. quæst. 108. num. 110.* Bellet. *d. §. 18. num 15.* Carol. de Grassis *d. effectu 20. n. 13. cum seqq.* Ugolin. *d. cap. 13. §. 12. vers. excipitur:* vel si essent in obsidione, aut haberent inimicitias, seu ex aliqua justa alia causa. Bald. *in d. c. clerici, n. 7.* Iacob. de Graff. *in aureis dec. part. 2. lib. 3. cap. 7. n. 3.* Ugolin. *d. §. 12. vers. 2.*

Utrùm autem Clericus portans arma, præcipuè 140
si sunt proditorias offensiva, vel aliter jure, aut statuto Principis sæcularis prohibita, possit illis per sæculares judices spoliari? Quæstio est à nostris sæpe agitata, in qua pars negativa verior est, quia ubi nulla delicti forma, vel præsomptio in flagranti deprehenditur, spoliare Clericum armis, cognitionis Judicis Ecclesiastici est, cùm in multis casibus portare arma illi liceat: & dato & non concesso, quod ageretur de statuto publicam concernente utilitatem, & de lege Civili generali & favorabili Reipublicæ, nec contraria sacris Canonibus, etiam hoc casu ad observantiam talium statutorum (quæ revera Clericos saltem quoad vim coactivam ligare non possunt, ut dixi *in collect. ad cap. Ecclesia S. Maria, ex n. 3. de constit.*) per Judicem Ecclesiasticum sunt cogendi. Glos. *verb. necessitatis in c. generaliter, 16. q. 1.* Rip. *de peste. tit. de remed. ad conserv. ubert.*

ubert. n. 236. itaque coactio pertinebit ad Judicem Eccleſiaſticum, ac proinde Clerici non poterunt per laicos armis ſpoliari, ut bene reſolvunt Megala *in* 3. *part. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 20. Alderan. Maſcard. *de generali ſtatutor interpret. concl.* 1. *n.* 741. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 74. *n.* 6. Mart. *de juriſd. part* 4. *caſu* 7. *numer.* 20. Ugol. *de poteſt. Epiſc. can.* 13. §. 12. *n.* 3. Madius *in tract. de ſacris Ordin. cap.* 14. *n.* 21. Bonacin. *de legib. diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 1. *n.* 2. Camp. *in diverſ. Juris Canonici, rub.* 4. *n.* 19. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit.* 2. §. 2. *n.* 38. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ.* 299. *part.* 3. ubi reſolvit Clericum ferentem arma poſſe reſiſtere armis birruario laico volenti eum capere. Duard. *in comment. ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 12. *q.* 11. *n.* 91. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *de immun. Eccleſ. reſol.* 6. *verſ. falluntur*, noviſſimè Stephan. Vveyms *ad conſtitutiones* 24. *ex Jure antiquo deſumptas, & per Conc. Trid. innovatas, conſtit.* 9. *n* 15. *pag.* 84. ubi atteſtatur à ſacra Congr. de anno 1586. fuiſſe reſponſum, Clericum non beneficiatum, qui inſervit alicui Eccleſiæ, ſi fuerit cum armis deprehenſus de die, vel de nocte abſque habitu & Tonſura, non carere ptivilegio: bene Cald. *controverſ. forenſ. c.* 15. *n.* 82. & latiùs *c.* 20. *n.* 75. *cum ſeqq.* ubi atteſtatur ſuo tempore in Curia Eccleſiaſtica Regni id ſæpe accidiſſe, & birruarii ſemper ſine difficultate dimiſerunt arma penes officium Epiſcopale, ubi Vicarius erat: noviſſimè D. Alex. Sperell. *in dec. fori Eccl. dec.* 12. *n.* 60. ubi refert ita ſe millies practicaſſe, Machado *d. tr.* 13. *doc. ult. in fine*, noviſſimè, & latè Anſald. *de juriſd. Eccleſ. part.* 2. *tit.* 12. *c.* 22.

Contra Greg. Lop. *l.* 46. *tit.* 6. *part.* 1. Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab.* 2. §. 1. *n.* 13. Covar. *variar. lib.* 2. *cap. fin num. ult. & pract. cap.* 23. *n.* 6. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri. num.* 48. Cott. *in memorabil. verb. armorum uſus*, Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *n.* 26. Plaz. *de delict. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. Duen. *reg.* 15. Menoch. *de arbitr. caſu* 394. *n.* 30. *cum ſeqq.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 58. *verſ. ſic apud Hiſpanos, in noviſſ. edit.* Avendan. *in diction. verb. Armadura, verſ. fin.* Perez *l.* 1. *verſ. tum etiam, tit.* 1. *lib.* 4. *Ord. & lib.* 2. *verſ. quæramus, tit.* 14. *lib.* 2. *ejuſdem Ord.* Mexia *in tract. taxæ panis, concl.* 5. *n.* 58. Azeved. *l.* 9. *n.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *nove recop. & l.* 4. *& 6. n.* 13. *tit.* 6. *lib.* 6. *etiam nova recopil.* Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *p.* 8. *cap. unic. n.* 7. *&* 10. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 9. *num.* 53. Camill. Borell. *in addit. ad Bellug. rub.* 11. §. *dubitatur, verb. armorum, & de Regis Catholici præſtantia, c.* 71. *n.* 45. *cum ſeqq. & de Magiſtratuum edictis, lib.* 3. *c.* 17. *a n.* 41. *& in ſumma omnium deciſ. tit.* 43. *de foro compet. n.* 136. Decian. *in tr. crim. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 140 *& lib.* 8. *c.* 3. *num.* 23. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 12. Joan. de Hevia *in Curia Philip. part.* 3. §. 3. *num.* 9. Bobadil. *in ſua politica tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 67. *lib.* 2. *c.* 18. *numer.* 66. *&* 71. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. dec.* 371. *n.* 4. *in prima edit.* aliàs *reſolut.* 314. *in ſecunda edit.* Cardoſ. *in praxi Judicum, verb. Clericus, n.* 33. *cum ſeqq.* Ortiz. *in ſum. cap.* 4. *n.* 6. *& c.* 7. *n.* 1. Jacob. de Graff. *in aureis dec. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 158. Bañes *in* 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. *dub.* 2. *concl.* 5. Frat. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 237. *num.* 13. Petr. Lorca *in part.* 2. *tom.* 2. *tract. de legib. diſp.* 25. *memb.* 4. *pag.* 486. *Ignat. del Villar. in ſylva reſponſ. lib.* 1. *reſponſ.* 1. *p.* 3. *n.* 9. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 8. *num.* 96. *& p.* 3. *q.* 108. *n.* 21. *cum ſeqq.* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 135. *n.* 25. Vaſq. *in p.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 167. *c.* 4. *n.* 31. Joan. de la Cruz. *in dirct. conſc. part.* 1. *præſcripto* 8. *quæſt.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 3. Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta, prac.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *num.* 55. Portel. *in dub. Regularib. verb: Eccleſia immunitas, num.* 15: ex ea ratione, quia iſte delinquit in Eccleſia, ideóque puniendus à Judice laico, vel ſaltem armis ſpoliandus eſt: quæ tamen ratio nimis

141

Biblioteca de Ciències Socials

mis insulsa est; si enim vera esset, Judex laicus posset etiam personam arrestare, & ducere ad suos carceres, nedum armis spoliare; quod falsum est, quia vidimus post Constitutionem Gregorii XIV. etiam delinquentes in Ecclesia gaudere ejus immunitate, nisi in ea perpetraverint homicidia, vel mutilationes
143 membrorum, & eo etiam casu non licere reum ab Ecclesia extrahere sine licentia Episcopi, vel ejus Vicarii.

Denique de his, quæ pro Clerici honestate, ac bonis moribus vitare tenentur, videndus Isidor. *in lib. de vita cler. in c. his igitur, 23. dist.* qui quasi omnia, quæ dicta sunt suprà, compendiosè complectens, scribit in hæc verba: *His igitur lege Patrum cavetur, ut à vulgari vita secluſi à mundi voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed & sobria colant, usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cujusquam studium appetant: amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, & sæcularia officia, negotiaque abjiciant: honoris gradus per ambitionem non subeant, pro beneficiis medicinæ Dei munera non accipiant, dolos & conjurationes caveant, odium, æmulationem, obtrectationem, atque invidiam fugiant, non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti, fluidoque gestu incedant, sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant: obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum penitus abhorreant, viduarum & virginum frequentationem fugiant, & contubernia exterarum fœminarum nullatenus appetant: castimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conservare studeant, aut certe unius matrimonii vinculo fœdentur, senioribus quoque debitam obedientiam præbeant, nec ullo jactantiæ studio semetipsos attollant. Postremò doctrinæ, lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio jugiter incumbant; tales enim debent esse: qui divinis cultibus se mancipandos studeant exhibere, scilicet, ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ grâtiam populis administrent.*

144 Sunt etiam ad propositum aurea verba Bernardi *in lib. 4. de consid. ad Eugenium Papam*, dum contra Clericos sui temporis ita exclamat: *de Clericis quid dicam? nam aliud sunt, aliud dicunt, aliud videri volunt. In habendis temporalibus sunt ut laici, in habendis Prebendis sunt ut Clerici, in plateis sunt ut milites, in vestimentis sunt ut mulieres: non laborant ut laici, non prædicant ut Clerici, non fructificant ut mulieres. Cujus ergo ordinis sunt? nullius; sed credo eos esse ordinandos, ubi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Ut igitur omnes Ecclesiasticæ personæ onera sibi ipsis incumbentia adimplere studeant, debent dies omnes vigilanter observare, tanquam si in eorum quolibet moriturus ac rationem de suis culpis justo Judici redditurus quisquis eorum esset: magnum sane, & salubre vulneribus nostris remedium jugis futuræ mortis recordatio. *Deus enim*, ait Augustinus, *homil. 13. inter 50 apud Urbanitatem, verb. Mors, col. 1447. dum mortis incertum salubriter constituit, ut diem ultimum suum quisque salubriter recogitet, misericordia Dei est, quia nescit homo quando moriatur, latet enim dies, ut observentur dies omnes.* Et idem *de salut. docum. cap. 39.* sic inquit: *Semper ante oculos nostros versetur ultimus dies, & cum diluculo surrexerimus, ne ad vesperam nos confidamus pervenire, & cum in lecto membra deposuerimus, de lucis non confidamus adventu, & facilè poterimus cor nostrum à vitiis, & concupiscentiis malis refrenare.* Terribilis quoque & timenda erit dies iræ, dici magnæ & amaræ valde recordatio, in qua latère est impossibile, & apparere intolerabile, ut habet Divus Bernardus *in lib. de interiori domo, c. 38. Quis enim non timeat* (verba sunt Innocentii III. lib. 3. de contemptu mundi, c. 25.) *Judicem potentissimum, sapientissimum, & justissimum? Potentissimum, quem nemo potest effugere; sapientissimum, quem nemo potest latere; justissimum, quem nemo potest corrumpere, qui nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio declinet à Semita rectitudinis, sed viâ regiâ semper incedens, nullum malum præteriti impunitum, nullum bonum irremuneratum relinquit.*

CAPUT XLI.

De Religiosorum Ordinibus.

SUMMARIUM.

1 *Fideles in exordio nascentis Ecclesiæ nihil proprium possidebant, sed erant illis omnia communia.*

2 *Fideles tunc electi ut fugerent malorum societatem, & dæmonum insidias, in abdita loca secesserunt.*

3 *Monachorum cœnobia, & qui in illis vivebant in communi, fuerunt in Alexandrina Ecclesia ex institutione B. Marci Evangelistæ.*

4 *Cletum Papam Regulares quosdam Conventus instituisse fertur.*

5 *Monachorum institutum quod fuerit, ostenditur.*

6 *Paulus Thebanus initium Monachis, qui usque ad nostra tempora perdurarunt, dedisse videtur.*

7 *Antonius Ægyptius, cum post Paulum Thebanum supervixisset, socios hujus instituti habuit, & multorum Monachorum Abbas fuit.*

8 *Monachorum Religio maximè Damasii Papæ temporibus floruit, in vastis Ægypti solitudinibus, propter malorum hominum vitam, & Tyrannorum persequutiones in civitatibus.*

9 *Regularium Ordinum institutio in civitatibus erigi cœpit, cessante Tyrannorum persequutione.*

10 *B. Basilius Magnus in Orientali plaga primus in civitatibus instituit Ordinem Regularem.*

11 *Monasteria condiderunt in Africa partibus B. Augustinus, & in Palæstina Hieronymus.*

12 *Benedictus in occidentali Ecclesia multa monasteria construxit.*

13 *Eremita, sive Anachoreta speciali nomine dicebantur, qui primò in solitudine, sive eremo habitabant.*

14 *Cœnobita dicebantur, qui in civitatibus habitantes simul vitam ducebant.*

15 *Monachi, id est soli, quod nomen propriè sortiuntur qui in solitudinibus habitant.*

16 *Monachos hodie appellamus, qui soli vitæ contemplativæ operam navant, neque prædicationi aut aliis se immiscent.*

17 *Regulares, aut Religiosi, seu Fratres illi dicuntur, qui contemplationi nedum insistunt, verùm etiam in actione præterea versantur.*

18 *Regulares*

18 *Regulares dicuntur à rectitudine vivendi, cui incumbere debent.*
19 *Religioſi dicuntur à religando.*
20 *Canobitarum plures ſunt ordines differentes.*
11 *Baſilii ordo ab ipſo inſtitutus anno 369.*
22 *S. Baſilii Monachi in arctiorem diſciplinam redacti, & fruuntur ſingulis indultis Congregationis Caſſinenſis.*
23. *Armenorum Congregatio qua, oſtenditur.*
24 *Carmelita a quo tempore inceperint, & ſub qua regula.*
15 *Carmelitanus Ordo eſt unus de quatuor Ordinibus mendicantibus.*
26 *Carmelita precedunt Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum.*
27 *Carmelita habent exemptionem à quarta funeralium.*
28. *Officium S. Thereſiæ conceditur Carmelitano Ordini.*
29 *Carmelitæ diſcalceati inceperunt à S. Thereſia, & ejus Ordo fuit approbatus à Gregorio XIII.*
30 *Ordo Carmelitarum diſcalceatorum deſcivit à reliquo corpore Ordinis cum proprio Generali, à Clemente VIII.*
31 *Carmelitarum diſcalceatorum Congregatio in Italia ab Hiſpania ſeparatur.*
32 *Carmelitæ diſcalceati ſunt de quatuor Ordinibus Mendicantium, illorumque gratiis omnibus perfruuntur.*
33 *Carmelitæ diſcalceati ad proceſſiones accedere non coguntur.*
34 *Monaſteria nova de ſola Ordinariorum licentia ubique erigunt.*
35 *Sancti Benedicti regula ab eodem inſtituta anno 500.*
36 *Eccleſia Caſſinenſis habebat ſuum Epiſcopum uſque ad annum 529. quo ibi fuit ſanctus Benedictus.*
37 *Abbates Caſſinenſes poſt S. Benedictum licet non eſſent Epiſcopi, jura tamen Epiſcopalia, & omnimodam juriſdictionem ſemper exercuerunt, diœceſimque habebant.*
38 *Habitus Monachorum Sancti Benedicti notus eſt.*
39 *Itala Congregatio ſancti Benedicti incepit anno 1408.*
40 *Germanica Congregatio S. Benedicti, dicta Burſfeldenſis, incepit anno 1420.*
41. *Gallica Congregatio ſancti Benedicti incepit anno 1516.*
42 *Hiſpanica Congregatio S. Benedicti, dicta Valliſoletana, incepit anno 1520.*
43 *Luſitana Congregatio ſancti Benedicti incepit anno 1549.*
44 *Abbates S. Benedicti utuntur Pontificalibus, benedicunt populum, & conſecrant lapides pro Altarium uſu, & Monachos à quibuſcumque cenſuris & panis abſolvunt.*
45 *Cluniacenſium ordo à quo inſtitutus, & quando, oſtenditur.*
46 *Camaldulenſium Ordo à quo inſtitutus, & quando, & de reformata regula, quam appellant Montis Corona.*
47 *Fontis Corili Ordo à quo inſtitutus, & quando inceperit.*
58 *Valliſumbroſa Ordo à quo inſtitutus, & quando inceperit.*
48 *Grandimontenſium ordo à quo inſtitutus, & quando inceperit.*
50 *Ciſtercienſium Ordo à quo inſtitutus, & quando inceperit.*
51 *Ciſtercienſes ſuccedunt in bonis ſuorum Monachorum, non tamen feudalibus.*
52 *Exempti ſunt Ciſtercienſes à juriſdictione Ordinariorum, & ſolutione querumcumque onerum, etiam charitativorum.*
53 *Mulieres ingredi Ciſtercienſium monaſteria non poſſunt.*
54 *Ciſtercienſes ad alium quam Carthuſianorum Ordinem tranſire non poſſunt.*
55 *Ciſtercienſium Diſcalceatorum familia, Fulienſis appellatur.*
56 *Reformationem familiæ Ciſtercienſium edixit Sixtus V. & gaudet privilegiis Monachorum Ciſtercienſium non reformatorum.*
57 *Ciſtercienſes Diſcalceati exempti ſunt ab omni Monachorum Ciſtercienſium non reformatorum ſuperioritate, & non tenentur ad illorum inſtituta.*
58 *Ciſtercienſes diſcalceati precedunt omnibus Fratribus mendicantibus.*
59 *Ciſtercienſes reformati ad aliam Religionem tranſeuntes, ad eam nequaquam redire poſſunt.*
59 *Ciſtercienſes diſcalceati, ſive reformati, gaudent privilegiis Monachorum, & ordinum Mendicantium, & non poſſunt coram aliis quàm Congregationis judicibus vocari.*
A quo inſtituti, & quando inceperint
61 *Fontis Ebraldi Ordo.*
62 *Guillielmita.*
63 *Gilbertini*
64 *S. Guillelmi Ducis Aquitaniæ Ordo.*
65 *Humiliati.*
66 *Floriacenſes.*
67 *Silveſtrini.*
68 *Vallis Caulium.*
69 *Cœleſtini.*
70 *Abbas Generalis Caleſtinorum viſitat Monaſteria Ordinis ubique locorum exiſtentia, ſine cujus præſentia non cogitur Capitulum generale.*
71 *Oliveranorum Ordo cur ſic dictus, à quo inſtitutus, & quando inceperit.*
72 *Olivetani gaudent privilegiis monachorum Caſſinenſium, ad proceſſiones accedere non coguntur, à quolibet Antiſtite Ordines recipere valent, & decimarum, aliorumque onerum ſolutione ſunt exempti.*
74 *Exempti ſunt Olivetani ab Ordinariorum juriſdictione, ſexagenariâ gaudent præſcriptione, confeſſiones audiunt, & abſque Papæ licentia ad aliam Religionem tranſire nequeunt.*
74 *S. Juſtinæ Patavinæ Congregatio cur ita dicta, à quo inſtituta, & quando inceperit?*
75 *S. Sepulchri Militaris Ordo cur ita dictus, à quo inſtitututus, & quando inceperit?*
76 *Templarii cur ita dicti, à quo inſtituti, & quando inceperint?*
77 *Templariorum religio damnata fuit à Clemente V. ſed an juſtè, vel injuſtè, oſtenditur numeris ſeqq.*
Ordo Militaris à quo & ubi inſtitutus, & quando inceperit
80 *Aviſii in Portugallia.*
81 *S. Mariæ de Calatreva in Hiſpania.*
82 *Alcæ in Portugallia.*
83 *Alcantara in Hiſpania.*
84 *Chriſti in Luſitania.*

85 *Monteſia*

85 *Montesia in Valentia.*
86 *S. Stephani in Etruria.*
87 *S. Mauritii in Sabaudia.*
88. *S. Augustini regulam ipse instituit anno 390.*
89 *Fratres Eremitæ S. Augustini gaudent privilegio, ne alii Religiosi mendicantes juxta illorum conventus post spatium cannarum 140. nova loca erigant.*
90 *Fratres Eremitæ S. Augustini fruuntur privilegiis concessis quatuor Ordinibus Mendicantium.*
91 *Officium Sacristæ capellæ Palatii Apost. concessum est Fratribus Eremitis S. Augustini.*
92 *Eremitæ S. Augustini discalceati a quo instituti, & confirmati, & quibus gratiis fruantur, ostenditur.*
93 *Provincia Eremitarum S. Augustini discalceatorum in Hispania in quatuor dividitur, cum electione Vicarii Generalis.*
94 *Congregatio Italiæ Eremitarum S. Augustini Discalceatorum in quatuor Provincias dividitur.*
95 *Canonicorum Regularium S. Augustini Ordo erectus ab eodem sancto in civitate Hipponensi anno 397. septem post familiam Eremiticam.*
96 *Canonici Regulares præcedunt Monachis Cassinensibus.*
97 *Canonici Regulares in Episcopos promoti utuntur habitu quo utuntur Clerici seculares in Episcopos promoti.*
98 *Præscriptio nisi sexaginta annorum non curris contra bona, & jura Canonicorum Regularium.*
99 *Canonici Regulares gaudent omnibus gratiis, privilegiis, & indultis congregationis Cassinensis, & eligunt sibi Conservatores cum amplissimis facultatibus.*
100 *Canonici Regulares sancti Augustini, & Moniales ejusdem Ordinis recitant singulis feriis quintis officium sanctissimi Sacramenti.*
101 *Canonici Regulares Lateranenses à quo, & ubi instituti, & quando inceperint?*
102 *Canonici Regulares Lateranenses non tenentur accedere ad processiones.*
103 *Canonici Regulares Lateranenses communicant in singularibus gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus cum monachis Cassinensibus, & Canonicis Regul. S. Salvatoris.*
104 *Canonicis Regularibus Lateranensibus non licet absque permissu Summi Pontif. assumere curam animarum ad tempus, multóque minus beneficium curatum.*
105 *Canonici Regulares S. Ruffi, à quo, & ubi instituti, & quando inceperint?*
106 *S. Antonii Eremitæ Ordo à quo, & ubi institutus, & quando inceperit, & sub quo reformatus.*
A quo, & ubi instituti, & quando inceperint
107 *Canonici Regulares Aroasiæ.*
108 *Canonici Regulares S. Victoris.*
109 *Canonici Regulares Præmonstratenses.*
110 *Canonici Regulares Mantuani.*
111 *Canonici Regulares sancti Sepulchri.*
112 *Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis.*
113 *Sancti Spiritus in Saxia Ordo cur sic dictus, & à quo institutus?*
114 *Exempti sunt à jurisdictione omnium Ordinariorum Fratres sancti Spiritus in Saxia, & gaudent omnibus privilegiis Monachorum Cassinensium.*
115 *Præceptoris hospitalis S. Spiritus jurisdictioni subsunt illius Religiosi.*
116 *Fratrum de pœnitentia S. Demetrii Ordo à quibus institutus & restauratus.*
117 *Prædicatorum Ordo institutus à S. Dominico, & approbatus solemniter ab Honorio III.*
118 *Prædicatores habent privilegium exemptionis à decimarum solutione, & sunt exempti à jurisdictione Ordinariorum.*
119 *Prædicatores ad dignitates ex Ordine assumpti, omnia quæ ab Ordine habent, Conventui resignare tenentur.*
120 *Appellare non possunt Fratres Prædicatores à correctionibus, sive punitionibus suorum Prælatorum.*
121 *Prædicatores præcedunt aliis Religiosis cujuscum. que Ordinis Mendicantium.*
122 *Prædicatores sunt verè & propriè Mendicantes.*
123 *Novitii Prædicatorum in articulo mortis in manibus Prælatorum ante tempus Regulam profiteri possunt.*
124 *Libros etiam manuscriptos extrahentes, seu permittentes extrahi ex Bibliothecis Fratrum Prædicatorum, excommunicationem, & privationem vocis activæ & passivæ eo ipso incurrunt.*
125 *Processionem sanctissimi Sacramenti in Dominica infra octavam Corporis Christi facere possunt Fratres Prædicatores per vicos & loca semel ab eis electa.*
126 *S. Pauli primi Eremitæ Ordo à quo institutus, & quando inceperit?*
127 *B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum Ordo à quo institutus, & quando inceperit?*
128 *Fratres B. Mariæ de Mercede ad Ordines Mendicantium transire non possunt.*
129 *Legata omnia, quæ incertis personis relinquuntur exhibentur Fratribus B. Mariæ de Mercede pro redemptione captivorum.*
130 *Fratres Minores de Observantia non possunt recipere in suo Ordine Fratres B. Mariæ de Mercede*
131 *Congregatio Fratrum Discalceatorum B. Mariæ de Mercede à quo instituta, & quando inceperit?*
132 *Fratres discalceati B. Mariæ de Mercede ad calceatos ejusdem Ordinis transire non possunt absque Romani Pont. expressa licentia.*
133 *Officium, & Missam de communi Confessorum non Pontif. recitare possunt Fratres discalceati B. Mariæ de Mercede de S. Raymundo Nonnat.*
A quo instituti, & quando inceperint
134 *Fratres Vallis Scholarium.*
135 *Servitæ, & illi montis Senarii.*
136 *Cruciferi per Germaniam, Belgium, & Galliam.*
137 *Fratres Pœnitentiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ.*
138 *Mulieres Pœnitentes.*
139 *Fratres charitatis S. Mariæ.*
140 *Clerici hospitalium.*
141 *Alexiani.*
142 *Jesuati.*
143 *S. Brigittæ Religiosi.*
144 *Eremitæ S. Hieronymi per Hispaniam.*

145 Clerici

145 *Clerici vitæ communis.*
146 *Canonici Regulares Gronodael.*
147 *Eremitæ S. Hieronimi per Italiam.*
148 *Eremitæ B. Petri de Pisis.*
149 *Canonici Regulares Vvindesementium.*
150 *Eremitæ S. Hieronymi in Fesulanis.*
151 *Canonici Regulares Frigionarii.*
152 *Canonici Regulares sancti Salvatoris.*
153 *Canonici Regulares sancti Gregorii in Alga.*
154 *Fratres S. Ambrosii ad nemus.*
155 *Fratres Apostolini.*
156 *Canonici Regulares S. Petri de monte Corbulo.*
157 *Clerici boni Jesu Ravennatis.*
158 *Clerici Regulares Theatini.*
159 *Clerici Regulares S. Pauli decollati.*
160 *Clerici Regulares Somascha.*
161 *Fratres hospitalitatis, & infirmis ministrantes B. Ioannis Dei.*
162 *Clerici Matris Dei Lucæ.*
163 *Clerici pauperes Matris Dei scholarum piarum.*
164 *Fratres S. Antonii Abbatis in Flandria.*

Ordines Militares à quibus instituti, & quando inceperint, scilicet

165 *S. Lazari.*
166 *S. Ioannis Melitensis.*
167. *S. Mariæ Theutonicorum.*
168 *S. Iacobi apud Hispanos.*
169 *S. Iacobi apud Lusitanos.*
170 *Montis Gaudii apud Hierosolimitanos.*
171 *S. Mariæ de Mercede apud Aragonios.*
172 *S. Mariæ gloriosæ apud Italos.*
173 *S. Mariæ de monte Carmelo.*
174 *S Francisci Assisinatis Ordo quando institutus. Fratres S. Francisci Assisinatis.*
175 *Conventuales.*
176 *Minores Conventuales Reformati.*
177 *Observantes.*
178 *Tertiarii*
179 *Capucini*
182 *Carthusienses à quo instituti, & quando inceperint?*
183 *Carthusienses à solitudine distrahi prohibentur.*
184 *Eremitæ S. Augustini Congregationis Galliæ reformatorum, transire possunt ad Carthusienses, non verò ad alios.*
185 *Camaldulenses in eremo degentes possunt recipere Carthusianos, petitâ, licet non obtentâ, licentiâ ab eorum superioribus.*
186 *Fratres sanctissimæ Trinitatis calceati, & discalceati à quibus instituti, quando inceperint,* & Num. 187.
188 *Minimi sancti Francisci de Paula à quo instituti, & quando inceperint?*
189 *Clerici Regulares Societatis Jesu à quo instituti, & quando inceperint?*
190 *Religiosi approbati in Societate Jesu, qui dicantur, stenditur.*
191 *Societati Iesu adscripti, postquam emiserint tria vota simplicia, vere & propriè sunt Religiosi*
192 *Religiosi Societatis etiam post tria vota simplicia, retinent bona sua, & beneficia.*
193 *Formati Religiosi in Societate Iesu qui dicantur?*
194 *Professi in Societate Jesu qui sint?*
195 *Religiosi Societatis Iesu quibus privilegiis potiantur, ostenditur,*
196 *Societas Iesu quas Provincias & Domos habeat,* & Num. 197.
198 *Clerici Regulares minores à quibus instituti, & quando inceperint.*
199 *Clerici Regulares ministrantes infirmis à quo instituti, & quando inceperint?*
200 *Clerici Regulares ministrantes infirmis plura desumpserunt à Patribus Societatis Iesu.*
201 *Domus professæ Clericorum Regularium ministrantium infirmis, non possunt habere reditus.*
202 *Clerici Regulares ministrantes infirmis dividuntur in quinque provincias per Italiam & Siciliam.*
203 *Religionem novam nullus præsumat instituere, sed quicunque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumere debet.*
204 *Religionem novam qui voluerit instituere, debet Apostolicæ Sedis auctoritatem, & approbationem obtinere.*
205 *Religionum Ordines, licet diversitatem aliquam in statutis ostendere videantur, omnes tamen ad unum, & eumdem finem tendunt.*
206 *Religiosi aliqui sunt, qui nihil habent quoad verum dominium, nec quoad jus administrandi, nec in particulari, nec in communi: alii verò sunt, qui habent jus administrandi in communi, & non in particulari.*
207 *Religiosorum Ordinum duo sunt genera.*
208 *Ordines Mendicantes verè & propriè quatuor sunt.*
209 *Prædicatorum Ordo præfertur aliis Mendicantibus.*

Inter Mendicantes annumerantur

210 *Servitæ.*
211 *Minimi.*
212 *Iesuati.*
213 *Iesuitæ.*
214 *Carmelitæ discalceati.*
215 *Fratres discalceati sanctissimæ Trinitatis.*
216 *Mendicantes verè dicuntur Ordines, non solùm quatuor priores, sed etiam qui postea à Sede Apostolica tales instituti sunt.*
217 *Moniales Ordinum Mendicantium non veniunt sub dispositione loquentium de Mendicantibus.*

De Privilegiis Mendicantium participant

218 *Canonici Regulares Lateranenses.*
219 *Canonici Regulares S. Salvatoris.*
220 *Canonici Regulares S. Crucis Conimbricenses.*
221 *Canonici Regulares sancti Gregorii in Alga.*
222 *Monachi Cassinenses.*
223 *Vallisumbrosæ.*
224 *Camaldulenses.*
225 *Cistercienses.*
226 *Cistercienses Reformati*
227 *Cœlestini.*
228 *Sylvestrini.*
229 *Congregationis B. Mariæ Montis Virginis.*
230 *Monachi sancti Basilii.*
231 *Præmonstratenses.*
232 *Fratres sancti Spiritus in Saxia.*
233 *Eremitæ sancti Hieronimi in Hispania.*
234 *Eremitæ B. Petri de Pisis.*
235 *Fratres sancti Hieronymi de Fesulis.*
236 *Fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*
237 *Cruciferi.*
238 *Fratres S. Mariæ de Mercede.*
239 *Fratres Militiæ Iesu Christi.*
240 *Clerici Theatini.*
241 *Clerici Regulares Minores.*

242. *Clerici Regulares de Somascha.*
243 *Clerici Regulares ministrantes infirmis.*
244 *Clerici Regulares pauperum Matris Dei.*

POSTQUAM de Personis Ecclesiasticis sæcularibus hactenus differuimus, sequitur ut de Personis Regularibus pertractemus, præmissâ Regularium, seu Ordinum suorum distinctione. Sciendum est igitur, quod ab exordio nascentis Ecclesiæ, cùm ferveret charitas, quæ diffusa erat in Fidelium cordibus per Spiritum sanctum, qui datus est eis, ut inquit Apostolus, *omnes Fideles erant*, & ut in Apostolorum Actibus legitur, *omnium credentium erat cor unum, & anima una*, & propterea nihil proprium possidebant, seu erant illis omnia communia, erantque quotidie unanimes in oratione & communicatione, ac fractione panis, adeò ut omnes simul quasi in uno Cœnobio conviventes, Religiosam agerent vitam: de qua re eruditè Basil. Pont. *var. disput. part.* 1. *quæst.* 3. disputat, an Religionis status primis Ecclesiæ Christianæ temporibus tantùm constiterit votis simplicibus, & an Apostoli ipsi verè Religiosi fuissent cum emissione votorum, & de aliquibus Apostolorum discipulis, qui verè Religiosi fuerunt, & vota emiserunt. Sed posteaquam refrigescere charitas, & abundare iniquitas cœpit, oportuit ad vitanda pericula, ut pauci electi, quasi pestem malorum hominum, & insidias dæmonum fugientes, in abdita loca secederent à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem *in die* malorum, in abscondito essent tabernaculi Dei. Hoc autem accepit ab initio ortum ex persequutionibus infidelium, tum etiam ex ipsorum Fidelium iniquitate: nam cùm Beatum Stephanum lapidassent Judæi, *facta est*, ut dicitur Act. 8. *in illa die persequutio magna in Ecclesia, omnes dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ, præter Apostolos.* Cùm verò cœpit Fratrum iniquitas in Anania & Sapphira exurgere, qui propterea percussi interierunt, *factus est*, ut dicitur Act. 5. *timor magnus in universa Ecclesia*: quod non tam de ipsorum casu, quàm de culpæ periculo intelligere possumus.

Quare utriusque rei causa, scilicet & declinandæ persequutionis, & vitandi periculi animarum, cœperunt fratrum conventus, & diverticula institui. Legitur namque in Alexandrina Ecclesia ex institutione B. Marci Evangelistæ, Monachorum extitisse Cœnobia, qui Cœnobitæ dicebantur, qui vivebant communiter in Cœnobiis, ut refert Cassiodor. *lib.* 2. *de instit. Monach.* Hieron. Platus *lib.* 2. *de bono statu, c.* 21. Cariol. Tapia *in Auth. ingressi, verb. monasteria, c.* 1. *num.* 26. *C. de sacrof. Eccles.* Ludovic. Miranda *in man. Prælatorum, tom.* 1. *q.* 3. *art.* 4. *in princ.* Cletum quoque Romanum Pontificem ferunt Regulares quosdam Conventus instituisse: de quo Annib. Canale *in vitis fundatorum Religionum, decad.* 1. ubi de Cleto Papa & Martire, *pag.* 128.

Horum continuum exercitium erat sub unius Prælati obedientia, & in Cœnobiis communiter vivebant, in cellulis temen selectis, atque distinctis, ubi cum summo silentio, observantia, & clausura, orationi, & manuum labori continuo vacabant, præter quam quodam certo, atque determinato tempore, quo pulsato signo, ad chorum, sive Orationem conveniebant omnes ad Divinas laudes decantandas, sive ad Lectionem, aut spirituale colloquium, vel ad aliquod simile exercitium: vino nunquam, aut carnibus utebantur, neque lautioribus cibis, sed solo pane, aqua, & sale conditis, atque leguminibus erant contenti, præter senes & infirmos, quibus à propositis Decanis secundùm propriam cujuslibet necessitatem necessaria cuncta prudentissimè suppeditabantur; de quibus latè agit Hieron. Roman. *de Repub. Christiana, lib.* 6. *c.* 2.

Deinde verò circa Caii Pontificatum Paulus quidam Thebanus, qui declinandæ causa persequutionis Decii, & Valeriani, & Deo liberius inserviendi, in eremi speluncam se contulit, unde & primus Eremita est appellatus, initium Monachis, qui usque ad nostra tempora perduraruut, dedisse videtur: vide Hieronym. *in epist. ad Eustoch. de custonia virginitatis*, Nicephor. *lib.* 8 *histor. Eccles. c.* 41. Cassiodor. *lib.* 7. *collat. poster. collat.* 1. *ex Piamone*, Annib. Canale *d decade* 1. *ubi de sancto Paulo primo Eremita, pag.* 160. Nam Antonius Ægyptius eodem tempore idem vitæ genus instituens, cùm post eum supervixisset, socios sui instituti habuit, & multorum Monachorum Abbas fuit. Carol. de Tapia, *in Auth. Ingressi, c. de sacrof. Eccles. verb. Monasteria, c.* 1. *n.* 23. ac deinde maximè Damasi Papæ temporibus floruit Religio Monachorum in vastis Ægypti solitudinibus, quas propter situm & sterilitatem, serpentumque ac ferarum copiam, conversatio humana non noverat: atque dum per civitates tyrannorum sævitia Christianos vexaret, Eremitarum sanctitas feras in solitudine mitigabat, nec tantum obesse poterat Ecclesiæ Dei in civitatibus malorum hominum vita, & tyrannorum persequutio, quantum proderat in solitudine Monachorum sancta conversatio.

Cessante verò persequutione, cùm jam liceret Christum publicè confiteri, & permissum ab Imperatoribus fuisset Ecclesias & Monasteria construi, cœpit Regularium Ordinum institutio in civitatibus erigi, Annib. Canale *d. decad.* 1. ubi de Antonio Abbate, *pag.* 266. Cujus quidem rei auctor fuisse dicitur in Orientali plaga Basilius Magnus, de quo legitur quod duriorem illum antiquorum Monachorum ritum ad meliorem formam redegit, magisque Religioni congruentem: primus enim fuit, qui in scriptis Monachis dedit regulam, & pro eorum institutione, & gubernatione sanctissimas leges extraxit, atque ordinavit; quibus monasticam vitam, & vitæ religiosæ perfectissimam vivendi rationem mirificè delineavit & declaravit, & in Africæ partibus Beatus Augustinus, & in Palestina Hieronymus monasteria condiderunt.

Porrò in Occidentali Ecclesia Benedictus, qui claruit temporibus Joannis I. Summi Pont. multa monasteria construxit. Hic enim postquam diu in altissima Sublaci spelunca latuisset, quidam Monachi ejus sanctitatis famâ permoti, se illi instituendos tradiderunt; sed cùm multi ad eum qnotidie discipuli convenirent, duodecim monasteria ædificavit, eaque sanctissimis legibus communivit, ac deinde plura alia ejusdem regulæ monasteria in civitatibus constructa fuerunt. Nam B. Gregorius Pontifex, qui sub eadem regula monachus extitit Romæ & in Sicilia, postremò verò B. Bernardus, & alii in aliis partibus diversos Conventus erexerunt. Ita & sub regula B. Augustini, atque Hieronimi alia fuerunt monasteria constructa, quæ omnia à piis Fidelibus

prædiis

prædiis, ac possessionibus multis ditata fuerunt. Demùm verò Mendicantium Ordines successerunt, quorum præcipui auctores Dominicus & Franciscus viri sanctissimi, extiterunt.

13 Sed antequam ad horum Ordinum distinctionem & brevem notitiam deveniamus, est priùs sciendum, quod qui primò in solitudine, sive eremo habitabant, Eremitæ, sive Anachoretæ speciali nomine dicebantur, ut colligitur ex Glos. *verb. Anachoreta, in auth. de Monachis, §. cogitandum:* sed Anachoretæ propriè erant illi, qui sine certa habitatione per deserta vagantes, ne à Populis inviserentur, ibi quiescebant, ubi nox illos offendisset. Qui verò in civitatibus habitantes simul vitam ducebant, Cœnobitæ, id est simul viventes, sunt appellati; unde &
14 Cœnobii nomen descendit, *c. 2. in princ. de ordine cogn.* Omnes verò generali nomine Monachi dicebantur, id est soli, quamvis illi propriè id nominis sortirentur, qui in solitudinibus habitabant, *cap. 1*
15 juncta Glos. *16. q. 1.* Per. Henriq. *conf. 67. n. 53.* Quintanad. *Ecclesiasticon. lib. 3. n. 36.* ubi quod erat genus hominum à reliquorum communione, & societate segregatum, qui jam inde à priscis Ecclesiæ institutæ temporibus, dum in omni virtutum genere studebant, discedebant primùm in deserta, & derelicta loca, deinde duriter subducto cibo, & in omni rerum asperitate corpus exercebant. Novar. *in lucerna regular. verb. Monachi, n. 1.* Unde S. Hier. *in c. si cupis, eadem causa & q.* ad quendam Monachum scribens dicebat: *Si cupis esse quod diceris Monachus, id est solus, quid facis in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum.* Et ita etiam
16 hodie Monachos appellamus, qui soli vitæ contemplativæ operam navant, neque prædicationi, aut aliis
17 se immiscent, quales sunt Cassinenses, Cistercienses, Carthusiani, Camaldulenses, aliique similes: nam illi, qui contemplationi nedum insistunt, verùm in actione præterea versantur, juvantes Episcopos, & Clericos in concionibus, ac Sacramentis, non utique ex recto sermone appellantur Monachi, sed Regulares, aut Religiosi, seu Fratres, ut notant Panorm. *in c. causam quæ, num. 2. de judic.* Petr. Henriq. *conf. 67. n. 84.*

18 Regulares autem ita dicuntur à rectitudine vivendi, cui incumbere debent, & quia certæ regulæ addicti sunt, teste Abb. *in rub. de regularib. in princ.* eoque nomine Concilia frequentius aliis utuntur, fortasse quòd utrumque sexum amplexatur, ob quam
19 profectò rationem Nav. *in c. cur portio, n. 8. 12. q. 1.* dicit se potiùs eo nomine uti, quàm altero Religiosi, cujus & religionis nomen à religando deducit Cicero *lib. 1. de natura Deorum,* inquit enim, *sunt dicti religiosi à religando:* quam profectò derivationem commendat Isidor. *lib 10. etymolog. c. 17.* subjungens id evenire, quia Religiosi tractant, & quasi religant ea, quæ ad cultum divinum pertinent. Verùm Lactant. *lib. 4. suarum divin. instit. cap. 25.* S. August. *in lib. de vera relig. c. ult.* à religando Religionem dictam asseverant, quòd ejus vinculis divinis ministeriis sint ipsi Religiosi mancipati, & addicti, & veluti Deo religati, & adstricti: sequuntur Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 9. cap. 10.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 3. c. 5. n. 1.* & Ludovic. Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. q. 1. art. 2. concl. 3.*

20 Cœnobitarum plures sunt Ordines differentes, omnes tamen ferè in universum Religiones & Ordines sub quatuor regulis principalibus militant, præter quosdam, qui in pluribus quatuor præfatis regulis se conformantes, proprias ipsarum Constitutiones ac peculiaria statuta dicuntur habere pro regulis.

De prima regula, quæ est S. Basilii, & de Religiosis sub ea militantibus.

Prima est *S.* Basilii ab eodem S. Basilio Magno 21
institutâ anno 369. Pontifice Felice II. Imperatore Juliano apostata. Hic sanctissimus Pater & Monachorum antiquorum Orientalis Ecclesiæ Patriarcha primus (ut suprà diximus) fuit, qui monasticum statum reformavit, & ea omnia, quæ ab Antonio Magno, Hilarione, Pachomio, & utroque Machario pro instruendis illius temporis Monachis, & Religiosis verbotenus audiverat, ac sibi fuerant tradita, litteris mandavit, atque quibusdam demptis, aliis verò additis, eorum omnium non minùs religiosam, quàm eruditam confecit regulam. Crevit maximè hæc Religio per Orientem, ubi in ea nonaginta millia Monachorum militabant, irruentibusque inde Sarracenis ad nihilum est redacta: extant tamen Reliquiæ in monte *Sion*, ubi 14. habet Monasteria & Monachos ferè duo mille: ita etiam in monte sancto, qui est prope Constantinopolim, ubi etiam in pluribus monasteriis duo mille monachi habitant, habent etiam plura monasteria in ea Græciæ parte, quæ Venetiarum Reipublicæ subest. In Italia quoque nonnulla alia adsunt, quorum caput est cœnobium Cryptæ ferratæ, duodecim milliaribus à Roma distans, & in Calabria provincia quædam pauca retinent, in quibus verus tantùm Religionis inspicitur candor, sed longè sunt ab instituto alieni: Monachi verò qui in Italia degunt, Romano more sacra celebrant, atque ministrant, vestiunturque nigro colore. In arctiorem disciplinam 22
redacti sunt. Perfruuntur singulis indultis Congreg. Cassinensis. Exempti sunt à jurisdictione Ordinariorum, & Commendatorum, qui regulam Ordinis non sunt professi. Et eorum Generalis Abbas eandem potestatem, ac jurisdictionem habet, quam cæteri Abbates Generales in eorum Ordines, ut statuit Greg. XIII. *const. 58. incip. Benedictus,* Kal. Novemb. 1579. Et eorum Monasteria Hispaniæ unit, & aggregat, ac plures gratias, & privilegia concedit idem Gregorius *Const. 46. incip. Cogit. 8.* Kal. Julii 1577. & approbavit Paul. V. *Const. 17. incip. Injuncti,* 17. Martii 1606. Reformatos majori ex parte laicos esse convenit, & choristæ à labore manuum magis relevantur, quorum institutum cum cæteris convenit in tribus votis essentialibus, & duo alia habent essentialia præcepta, orationem, & manuum laborem: prohibentur scientias addiscere, & Universitates studiorum frequentare, Choristæ tamen sacram Scripturam ac casus conscientiæ addiscere possunt. Clemens VIII. *Const. 103. incip.* Altissimi, 23. Septem. 1603. novissimè Urbanus VIII. in sua Constitutione sub dat. 17. Aprilis 1641. plura in observationem dictæ Constitutionis Clementis VIII. disponit, & alia de novo constituit. Hæc sancta reformatio facta fuit à P. Matthæo de la Fuente: tria monasteria hodie possidet in solitudine constituta: primum, & illius caput est del Cardon: aliud vocatur *S.* Antonii de Valle: tertium, quod nunc fabricatur, dicitur del Retamar, quorum Eremitæ Religiosi numerum 120. excedunt, de qua reformatione agit Ludovic. Minor *en la vida del fray Luis de Granada, lib. 3. cap* 8. tota Religio regitur gubernatione Aristocratica, ut habetur *in reg. cap. 54.* & tenent Tambur. *de jure Abbatum tom. 3. disp. 1. q. 2. n. 5.* Laur. de Peyrinis *de Prælato quæst. 1. cap. 2. num. 3* De hac Religione agunt *S.* Anton. *part. 2. hist. tit. 15.*

cap. 12. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 4. *conſid.* 54. Paul. Morigia *de origine religionum Italiæ, lib.* 1. *cap.* 16. Silveſt. Matul. *in Oceano Religionum etiam Italiæ, lib.* 1. Hieron. Roman. *de repub. Chriſtiana lib.* 6. *c.* 6. Platus *de bono ſtatu Religioſi, lib.* 2. *c.* 22. Azor. *inſtit. moral. part.* 1, *lib.* 12. *c.* 21. *quæſt.* 2. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 4. *artic.* 1. Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 1. Carol. Tapia *ad Authent. Ingreſſi, verb. Monaſteria, cap.* 16. *per tot.* Tambur. *de jure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 24 *q.* 3. *n.* 2. *pag.* 341. ubi etiam de Monialibus & Equitibus S. Baſilii, qui Auctor poſt primam hujus operis editionem, & me ſæpe ſæpiùs citato, in lucem prodit. Joſeph. Micheli *en el teſoro de las Religiones, fol.* 103.

23 Sub hac Religione militant omnes Monachi *Græcæ*, & Orientalis Eccleſiæ. Et aliquando Congregatio Armenorum, ſic appellata, quòd ex Armenia in Italiam tranſlata ſit, ubi habitum S. Baſilii per aliquot annos portavit, ejuſque regulam ſervavit, & cæremoniis Græcis ex beneplacito Summorum Pontificum uſa eſt. Verùm decurſu temporis, quia inſolens videbatur ejus vivendi mos apud Latinos, ejus Religioſi regulam S. Auguſtini aſſumpſerunt cum habitu Religioſorum S. Dominici, præter ſcapulare, quod nigrum adhuc retinent. Cæterùm quo id anno fecerint, aut in Italiam venerint, omninò incertum eſt. Poſſidet Congregatio hæc per Inſubriam & Liguriam monaſteria ſex, præter Neapolitanum, Venetum, & Anconitanum. Generalis ad triennium durat. Caput Congregationis Genuæ ſitum eſt, diciturque S. Bartholomæus: inde Armeni Bartholomiſtæ per Italiam dici ſolent De illis vide Paul. Morig. *de origine Religionum lib.* 1. *cap.* 56. Sylveſt. Matul. *in Oceano Reliligionum lib.* 5. *pag.* 367.

24 Carmelitæ quandoque etiam ſub hac Religione militarunt, ſed ultimam regulam, quam nunc ſervant, acceperunt ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano in Monte Carmelo, antequam Urbs Hieroſolyma caperetur à Saladino Ægyptiorum Sultano, anno plus, minuſve 1171. Confirmata eſt regula Carmelitana unà cum Religione ab Alexandro III. anno 1180. ab Innocentio III. anno 1199. & hanc approbavit Honorius III. ut ejus Conſtitutione 8. incipiente *Vivendi*, ibid. Januarii 1171. Moderata eſt regula quoad jejunia, eſum carnium, clauſuram, & alia nonnulla ab Innocentio III. ut in ejus *Conſtitutione* 6. incipiente *Qua honorem*, de anno 1247. ab Eugenio IV. ut in ejus Conſtitutione 3. incipiente *Romani*, 15. Kal. Martii 1431. à quo etiam acceperunt Carmelitani pallium album, ſublato verſicolore ex albo & rubro, quod ab Alberti temporibus uſque ab Eugenium IV. deferre conſueverant: ſequuta poſtremò eſt multorum Pontificum confirma-
25 tio. Ordo iſte unus de quatuor Ordinibus Mendicantibus, eorumque gratiis Perfruitur. Pius V. Conſtitutione 44. incipiente *Romanus* 1. Octob. 1567.
26 Ejus Religioſi præcedunt Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. Clemens VIII. *Conſt.* 95. incip. *Decet*, 15. Novemb. 1602. & declaravit S. Cong. Rituum *in cauſa Carm. & Mercedis*, 11. *Auguſt.* 1604. Illis non ſuffragatur facultas data in Bulla Cruciatæ eligendi Confeſſorem. Clemens VIII. Conſtitutione 64. incipiente *Romani*, 23.
27 Novemb. 1599. Habent exemptionem à quarta funeralium. Paulus V. Conſtitutione 4. incipit *Decet*,
28 1. *Auguſti* 1605. Huic Camelitano Ordini concedituit Officium S. Thereſiæ. Gregorii XV. *Conſtitutione* 20. incipiente *Omnipotens ſermo*, 4. id Martii 1622. Regitur gubernatione Democraticâ. Tamb. *de jure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *n.* 10.

Regulam hanc eandem, ſed ſine moderationibus 29
Innocentii, & maxime Eugenii, de quibus *ſuprà*, ſervat familia Carmelitana Diſcalceata. Incepit à *S.* Thereſia, & approbata fuit à Gregorio XIII. ut in ejus Conſtitutione 64. incipiente *Pia*, 22. Junii 1580. Deſcivit à reliquo corpore Ordinis cum 30
proprio Generali à Clemente VIII. ſibi dato, ut conſtat ex ejus Conſtitutione 71. ſub dat. Romæ 20. Septemb. 1595. Regitur gubernatione Ariſtocratica. Tambur. *dict. diſput.* 1. *q.* 2. *ſub n.* 10. Carmelitarum hujuſmodi Diſcalceatorum Congregatio in 31
Italia ab Hiſpanica ſeparatur, & eadem tenent privilegia, quibus Hiſpanica Congregatio perfruitur. Poteſt erigere Confraternitates laicorum ſub denominatione B. Mariæ de Monte Carmelo. Clem. VIII. *Conſt.* 71. *incip. Apoſtolica*, 13. Novemb. 1600.
Et eodem Ordo unus eſt de quatuor Ordinibus 32
Mendicantium, illorumque gratiis omnibus perfruitur: ejus Religioſi ad profeſſiones accedere non coguntur, & ſi quando humilitatis causâ lo- 33
cum & præeminentiam ante alias Religiones in proceſſionibus prætermittunt, nulla præſcriptione ſuis privilegiis derogant. Clem. VIII. *Conſt.* 121. *incip. Romanum*, 20. Aug. 1603. Et ubique nova loca de ſola Ordinariorum licentia etigunt. Paul. V. 34
Conſt. 10. *incip. Ad Eccleſia*, 12. *Decemb.* 1605. Sed hujuſmodi licentias, quæ nondum effectum ſunt ſortitæ, revocavit Urban. VIII. *Conſt.* 28. *incip. Romanus Pont.* 28. Aug. 1624. Habet familia utraque Carmelitana habitum ſatis notum, nimirum tunicam, & ſcapulare coloris canuſini, pallium album, corrigiaque fibulatâ præcingitur: habet utraque Romanæ domicilia. Calceata ad S. Mariam Tranſpontinam, ad S. Martinum in Montibus, ad S. Julianum ad trophæa Marii, & S. Chryſogonum. Diſcalceata ad S. Mariam ad Scalam, ad *S.* Paulum fontis fœlicis, nunc *S.* Mariam de Victoria, ad S. Annam. Generalis familiæ calceatæ durat ad ſexennium, habet ſub ſe provincias 33. Familiæ diſcalceatæ Generales duo ſunt, Italus, & Hiſpanus ſub Hiſpano, qui ad ſexennium durat, ſunt provinciæ octo, in quibus pluſquam centum monaſteria numeratur: ſub Italo qui triennium non excedit, ſunt ad hunc uſque annum 1632. provinciæ decem in quibus ingens monaſteriorum numerus. De hac familia Carmelitana agunt Arnaldus Boſſ. & Baptiſta Stiſpariolus *de illuſtribus Viris hujus Ordinis*, Baptiſta Ferrarienſ. *in Chronic. Ordinis*, Laurentius Borellus etiam *de Viris illuſtribus Ordinis*, Martinus Italus *de Sanctis & Doctoribus Ordinis*, Petrus Carmelita *in catal. ſcriptorum Ordinis*, noviſſimè Marc. Ant. Alegre de Caſſanate *in paradiſo Carmelitici decoris, ab ortu ſuo uſque ad hac tempora*, Fr. Em. de Platea *en el defenſorio por la antiguidad, legiſladores, y Santos del Carmel*, *S.* Antonin. 3. *p. titul.* 16. *cap.* 1. §. 8. Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, part.* 4. *conſid.* 7. Polyd. Virg. *de invent. rer. lib.* 7. *c.* 5. Panuin. *in chron. anno* 1441. Naucl. *vol.* 2. *generat.* 41. *anno Chriſti* 1215. Genebrard. ſub Inn. III. Ubald. *tom.* 1. *tit.* 4. *de Sac. cap* 84. & *tom.* 3. *tit.* 9. *c.* 89. *n.* 10. Villeg. *in vita Eliæ Prophetæ*, Petrus Crucius *de ortu relig. Carmelitarum*, Thom. de Serpe *in tr. de origine relig. Carmel.* Joan. de *S.* Maria *in Chronicis Carm. d'ſcalc.* Thom. de Jeſu *ſuper reg. Carm. Ioannis Patriarchæ Hieroſ. & in tr. de origine & relig. Carm.* Fr. Em. Rom. *de antiq. Carmel.* Fr. Thom. de Aquino *lib. de Patriarchatu Eliæ*, Franc. Camill. *in ſum. antiquit. Carm.* Fr. Joan. Pinto. *in hierarch.*

Carmelit.

Carmelit. Illeſcas *in hiſtor. Pont. lib. 5. cap.* 52. Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 12. *anno Chriſti* 1218. Platus *de bono ſtatu rel. lib.* 2. *c.* 22. Jacob. Gualter. Societatis Jeſu *in tabula chronographica, ſæculo* 10. *pag.* 651. Jacob. Salian. *tom.* 4. *annalium Legis veteris, anno mundi* 3139. *n.* 16. Paul. Morigia *de origine relig. lib.* 1. *c.* 30. Sylveſt. Mat. *in Oceano Relig. lib.* 4. *pag.* 279. Panciröl. *in theſauris Vrbis Romana Italæ, in Regione Montium, Eccleſia* 17. Joan. Marq. *de vera origine Eremit. S. Auguſtini, c.* 14. §. 9. Car. Tapia *in auth. ingreſſi, verb. Monaſteria, c.* 17. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 5. *art.* 6. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 23. Fr. Lud. Miranda *in manual. Prel. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 7. Tamb. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 7. *num* 4. noviſſimè Fr. Ferdinand. Camarg. *in Epit. hiſtoriali Eccleſia Militantis, pag.* 312. *cum ſeqq.* ubi latè de fundatione S. Thereſiæ, Fr. Mic. Muñoz *in propugnaculo Eliæ, & propaginis Carmelitica*, Simon Colcho Luſit. *in chron. Religion.* Eman. Rom. *in variis elucidat. antiquitatis, dignitatis, & illuſtrium Carmeli ſcriptorum*, Michaël à Fonte *in compendio hiſtoriarum Ordinis, & in catalogo de illuſtrib. Carmelitis*, Suar. *tom.* 3. *de relig. tr.* 7. *lib.* 3. *cap.* 1. *&* 2. *tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *c. ult.* Hieron. Roder. *in compend. qq. Reg. reſol.* 123. *num.* 35.

De ſecunda regula, quæ eſt S. Benedicti, & de Religionibus ſub ea militantibus.

35 Secunda regula eſt S. Benedicti, cujus caput Abbas vocatur, ab eodem S. Benedicto inſtituta anno 500. ſub Pontifice Symmacho: corpus ejus Sanctiſſimum eſt in inſigni monaſterio Caſſinenſi,
36 ubi ſanctiſſimè vixit, in quo loco antequam S. Benedictus illuc acceſſerit, Eccleſia Caſſinenſis habebat ſuum Epiſcopum, & præcipuè habuit Severum, qui interfuit Concilio Lateranenſi ſub Felice III. Papa, quod habitum fuit anno 487. & huic Concilio Severus tanquam Epiſcopus Caſſinenſis ſubſcripſit, ut conſtat *ex tom.* 1. *Conc. pag.* 420. & de eodem hoc Severo Epiſcopo Caſſinenſi meminit Petr. Diaconus *in vita ejuſdem S. Severi.* Poſtquam autem illic acceſſit S. Benedictus, ſcilicet de anno 529. nullus amplius, præter Monachos Epiſcopus ibi fuit deputatus; & jure, quia S. Benedictus illuc immediatè à Deo miſſus fuit, eique pro populo Caſſinenſi munus Evangelicum eſt demandatum, quemadmodum affirmat Greg. Magn. *dialog. lib.* 2. *cap.* 8. *&* 19. & Cordian. *in vita S. Placidi Martyris*, quæ habetur apud Surium *tom.* 7. *pag.* 749. & etiam refert S. Th. *in opuſc.* 19 *cap.* 4. *circa med.* & Auguſt.
37 de Ancona *de poteſt. Eccl. ad Ioannem Papam XXII. quæſt.* 64. *num.* 1. & ſucceſſivis temporibus Abbates Caſſinenſes poſt S. Benedictum, licèt non eſſent Epiſcopi, jura tamen Epiſcopalia, & omnimodam juriſdictionem ſemper exercuerunt, Diœceſimque habebant, ut ex multis probat Rot. *in Sorana beneficii*, 8. *Martii* 1527. *coram R. P. D. Merlino.* In Eccleſiis Parochialibus, quæ ſunt membra monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, aut aliàs ab ipſis dependentes, cura animarum exerceri poteſt etiam per Monachos ad nutum ipſorum Superiorum amovibiles. Urbanus VIII. conſtitutione ſua incipiente *Aliàs à Venerabilibus*, 6. *Septemb.* 1638. Quod Monachi Caſſinenſes non ſint ullo modo cogendi accedere ipſi ad proceſſionem SS. Sacramenti juxta eorum antiquam conſuetudinem, conceſſit idem Urbanus VIII. in alia ſua Conſt. incip. *Nu-*
38 *per*, 17. Nov. 1638. Habitus Monachorum S. Benedicti ſatis notus eſt, tunica, ſcapulare, cuculla, ſive chlamys, omnia ex nigro colore cum cottigia fibulata: hujus Ordinis provincias inſtituit, & numerum Monachorum in ſingulis monaſteriis præfiniri voluit, & Horas Canonicas recitare teneri ſtatuit Paul. V. *conſtit.* 32. *cum ſicut*, de anno 1607. Cæterùm hodie Congregatio S. Benedicti diviſa eſt in quinque celebriores Congregationes à ſe invicem independentes. Prima eſt Italæ, 39
quæ nunc dicitur Montis Caſſini, antea dicebatur S. Juſtinæ Patavinæ, de qua infrà, incipit anno 1408. habet per Italiam pluſquam 66. monaſteria. Secunda Germanica, appellatur Burſfeldenſis à mo- 40
naſterio S. Thomæ Apoſtoli, & S. Nicolai Epiſcopi in Burſfeldia, Diœceſis Moguntinæ, anno 1420. floret per utramque Germaniam, habet pluſ- 41
quam centum quinquaginta monaſteria. Tertia Gallica, dicitur Caſſalis Benedicti, à monaſterio in eo pago fundato: incipit anno 1516. ut videre eſt in diplomate Leonis X. ſub Dat. 5. Decembris illius anni: habet decem & quinque monaſte- 42
ria Religioſorum, totidem fœminarum. Quarta Hiſpana, dicitur Congregatio Valliſoletana à monaſterio in Urbe Valliſoleti erecto Congregationis capite: incipit anno 1520. habet pluſquam 43
quadraginta monaſteria. Quinta Luſitana, eſt monaſterium reformationis, cujus caput S. Martinus de Tibaens in provincia Interamnenſi, non longè à Civitate Beachata, Occidentem verſùs: incepit anno 1549. continet plus minuſque viginti virorum monaſteria; nam monialium plura ſunt, ſed Ordinariis parent. Abbas Generalis & reliqui locales ad triennium durant, eliguntur in Capitulo, quod tribus quibuſque annis in monaſterio S. Martini de Tibaens celebratur. Habet Congregatio S. Benedicti præter alia, celebre Ro- 44
mæ monaſterium S. Pauli extra muros. Ejus Abbates utuntur Pontificalibus, benedicunt Populum, & conſecrant lapides pro Altarium uſu, Pius V. *Conſt.* 97. *incip. Sedis*, 6. Junii 1565. & Monachos à quibuſcunque cenſuris, & pœnis abſolvere poſſunt. Pius V. *Conſt.* 129. *incip. Dum*, idib. Junii 1571. Regitur gubernatione Ariſtocratica, Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *num.* 4. *in fine.* De hoc Ordine agunt Leo Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis *in chronica Caſſinenſi*, cum annotatione Matthæi Laurentii Hiſpani monachi Caſſinenſis, & Prioris S. Salvatoris de Caſtellis: prodiit Neap. 1626. Andr. S. Michaëlis *in tr. de Pont. Archiep. ſui Ordinis* Joannes Bertels, Jacobus de Bruel, & Jacob. Luchier *de hujus Ordinis origine*, Anton. Yepes *in chronica S. Benedicti, per plures tomos*, Barnabas de Montalico *in chronica Ciſtercienſi*, Bernard. de Britto Luſitanus *etiam in chronica Ciſtercienſi*, Arnold. Vvion. *in ligno vitæ*, S. Ant. *part.* 2. *hiſtor. tit.* 15. *c.* 12. Venero *en el enchiridion de los tiempos, pag.* 99. *in fine, in impreſſ. de anno* 1641. Chaſſ. *in catal. gloriæ mundi, part.* 4. *conſid.* 50. Polyd. Virg. *de invent. rer. lib.* 7. *c.* 2. Gualter *in tab. chronogr. ſæculo* 5. *anno* 494. *& ſæculo* 6. *anno* 529. Platus *de ſtatu Rel. lib.* 2. *cap.* 22. Illeſcas *in hiſtor. Pont. lib.* 3. *c.* 61. *& lib* 9. *cap.* 50. Carol. de Tapia *in dict. Auth. Ingreſſi, verb. monaſteria, cap.* 30. latè Tambur. *de jure Abbatum tom* 2. *diſp.* 24. *quæſt.* 5. *n.* 54. ubi de Congreg. B. Juſtinæ de Padua, *&* n. 57. de Valliſoletana, *&* num. 58. de Congreg. Portugalliæ, Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 130. *verſo*, Marquez *de vera origine Eremit. S. Auguſtini, capit.* 11. §. 1. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. Reg. tom.* 1. *quæſt.* 3. *artic.* 2. Azor. *inſtit. moral.*

p.1. lib.12. cap.21. q.2. Hieron. Roder. *in compend. qq. Regul. resol.* 123. *p.* 9. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prael. tom.1. q.4. art.2.* Suar. *tom.4. de relig.tr.9. c.* 2. Festum *S.* Benedicti 21. stat. celebratur.

45 Militant sub regula S. Benedicti plures Monachorum & Militum Ordines, tam à Monachis ipsius, quam alterius instituti, quorum primus est Cluniacensium Ordo, sic dictus à primo ejus monasterio Cluni, in Diœcesi Matisconensi, *Mascon in Gallia*, institutus à S. Odone Monacho Benedictino anno 900 Pontifice Anastasio III. Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leone VI. Vestiuntur Monachi eodem habitu, quo Benedictini. Ejus Religiosi fuerunt reformati à Gregor. IX. *Const. 5. incip. Behemoth.* id. Janu. 1232. Non possunt recipere novitios ante annum decimumquintum completum. Nicolaus IV. *Const.3. incip. Regis, 2. id. Septemb.* 1289. De hoc Ordine agunt S. Ant. *p.2. tit. 15. c.13. §.2.* Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.4. consid. 35.* Polyd. Virg. *de invent. lib.7. c.2.* Genebrard. *in chron. anno* 816. Onuph. *in chron. anno* 913. Ciacon. *in Greg. IX. anno* 912. Hier. Roman. *de Republ. Christiana lib.6. c.9.* Paul. Motigia *de origine Relig. lib. 1. c.23.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. q.4.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. cap.21. q.2.* Fr. Ludov. Miranda *in manual. Prælat. tom.1. q.4. art.2.* Suar. *tom. 4. de relig. tract.9. lib.2. c.3. n.1.* Tambur. *d. tom.2. disp.24. q.5. n.14.* novissimè R. P. Angelus Manrique *in annalibus Cistercienſib. anno Christi 1119. c.3. n.6. & 7.* ubi quod Ordo Cluniacensis non est magis Benedictinus, quàm Cistercensis. Festum S. Odonis celebratur 8. Novembris.

46 Camaldulensium Ordo sic dictus à Valle Camaldula in Tuscia, non longè à Florentia, inter Appennini juga, institutus à S. Romualdo Monacho Benedictino anno 967. Pontifice Joanne XIII. Imperatoribus Occidentis Othone, Orientis Nicephoro Phoca: illum primus omnium approbavit Alexander II. *in const.1. incip. Nulli, 4.* Kal. Novemb. 1072. Ejus privilegia confirmavit, aliaque concessit Gregorius XIII. *const.18. incip. Superna, 12. Julii* 1574. Item & eadem confirmavit Gregor. XIV. *in sua Const. incip. Ex injuncto, sub die* 24. *Septemb.* 1591. Deinde Clem. VIII. declaravit, & approbavit privilegia ab ipso Gregorio XIV. huic Ordini concessa, & communicata, & eo maximè, ut Abbates, & Priores minores Ordines suis Monachis conferre possint, ut habetur *in ejus Constit. incip. Officii nostri, die 3. Augusti* 1594. Regitur hic Ordo ab uno Generali, qui usque ad tempora Leonis perpetuus erat, exinde ad triennium eligitur, ut appareret ex quadam Constitutione ejusdem Leonis incipiente *Etsi à summo*, 4. non. Junii 1513. in qua erigit, seu potiùs restaurat Congreg. S. Eremi, & S. Michaëlis de Murano, Camaldulensis Ordinis, & Instituti decem, & septem principalia loca, necnon alia univit, & reformavit, diversorumque Pont. atque Imperatorum privilegia, gratias, & exemptiones huic Congregationi condonavit. Regitur gubernatione Aristocratica. Tambur. *de jure Abbatum tom.3. disp.1. q.2. n.14.* Non egreditur Italiam, numerat monasteria 36. Abbati generali conceditur facultas erigendi societatem laicorum Coronæ Domini, adinstar Rosarii B. Mariæ in propriis sui Ordinis Ecclesiis. S. Cong. Rit. *in Camaldulensi, 25. Jan.* 1602. Prohibentur Monachi habere Conventus prope civitates. Tapia *d. verb. monasteria, c.40.* sed non eis est prohibitum habere prope civitates hospitia. Nov. *in jure Canon. novo, tit. de ædificat. monaster. const.2.* alter Nov. frater *in sum. Bullar. tit. de monaster. ædificat. num.11.* Vestiuntur albo colore, tunicâ, scapulario, & pallio, item galero albo. Habent Romæ monasterium ad S. Gregorium in monte Cœlio, aliud ad S. Antonium Abbatem prope S. Majorum, sed nunc translatum est non longè à palatio Columnensium, in vico plumbi, cum Ecclesia sub invocatione S. Romualdi. Est alia familia Camaldulensis reformata, quam appellant montis Coronæ, instituta à nobili quodam Veneto Monacho Camaldulensi Paulo Justiniano, anno 1520. Pontifice Leone X. Imperatore Carolo V. Solimano tyranno Orientis: utuntur eodem ferè habitu, sed viliori. Habent Romæ monasterium ad S. Leonardum. Has duas Congregationes tunc in unam univit Leo X. *Const.2. incip. Etsi 4. Non. Iulii* 1543. Sed hos Camaldulenses Eremitas montis Coronæ separavit ab illis Eremi Camaldulensis, & S. Michaëlis de Murano Paulus III. *in Const. 1. incip. Rationi, 3. Nonas Novemb.* 1524. De Ordine Camaldulensi agunt ex professo Augustin. Florentinus Camaldulensis, *per tot. lib. historia Camaldulensis*, Silv. Razzius *de sacra eremo Camaldulensi*, Joannes Castagnizza *in historia S. Romualdi*, S. Ant. *p.2. tit.1. c.15.* Chassan. *in catal. p.4 consid. 54.* Illescas *in histor. Pontific. lib.4. cap.75.* Gualter. *in tab. chronogr. saculo 19. anno* 867. Paul. Motigia *de origine Relig. lib.1. c.25.* Silv. Marul. *in Oceano Relig lib.2. pag.201.* ubi *pag.108.* de familia reformata agit, & Card. Baron. *annal. Eccl. anno Christi 974. & 977.* Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. monasteria, c.40.* Tambur. *d. disp.24. q.4. n.15.* Joseph. Micheli *en el tesoro de las Religiones, fol.* 104. Platus *de bono statu relig. lib.2. c.22.* Hier. Roman. *de Republ. Christiana lib.6. c.9.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom.1. q.3. à n.9.* Cherub. *in compendio Bullar. Const. 1. Alexandri II. schol. 1.* Fr. Lud. Miranda. *in manuali Prælat. tom.1. q.4. art.2.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. c.21.* Hieron. Roder. *in compendio qq. Regul. resol. 123. n.13.* Suar. *tom.4. de Relig. tr.9. lib.2. c.3. à num.7.* Festum translationis S. Romualdi celebratur die 7. Febr. ex Const. Clem. VIII. incipiente *Pia mater Ecclesia*, sub dat. 9. Junii 1595. Dies autem ejus obitus celebratur à Monachis die 19. Junii.

Fontis Coryli Ordo sic dictus à loco fontis Coryli in monte Apennino, in radicibus montis Cariæ Orientem versùs, quatuordecim millibus passuum distante ab Eugubio prope civitatem Catiensem Ducatus Urbini, institutus fuit à Landulpho Monacho Benedictino anno 1008. Pontifice Joanne XVIII. Imperatoribus Occidentis Henrico II. Orientis Basilio, & Constantino. Incepit habitare hanc solitudinem venerabilis Monachus P. Damianus, Benedicto IX. Pontifice: nec desunt alii, qui illum hujus Congregationis faciunt auctorem. Utebantur Monachi (ferè hodie non extant) fontis Coryli, sive Avellanæ, vestibus, quibus Benedictini, mutato colore nigro in album, & Avellani Cœnobii unio Ordini Camaldulensi facta fuit. 47 Meminerunt hujus familiæ quotquot agunt de vita B. Petri Damiani, Fr. Jacob. Nioscandus Carthus. *in 7. tom. Surii, 22. Febr. in vita ejusdem.* Constantin. Caiet. monachus Benedictinus *in prolegomenis de vita B. Petri Damian*, quam in primo ejusdem tomo edidit Arnold. Wion. *in ligno vitæ, lib. 2. c.9.* Petr. Recordat. *diario 4. historia monast.* Hieron. Rubeus Ravennas *lib.5. historia Ravennarum*, August. Fortun. *in hist. Camaldulensi, lib 5. ex c.6. usque ad 14.* Petrarch. *de vita solitaria tr.3. lib.2. c.17.* Card. Baron. *annal. Eccles. tom.11. anno Christi 1072.* Motigia *d. lib. 1. c.58.* Tambur. *d. tom.2. disp.24. q.5. n.16.*

Vallis

48 Vallis Umbroſæ Ordo ſic dictus à Valle denſiſſimis arboribus conſita propè Florentiam, inſtitutus eſt à Joanne Gualberto Monacho Benedictino, anno 1080. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno, quem approbavit Urbanus II. *conſt.* 1. incipiente *Cùm univerſis*, 8. in Aprilis 1090. Privilegia omnia confirmavit, & in ſpecie Monachorum Caſſinenſium, conceſſa, & concedenda communicavit Julius II. *conſt.* 13. incipiente *Militantis*, id. Julii 1507. Utuntur Monachi nigris veſtibus ejuſdem artificii, ac Benedictini, intus verò albis. Poſſident provincias octo, monaſteria 35. cum ingenti numero Prioratuum, Monachos 390. Moniales 800. omnes intra Italiam. Habent Romæ monaſterium ad S. Praxedem propè S. Mariam Majorem. De hoc Ordine agunt Bernard. *in hiſt. de Generalib. ſui Ordinis Vallis Umbroſæ*, Eudoxius Locatellus *in vita S. Ioan. Gualberti, & Generalium Ordinis Italiæ*, Hier. Flor. *in vitis Sanctorum Ordinis Vallis Umbroſæ*, S. Anton. *p.* 2. *tit.* 15. *c.* 25. Chaſſan. *in catal. p.* 4. *conſid.* 57. Polyd. Virgil. *de inventor. rerum, lib.* 7. *c.* 2. Illeſcas *in hiſtor. Pontif. lib.* 5. *c.* 12. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtiana lib.* 6. *c.* 12. Platus *de bono ſtat. Rel. lib.* 2. *c.* 22. Gualt. *in tabula chronograph. ſæculo* 11. *pag.* 628. Sylv. Marul. *in Ocean. lib.* 2. *pag.* 220. Paul Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 26. Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingreſſi, verb. monaſteria*, *c.* 41. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 4. Azor. *inſt. mor. p.* 1 *lib.* 12. *c.* 21. *q.* 2. Chetub. *in compendio Bullarii, conſt.* 1. *Urban. II. ſchol.* 1. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom* 1. *q.* 4. *art.* 2. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tr.* 9. *lib.* 2. *cap* 3. Hier. Roderic. *in compendio qq. Regular. reſol.* 123 *n.* 11. Aſcan. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 15. *n.* 4. *& tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 5. *n.* 20. *&* 21. Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 104. *verſo*, me citato *in hoc loco*, Joan. Maria Novar. *in lucerna Regul. verb. Monachi, n.* 9. Feſtum S. Joannis Gualberti celebratur 12. Julii.

49 Grandimontenſium Ordo ſic dictus à monte quodam prægrandi in Diœceſi Lemovicenſi, in Gallia, inſtitutus à S. Stephano Albanenſi ſub regula S. Benedicti ſecundùm aliquos, licèt Suar. *loco infrà citando*, ſub propria regula conſtitutum dicat *an* 1080. à Gregorio VII. Habitus vilis eſt, & totus ad pœnitentiam compoſitus: cùm aliquando ex loricis ferreis conſtaret. Habent hi Monachi intra terminos Galliæ, quam ferè non egrediuntur, ad ſeptemdecim monaſteria. De hoc ordine agunt S. Antonin. *p.* 2. *hiſtor. tit.* 15 *cap.* 21. Vincent. Litin. *in ſpeculo lib.* 25. *cap.* 46. *uſque ad* 50. Chaſſan. *in catal. p.* 4. *conſid.* 70. Polyd. Virg. *de invent. rer. lib.* 7. *cap.* 2. Plat. *de bono ſtatu Religioſi, lib.* 2. *c.* 22. Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 2. *pag.* 155. Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingreſſi, verb. monaſteria, c.* 43. Tambur. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 5. *n.* 27. Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 104. *verſo*, Marquez *de origine Eremit. S. Auguſtini, c.* 10 §. 7. Miranda *de origine Bened. cap.* 64. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *quæſt.* 2. *verſ. Ordo Grandimontenſis*, Renat. Chopin. *monaſt. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 22. Aſcan. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 15. *n.* 8. Claudius Robertus *in Gallia Chriſtiana, tit. de Abbatiis, lit. G. verb. Grandimontenſis*, Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. *&* 5. Feſtum S. Stephani Albanenſis celebratur 13. Februarii.

50 Ciſtercienſium Ordo ſic dictus à Valla Ciſtercio in Diœceſi Cabilonenſi, in Burgundia apud Gallos, inſtitutus fuit à S. Roberto anno 1099. pontifice Urbano II. Imperatoribus Occidentis Henrico VI. Orientis Alexio Comneno. Hic namque Robertus ex Cluniacenſi Ordine Abbas Moliſmenſis cœnobii in Lingonenſi Diœceſi, vir Sanctiſſimus, adſcitis ſibi ſociis Alberico, Odone, Joanne Stephano, Tetaldo, & Petro ejus monaſterii monachis, Ciſtercium ſpinarum denſiſſimum locum in Cabilonenſi diœceſi petiit, à quo nomen ſumpſit Congregatio, ibique illi dedit initium, quod paulò poſt recedente Apoſtolico juſſu, & ad ſuum monaſterium revertente, Stephanus Anglicus, quem Principem hujus Ordinis reliqui Scriptores vocant, Abbas electus fuit. Hic equidem vir religioſiſſimus, ne regula cœpta, quæ erat aſperrima, corrueret, continuis precibus Dominum rogabat, ut inſtitutum foveret, & augeret, cujus precibus Dominus commotus, Bernardi nobiliſſimi adoleſcentis ſpiritum ſuſcitavit, qui ſimul cum fratribus ſuis, amicis, ac conſanguineis ad 40. numerum Ciſtercium ſub diſciplina Stephani eſt ingreſſus anno 1113. & ſuæ ætatis 22. Regulam S. Benedicti obſervant Religioſi. Eugenius III. *Conſtit.* 2. incipiente *Sacroſancta*, Kal. Auguſti 1152. Illorum reformationem edixit Benedictus XII. *Conſt.* 3. incipiente *Fulgent*, 4. idus Julii 1335. Succedunt in bonis ſuo- 51
rum Monachorum, non tamen feudalibus. Innocentius IV. *Conſt.* 4. incipiente *Devotionis*, 11. Kal. 52
Novembris 1246. Sunt exempti à juriſdictione
Ordinariorum, & ſolutione quorumcunque on- 53
rum, etiam charitativorum, Innocentius VIII. *Conſt.* incipiente *Romani*, 3. Kal. Septembris 1486. Eorum monaſteria mulieres ingredi prohibuit, & taleis, ac impoſitionibus gravari non poſſe ſtatuit Gregorius IX. *Conſtit.* 7. incipiente *Quia*, 10. Kal. 54
Februarii 1234. Ad alium, quàm Carthuſianorum Ordinem tranſire prohibuit Eugen. IV. *Conſt. Regularem*, 16. Kal. Mart. 1439. Induuntur Monachi tunica alba, ſcapulari nigro, corrigia fibulata, præcingunt ſcapulare funiculo holoſerico, utuntur etiam cuculla, ſive clamyde undulata, pallio nigro, cùm equites incedunt. Habent Romæ monaſterium ad Sanctam Crucem in Hieruſalem, & ad *SS.* Vincentium & Anaſtaſium martyres extra muros Generalis (cujus adminiſtratio ad vitam durat) eligitur à Conventu monaſterii Ciſtercii, & quatuor Abbatibus, ſcilicet de Claravalle, Motiſmundo de Firmitate, & Pontignaco. Confirmatur à ſummo Pont. & illi ſubſunt omnes Congregationes, præter illas, quæ Apoſtolica auctoritate ſunt exemptæ. In Italia duæ ſunt Congregationes, altera quæ dicitur Tuſciæ, altera verò Lombardiæ, quæ licèt omnia privilegia habeant, quæ ad Congregationem exemptam pertinent, Generalis tamen poteſt in Capitulis intervenire, ſi vult, & viſitare, & corrigere cum conſilio Abbatum Congregationum. In Aragonia, Catalonia, Valentia, & Navarra etiam ſunt plurima monaſteria, quæ ſubſunt Abbati Generali Ciſtercienſi, quæ per vicarium ab eo conſtitutum reguntur, & viſitantur, qui ſemper eſſe ſolet Abbas S. Mariæ de Populeto in Catalonia. Horum Regnorum Abbatiæ ut plurimùm ſunt patrimoniales Regum. In inſula Majoricæ eſt unum monaſterium hujus Ordinis, cujus Abbatia Regis patronatus eſt, & per Abbatem perpetuum gubernatur. In regnis Caſtellæ, Legionis, Toleti, Aſturiæ & Galleciæ eſt una Congregatio, quæ S. Bernardi regularis Obſervantiæ dicitur, & per unum gubernatur generalem, qui de triennio in triennium eligitur, & à Generali Ciſtercienſi eſt exempta: cœpit reformatio ſub Martino V. anno 1425. Primum hujus Congregationis monaſterium

fuit montis Sion Toleti : visitatur Congregatio à Generali, & post immediatè à duobus visitatoribus electis in Capitulo Generali : monasteria ab Abbatibus triennalibus gubernantur. In nostro Regno Lusitaniæ est alia Congregatio, cujus caput, & Generalis est Abbas insignis monasterii de Alcobaça Ulysbonensis diœcesis, cœpit sub Pontifice Pio V. regnante Sebastiano Rege Portugalliæ, & Henrico Cardinali, qui & Rex postea fuit, ejus monasterii de Alcobaça Abbate favente.

55 Est & familia Cistercienſium discalceatorum, quam appellant Fulienſem, ab imagine Sanctissimæ Virginis inter folia depictæ, quam in capite suæ familiæ colunt : utuntur albis vestibus, & capuccio nimis ad humeros demisso, omnia ex panno vili : habet Romæ monasterium ad sanctam Pudentianam Virginem & Martyrem prope sanctam Mariam Majorem, & aliud ad S. Bernardum in Thermis Dioclesiani, & aliud quoque ad S. Sebastianum in regione Ripæ. Hujus familiæ Cistercienſium reformationem edixit Sixtus V. *const.* 32. incipiente *Religio-*
56 *sos*, 5 Martii 1586. Gaudet privilegiis Monachorum Cistercienſium non reformatorum : idem Sixtus
57 *const.* 70. incipiente *super speculam*, idib. Novemb. 1587. Ejus Religiosi exempti sunt ab omni Monachorum Cistercienſium non reformatorum superioritate, & non tenentur ad illorum instituta. Cle-
58 mens VIII. *const.* 12. incipiente *Pastoralis*, 4. Septemb. 1592. Præcedunt omnibus Fratribus Mendicantibus. Clemens VIII. *const.* 56. incipiente *Regis*,
59 9. Febr. 1599. Ad aliam Religionem transeuntes ad eam nequaquam redire possunt : idem Clem. VIII. *const.* 107. incipiente *Pro nostro*, 17. Martii 1694.
60 Gaudent privilegiis Monachorum ac Ordinum Mendicantium, & non possunt coram aliis quàm Congregationis judicibus vocari. Paulus V. *const.* 23. incipiente *Divinat*, idib. Julii 1606.

De Cistercienſibus agunt S. Anton. *p.* 2 *tit.* 18 *c.* 12. §. 18. Chassan. *in catal. gloriæ mundi*, *p.* 4 *consid.* 58. Venero *en el encheridion de los tiempos*, *fol.* 100. *in impress. de an.* 1641. Polydor. Virgil. *de invent. rerum lib.* 7. *c.* 2. Christoph. de Gonzalez de Pelaez *in vita S. Bernardi*, *cap.* 11. & 12. Plat. *de bono statu Relig. lib.* 2. *cap.* 22. Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 2. *pag.* 153. Paul. Motigia *de origine Relig. lib.* 1. *c.* 28. Franc. Angel. Manriq. *in specul. histor. lib.* 25. *c.* 94. & 95 Hier. Rom. *de Rep. Christiana lib.* 6. *c.* 12. Illescas *in historia Pont. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 15. Yepes *en el chronico general de san Benito*, *tom.* 7. *cent.* 7. *cap.* 2. *pag.* 5. Renat. Chopin. *de sacra politia*, *lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 5. *in margine*, Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones*, *fol.* 105. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 11. *anno Christi* 1098. Aubert. Miræus *de statu Relig. Christi lib.* 1. *cap.* 22. & *per tot. tract. de origine Cistercienſ.* Claud. Robert. *in Gallia Christiana*, *tit. de Abbatiis*, *litt. C*, *verb. Cistercium*, Fr. Emman. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 5. Azor. *inst. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 21. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 3. *cum seqq.* Ludov. Miranda *in manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 2. *versic. ex eod.* Cherubin. *in compend. Bullar. Const.* 1. *Paschalis* II. *schol.* 1. Hieron. Roderic. *in compend. qq. Reg. resolut.* 123. *num.* 12. Tamburin. *de jure Abbatum tom.* 1. *disput.* 2. *q.* 15. *num.* 5. latè *tom.* 2. *disputa.* 24. *quæst.* 5. *num.* 62. ubi *num.* 63. *de Congregat. Cistercienſi Romana*, & *num.* 64. *de Congreg. reformatorum Cisterc. in Italia*, & *num.* 61. *de eadem in Gallia*, Novissimè Fr. Aug. Manrique *in pœnalibus Cistercienſibus*, *in duobus tomis*. Festum sancti Roberti celebratur 29. Aprilis.

Fontis Ebraldi Ordo sic dictus à celebri fonte, 61
juxta quem primum hujus famulæ monasterium ædificatum est in diœcesi Pictavienſi in Gallia, institutus est à S. Roberto Blesio Parisienſi, Monacho Benedictino : de anno institutionis non satis constat, oportuit fuisse anno 1117. quo idem S. Robertus mortuus est : sunt ferè hujus monasteria duplicia, ideſt virorum, & fœminarum, muro distincta : præsidet & viris & fœminis Abbatissa electa semper à Monialibus. Habet sub se quinquaginta alia monasteria. De hoc Ordine agunt Guillelm. Tyrius *lib.* 14. *cap.* 20. Aubert. Miræus *de statu relig. Christiana*, *lib.* 1. *cap.* 21. & *de origine monast. lib.* 2. *cap.* 10. Claud. Robert. *in Gallia Christiana*, *tom. de Abbatiis*, *litt. F*, *verb. fons Ebraldi*, ubi appellat institutorem Robertum Arbicellum, novissimè Tamburin. *dict. tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 5. *num.* 30.

Guillelmitarum Ordo institutus est à S. Guil- 62
lelmo Vercellenſi Monacho Benedictino anno 1124. Pontifice Calixto II. Imperatore Occidentis Henrico V. Orientis Emmanuele Comneno. Vestiuntur Monachi albo amictu ex vili panno : monasteria totius Ordinis dicuntur esse 47. ferè omnia per Italiam. Generalis ad triennium præficitur : habent Romæ monasterium ad S. Agatham in Suburra. De hoc Ordine agunt Sylvest. Marul. *in Oceano*, *lib.* 2. *pag.* 161. Carol. de Tapia *in dict. Auth. Ingressi*, *verb. monasteria*, *c.* 44. *à princ.* Tamburin. *dict. tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 5. *num.* 35. ubi de hac Congregat. in Gallia : novissimè Angelus Manrique *in annalibus Cistercienſibus*, *anno Christi* 1136. *cap.* 2. ubi *n.* 3. & 4. refert verius esse illos sub S. Benedicti regula militasse : & *n.* 5. addit, non esse improbabile vivere sub Augustiniana. Paul. Rhegius *de Sanctis Neapol. in vita S. Guillelmi*, Baronius *tom.* 12. *histor. Eccles. anno* 1142. *num.* 9. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *vers. Ordo Guillelmitarum*, Cavalier. *dec.* 594. *n.* 1.

Montis Virginis Ordo sub regula S. Benedicti institutus à *S.* Guillelmo Vercellenſi circa *annum Domini* 1121. Pontifice Calixto II. Imperatore Henrico V. sic dictus à monte Virgiliano, in quo olim Virgilius celebratissimus poëta hortum habuit amœnissimum, & ab illo nomen accepisse traditio est : ibi primum magnitudine & antiquitate est monasterium Montis Virginis cum Ecclesia magna pulchris ornamentis, & indulgentiis maximis ornata, in qua adest devotissimum caput Beatissimæ Virginis Constantinopolitanæ, quod Balduinus Imperator huic Ecclesiæ cum multis Reliquis, & ornamentis dono dedit. Fuit hic Ordo confirmatus, & ab Ordinarii jurisdictione exemptus per Joannem Episcopum Avellinum *de anno* 1126. & à Roberto *de anno* 1133. & à Guillelmo *de anno* 1182. itidem Episcopis Avellin. quorum confirmationes, & exemptiones fuerunt approbatæ, & confirmatæ ab Alexandro III. & à Lucio etiam III. sub die 12. Maii 1189. & à Cœlestino etiam III. sub dat. nonis Novembris 1197. & ab Urbano IV. sub dat. 5. id. Januarii, Pontificatus sui anno 2. ubi confirmat, & de novo concedit omnes immunitates, & libertates à Romanis Pont. Monachis, & monasterio Montis Virginis concessa, necnon libertates, & exemptiones sæcularium onerum à Regibus, & Principibus, vel aliis Christi fidelibus eis, seu eorum monasterio indultas, & illos soli Romanæ Ecclesiæ censuales existere declarat. Et idem Urbanus *in alia Constitut.* 6. incipiente *Ecclesia Romana*,

sub

ſub dat. 2. id. Septembris, Pontificatus ſui anno 3. concedit Abbati Montis Virginis, cui fuerit benedictionis munus impenſum, & Sacerdotalis Ordo collatus, uſum Mitræ, Baculi, annuli, fandalium, chirothecarum, tunicæ, dalmaticæ, benedictionem, ſolemnem ad Populum, Ordinationes minorum Ordinum, indulgentias quadraginta dierum, benedicere etiam Calices, & omnia alia Ornamenta Eccleſiaſtica, & cognoſcere de matrimonio inter vaſſallos, in quibus habent ſpiritualia: nova eorum ſtatuta, & conſtitutiones confirmavit Clemens VIII. *Jua Conſtit.* incip. *Inter graviſſima*, 8. *Mart.* 1599. Et monaſteria, quibus tota Congregatio Montis Virginis conſtare debet, præſcripſit Paulus V. *Conſtitut. ſua* incip. *Paſtoralis*, 19. Maii 1611. quæ Regnum Neapolitanum non egreditur. Regitur hæc Congregatio ab uno Abbate Generali triennali, qui defert Mozzettam: ejus Monachi album habitum, & capellum, ac pallium, cùm foris exeunt, more Clericorum, itidem album portant, neque tam in forma, quàm in colore habitus differunt ab Oliveranis, niſi in forma capuccii, & à Camaldulenſibus, niſi quod iſti cinguntur, illi verò Montis Virginis diſcinctam veſtem deferunt. De hoc Ordine agunt Carol. Tapia *in Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap.* 44. *num.* 7. *pag.* 173. Tamburin. *dict. tom.* 2. *diſputat.* 23. *quæſt.* 5. *num.* 33. Thom. Coſtus *in vita S. Guillelmi fundatoris, & in vita S. Amati Epiſcopi Nuſcen. ejuſdem ſancti Guillelmi diſcipuli, & in vita S. Donati monachi hujus Ordinis*, Ovidius de Luciis hujus Congregationis Monachus *in relatione ſanctiſſimæ Imaginis B. Mariæ Montis Virginis, & in ſupplemento ad hiſtoriam Montis Virginis*, quod nondum typis mandatum eſt. Feſtum S. Guillelmi celebratur 25. Junii.

63 Gilbertinorum Ordo inſtitutus fuit à Gilberto Anglo, ut teſtatur Polydor. *loco infrà citando*, in Anglia anno 1148. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Comneno. Hic Ordo vocatur *Sempringhamenſis*, eo quòd inſtitutor illius dictus Gilbertus, vocabatur de Semptingham, quem virginibus maximè inſtruendis ſpiritum cœleſtem accepiſſe, ipſe etiam profectus comprobavit, unde aliqua monaſteria duplicia, virorum ſcilicet & mulierum conſtruxit; ſed Guillelmus Gilberto coævus monaſteria virorum à fœminis diſtinxit. De hoc Ordine, quod jam non durat, agunt Guillelm. Neuburgenſis *de rebus Anglia lib.* 5. *cap.* 15. Polydor. Virg. *de inventor. rer. lib.* 7. *c.* 2. *in fine*, Barnab. Montalvus *in Chronica Ciſtercienſi, lib.* 2. *c.* 23. Tamburin. *d. tom.* 2. *diſputat.* 24. *quæſt.* 5. *num.* 34. noviſſimè R. P. Angel. Manrique *in annalibus Ciſtercienſib. anno Chriſti* 1135. *cap.* 8. *num.* 8. Miræus *de origine monaſt. lib.* 5. *cap.* 11. Henriquez *lib.* 10. *faſc. ſul. diſt.* 14. *cap.* 4.

64 S. Guillelmi Ducis Aquitaniæ Ordo inſtitutus à S. Guillelmo Aquitaniæ & Pictavienſium Duce anno 1153. Pontifice Anaſtaſio IV. Imperatoribus Occidentis Federico Oenobarbo, Orientis Emmanuele Comneno: ſed credunt nonnulli, inter quos Renat. Chopin. *in monaſtico*, & alii, quos refert Marquez *de vera origine Eremitarum S. Auguſt. cap.* 13. §. 11. S. Guillelmum inſtituiſſe Religionem ſuam ſub Regula S. Benedicti. Cæterùm vero verius eſt inſtituiſſe illam ſub regula S. Auguſtini, atque eundem Guillelmum verè fuiſſe Eremitam S. Auguſtini, ſed in illa maxima unione & acceſſione, quæ omnium Congregationum ſub regula & nomine S. Auguſtini viventium facta eſt ad religionem Eremitarum ſancti Auguſtini ſub Innocentio IV. anno 1243. & ſub Alexandro IV. anno 1256. reclamantibus hanc unionem Guillelmitis, ut liberiùs ab ea reſilirent, regulam ſancti Benedicti ab eodem Alexandro VI. acceperunt, manente ſibi interim habitu S. Auguſtini, ut latè probat Marquez *citato loco*. In Gallia dicuntur Guillelmitæ, Fratres albi mantelli, non quòd veſtibus albis uterentur, ſed quòd domum, quam olim Servitæ albi mantelli Pariſiis incolebant, incoluerint. De his agunt citati à Marquez *ubi ſuprà*, & Pennoto *in hiſtoria Tripartita, lib.* 1. *c.* 46. *per tot.* Catrilo *in annal. chronolog. lib.* 6. *anno* 1590. *in princ. ubi de hoc Ordine*, Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 105. *verſo*, Angel. Manrique *in annalib. Ciſtercienſ. anno* 1130. *à cap.* 1. Feſtum S. Guillelmi celebratur 10. Februarii.

Humiliatorum Ordo inſtitutus eſt à nobilibus 65
quibuſdam Mediolanenſibus, qui poſt dirutam patriam à Federico Oenobarbo, juſſi abire exules in Germaniam, inde precibus, & humilitate regreſſum iterum in Mediolanum adepti ſunt: quia verò veſtibus albis induti poſtliminium impetraverunt, eiſdem veſtibus Deo ſervire decreverunt anno 1196. Pontifice Cœleſtino III. Imperatoribus Occidentis Henrico, Orientis Alexio Angelo Fuit inter reſtitutores præcipuus B. Joannes Sacerdos Comenſis. Induebantur albis veſtibus ex vili panno. De hoc Ordine agunt S. Antonin. 2. *p. hiſtor. tit.* 15. *cap.* 22. Venero *en ſu enchirid. fol.* 102. *verſo*, Chaſſan. *in catal. p.* 4. *conſid.* 60. ubi dicit incepiſſe anno 1017. Polydor. Virgil. *de invention. rerum lib.* 7. *c.* 2. Gualter. *in tabul. chronograph. ſæculo* 12. *pag.* 633. ubi inſtitutum facit anno 1170. confirmatum anno 1200. Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingreſſi, verb. monaſteria, c.* 45. Tamb. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 5. *num.* 37. Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 104. Azor. *inſtit. moral p.* 1. *lib.* 12. *c.* 21. *verſ. ordo Humiliatorum*. Feſtum B. Joannis hujus Ordinis fundatoris celebratur 26. Septembris. Extinxit hunc Ordinem, qui multùm diuque floruerat, Pius V. anno 1570. ſua *Conſtitut.* 19. incipiente *Quemadmodum*, ut vendicaret injuriam illatam Cardinali Carolo Borromæo Archiepiſcopo Mediolanenſi, & ejuſdem Ordinis reformatori, cùm neſcio quis ex Humiliatis aliorum perſuaſu in eum ſclopetam duabus glandibus plumbeis onuſtam exoneravit, illæſo interim, non ſine divino miraculo, Cardinale, anno 1569. die 26. Octobris, ut ſcribunt Carol. de Tapia *d. cap.* 46. *num.* 2. & 3. Joan. Petr. Juſſanus *in vita S. Caroli, lib* 2. *cap.* 23. Joan. Auton. Gabatius ex Congregatione Oratorii *in vita Pii V. lib.* 3. *cap.* 15.

Floriacenſis Ordo ſic dictus à primo ejus mo- 66
naſterio Floriacenſi prope Cozentiam Urbem Archiepiſcopalem in Regno Neapolitano, inſtitutus à B. Joachimo Calabro Monacho Benedictino anno 1196. Pontifice Cœleſtino III. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno, decurſu temporis unitus fuit Congregationi Ciſtercienſi. De hoc Ordine agunt Tamburinus *d. tom.* 2. *diſputatione* 24. *q.* 5. *num.* 36. Sylveſt. Matul. *in Oceano Religion. epiſtol. Honorii III. ad Epiſcopum Lucaniæ*, Gabriel Varus *in vita Ioachimi*, Antonius Poſſevin. *in apparatu ſacro, tom.* 2. *verb. Ioachim*, de quo vide quæ dixi *in collect. ad c. damnamus, de ſumma Trinit.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

67 Sylvestrinorum Ordo institutus fuit à S. Sylvestro Canonico Oximano in agro Piceno, Monacho Benedictino, anno 1232. Pontifice Gregorio VI. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Balduino; confirmatus anno 1258. ab Innocentio IV. const. 5. incipiente *Religiosam*, 5. Kalend. Julii 1247. Gaudet omnibus gratiis & privilegiis Ordinum Mendicantium, Paulus IV. *tom.* 4. *Bullarii, const.* 8 incip. *Religiosorum*, 13. Novembris 1616. Induuntur Monachi eodem habitu, quo Benedictini, mutato colore nigro in canusinum. Italiam non egrediuntur, ubi dicuntur habere per Marchiam Anconitanam, Umbriam, & Tusciam, 25. Monasteria. Priorem Generalem habent, qui à principio Ordinis perpetuus erat, nunc triennalis existit, Paulus III. *Const.* 38. incipiente *Expescit*, 12. Kalend. *Aprilis* 1543. Sylvestrini posteriores in loco, si à quæstuando se abstineant, præcedunt Regularibus Ordinum Mendicantium, licèt prioribus in processionibus, S. Congr. Episc. & Reg. 24. Januarii 1617. Novar. *in lucerna Reg. verb. Sylvestrini, n.* 7. Habent Romæ monasterium ad S. Stephanum in Cacco. De hoc Ordine agunt S. Ant. 2. *part. histor. tit.* 15. *cap.* 23. §. 2. Aug. Flor. *in historia Camaldulensi, lib.* 2. *c.* 45. Carol. de Tapia *in d. Auth. ingressi, verb. monasteria, c.* 46. *per tot.* Tamb. *d. tom.* 2. *disput.* 24. *q.* 5. *n.* 39. Chassan. *in catal. gloriæ mundi, part* 4. *consid.* 57. Gualter *in tab. chronog. saculo* 13. *anno* 1232. Sylvester Marul. *in Oceano Relig. lib.* 3. *pag.* 185. Card. Baronius *tom.* 13. *annal. Ecclesiæ, anno* 1267. *num.* 20. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *vers. Ordo Sylvestrinorum*, idem Tamb. *de jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 15. *n.* 11. Festum S. Sylvestri celebratur 26. Novembris.

68 Vallis Caulium Ordo, dictus Gallicè *Val des Choux*, prope Divionem Urbem Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, Institutus fuit à Viardo viro religioso Benedictino, anno 1240. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Balduino II. De hoc Ordine agunt Chass. *in catal. part.* 4. *consid.* 58. ubi ait habere pauciss. monasteria, utiliusque fore Cistercienſi Ordini uniri, cujus & iste habitum gestat, & regulis utitur. Arnold. Vvion. *in ligno vitæ. lib.* 1. *cap.* 50. Fr. Athanas. Lobera *in vita S. Friolani, c.* 19. Joan. de Vitriaco *in histor. Occidentali, c.* 17. Barnabas Montalto *in chronica Cistercienſ. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 25. Aubert. Miræus *de statu Ecclesiæ Cathol. lib.* 1. *cap.* 24. *& de orig. monast. lib.* 2. *c.* 9. *& de origine S. Benedicti, cap.* 64. Claudius Robert. *in Gallia Christiana, tit. de Abbatiis, litt. V, verb. Vallis Caulium*, Tambur. *de jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 5. *n.* 41.

69 Cœlestinorum Ordo institutus fuit à Petro Morono Monacho Benedictino (dictus est Moronus à monte Morono Regni Neapolitani, quem Religiosus incoluit) anno 1274. Pontifice Gregorio X. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaële Paleologo. Cœlestinorum nomen sortitus est, quòd ejus fundator S. Petrus summus Pont. electus, Cœlestinus V. vocari voluit, & Pontificio honore, seu potiùs onere abjecto, ad nomen pristinum rediit, licèt cum nomine honoris familia remanserit. Cœlestinus V. *Const.* 1. incipiente *Etsi cunctos*, 5. Kal. Octobris 1294. Ejus Monachi recepti sunt sub protectione Sedis Apost. à Benedicto XI. *Const. sua* incipiente *Religiosam*, 2. id.
70 Martii 1304. Abbas Generalis eas facere potest functiones, quas alii Abbates exempti facere consueverunt, habitoque Prælatitio Regularium, & in monasteriis sui Ordinis Pontificalibus indumentis uti, ac Missas solemniter celebrare, interessentibus solemnem benedictionem impartiri, prout concessit Paulus V. sua Constitut. incipiente *Ex injuncto*, sub annulo Piscatoris, Decembris 1606. impressa post Const. 24. Urbani VIII. *in tom.* 3. *Bullarii* Item visitat monasteria Ordinis ubique locorum existentia, sine cujus præsentia non cogitur Capitulum generale. Paulus V. *Const.* 19. incipiente *Injuncti*, 29. Aprii. 1606. Ambitum eis indixit idem Paulus V. *Constit.* 10. *in append. incip. Quoniam*, 27. Augusti 1616. Illorum constitutiones, seu statuta pro Congregationis gubernio confirmavit Urbanus VIII. *Const.* 56. *Sacro sanctum*, 8. Julii 1626. Induuntur Monachi alba tunica, nigro capuccio, & scapulari, nigra etiam cuculla, sive chlamyde Benedicti nis per omnia simili. Crevit Ordo iste per Germaniam, Hungariam, & Galliam, ubi nunc habet 22. Monasteria satis ampla; crevit per Italiam, ubi ad 96. domicilia numerantur. Habet Romæ monasterium ad Sanctum Eusebium in regione Montium. De hoc Ordine agunt *S.* Antonin. 3. *part. titul.* 16. *cap.* 1. §. 18. Chassan. *in catalog. part.* 4. *consid.* 61. Polydor Virgil. *de inventor. rerum lib.* 7. *cap.* 2. Paul. Morigia *de origine relig. lib.* 1. *cap.* 36. Sylvest. Marul. *in Oceano relig. lib.* 4. *pag.* 309. Gualter. *in tab. chronograph. saculo* 13. *anno* 1274. *pag.* 681. Carol. de Tapia *in d. Auth. ingressi, verb. monasteria. cap.* 47. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 2. *disput.* 24. *q.* 5. *num.* 43. Joseph Micheli *en el tesoro de Religiones, fol.* 106. *verso*, Baronius *tom.* 13. *annal. Eccles. anno Christi* 1294. *à num.* 2. Illescas *in historia Pontif. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 43. *sive* 48. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 3. Cavaler. *decis.* 588. *num.* 4. *& decis.* 594. *ferè per totam*, Hieron. Roder. *in compendio qq. regul. resolut.* 123. *n.* 14. Fr. Ludov. Mirand. *in man. Prælat. tom.* 11. *q.* 4. *art.* 2. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *vers. Cœlestinorum Ordinem.* Festum S. Petri Moroni celebratur 10. Maii.

Oliveranorum Ordo sic dictus à monte Oliva- 71
rum in comitatu Ilcinenſi, olim diœcesis Aretinæ, nunc verò diœcesis Pientinæ, non longè à Senis, ubi primum ejus monasterium erectum, quod dicitur Mons Olivetus major, sive clausurarum, institutus est à tribus nobilibus Senensibus, B. Bernardo Ptolomeo Philosophiæ professore, Ambrosio Picolomineo, & Patritio de Patritiis, anno 1319. Pontifice Joanne XXII. qui anno 1324. Ordinem confirmavit, ut *in ejus Constitut.* 1. *incip. Cùm à nobis*, Kalend. Junii 1334. *in appendice*, Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. 72
Orientis Andronico. Alios ad Religionem recipere potest, gaudet privilegiis Monachorum Cassinenſium, ad processiones accedere ejus Monachi non coguntur à quolibet Antistite. Ordines recipere valent, & à decimarum, aliorumque onerum solutione sunt exempti, Pius II. 73
constitut. 9. *incip. Licet*, 3. Non Octobris 1462. Sunt exempti ab Ordinariorum jurisdictione, sexagenatia gaudent præscriptione, Confessiones audiunt, & absque Papæ licentia ad aliam Religionem transire nequeunt. Iulius II. *Constitut.* 12. *incip. Etsi*, pridie Non Junii 1507. Illis facultatem concessit eligendi Conservatores, eorumque jurisdictionem ampliavit Julius II. *Constit.* 5. *incip. Militanti*, 8. Kalend. Novembris 1505. Nova loca acquirere, & Ecclesiastica Sacramenta ministrare possunt, Clemens VI. *Constit.* 1. *incip. Solicitudinibus*, 12. Kalend. Februarii 1343. Dicuntur hujus Ordinis Religiosi per Italiam Monachi albi, quòd nullis nisi albis vestibus utuntur.

Habent

Habent per Italiath, & Siciliam plusquam sexaginta monasteria, & ultra supradictum primum ejus monasterium, amplissima sunt S. Michaëlis in nemore Bononiæ, sancti Victoris ad corpus Mediolani, montis Oliveti Neapolis, S. mariæ ad nemus Siciliæ, S. Nicolai Rotingii in agro Brixiensi. Habent etiam duo in Hungaria: eorum Generalis ultra triennium non creatur. Abbates Oliverani possunt eligi in Conservatores, si Episcopus in Synodo eos deputaverit Judicis synodales, S. Congr. Concil. 2. Martii 1619. Et illis solemniter in tribus tantùm anni festivitatibus celebrantibus, licet uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, necnon assistentiâ unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum Monachorum sacris indumentis coloris solemnitati convenientis pararorum, ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui in Missa, cantaturi sunt Evangelium, & Epistolam: atque ita ut jidem Abbates nullo modo teneant sedem Abbatalem fixam, & permanentem prope Altare, ut Sedes Episcopalis retineri consuevit; sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur; & dicti sex Monachi, ut suprà parati, non in sedibus choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo juxta Ecclesiarum convenientem situm tunc appositis, panno laneo coopertis, ex concessione Urbani VIII. *Constit* 97. *incip. Exponi*, sub die 4 Aprilis 1619. refert me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Reg. verb. Sedes Abbatialis.* Sunt Romæ ad S. Mariam Novam in regione Montium. Regitur hic Ordo Aristocratico ministerio, ut refert Tamburr. *de jure Abbatum tom.* 3. *disput.* 1. *quæst.* 2. *n.* 16. De hoc Ordine agunt S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 16. *cap.* 1. §. 1. Chassan. *in catal. p.* 4. *consid* 85. Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib.* 2. *cap.* 1. Gualter. *in tab. chronogr. sæculo* 14. *pag.* 699. Paul. Morig. *de origine Relig. lib.* 1. *c.* 37. Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 6. Platus *de bono statu Relig. lib.* 2. *cap.* 22. Sylvest. Matul. *in Oceano, lib.* 5. *pag.* 345. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 3. *art.* 3. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 16. *cap.* 21. *vers. Ordo Olivetanorum*, Carol. Tapia *ad auth. ingressi, verb. monasteria, c.* 28. Tambur. *d. tom.* 2. *disput.* 24. *q.* 5. *n.* 45. idem *tom.* 1. *disp.* 2. *q.* 15. *num.* 13. Caval. *decis.* 588. *n.* 3. *& 594. ferè per tot.* Hieron. Roder. *in compendio qq. Reg. resp.* 123. *n.* 10. Reverendiss. P. Don. Dominicus Puetonus, nunc ejusdem Ordinis Abbas Generalis, *in sua Aristocratia Regularium*, Joseph. Micheli novissimè *en el tesoro de las Religiones, fol.* 107.

74 *S* nctæ Justinæ Patavinæ Congregatio sic dicta à primo ejus monasterio, & totius familiæ capite, Patavii sub patrocinio S. Justinæ Virginis & Martyris ejusdem Urbis alumnæ erecto, instituta fuit a Fr. Ludovico Barbo benedictino Ordinis Cluniacensis anno 1410. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Habitus idem atque monachorum S. Benedicti: desiit appellari hæc Congregatio S. Justinæ anno 1704. quo illi unitum est monasterium Cassinense eo pacto, ut Cassinensis in posterum diceretur, ut verè nunc dicitur. De hac Congregatione agunt Paul. Morig. *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 44 Sylvest. Matul. *in Oceano, lib.* 1. *pag.* 84. Polydor. Virg. *de inventor. lib.* 1. *cap.* 7. Guarter. *tabula Chronograph. sæculo* 15. *anno* 1409. Tamburi *d. tom* 2. *disp.* 149. *q.* 5. *num.* 54. Joseph. Micheli *en el tesoro de las Religiones, fol.* 108. *verso*, & cæteri, quos de Ordine S. Benedicti agentes suprà retulimus.

S. Sepulchri Militaris Ordo sic dictus, vel quòd 75
prope Sepulchrum Christi primum illius domicilium fuit, vel quòd ab securandas vias peregrinantibus ad Sanctum Sepulchrum, fuerit sub Christi Servatoris custodia institutus. Aliqui ejus institutionem à tempore S. Helenæ Constantini matris trahunt, postquam Dominicam Crucem invenit: aliqui ab imperio Caroli Magni, cùm donatione Aaronis Sarracenorum Regis Sepulchrum Christi Domini accepit. Alii (quod verius credimus) non ultra Balduini hoc nomine I. Hierosolymorum Regis, & Pontificatum Paschalis II. (moritur anno 1110.) rejiciunt. Tenebantur hi Milites ex regulæ præscripto infidelibus arma inferre, Christianos redimere, ferre in pectore scutum Hierosolymitanum, id est Crucem rubram, quæ quaternas alias contineret, in memoriam Passionis Christi. Cæterùm amissis Hierosolymis, ejectisque à Syria in totum Christianis, qui ex Equitibus S. Sepulchri superetarant, in Italiam remigrantes partim Perugiæ considerunt, Rhodianæ alii Militiæ, nunc Melitensi, jussu Innocentii VIII. adscripti sunt, sicque in totum esse desierunt, præter paucos, qui adhuc per Belgium conservantur. De hoc Ordine agunt Illescas *in histor. Pont. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. Sylvest. Matul. *in Oceano Relig. lib.* 3. *pag.* 232. Menenius *in delic. Equestr. tit. de milit. S. Sepulchri*, qui in fine libelli ponit statuta, & leges hujus militiæ. Jacob. Bossius *tom.* 1. *in histor. Melitensi, lib.* 5. *anno* 1145.

Equitum Templi Militaris Ordo sic dictus à 76
templo Hierosolymitano, prope quod ejus Hospitale primum domicilium erectum, institutus fuit à novem Equitibus Gallis, quorum duo tantùm à Scriptoribus nominantur, Hugo de Paganis, & Gaufredus à S. Audemaro, anno 1118. Gelasio II. summo Pontifice, Imperatoribus Occidentis Henrico. V. Orientis Alexio Comneno: data Equitibus regula est à S. Bernardo in Concilio Trecensi in Gallia celebrato anno 1127. novem post eorum institutionem. Illi autem novem Equites promissâ apud Patriarcham Jerosolymitanum castitate & obedientiâ, & frequentiore clientum comitatu, jussi sunt Christianis peregrè illuc venientibus iter tutum à latrociniis impiorum præstare, aream eis attributâ prope Templum Domini ad ædes construendas, quò se reciperent, ubi arma caperent, & inde Templarii sunt dicti: primùm togâ candidâ sine Cruce circa annum Domini 1118. Pontifice Gelasio II. mox Cruce rubeâ super albam vestem donati sunt. *Adeò*, inquit Vitriacus Card. *histor. Orient. cap.* 65. *&* 66. *formidabiles facti sunt Fidei Christi adversariis, quod unus persequebatur mille, & duodecim millia, non quot essent, sed magis ubi essent, dum ad arma clamaretur interrogantes, leones in bello, agni mansueti in domo, in expeditione milites asperi, in Ecclesia velut eremitæ & monachi, inimicis Christi Domini feroces, Christianis autem benigni & mites, vexillum bipartitum ex albo, & nigro,* quod nominant Beaucant, *pravium habentes, eo quòd Christi amicis candidi sint & benigni, nigri autem & terribiles inimicis.* De Templariis agunt Ecclesiasticæ historiæ auctores, Platina, & Illescas *in Gelasio II. & Clem. V.* S. Bern. *in libello ad Milites Templi*, Chas. *in catal. p.* 9. *consid.* 5. Petrus Mexia *in sua sylva, lib.* 2. *c.* 4. *cum seqq.* Paul. Æmil. *de rebus gestis Francorum lib.* 5. *sub Ludovico Crasso, pag.* 105. Volaterr. *in anthropolog. lib.* 21. *tit.*

Ordines

Ordines Militares, Polydor. Virg. *de invent. rerum lib.7. cap.5.* Philip. Bergom. *in supplem. chron. ad annum Christi* 1119. Petrus Cluniacensis *lib. 6. epist. epistol.27. ad Everardum Templi magistrum*, Naut. cler. *tom. 2. Chronog. generat.* 37. Arnold. *in ligno vitæ, lib.1. c 96.* Gualter. *in tab. Jacul.* 10. Sansovin. *de origine Equitum, tit. de Templariis*, Paul. Motigia *de origine Relig. lib.4. c.2.* Syvester. Marul. *in Oceano Relig. lib.3. pag.206.* Jacob de Vitriaco *lib.1. de histor. Hierosolym. cap.* 31. Garibay *lib.* 11. *compend. hist. c.25.* Guilielm. Tyrius *lib.12. de bello sacro, c.6. & 7.* Hieron. Zurita *tom.2. annal. Aragon. lib. 1. c.45. & 52 & lib.2.c.47. & lib.3.cap.4.* Hier. Rom. *de Republ. Christiana lib.7. cap.4. & cap.7. cum seqq.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom.1. q. 5. art.4.* Azor. *instit. moral.p.1. lib.13.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.15. cap.34. cum seq.* Aubert. Miræus *de origine Equestri*, Hier. Roder. *in compend. quæst. Reg. resol.123. n.41.* Menenius *in deliciis Equestr. titul. de Templariis*, Catd. Baron. *annal. Eccl. tom.12. anno Christi* 1118. Bern. de Britto *in Chronica Cistercienſi, lib.1.cap.27.* Valenzuela *cons.115. num.1 tom.2.* Cheart. *vitæ hom. vol.7. lit.T, pag.*1431. Tambur. *d.tom. 2. disp. 24. q.5.num.40.* novissimè Fr. Aug. Manriquez *in annalibus Cistercienſib. anno Christi* 1128. *cap .2.cum seqq. à pag.185. tom.1.*

77 Templariorum autem Religio per ducentos deinde annos fœliciter propagata, non parva habuit incrementa, ita ut facultates maximas, & oppida quamplurima ubique gentium possideret: sed tandem circa annum Domini 1311. in Concilio Generali Viennensi in Delphinatu à Clemente V. damnata est, & Templarii omnes deleti, eorumque bona partim Rhodiis Militibus, partim aliis familiis sunt assignata, ut sub Philippo Pulchro, cujus temporibus hoc contigit, latè explicat Paul. Æmil. *lib.8. fol.176. verso.* Lusitani, qui jam portugaliæ Regnum constituerant, obtinuerunt, ut bona, quæ Templarii possederant, Ordini Jesu Christi addicerentur, ut referunt Joan. de Mariana *lib.5. de rebus Hispaniæ, cap.* 16. Joan. Petr. Maphæus *lib.1. hist. Indic.* Camil. Borel. *de præstantia Regis Cathol.c.78. num.58.* Hieron. Conest. *lib.1. de unione Portugaliæ Regni Castellæ Regno*, P. Anton. Vasconcellos *in vita Dionysii I. Portugaliæ Regis VI. n.10. pag.85.* Illescas *in historia Pontif. in vita Joannis XXII. cap.* 2. Garibay *tom.4. compena. hist. Hispan. lib.34. cap.24.* Manuel Faria *in compend. hist. Lusit. p.3. cap.7. num* 13. *pag* 405. Illustr. D. Roder. à Cunha *in hist. Eccles. Episc. p.2. c.15. pag.127. in fine.* Camargo *in epit. hist. anno* 1319.

78 De cujus tamen sententiæ & condemnationis justitia variæ sunt scribentium opiniones, multi enim per odium, & calumniam fuisse damnatos scriptum reliquerunt, in gratiam scilicet, & ad nutum prædicti Philippi Regis, ut eorum bonis, quibus inhiabat, ditaretur: unde narrat Alber. *in suo dictionario, verb. Templarii*, Clementem V. de ipsorum innocentia admonitum respondisse: *Si viâ justitiæ Ordo iste destrui non potest, fiat tamen via expedientiæ, ne scandalizetur charus filius noster Rex Galliæ.* Unde crimina hæreseos, atque alia fœdissima eisdem fuisse falsò imposita, ut eo quæsito colore eorum Ordo damnaretur, scribunt Jacob. Mereg. *in Flandrica historia*, à quo non videtur dissentire Petr. Greg. *d.lib.15. cap.55. n.12.* ejusdem sententiæ fuere Jacobus de Moguntia, Nauclerus, Sabellicus, & Bocatius, referens sic audivisse à patre suo, qui illis vivebat temporibus, quos refert Petr. Mexia *d. c.4. in fine, & seq.5. per tot.* & quod magis est, apertè hanc partem teneant B. Anton. à primordiis rem commemorans, *chronicorum 3.p. tit. 21.c.1. §.3.* eam præterea afferentes rationem, quod verisimile non sit, universam Religionem, quæ sanctissimè instituta, & Sedis Apost. auctoritate confirmata pro Christi, Christianique nominis honore gravissimo labores sustinuit, ab eodem Christo & Religione recessisse: delicta verò aliquorum, etiam Prælatorum (si fateantur) negant sufficere, ut universus Ordo deleatur, juxta regulam *delictum personæ 76. de reg. Iuris lib.* 6. sed & divino miraculo innocentiam Templariorum volunt comprobatam, & sententiæ injustitiam demonstratam, referentes ex eodem Megero, Mefæo, & Fulgosio unum ex Templariis nobilem Neapolitanum dolore permotum quòd injustè se, Ordinemque suum damnari cerneret, Pontificem Clementem V. & Philippum Regem ad Divinum Tribunal provocasse, anni spatio concesso, intra quod tempus repentè Clemens mortuus est, nec multùm post Philippus Rex, ut etiam refert Martin. Deltius *disquisit. magic. lib. 4. c.4. ad finem*, ubi multa lectu dignissima prosequitur de hujus provocationis usu, & effectu. 79

Verùm longè major, meliorque pars probatissimorum Auctorum eos justissimè damnatos, eorumque Ordinem deletum proclamant; in primis enim pro millibus una sufficere debuit auctoritas Concilii Viennensis, ubi damnati sunt præsentibus tribus Regibus, Franco, Anglo, Tarraconensi, duobus Patriarchis, Alexandriæ & Antiochiæ; & tercentis Episcopis, vel etiam pluribus, ut alii volunt, quos omnes in re adeo gravi par credere non est, vel fuisse ab uno Rege Francorum deceptos, vel scienter in universalem Religionem Templariorum, de Republ. Christiana aliàs optimè meritam, ejusque interitum per calumniam conspirasse; quamvis enim hoc penderet ex facti informationibus, & probationibus, in quibus Ecclesiam falli posse non negamus; juxta regulam textus *in cap. à nobis, de sententia excom.* nihilominus cùm res sit gravissima, & statum universalis Ecclesiæ quodammodò concernens, ut est statum certæ Religionis approbare, vel approbatum damnare, credibile non est, defuturum divinum Spiritum, quem Christus Dominus Ecclesiæ promisit, ut secundùm justitiam & veritatem judicium proferret. Deinde, quia ex omnibus utriusque partis Auctoribus constat, Magistrum Ordinis, & nobilissimos ejusdem Militiæ Equites confessos fuisse nefandam libidinem, atque etiam à Christo, & Christiana Religione ad falsam Turcarum sectam transiisse, suaque operâ Terram sanctam ad Sarracenorum manus iterum devenisse, simulachrumque conflaviſſe hominis, cutem ei superinduentes, & in ejus fronte binis carbunculis oculorum vice micantibus collocatis, illudque loco numinis coluisse, & quod infantem natum ex templarii, & Virginis concubitu torruerunt igne, ut ex ejus humore deliquato suum pungerent simulachrum, morientiumque cadavera in cineres resoluta cæteris darent in poculum, quo in ea secta firmiores consisterent. Quæ omnia ex ipso Concilio Viennensi refert Petr. Mafæus *in fine constitutionum Clem. V.* quam confessionem licèt Migister, & alii deinde revocaverint, alii tamen in eadem firmiter perstiterunt, nec revocatio, errore jam probato, prodesse potuit, ex iis, quæ latè tractantur *in cap. 2. de in integrum rest. lib. 6.* Quibus & aliis, quæ addunt ex probatissimis historiis, pro condemnationis justitia pugnant

pugnant Paul. Æmil. Volaterran. Caſſan. Polydor. Virgil. Platin. Illeſcas, & Romanus ſuprà *citatis locis*, & ex Gaguino Petr. Greg. *d. c. 33. n. 10.* Alvar. Pelag. Tyrius, & Sandar. quos Petr. Matth. adducit *proximè citato loco*, poſt Caldec. & Cald. Tuſch. *litt. T. concluſ. 25.* Fr. Emm. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 5. art. 1.* Fr. Feder. Camargo *in epitome hiſtoriali Eccleſiæ Militantis, ſub anno 1309. pag. 267.* Joan. Villan. *lib. 9. hiſt. c. 22.* Martin. Polon. *in append. hiſtor. pag. 174.* Mayr. *lib. 11. hiſtor. Flandriæ*, Petr. Crinit. *lib. 24. de honeſta diſcipl. cap. 15.* Thom. Bozius *de ſignis Eccleſ. tom. 2. ſigno 81. c. 1. pag. 269.* Tarragona *in hiſtor. Mundi, p. 2. lib. 15. fol. 362.* Hieron Zurita *in Indice Latino rerum ab Aragonia Regibus geſtarum, lib. 2. & tom. 1. annal. Aragon. lib. 5. in vita Regis Iacobi II. c. 73.* Joan. de Mariana *in hiſt. de rebus Hiſp. lib. 15. c. 10.* Long à Coriolano *in Breviario Chronolog. pag. 367. & in ſum. Concil. in Conc. generali Viennenſi, can. 15. pag. 899. & ſeqq.* Camil. Borel. *de præſt. Regis Cathol. c. 74. n. 81. & ſeq.* Param. *de origine S. Inquiſit. lib. 2. c. 4. num. 24. & ſeq.* Joſeph. Micheli *en el teſoro militar, fol. 19.*

Neque argumenta in contrarium multùm urgent. Ad primum enim, quod credibile non ſit univerſam Religionem à Chriſto defeciſſe, & in tam fœda crimina fuiſſe prolapſam, reſpondetur veroſimilius eſſe, univerſale Concilium in re adeo gravi non fuiſſe deceptum, vel per calumniam in Ordinis interitum conſpiraſſe. Ad regulam *delictum perſonæ*, reſpondetur ex probationibus apparuiſſe delictum non perſonarum fuiſſe; ſed ſectæ, quam profitebantur, hæreticæ, & aliis criminibus cumulatam, juxta prædictos. Ad aliud de provocatione ad divinum judicium, morte ſequuta tam Pontificis, quàm Regis, omiſsâ quæſtione circa hiſtoriæ veritatem, quam multi ex annorum ſerie, & computatione convincere nituntur; reſpondent alii fragile eſſe, & incertum tale argumentum, cùm vi morbi ſenem Pontificem facile ſit è vivis decedere; ſed ſi divino numine contigiſſe admittamus, referri poteſt ad innocentiam ipſius Militis, qui inſons & aliorum actibus non conſentiens ignibus tradebatur. Quare leviores ſunt hæ conjecturæ, quàm oporteat ut propter eas à Summi Pontif. & univerſalis Concilii auctoritate ac ſententia, quam causâ cognitâ definitivè protulerunt, recedamus.

80 Aviſii Militaris Ordo in Luſitania ſic dictus ab oppido Avis in tractu Tranſtagnano triginta millia paſſuum ab Ebora, Septentrionem verſus ſejuncto, ubi primarium hujus Militiæ domicilium adeſt, inſtitutus eſt ab Alphonſo Henriquez primo Luſitaniæ Rege anno 1146. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Comneno: confirmatus primùm ab Alexandro III. anno 1162. vivente adhuc Alphonſo Rege fundatore. Teſſera Equitum Crux viridis liliata in veſte candida: dicta ſunt aliquando hi Milites Eborenſes; quòd primùm Eboræ fuerint inſtituti, indeque Aviſium tranſlati ope, & donatione Alphonſi Regis hoc nomine II. primi Alphonſi ex filio Sancio Rege nepotis, anno 1181. Vexillum Equitum militare efformatur ex caſtello quodam aureo in campo rubro, cui adjunctæ ſunt compedes duæ, quæ caſtellum ambiunt, & aquilæ item duæ, una à dextro, altera à ſiniſtro caſtelli latere. Caſtellum vexillare illud reddit, quod Eboræ à magno Alphonſo Equites primò donatione accepere, ubi domicilium ſuum tunc temporis collocarunt: in compedibus ſic alluſio ad Ordinem Calatravæ; nam compedes Luſitanis ſunt *travas*, cujus filiationi (ſic vocant Religioſi) Aviſienſis Militia ſe ſubmiſit: aquilæ duæ, ſive duo aquilarum pulli, duos illos demonſtrant, qui in ſitu, ſive rupe, ubi nunc Aviſium cernitur, in nido aquilæ inventi ſunt, à quibus fortaſſe nomen oppido datum; nam avis tertiacto accentu ab ultima in penultimam, idem fermè Luſitanis ſonat, atque avis Latinis; avium verò regina aquila eſt, ſumpto idiomate. Hæc militia gaudet omnibus privilegiis Militiarum S. Jacobi, & de Calatrava, & Alcantara in Regnis Caſtellæ & Legionis inſtitutarum. Gregorius XIII. *conſtit. 32. incip. Ex Apoſtolica*, de anno 1595. apud Laërt. Cherub. *tom. 2. pag. 398.* De hoc Ordine agunt Regni noſtri hiſtoriographi, videlicet Petrus Matiſius &, & Antonius de Vaſconcellos *in Rege Alphonſo I.* Andr. de Reſende *in libello de inſtitut. Ordinis Aviſii*, Franciſcus de Avellar. *in libello de inſtitutione & origine hujus Militiæ*, quem edidit Fr. Emman. Roder. *in fine tom. 1. quæſt. Regular.* Argote de Molina *de nobilitate Baſtica lib. 1. cap. 32.* Rades de Andrade *in chronica Calatrava, cap. 191* Fr. Athanaſius Lobera *in vita ſancti Troilani, cap. 19.* Arnold. *in ligno vitæ, lib. 1. cap. 73.* Renat. Chopin. *lib. 2. monaſt. tit. 1. num. 25.* Menenius *in delic. Equeſt. tit. de Militia Aviſienſi*, Aubert. Miræus *de orig. Ciſterc. lib. 5. cap. 9.* Flav. Cherub. *in ſchol. ad Bullam. 32. Gregorii XIII. ſchol. 1. & 2.* Fr. Bernard. de Brito *in chronica Ciſtercienſi, lib. 5. cap. 11.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1. q. 54. art 12.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 13. cap. 5. propeſin. verſ. alii ſunt Milites*, Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regul. reſol. 123. num. 46.* Emman. de Faria *en el epitome de las hiſtorias Portugheſas, p. 4. c. 12.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p. 2. cap. 38. num 18.* Tamburin. *d. tom. 2. diſput. 25. num. 72.* Joan. de Carvalho *de una & altera quarta, ad c. Rainaldus, de teſtim. part. 1. num. 351.* Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom. 2. cap. 5. num. 56.* Machado *enſu perfecto Confeſſor, tom. 1. lib. 5. p. 4. tract. 2. docum 5. num. 2.* Joſeph. Micheli *en el teſoro militar de cavaleria, fol. 25.* Cened. *de patronatib. Regiæ Coronæ, c. 15. num. 3.* ubi *queſt. 4.* quod hic Ordo gubernatus & adminiſtratus fuit per Reges Luſitaniæ poſt obitum domni Gregorii filii Joannis Regis: noviſſime Fr. Angel. Manrique *in annal. lib. Ciſtercienſib. anno Chriſti 1162. pag. 358. cum ſeqq. num. 2.* ubi in fine refert ſeriem Magiſtrorum inclytæ hujus Militiæ.

Sanctæ Mariæ de Caſtrava apud Hiſpanos Ordo 81
Militaris inſtituitus fuit à S. Raymundo Fiterii in Caſtella Abbate Ciſtercienſis Ordinis, anno 1158. Pontifice Adriano IV. Rege Caſtellæ Sancio cognomento Deſiderato, Imperatoribus Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Comneno. Habitus, ſive inſigne Equitum à principio fuit Scapulare Ciſtercienſe cum Cruce rubra liliata; ſed Scapulari poſteà adempto, tempore Benedicti XIII. (quem pro vero Pontifice Caſtellani tunc temporis colebant) Crux tantum pectori affixa eſt: vexillum bellicum ex una parte eadem Cruce inſignitur, additis duabus compedibus, quibus in ſtabulis equorum pedes alligantur, Hiſpani dicunt *travas*, factâ alluſione ad oppidum Calatrava, ubi primum & præcipuum Militiæ domicilium eſt: ex altera verò habet imaginem Virginis, cujus ſub patrocinio Militia ſtabilitur, ſub filiatione, ut vocant. Hujus Militiæ fuit Aviſienſis in Luſitania, verùm beneficio noſtrorum Regum ab ea ſe exemit.

Sunt

Biblioteca de Ciencies Socials

Sunt Reges Hispaniæ perpetui hujus Ordinis administratores ex beneficio Pontificis Romani, ultimumque illius Magistrum (fuit is numero XXVI.) Garcia Lopez de Padilla, Rex Catholicus Ferdinandus excepit, deinde Ferdinandi successores usque ad Philippum IV. qui nunc fœliciter regnat. Vovent tantùm Equites Calatravenses castitatem conjugalem à Pontificatu Pauli III. ille enim in sua Bulla, sub dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Augusti 1540. concessit Militibus Calatravæ, ut nuptias possent legitimè contrahere, castitatem conjugalem servando, ut habetur etiam in diffinitionibus dicti Ordinis editis Vallisoleti 1603. *pag.* 31. dummodo id facerent de licentia expressa Magistri, & cum uxore qualificata, & puri sanguinis, ut disponitur in eisdem definitionibus, *tit.* 29. *cap.*2. *pag.*372. notant Azeved. *lib*7. *num.*40 *tit.*5 *lib.*5. *recop.* Gutier. *pract. lib.*2. *quæst.* 111. *num.*1. Cevall. *commun. contrat communes*, *tom.*3. *quæst.*769. *num.* 30. Sunt in hoc Ordine præter Magistertii dignitatem aliæ quinque, ut Commendatarius major, qui loco Magistri gubernat Ordinem. Secunda est quæ Hispano idiomate dicitur, *Clavero major*, hic custodiam habebat arcis Calatravæ, quando in ea Magistet residebat. Tertia dignitas est Prioris Sacri Conventus Calatravæ, ad quem rerum spiritualium Ordinis cura pertinet, in quo major est Parochus, & jura Episcopalia in Ordinis Equites, & subditos exercet. Quarta est majoris Sacristæ, cujus administrator Reliquias, & aurea sacra vasa servat, atque custodit. Quinta est majoris operarii, qui præest omnibus operariis Conventus Calatravæ, licèt hac dignitate insignitus hodie actu non serviat Commendæ hujus Ordinis sunt LXXXV. quarum redditus usque ad 127. mill. ducata monetæ Hispanicæ ascendunt. De hoc Ordine Militari agunt Chassan. *in catal. p.*9. *consid.* 8. Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib.* 7. *c.* Gualter. *in tab. facul.*12. *n.*1160. Roderic. Archiep. Tolet. *lib.*7. *de rebus Hispania*, *cap.*24. Illescas *in histor. Pontif. part.*1. *lib.*5. *cap. ult.* Hieronym. Roder. *de Republ. Christiana lib* 2. *cap.*8. Paul. Norig. *de origi relig. lib.*4. *cap.*5. Sylvest. Matul. *in Oceano relig. lib.*3. *pag.*226. Petr. Mattheus *in sum. constit. Pontific. sub Pio IV. num.*12. Martin. de Viriana *in chronica Valentia*, 3. *part. tit. de Calatrava*, Sansovin. *in origine Equitum*, *lib.* 2. *tit. Calatrava*, Menenius *de delic. Equest. eod. tit.* Carol. Tapia *d. auth. ingressi*, *verb. monasteria*, *cap.*49. Tamburin. *d. tom.*2. *disp* 24. *q.*6. *num.*73. Joan. de Carvalho *d. p.*1. *num.*3491 Argote de Molina *de la nobleza de Andalucia*, *lib.*1. *cap.*32. Yepes *en la chronica de san Benito*, *tom.* 7. *cent.* 7. *pag.*475. *ad fin.* Tarraf. *de Regibus Hispania*, *fol.*707. Sanchez *de rebus Hispan. lib.*4. *c.*10. me citato *in hoc loco*, Machado *en su perfetto Confessor*, *tom.* 2. *lib.*4. *part.*4. *tract.* 2. *docum.* 3. Franc. Cato de Torres *en la historia de las tres Ordenes*, *lib.* 2. *fol.* 49. Joseph. Micheli *en el tesoro militar. de Cavalleria*, *fol.* 26. *cum seqq.* ubi latè, Lobeta *in vita S. Troilani*, *cap.*19. Mariana *de rebus Hispania lib.*11. *cap.*6. Hubert. Miræus *de origin. Cistercienf. lib.*5. *c.*9. Barnabas Montalvo *in chronica Cistercienf. tom.*2. *lib.*22. *c*21. Bernard. de Britto *in eadem chronica*, *tom.* 1. *lib.* 5. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*1. *quæst.*5. *art.*7. Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*3. *cap.*5. *quæst.*3. *verf. sunt & Milites Calatrava*, latè Rades de Andrada *in speciali chronico hujus Militia*, ubi *cap.* 10. ponit diploma pontificium, quo approbata est: Hieronym. Roderic. *in commend. quæst. regular. resol.* 123. *num.*43 noviſſimè R. P. Angel. Manrique *in annalib. Cistercienſib. anno Christi* 1158. *cap.*2. *num.*7. *&* 8. *& anno* 166. *c.*5. *n.*10. *cum seqq.*

Alæ Militaris Ordo apud Lusitanos institutus fuit ab Alphonso I. Lusitaniæ Rege, sub tutela & nomine S. Archangeli Michaëlis, atque Angeli ejusdem Regis Custodis Anno 1565. Pontifice Alexandro III. Imperatoribus Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Comneno: militavit sub regula Cistercienſi, ideſt S. Benedicti, sed brevi periit: symbolum sive tessera est ala S. Michaëlis (alatus depingi passim solet) purpurea, intermicantibus radiis aureis supra sinistrum latus, ab eaque militiæ nomen inditum. De hoc Ordine latè agunt Fr. Bernard. de Britto *in chronica Cistercienſi. tom.*1. *lib.*5. *cap.*18. *&* 19. Anton. Brandon. *in monarchia Lusitana*, *part.* 3. *lib.* 11. *cap.*22. Joseph. Micheli *in el tesoro militar de cavaleria*, *fol.* 35. latè & noviſſimè R. P. Angel. Manrique *in annalib. Cistercienſib. tom.*2. *anno Christi* 1167. *cap.*8. *per tot.* ubi ex Bernardo de Britto refert instituti instrumentum, & in fine ait, quod militum sancti Michaëlis pennata societas, velut ocyùs volans citò pertransiit, vix aliam sui memoriam post se relinquens, quàm suæ immutationis instrumentum.

Alcantaræ Militaris Ordo apud Hispanos insti- 83
tutus primùm fuit in oppido (quod nunc ad Lusitanos, & ad Diœcesim Lamecensem pertinet, tunc verò ad Civitatensem spectabat) ad ripam Cuæ sito, ea parte quâ Septentrionem versùs Lusitania cum Castella connectitur, appellant nostrates *Pereiro*, sub patrocinio S. Juliani, & regula Cistercienſi, id est S. Benedicti, à nobili quodam Equite Legionenſi D. Suetio, anno 1176. (alii nonnisi 1185. institutum contendunt, lege Bernard. de Britto *in chronic. Cistercienſi, lib.*5. *cap.*3.) Pontifice Alexandro III. Imperatoribus Occidentis Henrico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Comneno, regnantibus in Legione, & Gallia Ferdinando II. in Castella Alphonso VIII. cognomento Bono, in Lusitania Alphonso Henriquez Regum nostrorum I. & maximo. Prima Equitum tessera cucullus Cistercienſis, & rubra falcia, insigne verò militare, sive vexillum, priùs viridianti ramorum supellectili conspiciendum in æquore, sive campo aureo, factâ allusione ad oppidum *Pereiro*, ubi tunc primæ militiæ sedes. Vide Marian. *histor. Hispania lib.* 12. *cap.*1. Cæterùm anno Domini 1218. Nonio Fernandes S. Iuliani Magistro translatum est hujus militiæ domicilium Alcantaram oppidum prope Tagum, pontem egregii operis satis notum, donantibus Martino Fernandez de Quintaño duodecimo Calatravæ Magistro, & Equitibus ejusdem Ordinis, sub conditionibus, quas ex Rades de Andrada refert Azor. *instit. moralium part.*1. *lib.*13 *cap.* 5. *quæst.* 3. *verf. sunt item Milites Alcantara*: ab Alcantara, suppresso priori nomine S. Iuliani *de Pereiro*, dicti sunt in posterum, *Equites Alcantarenſes*, qui etiam beneficio & veniâ Benedicti XIII. quem ut verum Pontificem colebant Castellani anno 1411 cucullum & nigram falciam reliquerunt, assumptâ Cruce viridi, & liliatâ in veste candida, cui aliqui in majori stipite assutam primò credunt (nunc certè non est) pirum in memoriam prioris domicilii S. Juliani *de Pereiro*. Militibus hujusmodi de Calatrava, de Alcantara, ac Sancti Jacobi de Spatha facultatem testandi revocaverat Pius V. *Constitut.* 73. postmodùm Gregorius XIII.

Philippi

Philippi Hiſpaniarum Regis precibus dictam facultatem reintegravit, eorumque teſtamenta, quorum cauſa integra eſt, plenarium effectum ſortiri decernit *Conſtit. 30. incip. Romani Pontificis*, de anno 1575. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag* 396. Eſt hujus Ordinis perpetua adminiſtratio apud Reges Catholicos, ſicut de Calatrava, S. Jacobo, & Aviſio dictum eſt. De hoc Ordine agunt Chaſſan. *part. 9. conſid. 9.* Polydor. Virgil. *de inventor. rerum l. 6 cap. 5.* Joann. Petrus Gutierrez *in tract. de origine Militum Alcantara*, Mariana *in hiſtor. Hiſpaniæ, lib. 17. cap. 11.* Hieron. Roman *de Republ. Chriſtiana, lib. 7. cap. 9* Martin de Viriana *in chronica Valentiæ, p. 3. tit. de Alcantara*, Sanſovin. *de origine Equitum lib. 2. tit. Alcantara*, Paul Morigia *de origine Religionum lib 4. c. 6.* Sylveſt. Marul. *in Oceano lib. 3. pag* 227. Rades de Andrada *in chron. Alcantara*, Menenius *in delic. Equeſt. tit. Alcantara*, Tapia *in Auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccl. verb. Monaſteria, c. 50.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1 quæſt. 5. art. 4.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 5. quæſt 3. verſ. ſunt item milites Alcantara*, Fr Bernard. de Britto *in chron. Ciſtercienſi, tom. 1. lib. 5. c 3.* Hier. Roder. *in compendio quæſt. Regular. reſol. 111. num. 44.* Tamburin. *d. tom. 2. diſput. 249 queſt. 5. num 79.* Joan. de Carvalho *de una & altera quarta, ad cap. Raynaldus, de teſtam. part. 1. num. 349.* me citato *in hoc loco*, Machado *en ſu perfetto Confeſſor, tom. 2. lib. 5. p. 4. tract. 2. docum. 2.* Joſeph. Micheli *en el teſoro militar de Cavaleria, fol. 20.* ubi etiam de qualitatibus, quibus præditi eſſe debent, qui hujus militiæ eſſe cupiunt, & de forma dandi habitum.

84 Chriſti Militaris Ordo apud Luſitanos inſtitutus fuit ſub regula Ciſtercienſi, id eſt S. Benedicti, à Dionyſio Luſitaniæ Rege, S. Eliſabethæ Reginæ marito, anno 1316. aliis 1319. Pontifice & confirmante Joanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. cujus caput eſſe dicitur nobiliſſimum illud Cœnobium apud oppidum de Tomar, nullius Diœceſis, inter Conimbricam & Ulyſſiponem æquato ferè itinere, quod tranſlatum eſt ex oppido de Caſtro Marin Sylvenſis Diœceſis, in Regno Algarbiorum, ubi naſcens prima novit initia, eique bona omnia, quæ in Luſitaniæ & Algarbiorum Regnis habebant Templarii, ſunt applicata, ut vicinorum Sarracenorum incurſibus reſiſterent. Teſſera Militum Crux rubra eſt, cujus quatuor brachia linea candida interſecat, formâ pariter aliâ Cruce candida, ut binæ Cruces appareant, rubra & candida. Plures & ditiſſimas per Luſitaniam Commendas poſſidet: illi Oriens, quem ſuis navigationibus Luſitani aperuerunt, vectigalis eſt, nullus ut plurimùm in hunc Ordinem coopteatur, quem non Majorum nobilitas commender, & ſuis, & proavorum rebus geſtis domi militiave admitti dignus ſit. Lege lata cautum eſt, ut admittendi per triennium ſaltem in Africanis præſidiis Ceræ, Tingis, & Maſagani, inter frequentes Maurorum occurſus, & excurſus virtutis ſpecimen ferant. Appellabant Luſitani *ſervir Comenda*, id eſt, tantùm temporis eſſe, & militando inſumere, quantùm lex, vel Regis diſpoſitio expoſcit ad commendam conſequendam. Religioſos hujus Ordinis, qui ſub clauſura vivunt, appellamus *frailes de Tomar*, ſumpto nomine ab oppido, ubi inſigne, & ampliſſimum habet monaſterium. Sunt in hoc Ordine dignitates plurimæ, præter magnum Magiſtrum, cujus loco ſucceſſores, & perpetui ſunt Adminiſtratores Reges Luſitaniæ: poſt Magiſtrum Commendator maximus, Clavicularius, &c. de hoc Ordine & Militia agunt Luſitani Hiſtoriographi *in vita Regis Dionyſii*, videlicet Galvanus, Pina, Eduardus Nonius de Leaon, Ant. Vaſconcellos, & Fr. Bern. de Britto, Chaſſan. *in catal. p. 9. conſid. 9* Polydor. Virgil. *de invent. rerum lib. 7. c. 5.* Illeſcas *in hiſtor. Pontif. p. 2. lib. 6. c. 2.* Hier. Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib. 7. c. 18.* Petr. Marizius *in dialogo varia hiſtoria, dialog. 3. pag. 90.* Gualter. *in tab. chronog. ſæculo 14. an. 1325.* Platina *in Joanne XXII.* Sylveſt. Marul *in Oceano relig. lib. 3. pag. 225.* Petr. Matthæus *in ſumma conſtit. Pont. ſub Pio IV. num. 2.* Arnold. *in ligno vitæ, lib. 1. c. 91.* Lobera *in vita S. Troilani, cap. 19.* Llamas *in methodo, 3. parte c. 22.* Cabed. *de patronat. Regia Corona, c. 15. à num. 1.* Menenius *in delic. Equeſtr. tit. Equitum Chriſti Ordo*, D. Martin. Carrillo *in annalibus chronol. lib. 4. ſub anno 1319.* Carol. Tapia *in Auth. Ingreſſi, c. de ſacroſ. Eccleſ. verb. Monaſteria, cap. 52. per tot.* Barnab. Montalvo *in chron. Ciſtercienſium, lib. 2. c. 18.* Jacob. Boſſius *in hiſtoria Melitenſi, tom. 2. lib. 1. anno 1316.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1 lib. 13. cap. 5. quæſt. 5. verſ. in Luſitania tres quoque Ordines*, Marta *de juriſdict. part. 2. cap. 32. num* 14. Tamburin. *d. tom. 2. diſputat. 24. quæſt. 5. num. 84.* Joan. de Carvalho *de una & altera quarta, ad cap Raynaldus, de teſtam. part. 1. num. 352* Machado *d. tom. 2. lib. 5. part. 4. tract. 2. docum. 5. num. 1.* Joſeph. Micheli *fol. 63.* Hieronym. Roderic. *in compendio quæſt. regul. quæſt. 123. num. 48.* Sanſovin. *de origine Equitum, lib. 2. tit. Ordo Chriſti*, Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 4. c. 4.* qui duo ultimi erectum aiunt hunc Ordinem, ut Belgium à Mauris oppugnatum propugnarent, ſcribentes Italica lingua, *Belgia*, pro *Begia*, ſuâ vel librariorum incuria, ipſi curent: Aubert. Miræus *in origine relig. Ciſtercienſis, lib. 2. cap. 30. & de origine monaſt. lic. 5. cap. 9.* ubi ait inſtitutum eſſe hunc Ordinem anno 1318. cum priori loco dixiſſet inſtitutum anno 1328. Emman. de Faria *en el epitome de las hiſtorias Portughezas, part. 4. cap. 12.* Bona quæ Templarii poſſidebant, huic Ordini fuerunt addicta, ut referunt citati ſuprà *num. 77.* & Carrillo *en ſus annales chronologicos, lib. 4. an. 1319. in princ.* & Pontificia Conſtitutio conceſſa Dionyſio præfato, in perpetuum unit huic Ordini Caſtrum Album, Langroyva, Tomerium, & Almoirol, omniaque alia caſtra, fortalitia, & bona mobilia, & immobilia univerſa, quæ Ordo Templi in Regnis Portugalliæ, & Algarbii tenebat.

Monteſiæ Ordo Militaris apud Hiſpanos in- 85
ſtitutus eſt ſub regula Ciſtercienſi, id eſt, ſancti Benedicti, & Virginis Mariæ patrocinio à Jacobo hujus nominis II. Aragoniæ & Valentiæ Rege anno 1319. Pontifice Joanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. dictus Monteſiæ, à Monte oppido, Diœceſis Valentinæ, ubi primum, & præcipuum hujus Militiæ domicilium erectum eſt. Utuntur Equites Cruce rubra plenâ ſuper veſtem candidam. Unitum eſſe huic Ordini alium, qui ſancti Georgii de Alfama [eſt Alfama arx, caſtrum, aut caſtellum ſitum in littore maris Balearici, in principatu Cathaloniæ, Diœceſis Dertuſen. Inter oſtium Iberi fluminis, & collem Balaguerii: eſt hodie Prioratus hujus Ordinis Monteſiæ] dicebatur, leges paſſim apud ſcriptores Hiſpanos. Crediderim fuiſſe inſtitutum à Petro hoc nomine II. Aragoniæ Rege anno 1201. pontifice

Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Philippo, Orientis Balduino Belga. Verùm confirmatum non invenio ante annum 1363. quo à Benedicto XIII. approbationem accepit anno 1369. & Monteſiano unitus eſt ab eodem Benedicto, quem pro vero Pontifice coluiſſe Aragonios non ſemel monui. Sed hunc Monteſiæ Ordinem approbatum fuiſſe à Joanne XXII. ſucceſſore Clementis V. per ejus Bullam datam Avenione 4. id. Junii, Pontificatus ſui anno primo, quæ inſerta eſt in principio diffinitionum dicti Ordinis impreſſarum Valentiæ, de anno 1573. ſub inſtituto Ordinis Calatravæ, probatur per Menchaq. *de ſucceſſ. progreſſu vol. 1. lib. 3. quæſt. 3. §. 30. limit. 34. num. 300.* Camil. Boreli. *de præſtantia Regis Cathol. cap. 74. num. 56.* Carol. Tapia *in auth. Ingreſſi, c. de ſacroſanct. Eccleſ. verb. monaſteria, c. 1. num. 2.* De hoc Ordine agunt Chaſſan. *in catal. p. 9. conſid. 9.* Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib. 7. cap. 5.* Gondiſ. Argote de Molina *lib. 1. ſuæ hiſtoriæ, cap. 32.* Illeſcas *in hiſtor. Pontif. p. 2. lib. 6. c. 2.* Zurita *lib. 6. annal. Aragoniæ cap. 26.* Garibay *lib. 32. c. 11.* Mariana *de rebus Hiſpaniæ lib. 16. c. 15.* Rades de Andrada *in chronic. Calatravæ, cap. 16.* Lobera *in vita S. Troilani cap. 19.* Barnab. Montalvus *in chron. Ciſterc. tom. 1. lib. 2. cap. 17.* Joſeph. Micheli *in el teſoro militar. fol. 71.* Martin. de Variana *3. p. chronicæ Valentinæ*, Gaſp. Eſcolanus *in hiſtoria Valentiæ, decade 1. lib. 5. cap. 13. n. 4. lib. 8. c. 7. & lib. 9. cap. 6.* & Carol. Tapia *d. cap. 51. per tot.* Tambur. *d. tom. 2. diſput. 24. quæſt. 5. n. 38.* Joan. de Carvalho *de una, & altera quarta, ad cap. Raynaldus, de teſtam. p. 1. num. 354.* Sylveſt. Marul. *in Oceano relig. lib. 3.* Paul. Morigia *de origine relig. lib. 4. cap. 4.* Llamas *in methodo p. 1. c. 11. §. 10.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 5. q. 3. verſ. porro in Valentino.* Hieron. Rodher *in compendio qq. regul. reſol. 123. n. 48.* Machado *en ſu perfetto Confeſſor. tom. 2. lib. 5. p. 4. tract. 3. docum 4. per totum*, Pet. Andr. Beuter *lib. 2. chronic. Hiſpan. c. 22.* Camill. Borell. *de præſtantia Regis Cathol. c. 74. num. 15.* Franc. Hieron. Leo Valent. *dec. 79. num. 25. lib. 1.* Præfatus Rex Jacobus recuſavit, quod bona quæ Templarii habuerant in ſuis dominiis, applicarentur Militiæ S. Joannis, tandemque obtinuit à præfato Pontifice, quod applicarentur Militibus ſancti Joannis bona, quæ fuerunt Templariorum in dictis dominiis extra Regnum Valentiæ, & quæ erant in dicto Regno, exceptis domo & Eccleſia, cenſibus & redditibus, quos habebant in civitate Valentiæ, & ejus territorio per dimidiam leucam, Caſtrum & villa de Torrent applicarentur dictæ Militiæ Monteſiæ, ut latiùs referunt Zurita *annal. Regni Aragon. p. 2. lib. 6. cap. 26. fol. 12. & ſeq.* Illeſcas *in vita Joannis XXII. c. 2. fol. mihi 12.* Gaſpar Eſcolanus *d. lib. 3. cap. 13. num. 9.* ſummus Pontifex Paul. III. in ſua Bulla, ſub dat. 4. Auguſti 1540, & poſtea Gregorius per aliam Bullam ſub dat. 6. Decembris 1588. conceſſere Militibus Monteſiæ, ut gauderent privilegiis, & indultis conceſſis & concedendis Militibus S. Jacobi, & Calatravæ, etiam ſuper nuptiis contrahendis, & ut ipſorum liberi ex matrimonio concepti legitimi eſſent, ſuccederentque tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato in eorum bonis, de quibus etiam teſtari poſſent, fruerenturque aliis immunitatibus, & prærogativis dictorum Ordinum, præſertim Calatravæ: proſequitur Menchaca *d. §. 30. n. 300. & ſeqq.*

86 S. Stephani Papæ, & Martyris Militaris Ordo apud Florentinos inſtitutus fuit à Coſmo Medices Magno Etruriæ Duce, atque hoc nomine I. ſub regula S. Benedicti, ac nomine S. Stephani ſummi Pontificis hoc nomine I. Florentiæ Patroni, anno 1561. Pontifice Pio IV. qui ſequenti anno eundem Ordinem confirmavit ſua conſtit. 4. incipiente *His qui pro Religionis*, ſub dat. 7. Julii 1662. Imperatore Occidentis Ferdinando I. tyranno Orientis Solymano: deſignatus eſt in Familiæ Magiſtrum ipſe Coſmus Medices, atque ejus in poſterum ſucceſſores Etruriæ Duces. Inſtitutum Militum eſt Mauros & Turcas à Tyrreno mare longè arcere: Teſſera crux rubea cum limbo aurea forma & ſpecie omnino Melitenſi ſimili ſuper veſtem candidam ex ſerico undulato. Sunt apud eos [quemadmodum apud noſtrates Aviſii, S. Jacobi, & Chriſti Milites] præter Equites, Sacerdotes, itemque ſervientes, ut appellant, & donati, aliquo tamen diſcrimine; donati enim non quadrimembrem, ſed trimembrem præferunt crucem, abſciſſo ſuperiore ſtipite. Militenſium ferè inſtituto vivunt, ſed caſtitatem tantùm conjugalem profitentur, paupertatis verò loco charitatem. Præcipua & ampliſſima hujus familiæ ſedes totius Ordinis caput, unà cum gubernatore familiæ magni Ducis vices gerente, Piſis ſita eſt. De hoc Ordine agunt Gualter. *in tab. ſæculo 19. pag. 745. anno 1462.* Illeſcas *in hiſt. Pont. p. 2. lib. 6. cap. 31.* Sanſovin. *de orig. Relig. lib. 4. cap. 8.* Sylveſt. Marul. *in Oceano lib. 3.* Carol. Tapia *in d. Auth. Ingreſſi, verb. monaſteria, cap. 55.* Tambur. *d. tom. 2. diſp. 24. q. 5. n. 85.* Alph. de Narb. *l. 29. gl. 7. num. 3 cit. 6. lib. 1 Recop.* Joan. de Carvalho *de una & altera quarta, ad c. Raynaldus, de teſt. p. 1. num 357.* Joſeph. Mich. *en el teſoro militar de Cavaleria, fol. 155.* Azor. *d. ... in fine.*

S. Mauritii Ordo Militaris apud Sabaudos in- 87
ſtitutus fuit ſub regula S. Benedicti à Duce Sabaudiæ Emmanuele Philiberto, Emmanuelis Regis Luſitaniæ ex filia Catharina nepote, anno 1572. Pontifice Greg. XIII. [qui 16. Septembris ejuſdem anni Religionem confirmavit ſua Conſtitutione 6. incipiente *Chriſtiani populi*] Imperatore Occidentis Maximiliano II. Orientis tyranno Solimano. Inſtitutum Militiæ eſt Sabaudiam ab hæreticis illæſam tutari, deinde totam Italiam, cujus ipſa clauſtrum eſt & munimentum. Inſigne, ſive Teſſera, Crux alba, cuſpidibus in flores deſinentibus armata, appellant Galli florigeram, ſuper veſtem holoſericam ex rubino undulato coloris purpurei, ſive Carmeſini. Deſignavit Gregorius Emmanuelem Philibertum, & conſequentes Duces Sabaudiæ perpetuos Ordinis Magiſtros. Duo ſunt præcipua Ordinis domicilia, unum Niſſeæ, vulgò *Niſſa de Provença*, ad littus Tyrrenum in confinio Galliæ, urbis pulchræ, & ſatis munitæ. Alterum Auguſtæ Taurinorum, Ducis Sabaudiæ Regiæ. Militat Ordo ſub tutela & patrocinio S. Mauritii Ducis Thebeæ legionis, quem Domus Sabaudica impensè colit. Incidit ejus & ſociorum ſolemnitas die 23. Septembris. Cæterùm anno Domini 1572. auctus eſt Ordo S. Mauritii Ordine S. Lazari Hieroſolymitani, quem Gregorius XIII. ipſi Conſtitutione lata incipiente *Pro commiſſa*, adunivit, declarato utriuſque, ſive unius ex utroque Magiſtro eodem Emmanuele, & ſubſequentibus Sabaudiæ Ducibus Dicuntur nunc Milites S. Mauritii, & S. Lazari, ferruntque utriuſque Ordinis teſſeram, nimirùm intra Crucem viridem S. Lazari Crucem candidam S. Mauritii, extantibus ejus ramis ad angulos, ubi ſtipites Crucis viridis inter ſe connectuntur. De hoc Ordine agunt Tamburin. *d. tom. 2. diſp. 24. q. 5. num. 96.* Joſeph. Micheli *en el teſoro militar de Cavaleria*

valeria fol. 49. Matthæus Bolboius *in hiſtoria Ludovici XI. Regis Gallia, lib.* 3. Petr. Belloius *in origine Equeſt. c.* 20. Menenius *in delic. equ. tit. Ordo Equitum S. Mauritii*, Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 4. *cap.*7. Sylveſt. Marul. *in Oceano relig. lib.* 3. *pag.* 207. Aubert Miræus *de origine Bened. lib.* 12. *cap.* 32.

De tertia Regula, & de Religionibus ſub ea militantibus.

88 Tertia Regula eſt ſancti Auguſtini [in cujus laudem plura cumulavit Valenzuel *conſ.* 1. *n.* 10. *cum ſeqq.*] quam inſtituit anno 390. ſum. Pont. Syriaco, Imperatoribus Occidentis Gratiano, Orientis Theodoſio. Supponitur hic Ordo inſtitutus ante Concilium Lateranenſe celebratum ſub Innocentio III. anno 1215. *c. religionum, de religioſ. domib. in* 6. Ab ipſo *D.* Auguſtino inſtituti narrantur duo Ordines, Eremitarum ſcilicet, & Canonicorum Regularium: de anteriori utrius ipſorum inſtitutione non ſatis liquet, cùm Eremitæ ex una, & Canonici ex alia parte acerrimè contendant, ut ex infrà citandis legenti apparebit. Eremitæ, quos vulgus Auguſtinianos vocitat, cucullam induunt, & zona cinguntur pellicea: Canonici verò Regulares, licet olim cucullati inceſſerint, hodie habitum canonialem ferè omnes induunt, de quorum antiquitate & præcedentia plura tradit Valenzuel, *conſ.* 1. *num.* 46. *cum ſeqq.* Auctus eſt hic Ordo ſupplemento multorum aliorum, qui nomine, habitu, & regula ſancti Auguſtini circumferebantur ſub Innocentio IV. anno 1243. & Alexandro IV. anno 1256. ut in ejus Conſtitutione incipiente *Licet*, 4. non. Maii ejuſdem anni 1256. procurante, & agente Cardinali Richardo de S. Angelo: confirmatus deinde eſt à ſubſequentibus Pontificibus, ut patet in multorum Bullis, quas cumulavit Fr. Laurentius de Empoli *in*
89 *ſuo Bullario Auguſtiniano.* Fratres Eremitæ S. Auguſtini gaudent privilegio, ne alii Religioſi Mendicantes juxta illorum Conventus per ſpatium cannarum 140. nova loca erigant. Bonifacius VIII. *Conſtit.* 12. *incip. Ad conſequendum*, 11. Kal. Martii 1295. Fruuntur privilegiis conceſſis quatuor Or-
90 dinibus Mendicantium, videlicet Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, & Servorum. Julius II, *conſtit.* 18. *incip. Etſi*, 17. *Junii* 1508. Et illis officium
91 Sacriſtæ Capellæ Palatii Apoſt. conceſſit Alexander VI. *conſt.* 5. *incip. Ad ſacram*, ibid. Octobris 1497.
92 Eſt & alius Ordo Eremitarum diſcalceatorum, quorum Religioſi portant habitum, nimirum nigrum cum corrigia, ſed ex viliori panno, nec ita oblongis veſtibus, ut portant Auguſtiniani calceati. Hanc diſcalceatam Congregationem confirmavit, & ut novitios recipere poſſet, & ut ejus Fratres ad alium quàm Carthuſianorum Ordinem tranſire non valeant, conceſſit Clemen. VIII. *conſtit* 63. *incip. Decet*, 5. Novembris 1599. Eorum pro Italia Conſtitutiones confirmavit Paul. V. *tom.* 4. *Bullarii, conſt.* 22. *incip. Sacri Apoſtolatus*, 5. Maii 1620.
93 Diviſionem Provinciæ Hiſpaniarum in quatuor provincias, ac electionem Vicarii Generalis, multaſque conſtitutiones, & ordinationes per dictos Fratres in Capitulo emanatas confirmavit Gregorius XV. *conſtit.* 36. *incip. Ad ſacram*, 31. Auguſti 1622. Et illis univit quaſdam domos Regni Granatenſis, ſeu Quentin, in Indiis Occidentalibus eorumdem Fratrum Diſcalceatorum, ſub gubernio Fratrum calceatorum ejuſdem Ordinis Urbanus VIII. *conſtit.* 102. *incip. Univerſalis*, 16. Julii 1629. Non poſſunt facere depingi, vel imprimi imagines ſanctorum Auguſtini, Nicolai Tolentini, & aliorum ſanctorum Ordinis, cum habitu, quo ipſi diſcalceati utuntur, & ſic depictæ, vel impreſſæ, aboleri jubentur. Urbanus VIII. *conſtit. ſua incip. Exponi*, 94
23. Januarii 1638. Congregationem Italiæ [quæ ſub gubernio Vicarii Generalis eſt ab Hiſpano independentis] in quatuor provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Januenſem, & Siculam diviſit, & inſtituit quatuor Provinciales pro earum gubernio Urbanus VIII. *conſtit.* 58. *incip. Ad ubcres*, 29. Auguſti 1626. Unus idemque Generalis utrumque Ordinem moderatur, durat per ſex annos, ex conſtitutione Sixti V. incipiente *Exigit*, die 14. Maii 1587. Sed Diſcalceatus habet ſuum Vicarium generalem, qui illum totaliter gubernat, totius Ordinis Generale aliquando ſolummodo viſitante. Cui Vicario generali non licet ſe nuncupare, aut nuncupari facere generalem, ſed tantùm Vicarium generalem: ita S. Congreg. Viſitationis Apoſtol. 23. Maii 1626. & 30. Junii 1628. utraque familia Romæ monaſteria ſua habet; calceata enim ad ſanctum Auguſtinum, & ad ſanctam Mariam de populo, Diſcalceata ad S. Antonium Abbatem, & ad S. Nicolaum de Tolentino. De hoc Ordine Eremitico S. Auguſtini agunt S. Anton. 3 *p. tit.* 24 *cap.* 11. Pelag. *de planct. Eccleſ. cap.* 23. & 51. Chaſſan. *in catal. p.* 4. *conſid.* 71. Genebr. *in chron. anno Chriſti* 1153. & 1216. Naucler. *vol.* 3. *gener.* 41. *anno Chriſti* 1213. Garibay *in comp. lib.* 7. *cap.* 57. *anno* 398. Carol. de Taeia *d. verb. monaſteria, cap.* 18. Plat. *de bono ſtatu relig. lib.* 2. *c.* 22. Navar. *commento* 4. *de regular.* Illeſcas *in hiſtoria Pontif. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. Joan. de S. Maria *in chronica Carmel. diſcalceat. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 54. Ant. Yepes *in chron. S. Benedicti, tom* 3. *cent.* 4. *anno Chriſti* 817. *cap.* 3. & *tom.* 4. *cent.* 4. *anno Chriſti* 850. Franc. Magius *lib* 5. *annal. Valentia, cap.* 8. Eſcolan. *lib.* 9. *hiſtoria Valent. c.* 20. *num.* 2. Thom. de Jeſu Carmel. Diſcal. *ad Reg. Carmel.* 2. *p. dub.* 6. Petrus Maurus *in annot.* S. *Antonini*, 3. *p. tit.* 24. *c.* 14. §. 2. Card. Baron. *ann. Eccleſ. anno Chriſti* 563. & 564. Chopin. *lib.* 2. *monaſt. tit.* 1. *num.* 32. Vincent. Belvac. *in ſpeculo hiſtor. lib.* 25. *cap.* 25. Beanard. Montalv. *in chronica Ciſtercienſi, lib.* 1. *c.* 37. Fr. Emman *quæſt. regular. tom* 1. *quæſt.* 2. *art.* 4. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *quæſt.* 2. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 6. Suar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 9. *per duo capita ultima*, Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 123. *num.* 34. Nicol. Plenevaulx in libro cui titulum fecit, *Primas Auguſtinianus*, impreſſo Coloniæ 1617. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *diſput.* 24. 9. 4. *num.* 1. Venero *en el enchiridion de los tiempos, fol.* 101. Fr. Ferdinandus Camarg. *in epit. hiſtoriali Eccleſia militantis, pag.* 317. *cum ſeqq.* ubi latè de multis Religioſis ſanctitate, & litteris inſignibus, Fr. Petrus Calvo *in tract. cui titulus eſt, Defenſa de las lagrimas de los juſtos, p.* 2. *cap.* 12. Et ex Eremitis Arnoldus de Buſco *in tractat de viris Illuſtrib. Ordinis Eremit.* Fr. Hieron. Roman. & Joſeph. Pamphilius *in chron. Eremit.* Nicolaus Conſenius *in monaſt. Auguſtiniano*, Paul. Vener. *in tract. de ortu & progreſſu Ordinis Eremit.* Fr. Joannes Marquez *de origine Eremitarum S. Auguſtini*, Ludovic. Hurtado *in tract. de incremento Ordinis Eremit.* Simplician. à ſancto Martino *in vitis Sanctorum Ordinis*, gallico idiomate Tholoſæ editis 1641. Carnel. Lancellotus *in vita S. Auguſtini*, Georg. Maigretius *in furculis ſacris Auguſtinianis* Bapt. Aloviſianus *in viris illuſtribus Ordinis Eremitarum*

tarum, Anton. de Calancha *in historia provinciæ Peruntinæ Eremitarum*, Ant. à purificatione *in historia triumphali edita anno* 1534. Felix Milesius de Laurino *in suo alphabeto de monachis, ac monasteriis Germaniæ ac Sarmatiæ citerioris Ordinis Eremitarum, anno* 1613. *Pragæ edito*, novissimè Thom. de Herrera *in compendio Præsulum Ordinis Eremitici, Matriti anno* 1643. *& in Alphabeto Augustiniano*, in quo præclara Eremetici Ordinis germina, virorumque & fœminarum domicilia recensentur, duobus tomis in folio editis Matriti, hoc anno 1644. Ludovic. ab Angelis, Lusitanus *de vita & laudibus S. Augustini*. Plures Congregationes hinc ortæ sunt, quæ eandem sancti Augustini regulam, & habitum observant, videlicet Congregatio Lucetana, quam restauravit, & ad normam reduxit Bartholomæus Venetus de anno 1387. Undecim tantùm monasteria possident. Item Congregatio Carbonariæ, quam in terra Laboris Regni Neapolitani instituit Fr. Simon Cremonensis de anno 1339. Item Congregatio Perusina sanctæ Mariæ de Populo in Umbria, quæ per aliquos Religiosos Augustinianos incepit de anno 1414. Item Congregatio Lombardiæ, quæ initium sumpsit ab anno 1444. fundantibus PP. Joanne Rocco Papiensi, & Gregorio Cremonensi, possidet usque ad 68. monasteria. Item Congregatio Montis Othonis, quam in Marchia Anconitæ instituit Fr. Simon de Camerino de anno 1460. tria tantùm monasteria possidet. Item Congregatio Baptistelorum, sive Genuensis, à Fratre Baptista Genuensi instituta de anno 1484. Item Congregatio Pullensis, sive Dulceta, quam instituit Fr. Felix Pulles de anno 1492. Alia vulgò dicta Zampana à Fr. Francisco Zampana instituta anno 1502. Alia sancti Augustini de Dalmatia in Sclavonia, de anno 1502. Alia sancti Pauli Eremitæ de anno 1550. possident in Italia Monasteria quatuor. Sancti Augustini festum celebratur 28. Augusti, quo die anni 1590. natus fui.

Canonicorum Regularium sancti Augustini
95 Ordo, postquam ab aliis alibi suscitatus, deinde quasi denuò erectus est à sancto Augustino in civitate Hipponensi anno 397. septem post familiam Eremiticam, Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio. Divisa est hæc Congregatio Canonicorum in varias familias, quarum præcipuæ numerantur, Lateranensis, sancti Frigiani, sancti Ruffi, S. Arnulfi, Aroasiæ, sancti Victoris, Præmonstratensis, Sancti Sepulchri, Mantuana, sanctæ Crucis Conimbricensis, Vicendisemienſis, Vallis Viridis, Frigionaria, Scopetina, Sancti Georgii in Alga, Sancti Spiritus Venetiarum, sancti Petri de monte Corbulo, de quibus *infrà suis locis*. Isti
96 Canonici Regulares præcedunt Monachis Cassinensibus, & sunt antiquiores Monachis Ordinis
97 sancti Benedicti. Pius IV. *constitutione* 75. inci-
98 piente *Sedis Apostolicæ*, de anno 1568. In Episcopos promoti, utuntur habitu, quo utuntur Clerici sæculares in Episcopos promoti. Leo X. *con-*
99 *stit.* 54. incip. *Dudum*, 1. Septembris 1519. Contra eorum bona & jura non currit præscriptio, nisi sexaginta annorum: possunt admittere ad ingressum, qui arctiorem Religionem voverunt: gaudent omnibus gratiis, privilegiis, & indultis Congregationis Cassinensis, & eligunt sibi Conservatores cum amplissimis facultatibus. Sixtus IV. *constitut.* 10. *incip. Dudum*, 10. Kalend. Septem-
100 bris anni 1476. Isti, & Moniales ejusdem Ordinis sancti Augustini, recitant singulis feriis quintis officium sanctissimi Sacramenti, ut censuit sacra Congregat. Rituum in Burgensi de Arcinegra, 15. Maii 1610. Agunt de Canonicis Regularibus Richard. Angelicus Theologus Parisiensis, & Canonicus Regularis sancti Victoris, *in chronic. Canonicorum Regularium*, Joannes de Nigravalle Biblioth. Apostol. *in epit. chronic.* Gabriel Pennotus *in historia Triparitia de origine Canonicorum Regularium*, Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana lib. 6. cap. 4. & 16.* Platus *de bono statu Relig. lib. 2. cap. 45.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 1. quæst. 3. art. 1.* Fr Ludovic. Miranda *in Man. Prælatorum, tom. 1. quæst. 4.* Suar. *tom. 5. de relig. tract. 8. cap. 7. num. 2. cum seqq.* Thom. Valasc. *allegat Iuris tom. 1. allegat 66. num. 6.* Joan. Trullench. *de Canonicorum Regularium Ordinis* antiquitate, nomine, instituto, approbatione, & viris illustribus.

Canonicorum Regularium Lateranensium Or- 101
do, dictus Lateranensis ab Ecclesia sancti Joannis Laterani in Urbe, ubi collocatum aliqui credunt à sancto Leone Magno Pontifice intra annum 440. & 457. sicut refert Cæsar Franchiotti Clericus Regularis sanctæ Mariæ de Luca, in historia sacra Lucensi, edita anno 1613. Italè, *in Ecclesia S. Tudiani statim in princip.*, sive, ut vult Onuphr. Panuin: *de septem stationibus Urbis*, ubi de Ecclesia Lateranensi, à sancto Gelasio Papa sancti Augustini discipulo ab anno 555. & deinceps: duravit ibi eadem familia per 800. annos, usque ad Pontificatum Bonifacii VIII. qui sublatis Canonicis Regularibus sancti Augustini, sæculares introduxit, anno 1300. Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. monasteria, cap. 2. num. 3.* Reformata est Congregatio Lateranensis à Congregatione Frigionaria, quæ instituta, seu potius reformata est à sancto Fridiano Episcopo Lucensi intra annum 560. & 583 quo duravit ejus Episcopatus. A S. Maria 102
de Frigionaria nomen sumpsit, ex quo monasterium illud, ubi reformatio cœpit, hoc erat titulo insignitum, 3000. passibus à civitate Lucensi distans: ita Carol. de Tapia *d. verb. monasteria, cap. 2. n. 2.* ubi *num. 6. cum seqq.* refert Generalem hujus Ordinis Rectorem primum ad annum fuisse, deinde ad triennium durasse à tempore Gregorii XIII. & quod eligitur in generali Capitulo à Prioribus, & Abbatibus monasteriorum, quæ in Italia numerantur continent 64. Tamburin. *tom. 2. disput. 24. quæst. 4. num. 3.* Induuntur Canonici Regulares Lateranenses tunicâ albâ, rochetto ex byſſo tenuissimâ: pileum nigrum portant, Carol. de Tapia *d. cap. 2. num. 5.* non tenentur accedere ad processiones. Sacra Congreg. Rituum *in Lateranensi Canonicorum Regularium*, 30. *Julii* 1616. communi- 103
cant in singulis Gratiis, tam Spiritalibus, quàm temporalibus, cum Monachis Cassinensibus, & Canonicis Regularibus sancti Salvatoris Bononiensis. Gregorius XV. *constit. 35. incip. Injuncti*, 23. *Augusti* 1622. Illis non licet etiam de licen- 104
tia sui Generalis, absque permissu Pontificis assumere curam animarum ad tempus, multóque minùs beneficium curatum, Sacra Congreg. Concil. testibus Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. n. 23.* Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Canonicus Regularis*, Garc. *de benefic. part. 7. cap. 10. num. 32.* Habent Romæ monasterium ad sanctam Mariam de Pace: possident multa, eaque pulcherrima monasteria per Italiam, de quibus Gabr. Pennotus. Agunt de Canonicis Regularibus Lateranensibus Historici,

storici, & Auctores, quos præcedenti numero pro Canonicis citavimus. Vide Paul. Morig. *de orig. relig. lib.* 1. *cap.* 8. Sylvestr. Marul. *in Oceano relig. lib.* 1. *à pag.* 1.

105 Canonicorum Regularium Sancti Ruffi Ordo institutus est, ut multi volunt, à S. Ruffo sancti Pauli Apostoli Discipulo, de quo ipse ad Roman. *cap.* 16. *num.* 13. *Ex me salutem dicite Ruffo electo in Domino, ejusque matri, quam non aliter, atque meam matrem observo.* Hunc scribit Dorotheus *in synopsi*, fuisse Thebarum Episcopum & addit Joannes Maurolicus *in suo Martyrologio* venisse postea Gallias, & Avenionis factum fuisse Episcopum, ibique introduxisse Canonicos Regulares: de anno nihil omninò scitur. Cæterùm Claudius Robertus *in sua Gallia Christiana, tit. de Abbatiis, litt. R. verb. S. Ruffus*, negat propterea hanc Congregationem dictam esse S. Rufti, quod eam S. Ruffus instituerit, imò contendit S. Ruffum nunquam fuisse Lugdunensem Episcopum: addit verò propterea sic appellatam, quia præcipuum ejus domicilium, & familiæ caput erectum sit sub invocatione S. Ruffi in urbe Valentina in Gallia, cujus etiam nobilis Prioratus est Lugduni, à quo mirum in modum hæc familia nobilitata est, atque errandi occasio orta, ut putaretur S. Ruffus talis familiæ institutor: hujus Congregationis leges, & statuta accepisse Congregationem nostram S. Crucis Conimbricensis, auctor est Marquez *de vera origine Eremit. S. Augustini, cap.* 18. §. 4. & 5. De his Canonicis Regular. S. Ruffi agunt Sylvestr. Marul. *in Ocean Relig. lib.* 1. *pag.* 5. Aymer. Falco *in Historia Antoniana, part.* 1. *titul.* 22. *cap.* 3. Petrus Griffeus *in historia Canonicorum, sect.* 13. *num.* 16. & 17. Tamburin. *tom.* 2. *disputatione* 24. *quæst.* 4. *num.* 5. Festum sancti Ruffi *in Martyrol. Romano* celebratur 21. Novembris, & alius item sancti Ruffi primi Episcopi Avenionensis, 12. Novembris.

106 S. Antonii Eremitæ Ordini felicia dedere initia nobilissimi viri Gasto, & Girinus, sive Girondus, ejusdem Gastonis filius, oriundi ex oppido Mota, Viennensis diœcesis in Gallia, quod hodie S. Antonii dicitur, à corpore hujus Sancti eò allato ex Urbe Constantinopolitana per Joachimum Castri Albenciani, & Motæ Dominum. Illi autem cum ex periculosissima infirmitate meritis sancti Antonii fuissent liberati, statuerunt pro salutis consecutæ beneficio se totos S. Antonii devovere famulatui, suaque omnia bona libentissimè illi obtulerunt, quæ (sicut ab eodem Sancto per visionem acceperant) in alendos pauperes igne sacro, sive gehennali, tunc in occiduis partibus crudeliter sæviente, contactos insumpserunt, quibus alii viri pii sese adjunxerunt, proque eisdem operibus sanctis adimplendis piissimam inter se societatem, & fraternitatem inierunt; sicque fuit origo Antoniani Ordinis anno Domini 1095. Pontifice Gregorio VIII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno, quæ sub habitu sæculari, & sine ecclesiastico titulo permansit sub Magistrorum, seu Dominorum regimine annos fermè ducentos, donec Bonifacius VIII. eisdem hospitalaribus, extinctis Magistrorum, seu Dominorum nominibus, Abbatem generalem præfecit, eosque, tam Abbatem, quàm alios in Religiosos sub nomine S. Antonii, & Canonicos sub regula S. Augustini instituit, ut in ejus Constitutione incipiente *In dispositione*, 15. Kal. Junii 1297. in qua etiam illis strictè præcipit signum *Tau*, sive potentiam deferre, juxta morem solitum ipsorum hospitalariorum, quod etiam S. Antonius in visione dederat Gastoni. Huic Religioni quamplurimas Indulgentias, gratias, & prærogativas elargiti sunt Gregorius II. Gregorius X. Calixtus II. à quo augustissimum illud sancti Antonii Templum Ordinis caput in Delphinatu consecratum, atque dicatum est; Benedictus II. Clemens V. Joannes XXII. qui inter alia privilegia Abbati in Monasterio capite Ordinis existenti, Mitrâ, aliisque Episcopalibus ornamentis uti permisit. Mansit hic Ordo sub Abbatum obedientia, & gubernio ad hanc usque diem annorum spacio circiter 333. ex quo prodierunt admodum Illustres viri, inter quos in hac nostra tempestate annos circiter 17. claruit Antonius Tolosanus vir nunquam satis pro meritis laudatus: hic quasi collapso Ordini Antoniano, singulari, qua erat vitæ sanctimoniâ, & doctrinâ præditus, eundem Ordinem piè restauravit, omnique studio conatus, ut omnimoda ex ordine suo peculiaritas eradicaretur, perfectaque rerum communitas induceretur, sub vera Ordinis reformatione: quod onus, quia citiùs ex humanis sublatus est, absolvere non potuit, quod tandem à Reverendissimo Antonio Brunel de Gramont, tunc Abbate Generali existente est perfectum, qui à Summo Pontif. Gregorio XV. Bullam introducendæ reformationis obtinuit sub dat. Romæ 13. Kal. Augusti 1622. confirmatam ab Urbano VIII. sub dat. 8. Junii 1624. per quam extinguuntur omnes Beneficiorum tituli. Superiores triennales instituuntur, eisque omnium Regularium Mendicantium & non Mendicantium privilegiorum communicatio conceditur. Sunt Romæ in hospitali S. Antonii propè S. Mariam Majorem. De hoc Ordine agunt Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *consid.* 65. Gualter. *in tabul. chronolog. sæculo* 11. *anno* 1095. *pag.* 631. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 11. *anno Christi* 1095. *num. ult.* Sylvestr. Marul. *in Oceano relig. lib.* 1. *pag.* 53. Aubert. Miræus *de statu relig. Christ. lib.* 1. *cap.* 14. & *de origine monast. lib.* 1. *cap.* 3. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 15. *cap.* 11. *quæst.* 8. Ludov. Miranda *in manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 5. *art.* 14. Claud. Robert. *in Gallia Christiana, tit. de Abbatiis, litt. A. verb. Antonius*, Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol.* 105. Festum S. Antonii celebratur 17. Januarii.

Canonicorum Regularium Aroasiæ Ordo erectus est à duobus piis Sacerdotibus, Commone, & Holdemaro in Monasterio Aroasiæ, secundo ferè lapide à Bapalma Arteſiæ oppido versùs finem Regni Galliæ, in Diœcesi Attebatensi, anno 1097. Pontifice Urbano II. Imperatore Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Ab hoc monasterio Aroasiæ familiæ Aroasianæ capite exordium, & nomen sumpsit hæc Congregatio, quo tamen tempore, id mihi ignotum est. Habuit frequentissima per Belgium, & Galliam monasteria, quorum catalogum describit Miræus *loco citando*. Potrò hæc monasteriorum ad Aroasiam unio jam desiit, nec talis Congregatio hodie persistit, de ea latè Crusenius *in monastic. Augustin. part.* 2. *cap.* 17. Aubert. Miræus *de origine Canonicorum Regular. cap.* 10. Tamburin *de jure Abbatum tom.* 2. *disputatione* 24. *quæst.* 4. *num.* 7. 107

Canonicorum sancti Victoris Ordo nomen sortitus est à monasterio sancti Victoris prope muros Parisienses, Abbatiali titulo illustri: ædificatum est à Ludovico Grasso Galliæ Rege anno 1113. 108

ut referunt Crussen. *in monastic. Augustin. part.* 2. *cap.* 19. Aubert. Miræus *de origine Canon. Regular. cap.* 12. ubi magnum Vitriaci Cardinalis de Canonicis sancti Victoris elogium transcribit, atque ea enumerat cœnobia, quæ huic Congregationi paruerunt, tam virorum, quàm mulierum. Cæterùm defiit jam hæc Congregatio, licèt monasterium, quod toti præficiebatur, adhuc floreat. Fuere ex hac familia Hugo, & Richardus à S. Victore, Scriptores magni nominis. Tambur. *d. tom.* 2. *disput.* 24. *quæst.* 4. *num.* 12.

109 Canonicorum Regularium Præmonstratensium Ordo, sic dictus à *loco* Præmonstrato in Diœcesi Laudunensi suffraganea Remensi in Gallia, institutus fuit à Norberto Archiepiscopo, postea Magdeburgensi Germaniæ Primate, sub regula sancti Augustini, & instituto Canonicorum Regularium, anno 1120. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Joanne Comneno, confirmatus ab Honorio II. in sua constitutione incipiente *Honorius Episcopus*, sub dat. Kal. Martii 1126. quæ reperitur impressa in statutis Ordinis, renovatis de anno 1618. Utuntur hi Canonici albis vestibus, nimirùm tunica, super quam deferunt aliquando rochettum tenuissimi lini, seu byssi, maximè dum Divinis in Ecclesia festivis diebus intersunt, cum almutia ex pellibus agninis albis. Gestant in capite album pileum quadratum, in humeris verò pallium Carmelitano non dissimile per Hispaniam, & ubique, sed longiori, quod terram serpit, cum officiis quotidianis, & ferialibus intersunt: foris autem extra Conventum utuntur pallio albo, ad formam illius quod Clerici portant. Generalis, & Abbates Ordinis (sic appellant Superiores) sunt perpetui: viget maximè hæc familia per Galliam, Germaniam, Flandriam, Hispaniam: apud Italos ferè nulla eorum sunt monasteria. Romæ vivunt empta in domo ad collegium ædificandum in platea dicta *Felici*, quæ tendit à quatuor fontibus ad Basilicam sanctæ Mariæ Majoris, in qua non semel fui. De hoc Ordine agunt Chronicon Præmonstratense Coloniæ impressum de anno 1613. S. Antonin. *part.* 2. *histor. tit.* 16. *c.* 19. *&* 21. *tit.* 17. *cap.* 2. §. 1. Joan. Pichar. *in notis ad epistol. S. Bernardi, epistol.* 25. *&* 247. Paul. Morigia *de origin. relig. lib.* 1. *cap.* 57. Sylvest. Marul. *in Oceano relig. lib.* 12. *pag.* 172. Joan. Trull. *de Canon. regul. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 43. Carol. Tapia *in Auth. Ingressi, verb. monasteria, cap.* 26. *per tot.* Tambur. *d. tom.* 2. *disput.* 24. *quæst.* 4. *num.* 20. Venero *en su enchiridion de los tiempos, fol.* 100. *in impr. de anno* 1641. Fr. Ferdinand. Camargo *in epitome histor. Ecclesiæ Militantis, de ann.* 1116. *fol.* 230. novissimè R. P. Angel. Manrique *in annalib. Cisterciensib. anno Christi* 1120. *cap.* 2. *à num.* 1. *cum seqq.* Thom. Boz. *de signis Ecclesiæ, tom.* 2. *lib.* 22. *cap.* 3. Gualter. *in tabula chronograph. seculo* 12. *pag.* 647. Card. Baron. *annal. Ecclesiæ tom.* 12. *anno Christi* 1120. *&* 1134. Fr. Emma. Roderic. *quæst. reg. tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 26. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 21. *quæst.* 2. Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. Claud. Robert. *in Gallia Christiana, tit. de Abbatiis, litt. P, verb. Præmonstratum*, Hieron. Roderic. *in compendio quæst. regul. resol.* 123. *num.* 23. latè Aubert. Miræus *in chronica hujus Ordinis*, quam edidit Coloniæ Agrippinæ anno 1613. Et ex hujus familiæ alumnis Philippus Abbas Bonæ Spei, contemporaneus S. Bernardi Clarevallensis, *in lib. de continentia clericorum, c.* 125. *&* 126. *novè impresso Duaci* 1621. Joannes Chrysostom. Vander. Sterre, Abbas S. Michaelis Antuerpiæ, *de natalibus Sanctorum hujus Ordinis, impress. anno* 1615. *& in libro, cui titulus est, Lilium inter spinas, de vita S. Josephi Steinfeldensis, Ordinis Præmonstratensis, impresso etiam Antuerpiæ anno* 1627. *& in alio dicto Echo S. Norberti triumphantis, impresso quoque Antuerpiæ anno* 1629. Dionysius Mudzratz Præpositus Monialium Ordinis Præmonstratens. Bredæ, *in sua historia Ecclesiastica*, ubi de hoc Ordine multa inseruit, impressa anno 1624. Augustinus Vvirhmans *in suo Mariano Antuerpiæ impresso* 1628. Martinus Mertz Prior Rhotensis in Suevia *in vita S. Norberti latinè scripta*, Mauritius du Pré *in vita ejusdem sancti Norberti, tribus libris linguâ Gallicâ exarata*, Cornelius Hanegravinus Præpositus Collegii Romani S. Norberti, *in vita ejusdem Sancti linguâ Italicâ conscripta, & impressa Romæ de hoc anno* 1632. Festum S. Norberti celebratur 6. Junii, cujus officium sub ritu semiduplici in toto Orbe recitari posse censuit S. Congregat. Rituum 14. *Novembris* 1620. Verùm ut ipsa festivitas convenientiùs, ac decentiùs celebrari posset, Urbanus VIII. per suas litteras in forma Brevis, sub dat. 14. Aprilis 1627. pro Ordine tantùm transtulit festum sancti Norberti in diem 11. mensis Julii, quas impressas inveni apud Joan. Chrysostom. *in dicto Echone, pag.* 173.

Canonicorum Regularium Mantuanorum Ordo à S. Marco institutus refertur; sed monasterium Mantuanum fundavit ejus urbis Episcopus Henricus anno 1150. Pontifice Eugenio II. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Comneno. Præter hoc Mantuanum, atque alterum in oppido Nesi, prope Patavium, Mantuano annexum, nullum aliud est in tota Congregatione monasterium. de hoc Ordine agunt Paul. Morigia *de origine relig. lib.* 2. *cap.* 9. Silvest. Marul. *in Oceano Religionum, lib.* 1. *pag.* 36. Carol. Tapia *in Auth. Ingressi, c. de sacros. Eccles. verb. monasteria cap.* 3. Tamburin. *tom.* 2. *dist.* 24. *q.* 4. *num.* 33. Placet huic Mantuanæ Congregationi aliam per omnia similem annectere, videlicet Spiritus sancti apud Venetos, Canonicorum etiam Regularium, quæ duo tantùm possidet monasteria, Venetiis alterum, alterum Patavii, quod appellant S. Michaelis, sed utrumque magnis redditibus abundans. Nullus ad hanc Congregationem admittitur, nisi Venetus sit, & nobilis: ferunt eumdem habitum atque Canonici Regulares Lateranenses, cum pileis quadratis ex panno albo, item pallia alba cùm exeunt domum: de his agunt Joan. Andr. *in Clement* 1. *de elect.* Paul. Morigia, *d. lib.* 1. *cap.* 61. 110

Canonicorum Regularium sancti Sepulchri Ordo institutus creditur post Hierosolymas recuperatas per Godofredum anno 1099. ut putat Franciscus Medices, in libro qui inscribitur *Habitus Cleri Romani*. Extat Cœlestini II. Constitutio sub dat. 10. Januarii 1153. quâ honorificata est Canonicorum sancti Sepulchri in Hierosolymis commendatio, propterea hoc anno illam arreximus. Induebantur nigro colore, ferebant pallium super rochettum, in quo affutæ erant ad latus sinistrum quinque Cruces ex purpura grandes, ut supra se, & infra se ad singulos suos parvulas sustinerent: placuit hic numerus, & figura in memoriam Passionis Christi. De hoc Ordine agunt Sylvestr. Marul. *in Oceano Religionum, lib* 1. *pag.* 30. & Tamburin. *tom.* 2. *tract.* 23. *quæst.* 4. *num.* 13. 111

Canonico

112 Canonicorum Regularium S. Crucis Conimbricensis Ordo apud Lusitanos sic dictus à celebri monasterio S. Crucis Conimbricensis, quod ampliss. redditibus ædificavit Alphonsus Henriquez primus Lusitaniæ Rex, anno 1131. Innocentio II. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario II. Orientis Joanne Comneno, ibique sepultus jacet in sacello maximo à læva parte Altaris, unà cum filio Sanctio Regni successore, qui in eadem capella è regione patris ad dexterum latus æquali mausoleo quiescit. Fuere primi hujus Congregationis Institutores D. Tellus Archidiaconus Conimbricensis, Don Michaël ejusdem Ecclesiæ Prior, Don Joannes Canonicus, & Magister scholæ, D. Theotonius primus Prior Monasterii S. Crucis, D. Odorius sancti Iacobi Presbyter, & ejusdem S. Crucis Prior claustralis, Don Sisnandus S. Mariæ Montis Majoris Præpositus, D. Petrus Presbyter, & alii quinque, quorum nomina invenire non potui: confirmavit eum Innocentius III. anno 1135. Habuit hæc Congregatio multa sub se monasteria in Regno Portugalliæ, quod non egrediuntur, quæ temporis vicissitudo ab illa abduxit, & aliis Ordinibus sive mensis Episcopalibus applicavit. Nunc possidet unum de viginti, inter quæ ampliss. sunt S. Vincentius Ulysiponensis, Grijo Refoyos, Portugallensis, Moreyra, &c. Veniunt Religiosi appellatione eorum, qui in strictiori clausura vivunt, ad effectum ne ad publicas processiones accedere cogantur. Sacr. Congreg. Conc. teste Armendar. *ad recop. legum Navarræ, lib. 1. tit. 14. l. 24 §. 31. de proceff. n 6.* quem refero *de offic. & potest. Episcopi p. a. alleg. 78. n. 17.* Induuntur Canonici albâ tunicâ, superpelliceo lineo, almutiâ, sive caputio, & pallio nigro: habent Generalem ad triennium Priores domorum fiunt à Capitulo cujuscumque Cœnobii, confirmante Generali. De hoc Ordine agunt historiographi Lusitani *in Alphons. Henriquez*, Gabriel Pennotus *in historia tripart lib. 2. c. 59.* Illustriss. & Reverendissimus Dominus meus Roder. à Cunha *in historia Episcop. Portugallens. p. 2. c. 2.* Tambur. *tom. 2. disp. 24. n. 16.* novissimè R. P. Angel. Maurique *in annalibus Cisterciensibus, anno Christi 1162. cap. 2. n. 14. cum seqq.* Festum sancti Theotonii primi Prioris, quem ista Congregatio maximè colit, celebratur 18. Februarii.

113 S. Spiritus in Saxia Ordo, sic dictus, quòd S. Spiritum habeat pro tutelari Saxia, quòd Romæ eo loco, ubi situm est monasterium, & hospitale hujus Congregationis caput, Saxones Germaniæ populi olim habitarunt: institutus est ab Innocentio III. anno 1198. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Angelo. Curant hi Religiosi hospitalitatem, & inserviunt ægrotis, tria emittunt solemnia vota, & veri sunt Religiosi. Non dividi-
114 tur in provincias Religio ista, sed domus, quas Prioratus vocant, habet 648. Ad Religionem alios suscipere valent. Innocent. III. *const. 7. incip. Inter opera*, 13. Kalend. Iulii 1204. Exempti sunt à jurisdictione omnium Ordinariorum, & gaudent omnibus privilegiis Monachorum Cassinensium. Sixtus IV. *const. 22. incip. Religionis, ibid. Februarii* 1483. subsunt jurisdictioni Præceptoris hospi-
115 talis sancti Spiritus, quem summus Pontifex designat, & illis tantùm loca sancti Spiritus hospitalis intitulata conferri possunt. Sixtus IV. *constit. 12. incip. Etsi universis*, 16. Kalend. Februarii 1476. Utuntur habitu nigro Sacerdotali, ferunt Crucem in pectore ex holoserico albo, & forma quâ illam portant Equites sancti Joannis Melitensis præter quam quòd hastile magnum duo habet ligna transversa, atque duplicem efformat crucem, quarum superior minor sit, inferior major. Habet plura hospitalia per Italiam, & alibi, quorum caput est Romanum, tam amplum & dives, ut vix credantur ejus redditus annui. De hoc Ordine agunt Tarcagnotta *in historia universs. p. 2. lib. 13.* Plat. *de bono statu Relig. lib. c. 22.* Gualter. *in tabul chronog. saculo 13. anno 1201.* Paul. Morigia *in origine Relig. lib. 1. c. 59.* Sylvest. Marul. *in oceano Relig. lib. 3. pag. 233.* Carol. Tapia *ad d. Auth. Ingressi, ver. 3 monasteria, c. 6. per totum*, Tamburin. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 35.* Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 2. c. 6. sub n. 5.* Joseph. Micheli *en el tesoro Militar, fol. 61. verso*, ex professo Albert. Bassanus, *de origine hujus Religionis.* Prodiit Cracoviæ anno 1570.

Fratrum de Pœnitentia S. Demetrii Ordo insti- 116
turus fuit à viris quibusdam piis in Germania, & Poloniæ partibus anno 1200. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Philippo, Orientis Balduino Belga. Habitum portant subrubrum, nimirum cucullam, & scapulare, cui intexitur cor cum cruce ejusdem coloris. Desiisse hanc familiam, illam tamen Pauli V. Pontificatu renovatam, & de novo approbatam sub regula sancti Augustini, & obedientia Episcoporum, in quorum essent Diœcesibus, scribit Nicol. Crussenus *in monastico Augustiniano, part. 3. cap. 1.*

Prædicatorum Ordo institutus est à sancto Do- 117
minico Hispano, Canonico regulari sancti Augustini, & sub ejus regula anno 1205. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Philippo, Orientis Balduino Belga, approbatus solemniter ab Honorio III. anno 1216. prout *in ejus constit. 2. incip. Religiosam*, 11. Kalend. Januarii 1216. Habitus hujus familiæ ubique notissimus est, nimirum tunica, & scapulare candidum cum pallio nigro: unus toti Congregationi Generalis præficitur, idque ap totam vitam, & statim post electionem liberè gubernat. Fratres habent privilegium exemptionis à decimarum solutione, & sunt exempti à 118
jurisdictione Ordinariorum. Gregorius XI. *constit. 7. incip. Virtute, 2. Non. Martii* 1374. Privilegia eorum Prælatos omnes interpretari prohibuit Clemens IV. *const. 12. incip. Ordinis*, non. Julii 1268. Ad dignitates ex Ordine assumpti, omnia quæ ab 119
Ordine habent, Conventui resignare tenentur. Clemens IV. *const. 11. incip. Providentia, 5.* id. Iunii 5628. A correctionibus, sive punitionibus suo- 120
rum Prælatorum appellare non possunt. Bonifacius VIII. *const. 4. incip. ad argumentum, 6.* Id. Maii, 1296. Præcedunt aliis Religiosis cujuscumque Ordinis mendicantium. Pius V. *const. 1. incip. Divina*, 17. Augusti 1566. Sunt verè & propriè Mendi- 121
cantes. Pius V. *const. 44 incip. Romanus*, 1. Octobris 1583. In temporalibus succedunt, ac si essent 122
in sæculo. Clemens IV. *const. 1. incip. Obtentu*, 2. id. Februarii 1264. Novitii in articulo mortis in manibus Prælatorum ante tempus regulam profiteri possunt. Pius V. *const. 109. incip. Summis*, 23. Augusti 1570. me citato *in hoc loco*, Ioan. Mar. Novar. *in lucerna regul. verb. Novitius, n. 2.* In partibus In- 123
diarum existentes non possunt vivere, seu manere extra claustra locorum, sub pœna excommunicationis, & privationis vocis activæ & passivæ, absque Sanctæ Sedis, & Superiorum licentia. Urbanus VIII. *in constitut. sua incip. Injunctum*, 8. Novemb. 1634. Nullus ex Fratribus hujus Ordinis

potest in Curia Romana tractare negotium per se, vel per alium, nisi per procuratorem generalem Ordinis, vel de ejus scitu. Idem Urbanus VIII. 124 *Const. sua incip. Exponi*, 3. *Decembr.* 1633. Extrahentes, seu permittentes, ut extrahantur libri, etiam manuscripti, ab eorum Bibliothecis, excommunicationem, & privationem vocis activæ & passivæ eo ipso incurrunt: Urbanus VIII. 125 *Constit.* 54. *incip. Cum sicut*, 25. Martii. 1626. Possunt Processionem Sanctissimi Sacramenti in Dominica infra Octavam Corporis Christi facere per vicos, Plateas, & loca, quæ tamen semel electa mutare non possunt, juxta litteras Clementis VIII. ut censuit Sacra Congregat. Rituum *in Pisaurensi*, 14. *Novembris*, 1615. *& in Materanensi*, 10. *Julii.* 1629. Habent Dominicani plura Romæ Monasteria; præcipua sunt S. Mariæ super Minervam, sancti Nicolai ad Palatium Mediceorum, sanctæ Sabinæ in regione Ripæ, S. Sixti. De hoc Ordine agunt Constantinus Fabricensis, Felix à Castro, Franciscus Galvanus, Gerardus Franchettus, Hieronym. Albertuccius *in annalibus Fratrum Ordinis, & in tabul. de Generalibus Ordinis, item de viris illustrib. Ordinis*, Bernardus Guidonis *de gestis Prædicatorum*, Hieronymus de Bonon. *in Chronica Ordinis*, Humbert. IV. Generalis *de fundatione sui Ordinis, & de vitis Sanctorum ejusdem*, Jacobus Suzatus *in chronicis & privileg. Ordin.* Jacobus Garzonius *de viris illustr. Ordin.* Leander Albertus *eodem tractat.* Umbertus Heduus *de vitis primorum Patrum Dominicani Ordinis*, Chassan. *in catal. part.* 4. *consid.* 68. Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib.* 7. *cap.* 3. Hieronym. Roman. *de Republica Christiana lib* 6. *c.* 26. Platus *de bono stat. relig. lib.* 2. *cap.* 22. Carol. de Tapia *d. verb. Monasteria*, *cap.* 19. Tamburin. *d. tom.* 2. *disputatione* 24. *quæst.* 4. *numero* 58. Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones*, *fol.* 106. Venero *en su enchiridion de los tiempos*, *fol.* 100. *in impr. de anno* 1641. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 2. *art.* 2. Fr. Ludovic. Maranda *in man Prælat. tom.* 1. *quæst.* 4. *art.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *& lib.* 13. *cap.* 11. *versic. Octavò quæritur*, Suarez *de religion. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 6. ubi plura & præclara Hieronym. Roderic. *in compend quæst. regul. resolut.* 123. *num.* 37. ex professo Fernand. de Castillo *in Chronica sancti Dominici*, Ludovic. de Sousa *in historia Provinciæ Lusitaniæ*, Petrus Calvus *in defensor. Relig.* Festum S. Dominici celebratur 4. Augusti.

126 S. Pauli primi Eremitæ Ordo institutus est à B. Eusebio Strigoniensi in Regno Ungariæ prope Urbem Patach, anno 1215. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Henrico VII. confirmavit Religionem sub regula sancti Augustini Frater Gentilis de Monte Florum Cardinalis familiæ Franciscanæ, Clementis V. apud Ungaros Legatus anno 1308. Deinde Joannes XXII. Clementis successor, eam sub protectione S. R. Ecclesiæ recepit. Nullus ferè hujus familiæ erat, nisi Ungarus: induuntur Monachi albo panno, scapulari integros humeros contingente, cappâ ejusdem coloris, sed quæ medias tibias vix attingat. Floruit hic Ordo in Ungaria, & Boemia, sed proh dolor! istis Provinciis à Turcis vastatis, & occupatis, ad nihilum est redactus, propter quod monasterium, quod in monte Cælio possidebant cum Ecclesia S. Stephani Rotundi dereliquerunt, eamque Gregorius XIII. munificentissimus, & diligentissimus Pontif. collegio Germanorum cum redditibus applicavit. De hoc Ordine agunt Gualter. *in tab. chronograph. sæculo* 15. *anno* 1215. Paul Morigia, *in origine Relig. lib.* 1. *c.* 54. Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 1. Carol. de Tapia *ad Auth. Ingressi*, *verb. monasteria*, *c.* 24 *per tot.* Tambur. *d tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *n.* 52. Card. Baron. *annal Eccles. tom.* 13. *anno* 1216. *num.* 3. Azor *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. *q.* 8. Aliud est apud Lusitanos Ordo sancti Pauli Eremitæ, quem appellamus Montis Ossæ, vulgò *Terra de Ossa*. Ejus Religiosi induuntur tunicâ, & cappâ canusinâ, scapulari nigro: habent apud nos monasteria aliqua, eaque non ignobilia. Hic Ordo initium à quibusdam habuit Anachoretis, qui segregatim vivebant. Huic initium dedit quidam Benedictus civis Romanus, de tempore autem non constat, propter Maurorum invasiones, & dum ab illis Lusitania occuparetur, vitam in solitudine agebant, singulique in eremo in parvis cellulis morabantur, Septem in Domo Serræ de Ossa habitabant. Hunc vivendi modum Gregorii XI. jussu anno 1377. reformarunt Episcodus Conimbricensis, & alii, qui eos quaternos simul vivere præceperunt. Gregorius autem XII. iterum jussit eos reformari, & non minus decem in qualibet domo vivere jussit, & multis privilegiis honestavit: cùm verò numerus Religiosorum crevisset, S. Pauli primi Eremitæ Religioni conjungere se decreverunt hujus Congregationis Patres, qui demùm propositum exequentes, Provincialem creaverunt, & sic Ordini illi fuerunt incorporati. Sed quoniam ob itineris longitudinem maximos labores patiebantur, ampliùs ad Capitula generalia non accedere decreverunt, & à suo regebantur Provinciali, usquequò Gregorio XIII. sedente confirmationem Ordinis sub regula S. Augustini obtinuerunt 8. Kal. Octobris 1578. & nunc ab uno Provinciali, Generalis vice gubernantur: refert Carol. de Tapia *d. c.* 24. *n.* 3. & 4. tangit Tamb. *d. tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 1. *n.* 74.

B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum 127
Ordo, quem Beatissima cœlorum Regina ad captivorum in Infidelium partibus miserè servientium redemptionem, sancto Raymundo de Peñafort, & claræ memoriæ Jacobo Aragonum Regi, necnon quondam Petro Nolasco primo illius Professori, dum vitam ducerent in humanis, singulari quodam miserationis affectu sibi fore charissimum revelaverat, fuit anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidentis Friederico II. Orientis Roberto in civitate Barchinonensi ab eodem Jacobo Rege, in die festo Sancti Laurentii Mart. sub invocatione B. Mariæ de Mercede, & Redemptione captivorum nuncupatæ, institutus, & à Gregorio IX. Honorii successore confirmatus die 18. Januarii 1230. à revelatione prædicta anno 12. referentibus Vargas *lib.* 1. *cap.* 19. Raimond. *lib.* 1. *c.* 8. Corbera *cap.* 29. *citandis locis*, & regulam S. Augustini profiteri voluit in sua constit. incipiente *Devotionis*, 16. Kalend. Februarii 1235. & ejus Religiosis exemptionem à decimis concessit Gregorius XI. *Const.* 3. *incip. Dum salubre*, 16. Kalend. Junii 1373. Ad Ordines Mendicantium transire non 128
posse statuit Calixtus III. *Constit.* 3. *incip. Super*, pridie Kal. Novembris 1457. Illi omnia legata, quæ 129
incertis personis relinquuntur, pro redemptione captivorum exhiberi jussit Nicolaus IV. *constit.* 6. *incip. Ex parte*, non. Augusti 1291. Ad suum Ordinem Fratres Minores de Observantia recipere pro- 130
hibuit Clemens VIII. *const.* 46. *incip. Super* 24. Decembr. 1596. & Capuccinos quoque recipere vetuit Paul. V.

Paul. V. *conſtit.* 50. *incip. Naper*, 8. *Iulii* 1608. Debent ſe in omnibus confirmare cum officio, & Breviario Romano; poſſunt tamen in Dominica proximiori Kalendis Auguſti, quâ celebratur feſtum B. Mariæ de Mercede, recitare officium B Mariæ juxta formam ejuſdem Breviarii, prout recitatur in feſto Dedicationis B. Mariæ ad nives: ita declaravit S. Congreg. Rituum in cauſa B. Mariæ de Mercede, 4. Aprilis 1615. confirmavit privilegia, & indulta huic Ordini conceſſa, dummodò ſint in uſu, nec revocata, vel ſacris Canonibus, Conc. Trident. decretis, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis non ſint repugnantia, Urban. VIII. *conſt.* 94. *incip.* Ex *clementi*, 7. *id. Octobris* 1628. ad inſtantiam Fr. Ludovici Apparicii, Procuratoris generalis ejuſdem Ordinis. Utuntur Religioſi alba tunica, cum capuccio, & ſcapulari candido, itemque cappâ albâ: ferunt præterea ante pectus arma Regni Aragoniæ, nimirum in clypeo rubras, croceaſque virgas, ſive lamellas, cui ſuper imponunt crucem candidam S. Eulaliæ virginis, & Martyris, quam Barcino impenſè colit, cujuſque ſanctiſſimum corpus in templo maximo apud ſe retinet. Sunt Romæ ad ſanctum Adrianum, in Regione Capitolii. Vigent maximè per Hiſpaniam, & Indias occidentales, occupantur in redemptione captivorum; adduntque in profeſſione quartum votum, quod in Sarracenorum poteſtate in pignus (ſi neceſſe fuerit ad redemptionem Chriſti fidelium) detenti manebunt: ſunt concepta profeſſionis verba, ut invenies apud Baronium *annal. Eccleſ. tom.* 15. *anno Chriſti* 1223. *n.* 10.

131 Eſt etiam in hac Congregatione alia Diſcalceata, quæ initium habuit anno 1603. ſollicitante R. P. Joanne Baptiſta à ſanctiſſimo Sacramento, ejuſdem Ordinis Religioſo? huic enim, & aliis quatuor religioſiſſimis viris, quorum adhuc magno vitæ, & virtutis exemplo vivit Fr. Joannes de Sancto Ioſeph, conceſſit P. Magiſter Ildephonſus de Monroy Ordinis Generalis, ut reformationem Fratrum Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede indicerent, quæ primùm radices egit Matriti, in capella Beatiſſimæ Virginis de Remediis nuncupata, in monaſterio Fratrum calceatorum Ordinis ſita, eodem anno 1603. in feſto Apparitionis S. Michaelis Archangeli die 8. Maii, quo anno in eandem diem incidit feſtum Aſcenſionis Domini N. Ieſu Chriſti. Hanc Reformationem confirmavit Paulus V. *ſua conſtit. Incip. Inter omnes*, 20. *Kalend. Septembr.* 1606. Hos fratres reformatos motu proprio, & ex certa ſcientia à Calceatis totaliter ſepatavit, & Vicarium Generalem pro his reformatis creavit Gregor. XV. *conſtit. incip. Apoſtolici muneris ſollicitudo*, 29. Novembr. 1621. & hoc idem Gregorius confirmavit alia ſua conſtit. *ſub dat.* 19. Auguſti 1622. & S.D.N. Urbanus VIII. *in ſua conſtit. incip. In Sede*, 8. Julii 1627. & *in alia ſua conſtit, incip. Commiſſi nobis*, ſub dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, die 5 Novemb. 1630. ordinavit, *ut Vicarius Generalis Fratrum Diſcalceatorum pro tempore electus, in ſignum ſolius præeminentiæ Magiſtro generali Fratrum Calceatorum infra tres menſes à die ſuæ electionis tedentur eandem electionem præſentare dicto Magiſtro generali, qui illum abſque aliqua contradictione, & cognitione confirmare debeat: ſi verò id facere recuſaverit, vel confirmationem prædictam à die præſentationis electionis ultra quindecim dies dare diſtulerit, id efficere poterit Nuntius Apoſtolicus in Hiſpaniarum partibus degens.* Addit præterea Gregor. XV. dicta conſtitutione de anno 1622. ut Calceati tranſeuntes ad Reformatos deberent admitti per vota ſecreta ad habitum reformatorum, ad animum approbationis, & ad novam profeſſionem. Et idem S.D. Urbanus VIII. *ſua conſt. incip. Expoſt nobis*, ſub die 132
14. Febr. 1640. decernit, quod miniſterium Redemptionis captivorum in omnibus ſpecter ad Fratres Calceatos hujus Ordinis duntaxat, & nullatenus ad Diſcalceatos. Prohibuit idem Urban. VIII. *in ſua conſt.* 77. *incip. Injuncti*, 19. *Ianuar.* 1638. ne Fratres Reformati hujuſmodi tranſirent ad Fratres Calceatos ejuſdem Ordinis, abſque Romani Pontificis expreſſa licentia. Illis conceſſit indultum idem 33
Urbanus *ſua conſt.* 52. *incip. Salvatoris*, 4 Novembris 1625. ut officium & Miſſam de communi Confeſſorum non Pont. recitare poſſent ex S. Raymundo Nonnat. ejuſdem Ordinis dum vixit profeſſore, & Procuratore Generali, ac S.R.E. Cardinali, in die ſuæ feſtivitatis. Habet hæc reformatio uſque ad præſentem diem provincias tres. Primam S. Joſephi in regnis Caſtellæ, ubi ſunt octo Fratrum monaſteria: ſecundum Conceptionis in Bætica, ubi duodecim monaſteria Fratrum, & quatuor Monialium Diſcalceatarum ſunt: tertiam S. Raymundi Nonnat. in regno Siciliæ, ubi ſeptem ſunt Fratrum monaſteria. Romæ habent domicilium & Eccleſiam ſancti Joannini propè monaſterium Monialium S. Sylveſtri de capite. De hoc Ordine agunt Franciſcus Zomel *in conſtit. & vitis Generalium*, Philippus de Guimetan, & Nadal. de Gaver *in chron. & hiſtor. hujus Ordinis*, Hier. Grat. *in tract. de redempt. captiv.* Palconidot. Bactav. *de antiquit. Ordin. Carm. lib.* 3. *c.* 13. Hier. Zorita *in ſuis annalib. anno* 1218. Carol. Tapia *cap.* 27. Franc. Tarapha *de origine & rebus geſtis Regum Hiſp. in vita Henrici primi.* Thom. Bozius *de ſignis Eccl. tom.* 1. *lib.* 9. *litt. B.* Joan. Boter. *in ſuis relat. lib.* 3. *circa fin* Bernard. Gomez Micdes *en ſu hiſtoria del Rey Don Iayme, lib.* 2. *c.* 9. Vincent. Domin. *en ſu hiſtoria general de los ſanctos de Cataluña, lib.* 2. *fol.* 70. *cum ſeqq.* Morillo *de las excelenças de Zaragoça, tr.* 2. *c.* 38. Franc. Peña Rotæ Auditor *in vita S. Raymundi de Peñafort, c.* 37. Venero *en ſu Enchirid. fol.* 102. Illeſc. *in Pontif. hiſtoria, lib.* 5. *c. ult.* Arnol. Vuion. *in ligno vit. lib.* 1. *c.* 49. Syl. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 328. Mariana *de rebus Hiſp. lib.* 11. *c.* 8. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. *q.* 8 §. *ipſo anni*, Pined. 2. *p. Monarchiæ, lib* 22. 2. 2. *c. n* 4. Garib. *lib.* 12. *chronica gener. Hiſpania, c.* 51. Zurita *in annal. Aragonia lib.* 1. *cap.* 71. Ferdin. de Caſtillo *lib.* 2. *chron. Ord. Prad. c.* 17. Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 15. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 9. Hier. Roder. *in compendio qq. reg. ref.* 123. *n.* 20. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 2. *diſp* 24. *q.* 4. *n.* 78. ubi *n.* 7. de Fratribus diſcalceatis: latè Eſtevan. de Corvera *en la vida de dona Maria de Cerbellon, c.* 22 *cum ſeqq.* Carillo *en los annales chronolog. ann.* 1538. *in princ. & anno* 1418. Franc. Salazar. *in chronica Mercen.* & novè Fr. Bernard. Vargas *in hiſtoria generali*, *& in vita S. Petri Nolaſci, cap.* 6. & P. F. Alphonſus Ramon. *in chronica hujus Religionis*, Ioannes Martinez *in chronica Ordinis, & de perfectione ſui quarti voti*, Franc. de Vera *de fundatione Ordinis*, Didac. Tença *de Indulgentiis Ordinis*, Ludov. de Aparitiis, *in centuria ſanctorum Martyrum & Confeſſorum hujus Ordinis*, Fr. Ferdin. Camargo *in chronologia ſacra Eccleſiæ Militantis, ſub anno* 1218. *fol.* 151. *& ſub anno* 1409. *fol.* 277. *cum ſeqq.* latè de Sanctis hujus Ordinis. Moritur R. Petrus Nolaſcus Barcinone anno 1249. Celebrant de eo Miſſæ ſacrificium, & Officium proprium aliqua ſui Ordinis monaſteria, maximè in

in Catalonia, licet adhuc beatus à Sede Apostol. destinatus non sit.

134 Vallis Scholarium Ordo institutus fuit à B. Guillelmo natione Anglo, qui Parisiis scholaris fuerat, sub regula sancti Augustini anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. De hoc Ordine agunt Sylvest. Marul. *in Oceano, lib. 3.* Aubertus Miræus *in Polit. Christiana lib. 1. cap. 29.* Claud. Robert. *in Gallia Christiana, tit. de Abbatiis, litt. V. verb. Vallis scholarium*, Tambur. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 21.*

135 Servorum sanctæ mariæ Ordo, sic dictus eò quod Virgini peculiaribus obsequiis addictus sit, institutus est sub regula sancti Augustini à septem nobilibus Florentinis, Patre Buonfilio de Monaldis, P. Amadeo, P. Bonajuncta, P. Manetto, P. Alexio de Falconariis, P. Sostenes, P. Ugonixio, anno 1233. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Baldovino II. Induuntur Religiosi nigris vestibus, ut Benedictini, præter cucullam, sive chlamydem, quam non portant, sed tunicam tantùm cum scapulari, & pallio. Sunt Romæ ad S. Marcellum, & ad S. Mariam in Via, in regione Trivii. Ordinem approbavit Benedictus XI. *constit. 1. incip. Dum levamus*, 3. id. Febr. 1303. Prior Generalis eligi non potest, qui non steterit in Ordine saltem per viginti annos, & Prioris Conventualis officium triennio expleverit. Clemens VI. *constit 2. incip. Regimini, 29. Kalend. Aprilis* 1346. Fratres à præstatione quorumcumque onerum, & ab Ordinariorum jurisdictione exemit, & sub Sedis Apost. protectione suscepit Urbanus VI *constit 2. incip. Sacrosancta*, 7. id. Aprilis 1321. Eis proprietatem vetuit, reformationem edixit, & in communi vivere jussit, & aliis extra Ordinem confiteri prohibuit, & ne ultra biennium in eodem Conventu morentur, statuit Pius V. *constit. 163. incip. Postquam*, 9. Kalend. Junii 1570. Scholas eos exercere prohibuit Clemens VIII. *constit. 60. incip. Nullus*, §. 32. sub die 22. August. 1604. Sub hoc Servitarum Ordine est alius, quem reformatum appellant, sive Montis Senarii, qui distat à Florentia tertio tantùm lapide: in monasterio ibi ædificato sepulta sunt septem primorum Patrum fundatorum corpora in uno eodemque Altari. Incepit Ordo iste reformatus anno 1593. confirmatus est à Clemente VIII. anno 1595. vivit sub eodem Generali, utitur eodem habitu, sed viliori, incedit nudis pedibus. Paulus V. *constit. 76. incip. Sedis Apost.* de anno 1612. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 312.* dat potestatem deputatis à Capitulo Conventuali Eremi Montis Senarii Novitios recipiendi, mitigatque eorum jejunium in pane & aqua pro quarta feria. Habet Romæ monasterium ad Sanctam Mariam Annunciatam. De hoc Ordine agunt Paul. Morigia *in origine relig. lib. 1. cap. 35.* Sylvest. Marul. *in Oceano relig. lib. 4. c. 30.* Gualter. *in tab. chronog. sæc. 13. anno 1252. pag. 679.* Bozius *de signis Ecclesiæ lib. 9. cap. 8.* Polydor. Virgil. *de invent. rer. lib. 7. cap. 4.* Illescas *in histor. Pontif. lib. 5. cap. 45.* Plat. *de bono statu relig. lib 2. c. 22.* Carol. Tapia *in dict. Authent. Ingressi, verb. monasteria, c. 21. per tot.* Tambur. *tom. 2. disp. 24. quæst. 4 n. 62.* ubi *num. 63.* de Congregatione Servorum. B. Mariæ Montis Senarii, *& numer. 64.* de Congregatione Servorum B. Mariæ reformatorum, & *n. 65.* de Congregatione Fratrum & Sororum tertii Ordinis Servorum B. Mariæ, Joseph. Micheli *in el tesoro de Religiones, fol. 106. vers.* Cæsar Franciotti *de Eccles. Lucensibus in Ecclesia S. Maria Servitarum, pag. 562.* Fr. Emman. *quæstionum Regular. tom. 1. quæst. 5. art. 6.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 11. quæst. 8. vers. sexdecim annis.* Card. Baronius *annal. Eccles. tom. 13. anno Christi 1231. num. 6. cum seqq.* Hieronym. Roderic. *in compendio quæstion. regular. resolut. 123. n. 26.* ex professo Augustin. Florentinus, & Jacob. Laudosiæus *in chronico Servorum*, Archangel. Granius Florent. *in libello de origine Servorum B. Mariæ*, Laurentius Bononiensis, Joannes Saxonus, Michael Povianicus, Raphael Maffæi, *in historia Ordinis, & de viris illustribus*, Jacobus Florentinus, de vita B. Philippi institutoris, De Servitis albi mantelli, aliis ab his, de quibus nunc agimus, & quos extinxit Concil. Lugdunense II. sub Gregorio X. vide Aubert. Miræum *de origine August. lib. 1. c. 19.* Crussen. *in monastic Augustiniano, p. 3. c. 3.*

Cruciferorum per Germaniam, Belgium, & 136
Galliam Ordo institutus à Viris quinque admodum piis Ordinis Ecclesiastici, opem ferente Hugone de sancto Charo familiæ Dominicanæ Cardinali, tunc temporis per Germaniam Legato, anno 1246. Pontifice Innocentio IV. atque Ordinem sub regula sancti Augustini confirmante. Cœnobium totius familiæ caput situm est in oppido Nuitz ad Mosam fluvium in diœcesi Leodiensi, ubi Præfectus Ordinis residet: plura habet per Galliam, Belgiam, ac Germaniam monasteria, de quibus nonnulla Aubert. Miræus *in origin. Augustin. lib. 1. cap. 14.* Alia est Cruciferorum Religio in Italia, quæ etiam sub D. Augustini militat regula, cæterisque antiquior est ortu, non quidem auctoritate, sed traditione: dicunt à B. Cleto tertio post sanctum Petrum Christi Vicario institutam fuisse, ut hospitali, quod peregrinis recipiendis constitutum erat, ipsi præessent; sic namque per cœlestem nuntium præceptum illi fuerat, quod anno contigit à nativitate Domini 81. sub Tito Vespasiano. Hunc Ordinem, ut accidere solet, bellis & tempore jam penè extinctum, suscitavit B. Cyriacus Hierosolymitanus Patriarcha, sub Melchiade summo Pont. & Constantino Magno Imp. anno 315. Sed hunc Cyriacum cum fratribus suis occidit pessimus Julianus apostata, qua de re cùm iterum esset Ordo ad nihilum redactus, Innocentius Papa III. Religionum verè parens, instauravit, & sic Cruciferorum Ordinem in lucem prodire fecit anno 1215. Et Pius II. eos denuò reformavit, & habitum cæruleum quo nunc utuntur, & crucem argenteam manibus portare statuit, ut ex ejus diplomate constat, quos demùm Pius V. Pontif. Max. reformavit. Et hic eorum Ordo Italiam non excedit., sed commodioris regiminis gratiâ in quinque dividitur Provincias, Bononiensem scilicet, Venetam, Romanam, Mediolanensem, atque Neapolitanam. De illo agit latè Carol. Tapia, à quo hæc sumpsimus, *ad d. Auth. Ingressi, verb. monasteria, cap. 23.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 22. & 34.*

137 Fratrum Pœnitentiæ S. Mariæ Magdalenæ Ordo institutus, seu potius renovatus à Beltramo viro gallo, ac Diœcesis Massilienſis, ubi primum monasterium hujus Ordinis fundatur sub regula sancti Augustini anno 1277. Pontifice Nicolao III. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaele Palæologo: scribit Crussenius *in monast. August. part. 3. c. 5.* durare hodie per Germaniam, Galliam & Hispaniam hunc Ordinem habitu

bitu parum à Capucinis differente, niſi quod zonis præcingantur.

138 Mulierum Pœnitentium Ordo inſtitutus, vel ut credo verius, renovatus eſt ab eodem Beltramo Gallo ſuperioris Congregationis Auctore, Lutetiæ Pariſiorum, ſub regula S. Auguſtini, anno 1278. Pontifice Nicolao III. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaele Paleologo: eſt hæc familia quaſi aſilum & portus earum mulierum, quæ ſuis abutebantur corporibus, & meretricios quæſtus faciebant, in quem poſt diuturnam voluptatum tempeſtatem recipiuntur. Induuntur albis veſtibus, quibus virginitas paſſim apud ſuperos *Apocalyp. 7. n 9.* inſignitur, ut intelligant tantùm ſe pœnitentia conſequi poſſe, ut virginum merita, ſi non aureolam adæquent: lege Cruſſenium *in monaſt. part. 3. cap. 5.* Tambur. *d. tom. 2. diſp. 24. q 4. nnnn. 66.*

139 Charitatis S. Mariæ Ordo inſtitutus à Guidone Janvillano, Domino S. Gregorii in Diœceſi Catalaunenſi in provincia Campaniæ regni Gallicani, ſub regula D. Auguſtini anno 1290. Pontifice Nicolao IV. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaele Paleologo. Primum hujus Congregationis monaſterium ſub patrocinio, & tutela S. Ludovici Regis Galliæ ædificatum eſt in agro Beucheraumont, in territorio Janvillæ prædictæ Diœceſis, quod hodie viginti ſub ſe habet domicilia, teſte Aubert. Miræo *lib. 5. origin. monaſt. cap. 21.* Colunt monachi hujus familiæ inſtituto ſuo hoſpitalitatem, atque domibus ſuis pauperes colligunt, & alunt. Vide Cruſſenium *in monaſt. p. 3. cap. 10.*

140 Clericorum hoſpitalariorum Ordo inſtitutus fuit à P. Auguſtino Novello, Cancellario primùm Manfredi Regis Siciliæ, deinde Pœnitentiario, & à ſecretis & confeſſionibus Bonifacii VIII. electo in ſeptimum Generalem Eremitarum S. Auguſtini, quo munere rejecto, hanc familiam erexit Senis anno 1300. ſub regula ſancti Auguſtini, confirmante Bonifac. VIII. Imperatoribus Occidentis Alberto, Orientis Andronico I. Habitus omnino eſt clericalis, inſtitutum hoſpitalibus inſervire. Durat adhuc hæc Congreg. Senis, & per Italiam, ſed non ita frequens. Vide Cruſſenium *in monaſt. p. 3.* Tambur. *d. tom. 2. diſp. 24. q. 4. n. 81.*

141 Alexianorum Ordo, ſic dictus quod S. Alexium ſibi in patronum delegerit, à piis quibuſdam hominibus, quorum nomina Auctores non produnt, inſtitutus anno Domini 1309. Pontifice Clemente V. Imperatoribus Occidentis Henrico VII. Orientis Andronico I. Utuntur nigris veſtibus, & oblongâ cuculliâ, cùm ad tumulanda mortuorum cadavera (quæ eſt ipſorum inſtituto) procedunt. Hos regulæ S. Auguſt. adjunxit Henricus Surdemanus ex familia Eremitica S. Auguſtini, ut ſcribit Cruſſenius *in monaſt. c. 3. p. 11.* ubi ſubdit eos quoque dici Veſpillones, ab officio ſepeliendi mortuos, & nullis Sacris initiari. Vide Aubert. Miræum *de Origine Ord. S. Auguſtini lib. 1. c. 26.* Tambur. *d. tom. 2. diſp. 25. q. 4. n. 79.*

142 Jeſuatorum S. Hieronymi Ordo inſtitutus à S. Joanne Columbino Senenſi ſub regula S. Auguſtini, & patrocinio S. Hyeronymi anno 1354. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo V. Orientis Calo Joanne. Illum approbavit Martinus V. *in conſt. 11. incip. Pia poſtulatio,* 11. Kal. Novemb. 1418. Eorum Religioſos inter Mendicantes annumerari, illorumque gratiis & indultis perfrui, indulſit Pius V. *conſtit. 50. incip. Romanus Pontifex*, Novemb. 1567. Præter S. Auguſtini regulas habet hæc familia propias ſibi conſtitutiones, quas accepit à D. Joanne de Toſſignano Epiſcopo Ferrarienſi, ejuſdem Ordinis Religioſo: dicuntur paſſim Ieſuati, vel quod ita à lactentibus pueris in primordio Religionis vocari ſolerent, non ſine miraculi ſuſpicione; vel quod frequens eſſet in ore primorum Patrum fundatorum Ieſus nomen, à quo Ieſuati dicti ſunt. Utuntur alba tunica, ſcapulari, & pallio canuſino, unà cum Caputio ejuſdem albi coloris, quod à cervice ligulam, ſive faſciam ad ſcapulas emittit: ſed quod abjecto dicto caputio, quod hactenus ſuper humeros geſtarunt, aliud coloris eorum habitus, eâque formâ, quâ cæteri Mendicantes utuntur, deinceps geſtare valeant, indulſit Urbanus VIII. *conſtit. 31. incip. oneroſa, 16. Novemb. 1624.* Ferè nullus in hac familia Sacris initiabatur, nec in choro recitabantur Horæ Canonicæ ex antiquiſſimo eorum ſtatuto, ſed ad Sacros Ordines promoveri indulſit, & his Sacris initiatis, aquarum diſtillationem prohibuit, & idoneos ac habiles ad horarum recitationem teneri ſtatuit Paulus V. *conſtit. 16. incip. Religioſos*, 18. Febr. 1606. Et quod à locorum Ordinariis approbati poſſint in Parochialibus Eccleſiis domorum Regularium ipſius Congregationis dumtaxat Parochianorum Confeſſiones audire, conceſſit Greg. 15. *conſt. 65. incip. Ex injuncto*, 30. Auguſti 1622. Poſſident per Italiam ad 33. monaſteria, in quibus 600. ferè Religioſi habitare dicuntur. Religio caput unum non habet, gubernatur duplici Viſitatore, Luſciæ uno, Inſubriæ altero: habet Romæ monaſterium ad S. Ioannem, & Paulum. De hoc Ordine agunt Gualter *in tab. chronog. ſæculo 14. pag. 701.* Illeſcas *in hiſtor. Pontif. p. 2. l. 3. 6. p. 6.* Plat. *de bono ſtatu Relig. lib. 2. c. 22.* Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 349.* Hier Roman. *de Republ. Chriſtiana lib. 6. c. 21.* Paulus Morigia ejuſdem Religioſus *in chronica Ieſuatorum, & de origine Religionum lib. 1. c. 38.* Carol. de Tapia *in Auth. Ingreſſi, verb. monaſteria, c. 28. per tot.* Tambur. *d. tom. 2. diſp. 24. q. 4. n. 68.* Carillo *in ſuis annal. chronolog. anno 1367. in fine,* Ioſeph Micheli *en el teſoro de Religiones, fol. 107.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. rub. 13. c. 11. q 8. verſ. Anno partus Virgini,* Suar. *tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. n. 12.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regul. reſol. 123. r. 38.* Feſtum S. Ioannis Columbini celebratur 31. Iulii, in quem etiam diem incidit feſtum S. Ignati de Loyola: Columbinus fundator eſt Ieſuatorum Loyola Ieſuitarum.

S. Brigittæ Ordo inſtitutus ab eadem Sancta ſub regula S. Auguſtini, & conſtitutionibus propriis, quas à Chriſto Domino accepit anno 1368. Pontifice Urbano V. Imperatoribus Occidentis Carolo, Orientis Calo Ioanne. Monaſteria hujus familiæ in multis locis ſunt duplicia, id eſt virorum, & fœminarum, interdicto affectu, & aſpectu murorum ſepto, ne ſit tranſitus ab uno in aliud clauſtrum: eadem utuntur Eccleſia, fœminæ ſuperiori choro, è regione ſacelli majoris: viri inferiori, id eſt eo, qui poſt Altare majus collocatur. Omnibus una imperat Abbatiſſa. Sacerdotum habitus eſt canuſinus cum cruce rubra in pectore, in medio cujus ſit alba hoſtia. Diaconorum ejuſdem coloris cum circulo in pectore ex albo panno, quatuor virtis ſive ligulis intermediis ex rubro: laicorum pileum canuſinum cum cruce alba. Virginum, ſive Monialium velum nigrum, ſuperpoſitâ coronâ eo artificio, ut in ea appareant quinque 143

que

que Christi vulnera: ferunt præterea annulum in digito, ut veræ Christi sponsæ. De hoc Ordine agunt Polydor. Virgil. *de inventor. rerum*, *lib.7.c.4.* Naucler. *vol. 1.genr.46.* Carol.de Tapia *ad Auth.Ingressi verb.monasteria, n.32.* Alphons. de Mendoz *in quodlib. q.1.* Paul.Morigia *in origine Relig.lib. 1. cap.55.* Gualter. *in tab. chronograph. sæc. 14. pag* 699. Sylv. Marul. *in Oceano Relig.lib.5 pag.319.* Gonçales Durantus *in revelat. S. Brigittæ,lib.4.c.49.in notis, & in proœm.ad reg. S. Brigittæ.* Joseph Micheli *en el tesoro de Religiones, fol. 110. verso, in princ.* Festum S. Brigittæ celebratur 7. Octobris.

144 Eremitarum S. Hieronymi per Hispaniam Ordo institutus, seu reformatus sub regula S. Augustini, & patrocinio S Hieronymi, à domno Petro Fernandez nobili Castellano, Petri Regis Castellæ, quem crudelem appellant, intimo quondam & majori cubiculario, anno Domini 1370 Pontifice Urbano V. Imperatore Occidentis Carolo VI. Orientis Calo Joanne. Alii Fundatorem, seu potius Reformatorem faciunt P. Lupum de Olmetto Hispanum, qui Martini V. temporibus quandam regulam ab operibus sancti Hieronymi collectam Fratribus observandam tradiderat, cui etsi Pontifex summus assensit, ejus tamen voluntatem progredi non permiserunt aliqui ex Patribus Hispanis, qui ad hoc Romam venere, quâ de causâ in Italia remansit. Alii Eusebium Cremonensem dicunt hujus instituti Authorem, qui ejusdem B. Hieronimi discipulus fuit, cujus vestigia sequi credunt Monachi B. Mariæ de Guadalupe apud Hispaniam. Alii quemdam Fr. Thomam probatæ sanctitatis virum dicunt, cujus socii ex revelatione Hispaniam venerunt anno Domini 1370. & in quodam deserto in Diœcesi Toletana, *Lupiana* vocato habitarunt. Gregor. XI. approbavit eorum institutum ex regula Eremitarum sancti Augustini desumptum, anno 1375. Caput hujus familiæ est monasterium sancti Bartholomæi dicti loci de Lupiana, ubi Generalis residet, & Prior est: hic singulis tribus annis eligitur, 5. Nonas Maii à Fratribus dicti monasterii & à Diffinitoribus à toto Ordine constitutis confirmatur. Non dividitur hic Ordo, qui Hispaniæ tantùm fines comprehendit, in Provincias. Utuntur monachi tunicâ albâ, scapulari, & capuccio canusino: capuccium strictum est, rotundum eâ parte, quâ caput contegit: pallium item canusinum crispatur, & undulatur ad collum, eoque utuntur, cum foras procedunt. habet hæc familia plura & pulchra monasteria per Hispaniam: in Lusitania celebriora sunt Bethlehemiticum propè Ulyssiponem ad fauces Tagi, Peralonga, Pena, S. Marcus propè Conimbricam, Collegium Conimbricense, Vimaranicum, de Costa, & alia. De hoc Ordine agunt Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana lib. 6. c. 29.* Sylvest. Marul. *in Oceano Relig.lib.3.pag.* 198. Plat. *de bono statu relig. lib. 2. cap.21* Eduard. Nonius de Leaon *in chron. Regis Ferdinandi Lusitani*, Fr. Emman. *quæst. regular.tom.1.quæst.3.art.10.* Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælatar. tom. 1. quæst. 4.art. 1.* Azor. *instit. moral.part.1.lib. 13. cap. 1.quæst. 9. vers. floret in Hispania*, Suar. *tom. 4. de relig. tract. 2. lib.c.5. à numer. 7.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. regul.fol.* 123. *num.17.* Carol.de Tapia *ad d.auth.Ingressi, verb. monasteria, c. 25. à n. 1.usque ad n. 14.* Tambur. *d. tom. 2. disp 27. quæst. 4.nnm. 38.* Venero *en su Enchiridion de los tiempos, fol.* 101.*vers.9. in impress. de anno* 1641. exprofesso Fr. Josephus de Siguença *in chronica hujus Ordinis.* Festum S. Hieronymi celebratur die 30. Septembris.

Clericorum vitæ communis Ordo institutus 145
sub regula sancti Augustini à Gerardo Daventriensi (est Daventria urbs Episcopalis inferioris Germaniæ ad Insulam fluvium sita, atque Trajectensi Archiepiscopo suffraganea) anno 1371. Pontificè, & confirmante Gregorio XI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Joanne. Appellati sunt vitæ communis hujusmodi homines, quòd in commune vivant Apostolorum more, ut videre est *Actor. 1. num. 32.* Cæterùm communia & viris & fœminis fuisse eorum monasteria, adhibitis clatris, & tepagulis, propter honestatem, scribit Crusenius *in monast. Augustiniano, part. 3. cap. 19.* adducens in exemplum Passaviense, Pollingense, Ransdorfense in Bivaria. Item Clericos hos celebres habuisse per Germaniam scholas, ad eruiendam juventutem, scribit Aubert. Miræus *in origine S. Augustini*, *cap. 27.* Obiit Gerardus, quem ob insignes animi dotes & testatam omnibus virtutem ac doctrinam magnum cognominarunt, non anno Domini 1376. ut scribit Miræus *citato loco*, sed post 1384. quo illum vivere testatur Possevin. *in apparatu, verb.Gerardus & Trithemius.* De hoc Ordine agunt Paul. Morigia *de origine Relig. lib.1. c.61.* Sylvest.Marul. *in Oceano Relig.lib. 3. pag.* 197. Tambur. *d. tom.2. disp. 24.c.4.n.82.*

Canonicorum Regularium Gronodael, id est 146
Vallis viridis Ordo, sic dictus ab ipso loco Gronodael in Diœcesi Cameracensi, juxta Scaldim fluvium. De illo agunt Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 1. pag.* 38. Possevin. *in apparatu,verb.Joannes Visbroch, & Ioan. Schonboven*, celebres illius alumni. Gabriel Pennotus *in histor.Tripartita, lib. 2. c. 66. a. 2.* Tambur. *d. disp.24 q.4.n.18.*

Eremitarum sancti Hieronymi per Italiam Ordo 147
institutus, seu potius resuscitatus, sive reformatus à B. Lupo Olmeto, familiæ S. Hieronymi per Hispaniam Monacho, sub regula S. Hieronymi, quam ipse Olmetus decerpsit ex operibus ipsius summi Doctoris; (hæc regula est *tom. 9.* Hieronymi (*anno* 1599. Pontifice Urbano VII. Imperatoribus Occidentis Vinceslao, Orientis Andronico III. Confirmationem supradictæ regulæ, & multa privilegia ad hujus Ordinis favorem obtinuit ipse Olmetus à Martino V. cum quo dum primum Salmanticæ studeret, maximam contraxerat amicitiam, & monasterium S. Alexii Romæ in Monte Aventino adeptus fuit. Hic enim Olmetus, qui Ordinem S. Hieronymi in Hispania reformare cupiebat, cum sui voti compos non fieret, animum in Italiam applicuit. Utuntur Monachi eodem ferè habitu atque Hispani, nec extra Italiam extenduntur, in qua decem & septem tenent monasteria. Reguntur ab uno Generali, cujus administratio triennio finitur, & monasteriorum superiores Priores denominantur, sine ulla ab Hispanis dependentia. Vita dicti Patris Lupi, qui sanctissimè vixit, à P. Donnio de Rubeis placentino ejusdem Congregationis Monacho satis erudito, ac Generalatus munere perfuncto conscripta, & typis mandata fuit. De hoc Ordine agunt Paul. Morigia *in origine relig.lib.1.cap.46.* Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 8. pag.* 366. Carol. de Tapia *d. auth. Ingressi, verb. monasteria, cap.25. num. 15.* Joseph. Micheli *en el tesoro de de Religiones, fol.* 108. *vers.* Azor *inst. moral. p 1. lib.13.c. 11.q 8.vers. frater quidam Petrus*, Suar. *tom.4. de relig. tract.9. lib.2. c. 3. n.6.* Moritur P. Lupus Olmetus Hispanus Romæ, & sepultus

sepultus est in dicta Ecclesia S. Alexii, cum hac inscriptione, quam egomet ex ipsius sepulchro transcripsi: *Hic jacet Reverendus in Christo Pater Lupus Olmetus, natione Hispanus, resuscitator, & reformator Eremitarum S. Hieronymi, ac primus Generalis Præpositus, & obiit die 3. Aprilis 1433.*

148 Eremitarum B. Petri de pisis Ordo institutus est à nobili viro pisano Petro Gambacurta, sub regula S. Augustini, & patrocinio S. Hieronymi, anno 1380. pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. primum hujus Congregationis monasterium, caputque Ordinis est apud Cessenam in territorio Urbani, quod appellant montem bellum, ob loci amœnitatem. Monachi à pio V. professionem faciunt, & ipse eos privilegiis Ordinum mendicantium concessis perfrui voluit *in sua Constit. 125. incip. Religionis*, 30. Martii 1571. Et eorum duos novitiatus Venetiis, & Neapolis erexit, illisque ambitum prohibuit Clemens VIII. *Const. 70. incip. Ordinis*, 4. Septemb. 1600. Utuntur tunica, scapulari, capuccio, pallio canusino: rejiciebant ab humeris vittam, sive ligulam ejusdem coloris, *bechetta* dictam, quam subtus pallium gerebant, cùm irent foras: sed jam deposuerunt, nec ad præsens portant: ferè nullum habent monasterium extra Marchiam Anconitanam, & Trivisanam. Sunt Romæ ad S. Honuphrium in Regione Burgi. De hoc Ordine agunt Paul. Morigia *in origine Relig. lib. 1. c. 31.* Sylvest. Marul. *in Oceano Religionum, lib. 5. pag. 345.* Carol. de Tapia *in auth. Ingressi verb. Monasteria, c. 25. num. 17. cum seq.* Tambur. *d. tom. 2. d. 24. q. 4. n. 40.* Fr. Emm. *qq. Reg. tom. 1. q. 3. art. 9.* Azor *instit. mor. p. 1. lib. 13. c. 11. q. 7. vers. anno salutis.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. c. 5. n. 12. circa fin.* Hier. Roder. *in compendio quæst. Regul. tesol. 123. numer. 16.* ubi dicit hanc Congregationem ex institutione sua non fuisse veram Religionem, quia nec vota substantialia in ea fiebant, nec regula aliqua approbata servabatur.

149 Canonicorum Regularium Uvindesemensium Ordo, sic dictus à prædio *Uvindesheim*, tertio à Daventia Germaniæ inferioris Urbe lapide, ad Isulam fluvium sita collocato prope Zuvollam Trajectensis Diœcesis, ubi erectum adest Monasterium ejusdem nominis sub invocatione B. Virginis Mariæ, à Gerardo Magno, & Joanne Busebrone ædificatum anno 1387. ortus est Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Addidêre se brevi temporis spatio huic Monasterio Congr. Uvindesemensis capiti, in sola Germania inferioris, ac tractu Rhenano centum viginti virorum monasteria, fœminarum 30. plura horum numerat Aubert. Miræus *in origine Canon. Reg. c. 13.* & nonnulla narrat Gabr. Penn. *in hist. tripartita, lib. 2. c. 62. cum tribus seqq.* & Tambur. *d. tom. 2. disp. 25. q. 5. n. 24.* Cæterùm scribit Crussen. *in monastico Augustiniano, p. 3. n. 24.* se auctoritate Sedis Apost. (est Crussenius Familiæ Eremiticæ Augustinianæ alumnus, vir muneribus, & litteraturâ in Ordine satis notus, vivebat anno 1628) anno 1622. interfuisse Capitulo generali hujus familiæ. Teugris Congregato, ac ibi vix numerasse viginti priores, ex quibus nonnulli solum titulum gerebant: addit hos disciplinæ regularis valde esse observantes.

S. Hieronymi in Fesulis Ordo, sic dictus quòd Fesulis nobili quondam Tuschiæ Urbe, cujus nunc vestigia vix extant, non longè à Florentia, incœperit, institutus est à Carolo Romena Comite montis granelli (oppidum est ad radices Apennini, quinque leucis distans à Cessena) sub regula S. Augustini anno 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. hujus Congregationis regularem vitam approbavit Innocentius VII. & ad Religionem recipi posse decrevit Gregorius XII. Eum iterum approbavit sub regula S. Augustini, maltâque circa Capitulum generale, & prælatorum electiones edixit Eugenius IV. *Constit. 21. incip. Super gregem*, 7. Kal. Augusti 1441. Utuntur ejusdem Monachi habitu griseo, pallio ad collum rugato. Sunt Romæ ad SS. Vincentium & Anastasium, paro-chiam Pontificiam prope Dataviam, in regione Trivij. Italiam non egrediuntur, ubi numerant conventus LXII. Regitur hæc Congregatio ab uno Generali, qui primùm eligebatur ad biennium, nunc verò ex concessione Gregorij XIII. ad triennium eligitur. De hoc Ordine agunt Polydor. Virgil. *de invent. rerum libro 7. c. 3.* Gualter. *in tabul. chronographic. sæculo 15. pagina 717.* Silvest. Marul. *in Oceano relig. lib. 3. pag. 417.* Paul. Morigia *in orig. Relig. lib. 1. c. 42.* Carol. de Tapia *ad d. auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 25. n. 21. cum seqq.* Tamb. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. num. 72.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol. 107.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 13. c. 11. q. 8. vers. anno Domini* 1406. Roman. Ugolin. hujus Congregationis alumnus *in chronic. Conventus S. Mariæ Gratiarum Brixiæ*, Pater Magister Carolus Binonius *in chronicis Religionis adhuc non impressis.* Caroli corpus Venetiis in monasterio S. Mariæ de Gratia honorificè colitur, caput verò in monasterio Fesulano, cùm adhuc in albo Sanctorum adscriptus non sit.

Canonicorum Regularium Frigionariæ Ordo, 150
sic dictus à Monasterio S. Mariæ in sylva Frigionaria (sunt frigiones aves quædam in Italia) cui multitudo frigionum illuc se recipientium nomen indidit, non longè à Luca; institutus est à p. domno Bartholomæo ex nobilissima Columnensium Familia, & à patre Jacobo de Avogrado Bononiensi Doctore emerito, Familiæ prædicatorum quondam Religioso laico anno 1406. pontifice Greg. XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronicio III. Collocata est hæc familia ab Eugenio IV. in Ecclesia S. Joannis Lateranensis in Urbe, jussaque est à Frigionaria dici Lateranensis, cum Lateranensium Canonicorum fuerit reformatrix; quod nomen adhuc retinet: utitur eodem habitu, quo Canonici Lateranenses, de quibus *supra*. Sunt Romæ ad S. Mariam de pace in regione pontis. De hoc Ordine agunt paul. Morigia *in orig. Relig. lib. 1. cap. 8.* Silv. Marul. *in Oceano relig. lib. 1. pag. 4.* Fr. Emm. *qq. regul. tom. 1. q. 3. art. 3.* Gabr. Pennot. *in histor. tripartita, lib. 3. c. 8. per tot.* ubi quod habet multa præclara per Italiam monasteria. Azor. *institut. Moral. p. 1. lib. 12. c. 22. q. 3. vers. anno Item,* Tamb. *d. tom. 2. dispur. 24. q. 4. n. 27.*

Canonicorum Regularium sancti Salvatoris 151
Ordo, sic dictus à primo Monasterio, quod habuit sub oraculo Salvatoris in Sylva Lacus, non longè à Senis, institutus est à Fratre Stephano Eremita S. Augustini anno 1408. Pontifice Gregor. XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Appellatur nonnunquam hæc Congregatio Scopetina, à Monasterio, quod initio institutionis habuit prope muros Florentiæ sub nomine S. Donati Episcopi Fesulani. Eum confirmavit, habitum præscripsit, indulta Fratrum Eremitarum sancti Augustini, & aliorum Canonicorum Regularium concessit Gregor. XII. *const. 2. incip. Excitat.* Nonis

April. 1407. Sunt verè Canonici Regulares, Calixtus II. *Const. 2. incip. Sacra, 16.* Kal. Junij 1456. Eorum Ordinem ingredi possunt etiam qui arctiorem Religionem voverunt. Julius II. *Constit. 30. incip. Inter. 4.* Non. Aprilis 1512. in Sactis constituti habent vocem activam & passivam. Pius V. *Const. 141. incip. Inter caeteras, 7.* Septembris 1571. Capitulum generale singulis triennijs, & dietam quolibet anno celebrant. Sixtus V. *Const. 98. incip. Ex varietate, 23. Augusti* 1589. Illis ambitum interdixit Paul V. *Const. 15. incip. Quoniam 22.* Septembr. 1602. Utuntur Canonici S. Salvatoris eisdem vestibus atque Canonici Lateranenses, praeterquam quod patientiam portant, & pallium nigrum deferunt, cùm foras procedunt: possident ad quadraginta Monasteria per Italiam, quam non egrediuntur. Generalis triennium non excedit. Fuit illis per Sacram Rituum Congreg. concessum, ut qui hocusque usi sunt birreto albo, possint eodem modo in posterum uti nigro, sub die 26. Septemb. 1610. Sunt Romae apud S. Petrum ad Vincula. De hoc Ordine agunt Gualter. *in tab. chronog. sac. 15. anno 1408. pag. 717.* Paul. Morigia *in orig. Relig. lib. 1. c. 40.* Sylvest. Matul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 322.* Carol. Tapia *in auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 27. per tot.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 30.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones. fol. 107. verso.* Cæsar Franciotti *de Sanctis Urbis Luca, in Ecclesia S. Maria foris portæ, pag. 565. & 590.* Polidor. Virgil. *de invent. rerum lib. 7. c. 3.* Fr. Emm. *qq. Regul. tom. 1. p. 3. art. 3.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 12. c. 22. q. 3. vers. anno Christi*, novissimè M. Th. de Herrera *in alphabeto Augustiniano, lit. S. verb. Stephanus, pag. 590. tom. 2.* De Stephano fundatore agunt Joseph. Mezzagninus *in narratione rerum gestarum Canonicorum Regular. lib. 5. fol. 7.* Paul. Morigia *in summario chronologico, pag. 182.* Silvan. Razzi *Camaldulensis in vitis Sanctorum Tusciæ, in vita B. Stephani Senensis, pag. 622.*

153 Canonicorum Regularium S. Gregorij in Alga Ordo sic dictus ab Alga, sive Alega, parva Insula distante duobus milliaribus à Venetiis, quia ibi situm est primum hujus familiæ Monasterium sub nomine S. Gregorij, institutus est à D. Antonio Coratio Bononiensi, & Episcopo Ostiensi anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Dicuntur etiam hujus familiæ Canonici cærulei, ab habitu cæruleo, quem gerunt. Professionem emittunt à Pontificatu Pij V. habent tredecim principalia per Italiam domicilia, aliqua per Siciliam. Hunc Ordinem approbavit, statuta, vivendique formam præscripsit Gregorius XII. *Const. 1. incip. Illis, 5. Kalend. Julij* 1406. Privilegia & gratias confirmavit Pius V. *Const. 92. incip. Ex incumbenti, 3.* Id. Decembris 1569. Præcedunt ejus Canonici Regularibus Congregationis Lateranensis. Idem Pius V. *const. 127. incip. Cum alias, 11.* Kalend. Junij 1573. Quomodo dispensati sint circa proprietatem, edixit Sixtus V. *constit. 63. incip. Circumspecta, 5. Septembris* 1587. Et admittuntur per Datariam ad Parochiales Ecclesias eis resignatas. S. Congr. Conc. *in Veronensi, 17. Novembris* 1629. Sunt Romæ ad S. Salvatorem in Lauro. De hoc Ordine agunt Gualter. *in tab. chronograph. sæculo 13. anno 1304. pag. 717.* Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 6. cap. 30.* Paul. Morigia *de orig. relig. lib. 1. cap. 44.* Sylvest. Matul. *in Oceano relig. lib. 5. pag. 337.* Carol. Tapia *in d. auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 4.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 24. q. 3. n. 32.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol. 107.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 22. q. 3.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. regular. resol. 123. num. 24.* Sunt & in nostra Lusitania alii Canonici cærulei (quos vulgus appellat S. Eligii Fratres) obi plura & amplissima obtinent Monasteria, sed quæ independentia sunt ab Italis: cœperunt à quodam Joanne Ulissiponensi Medico, & postea Episcopo Lamecensi de anno 1425. tempore Joannis I. Regis portugalliæ: de illis multa tradunt Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 3. art. 1.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. c. 9. n. 4.* Hieron. Roderic. *d. resol. 123. n. 24.* illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in historia Episcop. Portugallens. p. 2. c. 27.* & latiùs *in historia Ecclesiastica Archiepiscop. Bracharens. p. 2. c. 55. num. 3. cum seqq.*

S. Ambrosii ad nemus Ordo, sic dictus, quòd 154
sub invocatione S. Ambrosii erectum sit Mediolani primum ejus domicilium in loco extra muros, ubi tempore S. Ambrosii nemus erat, in quod ipse aliquando se recipere solebat, ut negotia fugeret, & contemplationi divinæ vacaret, retinetque adhuc locus nemoris S. Ambrosii nomen, vulgò *al nemo*, institutus est à tribus nobilibus Mediolanensibus sub regula S. Augustini, Alexandro Crivello, Albergo Besoso, Antonino pessundante, aliter Antonio petra Sancta, anno 1431. pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Sigismundo, Orientis Joanne Paleologo. Utuntur Monachi tunicâ, scapulari & pallio canusino cum corrigia cornu sibulata: officium Ambrosianum recitare possunt, & ad Religionem arctiorem transire valent, Gregor. XI. *Constit. 9. incip. Cupientibus, 3.* Kalend. Decembris 1375. Sub una Congregatione redacti fuerunt per Eugenium IV. *Constit. 22. incip. Regimini, 4.* Nonas Octobr. 1441. Et posteà cum Fratribus S. Barnabæ provinciæ Marchiæ, & Januæ in unam Congregationem uniti fuerunt à Sixto V. quam unionem approbavit, & confirmavit paulus V. *Const. 13. incip. Pastoralis, 21.* Januarii 1606. Habent nonnulla domicilia per Italiam, extra illam non effunduntur, subduntur Generali per triennium, eo elapso creatur alius in Capitulo generali, quod singulis quibusque triennijs celebratur Mediolani. Sunt Romæ ad S. Clementem in regione Montium. De hoc Ordine agunt Gualter. *in tabula chronograph. sæculo 15. anno 1433. pag. 719.* Paul Morogia *in orig. Relig. lib. 1. c. 45.* Silvest. Matul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 70.* Pancirol. *in thesauro, in regione Montium, Ecclesia 23. pag. 189.* Petr. Justanus *in vita S. Caroli Cardinalis, lib. 5. c. 11.* Carol. de Tapia *in auth. Ingressi, verb. Monasteria, cap. 29.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 70.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones. fol. 108. verso.*

Fratrum Apostolorum Ordo sic dictus est, quod 155
à sancto Barnaba Apostolo credatur primùm institutus, verùm cum Eremiticè ac penè liberè per agros viverent ejus alumni ad pontificatum usque Innocentii VIII. ab eo vivendi modo in communibus domiciliis recludi, obligari votis, ac habitum certum gestare cœperunt anno 1464. Imperatoribus Occidentis Federico III. Tyranno Orientis Bajazeto, Servant regulam Sancti Augustini, utuntur habitu canusino, nimirum tunicâ, scapulari, capuccio assuto, corrigiâ cornu fibulatâ: pallio vix utuntur, nisi pluvioso tempore, ejusdem coloris cum reliquo habitu ea forma quâ fieri solet pallium, quo Religiosi Observantiæ S. Francisci amiciuntur; rara habent

per

per Italiam Monaſteria, extra illam nulla, ibi dicuntur vulgo *Fratri Apoſtolini*. De his agunt Paul. Morig. *de orig. Relig. lib.* 1. *c.* 51. Syly. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 1. *pag.* 37. Carol. de Tapia *in auth. Ingreſſi, verb. Monaſteria, c.* 30. Tamb. 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *n.* 71. Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 108. *vers.* Alexander VI. *Conſtit.* 3. *incip. Pia vita*, 7. *Id. Ianuarii* 1496.

156 Canonicorum Regularium S. Petri de Monte Corbulo Ordo, ſic dictus à primo ejus Monaſterio ſub patrocinio S. Petri in Monte Corbulo in Archiepiſcopatu Florentino, duodecimo à Senis lapide ædificato, ſub Pontificatu Julii II. intra annum 1503. & 1512. quo ipſe duravit, inſtitutus eſt à quodam Petro Reguriſi, vel Mediolanenſi Monacho Carthuſiano: ferunt habitum Canonicorum à principio fuiſſe canuſini coloris, nimirum tunicam, rochetum, & capuccium, ſive almuciam, ſed ann. 1521. mutatum eſſe in nigrum. Amant hi maximè ſolitudinem, ſectantur Hoſpitalitatem, rigidè ſecum agunt, ac labore manuum vivunt. De hoc Ordine agunt Trullus *de Canon Regul. lib.* 10. *c.* 10. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 21. *q.* 3. *vers. & eſt alia Congr.* Gabr. Pennot. *in tripart. hiſtoria, lib.* 2. *c.* 54. *n.* 5. Tamb. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *n.* 28.

157 Clericorum boni Jesu Ravennatis Ordo inſtitutus Ravennis à quadam virgine Margarita nomine, miniſterio duorum Sacerdotum ejuſdem Urbis, domini Leonis, & domini Hieronymi, quibus primò regulam ſuam contulit, ipſi deinde aliis anno 1504. vel 1508. Pontifice Julio II. Imperatore Occidentis Maximiliano I. Orientis tytnno Bajazeto. Eſt familia Clericorum Regularium, utitur habitu ſimili Patribus Societatis Jesu, ſed pileo ubique rotundo: ejus præcipuum domicilium Ravennæ, nullum extra Italiam, in ea non multa habent. Priorem Generalem eligunt ad annum, deinde ſi rectè ſe gerat in munere, confirmatur in ſequentem, & ſic deinceps. De hoc Ordine agunt Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 398 Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingreſſi, verb. Monaſteria, c.* 5. ubi *n.* 3. quod Pio IV. Pont. Max. concedente ſolemnia emittunt Religionis vota, Tamb. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *n.* 85. Ioſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 111. *verſ.* Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. *q.* 8. *prope fin verſ. præter Canonicos*, Jacobus Morandius Carthuſ. *in* 7. *tom. addit ad Surium, die* 24. *Ianu.* quo celebratur feſtum B. Margaritæ.

158 Clericorum Regularium Theatinorum Ordo inſtitutus eſt anno 1524. ſub regula S. Auguſtini, à Joanne Petro Caraffa Neapolitano Archiepiſcopo Theatino, poſtea ſummo Pont. Paulo IV. unde ejus Clerici dicti Theatini, Pontifice Clem. VIII. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano. Primùm cœpit hæc Congreg. in Eccleſia S. Sylveſtri in monte Quirinali Urbis, ob cujus invaſionem Duce Borbonio, fugit Venetias anno 1532. Rediitque Romam anno 1560. Profitetur hæc familia tum in communi, tum in particulari extremam paupertatem, nec Eleemoſynas oſtiatim petit, ſed vivit tantùm ex ſponte oblatis, & legatis ſibi à Fidelibus. Utuntur Religioſi habitu clericali, & in caligis tantùm & tunica eſt differentia à Patribus Societatis Jesu, cum Theatini caligas portent albas, & tunicam à fronte reſeratam: hinc Jeſuitæ per Hiſpaniam Theatini appellantur. Suæ Congregationis approbationem obtinuerunt, ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recepti, ab omnium ſuperioritate exempti: tria vota ſubſtantialia emittunt, atque gaudent privilegiis omnibus conceſſis Canonicis Lateranenſibus. Clemens VII. *Conſtit.* 11. *incip. Expoſui*, 24. Junii 1524. apud. Laert. Cherub. *tom.* 1. *pagina* 575. & *Conſt.* 38. *incip. Dudum*, de anno 1533. apud eundem *d. tom.* 1. *pagina* 605. & quod intrantes hunc Ordinem votum intrandi Religionem impleviſſe dicantur. Gaudent etiam privilegiis omnibus conceſſis Clericis de Somaſcha, & Presbyteris Societatis Jesu, & ad proceſſiones accedere non coguntur. Pius V. *conſt.* 31. *incip. Ad immarceſcibilem*, *Ibid.* Februarii 1567. in tantum ut ita dicat Novar. *cons. unic. de conſec. Eccles. ad fin. Præfata Congregatio habet plurima, & grandiſſima privilegia, quæ vix credidiſſem niſi ea legiſſem, quod certè magna cum voluptate feci.* Per Italiam habent domicilia 36. eaque religioſiſſimis & doctiſſimis viris plena, nulla ferè extra illam: habene Generalem Præpoſitum ad triennium. Sunt Romæ ad S. Andream de Valle, & ad Sanctum Sylveſtrum in monte Quirinali. De hoc Ordine vide Gualter. *in tab. chronograph. ſæculo* 16. *pag.* 557. Paul. Morigia *in orig. Relig. lib.* 1. *c.* 76. Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 4. *p.* 368. Hieron. Roman. *in Repub. Chriſtiana, lib.* 6. *cap.* 32. Carol. Tapia *in d. auth. ingreſſi, verb. Monaſteria, cap.* 7. *per tot.* Tambur. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *n* 83. Lezana *in ſum. qq. Reg. tom.* 2. *c.* 4. *n.* 19. Carrillo *in annalib. chronolog. de anno* 1630. Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 111. *verſ.* Flavius Cherubin. *in compendio Bullarii, ad Conſt.* 38. *Clementis VIII.* Anton. Carracciol. hujus Congr. in libro, quem edidit *de vita Pauli IV.* Joan Per. Juſ. *in vita S. Caroli, lib.* 2. *c.* 19. Fr. Emm. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 14. Azor. *inſt. moral. par.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. *q.* 8. Hieron. Roder. *in compendio qq. Reg. res.* 123. *n.* 21. ex profeſſo Bapt. de Tuffo *in chron. hujus Rel.* Bapt. Caſtal. *in vita B. Cajetani Tieni, ejuſdem familiæ alumni.*

Clericorum Regularium S. Pauli decollati Or- 158
do ſic dictus, quòd S. Paulum præcipuè elegerit in patronum, inſtitutus eſt à tribus nobilibus Mediolanenſibus, Jacobo, Antonio Morigia, Antonio Maria Zacharia, Bartholomæo Ferrario. anno 1526. Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. Alii tres ſocii fuerunt cum illis, Jacobus Antonius Morigia, Franciſcus Leucus, & Baptiſta Soreſius. Dicuntur Ordinis Religioſi vulgò Barnabitæ, à domo S. Barnabæ Apoſtoli, quam primam Mediolani habuerunt: utuntur eo habitu, quo Patres Societatis Jesu, tantùm ferunt collaria ex lino, vel ex byſſo: approbati fuerunt à Clemente VII. *Conſt.* 37. *incip. Votis*, 18. Februar. 1533. Emittunt tria vota ſubſtantialia, ſunt ſub protectione Sedis Apoſtol. Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrant, alios ad religionem recipiunt, eligunt unum Præfectum Generalem ad triennium, gaudent privilegiis Canonicorum Regularium Lateranenſium Paul. III. *Conſt.* 5. *incip. Dudum.* 8. Kalend. Auguſti 1535. Ad quemvis alium Ordinem, præter Carthuſianum, cujuſcunque indulti vigore abſque licentia Præpoſiti Generalis tranſire prohibentur. Gregorius XIII. *conſt.* 48. *incip. In ſpecula*, Idib. Septembris 1577. Non coguntur accedere ad proceſſiones. Sixtus V. *conſtitutione*, 5. *incip. Rationi congruit.* Kal. Maii 1585. Ubique nova Monaſteria de ſola Ordinariorum licentia erigere poſſunt, Paulus V. Conſtitutione 64. quæ incipit, *Eccleſiaſtico*, 8. Maii 1610. ſed hujuſmodi licentias, quæ nondum effectum ſunt ſortitæ, revocavit

Urb. VIII. *Const. 5. incip. Romanus Pontifex*, 28. Augusti. 1624. Habent Provincias tres in Italia, Mediolanensem scilicet, Romanam, & Pedemontanã, præterea in Gallia, & Germania aliquot Collegia. Domus eorum sunt numero quinquaginta. Floruit hæc Congregatio eruditissimis, & pijssimis Viris, & dignissimis, quos summi Pontifices in Episcoporum lumina honoris provectione promoverent, quæ S. Carolum Borromæum Archiepiscopum Mediolanensem suum singularem benefactorem, veluti parentem, ac protectorem optimum colit & veneratur. Habet Romæ collegium ad S. Paulum in platea Columnæ, & Monasterium ad S. Carolum in Catinariis, in regione Regulæ. Ex fundatoribus Jacobus Anton. Morigia in catalogo Beatorum Medionensium Venetiis edito, multo ab hinc annis repositus est, cùm à morte statim beatus dici ab omnibus meruerit: Antonium verò Zachariam, ut in vita sanctum, ita post mortem miraculorum gloriâ illustrem, Angelicarum Virginum ab eodem institutarum annales testantur. De hoc Ordine agunt August. Tornellius *tom. 1. sacrorum annalium ab Orbe condito*, Carolus à Basilica S. Petri, primùm hujus Congreg. Clericus, posteà Novatiæ Episcopus, *in sua Novaria*, Christoph. Giarda ejusdem Congr. in libello, qui inscribitur *Apis Religiosa*: Paul. Morigia *in origine Relig. lib. 1. c. 66.* Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 399.* Joan. Petrus Jussanus *in vita S. Caroli, lib. 5. c. 11.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 13. c. 11. p. 8. vers. anno 1516.* Carol. Tapia *in d. auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 3.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 14. q. 4. n. 84.* Lezana *in qq. Reg. t. 2. c. 4. n. 22.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Relig. fol. 111. verso.* Flav. Cher. *in compendio Bull. ad Bull. 37. Clem. VII.*

160 Clericorum Regularium Somaschæ humilem Congregationem Pater Hieronymus Æmilianus patritius Venetus, in Dei Ecclesia divino afflante numine strenuam, quæ Christo militaret, veluti aciem excitavit anno salutis humanæ 1613. Pontificis Clem. VII. Imperatore Occidentis Carolo, tyranno Orientis Solymanno. Huic à Somascha exiguo pago, ubi primùm illius fundamenta sunt jacta, nomen est, cujus pagi Somaschensis descriptio, & æris temperies habetur apud Augustinum Turturam *in vita Hieronymi Æmiliani lib. 3. cap. 2.* Huic familiæ adhuc non professæ Paulus III. concessit facultatem eligendi Superiorem, sive Ecclesiasticum, sive sæcularem ex iis, qui hospitalibus & orphanotrophiis institutis inserviunt, & statuendi decreta, prout locorum opportunitas postulabit: recitandi divini Officij eorumdem hospitalium Sacerdotibus facultatem dedit, & Confessiones audiendi, ut *in Constit. incip. Ex injuncto*, pridie Non. Junij 1540. Postmodùm Joannes Petr. Caraffa Card. Theatinus univit Theatinorum Congregationem cum hac Somaschensi, ut piorum operum curam suscipiat, eaque omnia pietatis munia peragat, quæ Somaschensi in virtute sanctæ obedientiæ percipiuntur, ut in suis litteris sub Dat. Romæ in proprijs ædibus, 8. Novembr. 1586. Sed ipse ad summum Pontificatum assumptus, & Paulus IV. dictus, Theatinorum Congregationem à Somaschensi separavit, & pristinum solum institutum servare coegit, ut in ejus *Const. incip. Aliquot ab hinc annis*, die 23. Novemb. 1555. Cùm autem fructuosis Christi Domini Ecclesiæ incrementis hæc Congregatio adolescere cœpisset, eam Sanctissimus Pontifex Pius V. in Religionum numerum coopravit, & sub regula S. Aug. reposuit, concedens facultatem emittendi tria solennia vota, & nomen Congregationi imposuit, videlicet Clericorum Regularium S. Majoli Papiæ, seu Somaschæ, ut *in ejus Const. incip. Injunctum*, 8. III. Decemb. 1568. tunc consequens annus 1569. nuncupatis à primis patribus solemni ritu professionis votis 3. Kalend. Maij S. Petro Martyri, & Catharinæ Sen. ensi sacro die, Deo bonorum omnium Auctore fœlicìter annuente, fœlix, ac faustus natalis illuxit Congregationi. Idem Pius V. *alia Const. incip. Romanus Pontifex 5.* Januar. 1567. concedit, ut præpositus Generalis residere Papiæ minimè teneatur, sed loca Congregationis perlustret, & ubi opportunum videbitur, immoretur, Benedicendi corporalia, & alia Ecclesiastica indumenta eidem præposito Congregationis, & cæteris Rectoribus Sacerdotibus licentiam impartitur, excepto si Unctio adhibenda sit. Sixtus V. exemit bona Congregationis, & omnia ad ipsam pertinentia ab omni jurisdictione, & locorum Ordinariorum potestate: concessit Sacerdotibus ejusdem Congregationis facultatem celebrandi in alienis Ecclesiis, audiendi Confessiones quorumcunque Fidelium, & S. Eucharistiæ Sacramentum ministrandi, excepto die paschalis, & ut non possint cogi ad funera, aut ad præstandum personale officium majoribus Ecclesiis, neque etiã ab Episcopis, & ut non possint professi Congregationis ad altam Religionem transmeare, etiam arctiorem, sine Superioris licentia, exceptis tribus; secus facientes apostasiæ pœnis mulctantur; & denique, ut possint professionis die à delecto sibi Confessario ab omnibus casibus etiam Bullæ in Cœna Domini absolvi, & à quacunque irregularitate, excepta bigamiæ, & homicidij voluntarij, ut *in ejus Const. incip. Æquum reputamus*, Kal. Maij 1585. Idem Clem. VIII. omnia privilegia, Constitutiones & statuta approbavit, & facultatem concessit dispensandi super defectu natalium ad omnes Ordines suscipiendos, ad quamcunque Congregationis administrationem, & dignitatem suscipiendam, & ut possint visitatores Congregationis, orphanotrophia, & loca puerorum, & puellarum eorum curæ subjecta, ut libuerit, invisere, etiam non obtentâ à Gubernatoribus rerum temporalium licentia, & impedientes anathemate multantur, ut *in ejus Const. incip. Decet*, 1. Octobr. 1594. paulus V. privilegia, & Constitutiones confirmavit, & concessit, ut quocunque anni tempore de consensu Capituli collegialis recipiantur novitij in Domibus, vel Collegiis à Capitulo generali destinatis, utque in Congregationis Ecclesiis omniũ Christi fidelium cadavera sine præjudicio parochorũ sepulturæ mandentur, & suæ curæ commissis Sacramentum Extremæ Unctionis administrare, & Conservatorem deligere eidẽ Congregationis licentia conceditur, ut *in ejus Const. incip. Cum ad utilitatem*, 9. Id. Mart. 1605. Idem paul. V. omnia Mendicantium Ordinibus concessa ad Somaschensem Congr. extendit, eidemque communicavit in alia sua *Constitutione incip. Ex quo*, 9. Novemb. 1607. Idem concessit facultatẽ humandi cadavera decedentium in Academiis, Collegiis, Orphanotrophiis, Seminarijs Congr. eorum curæ commissis, in ejusdem Congr. Ecclesijs, ut *in ejus Const. incip. Exponi*, die 27. Octobr. 1614. *Peculiari Somaschensium Religiosorum hujusmodi Constitutione jubetur, ne ullus ex ejusdem Congreg. Patribus absque eorum Superiorum facultate possit propria peccata ritè confiteri alicui Sacerdoti, qui sit extra eorundem Patrum numerum, ac professionem, quo fit ut privilegium hoc, commodumque spirituale quo*

sui dici

subditi gaudent, superioribus à prædicta Constitutione denegatum sit, atque ita eorum Confessiones irritæ evadant, quod facultatem ejusmodi sibi ipsis concedere nequeant; Ne igitur hujusce commodi superiores experties sint, hoc decreto sanxerunt Eminentissimi Patres negotiis Regularium præfecti, ut superiores (graduum ordine servato) sibi invicem hanc facultatem impertiri possint: hoc est, locorum Præsides à Provincialibus, seu Visitatoribus hanc impetrare poterunt facultatem; Provinciales verò seu visitatores, generalisque procurator à totius Religionis Generali Præposito, qui tandem Generalis Præpositus ab eo Patrum numero, qui congregationem generalem repræsentant, eandem obtinere debebit facultatem. Quæ omnia ita intelligenda sunt, non propterea obligentur iidem Patres Superiores ad hanc facultatem petendam toties quoties eâ nominatim indiguerint, sed sufficit eam semel petere, cùm onera sibi injuncta aggredientur, eaque generatim uti poterunt, quousque munera iis imposita absolverint. Interea hac facultate is, qui nunc Præpositi generalis munere fungitur, perfruitur. Romæ die 13. Junii 1638.

Vtuntur hujus Congr. Clerici habitu per omnia simili habitui Societatis Iesv. Habent quatuor Provincias, Romanam scilicet, Venetam, Mediolanensem, Gallicam, & Præpositum Generalem ad triennium. Sunt Romæ ad S. Blasium in monte Citoro. De hoc Ordine agunt Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 1. c. 67.* Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 394.* Andreas Stellas, & Augustinus Turtura *de vita Hieronymi Æmiliani Congregationis Somaschæ fundatoris*, Carol. Tapia *in Auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 9.* Tarbur. *d. tom 2, disp. 24. q. 4. n. 86.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 4. n. 23.* Ioseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol 112. verso* Obiit Somaschæ 1537. ætatis suæ 56. sexto Id. Februarii.

161 Fratrum Hospitalitatis, & infirmis servientium Beati Ioannis Dei Lusitani Ordo ab eodem institutus est sub regula S. Augustini anno 1538. Pontifice Paulo III. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymanno. Confirmavit imprimis Congregationem Pius V. *const. 143. incip. Licèt ex debito.* de anno 1572. apud Laërt. Cherubin. *tom. 2. pag. 353.* qui dat illis regulam sancti Augustini, habitum panni *Sayal* nuncupati, cum scapulari usque ad genua concedit, cum facultate colligendi eleemosynas pro subventione infirmorum in Hospitali degentium: Ordinario de administratione Hospitalium rationem reddendam esse præcipit, & ejus correctioni eos supponit. Sixtus Quintus eosdem in unam Congregationem Joannis Dei nuncupandam univit, Capitulumque Generale in Urbe cogendi, Provinciasque distinguendi, ac unum Generalem eligendi auctoritatem tribuit. Et Clemens VIII. *const. 44. incip. Romani Pont. de anno* 1596. apud Laërt. Cherubin. *tom. 3. pag. 59.* facultatem emittendi professionem, & suscipiendi sacros Ordines concedit, & exemptionem à jurisdictione Ordinariorum confirmat, & votum inserviendi Hospitalibus sub obedientia Ordinariorum emitti indulget, Majorisque electionem, & munus præfinit. Paulus V. *const. 55. incip. Inter alias*, de anno 1609. apud Laërt. Cherub. *tom. 3. pag. 244.* concedit ut unus ex Fratribus pro unaquaque domo ad sacros Ordines promoveatur, nullum tamen ab eo officium exercere decernit, & è Congregatione pulsum ob demerita à sacrorum Ordinum exercitio suspendit. Idem Pontifex *const. 69 incip. Romanus Pontifex.* de anno 1611. apud Laërt. Cherub. *tom. 3. pag. 261.* declarat, & indulget, ut in Hispaniis Fratres hujusmodi tria vota substantialia cum quarto de juvandis infirmis emittere valeant, & sic professos veros esse Religiosos. Eos autem ad habitum, & professionem, qui pro numero infirmorum necessarii sunt, admitti præcipit. In singulis Hospitalibus duos Fratres Presbyteros ad Sacramentorum administrationem permittit. Omnes Ordinariorum jurisdictioni, & correctioni supponit. Et si cessaret hospitalitas, illorum locorum administrationem ad Ordinarios spectare decrevit. Et durante hospitalitate quotannis locorum Ordinariis rationem reddere jubet novissimè S.D.N. Urb. VIII. *in sua const. incip. Cū sicut*, 9. Jul. 1638. & declarat, & decernit quod hospitalia, seu conventus hujus Ordinis, in quibus duodecim Religiosi non existunt, non comprehendantur decreto à sanctitate sua edito, subiiciente hujusmodi Conventus omnimodæ jurisdictioni Ordinariorum loci. Et idem Urban. VIII. per suas litteras in forma Brevis incipientis *Circumspecta*, sub dat. Romæ anno 1628. statuit, quod in qualibet Domo Regulari duo ad sacros etiam Presbyteratûs Ordines promoveantur pro Sacramentorum administratione necessaria, cū priùs decem annos professionis in hac Cōgregatione peregerint, & ab Examinatoribus synodalibus non solum ad Ordines prædictos, verùm etiā ad sacras Confessiones audiendas examinati, & idonei reperti fuerint. ac de Fratris Majoris, & diffinitorū consensu ad prædictum effectum duntaxat præstando. Et postea per alias litteras similes, incipientes *Alias felicis record.* sub dat. 15. Jun. ejusdem anni, declaravit Confratres sacerdotes ad dignitates, & Officia in Congr. obtinenda inhabiles esse, impositā pœnā contra eligentes, & electos. *Et sacra Congr. Reg. negotiis præposita censuit, Fratres hujus Ordinis habendos esse pro veris Religiosis, proindeque locorum ordinarios volentes procedere contra aliquem illorum intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut populo scandalo sit, teneri observare formam decreti sanctæ mem. Clem. VIII. hac de re editi, prout eadem sacra Congr. tenore præsentium mandat inviolabiliter observari. Romæ 2. Oct. 1537.* refert Laurent. de Peyrinis *de privil. Reg. tom. 3. in fine, ubi de verbis non ff. sacra Congr. decreto 11. pag. 568.* Vocantur per Italiam *fate bene fratelli* quòd his vocibus uti soleant in colligendis eleemosynis. *Proposita ab Illustrissimis Dillino, & Veralio, ac à S. Congr. diligenter examinata controversiæ inter Fratres Ordinis Minor. Observantiæ S. Francisci, necnon Fratres hujus Relig. B. Ioannis Dei Hispaniæ, & Indiarum, super colore, & forma habitus exorta, & super observatione transactionis inter eos occasione præmissorum initæ, Illustrissimi ejusdem S. Congr. Patres à Fratribus Relig. Beati Joannis Dei per civitates, & oppida pallium non esse deferendum, sed in itinere duntaxat ipsos eodem pallio cum pileo nigro uti posse consuerunt, dummodo pallium hujusmodi sit coloris habitus, cum bavaro nigri coloris, & latitudinis sex digitorum, eique sporta semper superferatur, sub die 15. Julii 1616.* Tota Congregatio divisa est in duas, Hispanam unam, Italicam alteram, utraque habet Generalem suum triennalem. Sunt Romæ ad sanctum Joannem Colabitam in regione Ripæ, & habent hospitium ad sanctam Mariam Sanitatis in via, quæ ex quatuor fontibus ducit ad sanctam Mariam Majorem in regione Montium. Festum hujus Beati celebratur die 8. Martii, quo mortuus fuit anno 1550. ætatis suæ LV. S.D.N. Vrbanus VIII. per

per suum Breve sub dat. Romæ apud S. Mariam Majorem die 21. Septemb. 1630. voluit, ut ipse servus Dei Joannes de Deo in posterum Beatus nuncupari, ac de eodem ab omnibus Congregationis hujusmodi Regularibus ubique existentibus quotannis in die ejus obitus Officium & Missa celebrari de communi Confessoris non Pontificis ritu duplici majori per annum, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani, & quoad Missam etiam per alios Regulares, & sæculares Sacerdotes ad eorum Ecclesias confluentes: in civitate verò Granatensi, nempe in Ecclesia, ubi ejus sacrum Corpus requiescit, & in terra nuncupata *Montemor in novo*, ubi natus est, in omnibus Ecclesiis, tam Regularium, quàm sæcularium, Officium & Missa ritu duplici minori recitari, & celebrari possit, & valeat. De hoc Ordine agunt Fr. Anton. de Gouvea *in vita Joannis Dei*, Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag.* 430. Carol. de Tapia *in Auct. Ingressi, C. de sacros. Eccles. verb. Monasteria, c. 31. per tot.* Tamburin. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 73.* Lezan. *in sum. qq. Regul. tom. 2. c. 6. n. 3. 13. & 14.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, pag. ult.*

162 Congregationis Clericorum Matris Dei Lucæ, primitùs erectæ sub titulo Congregationis Clericorum Sæcularium B. Mariæ Virginis, fundator fuit venerabilis P. Joannes Leonardius è terra Diecimo diœcesis Lucensis oriundus, sub Gregorio XIII. Pontifice anno Domini 1574. cujus primi discipuli, & socii fuêre tres nobiles Lucenses, videlicet Joannes Baptista Cionius, Cæsar & Julius de Franciottis, fratres germani, & Georgius Arrighinius de Ponteretto diœcesis Lucensis. Hujus Congregationis institutum approbavit Clemens VIII. ipsamque sub Apostolicæ Sedis protectione suscepit, & ab Ordinaria jurisdictione Episcoporũ exemit, illique diversa privilegia, indulta & gratias concessit, ut in litteris in forma Brevis incipientis *Ex quo*, sub die 13. Octobri 1595. desuper expeditis latiùs continetur. Postea bonæ mem. Cardinalis Baronius ejusdem Congregationis protector, auctoritate sibi traditâ ab eodem Clemente VIII. vivæ vocis oraculo ipsius Congregationis constitutiones ab ipso P. Joanne Leonardio conditas, & de ordine ejusdem Pontificis ab eodem Cardinale examinatas approbavit, & confirmavit, prout ex litteris sub die 10. Junii 1604. desuper expeditis, & ipsius Cardinalis manu subscriptis, & sigillo suo munitis apparet, & hujus Congregationis Clericis opus scholarum piarum Vrbis demandavit, & de cætero Congregationem hujusmodi, Congr. Matris Dei appellari jussit Paulus V. *Const. 81. incip. Inter Pastorales*, 14. Janu. 1614. Sed postea renunciaverunt, ut in Constitutione Pauli V. *tom. 4. Bullarii, const. 3. incip. Ad ea*, 6. Martii 1617. Deinde Paulus V. de voto S. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum omnibus, & singulis hujus Congreg. Clericis concessit, ut præter tria simplicia castitatis, obedientiæ, & perseverantiæ, quæ ab eisdem vigore litterarum Clementis VIII. emitti consueverant, simplex etiam paupertatis votum emittere valerent, prout in litteris in forma Brevis, sub die 30. Iulii 1615. desuper expeditis habetur, & constitutiones à Sede Apost. ut suprà confirmatas, & gratias alias ab ea obtentas, in suo robore relinquens, prædictæ Congregationis Superioribus concessit, ut constitutiones illas pro ea parte tantùm, quâ paupertatis voto erant contrariæ, variare, mutare, aut etiam delere, & novas, quæ ejusdem paupertatis voto consentaneæ essent, condere valerent, prout in aliis litteris in forma Brevis sub die 14. Augusti 1619. continetur. Denique Gregorius XV. de voto Sacræ Congregationis Cardinalium, negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum hujusmodi Congregationem in Religionem trium votorum solemnium approbavit, prout in litteris in forma Brevis sub die 3. Novemb. 1621. desuper expeditis habetur. Vtitur eodem habitu, quo patres Societatis Jesus. Obiit Præfatus Pater Joannes Leonardius Romæ die 9. Octob. 1609. cum opinione sanctitatis: unde Gregorius XV. commmisit ut pro ejus canonizatione formarentur processus, & iam permulti testes super ejus honoris virtutibus examinati fuerunt, & in dies examinantur. Habent hujusmodi Religiosi adhuc pauca per Italiam domicilia. Romæ sunt ad S. Mariam de Capitelli, & ad S. Mariam in Porticu. De hoc Ordine agunt P. Cæsar Franchiottus *in libro*, quem edidit *de vitis Sanctorum, quorum corpora in civitate Lucana requiescunt, in Ecclesia sanctæ Mariæ ad Curiam Orlandinorum*, & P. Iosephus Matrarius ejusdem Congreg. Rector Generalis *in sua historia miraculosa Imaginis Beatissimæ Virginis nuncupatæ S. Maria in Porticu*, edita *Romæ anno* 1627. & novissimè Tamb. *d. tom. 2. disp. 23. q. 8. n. 4.* ac Lezana *in sum. qq. Reg. to. 2. c. 4. n. 20.*

163 Congregatio Clericorum pauperum Matris Dei Scholarum piarum fuit fel. record. Clementis VIII. auctoritate erecta, institutore Iosepho Calasantio, aliàs de Matre Dei, ex Regno Aragoniæ, circa annum 1597. in Parochiali Ecclesia S. Dorotheæ regionis Trans tyberim, & per sanctæ memor. Paulum V. confirmata, prout in suis litteris in forma Brevis *constit. 81.* sub die 4. Januarii 1614. plenius continetur, & per eundem aliis suis litteris etiam in forma Brevis incipientis *Ad ea*, sub die 6. Mart. 1617. fuit quoque erecta sub annuo Præfecto regenda, & gubernanda, cum tribus votis simplicibus, paupertatis videlicet, ac castitatis, & obedientiæ, ac gratis, & nullo stipendio, mercede, salario, aut honorario accipendi pueros in primis elementis Grammaticæ, computo, ac præcipuè in Fidei Catholicæ rudimentis erudiendos, bonis, & piis moribus imbuendos, ac demùm Christiano more educandos, in quod operam, laborem, ac studium conferre debeant, cum eo quod deinceps ista Congregatio Paulina pauperum Matris Dei Scholarum piarum nuncuparetur. Posteà fel. mem. Gregorius XV. suis litteris in forma Brevis incipientis *In supremo*, sub datum 18. Novembris 1621. *tom. 4. Bullarii, constit. 14.* hanc Congregationem in Religionem trium votorum solemnium approbavit, & in aliis sub dat. 15. Octobris 1622. ei communicavit omnes gratias, exemptiones, indulta, & privilegia quæcunque Ordinibus Mendicantium, eorumque locis, & personis quomodoliber concessa, & concedenda: edidit volumen Constitutionum, quas obtinuit confirmari per Papam, & non potest mutari, nisi ex sex partibus quinque concurrant. Idem Gregorius XV. *Const. 17. incip. Sacri Apostolatus*, 31. Ianuar. 1622. Minister Generalis cum quatuor sociis habent vocem activam & passivam, repræsentantes corpus Religionis, & hujusmodi Clerici habent licentiam emittendi vota solemnia in manibus Prælati eorum arbitrio eligendi. Idem Greg. XV. *Const. 15. incip. Apostolici muneris*, 10. *Kal. Iulii* 1622. Eis Religiosis exemptionem à processionibus, & aliis actibus publicis concessit Vrban. VIII. *Const. 100. incip. Debitum*, xxi. Iun. 1629. Illis tantũ concessum est erigere, & nominare scholas pias, aliis prohibita earum erectio, & interdictum

dictum geſtare habitum illorum. Idem Urbanus VIII. *Conſt.* 106. *incip. Ad nberes*, 7. Auguſti 1630 Non comprehenduntur in decretis generalibus editis à Clemente VIII. quibus cæteri Clerici Regulares non comprehenduntur. Urbanus VIII. *conſt. ſua incip. Romanum*, 17. *Novembris* 1634. Utuntur Religioſi hujusmodi habitu clericali honeſto, atque ex viliori panno: incedunt nudis pedibus, aſſociant pueros quos docent ad domos parentum. Generalis eſt ad novennium, quia tamen primus, & fundator adhuc vivit hoc anno 1631. fuit mihi dictum, quod in primo generali Capitulo ad vitam eligetur. Sunt Romæ ad ſanctum Pantaleonem in Paſquino, & in aliquibus regionibus ſcholas aperiunt. Collegium Nazarenum nuncupatum propè S. Andream de la Frata tenent, novitiatum verò ad quatuor Fontes, in via quæ ducit ad B. Virginem de Victoria habent. De hoc Ordine agunt Pancirola *in theſauro in regione Pacionis, Eccleſia* 8. *pag.* 787. Tambur. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 8. *n.* 9. Lezana *in ſumm. qq. Regul. tom.* 2. *cap.* 4. *n.* 17. Joſeph. Micheli *en el teſoro de Religiones, fol.* 113. Flavius Cherubin. *in compendio Bullarii, ad Bul.* 81. *Paudi V. ſchol.* 1.

164

Sancti Antonii Abbatis in Flandria Ordo inſtituitus eſt hac noſtra tempeſtate ſub Pontificatu Pauli V. data eſt ei regula S. Auguſtini anno 1615. ab eodem Pont. pleneque ejus unicum Monaſterium Caſtolletum ſubjectum eſt Provinciali Belgico Auguſtiniano; ſalvis ejuſdem Inſtituti Conſtitutionibus, & privilegiis, procurante cœnobii tum tempotis Superiore Antonio Thuano.

165

S. Lazari militarem Ordinem aliàs de anno 1061. inſtitutum confirmavit Honorius III. anno 1120. & Gregorius IX. qui ſimul regulam S. Auguſtini his Equitibus ſervandam tradidit, ſeu ut verius videtur, traditam ab Honorio anteceſſore confirmavit; auxêre multis privilegiis Alexander IV. Nicolaus III. Clemens IV. Joannes XXII. Gregorius X. ditarunt multis poſſeſſionibus in Gallia (ubi Boniaci ſedes magni Magiſtri poſt expulſos à Syria Chriſtianos) Philippus Auguſtus, S. Ludovicus, Philippus pulcher, Philippus Longus, Carolus VII. Ludovicus X. Carolus VIII. Ludovicus XII. Franciſcus I. Henricus II. & III. Galliæ Reges. Extincta penè erat hæc Militia in Pontificatu Pii IV. tum quia confuſa partim fuerat cum Melitenſi ex decreto Innocentii VIII. anno 1490. tum etiam, quia paulatim deſierat, ut ferè evenit rebus omnibus: illam tamen in priſtinum ſplendorem reducere conatus eſt anno 1565. quo ejus, Magiſtrum creavit Janottum Caſtellionem Mediolanenſem virum, & natalibus, & rerum geſtarum gloriâ inſignem; confirmavit omnibus anteceſſorum ſuorum privilegiis *conſt.* quæ incipit *Inter aſſiduas*, ſub dat. 4. Maii 1565. Mortuo Caſtellione, unitus eſt Ordo S. Lazari Ordini S. Mauritii Thebeæ legionis ducis, ex præſcripto Gregorii XIII. *Conſt. incip. Pro commiſſa nobis*, ſub dat. Romæ 1. Novembris 1572. & Sereniſſimi Emmanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, ejuſque ſucceſſorum poteſtati mancipatur. Item per Galliam Ordini S. Mariæ de Monte Carmelo adjungitur jubente Paulo V. De hoc Ordine S. Lazari agunt quotquot pro Ordine S. Mauritii citavimus, Guillelmus Baldeſanus Turienſis Canonicus *in hiſtoria ſacra S. Mauritii, & in tractatu de origine Militari S. Mauritii*, Aubert. Miræus *in origin. Auguſt. lib.* 1. *cap.* 51 Franciſcus Menenius *in delic. equeſtr. titul. de Equitibus S. Lazari.* Petrus Bellojus Tholoſ. *in libello de Equeſtribus Ordinibus, titul. de Equitibus S. Lazari*, Sanſovinus *de origine Equitum, titul. de Equitibus S. Lazari*, Paulus Moriga *de origin. Relig. lib.* 3. *c.* 7. Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 3. *pag.* 207. Carol. Tapia *ad dict. Auth. Ingreſſi. verb. Monaſteria, c.* 58. Tamb. *d. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *n.* 89. Alphonſ. Narbonal. 19. *gloſſ.* 7. *n.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Lezana *in ſum. qq. Regular. tom.* 2. *c.* 5. *n.* 57. Joſeph. Micheli *en el teſoro militar. fol.* 48. *verſo.*

166

S. Joannis Melitenſis Ordo Militaris inſtitutus ſub regula ſancti Auguſtini Hieroſolymis prope templum Chriſti reſurgentis in Calvarii monte à Gerardo erectore Hoſpitalis S. Joannis Baptiſtæ anno 1099. Pontifice Paſchali II. Imperatoribus Occidentis Henrico IX. Orientis Alexio Comneno, confirmatus eſt anno 1120. à Calixto II. & Honorio II. anno 1125. deinde à ſequentibus Pontificibus multis privilegiis donatus. Vocantur nonnunquam hujus familiæ Equites S. Joannis, quod in Hoſpitali S. Joanni ſacro inſtituti ſint; nonnunquam Rhodienſes, quòd Rhodum inſulam vi armorum à Turcis eripuerint anno 1308. die 20. Auguſti, ibique ſedem, & domicilium Religionis collocaverint, conceſsâ ſibi eadem Inſulâ à Clemente V. eodem ipſo anno 1308. quam per annos 214. retinuerunt uſque ad 25. Decembris anni 1522. quâ die poſt longam multorum menſium obſidionem eam itetum Turcæ recuperarunt. Nonnunquam dicuntur Melitenſes, quòd in Inſulam Melitam dono Caroli V. Imperat. commigrarint (ejecti à Rhodo) ubi nunc ſunt. Habitus Equitum niger cum octogona Cruce candida in ſiniſtro latere. De hoc Ordine agunt Chaſſan. *in catalogo gloria mundi, part.* 9. *conſid.* 4. Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib.* 7. *c.* 9. Gualter. *in tabul. chronograph. ſæculo* 10. *anno* 1119. Illeſcas *in hiſtor. Pontificali, parte* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. Jacob. de Vitriaco *hiſtoria Orientalis, capite* 64. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtiana lib.* 7. Paul. Morigia *de origin. Relig. lib.* 3. *c.* 1. Sylveſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 3. *pag.* 219. Aubert. Miræus *de origine Equitum. lib.* 1. *capite primo*, Menenius *in delic. Equeſtrib. titul. de Hieroſolymit. Equit.* Fr. Emmanuel. *quaſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 2. Azor. *part.* 1. *lib.* 13. *c.* 5. *q. tertia*, Mart. *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *à num.* 7. Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib.* 2. *cap.* 11. Carol. de Tapia *Ad Auth. Ingreſſi, verb. Monaſteria, capite.* 55. Alphonſ. de Narbona *l.* 29. *gloſſ.* 8. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil.* noviſſimè Joan. de Carvalho *de una & altera quarta, ad c. Raynaldus de teſtament. part.* 1. *n.* 348. Carrillo *en ſus annales chronologicos, lib.* 4. *anno* 1204. *fol.* 316. *& tabul.* 5. *ann.* 1522. *fol.* 457. *cum ſeqq.* latè Machado *en ſu perfetto Confeſſor, tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 4. *tract.* 2. *docum.* 6. Joſeph. Micheli *en el teſoro militar. de cavalleria. fol.* 39. Venero *en ſu enchiridion de los tiempos, fol.* 102. in impreſ. de anno 1641. noviſſimè Fr. Ferdinand. de Camargo *in epitom. hiſtor. Eccl. militantis, de anno* 1104. *fol* 218. *verſo.* Joan. Aug. de Funes *in chronica hujus ſacra Religionis*, ſex libris diviſa, Hieronym. Roder. *in compendio qq. Reg. verſ.* 12. *n.* 42. ex profeſſo Iacob. Boſſius *in hiſtoria Melitenſi, tribus tomis*, Joan. Ant. Viper. *de bello Mili.* Diviſa eſt hæc familia in octo linguas, ſive nationes, viginti Prioratus, 653. Commendas ſive Præceptorias. Officia ſunt Magnus Magiſter, Magnus Commendatarius, Mareſcallus, Hoſpitalarius, Theſaurarius, Magnus Bajulus, Cancellarius, Prior Eccleſiæ Ordinis: refert

Claudius Robertus *Gallia Christiana. tit. de Generalibus Ordinum.* Hos Equites esse verè & propriè Religiosos, docent plures, quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 16. n. 11.* quibus addo Nicol. Garc. *de ben. p. 1. c. 4. n. 15.* Basil. Pont. *de in ped. matrimonii causa 27. q. 2. §. 4.* Cened. *in tract. de paupert. relig. dub. 60. n. 12. cum seq.* Novar. *lib. 1. quæst. forens. cap. 42.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. p. 4. resolut. 170.* & citati per me *in tract. de appellat. verbor. utriusque juris signif. appellat. 253. n. 6.* in tantum quod Equites hujusmodi confiteri possunt cum Sacerdote Regulari non approbato ab Ordinario, sicut possunt alii Regulares, Sanch. *in suis practic. disp. c. 49. n. 11. & 13.* Novar. *in tract. de elect. & variar. fori, q. 69. n. 23. sect. 2. in ult. impress.* Aloys. Ricc. *ubi sup. n. 2.*

167 S. Mariæ Theutonicorum Militaris Ordo, sic dictus quòd sub Patrocinio Beatissimæ Virginis à Theutonicis, & pro natione Theutonica institutus sit sub regula S. Augustini, à quodam viro nobili Theutonico, cujus nomen nullus scriptorum, quem legerim, prodit, anno Domini 1119. Calixto II. Pontifice, Imperatore Occidentis Henrico V. Orientis Alexio Comneno, primùm sub sodalitii specie ad recreandos Hierosolymis & excipiendos peregrinos gentis Germanicæ. Decursu verò temporis ad tutandum eosdem ad incursionibus Barbarorum, sumpto ab Hospitalariis, sive Joannitis, nunc Melitensibus exemplo. Captis Hierosolymis à Saladino Ægypti Sultano anno 1187. abiréque jussis cum reliqua Christianorum turba Theutonicis, Acone, sive Ptolemaide considère, quamdiù non ea etiam urbs à Sarracenis capta est, ubi dum erant, confirmatus Ordo est à Cœlestino III. anno 1192. dataque pro tessera Militibus in veste candida Crux cum limbo argenteo, quam & assutam pectori, & appensam è collo gestarent: summi tamen Magistri insigne est Crux nigra, intersecante aliâ aureâ. Cæterum capta Ptolemaide, fortunâ jactatis Theutonicis, qui vivi Barbarorum armis superetant, tandem in Europam commigrarunt, ibique contra Prusios, qui Moscoviam armis infestabant, à Conrado Moscoviæ Duce evocati ea lege, ut quidquid Prusiani agri occupassent eis cederet, fœliciter Prusios debellarunt, ductore Hermano Altza Ordinis Magistro, spectatæ virtutis duce. Domiti deinde à Theutonicis Lithuani, ac Tartaris, qui ultra Vistulam flavium erant, initaque pax cum Polonis, quibuscum non semel contra hostes egregiam navarunt operam. Referunt multi ædificatam à Theutonicis trans Vistulam urbem ex nomine SS. Virginis appellatam: hanc in sedem, & regiam magni Magistri destinaverunt. Nullus ferè in hunc Ordinem coopratur, nisi Germanus sit, & ex Germana nobilitate. Commendas nullas, aut paucas extra Germaniam possident, in Germania multas, & ampliſſimorum reddituum. De hoc Ordine vide Chassan. *in catal. part. 9. consid. 6.* Polydor. Virgil. *de inventor. rerum, lib. 7. c. 6.* Gualter. *in tab. chronograph. saculo 10. anno 1119.* Paul. Morigia *in orig. relig. l. 2. pag. 112.* Illescas *in histor. Pont. lib. 6. c. 1.* Menen. *in delic. Equest. tit. de Teutonicis*, Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 55.* Alph. de Narbona *l. 29 glos. 7. n. 2. tit. 6. lib. 1. Recopil.* Tyrius *in sua historia, lib. 3. fol. 8.* Joseh. Micheli *en el tesoro militar. de Cavalleria, fol. 37.* Jacob Bossius *in histor. Melitensi, tom. 1. lib. 12. anno 1192.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 13. c. 4. q. 3. vers. sunt & alii qui dicuntur Theutonici.*

S. Jacobi apud Hispanos Ordo Militaris institu- 168
tus sub regula S. Augustini à quiquidam Hispanis Legionensibus, & Gallecis, qui bonis in commune collatis, se suaque devovêre tutandis Christianis à Maurorum incursionibus, iis maximè, qui ad S. Jacobum Compostellanum peregrinarentur, ope, & curâ Canonicorum Regularium S. Eligii, cujus Cœnobium non longè distat à Compostella, anno 1170. Pontifice Alexandro III. Alphonso IX. Castellæ Rege, Imperatoribus Occidentis Federico Oenobarbo, Orientis Emmanuele Comneno. Confirmata primùm Militia est à Hiacyntho Cardinali Alexandri III. per Hispaniam Legato, instituto in primum Ordinis Magistrum Petro Fernandez à Ponte Incalatro. Secunda deinde adjecta confirmatio est ab eodem Alexandro III. anno 1575. (à quo nonnulli hujus Militiæ originem auspicantur.) Utuntur Equites super vestem candidam Cruce rubra in formam gladii effigiata, capitulo nimirum liliato, acie nudâ, & inferius protensâ. Duo sunt præcipua Ordinis domicilia, alterum Velesiii in Castella, alterum Legione: primum omnium, caput est sedes quondam Magni Magistri. Sunt in hoc Ordine duo magni Commendatores, ut vocant, Castellæ, & Legionis. De hoc Ordine agunt Chassan. *in catal. part. 9. consid. 7.* Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib. 7. c. 5.* Gualter. *in tab. chronograph. saculo 12. pag. 653.* Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib. 3. pag. 209.* Paul. Morigia *de orig. Relig. lib. 4. c. 4.* Martin. Cartillo *in annalib. chronolog. lib. 4. sub anno 1175.* Menen. *in delic. Equest. ni verb. Ordo Equitum S. Jacobi.* Ant. Nebricens. *lib. 2. decad. 1. c. 9.* Mariana *in historiarum Hispaniæ lib. 11. c. 13.* Carol. de Torres *en la historia de las tres Ordenes Militares, lib. 2. fol. 1.* Car. de Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. Monasteria, cap. 36. per tot.* Tambur. *d. tom. 2. disp. 24. quæst. 4. n. 94.* Joan. de Carvalho *de una & altera quarta, ad c. Raynaldus, de testam part. 2. num. 360.* Lezana *in sum. qq. Regul. tom. 2. cap. 5. num. 54.* me citato *in hoc loco.* Machado *en su perfecto Confessor. tom. 2. lib. 5. part. 4. tract. 2. doc. 1.* Joseph. Micheli *en el tesoro milit. de Cavalleria, fol. 30. cum seqq.* ubi latè & etam de modo dandi habitum, Jacobus Bossius *in histor. Melitensi, tom. 1. lib. 6. ann. 1160. & tom. 3. lib. 1. anno 1560.* Ferrer. *in integro tom. de hoc Ordine.* Hieron. Roder. *in compendio qq. Regul. ref. 123. n. 45.* Azor. *inst. moral. part. 1. lib. 13. c. 6. quæst. 2. versic. anno 1175. & cap. 5. quæst. 3. vers. sunt præterea in regno Castellæ*, ubi ex Francisco Rades de Andrada *in chron. Ordinis, cap. 48.* refert quadraginta fuisse magnos hujus Militiæ Magistros ad Regem usque Catholicum Ferdinandum, cui ab Alexandro VI. anno 1493. delata est, tum sibi, tum successoribus, Ordinis perpetua administratio, Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in historia Episc. Portugal. par. 1. c. 12.* Unde non approbo, quod tradunt Lucas Episcopus Tudensis, Vasæus, Didacus Valera, Ambrosius de Morales, Illescas *in historia Pontific. p. 1. lib. 4. c. 81.* Fr. Emm. *qq. Reg. tom. 1. q. 5. art. 5.* ordinem scilicet hujus familiæ derivasse à Ranemiro hoc nomine dicto, quia parvâ manu ingentes Maurorum copias fudit ad amnem quem Hispani vocant, *Clavijo*, ducente Christianorum copias, S. Jacobo, quem Rex ipse cum multis alibum prementè equum, ac vexillum rubra Cruce distinctum manu præferente ante acies conspicatus est.

Alexander

Alexander III. per suam Bullam sub dat. 5. Julii 1175. quam refert Mota *lib. 2. de origine, & principiis Ordinis S. Iacobi, pag 66. & seq.* concessit Militiæ & Militibus hujus Ordinis, ut primas, & secundas nuptias valerent contrahere, adimplerentque votum, castitatem, seu continentiam conjugalem servando, ut idem Mota prosequitur in annot. 129. & habetur *in diffinit. Ordinis, tit. 22. c. 5. & in. 37. cap. 15.* Valenzuel. *consil. 215. num. 6. tom. 2.*

Sancti Jacobi apud Lusitanos Militaris Ordo
369 eadem habet initia, quæ sancti Jacobi apud Castellanos, eadem est regula, idem habitus; in tessera verò nonnulla cernitur differentia; nam Crux rubra in Lusitanis aciem gladii, quæ in Castellana inferiùs protenditur, non refert, sed ex inferiori cuspide liliata etiam est, & cæteris æqualis. Descivit hæc Militia à Castellana, sub cujus Magistro erat, tempore Regis Dionysii, qui suorum libertatem amabat maximè. Vide Eduard. Nonium de Leaon, Letrum Marisium, & Anton. de Vasconcellos *in Rege Dionysio*, Bernard. de Britto *in Chronico Cisterciensi, lib. 5. c. 13* Ultimus Magistrorum è Lusitanis fuit D. Georgius Dux, Conimbricensis, & Aurelii Joannis Regis hoc nomine secundi filius, accipiente Rege Joanne III. deinde successoribus, perpetuam hujus Ordinis administrationem, ut suprà in familia Equestri Avisiensi. Caput Ordinis situm est in oppido Palmella, pro quo extremi ferme Scriptores scribunt mendosè *Palmera*, inter Olyssiponem, & Setobrigam, meridiem versùs. Scribunt de hac Militia hi quos pro S. Jacobi familia *n. antecedenti* retuli, item Lusitani proximè citati, & novissimè Emman. de Faria *en el epitome de las historias Portuguesas, part. 4. c. 12.* Tamburin. *tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 95.* Machado *d. tract. 1. docum. 5. n. 3.* Joseph. Micheli *en el tesoro militar, fol. 48.* Gabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c. 15. n. 1.*

170 Montis Gaudii apud Hierosolymitanos Ordo Militaris, sic dictus est à loco extra Hierosolymitana mœnia, ubi primum ejus domicilium erectum, mons Gaudii appellato: credit Menenius *in delic. Equestr.* relato Romano illum incœpisse eadem ferè tempestate, quâ Melitenses, Templarii, & Theutonici. Eum confirmavit Alexander III. anno 1180, ut refert Rades Andrada *in chronic. Calatravæ, c. 18.* Appellarunt Hispani Equites de Monfrac, à præcipua in eo oppido eorum domo: in Cathalonia, & Valentia Equites de Mongioa, quod idem est, ac Montis Gaudii: quotquot hujus Militiæ extabant per Hispaniam Equites, ad Calatravenses transiêre, ut testatur idem Rades de Andrada *citato loco*, & Barnab. de Montalvo *in Chron. Cisterciens. lib. 2. cap. 15*, ubi omnes pariter meminêre Equitum del Trugillo, quos in oppido ejusdem nominis sedem habuisse anno 122. satis constat, adscriptos quoque ipsi Militiæ Calatravensi. De hoc Ordine vide citatos Auctores, ubi etiam invenies hos omnes fuisse Cisterciensis Instituti, quod repetit Aubert. Miræus *lib. 3. de origin. Monast. ubi de Ordine Cistercien. cap. 9.* Tamburin. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 97.* Joseph. Micheli *in el tesoro militar de Cavalleria, fol. 36.*

171 S. Mariæ de Mercede apud Aragonios militaris Ordo institutus est à Jacobo hujus nominis Aragoniæ Rege, sub regula sancti Augustini anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. Eadem illius est professio, idem habitus, qui Religiosis Mercenariis, de quibus suprà: militarunt sub eodem Mercenario Generali ex prima Gregorii IX. confirmatione anno 1230. Habuêre tamen postea Generalem suum Laicum, nec Sacris initiatum, sed eo iterum extincto, ad Sacerdotem, & ex Religiosis Patribus præsidentem redière decreto Clementis V. & Joannis XXII. anno 1327. cujus auctoritate approbata fuit electio Generalatûs in favorem Fr. Raymundi Alberti, qui fuit primus Generalis Clericus, & octavus ab Ordinis institutione: extinctos (ut verè sunt) scribit Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 53.* non sine maximo captivorum fidelium damno. De hoc Ordine vide Fr. Ildefons. Ramon. magist. & Fr. Bernard. Varg. *in historia generali*, Garibai. *in compendio histor. lib. 32. cap. 6.* Illescas *in histor. Pontific. lib. 5. cap. ult.* Carol. de Tapia *d. Auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 37.* Tamburin. *d. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 77.* Joseph. Micheli *en el tesoro militar de Cavalleria, fol. 58.* Pineda *in Monarchia Eccl. lib. 12. c. 23. §. 4.* Mariana *de rebus Hispaniæ, lib. 12. c. 7.* Menen. *in delic. equest. tit. Equites S. Mariæ ad Mercede.*

S. Mariæ Gloriosæ apud Italos militaris Ordo 172
institutus est à Fr. Bartholomæo Viceno de Vicenza Ordinis Prædicatorum, ejus posteà Urbis Episcopo anno 1233. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Balduino II. Hujus familiæ milites tunicâ albâ, & subcinericiâ togâ induuntur, Crucem purpuream in campo albo, duabus suprà positis stellis præferunt ut viduarum, ac pupillorum tutelam susciperent, ut paci, & concordiæ inter homines inservirent, vulgo *Fratres Gaudentes* appellati sunt, & per Italiam floret eorum institutum, maximè Bononiæ, & Motinæ sub nomine S. Mariæ matris Domini. De hoc Ordine agunt Sylvest. Marul. *lib. 3. Oceani Relig. pag. 232.* Garol. Sigon. *de Episcop. Bononiens. lib. 3. & de regno Italiæ lib. 17. & 19.* Baronius *annal. Ecclesiæ tom. 13. anno Domini 1201. num. 12.* Jacob Bassius *in histor. Melitensi, tom. 1. lib. 21. anno 1271.* Tamb. *d. tom 2. d. disp. 24. quæst. 4. num. 96.*

S. Mariæ de Monte Carmelo Ordo militaris 73
institutus à Philiberto Nerestano Gallo, viro militiâ insigni, sub regula S. Augustini anno Christi 1609. Pontificee Paulo V. regnante in Gallia Henrico IV. Imperatore Occidentis Rodulpho IV. Orientis tyranno Amurate: Incorporatus est huic Ordini Ordo militaris S. Lazari per Galliam: institutus primus magister Nerestanus, qui eodem anno obiit Parisiis, ut testatur Menenius *in delic. Equest. tit. de Equitib. S. Mariæ, &c.* In Monasterio Suburbano S. Lazari Canonicorum Regularium S. Augustini nonnullos Equites creavit, designatâ omnibus pro tessera Cruce violaceâ Virginis Mariæ effigie insigni ex collo pendente, pariterque chlamydi affixa. Nec Carmelitani, nec Mauritiani Equites à nuptiis arcentur. De hoc Ordine agunt Paulus V. *Const. sua incip. Romani Pont. 14. Calend. Maii 1607. & alia incip. Militantium Ordinum. 22. Februarii 1608.* novissimè Marc. Anton. Alegre de Casian. *in paradiso Carmelitici decoris, stirp 5. ætate 18. anno. 1607. c. 100. pag. 458.* Menenius *citato loco*, Aubert. Miræus *de origine Augustl. lib. 1. c. 32.*

Biblioteca de Ciències Socials

De Religionibus, quæ proprias Constitutiones, ac peculiaria statuta dicuntur habere proregulis.

S. Francisci Assisinatis Ordo, qui antecedentium respectu quartam constituit regulam, ab eodem institutus est anno 1208. ætatis suæ 27. & conversationis 2. Innocentio III. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Othone IV. Orientis Roberto. Divisus est totus Ordo Franciscanus in quatuor Congregationes, Conventualium scilicet, Observantium, Tertiariorum de Pœnitentia, & Capuccinorum. Unaquæque habet suum Generalem distinctum ab alia independentem, præterquam quod multi ex Tertiariis per Hispaniam, & Italiam vivunt adhuc sub Generali Observantiæ.

175 Conventales sic dicti à magnificis, & sumptuosis Conventibus, & amplis ædificiis, ac claustris erectis, unde quandoque Claustrales appellabantur, Ordinis statum, & modum primitivum Religionis in summa paupertate prætereuntes, magnas possessiones & redditus acquirere cœperunt, sed ut ea bona in communi possidere possent, impetrarunt indultum ab Innocentio IV. anno 1244. trigesimo quinto post institutum Ordinem, & profiteri exinde cœperunt regulam cum limitatione privilegiorum inventam, & approbatam, ut dicit Rodulphus *lib. 2. historia, fol. 157. col. 2.* Et sic in temporalibus jam succedunt, ac si essent in sæculo. Clemens IV. *Constit. 1. incip. Obtenta, 2. Id. Februarii 1265.* Sed ipsos ut singulos nihil proprii habere posse decrevit pius V. *Const. 61. incip. Ad exstirpandos, Ibid. Junii 1556.* Semel in mense, primâ die non impeditâ alio festo novem lectionum, Officium de ipso sancto Francisco, prout recitatur in die festo ejusdem, recitare possunt, paulus V. *tom. 4. Bullarii Constit. 4. incip. Domini nostri*, 20. *Martii* 1617. Eis, eorumque Superioribus ambitum interdixit idem paulus *d. V. tom. 4. Const. 18. incip. Admonemur, 4. Septembri* 1619. Constitutiones eorum in Capitulo generali anno 1625. pro feliciori ipsius Ordinis progressu editas confirmavit Urbanus VII. *Constit. 87. incip. Militantis*, anno 1628. Generali conceditur licentia supprimendi & extinguendi Conventus paupercs. Urbanus VIII. *in Constit. sua incip. Cum sicut, 3. Octobr. 1635.* Generalis eorum Magister ad sexennium eligitur, me citato *in hoc loco*, Joan. Maria Novar. *in Lucerna Regular. verb. Generalis, num. 4.* Ministri Conventuum, sive Guardiani eliguntur à Capitulo Provinciali per annum; qui tamen sunt de mensa Magistri Generalis triennio durant, ab ipsoque Magistro generali eliguntur. Sunt Provinciæ illorum 31. in quibus vicariæ septem, custodiæ 109. Habent Romæ monasteria duo, unum ad sanctos Apostolos Philippum, & Jacobum, aliud ad sanctum Salvatorem, ad undas.

176 Ex iis prodierunt Fratres dicti minores Conventuales reformati, quos approbavit, eosque frui privilegiis, & gratiis Fratrum Minorum Conventualium voluit, ac alios Fratres Minores cujuscunque Ordinis S. Francisci recipere prohibuit Sixtus V. *Constit. 69. incip. Apostolici*, ibid. Octobris 1587. Caputium, sive habitum similem Capuccinis deferre, ac Capuccinos recipere vetuit Gregorius XIV. *Constit. 11. incip. Beati, 6. Julii 1591.* Illis univit loca, & bona Fratrum Minorum discalceatorum per Italiam, & ad os transire indulsit Sixtus V. *Constit. 99. incip. Cum sicuti* 20 Octobris 1589. Habent Conventus; aliquot, qui plurimùm valent per Italiam, sed nonnuli sunt extincti.

Observantes ex pluribus reformationibus originem sumpserunt; nam cùm præclarus hic Ordo 177
aliqua ex parte collapsus esset, incœperunt plures reformationes, ac primùm à Cæsare quodam duce, à quo & Cæsarini dicti sunt de anno 1244. Alia hujus Ordinis cœpit reformatio anno 1294. sub Cœlestino V. à duobus fratribus, Angelo scilicet Antesignano, & Angelo de Cingulo, qui Clareni ex eo dicti sunt, quòd primùm in monte Claro habitare cœperunt. Apud Lusitanos de anno 1392. cœpit alia Regularis observantiæ institutio à Fratribus Didaco Arias, & Gondisalvo Marino, & aliis Castellanis & Gallecis patribus, & triginta annis post incœptam reformationem à Fr. paulo de Trinis in provincia S. Angeli ex Regno Neapolis, quæ dicitur Capitanata, arctissima cœpit reformatio sub B. P. Joanne à Stronconio, & Fr. Thoma Florentino, professione laico, qui patres de S. Evangelio fuêre appellati. Colletanorum alia fuit reformatio à Colleta muliere illa piissima (quæ Clarissas reformavit sorores) sic dicti, quæ incœpit anno 1410. Et Amadei, qui Mediolani à B. Amadeo Lusitano viro sanctissimo ac nobilissimo instituti sunt, nomen habuerunt, & anno 1460. cœperunt. Denique ordinem in Italia Fr. petrus Caperolus reformavit, qui & Caperolanis Fratribus nomen dedit anno 1477. Hi omnes qui à propriis regebantur Vicariis sub Generalis Conventualium Ministri obedientia fratribus de Observantia adhæsere, qui & Observantia Ordo à B. Bernardino de Senis, & B. Joanne de Capistrano, sanctissimis Viris, nimirum & in Italia, & in Gallia, Germania, ac Polonia anctus ac restitutus fuit anno 1440. Eugenio IV. Summo pont. A Conventualibus Observantes sejunxit, & eorum Ministrum Generalem ad sex annos eligi posse statuit Leo X. *Constit. 23. data die 4. Jul. 1517.* Et illos in processionibus, & aliis actibus publicis Fratribus Conventualibus præcedere voluit idem pontifex *eo stat. 26. incip. Licet, 6.* Decembris 1517. Eis uniti fuerunt Fratres Amadei, & Clareni à pio V. *Constit. 54. incip. Beatus*, 10. Kal. Februarii 1568. Recitare possunt feriâ quintâ Officium sanctissimi Corporis Christi, non tamen in illis de Adventu, & Quadragesima, aut Officio duplici impeditis: idem pius V. *Constit. 13. incip. Exponi*, 8. Januarii 1568. Illis, eorumque Superioribus ambitum interdicit paulus V. *tom. 4. Bullarii, Constit. 16. incip. Admonemur*, 18. April. 1619. Quascumque præcedentias, seu paternitates illis concessas, præter constitutiones Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas revocavit Gregorius XV. *constit. 41. incip. Pastoralis*, 3. Februarii 1623. Minister Generalis, qui sexennio durat, sicut in præteritum usus est, ita in præsentiarum uti potest titulo & sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, ut contra Conventuales hujusmodi titulum reformari contendentes censuit Sacra Rituum Congreg. sub die 22. Mart. 1631. refert me citato in hoc loco Novar. *d. verb. Generalis.* Ex his sunt quidam reformati Observantes, quos nos Recollectos discalceatos, seu aliàs reformatos appellamus, quòd in puritate sua paupertatem, & regulam B. Francisci nitantur

tur obſervare. Hi autem reformati diſcalceati non poſſunt accedere ad Capitolum provinciale, ſed ſolum ipſorum Cuſtos, qui habet tantùm vocem activam: non poſſunt habere inter Obſervantes, ſeu de familia aliquam dignitatem, vel officium, Non poſſunt prædicare & eleemoſynas petere intra limites Conventuum Obſervantium de familia, niſi provincialis facultate obtentâ in ſcriptis, & è converſo. Non poſſunt peregrinari, niſi litteris obedientialibus priùs regiſtratis & à Superiore ſubſcriptis, cum annotatione diei diſceſſus, & determinatione reditus. Superior eorum in quolibet Conventu debet habere clavem, quâ cellas ſubditorum aperire, & viſitare poſſit ad libitum, ſaltem cum duobus. Gregorius XV. Conſtitutione 8. incipiente *Onerosa* 1. Septemb. 1621. *tom. tertio*, apud Angel. mar. Cherub. *pag.* 287. Fratres de familia libere ad reformationem tranſire valent in quocunque tempore, etiam extra Capitulum, & Congregationem. Qui ad reformationem tranſierit, annum unum à die receptionis computandam ad deliberandum habeat, an in illo ſtatu velit remanere, quo anno expleto, Superior Reformatorum, Cuſtos videlicet, vel provincialis, ad Conventum in quo dictus Frater de familia commoratur, ſe transferat, ibique informationem ſimplicem capiat per ſeipſum, aut ab eo ſubſtitutum, qui non ſit de familia illius Conventus, in quo frater in Reformatione incorporandus reperitur. Ad faciendam aſſignationem aliquorum Conventuum Obſervantium de familia Fratribus Reformatis recurri debet ad ſacram Congregationem. Novitii inter Reformatos non ſunt recipiendi extra Capitula, vel Congregationes Capitulares. Miniſter Provincialis eligi poteſt ex familia, vel ex Reformatione, juxta antiquam conſuetudinem Religionis. Et quando Miniſter Provincialis eligitur ex Fratribus Reformatis, Cuſtos Reformationis non eligatur, ſed ipſemet Miniſter ipſam Reformationem regat, & moderetur. Quando Miniſter Provincialis fuerit reformatus, tunc Cuſtos mittendus ad Comitia generalia eligatur ex Patribus de familia, & vice verſâ. Procurator in Curia Patrum Reformatorum eſt nominandus à Generali. Ita S. Congregat. Epiſcop. & Regular. 14. Iunii 1628. apud Angel. Mariam Cherubin. *tomo.* 4. *Bullario*, *pagina* 68. Nulli Reformatorum hujuſmodi jus præcedendi, ſive honoratioris loci competit, niſi Miniſtro, Commiſſario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Miniſtris Provincialibus, Commiſſariis, & Vicariis Provincialibus, fuerint ex Reformatis, Cuſtodibus Reformationum Commiſſariis, Viſitatoribus, Guardianis, Præſidentibus, ſeu Commiſſariis, & Vicariis localibus, qui tamen expletis eorum officiis ad forum, & præſidentiam Ordinis redibant, tam ii, qui jam habitum per dictos Fratres reformatos geſtari ſolitum ſuſceperunt, & de cætero ſuſcipiant, quàm ii, qui ſe à Fratribus de Obſervantia ad Fratres Reformatos hujuſmodi canonicè tranſtulerunt, & transferent; excepris tamen iis, qui officio Miniſtri Generalis Ciſmontanæ familiæ functi ſunt, vel fungentur, qui poſt Superiores actuales immediatè locum habeant. Vrban. VIII. Conſtitutione 23. aliàs 135. incipiente *Inter graviſſimas*, 23. Auguſti 16. 4. apud Angel. Mariam *tomo quarto*, *pagina* 49. edixit, quod in Provinciis Hiſpaniarum, & Indiarum Fratrum Diſcalceatorum S. Franciſci de Obſervantia ampliùs non ſint, nec habeantur tituli Lectorum Iubilatorum, neque exemptione Patris gaudeant, niſi qui Miniſter Provincialis fuerit. Idem Vrbanus VIII. Conſtitutione 32. aliàs 142. incipiente *Religioſos viros*, 3. Decemb. 635. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom.* 4. *pag.* 54. Habent omnes ſub ſe Provincias 63. Cuſtodias quinque, Vicarias 24. Conventus 2300. Religioſos centum ſexaginta tria millia nongentos. Sunt Romæ ad S. Mariam in Ara Cœli, ad S. Bartholomæum in Inſula ad S. Petrum Montorium, ad S. Franciſcum Trans Tyberim & ad S. Iſidorum.

178 Tertiarii de Pœnitentia nuncupati ita dicuntur, quia poſtquam S. Franciſcus primum Ordinem anno 1208. & ſecundum S. Claræ, ſive Damiaratum anno 1212. inſtituerat, tandem anno 1221. in oppido Canarii, quod ab Aſſiſio quatuor milliaribus diſtat, idem glorioſus Sanctus amore Jeſu Chriſti maximè flagrans, & omnium ſalutem ardenti deſiderio anhelans, alium Ordinem reſtituit, qui antecedentium reſpectu dicitur tertius, eumque de Pœnitentia nominavit, & fortaſſis, ut placet D. Bonaventuræ, quia ſicut pœnitentia eſt via communis ad Cœlum, ſic Ordo iſte omnes cujuſcunque ſtatus & ſexus, Clericos & laicos, virgines, viduas, & conjugatas amplectitur, nemitem excludit, omneſque hunc Ordinem ingredi, illumque profiteri poſſunt. Quem quidem Ordinem nedum in conjugatis utriuſque ſexus, verùm etiam Fratribus, & Monialibus in communi viventibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus florere jam diù cœpiſſe refert Clemens VIII. ſua Conſtitut. incipiente, *Ad ubertas*, Id. Martii 1526. & ut habet *in chronicis parte* 3. *lib.* 1. *c.* 18. videtur quod de anno 1421. Fulgineæ ſub auſpiciis B. Angelinæ de Therano Civitellæ, Aprutii Comitiſſæ incœperit tertius Ordo de pœnitentia facere vota ſolemnia in communitate, Illi multa privilegia, indulta, & gratias conceſſerunt & confirmarunt ſummi Pontifices, quæ in unum collegit R. P. Anton. de Siſſi Bergomenus. Ordinat habitum Tertii Ordinis confici debere ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & ex una lanæ albæ, Clemens VIII. *in Conſt. ſua incip. Ut ea* ſub dat. 17. Aprilis 1600. Habet Generalem ad triennium, quem licèt Pius V. *Conſt. ſua incip. Ea eſt*, 15. Non. Iulii 1568. extinxerit, voluerit que ut univerſi, & ſingulí Fratres, & Sorores Tertii Ordinis prædicti ubilibet conſtituti Generalem, & Provinciales Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, tanquam Patres, & Superiores ſuos, eorumque monita, & mandata humiliter, & devotè acciperent, & communem eis protectorem conſtituerit, tamen Sixtus V. *ſua Conſtit. incip. Romani Pontificis*, 29. Martii 1586. reſtituit tertium Ordinem in priſtinum, *ut poſſit, ſicut priùs, Generalem per triennium creare*, imò & illum ad aliud triennium confirmare, non tamen Commiſſarium Generalem qui Generalis intra duos menſes confirmationem à Generali de Obſervantia petere teneatur, litteris Pii V. quoad Protectoris deputationem in ſuo robore permanentibus. Eidem Generali facultatem tribuit Gregorius XV. Confraternitates Cordigerorum erigendi, & inſtitutas Archiconfraternitati Eccleſiæ S. Franciſci Fratrum Minorum Aſſiſienſ. aggregandi in domorum & locorum Regularium tertii Ordinis Eccleſiis, ubi Minorum Conventualium, ac de Obſervantia domus, ſeu Conventus non exiſtant, ut in ejus Conſtitutione quæ incipit *Aliàs*, 27. Iunii 1622. Habet per Italiam, Siciliam, & Dalmatiam provincias 18. Conventus 150. qui ſubduntur ſuo Generali: computatis

tatis verò illis, qui in Italia & extra illam subduntur Generali de Observantia, numerantur Conventus 327. & Religiosi tria millia nongenti, & nonagintæ. Sunt Romæ in Ecclesia sanctorum Cosmæ & Damiani in regione Montium.

Ex iis Tertiariis sunt alij reformati, qui cœperunt in Gallia anno Domini 1595. nam extincta ferè memoria Regularis Observantiæ tertij Ordinis ob hæreticorum pravitatem, & bella civilia illic grassantia, R. P. Vincentius Mussart Parisiensis prædicator Regius, & vir admodum spectatæ probitatis, unà cum P. Francisco Mussart germano suo, ascitis etiam nonnullis aliis pijs ac religiosis viris, prædicto anno reformationi hujusmodi cum auctoritate Clementis VIII. ita solicitè cœpêre incumbere, ut usque ad hodiernam diem quamplura Cœnobia antiqua restauraverint, novaque erexerint in diversis Galliæ provinciis, necnon in Lotharingia, & Burgundia, in quibus habent etiam sub regimine suo diversa Monialium Monasteria sub eodem instituto, & reformatione militantium. Gaudent multis privilegiis sibi per diversos summos Pont. concessis, & præcipuè per Paulum V. *Constit. incip. Quæ pro augenda*, 14. *Martij* 1613. Vacant prædicationibus, conferentiis, & controversiis in hæreticos, Confessionibus infirmorum, visitationibus, & cæteris pietatis officiis. Sunt Romæ ad S. Mariam Miraculorum prope S. Mariam de Populo.

179 Capuccini sic dicti à capuccio oblongo, & acuminato, quod gerunt ad imitationem S. Francisci, cujus fuisse illum habitum contendunt, initium sumpserunt à quibusdam Fratribus Minoribus de Observantia, anno 1525. quorum Congregationem approbavit Clemens VII. *in Const.* 21. *incip. Religionis zelus*, de anno 1528. ubi concedit, quod possint barbam deferre, & habitum cum capuccio quadrato gestare teneantur. Et Gregorius XV. confirmat, & innovat Constitutiones Gregorij XIII. & XIV. super prohibitione delationis habitus illorum, vel consimilis per alios Regulares, necnon commendat, & mandat Ordinariis locorum Regnorum Hispaniæ, Franciæ, aliorumque Regnorum, & Provinciarum Italiæ, ne aliis quibusvis, Religiosis cujuscumque Ordinis, Societatis, & instituti Regularibus, sub quovis prætextu in posterum nomen, vel habitum ipsorum Fratrum Capuccinorum sibi vendicare, vel usurpare permittant, sed ipsas editas Constitutiones per Ecclesiasticas censuras, & pœnas observari faciant, ut in ejus *Const.* 15. *incip. Ex injuncto*, 9. Decembris 1631. Sunt verè Minores S. Francisci Fratres, & trahunt originem verè ex linea non intermissa S. Francisci. Urban. VIII. *Const.* 68. *incip. Salvatoris*, 28. Junij 1627. Illis prohibitus est transitus ad alium Ordinem, seu Congregationem sine licentia Sedis Apostolicæ, ad Carthusienses verò nisi cum licentia Ministri Generalis in scriptis ex quavis causa. Idem Urban. VIII. *Constit.* 91. *incip. Injuncti*, §. 2. sub die 9. Augusti 1628. Laici professi Capuccinorum inter eundum & sedendum, & in publicis & privatis actionibus, ubique novitiis clericis nondum professis præcedere possunt, & debent. Urbanos VIII. *Const. sua incip. Nuper*, 7. Maij 1631. Facultas eis conceditur propriam Crucem in publicis processionibus erigendi ad formam Constitutionis Greg. XIII. quæ incipit *Exposcit Officij*, etiam ubique locorum. Paulus V. *tom.* 4. *Bullarii, Const.* 9. *incip. Pastoralis*, 12. Octobris 1617. S. Cong. Rit. *in causa Capuccinorum*, 21. Mart. 1617. quæ sub die 10. Julii 1621. declaravit erectionem Crucis Capuccinis fuisse concessam in iis tantùm locis, in quibus jam sub propria Cruce, seu in proprio loco sub Cruce Cleri in processionibus ante hujusmodi concessionem incedebant, eundem locum retinere debere. Illorum Generalis usque ad annum 1625. durabat per quinquennium, nunc ad sexennium eligitur. Habent sub se Provincias 42. Conventus 1240. Religiosos septendecim millia ducentos quinque. Erant Romæ ad S. Bonaventuram in monte Quirinali, nunc sunt translati ad novum Monasterium in platea Sfortiorum.

De hoc Ordine S. Francisci in communi agunt 180
Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 4. *consid.* 69. Venero *en su enchiridion de los tiempos, fol.* 100. *verso, in impres. de anno* 1841. Polydor. Virgil. *de inventor. rerum lib.* 7. *c.* 4. Illescas *in historia Pont. lib.* 5. *c.* 23. & 32. Hier. Rom *de republ. Christiana lib.* 6. *c.* 20. Plat. *de bono statu relig. lib.* 2. *c.* 21. Gualter. *in tabul. chronog. sæculo* 13. *pag.* 677. Paul. Morig. *in orig. Relig. lib.* 1. *c.* 33. & 34. Silvest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 4. *pag.* 247. & 262. Fr. Emm. *qq. Regul. tom.* 2. *p.* 2. *ar.* 3. Fr. Ludov. Miranda. *in manuali Prælator. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 23. Marquez *in origine Eremitarum S. Augustini, c.* 23. §. 5. *cum duobus seqq.* Suar. *tom.* 4. *de relig. tr.* 9. *lib.* 2. *c.* 7. Hier. Rod. *in compendio qq. Regul. resol.* 125. *à n.* 28. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *d. sp.* 1. *q.* 2. *n.* 7. ubi quod militantes sub regula S. Francisci democratiâ reguntur. Carol. de Tapia *ad Auth. Ingressi, verb. Monasteria, c.* 54. *per tot.* latè Tambur. *d. tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 6. *à. princ.* Joseph. Micheli *fol.* 106. Et ex professo chronicam S. Francisci scripserunt Fr. Domin. Marcus Ulyssiponensis, Episcopus Portugallensis, Antonius Daza, Ludovicus Roboledo, Bernardinus de Bessa, Petrus Rodolphus Peregrinus Bononiensis *in chronicis Generalibus Minorum*, Ivo Magister *in manipulo Fratrum Minorum*, Joannes Hillin. *de statu Ordinis sui*, Philippus Perusinus *de historia Religionis sui temporis*. Franciscus Bartolus *de historia S. Mariæ de Portiuncula*, & Franciscus Gonzaga, ac noviſſimè Fr. Lucas Uvaddingus Hibernus in annalibus hujus Ordinis: primus & secundus tomus lucem aspexit, tertius verò nunc est sub prælo.

De Conventualibus in particulari si quis aliqua scire cupit, consulat Rodulph. *in historia Seraphicæ Relig. lib.* 2. Ludov. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 12. *art.* 1. *concl.* 3. Suar. *d. c.* 7. *num.* 6. Hier. Roder. *d. resol.* 123. *n.* 30. de Observantibus vide Tamb. *d. q.* 6. *n.* 5. Suar. *d. c.* 7. *n.* 6. Hier. Roder. *d. resol.* 123. *n.* 31. ubi quod Hispaniæ cœpit Observantia tempore Regum Catholicorum Ferdinandi, & Isabellæ, ad eorum instantiam: Philippo verò II. instante, omnino extincta est Conventualitas jussu pii V. anno Domini 1566.

De Tertiariis vide B. Joannem de Capistrano *in defensorio tertii Ordinis B. Francisci*, Dionysium Carthusianum *in Tertiam S. Francisci regulam*, Carol. de Tapia *d. c.* 54. *à n.* 6. Tambur. *d. q.* 6. *n.* 7. Bernardum de Busto *de imitatione Christi per assumptionem status tertii Ordinis de Pœnitentia*, Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. resol.* 136. latè R. P. Antonium de Sillis in libro cui titulus est, *Studia originem, provectum, atque complementum tertii Ordinis de Pœnitentia S. Francisci concernentia*, impresso Neapoli 1622.

De Capuccinis agit Josephus Zarlinus *de origine Capuccinorum*, Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 52. Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 375.

pag. 375. Car. de Tapia *d. c.* 54. *à n.* 14. Tamb. *d. q.* 6 *n.* 9. Joseph. Mich. *en el tesoro de Religiones, fol.* 109. *verso.* Suar. *d. n.* 6. *in fin.* Hier. Rod. *d. resolut.* 123. *num.* 52.

181 Carthusiensium Ordo, sic dictus à valle Carthusia, vulgò *Certosa*, in diœcesi Gratianopolitana in Regno Galliæ, institutus à S. Brunone nobili cive Urbis Agrippinæ, sub regula propria anno 1084. Pontifice Gregorio VIII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Illum approbavit Alexander III. *Const.* 7. *incip. Cum vos*, 4. Non. Sept. 1179. & à jurisdictione, & superioritate Ordinariorum exemit Bonifacius IX. *Const.* 5. *incip. Sacrosancta*, 17. Kal. Aprilis 1391. Ejus Religiosos à solitudine distrahi prohibuit
183 Honorius III. *Const.* 3. *incip. Cùm dilecti*, 5. Id. Februarii 1218. Illis communicavit, & extendit privilegia, immunitates, & exemptiones, gratias, & indulta, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus quibusvis aliis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus per quoscunque Romanos Pontifices concessa, & in futurum concedenda, Greg. XV. *Const.* 42. *incip. Ad uberes*, 3. Februarii 1623. Ad eos transire possunt Eremitæ S. Augustini Congregationis Galliæ Reformatorum, seu discalceatorum, non verò ad alios. Urban. VIII. *Const.* 90. *incip. Ex injuncti* 21. *Julii* 1628. atque etiam Cistercienses, Eugenius IV. *Const.* 16. *incip.*
185 *Regularium*, 16. Kal. Mart. 1439. Illos recipere possunt Camaldulenses in eremo degentes, petitâ, licèt non obtentâ, licentiâ ab eorum Superioribus Eugenius IV. *Const.* 8. *incip. Illa*, 8. Kal. Decembr. 1475. Vestiuntur Monachi et Religiosi Dominicani, ferunt tamen caputium assutum tunicæ, & in scapulari utrinque alam connexam intra se ligulâ ejusdem panni, & coloris infra utrumque latus. Conversi portant scapulare nigrum. Tota Religio subest Obedientiæ Prioris majoris Domus Carthusiæ, ex Constitutione 17. Julii II. incipiente *Dum ad fructu*, 16. Kal. Julii 1508. qui ab ea nunquam egreditur, & Generalis est. Ordinem regit per Visitatores, & singulis annis eo in loco Generale Capitulum congregatur, in quo de rebus Ordinis agitur. Capitulum cujusque Domus Priorem suum eligit, confirmat Generalis, durant ad arbitrium Religionis. Provinciæ sunt septemdecim (totidem numerant Aubert. Miræus, & Azor. *locis infrà citandis* cum 180. monasteriis, & tribus millibus Monachorum) monasteria ferè ducenta. Sunt Romæ ad S. Mariam de Angelis in Thermis Diocletiani. De hoc Ordine agunt S. Anton. *p.* 2. *hist. tit.* 15. *c.* 22. §. 2. Chassan *in catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *consid.* 62. Polyd. Virgil. *de invent. rerum, lib.* 7. *c.* 3. Gualter. *in tabul. chronog. sæculo* 11. *anno* 1086. *pag.* 631. Hier. Rom. *de Republ. Christiana, lib.* 6. *c.* 13. Plat. *de bono statu relig. lib.* 2. *c.* 22. Illescas *in historia Pontificali, lib.* 5. *c.* 9. Pual. Morigia *de origine Rel. lib.* 1. *c.* 27. Silvest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 2. *pag.* 124. Carol. de Tapia *ad d. Auth. Ingressi, verb. Monasteria, c.* 41. Card. Baron. seu potiùs Bzovius *tom.* 13. *annal. Eccl. anno Christi* 1254. Tambur. *d. tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 7. *n.* 1. Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol.* 105. Venero *en su enchiridion de los tiempos, fol.* 100. *in impr. de ann* 1641. Claud. Robert. *in Gallia Christiana, tit. de Generalib. pa.* 5. Aub. Miræus *de origine Relig. lib.* 2. *c.* 45. *& lib. de origine per Orbem Carthusiarum dominum.* Fr. Emm. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 8. Azor. *Inst. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 21. *q.* 2. Fr. Ludov. Miranda *in manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 2. Sanch. *in præcept. Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 21. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 4. Hieron. Roder. *in compendio qq. Reg. ver.* 123. *n.* 15. novissimè R. P. Fr. Angelus Manrique *in annalibus Cistercienſib. tom.* 2. *anno Christi* 1157. *c.* 4. Et hujus Ordinis chronicam scripserunt Henricus Arnoldus. Henricus Triso, Petrus Dorlandus cum notis Theodori Petræi, Arnoldus Bostius *instr. de illustrib. Viris Ordinis Cartusiani.* Festum S. Brunonis celebratur die 6. Octobris.

184 Sanctissimæ Trinitatis Ordo institutus sub regula propria tradita sanctis viris Joanni Matiæ, & Felici, Anachoteris Gallis anno 1198. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Henrico VI. Orientis Alexio Comneno, approbatus est ab eodem Innocentio *constitut.* 9. *incip. Operante*, 14. Kal. Julii 1209. Dicitur etiam hæc familia in Bullis Apost. Cervi frigidi, à primo monasterio, & capite familiæ prope fontem Cervi frigidi erecto, non longè ab Urbe Meldensi, Archiepiscopo Senonensi suffraganea. Hunc eundem Ordinem confirmasse Honorium III. Gregorium IX. Cœlestinum VII. Innocentium IV. Alexandrum IV. Urbanum IV. Clementem IV. Gregorium X. Clementem V. & VI. Innocentium IV. Julium II. Leonem X. Adrianum VI. Paulum III. Julium III. Paulum IV. & Pium IV. testatur Gregorius XIII. *sua Const. incip. Regimini militantis* 19. Martii 1575. Et privilegia, gratias, & indulta, tam spiritualia, quàm temporalia huic Ordini concessa confirmavit Greg. XV. *Const.* 22. *incip. Injunctæ*, 18. *Aprilis* 1622. & ejus Fratres existentes in Portugalliæ Regno gaudere omnibus gratiis, & privilegiis concessis Fratribus ejusdem Ordinis existentibus in provincia Castellæ, Legionis, & Bœticæ. statuit Paulus III. *Const.* 2. *incip. inter curas*, Idib. Novembris 1554. hic enim Ordo mirùm fulget in Lusitania, ubi fuit reformatus, quorum Patrum vitam summis commendat laudibus Fr. Michael Borellus in supplemento ad libellum, qui *Reformatorum Ordinis* dicitur. Occupantur hi Religiosi ex instituto suo in redimendis captivis è servitute infidelium, & tenentur huic operi applicare tertiam partem bonorum, & redditnum suorum, & eleemosynas pro tali opere quærere valent, nec ex eo dici possunt quæstores, sed veri Religiosi, & approbati. Clemens VII. *Const.* 7. *incip. Gratum*, 15. Maii 1524. Fratribus hujus S. Religionis ad partes infidelium se transferentibus pro redimendis captivis, conceditur facultas audiendi Confessiones ibi degentium, eosque absolvendi, Presbyterosque super irregularitate dispensandi, captivos à votis absolvendi, bona incerta per eosdem malè parta condonandi, paramenta & ornamenta Ecclesiastica benedicendi. Conceditur etiam plenaria Indulgentia Christi fidelibus in illis partibus degentibus, statis diebus confessis, & sacra Communione refectis; & quod Religiosi, & alii Presbyteri, etiam captivi certis horis Missam in Altari portatili in illis partibus celebrent, & sacramenta Ecclesiastica certo modo ad Christi fideles deferant. Permittiturque dictis Fratribus bona eis data impendere, in eorum captivorum usum, redemptionémque eorumdem: Missarum item celebratio pro Animarum à purgatorio liberatione. Paulus V. *Const.* 40. *incip. Ex omnibus* de an. 1608. apud Laërt. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 228. Gratiæ, & indulta huic Ordini & personis provinciæ Castellæ, & Legionis, Bœticæ, vel in genere toti Ordini elargita in omnibus & per omnia communicantur Religiosis Provinciæ Portugalliæ. Paulus III. *Const.* 2. *incip. Inter*

Inter curas, de anno 1534. apud Laërt. Cherubin. in Bullario *tom.* 1. *pag.* 614. Ex hac Congregatione emanavit in regno Portugalliæ Confraternitas Misericordiæ, operibus pietatis plena, anno 1498. à quodam Fr. Michaële de Contreras S. Theologiæ Magistro, & à Confessionibus Reginæ Leonoræ uxori Emmanuelis Regis Portugalliæ, qui primitivi fuerunt confratres cum aliis ex Regia progenie oriundis: de qua Confraternitate ubique terrarum celebratissima, & de ejus laudibus, & institutione agunt per me citati *de officio & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 75. *n.* 17. Utuntur Religiosi vestibus candidis, portant in pectore Crucem ex rubro, & cæruleo colore. Habet Ordo provincias 18. Monasteria 145. in quibus sunt circiter quatuor millia Religiosorum, qui perpetuò subduntur Generali, quorum seriem usque ad annum 1620. enumerat Claudius Robertus *in sua Gallia Christiana, tit. de Generalibus.* Sunt Romæ ad S. Francis. cam Romanam in platea dicta *Felice*, quæ ducit à monte Pincio ad quatuor Fontes. De hoc Ordine agunt S. Anton. 3. *p. sum. tit.* 16. *c.* 1. §. 2. *& p.* 2. *histor. c.* 1. §. 3. Chassan. *in catalogo*, *p.* 4. *consid.* 63. Polyd. Virgil. *l.* 7. *de invent. rerum*, *c.* 14. Genebr. *in chronograph. l.* 2. *anno à Christo nato* 1199. Pineda *in Monarch. Eccl. p.* 2. *c.* 22. Garibai. *in compend. histor. Hispan. lib.* 12. *c.* 28. Valenzuel. *cons.* 1. *n.* 13. *&* 14. Carol. Tapia *ad Auth. Ingressi, verb. Monasteria*, *c.* 22. *per tot.* P. Fr. Petrus Lopez de Altuna *en la* 1. *p. de la Corona general del Orden de la sanctissima Trinidad Redencion de Cautivos, impressa en Segobia* 1637. Emman. Reinoso *en el libro de la Concepcion purissima de Maria sanctissima, el discurso proeminal.* Fr. Emman. de Lemos Lusit. *en un tratado de la institucion de la Orden*, Petr. Mariz *in suis dialogis*, *dial.* 2. *c.* 10. Fr. Ludov. Osorius *de Viris illustribus & Sanctis hujus Religionis*, Fr. Franciscus Barba librum edidit *de origine hujus Ordinis*, Tambur. *de jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *numero* 57. Carrillo *in annalib. chronolog. l.* 4. *anno* 1198. *pag.* 345. Venero *en su enchiridion de los tiempos fol.* 101. *verso*, impressa de anno 1641. Fr. Ferdinand. de Camargo *epitome historiali Ecclesiæ Militantis*, *sub anno* 1198. *fol.* 247. Hier. Rom. *de repub. Christiana l.* 6. *cap.* 18. *in chronicis Ordinis Eremitarum S. Augustini*, *cent.* 8. *ad annum Christi* 1163. Tarcagnota *in historia universali p.* 2. *l.* 3. Silvest. Matul. *in Oceano Relig. l.* 3. Paul. Morigia *in origine Relig. l.* 1. *c.* 63. Renat. Copin. *l.* 1. *Monastic. c.* 1. *n.* 17. *&c.* 10. *n.* 41. Gualter. *in tab. chron. anno* 1208. Illescas *in historia Pont. l.* 4. *cap.* 32. Marquez *de origine Eremit. S. Augustini*, *c.* 3. §. 2. Azor. *instit. mor. p.* 1. *l.* 13. *c.* 11. *q.* 8. Aubert. Miræus *lib.* 1. *de statu Ecclesiæ Cathol. c.* 24. *de origine*, *l.* 1. *c.* 8. Hier. Roder. *in compend. qq. resol.* 123. *n.* 18. Moritur B.

127 Joannes Matta Romæ 21. Decembris.

Est in hoc Ordine Congregatio quædam, quam appellant Discalceatorum, cujus institutor fuit R. P. Joannes Baptista, qui considerans præfatum Ordinem temporum injuriâ, & hominum stupiditate à prima ejus instituti regularis observantia deflexisse, divinâ inspirante gratiâ arctioris vitæ zelo ductus primum hujus Ordinis institutum imitari cupiens, à Clemente VIII. reformationem obtinuit, in qua primitiva regula à Fratribus reformatis, seu discalceatis observaretur, ut constat ex *ejus Constitutione* 42. incipiente *Ad militantis Ecclesiæ*, 20. Augusti 1599. Paulus verò V. è Conventibus erectis in Hispaniæ Regnis duas provincias instituit sub plena gubernatione unius Vicarij generalis, qui Ministro generali totius Ordinis tantùm subesset, ut *in ejus Const.* 59. *incip. In supremo militantis Ecclesiæ.* Deinde idem Pontifex prædictam reformam inter cæteras Religiones Mendicantes adscribi voluit, ut patet ex ejus Constitutione 60. incipiente *Ecclesiæ Catholicæ*, 15. *Decembr.* 1609. Ultimò verò instituit, & ordinavit, ut hi Religiosi reformati, seu discalceati tempore suæ professionis ultra tria vota substantialia, quartum aliud votum etiam emitterent, non prætendendi per se, nec per alios, directè, vel indirectè, Prælatiam ullam, nec intra, nec extra Religionem, ut *in ejus const.* 62. alias 39. *incip. Quæ piè*, 10. Febr. 1610. Novissimè S. D. N. Urbanus VIII. per quasdam litteras in forma Brevis expeditas sub die 9. Augusti 1624 prohibuit ne ulli Religiosorum jam professorum inter dictos Reformatos, seu discalceatos ad ullum alium Ordinem sub quocunque prætextu, sub apostasiæ, & perpetuæ infamiæ nota se transferre audeant (excepto duntaxat Ordine Carthusianorum, petitâ tamen priùs, & obtentâ licentiâ suorum Superiorum) declarans professiones talium sic se transferentium irritas, inefficaces, & nullius esse valoris, præcipiensque Superioribus aliorum Ordinum, ut statim ac fuerint requisiti, tales translatos ad suam primam Religionem sub excommunicationis, ac privationis officiorum suorum pœna remittere debeant. Idem Pontifex hanc primitivam regulam pro Fratribus discalceatis Hispaniæ motu proprio reformavit, & ad perfectiorem formam reduxit; nam cùm ex peculiari dictæ regulæ instituto perfectissimum misericordiæ opus inter cætera corporalia haberent, videlicet redemptionem captivorum, eis etiam adjunxit contemplationem, præcipiens ut in singulis diebus ad minùs per duas horas communis fieret ad Deum mentalis oratio: similiter eis concessit suum majorem ac Generalem Ministrum, cujus electio facienda esset de sexennio in sexennium, ut plenius continetur in Bulla sub dat. Romæ 7. Kal. Octobris 1631. Possunt recitare Officium Sanctissimæ Trinitatis, & Sanctissimi Sacramenti eo modo, & eisdem diebus, & temporibus, quibus Fratres ejusdem Ordinis non reformati ex privilegio Clementis VIII. illisque in omnibus circa hujusmodi Officia se conformare, ut censuit S. Cong. Rit. in causa Sanctissimæ Trinitatis redemptionis Captivorum, 12. Februarij 1615. Possunt in Africa, & aliis Turcarum partibus celebrare super Altari portatili, & antequam illucescat dies, ac etiam absolvere fideles à casibus reservatis, necnon eisdem Indulgentias impartiri. Urbanus VIII. *Const. incip. Cùm sicut*, 20. Ianuarij 1626. apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice tom.* 4. *Bull. pag.* 10. Non possunt recipere personas sæculares ad habitum donatorum sub pœna privationis officiorum, & perpetuæ inhabilitatis, sed tantùm duo genera Religiosorum, unum videlicet clericorum Ecclesiæ ministeriis vacantium, & alterum laicorum ad eleemosynas colligendas, & alia Monasteriorum servitia attendentium. Urbanus VIII. *Const.* 25. aliàs 135. incipiente *Cùm sicut*, 29. Octobr. 1534. apud Ang. Mariam Cherub. *tom.* 4. *Bull. in appendice.* Habent indultum quærendi, & recipiendi eleemosynas, oblationes, & legata, ac alia quæcunque subsidia pro redemptione captivorum relicta. Urbanus VIII. *Const. incip. Ex incumbenti*, 5. Junij 1631. apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice tom.* 4. *Bullarij pag.* 13. Exemptionem obtinuerunt à jurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis

lis Calceatorum. Urban. VIII. *Conſt.* 33. aliàs 143. incipiente *Ex quo*, pridie Kal. Martii 1636. apud Aug. Mar. Cherub. *tom.* 4. *Bullarii, in appendice, pag.* 55. Et de electione, ac confirmatione Miniſtri Generalis Reformatorum diſcalceatorum hujuſmodi, ſtatuit idem Urbanus VIII. *Conſt.* 36. aliàs 146. incipiente *Exponi nibis*, 3. Decemb. 1636. apud Aug. Mar. Cherubin. *tom.* 4. *Bullarii, appendice, pag.* 59. Veſtitus eſt penè idem atque alterius familiæ, ſed ex panno villori, cum aliqua tamen differentia in forma, & colore Crucis, & in pallio. Habet hæc familia reformata ſuum Monaſterium ad S. Carolum prope quatuor fontes in regione Montium. Hujus reformatæ, & exemplaris vitæ ſuorum Religioſorum mentionem fecit R. P. Bernardinus de S. Antonio *in epitome Generalium redemptionis captivorum*, Fr. Marcus de Guadalaxara, & Xavierius auctor 5. partis hiſtoriæ Pontificiæ, & Ægid. Gondiſalvus de Avila Chroniſta Catholicæ Majeſtatis, *in compendio oſtium Ordinis.*

188 Minimorum S. Franciſci de paula Ordo inſtitutus à ſancto Franciſco de Paula (eſt Paula parva Urbs in Calabria, Regni Neapolitani) anno 1436. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Sigiſmundo, Orientis Joanne Paleologo, vel ut longè plures volunt, inſtitutus anno 1473. Pontifice Sixto IV. Imperatoribus Occidentis Federico III. Orientis Joanne paleologo. Habet hæc Familia regulam propriam, ejus profeſſores emittunt quartum votum de abſtinentia quadrageſimali, id eſt de non edendo extra infirmitatem, & neceſſitatem per totam vitam ea, quæ in Quadrageſima vetantur. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 6. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 6. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *c.* 18. *n.* 8. Habitus parum diſtat in figura ab eo, quem geſtant Eremitæ S. Auguſtini, mutato colore nigro in caruſinum: capuccium tamen cùm deſcendit ad pectus, rotundum eſt, cum verò ad ſcapulas, non acuminatum, ſed obtuſum, eâ formâ, ſed latiori, quâ Capitonem portant novitii S. Franciſci Aſſiſſinatis: deinde cingulo laneo caruſino præcinguntur nodis quibuſdam diſtinguentibus Sacerdotes à non Sacerdotibus. Tota Congregatio uni paret Generali, qui per ſexennium durat: habet ſub ſe ſexdecim provincias, in illis centum quadraginta domicilia, Religioſorum tria millia, ut refert Azor. *inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. 9 13. Sicut Romæ ad S. Andream de la frata in regione Columnæ, & S. Franciſcum de Paula, prope S. Petrum ad Vincula, & ad Sanctiſſimam Trinitatem, quam appellant Montis: ſed ibi ferè omnes Religioſi ex Monaſterii inſtituto Galli ſunt. Dicuntur apud Gallos, *Boni homines*, apud Hiſpanos *Fratres Victoria*, quòd in hanc provinciam ingreſſi ſunt eo die quo Rex Ferdinandus Catholicus victoriam de Mauris adeptus eſt, illorum precibus adeptam, & vaticinio prænunciatam. Approbavit primam regulam & mutat nomen Eremitarum in nomen Minorum Alex. VI. *Conſt. ſua incip.* | *Meritis*, 4. Kal. Martii 1492. apud Laurent. de Peyrinis *de privil. Regul. conſtit.* 1. *cujuſdam Alexandri, pag.* 47. in noviſſima impreſſione placentiæ in folio, & *Conſtit.* 2. apud eundem concedit, quod Tertiarii poſſint Religioſi Euchariſtiam etiam in die Paſchæ, & Extremam Unctionem miniſtrare: & *Conſtit.* 3. apud eundem mandat, quod ad Epiſcoparum, ſeu alias dignitates extra Ordinem aſſumpti reſignent omnia quæ tempore aſſumptionis habere contingit Superioribus Ordinis. Leo X. *Conſtit. ſua incip. Iis quæ*, Non. Julii 1513. confirmat privilegia omnia conceſſa à ſuis prædeceſſoribus, & approbat de novo regulas Fratrum, Sororum, & tertii Ordinis, ac concedit quod famuli inſervientes in Monaſteriis hujus Ordinis in habitu ſeculari poſſint à Religioſis illius recipere Euchariſtiam etiam tempore Paſchatis, & in articulo mortis, & in ſuis Eccleſiis ſepeliri, apud Laurent. de Peyrinis *Conſt.* 4. *pag.* 146. & *Conſt.* 11. apud eundem concedit, quod tempore interdicti Ordinariâ auctoritate appoſiti poſſint januis apertis divina celebrare: & Conſtitutio 16. apud eundem eſt circa canonizationem S. Franciſci de Paula. Minimos appellari juſſit, regulam ipſorum approbavit, & exemptionem à decimis, & quarta funeralia conceſſit, Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare poſſe ſtatuit, & eorum gratias communicavit Monialibus ejuſdem Ordinis Julius II. *Conſt.* 10. *incip. Dudum*, 5. Kal. Auguſti 1506. Confeſſiones eos audire poſſe cenſuit, & ſub Sedis Apoſt. protectione ſuſcepit Sixtus IV. *Conſt.* 5. *incip. Sedes Apoſtol.* 9. Kal. Junii 1474. Mendicantes eſſe declaravit Pius V. *Conſt.* 19. *incip. Apoſtol.* 9. *Novemb.* 1567. & Greg. XIII. *Conſt. incip. Muneris noſtri*, 1. *Auguſti* 1538. apud Laurent. de Peyrinis *tom.* 3. *pag.* 291. Decernit quod deſcendentes ex genere Judæorum, & hæreticorum in hoc Ordine recipiantur. Paul. V. *Conſt. incip. Alias ad augendam*, 8. *Auguſti* 1515. concedit Indulgentiam plenariam viſitantibus Eccleſias Monaſteriorum hujus Ordinis ſingulis primis ſextis Feriis cujuſlibet mentis, & dictas Eccleſias viſitantibus ſingulis ſextis feriis totius anni ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis, apud Peyrinis *Conſt.* 2. *pag.* 311. Capitulum Generale quolibet ſexennio celebrari poſſe conſtituit paul. V. *Conſt.* 6. *incip. Cum ſicut*, 5. Octobr. 1605. Pœnas indixit contra Superiores, qui favores extra ſuum Ordinem attendentes, officia, dignitates, & gratias concedunt, & contra Fratres dictos favores conquirentes: idem Paul. V. *tom.* 4. *Bull. Conſt.* 19. *incip. Admonemur*, 9. Sept. 1619. Urbanus VIII. *Conſt. ſua incip. Apoſtolicæ*, 14. Januar. 1625. apud Peyrinis *Conſt.* 2. *pag.* 362. concedit quod ſe poſſint obligare ad ſuffragia perpetua: & *Conſt.* 4. apud eundem, *pag.* 365. Jubet idem Urbanus ſub pœna excommunicationis & privationis vocis activæ & paſſivæ, ne ex Bibliotheca Cenuenſi hujus Ordinis extrahantur, quomodolibet libri. Idem ſua *Conſt. incip. Vita* 29. Maij 1624. apud Peyrinis *in additam. pag.* 481. dat formam eligendi Generalem Ordinis in caſu mortis Generalis: & Conſtitutione alia incipiente *Cùm ſicut*, 23. Junii 1653. concedit facultatem Generali ſupprimendi Conventus tenues, eorumque bona in Conventus majores transferendi cum oneribus annexis, apud Peyrinis *in d. additam. pag.* 505. Et idem ponr. in Conſt. *Exponi*, 22. Martii 1041. confirmat decretum emanatum in favorem Fratrum laicorum hujus Ordinis, quo ipſi unà cum Sacerdotibus poſſint ſuffragium ferre pro acceptatione Novitiorum. Et idem pontifex in alia ſua Conſt. incipiente *Cùm ſicut*, 30. Maii 1641. concedit moderno Correctori Generali, & cæteris in perpetuum futuris Correctori Generali, & cæteris in perpetuum futuris Correctoribus generalibus hujus Ordinis, ut poſt expletum Correctoris Generalis officium votum conſultivum, & deciſivum, & electivum in omnibus Capitulis Generalibus, provincialibus, & intermediis habere, necnon aliquem Conventum, à quo non poſſint amoveri, ac unum Fratrem Ordinis præfati oblatum, ſive laicum arbitrio ſuo in ſuum ſocium

UAB Biblioteca de Ciències Socials

socium eligere liberè possint, & licitè valeant: eorum privilegia, immunitates, gratias, & indulta, tam spiritualia, quàm temporalia, quatenus sint in usu, nec revocata, confirmavit etiam per modum communionis, & extensionis Urbanus VIII. *Const.* 19. *incip. Injuncti*, 28. Iunii 1624. Regitur hic Ordo ex monarchia, aristocratia, & democratia, regimine mixto. Laurent. de Peirinis *tom.* 2. *de Prælato q.* 1. *c.* 2. *n.* 12. & Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 2. *n.* 12. De hoc Ordine agunt Gualter. *in tab. chronograph. sæculo* 15. *anno* 1473. Petr. Opiner. *in opere chronolog. tom.* 1. *anno* 1458. *pag.* 418. Hier. Rom. *de Republ. Christiana lib.* 6. *c.* 31. Carol. de Tapia *d. verb. Monasteria, c.* 55. *per tot.* Illescas *in histor. Pontificali, q.* 2. *lib.* 6. *c.* 26. Platus *de bono statu relig. lib.* 2. *c.* 22. & 37. Paul. Morigia *in orig. Relig. lib.* 1. *c.* 40. Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 630. Fr. Emm. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 2. *art.* 7. Hier. Roder. *in compendio qq. Regul. resol.* 123. *n.* 37. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. *q.* 13. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 11. Claudius Robert. *in Gallia Christiana, tit. de Generalib.* Laur. de Peirinis ejusdem Ordinis alumnus *in Constitutionibus hujus Religionis*, Tambur. *d. tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 7. *n.* 10. Fr. Lucas de Montoza *in chron. hujus Relig.* Carrillo *in annal. chronolog. lib.* 5. *anno* 1473. *in princ. & anno* 1507. refert plures hujus Religionis viros sanctitate florentes, Iaseph. Micheli *en el teſoro de Relig. fol.* 109. Venero *en su enchiridion de los tiempos, fol.* 102. *verso in impres. de anno* 1641. Fr. Ferdinand. *epit. historiali Ecclesiæ militantis, sub anno* 1506. *fol.* 290. *cum seqq.* ubi meminit de Viris sanctitate fulgentibus hujus sacræ Religionis. Festum S. Francisci de Paula celebratur die 2. Aprilis.

189 Clericorum Regularium Societatis Jesu Ordo institutus fuit à S. Ignatio de Loyola nobili Cantabro, & approbara à Paulo III. *Const.* 25. *incip. Regiminis*, 5. Kal. Octobris 1540. cum limitatione ut non plures essent Religiosi quàm sexaginta: quam tamen postea absolvit, & sine limitatione ulla confirmavit anno 1545. 12. Martii. Auxit præterea ampliſſimis privilegiis anno 1545. 3. Jun. & anno 1546. 5. Junii, & anno 1549 8. Octobris: confirmarunt eandem successores Julius III *Const.* 9. *incip. Exposcit*, 12. Kal. Aug. 1550. Gregor. XIII. *Const.* 89. *incip. Ascendente*, 8. Kal. Junii 1584. & Gregorius XIII. *Const.* 10. *incip. Ecclesia*, 4. Kalend. Julii 1591. Hæc Familia in tres quasi classes divisa est.

190 Prima classis videtur esse Religiosorum approbatorum, & continet omnes, qui exacto biennio novitiatus, vota Scholasticorum emittunt, castitatis, paupertatis, & obedientiæ; simplicia tamensive isti futuri sint Sacerdotes, sive in statu laicali remansuri, titulo Coadiutorum temporalium. Ad-

191 scripti enim huic Societati, postquam emiserint dicta tria vota simplicia, verè & propriè sunt Religiosi, ut definiunt sanctæ mem. Greg. XIII. *in sua Const. incip. Quanto fructuosius*, sub dat. Romæ Kalend. Februarii 1581. & in alia incipiente *Ascendente Domino*, sub dat. 8. Kalend. Junii 1584. tradunt Nav. *commento* 1. *de Reg. n.* 19. Mandos. *conſ.* 13. *n.* 3. & *seq.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 4. & *q.* 56. *art.* 1. Carol. Tapia *in auth. Ingressi, verb. Monasteria, c.* 16. *n.* 8. *C. de sacros. Eccles.* Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 7. *vers. Gregorius*, Joan. de Cruce *de statu Relig. lib.* 2. *c.* 2. *concl.* 5. *vers. ex dictis*, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 10. *n.* 53. *vers. & clarius patet*, Aldrete *in allegat. pro omnimoda regul. exempt. p.* 2. *c.* 7. *n.* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 25. *n.* 15. & *in præcept. Decal. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 1. *per tot.* Tambur. me citato *in hoc loco, de jure Abbatum tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 30. *n.* 8. Rota *in nullius, seu Caputaquensi pensionis*, 18. *April.* 1616. *coram bonæ mem. Martino Andrea*, quam refert Joan. Maria Novar. *in Lucerna Reg. verb. Jesuita, n.* 34. *cum seqq.* Quæ quidem emissio trium votorum simplicium (quicquid sit quoad ipsos emittentes, qui quantùm in eis est, remanent perpetuò obligati) non sit irrevocabiliter quoad ipsam Societatem, cujus superior Generalis potest eos semper dimittere cum causa, etiam absque illorum culpa, juxta statuta dictæ Religionis, & confirmationes Apost. Unde ut majorem Societas haberet libertatem illos, si opus esset, cum minori offensa dimittendi, sapienter fuit provisum, ut eis liceret retinere bona sua, & beneficia, ne postea dimissi eis privati remanerent, ut *in Const.* 192
p. 4. *c.* 4. *lit. E, in fine, & p.* 6. *cap.* 2. *lit. H:* quæ ratio expressè legitur *in d. Const. Greg. incip. Ascendente Domino*: quod his temporibus, & in hac Religione speciale est, ac diversum ab aliis Religionibus, in puncto tradunt Vasp. 1. *ſt. tom.* 2. *disp.* 165 *n.* 104. *in fine*, Molin. *de justit. tract.* 2. *disp.* 139. *col.* 3. *vers. illi qui finito*, Lessius *in simili tract. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 5. *n.* 27. Mirand. *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 10. *in conc. & resp. ad* 1. Ribadeneira *in tract. de ratione instit. Societatis, c.* 18. Nicol. Garc. *d. p.* 7. *de benef. c.* 10. *n.* 63.

Secunda classis est Religiosorum Formato- 193
rum. In ea sunt Coadjutores, quos vocant spirituales, in spiritualibus exercitiis circa proximos occupati, in audiendis Confessionibus, celebrandis, & ministrandis Sacramentis, pacificandis dissidentibus, &c. Fiunt hi ex scholaribus primæ classis: sunt etiam in hac secunda Coadjutores temporales formati, id est, qui gradum hunc habent, in quo consistant, & cum tribus tantùm votis simplicibus castitatis, &c. Nec ipsi, nec Coadjutores spirituales formati aliquid addunt substantiale supra primæ classis homines, nisi quod incapaces sunt dominii condendi testamenta, & hæreditates adeundi dum sunt intra Societatem: nam ab ea expelli possunt, ut quotidie expelluntur, sed gravioribus ex causis.

Tertia classis est Professorum, quorum duplex 194
genus est. Alii sunt professi trium votorum solemnium, castitatis, paupertatis, &c. Alii etiam Obedientiæ addunt quartum, circa missiones ex summi Pontificis decreto. In his præcipuè sita est Societas, ut legendo, concionando, disputando, proximum juvando, tum inter fideles, tum inter infideles, ætatem absumant. Alia etiam professi post ipsam professionem vota simplicia emittunt, ut non ambiendi dignitatem ullam, nec in Societate, nec extra Societatem, nisi obligentur ab eo, qui possit: non consentiendi ut paupertas Societatis relaxetur, sed curandi ut semper stringatur: manifestandi Præposito Generali Societatis, vel Societati ipsi, qui dignitates ambierint: audiendi consilia Generalis, vel illius quem ipse deputet ad rectam animi, officii sui rationem, quando sibi sui meliora non visa fuerint, si eligi contingat in dignitatem aliquam extra Societatem: de hic omnibus latè Sanch. *in præcept. Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 18. *per tot.* Suar. *tom.* 4. *de Releg. tract.* 10. *lib.* 6. *à c.* 5. *usque ad* 11. & novissimè Lezana *in qq. Regul. tom.* 2. *c.* 4. *n.* 9. & 10. ubi latè.

Plura

195 Plura privilegia, & indulta obtinuerunt à Summis Pontificibus, quorum aliqua referre non piget, ut sic alii cum illis communicantes ea non ignorent, & illi, quæ sibi fuerint concessa, non obliviscantur. In primis officium Divinum privatim, non communiter recitant. Paul. III. *de Const. 25. incip. Regiminis. 5. Kalend. Octobri* 1540. Non possunt consentire electioni factæ de se ad Ecclesiasticas dignitates absque Præpositi licentia, & Confessiones sæcularium audire possunt. Paul. III. *Const. 48. incip. Licèt, 15.* Kalend. Novembr. 1549. Ad processiones accedere non tenentur, nec ad id cogi possunt. Greg. XIII. *Const. 16. incip. Quæcunque*, 22. Sept. 1576. Ubique Ecclesias & domos ædificare possunt, non obstante privilegio aliis Ordinibus concesso, quod prope eorú loca nova monasteria cóstrui nequeant. Greg. XIII. *Const. 39. incip Salvator*, 30. Oct. 1576.

A solutione, & præstatione decimarum, & aliorum onerum quorumcunque exemit eos Gregor.
1 XIII. *Const. 51. incip. Pastoralis.* 1. Janv. 1378. Sed Leo XI. pro Regnis Hispaniarum modificavit concessionē hujusmodi circa decimas, prout de jure: & licèt Greg. XV. reduxerit illam ad terminos constitutionis Greg. XIII. tamen Urban. VIII. constitutionem Leonis XI. servari voluit, nisi quatenus de jure, vel consuetudine exempti reperirentur. Illis usum Altaris Portatilis concessit Greg. XIII. *Const. 57. incip. Usum Altaris*, 1. *Octob.* 1579. A quocunque Episcopo extra tēpora, & interstitiis non servatis Ordines suscipere possunt. Greg. XIII. *Const. 77. incip. Piis*, 21. *Sept.* 1581 Absque licentia à Societate discedētes apostatæ censentur, paupertatem servant, non professi dominium bonorum retinent, veri sunt Religiosi. Gregorius XIII. *d. Const. 79. incip. Ascendente*, Sacris Ordinibus non initiati verbum Dei prædicant. Greg. XIII. *Const. 95. incip. Verè*, 20. *Nov.* 1585 Societatis Jesu Religiosi nomen hoc in proprium retinent. Superiorum electio est penes Præpositum generalem, & post emissionem votorum ad Carthusiensem duntaxat Ordinem transire possunt. Greg. XIV. *Const. 10. incip. Eccl.* Kal Jul. 1591.

196 Recipit novitios hæc Religio etiam non servatâ formâ Constitutionis 71. Sixti V. Greg. XIV. *Const. 15. incip. Exponi*, 30. Aug. 1591. Et est verè ex Ordinibus Mendicantibus, eorumque gratiis, & privilegiis, tam concessis, quàm concedendis perfruitur. Pius V. *Const. 171. incip. Dum inter sess.*, 7 Jul. 1571.

Habebat Societas anno 1608. ut testatur Ribadencira in libello inscripto *Illustrium Scriptorum Religionis Societatis* Jesu *catalogus*, editionis Lugdunensis anni 1609. provincias 25. cum duabus vice provinciis, Domos professas 21. Collegia 239. Domos probationis, sive novitiorum separatas 33. Domos & residentias 96. Socis penè 15000. Subest tota familia uni Generali, eique perpetuo, & à quo Præpositi Domorum professarum, Rectores Collegiorum, Provinciales item eliguntur. Habet Societas plura Romæ domicilia: prima sunt Ignatius Magnus, Collegium Romanum, Domus probationis S. Andreæ ad Montem Quirinalem. Festum S. Ignatii celebratur 31. Julii.

197 De Societate Jesu plura tractant Carol. Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. Monasteria, c. 10. per tot.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 13. c. 7. per tot.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. c. 9. à n. 60. & c. 18. per tot. & lib. 7. c. 1. à n. 31. usque ad n. 39. & c. 2. à n. 52. & c. 8. à n. 22. & c. 18. à n. 23. & c. 27. per tot. & c. 29.* Hieronym. Roder. *in compendio qq. Regul. resol. 123. n. 89.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 20. per totum*, Carril. *in annalibus chronolog. lib. 6. anno* 1540. *pag. 473. vers. este anno*, Tamb. *de jure Abbatum tom. 3. disp. 1. q. 2. n. 10. in fine, n. 11.* ubi ait hunc Ordinem per monarchiam gubernari: & latè *tom. 2. disp. 24. q. 8. n. 1.* Lazana *in qq. Regular. tom. 2. c. 5. n. 20.* Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol. 112.* Fr. Ferdin. Camargo *in epit. historiali, sub anno* 1540. *fol. 299. & sub anno* 1556. *fol. 304. cum seqq.* enumerat Religiosos hujus sacræ Religionis sanctitate, & martyrio insignes, latè me citato *in hoc loco*, & ab eo pluta desumens, Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Jesuita, pag. 116. cum seqq.* Ex professo Nicolaus Orlandinus, & Fr. Sachinus, Petr, Ribadeneira *in libello de instituto Societatis* Jesu, *& in vitis trium Generalium, & in libello inscripto, Illustrium Scriptorum Religionis Societatis* Jesu *catalog.* Valent. *in apolog. pro Societate adversus admonitionem Smidelini Lutherani*, Joan. Petr. Maffæus *in vita S. Ignatii*, Horatius Tursellinus *in vita S. Francisci Xaverii*, Andreas Beatus *in vita B. Francisci de Borgia*, Jacobus Gretserus *in lib. quinque apolog. pro vita S. Ignatii*, Ludovic. Richeomius, & Franc. Turrian. *in apolog. pro Societate* Jesu, *contra calumnias hæreticorum*, Franc. Bonavent. *in Extravag. Gregorii XIII. Ascendente Domino*, Carol. Scrib. *in amphitheatro honoris contra Calvinistarum criminationes*, Ægidius Schodronchus *in scœna tragica solutâ numeris oratione, ex apologia P. Francisci Costeri adversus calumnias Lugdunensium Batavorum in Societatem*, litteræ annæ ejusdem Societatis Francisci Benci, Joan. Antonii Valtrini, Joan. Francisci Carettonii, Sebastiani Barrettarii, Philiberti Moneti, Nicolai Orlandini, & aliorum.

Clericorum Regularium Minorum Ordo insti- 198
tutus fuit ab Augustino Adorno, Sacerdote Januensi, cum Augustino & Francisco de Caraccciolis Sacerdotibus Neapolitanis, sub regula propria anno 1588. Pontifice Sixto V. Imperatore Occidentis Rodulpho II. Orientis tyranno Amurate III. Illum approbavit, ac indulsit, ut ejus Religiosi emitterent quatuor vota substantialia, nempè paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac nòn procurandi dignitatem ullam extra Religionem, nec acceptandi, nisi ex juss. summi Pontificis: item, ut ministrare possent Sacramenta Ecclesiastica, recitare divinum Officium secundùm usum S. R. E. & ut in communi ac clericali habitu viverent, idem Sixtus V. *Const. 8. inc. Sacra religionis*, sub dat. mense Jul. 1588. in Bullario novo *tom. 2. pag. 629.* Habent inter alia singulare quoddam institutum orationis mentalis continuæ, cui in orbem per singulas horas interdiù vacant, & continuæ quoque pœnitentiæ, jejunii scilicet in pane & aqua, cilicii, & disciplinæ, quibus in orbem per singulos dies incumbunt. Gaudent privilegiis Clericorum Regularium Theatinorum, ex concessione Gregorii XIV. *Const. 2. incip. Romanus*, 18 Februarii 1591. Confirmationem suarum Constitutionum obtinuerunt à Paulo V. *Const. sua incip. Decet*, sub dat. Tusculi 8. Octobris 1612. Reguntur ab uno Præposito Generali, qui priùs durabat ad triennium: nunc verò ex dictis Constitutionibus confirmatis eligitur ad sexennium. Utuntur habitu clericali ex panno vili, sunt per Italiam & Hispaniam, habent provincias tres. Neapolitanam, Romanam, & Hispanam, in quibus numerant 24. Monasteria. Sunt Romæ ad sanctum Laurentium in Lucina, & ad S. Agnetem in Navona. De hoc Ordine agunt Joseph. Micheli *en el tesoro de Religiones, fol. 115.* Fr. Ferdinand. Camargo *in epit. historiali Ecclesia Militantis, sub anno* 1587. *fol. 316. verso.*

Sylvest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 537.* Carol. de Tapia *in Auth. Ingressi, verb. Monasteria, cap. 14.* Tamburin. *dict. tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 88.* & circa votum non petendi Prælaturam extra Religionem, Lezana *in quæst. Regul. tom. 2. capite 2. numer. 16. & numer. 23.* Hieronym. à Sorbo *in compendio privileg. in prælud.* ubi recenset Ordines Regulares, & in fine duos illos Patres de Caracciolis vocat nominibus diversis; unus enim in sæculo dictus Fabritius, in Religione vocari voluit Augustinus: & alter qui in sæculo dicebatur Ascianius, in Religione Franciscus, & non Joannes Franciscus, ut vocat Sorbus, appellari voluit. Moritur sanctissimo fine P. August. Adornus Neapoli biennio ferè post fundationem, & sepultus est in Ecclesia S. Mariæ majoris, ibique etiam P. Franciscus Caracciolus cum magna sanctitatis opinione. P. autem Augustinus Romæ obiit, & in dicta Ecclesia sancti Laurentij in Lucina sepultus est.

199 Clericorum Regularium ministrantium infirmis Ordo institutus fuit à Camillo de Lellis Sacerdote Neapolitano, ex oppido Bochianico, Diœcesis Theatin. oriundo, egregiæ sanctitatis viro, anno 1586. Pontifice Sixto V. Imperatore Occidentis Rodolpho II. tyranno Orientis Amurate III. & tunc sub instituto simplicis Congregationis approbato ab eodem Sixto V. *Constit. 25. incip. Ex omnibus*, 18 Martij ejusdem anni. Postea autem sub instituto Religionis cum quatuor votis solemnibus, & ultimo de perenni ministerio ægrotantibus exhibendo, etiam peste laborantibus, & exemptione à jurisdictione Ordinariorum. Ordo iste approbatus fuit à Gregorio XIV. *Constit. 27. incip. Illius*, Kalend. Octobris 1591. Serviunt infirmis tam circa corporalia, quàm spiritualia in Hospitalibus, & prohibentur administrationes reddituum Hospitalium procurare, & à ministerio infirmorum etiam Sacerdotes non dispensantur, & ante expletum decennium, nisi ex causa, quinquennio elapso, jus suffragij non habent. Clemens VIII. *Const. 75. incip. Superna*, 4. Kalend. Januarij 1604. eos ad Carthusianos transire prohibuit, non obtentâ licentiâ à Sede Apostol. Paulus V. *Constit. 20. incip. Romanum*, 16. Maij 1606. Gubernatur hic Ordo Aristocratiâ, Tambur. *d. tom. 2. disp. 1. q. 1. n. 13.*

200 Habet hic Ordo multa desumpta à Patribus Societatis Jesu, in primis Novitiatum per biennium, professionem quatuor votorum, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, iterum serviendi ægrotis etiam pestilentiâ laborantibus: addunt deinde professi vota quatuor simplicia, primum non consentiendi ut quicquam mutetur in modo serviendi infirmis sibi per Bullas Apostol. decreto: secundum non consentiendi ut redditus Hospitalium ab ipsis possideatur: tertium non procurandi, nec acceptandi aliquam Prælatiam, vel dignitatem intra, vel extra Religionem, nisi imperetur sub peccato ab eo qui imperare possit: quartum manifestandi Religioni, seu consultæ, quam majorem appellant, si quem sciant hujusmodi Prælaturas, vel dignitates procurare. Refert Lezana *in quæstionibus Regul. tom. 2. cap. 4. n. 18.*

201 Domus professæ hujus Familiæ non possunt habere redditus, nec bona stabilia, si excipiatur locus aliquis, putà villula, in qua senes & ægroti spatiari possint, & à laboribus recreari. Professos tamen ad Sacerdotium destinatos in Domibus Novitiatuum, vel aliis distinctis domibus, donec Presbyteri ordinentur, ex illarum perpetuis redditibus vivere posse statuit Urbanus VIII. *Constit. 10. incip. Sacrosancta*, 11. *Kalend. Februarij* 1623. Habitus convenit cum Patribus Societatis; distinguuntur tamen ab his Cruce, quam ex panno canusino in pallio ad dextrum latus circumferunt.

Divisa est hæc Familia in quinque Provincias 202
per Italiam & Siciliam, ubi enumerant domicilia 23. Paret ubi Præposito Generali, qui eligebatur ad sexennium, nunc verò durat tantùm ad triennium, ex Constitutione Urbani VIII, & ab ipso Præposito Generali Superiores omnes eliguntur, cum voto tamen decisivo ad majorem numerum quatuor Consultorum, qui illis semper assistunt, de quorum electione Urbanus VIII. *constit. 85. incip. Romanus*, 29. *Aprilis* 1628. Habent Romæ Monasterium ad S. Mariam Magdalenam prope Rotundam; & domum Novitiatûs prope Curiam Sabellicam. De hoc Ordine agunt Sylv. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 429.* Fr. Emm. *qq. reg. tom. 1. q. 3. art. 15.* Hieron. Roderic. *in compendio qq. reg. res. 123. num. 22.* Carol. Tapia *in Auth. Ingressi, verb. Monasteria, cap. 13.* Tambur. *tom. 2. disput. 24. q. 4. num. 73.* Lezana *in sum. q. Reg. tom. 2. cap. 4. num. 24.* Ex professo Sancius Cicatellus hujus familiæ alumnus *in vita Camilli de Lellis fundatoris*, Julian. Francardellus *in chronica hujus Religionis*, quæ nondum lucem aspexit, quam evulgavit Cosmus Lenza hujus Ordinis Religiosus. Moritur sanctissimo fine P. Camillus Romæ die 14. Julij 1614.

Sunt autem quædam circa hujsmodi regulas 203
atque Ordines annotanda, & primò sciendum est, quod Innocentius III. in Concilio Lateranense *in cap. fin. de Relig. domib.* statuit ne nimia Religiosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem induceret, ut nemo novam Religionem, aut Ordinem præsumeret instituere: sed quicunque ad Religionem converti voluisset, unam de approbatis assumeret, quod & à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi *in c. 5. de relig. domib. lib. 6.* & à Ioanne XXII. *in Extravag. Sancta Romana, eod. tit.* fuit confirmatum, & pœna excommunicationis apposita. Vide Menoch. *de arb. casu 421. n. 18.* Fr. Emman. *qq. reg. tom. 3. q. 48. art. 3.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 11. c. 23. q. 5. & c. 24. q. 4. in fine & p. 2. lib. 9. c. 7. q. 1.* Val. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 365. vers. accedit*, Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 25. n. 10. & in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. c. 1. n. 15. in fine*, Fr. Ludovicum Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 3. art. 6.* Prohiberi autem videtur potiùs novam regulam invenire, quæ ab illis quatuor differat, quàm novam Congregationem erigere; dicit enim textus *in d. c. fin. ne quis novam Religionem inveniat, sed unam de approbatis assumat; qui autem voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam & institutionem accipiat de approbatis.* Unde ipse Innocentius Pontifex B. Dominico petenti Ordinis sui approbationem, respondit ut regulam aliquam approbatam eligeret: similiter prædictum Concilium Lugdunense *in d. c. 1.* vetat ne quis novum Ordinem aut Religionem inveniat. Qui ergo novæ Religionis Ordinem, vel habitum voluerit instituere, debet Apostolicæ Sedis authoritatem, & approbationem obtinere, ut resolvunt F. Emm. Azor. & Val. Regin. *citatis locis*, Laurentius de Peyrinis *in constitut. sui Ordinis Minimor. tom. 1. constitut. 1. Archiepiscop. Parhi*, Ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 40. n. 47. secundum*

Lugdunen-

Lugdunens. impress. Novam verò Congregationem sine diverso habitu ordine regulari erecturus, poterit Episcopum suum requirere, *cap. de Monachis cum seq.* 18. *q.* 2. quod & in fraternitatibus laicorum, quia subsunt Episcopis, intelligendum videtur. Concilium Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. quod autem prohibetur quisque novum habitum Religionis assumere, ex *d. c.* 1. de novo Religiosorum conventu exponit Gloss. *bi. verb. habitum.* Cæterùm singularis persona, quæ socios non abducat, novum habitum inducere non prohibetur, *c. per similiam*, 41. *dist.*

104 Secundò est sciendum, quod quamvis omnes regulæ, & Ordines Religiosorum, diversitatè quam in institutis, & habitu ostendunt, inducant, ad unum tamen est eundem finem, velut rivuli ad alveum tendunt; omnes namque eandem fidem Catholicam profitentur, & eundem Deum colunt, quamvis unusquisque ambulet secundùm proprium donum, quod habet à Deo, juxta Apost. 1. *ad Corinth.* 7. alius quidem sic, alius verò sic: qui & cunctos hortatur, ut dignè ambulent in vocatione quâ vocati sunt. Et quamvis divisiones gratiarum esse affirmet, idem tamen Deus, & idem est spiritus, qui dividit singulis prout vult. Concilium autem Aquisgran. dicit idcircò habitus singulorum Ordinum in Ecclesia ad invicem esse discretos, ut liquidò cognoscatur cujus propositi sit gestans, vel in qua professione Domino militet. Verùm si quis in contemptum aliorum novum habitum præsumptione assumeret in superbiam elatus, putans se solum justitiam ex eo habiturum, damnatur à Concil. Gangrensi relato *in cap. si quis virorum, cum seq.* 30. *dist.* Innocentius verò III. hac de re statuit *in cap. Deus qui, de vita, & honest. cler.* ut Religiosi diversorum Ordinum, quos ad prædicandum miserat nuper ad Fidem conversis, in unum Regularem habitum se omnes conformarent, ne dissimilis habitus apud novos in fide scandalum generaret.

105

106 Tertio est sciendum cum Rot. *in Gerundensi administrationis*, 11. *Decembris* 1630. *coram R. D. meo Corsino Decano*, quod sunt aliqui Religiosi nihil habentes quoad verum dominium, nec quoad jus administrandi, nec in particulari, nec in communi, ut sunt Capuccini & de Observantia; alii verò habentes jus administrandi in communi, & non in particulari, quales ferè sunt omnes Religiosi de jure communi: alii denique sunt qui habent jus administrandi quæ suo victui sunt destinata, quales sunt Canonici Regulares sancti Augustini Hispaniarum, de quibus latè diximus *in tract. de Canonic. c.* 1. *n.* 19. *cum seqq.*

107 Quartò est sciendum, duo esse genera Religiosorum; quidam enim sunt Ordines Mendicantium, quidam verò non Mendicantium. Ordines autem

108 Mendicantium verè & propriè quatuor sunt, videlicet Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, ut declaravit Pius V. *sua Const.* 44. *incip. Romanus Pont. sub dat.* 1. *Octobris* 1568. *in Bullario novo pag.* 124. & tradunt Isidor. Moscon. *de majest. milit. Eccles. lib.* 1. *p.* 4. *c.* 1. *de Regularibus, pag.* 514. *vers. Mendicantes*, Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 23. *q.* 2. Zerol. *in praxi Episc. v.* 2. *verb. Mendicantes*, Ludovic. Mirand. *in man. Prael. tom.* 1. *q.* 11. *art.* 6. Galganet. *de jure publico lib.* 3. *tit.* 41. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. latè Tom. Valasc. *alleg. Juris, tom.* 1. *alleg.* 66. Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 77. *n.* 16. *secundum Lugdun. impress. & in tract. de appellat. verbor. utriusque juris signif. appellat.* 147. *num.* 1.

Ex his quatuor Ordinibus, prædicatorum Ordo 109
præfertur aliis Mendicantium. Gloss. *verb. Prædicatores, in c.* 3. *de pactis, & verb. Prædicatorum, in cap. quorundam*, 24. *volentes, de elect.* Anchar. *cons.* 214. *in princ.* Geminian. *in c. Episcopus, n.* 3. *ad fine, vers. aut sunt regulares*, 17. *dist.* Felin. *in rub. de major. & obed. n.* 5. *vers. Fratres*, Colleg. Bonon. *cons.* 1. *n.* 2. *post cons. Card. Zabarel. & ibidem* Collegium Paduanum *n.* 36. *vers. aut sunt Regulares*, per. de Monte *de potest. Pontific. tit. De ossibus cum Com. n.* 1. Nav. *cons.* 5. *n.* 1. *de statu Monach. in novis*, Jacob. Philip. de Port. *cons.* 164. *n.* 2. *vers. unde qualitas*, Felix Contelo. *quæst. de precedentia, n.* 11.

Præter quatuor supradictos Ordines, qui verè, & propriè Mendicantium nomen sortiri sunt, alii plures per specialia privilegia inter Mendicantes annumerantur, qui ad sex hucusque pervenerunt: sunt autem hi, qui sequuntur.

Servi B. Mariæ inter Mendicantes annumeran- 110
tur in dicta Bulla V. *constitutione* 44. ut referunt Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 55. *art.* 3. Erasm. à Cochier *de jur. ord. in exemptos, p.* 1. *q.* 17. *n.* 17. Ego ipse *appellat.* 147. *n.* 4. Lezana *d. c.* 1 *n.* 1. *in fine*,

Minimi S. Francisci de Paula similiter inter 111
Mendicantes annumerantur ab eodem Pio V. *in sua const.* 59. *incip. Apostolica Sedis benignitas*, sub dat. Romæ 9. Novemb. 1567. est in Bullario novo *tom.* 2. *pag.* 144. refero Ego ipse *d. appellat.* 147. *n.* 5. Lez. *d. c.* 1. *n.* 1. *in fine*, Laurent. de Peyrinis *de privil. Regul. ad constit.* 1. *Pii V.* § 2. *pag.* 151.

Jesuati Congregationis S. Hieronymi comprehen- 112
duntur inter Ordines Mendicantium, eorumque perfruuntur gratiis, & indultis, ut statuit idem Pius V. *sua const.* 50. *incip. Romanus Pontifex*, sub dat. 18 Novembris 1567. est in Bullario novo *tom.* 2. *pag.* 245. ut referunt Fr. Emm. *d. tom.* 1. *q.* 55. *art.* 4. & Azor. *d. lib.* 12. *c.* 23. *q.* 2. Ego ipse *d. appellat.* 147. *n.* 6. Lezana *d. c.* 1. *n.* 1. *in fine.*

Societatis Jesu Patres etiam inter Mendicantes 113
annumeravit idem Pius V. *sua const. incip. Dum. indefessa*, sub dat. Jul. 1571. ut referunt Hieron. Gab. *cont.* 2. *ad lib.* 1. Fr. Emm. *d. tom.* 1. *q.* 55. *art.* 5. & *tom.* 3. *q.* 49. *art.* 2. Azor. *d. lib.* 13. *c.* 7. Mura *dec.* 2. *n.* 18. Ego ipse *d. appellat.* 147. *n.* 7. Lezana *d. c.* 1. *n.* 1. *in fine*, Thom. Valasc. *d. alleg.* 66. *n.* 14.

Carmelitas discalceatos inter Ordines Mendi- 114
cantes annumerandos esse, eorumque gratiis omnibus perfrui, declaravit Clemens VII. *sua const.* 101. *incip. Romanum Pontificem*, sub. dat. 10. Augusti 1603. est in Bullario novo *tom.* 3. *pag.* 137.

Fratres discalceati Ordinis sanctissimæ Trinita- 115
tis redemptionis captivorum, inter cæteras Religiones Mendicantes adscribi voluit Paul. V. *Const. sua incip. Ecclesiæ Catholicæ*, 15. Decembris 1609.

Qui omnes Mendicantes Ordines, non solum 116
quatuor priores, sed etiam alii posteriores, qui postea à Sede Apostolica tales instituti sunt, verè Mendicantes dicuntur, ut benè docet Azor. *d. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 14. *quæst.* 1. *vers. quæres*, & ideo optimè tradunt Novar. *commento* 4. *de Regular. num.* 13. *vers.* 2. & F. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 52. *art.* 23. Fratres quosdam, quibus concessa est facultas transeundi ad Mendicantes, si Mendicantes admittere volentes non invenerint, non satisfacturos, si apud Mendicantes olim institutos admittantur, nisi admittantur quoque apud denuò tales creatos: & Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. disput.* 31. *sect.* 6. *num.* 7. docet suspensionem latam *in cap. non solum, & in cap. constitutionem, de regularib. lib.* 6. in Superiores Ordinum Mendicantium admittentes ad professio-

nem ante annum novitiatûs, extendi ad Mendicantes postea creatos: & idem Suarez. *tom. disp. 22. sect. 5. n. 15.* alt excommunicationem latam *in Extravag. Viam, de Reg.* contra Mendicantes transeuntes ad alium Ordinem, quàm Carthusianum, extendi ad Religiosos Societatis Jesu.

217 An autem Moniales præfatorum Ordinum veniant sub dispositionibus loquentibus de Mendicantibus? Quæstio ad præsens instituturn est non contemnenda, in qua licèt affirmare videantur Gloss. *verb. quæstibet, in Clem. 1. de Reg.* & ibi Imol. *n. 8.* ac Bonifac. *n. 56.* Lap. *alleg. 4. An dispositio, num. 1. 2. & 3.* & ibi Mandos. *in addit. lit. A*, dum existimant dispositionem illius Clem. 1. de Mendicantibus loquentis, comprehendere fœminas Ordinum Mendicantium: tamen negativa sententia verior est, & ratione probatur, quia si moniales comprehenderentur appellatione mendicantium, illæ minimè defatigarentur in obtinendis privilegiis communicationum cum Ordinibus mendicantibus, juxta regulam legis 1. *ff. ad municip. & l. 1. C. de thesaur. lib. 10.* at constat Clementem VII indulsisse Sororibus S. Claræ omnia privilegia concessa, & concedenda quibuscumque Ordinibus mendicantibus, ut nobis idonei testes sunt Fr. Emman. *qq. reg. tom. 1. q. 55. art. 1. & 13.* Ascan. Tambur. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 16. q. 1. sub n. 46.* Igitur, &c. Quare hanc partem negativam mèliùs sustinent in terminis dictæ Clementinæ Sylvest. *in sum. verb. Religio 3. q. 3. dist. 3.* & alii plures, quos refert, & sequitur Sanchez *dict. lib. 6. cap. 7. n. 217.*

218 Sunt plures alii Regularium Ordines, qui de privilegiis mendicantium speciali Summorum Pontificum indultu participant, quos breviter enumerare non inutile judicamus, & me citato in hoc loco eosdem reportavit Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Mendicantes.* Canonici igitur regulares Lateranenses participant de privilegiis mendicantium, ut *in Constit. 41. Pii V. incip. Ex superna dispositionis arbitrio*, sub dat. 17. Kalend. Septembris 1567. & est in Bullario novo *tom. 2. pag. 228.*

219 Canonici Regulares S. Salvatoris Bononiensis, ut in Const. 30. Jul. II. incipiente *Intercæteras*, sub dat. 2. Nonas Aprilis 1512. in Bullario novo *tom. 1. pag. 450.*

220 Canonici Regulares S. Crucis Canimbricensis, per Bullam Pii V. quæ incipit, *Ex superna dispositionis arbitrio*, in Bullario novo *tom. 1. pag. 232.*

221 Canonici Regulares S. Georg. in Alga, ut in Constit. 92. Pii V. incipiente *Ex incumbendi nobis*, sub dat. 3. id Decembris 1569. pontificatus sui anno 4. in Bullario novo *tom. 2. pag. 292.*

222 Monachi Casinenses, aliàs S. Justinæ de Padua, ut in Const. Julii II. incipiente *Super Cathedram*, sub dat. 10. Kal. Septembris 1502. pontificatus sui anno 1. est in Bullario novo *tom. 1. pag. 402.*

223 Monachi Vallis Umbrosæ participant per viam communicationis de omnibus privilegiis mendicantibus concessis, ex dicta Bulla Pii V. incipiente *Ex superna dispositionis arbitrio.*

224 Monachi Camaldulenses, ut in Const. 8. Gregorii XIV. incipiente *Ex injuncto nobis*, sub dat. 24. Septemb. 1591. pontificatus sui anno 1. est in Bullario novo *tom. 2. pag. 710.*

225 Monachi Cistercienses Congregationis Sancti Benedicti in Italia Regularis Observantiæ, ut in Constitutione 16. Gregorii XIV. incipiente *Romanus Pontifex*, sub dat. 28 Junii 1592. pontificatus sui anno 1. est in Bullario novo *pag. 704.*

Monachi Cistercienses reformati Congregationis Beatæ Mariæ Fulicnsis, ut in Constitutione 70. Sixti V. incipiente *Super specula*, sub dat. Idibus Novembris 1587. Pontificatus sui anno 3. est in Bullario novo *tom. 2. pag. 600.* & in alia Constitutione 23. aliàs 18. Pauli V. incipiente *Divina disponente clementiâ*, sub dat. 5. Io. Julii 1606. pontificatus sui anno 2. & in alia sequenti, quæ incipit *In supereminentis*, sub dat. 21. Novembris 1607. pontificatus sui anno 3. est in Bullario novo *tom. 3. pag. 106.* 226

Monachi Cœlestini in Const. S. D. N Urbani VIII. sub dat. 14. Augusti 1624. pontificatus sui anno 2. 227

Monachi Sylvestrini, ut in Const. Pauli V. sub die 23. Novembris 1606 sicut refert Laërt. Cherub. *tom. 1. Bullarii novi, in rubr. Bulla 38. Pauli III. pag. 676.* 228

Monachi Congregationis B. Mariæ Montis Virginis, ut in Const. Pauli V. sub dat. 19. Maii 1611. Pontificatus sui anno VI. quæ est in appendice Bullarii novi Constitutio 1. *tom. 3. pag. 46.* 229

Monachi S. Basilii, ut colligitur ex Bulla Gregorii XII. sub dat. Kalendis Novembris 1579. Pontificatus sui anno VIII. quam refert Fr. Emman. *in nova collect. privil. Mendic. & non Mendic. Bulla 11.* inter Bullas dicti Pontificis. 230

Monachi Præmonstratenses habent communicationem omnium privilegiorum, tam spiritualium quàm temporalium, tam in genere quàm in specie concessorum Congregationi S. Bernardi Ordinis Cistercienscs regnorum Hispaniæ, ut in Constit. Clementis VIII. sub dat 20. Sept. 1593. pontificatus sui anno 2. quam refert. Fr. Emm. *ubi sup. Bulla 30. ejusdem Pontificis.* 231

Fratres S. Spiritus in Saxia participant de privilegiis Mendicantium, ut in Constit. Sixti V. incipiente *Exigit*, sub die 13. Augusti 1586. Pontificatus sui anno 2. 232

Eremitæ S. Hieronymi in Hispania, ut colligitur ex dicta Bulla Pii V. incipiente *Ex superna dispositionis arbitrio*, est in Bullario novo *tom. 2. pag. 232.* & aliis relatis à Fr. Emm. *qq. reg. tom. 1. q. 55. art. 9.* 233

Eremitæ S. Hieronymi Congregationis S. Petri de Pisis perfruuntur omnibus privilegiis Ordinum Mendicantium, ut in Const. 125. Pii V. incipiente *Religionis zelus*, sub dat. 30. Mart. 1571. Pontificatus sui anno 6. est in Bullario novo *tom. 2. pag. 337.* 234

Fratres S. Hieronymi de Fesulis habent participationem, & communicationem omnium privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, & gratiarum, quibus Fratres religiosi Conventuum quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium ubique existentium gaudent, ut in dicta Bulla Pii V. incipiente *Ex superna dispositionis arbitrio*, in Bullario novo *tom. 2. pag. 232.* 235

Fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, Provinciarum Castellæ, Leonis, & Bœticæ, ex privilegiis Leonis X. & Adriani VI. fruuntur omnibus privilegiis concessis quatuor Ordinibus Mendicantium, quibus gratiis & exemptionibus concessis & concedendis per Sedem Apost. locis, & personis Ordinis sanctissimæ Trinitatis dictarum Provinciarum, fruuntur loca & personæ ejusdem Ordinis in regno Portugaliæ per Const. Pauli III. incipientem *Inter curas*, sub dat. Romæ Idib. Novembris 1534. est in Bullario novo *tom. 9. pag. 615.* 236

Fratres Creciferi communicant in privilegiis cum Ordinibus Mendicantium, tam concessis, quàm 237

quàm concedendis, ut in Constit. Gregorii XIV. incipiente *Romanus Pontifex*, sub dat. Romæ die 12. Julii 1591. Pontificatus sui anno 1. *Bullar. novi, tom. 2. pag. 701.*

237 Fratres S. Mariæ de Mercede gaudent privilegiis Mendicantium, ut in Bulla Leonis X. sub dat. 5. *Kalend. Augusti* 1516. de qua meminit Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 55. art. 12.*

238 Fratres Militiæ Jesu Christi regni Portugalliæ reformati nuncupati, participant per viam communicationis de omnibus privilegiis Mendicantibus concessis, per dictam Const. Pii V. incipientem *Ex superna dispositionis arbitrio*, ut in Bullario novo *tom. 2. pag.* 232.

239 Clerici Theatini gaudent privilegiis Mendicantium per Const. 38. §. 12. Clementis VII. incipientem *Dudum pro parte vestra*, sub dat. 7. Martii 1533. est in Bullario novo *tom. 1. pag. 605.*

240 Clerici Regulares Minores communicant cum privilegiis Theatinorum per specialem Constitutionem Gregorii XIV. incipientem *Romanus*, est in Bullario novo *tom. 2. pag. 687.*

241 Clerici Regulares de Somascha retinent communicationem privilegiorum Mendicantium, ut in Constit. 37. §. 1. Pauli V. incipiente *Ex quo divina majestas*, sub dat. 9. Novembris 1607. Pontificatus sui anno 3. est in Bullario novo *tom. 3. pag. 226.*

242 Clerici Regulares ministrantes infirmis omnium privilegiorum, facultatum, libertatum, indultorum, favorum, tam Medicantibus, quàm non Mendicantibus concessorum communicationem habent, ut in Const. Gregor. XIV. incipiente *Illius qui pro gregis*, §. 26. sub dat. Romæ 11. Kalend. Octobris 1591. est in Bullario novo *tom. 2. pag. 706. cum seqq.*

243 Clerici Regulares pauperum Matris Dei scholarum piarum habent communicationem omnium gratiarum, immunitatum, libertatum, &c. Ordinibus Mendicantium concessarum, ut in Const. Greg. XV. sub dat. Romæ 15. Octobr. 1622. Pontificatus sui anno 2.

244 Qui autem Religiosorum Ordines à jurisdictione Episcopi sint exempti, dicam *lib. 2. in c. 11. de Monasteriis, & relig. domib.*

Caput XLII.

De transeuntibus ad Religionem.

SUMMARIUM.

1 *Ætas in masculis minor 14. annis, & in fœminis 12. est immatura ad religionis ingressum.*

2 *Servus sine consensu domini non potest religionem intrare.*

3 *Servus Religionem ingressus absque licentia domini sui, quando ab eo repeti possit, ostenditur.*

4 *Triennium numerandum est à tempore, quo dominus conscius fuit admissionis servi in Religionem.*

5 *Servum non potest repetere dominus absque sua licentia in religionem admissum, elapso triennio, quamvis nondum sit professus.*

6 *Servus si professionem emittat intra triennium, casu quo à domino revocari potest, invalidè profitetur.*

7 *Matrimonio copulatus non potest Religionem intrare, nisi conjugis accedat consensus, & si altero in vito, vel ignorante id fiat, tenetur ad ejus nutum etiam post professionem exire, sed reversus non potest debitum conjugale exigere, petenti vero tenebitur reddere.*

8 *Votum castitatis post matrimonium consummatum emissum ab altero conjuge absque alterius licentia, est validum.*

9 *Conjux absque licentia alterius professus, & ab ea revocatus, non tenetur post ejus mortem ad religionem sub peccato mortali redire.*

10 *Conjux sine alterius consensu professus, nec ab eo in vita revocatus, an possit eo defuncto egredi? remissivè.*

11 *Matrimonii rati vinculum dirimitur solemni religionis professione alterius sponsi, & conjux manens in sæculo potest liberè ad alias nuptias transire.*

12 *Matrimonium contrahere cum aliqua jurans, & postea proponens religionem intrare, potest contrahere, & ante matrimonii consummationem Religionem intrare.*

13 *Consensus alterius conjugis metu, & vi extortus non valet.*

14 *Converso uno conjuge de consensu alterius, alter quoque converti, aut ad religionem intrare tenetur.*

15 *Episcopi consensus requiritur, ut unus conjux de consensu alterius possit religionem intrare.*

16 *Conjux unus non potest religionem ingredi, altero manente in sæculo.*

17 *Professio conjugis de licentia spontaneâ alterius emissa valida erit, quando conjux manens in sæculo nullum votum emisit.*

18 *Adulterium committens mulier non potest repetere virum, qui religionem sine ejus consensu intravit.*

19 *Parentes habens pauperes, qui absque eo vivere, aut sustentari non valent, Religionem ingredi prohibetur: idem de cæteris ascendentibus, ut num. 23.*

20 *Religionem si ingrediatur filius, parentibus in gravi necessitate constitutis, peccabit mortaliter, quamvis illi actualiter eam non habeant, sed probabiliter credatur habituros, ut n. 22.*

21 *Filius etiam habens votum religionis, adhuc non tenetur parentes in gravi necessitate constitutos deserere, donec cesset eorum necessitas.*

24 *Filii habentes parentes Judæos, vel aliter infideles in necessitate constitutos, eos deserere non possunt causa adeundi Religionem.*

25 *Filius conversus ad Fidem tenetur alere parentes infideles, etiam in concursu extranei fidelis.*

26 *Religionem ingredi in quibus casibus possit filius parentibus in gravi necessitate constitutis, ostenditur.*

27 *Episcopi absque Papæ permissione non possunt ingredi Religionem.*

28 *Beneficiati possunt ingredi Religionem.*

29 *Beneficia illorum, qui Religionem intrarunt, etiamsi sint Curata, non sunt alteri conferenda, antequam expressè fecerint professionem, etiamsi novitiatus pluribus annis duraret.*

32 *Beneficium vacat ipso jure post emissam professionem, idem in pensione, ut n. 31.*

32 *Beneficii novitii ex fructibus dum in anno probationis existit, congrua portio Vicario ipsius beneficii*

beneficij assignari debet, & reliqui fructus sunt ipsius novitij.

53 Religiosis Societatis Jesu amittunt possessionem beneficiorum ab eis priùs obtentorum post emissam solemnem professionem, vel vota Coadjutorum formatorum.

54 Beneficia non vacant post emissionem simplicium votorum biennij in Societate Jesu.

55 Pensiones non extinguuntur per biennij vota in Societate Jesu, sed durant usque ad professionem solemnem.

56 Religionem intrare non potest qui est ad rationcinia publica obligatus.

57 Debitor non potest solutionem debiti licitè praetermittere, ut intret Religionem.

58 Religiosus qui cogitur fieri, non tenetur regulam observare, nec valida est professio, nisi posteà consensisset.

59 Metus reverentialis non annullat professionem, nisi etiam coactio, vel mina praecedant.

60 Religionem intrans dolo ductus, modò consenserit, remanet nihilominus religiosus.

61 Requisita praecipua in eo, qui futurus est Religiosus.

62 Transitus facilè permittitur de arcta regula, aut laxiori, aut de aequali ad arctiorem, modò id fiat ex zelo melioris vitae, cum discretionis virtute, petita priùs licentia proprij Praelati, quamvis non obtentâ.

63 Regularibus ad strictiorem Religionem transire volentibus, si benevolos in ea inveniant receptores, ac devotionis fervore ducti, non autem alicujus criminis perpetrati poenam subterfugituri sufficit petita, licèt non obtenta licentia à suis Superioribus.

64 Conversi, & Oblati possunt ad strictiorem Religionem, sicut caeteri Religiosi transire.

65 Moniales poterant ad strictiorem Religionem, sicut viri Religiosi transire: sed est semper hodie recurrendum ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium.

66 Monialibus non conceditur licentia transeundi ad strictiorem Religionem, nisi quatuor conditionibus adjectis.

67 Praelati exempti, qui non subsunt immediatè Pontifici, possunt instar aliorum Religiosorum transire ad strictiorem Religionem, petita, etsi denegatâ licentiâ à Superiore.

68 Generales Religionum, & alij immediatè Pontifici subjecti, possunt ad religionem strictiorem transire, petitâ licentiâ, & Pontifice non respondente.

69 Domus tota religiosa potest ad strictiorem Religionem transire.

70 Caput ultimum, §. confirmatos, in fine, de relig. domib. in 6. declaratur.

71 Privilegium non transeundi à sua Religione ad aliam, non impedit, quin religiosus transire possit zelo strictioris vitae ad strictiorem religionem, post tamen petitam, licèt non obtentam à suo superiore licentiam, nisi privilegium inhibeat transitum absque licentia Praelati obtenta.

72 Transitus ex Ordine Mendicantium ad Ordines monachales licitus non est sine expressa Papae licentia, Carthusiâ excepta.

73 Regulares Ordinis Mendicantium non possunt transire ad alium Ordinem, praeterquam ad Carthusianos, inter quos post modum mendicantes voce activâ, & passivâ carent, & inhabiles existunt perpetuò ad quavis officia, & gradus religionis.

74 Religiosi sanctissimae Trinitatis non possunt ad alium quemcunque Mendicantium Ordinem se transferre, nisi, &c.

75 Religiosi Societatis Jesu post emissa simplicia vota non possunt ex hoc Ordine ad alium se transferre, praeterquam ad Carthusiensium Ordinem, nisi de expressa ejusdem Societatis Praepositi, aut Sedis Apost. licentia.

76 Monachi Benedictini, & Cistercienses non possunt transire ad quemcunque Ordinem, etiam ad Carthusiam, nisi, &c.

77 Minoribus de Observantia ad Minimos, & è converso, transire non licèt, nisi de licentia Papae.

78 Capuccinus non potest ad quemcunque alium Ordinem, vel Congregationem transire nisi, &c.

79 Minimis prohibetur sub excommunicatione transitus ad alios Ordines.

80 Transitus à discalceatis S. Augustini ad Fratres calceatos ejusdem Ordinis, sive ad quemcunque alium Ordinem laxiorem sine speciali Sedis Apost. licentia prohibetur.

81 Transitus reformatorum Ordinis B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum, ad calceatos sine licentia Sedis Apost. prohibetur.

82 Transitus ubi fit ad strictiorem Religionem, Praelatus inferior, & Conventualis Monasterij, id est immediatus ipsius Conventus, licentiam praestare potest.

83 Praelatus tenetur concedere sub peccato mortali facultatem religioso transeundi in casu licito ad aliam Religionem arctiorem, si ei constiterit transitum hujusmodi non esse in gravem jacturam, seu infamiam sui Ordinis, & subditum non petere illum ex temeritate, vel levitate, sed zelo perfectioris vitae.

84 Religiosi Militares in claustris vitam communem non degentes, benè possunt absque suorum Superiorum licentia transire ad Ordines claustrales.

85 Licentia Superioris necessariò petenda est, ut religiosus possit ad strictiorem Religionem transire,

86 Licentiam petens post transitum ad arctiorem Religionem non satisfacit.

87 Transire ad strictiorem Religionem non statim ac petitur licentia fas est, sed debito tempore expectandum est superioris responsum.

88 Licentiam non statim ac denegat Superior, fas erat subdito transire ad strictiorem Religionem.

89 Subdito statim licebit transire ad strictiorem Religionem, quando superior judicans causam esse justam, denegat licentiam, vel nihil respondet, vel allegat causam denegationis evidenter injustam.

90 Transire ad strictiorem Religionem nulli est permittendum, nisi priùs superiori legitimè constiterit, eam religionem paratam esse illum recipere.

91 Consensus Conventus non requiritur ad concedendam licentiam per Superiorem, ut quis transeat ad strictiorem religionem.

92 Superior quo animo, bonòne an malo licentiam transeundi denegaret, si probabiliter dubitetur, quid faciendum, ostenditur.

93 Religio an sit in Ordine ad suum finem perfectior, & fructuosior, non attenditur in hoc transitu, sed an sit asperior, arctior, & durior.

94 Religio

74 *Religio ut cognoscatur, qua sit arctior, consideranda est non solùm primæva, & originalis institutio, sed etiam constitutiones, & regula posteà edita.*

75 *Religio Minimorum S. Francisci de Paula an sit arctior religione Carthusianorum, ostenditur.*

76 *Transire non licet ad laxiorem regulam sine expressa Papæ permissione, nullâ legitimâ causâ existente.*

77 *Papa non solet licentiam concedere transeundi ad laxiorem regulam, nisi ex justis & legitimis causis; quia si faceret sine causa, non reddit Religiosum tutum in foro poli.*

78 *Prælatus Pontifice inferior poterit concedere licentiam transeundi ad laxiorem regulam, existente justâ causâ.*

79 *Concil. Trid.* sess. 25. de regul. cap. 19. *ibi*, nemo Regularis, &c. *declaratur.*

80 *Extravagans* Viam ambitiosæ, de Regularib. *declaratur.*

81 *Translatus ad laxiorem sine justa causa, dicitur indebitè translatus.*

82 *Causæ justæ, & legitimæ transitus ad laxiorem religionem quæ sint, ostenditur.*

83 *Transire licet ad æqualem regulam cum justa & legitima causa, seu consensu Conventus.*

84 *Religiosus translatus de una Religione ad aliam, debet esse de novo novitius, atque in eadem profiteri.*

85 *Professio sufficit emissa in primo Monasterio, quando fit translatio de uno monasterio ad aliud ejusdem regulæ, vel ubi translatio fit auctoritate Papæ.*

86 *Regulares discalceati Ordinis sanctissimæ Trinitatis, de licentia Sedis Apost. ad laxiorem calceatorum transeuntes, debent facere annum probationis, non autem emittere professionem.*

87 *Translatus de uno ad alium Ordinem, ut maneat filius posterioris Monasterij, sive religionis, & sit Prælatus illius, debet de novo ibidem profiteri.*

88 *Translatus de una religione ad aliam, debet sedere in capitulo juxta tempus, in quo emisit professionem in priori Monasterio.*

89 *Translatus de una in aliam ejusdem religionis provinciam, postquam jam incorporatus est, habere debet locum a tempore quo assumpsit habitum in prima provincia.*

90 *Translatus de una ad aliam religionem non tenetur ad vota specialia in priori religione emissa.*

91 *Bona omnia per transitum factum ad aliam religionem studio vitæ melioris, penes primum monasterium manent, & quicquid post secundam professionem obvenerit, secundo monasterio acquiritur.*

92 *Professus in religione incapaci, & translatus ad religionem capacem, recuperat bona post translationem sibi delata ad utilitatem secundæ religionis.*

93 *Religiosus si validam professionem emiserit in religione incapaci, nullâ factâ bonorum dispositione, illa acquiruntur venientibus ab intestato.*

94 *Translatus auctoritate Apost. à Religione incapaci ad capacem, non recuperat bona, quæ ante professionem obtinebat.*

95 *Monialis translata ad aliud monasterium pœnitentiæ causâ, quicquid postea acquirit, illi priori monasterio acquirit, nisi translatio fuerit facta ad effectum, ut fiat filia secundi monasterij.*

96 *Religiosus ubi transfertur ad aliam Religionem non ut ibi profiteatur, sed ut delictorum suorum pœnitentiam agat, qualiter usufructus bonorum priori monasterio acquisitorum reddendus posteriori ostenditur.*

97 *Professus Religionem bonorum in communi incapacem si deinde auctoritate Apostolica in Ordinem bonorum incapacem transferatur, bona per professionem in prima religione emissam amplius non recuperat.*

98 *Canonici Regulares ne fierent monachi, antiquitus erat constitutum.*

99 *Canonicis Regularibus clericatus essentialiter competit.*

100 *Monachi ex sua origine sunt laici.*

101 *Ordinis cujuscunque Prælati, aut superiores non possunt aliquem alterius Ordinis ad habitum & professionem admittere, nisi ut in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientiâ perpetuò maneat.*

102 *Prælatus potest eam standi extra monasterium translatis bis facultatem concedere, quam licitè concedere posset propriis ejus religionis alumnis.*

103 *Superior potest dare licentiam translato ad modicum tempus standi extra monasteria causâ prædicationis, vel audiendi confessiones.*

104 *Translati omnes legitimè ex quacunque religione ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi religione in claustro Priores, & extra claustrum procuratores esse.*

105 *Ingressus in Religionem antequam professionem emittat, debet per annum experiri religionis austeritatem, licèt olim tempus illud posset prorogari.*

106 *Professio hodie facta ante annum probationis expletum nulla est, nullamque inducit obligationem.*

107 *Professionem emittens intrà annum probationis non est obligatus neque ad religionem in genere, neque in specie.*

108 *Privilegium Leonis X. qr. concedebatur Prælatis Ordinum Minorum posse cum consilio Fratrum discretorum admittere ad professionem, annô probationis non expleto, religiosos aliorum ordinum venientes ad minoriticam religionem, est abrogatum per Concil. Trid.* sess. 25. de Regular. c. 15.

109 *Professus in una religione etiam strictiori, transiens ad aliam indiget novitiatu.*

110 *Professus nulliter volens suam professionem ratificare, non tenetur novitiatus annum iterare, si alias fuit validus.*

111 *Novitiatus quando fuit factus post pubertatem, & fuit continuus, non est iterandus, ex quacunque causa sit irrita professio.*

112 *Moniales Ordinum Prædicatorum habentes sexdecim annos, in mortis articulo constituta profiteri possunt, etsi nondum integrum novitiatus annum peregerint.*

113 *Convertita eo ipso, quod ingrediuntur Monasterium, possunt emittere professionem.*

114 *Annus probationis sive in masculis sive in fœminis, incipit à die susceptionis habitus, sive ab eo die, quo communem sequuntur aliorum Religiosorum vitam.*

115 *Habitus de essentia, atque substantia per annum probationis à novitiis deferendus est.*

116 *Religiosi*

116 *Religiosi Societatis Jesu non habent habitum proprium, sed vestiuntur ex usu regionis, in qua habitant.*

117 *Novitium induere habitum novitiorum ab habitu professorum distinctum, non est de substantia anni probationis.*

118 *Annus probationis computari debet à momento in momentum.*

119 *Professio emissa in anno bissextili, non expectato lapsu diei, qui illi anno accrescit, est invalida.*

120 *Annus, ex quo Gregorius XIII. abstulit decem dies, reputatur integer ad professionem, ad sacros Ordines, & ad quæcunque officia, & Beneficia.*

121 *Annus probationis debet esse continuus, & non sufficit interpolatus.*

122 *Annus probationis interrumpitur, quando novitius dimisso religionis habitu egreditur Monasterium animo deserendi religionem.*

123 *Minoribus concessum est, ut novitiatus interruptus possit continuari.*

124 *Anni novitiatûs interpolatio etiam modica nocet, quamvis postea talis novitius intra diem pœniteat.*

125 *Annus non dicitur discontinuus, si novitius de licentia superioris cum habitu, aliqua justa de causa intra annum probationis extra Monasterium egrediatur.*

126 *Annus probationis non interrumpitur, si novitius habitu religionis indutus Monasterium ex sui superioris licentia exeat causâ peregrinandi ad stationes, vel ad alia loca pia, vel invisendi parentes, &c. vel si ob adversam valetudinem maneat extra Monasterium.*

127 *Novitia si durante probationis anno curandæ valetudinis causâ de licentia superiorum à Monasterio exierit, & post revertatur, eodem tempore professionem emittere poterit, ac si nunquam egressa fuisset.*

128 *Novitiatus non interrumpitur, si novitius retento habitu perterritus severitate, vel iracundiâ, aut minis superioris, aut magistri Monasterium abditè exeat causâ se celandi, dummodò habeat animum redeundi.*

129 *Professionem emittere potest in religione ille, qui cùm esset duodecim annorum, & permanserit per annum integrum in novitiatu, postmodum habitu retento fuit commoratus domi sua usque ad tempus 16. annorum requisitum ad professionem tenendam; & cùm fuerit reversus ad Monasterium, petit admitti ad professionem.*

130 *Novitiatus potest prorogari post completum probationis annum obveniente aliqua rationabili, seu justâ causâ.*

131 *Novitiatu filij durante non potest pater dare paramentum altaris religioni ubi fuerit in novitiatu.*

132 *Novitiatus anno nullatenus post Concil. Trident. renuntiare potest novitius, & Monasterium.*

133 *Præpositus Generalis Societatis Jesu validè dispensat cum novitio suo post exactum integrum novitiatus annum ut profitetur, vel incorporetur in eadem Societate ante decursum biennium.*

134 *Novitius verè, & propriè non incipit esse, donec pubertatis annos expleat.*

135 *Annus probationis poterit per eum impleri, qui nondum expleverit annum 16. & vi talis probationis poterit probatus admitti ad probationem, expleto 16. anno.*

136 *Ætas ad professionem emittendam quæ olim requireretur, ostenditur, & quid hodie, & n. seq.*

137 *Professio in quacunque Religione, tam virorum, quam mulierum, non est facienda ante annum 16. expletum: facta autem ante hanc ætatem non est valida.*

138 *Monialis in mortis articulo constituta non potest emittere professionem ante 16 annum, ad effectum ut Monasterium succedat in dote, & in bonis.*

139 *Professio in suprema die decimisexti anni emitti potest, emissaque subsistit, secundùm aliquos: sed verius est contrarium.*

140 *Professio post decimumsextum annum facta, ante tamen decimumoctavum requisitum à statuto ordinis Minimorum, non annullante, aut irritante factam, est valida.*

141 *Professiones intra decimisexti anni facta sunt valida, quamvis in Constitutionibus religionis sanctissimæ Trinitatis auctoritate Apost. confirmatis cautum sit, quod in ea religione aliquis non recipiatur antequam annum vigesimum videatur compleviſſe.*

142 *Professio fieri debet in manibus illius, qui potest religioni incorporare, vel in manu alterius cum Superioris ipsius permissione.*

143 *Caput* consuluit, qui clerici, vel vovent. *declaratur.*

144 *Episcopus hodie nullum propriâ auctoritate ad professionem Monasticam admittere potest.*

145 *Caput* si vir. 27. q. 1. *declaratur.*

146 *Abbatis solius non est ad religionis professionem admittere, sed exigitur quoque consensus majoris partis conventus.*

147 *Professio quando est irrita defectu solius potestatis in admittente, satis est ad ejus valorem, ut is ratam eam habeat, nonmutatâ priori professi voluntate per actum contrarium.*

148 *Professio quando fuit ex parte emittentis irrita, an sufficiat novus ejus consensus absque nova Prælati admissione.*

149 *Professio facta Religioni, quæ non fuerit ab Apost. Sede probata, non est valida.*

150 *Professio ut validè emittatur, requiritur ut fiat sine conditione, pacto, seu modo de retinendo, aut habendo proprio.*

151 *Caput ultimum* qui clerici, vel voventes, & n. seq. *declaratur.*

152 *Professio reservatâ sibi facultate testandi de patrimonio suo, valida est.*

153 *Professio alterius voti quàm trium illorum, scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ, aut alicujus tantùm ex iis, non autem omnium simul, non est vera, nec valida professio religionis.*

154 *Generalis Superior cum consensu Capituli, poterit ultra tria vota substantialia sibi subditis aliqua efficere strictiora, & arctiora statuta pertinentia ad reformandam regulam promissam, & ad plenam ejus observantiam.*

155 *Professio duplex, tacita, & expressa.*

156 *Professio tacita ut inducatur, quatuor requiruntur, & quæ sint hujusmodi requisita, ostenditur numeris seqq.*

157 *Professio tacita in religionibus ubi habitus novitiorum non distinguitur ab habitu professorum per delationem illius tunc inducitur, quando novitius eum defert per annum.*

158 *Capu*

162 *Caput* 1. de Regul. lib. 6. *non est correctum per Clementinam fin.* eod. tit.

163 *Professionis tacitæ quidam modus sublatus per Concil. Trid.*

164 *Novitiorum habitus debet in omnibus religionibus distingui ab habitu professorum.*

165 *Professio tacita in aliqua religione ex eo facta censetur, cum quis sciens, & prudens defert sponte triduo distinctissimum professorum habitum ab habitu novitiorum, sed hac jam cessavit.*

166 *Habitus novitiorum ubi patenter à professorum habitu distingnitur, tunc per quamcunque annualem habitus novitiorum delationem non inducitur tacita professio.*

167 *Professio tacita inducitur ex susceptione Ordinum sacrorum.*

168 *Professiones tacitæ non inducuntur hodie, nisi expleto novitiatus anno, & etiam completis sexdecim annis.*

169 *Novitiatus tempore finito, Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut è Monasterio ejiciant.*

170 *Professio emissa instante Abbatissa à puella, quæ jam compleverat annum novitiatus, & in morbum inciderat, & à Medicis fuerat dictum moriturum, est valida, etiamsi postea fuerit verè mors secuta.*

171 *Novitius ante professionem potest liberè exire, & non cogitur illam emittere.*

172 *Novitius an & quando possit licitè ad sæculum redire, ostenditur.*

173 *Voti obligationem non inducit solum propositum, suscepto habitu monachali.*

174 *Nomine propositi, & voluntatis* in cap. super eo, & in cap. consulti, de Regul. *quid intelligatur, ostenditur.*

175 *Legatum si relictum sit alicui sub conditione ingrediendi religionem, talis satisfacit, si anno novitiatus exeat, dummodo ingressus in religionem bona fide animo experiendi fieret, exitusque ex justa causa esset.*

176 *Novitius intra annum probationis ad sæculum rediens, nullatenus tenetur solvere expensas in suis alimentis à Monasterio consumptas.*

177 *Novitio exeunti omnia restituì debent, quæ sua erant.*

178 *Dos novitij intra tempus probationis decedentis Monasterio jam soluta, hæredibus novitij est restituenda una cum fructibus, si quos Monasterium percepisset, deducto tamen victu, & vestitu.*

179 *Religio profitenti operatur remissionem totius pœnæ debitæ pro peccatis.*

180 *Professio per se sola habet privilegium remittendi pœnas peccatis debitas omni non ponenti obicem, & adhuc sublato obice per legitimam pœnitentiam, habebit eundem effectum.*

181 *Religionis professio non in omnibus æquatur Baptismo.*

182 *Indulgentia plenaria, verè non est plenissima illa condonatio obtenta per professionem.*

183 *Votum omne mutatur in votum Religionis.*

184 *Vota omnia, sive personalia, sive realia, commutantur ipso jure in religionis professionem.*

185 *Votum subsidij Terræ sanctæ commutatur in professionem, non solum quoad illuc eundi laborem, sed etiam quoad illius subsidij expensas.*

186 *Irregularitas sola, quæ orta est ex natalium defectu, deletur per professionem in Religione.*

187 *Illegitimus per ingressum religionis, & in ea professionem emissam eo ipso aptus fit ad omnes Ordines, etiam sacros suscipiendos, sine ulla nova superiorum indulgentia.*

188 *Irregularitas proveniens ex defectu natalium non tollitur per solam habitus religiosi susceptionem, sed necessariò requiritur ut emittatur professio.*

189 *Professio emissa in Religione non solum tollit irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad usum ordinum susceptorum.*

190 *Dispensatio quando uni, vel alteri conceditur, est strictè interpretanda, non verò quando in favorem religionis emanavit.*

191 *Irregularitas sublata per religionis ingressum & professionem sequutam, revivisci professione annullata.*

192 *Religiosus effectus per simplicia biennij, novitiatus anno transacto, vota in Societate Jesu emissa, si ab ea retrocedat, à votisque absolvatur, non reincidit in pristinam irregularitatem ex defectu natalium consurgentem.*

193 *Illegitimi per solemnem professionem in religione factam non reddantur habiles ad Prælaturas in ea.*

194 *Professus illegitimus sit capax beneficiorum manualium, quæ ad nutum Prælati revocari possunt, dummodo talia beneficia sint curata, nec Prælatura Monasterij.*

195 *Monialis illegitima non potest absque dispensatione Apost. sectusis Religionum privilegiis, in Abbatissam, seu Priorissam eligi.*

196 *Illegitimus per ingressum religionis non efficitur legitimus quoad effectum successionis.*

197 *Illegitimus factus Monachus, & professione legitimatus, non potest de consensu sui superioris vicarius Episcopi creari.*

198 *Papa solus, sectusis religionum privilegiis, potest dispensare cum illegitimis religiosis, ut ad dignitates & Prælaturas promoveantur.*

199 *Legitimatus in infantia ad instantiam patris per legitimationem amplissimam vigore facultatum DD. de Campegiis, non potest eligi Generalis in sua Religione.*

200 *Dispensari potest cum Religiosis illegitimis ad Prælaturas in Capitulo generali, vel provinciali.*

201 *Filiusfamilias per professionem à patris potestate liberatur.*

202 *Professio facit aptum ad testimonium ferendum ineptum ad testificandum, eo quod perjurij, aut furti damnatus sit.*

203 *Professionis prærogativa ea est, ut ea ante parentis mortem emissa præteritam filij professionis ingratitudinem aboleat, ob quam exhæredari poterat.*

204 *Ingratitudo præterita, cujus causâ filius exhæredari poterat, per Religionis professionem deletur.*

205 *Religiosi expressè, vel tacitè professi non possunt testamentum condere.*

206 *Milites Hierosolymitani non possunt disponere nedum de bonis, quæ ad eos perveniunt intuitu suæ religionis, sed nec etiam de patrimonialibus.*

207 *Professio, reservatâ facultate testandi de patrimonio suo, est valida.*

208 *Religiosi etiam ad pias causas testari non possunt.*

209 *Religiosi, etiam de Prælati cujuscunque summo Pontifice inferioris licentia, testari non possunt.*

210 *Professus ex Superioris licentia non potest codicillos facere, aut donare causâ mortis.*

211 *Religiosus factus Episcopus non potest testari etiam de bonis patrimonialibus, aut propriâ industriâ acquisitis.*

212 *Novitius liberè potest testamenta facere, etiam nullâ petitâ Superioris Religionis licentiâ.*

213 *Professus in quacunque religione potest, accedente summi Pontificis licentia, testari.*

214 *Monachus Episcopus potest de licentia Papæ testari.*

215 *Papa ubi absolutè concesserit Monacho licentiam testandi, id intelligitur ad usus pios, non verò profanos.*

216 *Licentia, quam Papa concedit religioso, ut testari possit, debet esse expressa, nec opus est ut illa necessario præcedat, ut* num. 217. *Et semel concessa, est perpetua, dum ab alio Pontifice non revocatur, ut* n. 218. *Nec extinguitur primo actu, ut* n. 219.

220 *Commendatarij, quibus est permissum contrahere matrimonium, possunt liberè testari.*

221 *Clerici Ordinum militarium in claustris viventes, qualiter testari possint, ostenditur.*

222 *Eremitæ simplices testari possunt.*

223 *Bona, & substantia eorum, qui intrant religionem, factâ professione, ipso jure sunt Monasterij.*

224 *Renunciatio, aut obligatio bonorum facta à novitio ante professionem, ut validè fiat, quæ requirantur, ostenditur.*

225 *Renunciationis, aut obligationis nomine in Conc Trid.* sess. 25. de Regul. c. 16. *veniunt omnes contractus lucrativi, & comprehenduntur donationes inter vivos, renunciationes officiorum publicorum temporalium, si de jussiones & liberationes.*

226 *Eleemosynæ per novitios factæ non comprehenduntur sub dispositione Concil. Trid.* sess. 25. de Regular. c. 16. *dummodo sint modicæ, consideratis facultatibus ipsius novitij.*

Sub dispositione Concil. Trid. sess. 25. de Regular. capite 16. *non comprehenduntur quæ infrà recensentur.*

227 *Donationes Deo, seu B. Mariæ, vel Sanctis oblatæ.*

228 *Victus, vel vestitus, quem pro se tribuit novitius Monasterio.*

229 *Convivium factum in ingressu in novitiatum.*

230 *Oblationes, donationésve factæ Monasterio, &c.*

231 *Donationes factæ à parentibus novitij.*

232 *Contractus emptionis, venditionis, locationis, & hujusmodi.*

233 *Renuntiatio beneficij.*

234 *Testamenta, codicilli, & donationes causâ mortis.*

235 *Renunciationes, seu donationes ab existente adhuc in sæculo factæ intuitu ingressus Religionis.*

236 *Melior quæ diutiùs permansit in Monasterio in habitu novitiæ, potest validè donare ipsi Monasterio, non obstante decreto Concil.* sess. 25. de Regul. c. 16.

237 *Donatio, seu renunciatio facta à novitio postea ad sæculum redeunte, professione non sequutâ, est nulla.*

238 *Professio non sufficit emissa ad validandam renunciationem anteà factam, sed requiritur ut valida existat.*

239 *Professione ratificatâ, si illa nulliter emissa fuerit, censetur quoque donatio, seu renuntiatio in novitiatu facta, ratificata, & valida.*

240 *Renuntiatio facta à novitio profiteri volenti in religione, si post emissam validè professionem efficiatur Episcopus, an ab eo revocari valeat, ostenditur, &* n. seqq.

241 *Regularis professus ex assumptione ad Episcopatum non desinit esse regularis, & religioni ligatus quoad votum paupertatis, & alia substantialia regulæ.*

242 *Regularis qui legitimè renuntiavit bonis suis ad favorem conjunctorum, & juri succedendi etiam in bonis parentum, factus Episcopus recuperat jus succedendi etiam quoad renuntiata, ad favorem tamen suæ Ecclesiæ.*

243 *Regularis ad Episcopatum promotus recuperare potest jus succedendi quoad bona delata post assumptionem ad Episcopatum, in commodum tamen suæ Ecclesiæ respectu proprietatis.*

244 *Licentia, quæ in renuntiatione, seu donatione novitij intervenire debet, sufficit obtenta, & in ipso actu renuntiationis.*

245 *Renuntiatio facta à novitio, emissâ Episcopi licentiâ, est ipso jure nulla, professione sequutâ.*

246 *Renuntiatio facta ad favorem Patrum Societatis Jesu per novitium, inter Patres ejusdem Societatis est valida, non obstante quod non fuerit facta cum licentia Episcopi.*

247 *Episcopus, cujus licentia intervenire debet in renuntiatione, seu donatione novitij, sufficit si confirmatus sit, quamvis nondum consecratus.*

248 *Archiepiscopus si consecratus sit, licèt nondum Pallium receperit, poterit licentiam in renuntiatione novitij suæ Diœcesis concedere, non autem Diœcesis Suffraganei, nisi, &c.*

249 *Abbates, & alij Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subjecti, in suis Diœcesibus possunt licentiam in renuntiatione novitij concedere.*

250 *Prælati Regulares in Monasteriis exemptis, & sibi subjectis non possunt licentiam concedere in renuntiationibus, & donationibus novitij.*

251 *Vicarius generalis Episcopi, vel Capituli Sede vacante, seu cujuscunque Prælati jurisdictione Episcopali in suâ Diœcesi gaudentis, potest concedere licentiam requisitam in renunciationibus, & donationibus novitij.*

252 *Renunciatio per novitium facienda est intra duos menses proximos ante professionem, itaut facta per diem ante duos menses, non valeat.*

253 *Bimestre intra quod facienda est renunciatio per novitium ante professionem, debet computari de momento ad momentum.*

254 *Professio si differatur, factâ semel renunciatione bimestri illo ante professionem legitimè faciendam, adhuc renunciatio factâ professione est valida.*

Concil

255 *Concilii* sess. 25. de Regul. cap. 16. *decretum vendicat sibi locum etiam in iis, qui excedant annum* 16.

VIDEAMUS nunc de ipsis Regularibus, postquam de regulis & Ordinibus eorum tractavimus. In præsenti autem capite de intrantibus Religionem, & de una in aliam transeuntibus, & de professione Religiosorum, ac de effectibus Religionis agemus, in sequenti verò de statu & vita Regularium pertractabimus.

Circa ingressum Religionis notanda sunt impedimenta, quæ prohibent aliquibus Religionis ingressum. Primum impedimentum est ætas immatura, quæ quidem in masculis est minor XIV. annis, in fœminis verò XII. *c.* 1. & 20. *q.* 2. *cap. ad nostram, cap. significatum, de regul.* qui enim sunt hac ætate minores, non solùm ad professionem, sed nec ad novitiatum possunt admitti, licèt habitum suscipere valeant, de quo latè novissimè Didac. de Narbona *in quæst. annalib. ann.* 8. *quæst.* 24. *per totam*; quia tempus novitiatûs datur ad hoc, ut novitius experiri possit Religionis austeritates, cujus difficultates impuberes experiri nequeunt. Ita Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 22. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *quæst.* 4. Lessius *de just. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 3. *n.* 35. Laurent. de Peirinis *de Prælato q.* 3. *c.* 1. *n.* 40. *cum seqq.* §. 2.

1

Secundum est servilis conditio; servus enim sine consensu domini non potest Religionem intrare. *ap.* 1. *cap. si servus fuerit, ca. generalis*, 54. *dist. can. qui verò in fine*, 16. *q.* 1. *c. si quis servum*, 17. *q.* 4. S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 16. *cap.* 3. §. 4. Sylvest. *in sum. verb. Religio* 2. §. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 1. *q.* 3. Fr. Barthol. de Vecchis *in prax servanda in admittendis ad relig. statum novitii, disp.* 2. *dub.* 2. *n.* 2. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 3. *num.* 6. Carol. de Tapia *ad auth. Ingressi, verb. Ingressi, cap.* 7. *à princip.* Laurent. de Peirinis *d. c.* 1. *num.* 43. Si verò servus Religionem ingrediatur absque sui domini licentia, & ab eodem domino repetatur intra triennium, ei tradendus est cum omnibus, quæ ad Monasterium attulit, fide tamen accepta de impunitate; & si intra triennium dominus non reperierit, non poterit eum ultra repetere, nisi tam longè servos distet, ut intra id triennium dominus repetere nequeat, ut probatur *d. c. si quis incognitus*, & refert Fr. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 2 *dub.* 2. *n.* 3. Carol. de Tapia *d. c.* 7. *n.* 2. *cum seqq.* quod quidem triennium numerandum esse à die probationis incœptæ, existimarunt Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. *p.* 3. Lessius *de just. lib.* 2. *n.* 41. *dub.* 3. *n.* 31. Sed verius est, numerandum esse à tempore, quo dominus conscius fuit admissionis servi in Religionem, secundùm Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 46. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 54. *n.* 5. Campan. *in diverss. Juris Canon. rub.* 11. *c.* 8. *num.* 12. Ludovic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *quæst.* 17. *art.* 2. *conclus.* 4. *in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 2. *num.* 63.

2

3

4

Unde infertur, dominum repetere non posse servum absque sua licentia in Religionem admissum, elapso prefato triennio, quamvis nondum sit professus, ut expresè tenent Sanchez *d. c.* 4. *n.* 44. quia dominus elapso triennio, ipso jure dominio privatur. Carol. de Tapia *d. c.* 7. *n.* 4. Laur. de Peirinis *d. q.* 3. *c.* 1. *n.* 44.

5

Utrum autem, si servus professionem emittat intra triennium illud, casu quo à domino revocari potest, valide profiteatur, quæstio est dubia, in qua quidam censent eam professionem esse validam, ex quorum numero sunt Archid. *num.* 1. Bellam. etiam *num.* 1. & Turrec. *num.* 3. *in d. cap. si quis incognitus*, Lessius *de justit. lib.* 2. *capit.* 41. *dub.* 3. *num.* 31. Fr. Ludovic. Miranda *d. quæst.* 17. *art.* 2. *concl.* 3. Suar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 3. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 2. *n.* 6. At multò verius alii tenent, eam professionem fore irritam, instar professionis conjugis absque alterius conjugis licentia, sicut bene resolvunt Azor. *d. p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 3. Sanch. *d. c.* 4. *num.* 49. ubi alios refert.

6

Tertium est matrimonii ligamen; qui enim est matrimonio copulatus, non potest religionem intrare, nisi conjugis consensus accedat, *c.* 2. *n.* 27. *q.* 1. quod si altero invito, vel ignorante id fiat, tenetur ad ejus nutum exire, quamvis fecerit professionem, *cap. sunt qui dicunt, cum seqq.* 27. *q.* 2. *c.* 1. *& per tot. de convers. conjug.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *num.* 377. *& lib.* 30. *n.* 68. Bartol. à S. Fausto *in thesauro relig. lib.* 5. *quæst.* 74. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 3. *num.* 4. Carol. de Tapia *ad auth. Ingressi, verb. ingressi, c.* 11. *n.* 14. *cum seqq.* Bartol. de Vecchis *de novit. disp.* 4. *dub.* 3. *n.* 1. Miranda *in man. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 1. *concl.* 2. plures apud Laurent. de Peirinis *d. q.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 49. Fr. Martin. de sancto Josepho *in expos. regulæ S. Francisci, c.* 2. *n.* 37. Sed reversus non poterit debitum conjugale exigere, petenti verò tenebitur reddere, *c. quidam intravit, de convers. conjug.* quia votum castitatis post matrimonium consummatum emissum ab altero conjuge absque alterius licentia, est validum, & obligat ad non petendum debitum, ut per Ang. *in sum. verb. matrimonium, n.* 4. §. 6. Henric. *in sum. lib.* 11. *c.* 15. *n.* 8. *in fin.* Barth. à S. Fausto *in thesauro religionis, lib.* 1. *q.* 28. Sanch. *de mat. lib.* 9. *disp.* 35. *num.* 25. ubi *n.* 26. subdit hujusmodi votum esse prorsus irritum quoad non reddendum debitum: *& n.* 29. dicit, quod non solùm votum hoc obligat ad non petendum, sed etiam ad non ineundum aliud matrimonium: unde Glossa *verb. non tenetur, in d. c. quidam intravit*, tenuit quod conjux absque licentia alterius professus, tenetur ab ipso revocatus redire post ejus obitum ad Religionem, & non redeundo peccat. Glossam sequuntur Host. ibi, *paulò post. princ. super verb. non tenetur*, Silv. *verb. divortium, p.* 16. *car.* 3. Alber. Astens. Palud. Monald. & alii, quos refert Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 34. *num.* 11. & saltem si dissimulaverit uxor, vel si saltem judicis officio revocetur, admittit Carol. de Tapia *d. c.* 11. *n. ult.* verùm dicendum est, hunc culpæ immunem esse, quamvis ad Religionem non redeat, ut deducitur *ex dict. cap. quidam intravit*, quatenus decidit, hunc post conjugis obitum non teneri ad Religionem regredi: tum quia textus *in cap. placet, illo tit.* solùm dicit consultius, & congruentius ad hujus salutem fore, ut ad Monasterium redeat. Quare ita docent *in dict. cap. quidam intravit*, Butr. *n.* 6. Zabarel. *n.* 2. *oppos.* 4. & Abb. *n.* 4. & alii quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.* 34. *n.* 12. quibus addo Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 77. Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 7. *c.* 2. *num.* 12. Barthol de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp.* 14. *dub.* 1. *ex num.* 17.

7

8

9

Utrùm autem conjux sine alterius consensu professus, nec ab eo in vita revocatus, possit

10

eo defuncto egredi ? Vide Sanch. *d. disp.* 34. *n.* 18. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 1. *q.* 6. *vers. si quaras*, Barth. à S. Fausto *d. lib.* 3. *q.* 81.

11 Sunt tamen quædam hac in re notanda. Primum est circa consensum alterius, quod ante consummationem matrimonij non est necessarius consensus alterius conjugis, *cap. verùm, de controvers. conjug.* Laurent. de Peirinis *d. tom.* 1. *de Prælato, q.* 3. *cap.* 1. *numer.* 51. Vinculum enim matrimonij rati omninò dirimitur solemni Religionis professione alterius sponsi, & conjux manens in sæculo est omninò à viuculo solutus, potestque liberè ad alias nuptias transire, sicut de Fide definitum est per Conc. Trident. *sess.* 24. *de reform. matr. can.* 6. & docent Bursatus *cons.* 207. *num.* 46. *vol.* 2. Lancel. Gallia *in consuet. Alexand. in gloss. uxori, q.* 5. *n.* 33. Cov. *de sponsal. p.* 1. *c.* 5. *n.* 11. *vers.* 6. & *p.* 2. *c.* 7. §. 4. *num.* 6. Mathienz *ad rub. tit.* 1. *glos.* 1. *a n.* 68. *lib.* 5. *novæ recopil.* Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 34. §. 3. *in com. litt. R.* D. Barbos. *in rub. ff. sol. matr. p.* 2. *n.* 73. Gutier. *canonic. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 2. & *de matr. c.* 54. *à princ.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom.* 3. *q.* 1. *art.* 4. Sayr. *in Clavi regia, lib.* 6. *c.* 5. *n.* 12. & *c.* 7. *n.* 6. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 18. *num.* 3. Rebell. *de oblig. just. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 4. *a n.* 1. & *fol.* 3.

12 Undè si quis juraverit cum aliqua contrahere matrimonium, posteà verò proposuerit Religionem intrare, potest contrahere, & ante matrimonij consummationem religionem intrare : casus est *in c. commissum* 16. *de sponsa.* junctis his, quæ circa intellectum illius textus adducunt Suar. *de relig. tom.* 1. *tract. de juram. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 2. *cum seqq.* Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 43.

13 *n.* 3. Basil. Pont. *eodem tract. lib.* 12. *c.* 10. *num.* 12. Secundum, quod consensus alterius metu & vi extortus non valet, *c. notificasti, & per tot.* 33. *q.* 5. *c. accedens, de convers. conjugat.* Petr. de Ledesma *de matr. q.* 64. *art.* 4. *dub.* 1. *concl. ult.* Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 1. *p.* 6. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 35.

14 *n.* 1. Barth. à S. Fausto *in thesauro Religion. lib.* 5. *q.* 88. Tertium, quod uno converso de consensu alterius, alter quoque converti, id est Religionem intrare tenetur ; nam cùm matrimonium fuerit consummatum, non poterit aliud matrimonium contrahere quoúsque vixerit prior conjux, *cap. qui uxorem* 35. *q.* 5. Quartum, quod in hac separatione requiritur consensus Episcopi, quia separatio fieri debet auctoritate Ecclesiæ, *c. si vir & uxor* 27.

15 *q.* 2. Majolus *de irreg. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 5. & ait Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 32. *num.* 1. eam licentiam esse ad tria requisitam : primum est ad valorem professionis : secundum est, ut rectè fiat, quia sub præcepto sit ea petenda, ne conjux, quamvis legitimè professus, possit revocari ad Religionem permanens in sæculo, sicut revocari potest quando conjux manens in sæculo non vovit continentiam, ac concessit licentiam. Sed Ego *in collect. ad d. c. si vir & uxor, n.* 2. existimo eam Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis valorem. Quintum, quod conjux unus non potest Religionem ingredi, altero manente in sæculo; sed si uxor

16 ita senex est, & sterilis, quod sine suspicione valeat esse in sæculo, potest Episcopus dissimulare, ut ea remanente in sæculo, & castitatem promittente, vir ejus transeat ad Religionem, vel ambo profiteantur, *c. cùm sit, de convers. conjug. c. uxoratus, eod. tit.* Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matr. c.* 8. §. 9. *lit. F.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 41. *n.* 40. Fr. Basil. Pont. *de imped. matr. c.* 15. §. 1. Sanchez *de matr. lib.* 7. *disp.* 32. *n.* 2. Gutier. *eodem tr. c.* 95. *à princ.* Steph. Grat. *discep. forens. c.* 102. *n.* 21. & 27. latè Barthol. de Vecchis *in prax. servanda in admittendis ad Relig. statum novit. diff.* 4. *dub.* 3. *per tot.* Valida tamen erit conjugis profes- 17
sio de licentia spontanea alterius emissa, quando conjux manens in sæculo nullum votum emisit, ponderando textum *in cap. Agathosa*, 25. *q.* 2. loquutum fuisse disjunctivè, nimirum si uxor consensum præstitit, aut pariter conversa est ; nam in quocunque illorum eventuum valida est professio, ut per Henriq. *d. lib.* 11. *c.* 5. § 9. Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 2. *q.* 6. *vers. si quæras*, Barthol. à S. Fausto. *in thesauro relig. lib.* 5. *q.* 67. Sanch *de matrim. lib.* 7. *disp.* 35. *n.* 4. Sextum, quod si unus in- 18
tret Religionem sine consensu alterius (ubi est necessarius) alter non potest eum in duobus casibus revocare : unus est si mulier, quæ volt repetere virum, commiserit adulterium, *c. constitutus, de convers. conjug.* Sanch. *de matr. lib.* 10. *disp.* 11. *à princ.* Valet. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 327. Basil. Pont. *de imped. matr. c.* 30. §. 2. *vers.* 3. & hinc conjux absque licentia, vel cum minùs legitima alterius professus, non potest revocari à conjuge postmodum fornicante, si ipse professus innocens sit, *c. veniens, illo tit. de convers. conjug.* Bart. à S. Fausto *in thesauro relig. lib.* 5. *q.* 89. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 39. *n.* 1. ubi subdit, conjugem relictam in sæculo, cujus adulterium occultum est professo, posse in foro conscientiæ eâ revocatione uti. Alius est, si repetens facta sit infidelis, *capite fin. eod. tit. de convers. conjug.*

Quartum est paterna subventio : si enim cu- 19
piens ingredi Religionem habeat parentes, qui absque eo vivere, aut sustentari non valeant, ingredi prohibetur, ut parentibus subveniat, *c.* 1 ubi Doctores, 30. *dist.* Unde licere filio, imò il- 20
lum peccare mortaliter, si religionem ingrediatur, parentibus in gravi necessitate constitutis, quibus non potest provideri, nisi ipse maneat in sæculo, resolvunt S. Thom. 2. 2. *q.* 101. *art.* 5. *ad* 4. S. Antonin. 3. *p. tit.* 16. *c.* 2. *in princ.* Sylvest. *in sum. verb. Religio* 2. *q.* 4. Angles *in floribus Theolog. in q. de voto, pag.* 94. *cum seqq.* Sebast. Medices *in sum. peccatorum, p.* 1. *tit.* 3. *q.* 16. *vers.* 5. Nav. *in man. c.* 14. *n.* 14. & *in commento* 3. *de regularib. num.* 48. Portel. *in dub. Regul. verb. Novitius n.* 26. Vecchis *diff.* 2. *dub.* 8. Laur. de Peirinis *de Prælato, q.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 69. Pedraza *de sum. in* 4. *præceptum Decalog. fol.* 69. *vers. aqui se offreco, & in* 7. *præceptum, fol.* 96. *vers. La sexta*, Cordub. *de casibus consc. q.* 151. Ludovic. Lop. *in instruct. Conscr. p.* 1. *c.* 5. *vers. peccat. que filius*, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 29. *n.* 12. Fr. Emm. *qq. Reg. tom.* 3. *q.* 13. *art.* 5. *vers. tertiò dico*, Jacob. de Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *cons.* 5. *de voto, n.* 8. Sayr. *in Clavi Regia, lib.* 7. *c.* 6. *n.* 2. Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *q.* & *lib.* 12. *c.* 1. *q.* 8. Lessius *de just. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 3. *n.* 34. F. Ludov. Miranda *in man. Prel. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 8. *concl.* 1. Surd. *tom.* 3. *de relig. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 11. Bon. *in præcepta Decalogi, disp.* 6. *qq. unica, punct.* 5. *n.* 4. Tamb. *d. tom. disp.* 6. *q.* 3. *num.* 16. *cum seqq.* Trull. *in Dec. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 23. Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 1. *tract.* 1. *docum.* 8. *à num.* 1. Barthol. à S. Fausto *in thesauro relig. lib.* 4. *q.* 143. *cum seqq.* ubi *q.* 145. resolvit, quod si de facto filius parentibus in gravi necessitate constitutis Religionem ingrediatur & profiteatur, talis professio est valida ; & *q.* 48. ostendit quando necessitas dicatur gravis, & citati à Cened. *ad Decretum, collect.* 20. *n.* 3. *in med.*

Amplia ut procedat etiamsi filius votum Reli- 21
gionis habeat, quia adhuc tenetur præfatos parentes

rentes non deserere, donec cesset eorum necessitas, ut tenent Sanchez *d.c.20.n.* 8. & Suar. *d. c.* 18.
22 *n.*16. Machado *d.docum.*8. *n.* 4. Et procedit quamvis in actu parentes in præfata necessitate non sint, sed probabilibus conjecturis tractu temporis in eam absque filii auxilio eos casuros esse creditur, quia necessitas, quæ probabiliter futura censetur, necessitati præsenti æquiparatur. Ita Sanch. *d. c.* 20 *n.*5. Suar. *d.cap.*5.*num.*3.*in fine*, Bonacin. *de legib. lib.* 6. *q.unica, punct.* 3. *num.* 4. *vers. amplia.* Qnicquid dicat Fr. Emman.*in sum.p.* 2.*cap.*6. *num.* 4. Quæ quidem obligatio locum sibi vendicat nedum in gravi parentum necessitate, ut dictum est, sed etiam cæterorum ascendentium, secundùm Sanchez *d. cap.*20. *n.* 18. me citato Machado *d. docum.* 8. *n.* 5. Contra Suar.*d.c.*5.*n.*8.

24 Amplia etiam in filiis habentibus parentes Iudæos, vel aliter infideles in necessitate constitutos, nam eos deserere non possunt causâ adeundi Religionem: & est ratio, quia tenetur filius tales parentes alere, eisque succurrere, ut colligitur ex Glossa *verb. fidei, in d. cap.* 1. *dist.*30.& probat Surd. *de aliment. tit.*1.*q.*18.*à n.*3. Imo Gloss. *verb. domesticos, in cap.non satis,*86. *dist.* Panor. *in cap. si quis Episcopus, notab.*1.*de hæret.* Bart.*cons.*63. *col.* 2. *post med. vol.*2. & alii, quos refert, & sequitur Surd. *d.tit.*1.*q.* 96. *n.* 1. & jure optimo, docent potiùs subveniendum esse patri infideli & malo, quàm alicui fideli sancto, & in eadem necessitate constituto, nisi hujusmodi alimentorum præstatione parentes fierent deteriores, & ita demùm quod filius conversus ad Fidem teneatur alere parentes infideles, etiam in concursu extranei fidelis, post Mascard. *de Judæis p.*3.*cap.* 4. *num.* 7. & alios resolvit Riccius. *de Neophytis c.*9.*num.* 24.
25
26 Limita tamen, ut non procedat in eo, qui spem probabilem non habet subveniendi necessitati parentum manendo in sæculo. Sayr. *in clavi regia, lib.*7.*cap.*6. *n.* 5. Sanch.*d.cap.*20.*n.*3. Suar. *dict c.*5. *num.* 4. Vel quando pater, aut mater habet alios filios, vel alium modum, quo suæ necessitati prospicere possit. Suar. *d.cap.*6.*num.*6. Sanch. *d.cap.* 20.*num.*3. Suar.*dict. cap.* 5. *num.* 5. vel quoque in filio, quem ipsimet parentes ad peccandum provocant. Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*17.*art.*8.*concl.* 2. Sanch. *d.c.* 20. *n.* 12. Vel denique in filio, qui in sæculo morari nequit absque proximo lethaliter peccandi periculo. Sayr. *d. c.* 6. *n.*7. Sanch.*d. c.*20.*n.*11. Suar.*d. c.* 5. *n.*32.

27 Quintum est dignitatis adstrictio. quod de Episcopis, & cæteris Prælatis majoribus intelligitur, qui sine Romani Pontificis permissione non possunt ingredi Religionem, & gregem suum, atque Ecclesiam deserere, *cap. tempori,* §. *fin.* 7. *q.* 1. *c. licet, de Regularib.* Suar.*de Relig.tom.* 3.*lib.* 1.*c.* 20. *à n.*4. Fr. Bartol. de Vecchis *in praxi serv. in admit. ad relig. stat. novit. disp.* 2. *dub.* 3. Sanch.*in præcepta Decalogi, tom.*1.*lib.*4.*c.*25.*n.*36. Azor. *inst. mor. p.*1. *lib.* 11.*c.*16.*q.*2. Tamb.*d.tom.*3. *disp.*6. *q.* 3. *num.* 7. latè Carol. de Tapia *ad d. Auth. Ingressi, verb. ingressi, c.*10.*per tot.* Laurent. de Peirinis *de Prælato, q.*3. *c.*1.
28 §. 2. *n.* 46. & 47. intelligit de Episcopo electo & confirmato, non verò de electo tantùm: Archidiaconi verò, & cæteri inferiores possunt cum permissione Episcoporum suorum ingredi Religionem, & si divino Spiritus sancti instinctu immediatè ducuntur, etiam contradicente Episcopo, id possunt efficere, ut inquit Urbanus Pont. *in c. duæ* 19.*q.*2. & habetur *in d.c.licèt, de Regul.* Quod tamen non ita Episcopis est permissum; quoniam, inquit Urbanus, sicut majus bonum minori bono præponitur; ita communis utilitas spirituali utilitati præfertur; Beneficia verò eorum, qui Religionem intrarunt, etiamsi sint Curata, non sunt alteri conferenda antequam expressè fecerint professionem, vel firmitèr decreverint profiteri, *c. beneficium, de Regul. lib.* 6. latè Sench. *in prec. Decalogi tom.* 2. *lib.* 7.*c.*4.*ex n.* 3. ubi subdit procedere in quibuscunque beneficiis, sive majoribus, sive minoribus, & pensionibus; novitius enim justè privari non potest beneficio suo infra probationis annum. Majol. *de irregul. lib.*3. *c.* 6.*n.* 2. Mandos. *in casibus annalibus, cas.*192.*n.*63.*ad fin.* Gig.*de pensun. q.*57. *n.* 7. & 8. Suar.*tom.*3.*de relig. lib.*5.*c.*16. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi serv. in admit. ad relig. stat. novit. disp.* 8. *dub.*7.*n.*4.*vers. in hâ*, ubi subdit, nonnullos ex citatis Doctoribus hoc intelligere, etiamsi novitiatus pluribus annis duraret, prout intellexit Sanch. *d. c.* 4. *n.* 6. Post emissam verò professionem vacat beneficium ipso jure, ut bene resolvunt Henriq. *in sum. lib.*12.*c.*5.§.4.*in com. dist. X.* Flam. Paris. *de resig. benef. lib.*5.*q.*6.*à n.* 64.*& lib.*7.*q.*15.*n.*28. Cal. Pereira *in l. si curatorem, verb. implorare, n.* 27. *C. de in integ. rest. minor.* Fr. Emm.*qq. regul. tom.*1. *q.* 3. *art.* 1. Sayr. *in clavi regia, lib.* 6.*c.* 5.*n.* 25. Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.*33.*n.* 19. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *num.* 45. Nicol. Gare. *de benefic. p.*11. *c.* 9. *à princ.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 5. *cap.* 12. *n.* 18. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.* 1.*dub.*2. *n.*9. *secundum Romanum impress.* Ego ipse *de officio, & potestate Episc. part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 208. Rota *dec.*543.*num.* 4.*p.* 2. *recent.* Fr. Barthol. de Vecchis *d.dub.*7. *n.*4. *fust. med.* ubi subdit cum Rota *loco citato*, statim post professionem integrum esse ei, ad quem spectat collatio, illud liberè conferre: quod etiam procedere in pensione tenent Gig. *de pens. q.*95.*n.*11. *in fine, & n.*12. Mantica *de.*104. *num.* 7. Sanch.*d.cap.*5.*n.*15.

Ex fructibus autem beneficii novitii, dum in anno probationis existit, congrua portio Vicario ipsius beneficii assignari debet. *d.c. beneficium, vers. assignata sibi congrua,* Fr. Emm.*qq. regul. tom.*1. *q.* 37. *art.* 1. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 7. *n.* 5. observantes hujusmodi portionem per Ordinarium taxandam esse, residuos verò fructus esse ipsius novitii: docent Mandos. *citato loco*, & Sanch. *d.c.*5.*n.*18.

Circa Religiosos Societatis Jesu advertendum est possessionem beneficiorum ab eis prius obtentorum amitti post emissam solemnem professionem, vel vota Coadjutorum formatorum, per quæ redduntur omninò incapaces bona & jura quæcunque acquirendi & retinendi, non autem per emissionem simplicium votorum biennii, per quæ juxta dictæ Societatis Constitutiones à Sede Apostolica approbatas, tales Religiosi non sunt incapaces retinendi dominium bonorum, & beneficia, quæ in sæculo habent, ut habetur in dictæ Societatis Constitutionibus, *part.*4. *c.* 4. §. 5. *in declar. lit. E, & part.*6. *cap.*2. §. 11. *in declar. lit. E, & in constit. Greg. XIII. incip. Ascendente Domino*, sub dat. 8. Kal. Julii 1584. *vers. & licèt qui ad gradus professorum.* Idem dicendum est de pensionibus, quæ per dicta biennii vota non extinguntur, sed durant usque ad professionem solemnem, sicut de beneficiis dictum est; quia citatus textus *in c. beneficium*, intelligitur de omnibus beneficiis, secundùm Arch. ibi *in princ.* Monald. *cons.*159.*n.*22. *vol.* 2. Et ideo ita resolvit Sanch.*d.lib.*7.*c.*4.*n.*7.*& c.* 27.*n.*32.*& c.*29. *n.*10. Tenentur tamen iidem Religiosi finito probationis biennio, antequam vota simplicia emittant,

beneficia priùs obtenta resignare, pensiones tamen retinent usque ad solemnem professionem per vota Coadjutorum formatorum, ut observatur in praxi, de qua testatur Sanch. *d. cap.* 29. *n.* 10. Rota *in nullius, seu Caputaquensi pensionis* 29. *Aprilis* 1616. *coram bonæ mem. Massimo Andreen.*

36 Sextum est obligatio ad ratiocinia publica; qui enim ad hujusmodi negotia perpetuò est adstrictus, non potest Religionem intrare, ut probat textus *in cap. unico*, 52. *dist.* S. Ant. 3. *p. tit.* 16. *c.* 2. §. 3. Silvest. *in sum. verb. Religio* 2. *q.* 6. Armil. *eod. verb. n.* 5. & Tabien. *n.* 11. imò ex nova Constitutione Sixti *incipiente Cum de omnibus*, sub dat. Kal. Decemb. 1586. obligati publicis aut privatis ratociniis reddendis, ab ingressu religionis prohibentur, ut colligitur ex verbis ejusdem Constitutionis, ibi: *Auctoritate Apost. perpetuò statuimus, ut hujusmodi ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum gravati, vel reddendis rationibus obnoxii, nullatenus recipiantur, &c.* Quæ Constitutio cùm absolutè, & absque ulla distinctione inter publica, & privata ratiocinia loquatur, de omnibus est generaliter intelligenda, *arg. l. de prædio, ff. de Publ. in rem act.* Quare ita resolvunt Fr. Emm. *qq. reg. tom.* 3. *q.* 10. *art.* 21. Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 6. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 20. *in fine*, Sanch. *in præc. Decal. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 19. *n.* 29. Suar. *tom.* 3. *de Rel. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 10. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 3. *n.* 13. Carol. de Tapia *ad d. Auth. Ingressi, verb. ingressi, c.* 7. *per tot.* Portel. *in dub. Reg. verb. novitii qualitates, n.* 20. Fr. Mart. à S. Josepho *d. c.* 2. *n.* 13. Laur. de Peirinis *d. q.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 74. Ego ipse *in coll. ad c.* 1. *de oblig. ad ratioc. n.* 8. Limita tamen, ut non procedant supradicta in eo, qui secundùm prudentis viri præsumptionem sine lite, aut magno gravamine vel distractione potest rationes reddere, quia hujusmodi ratiocinia Religionis ingressum non impediunt, ut colligitur ex dictæ Constitutionis verbis ibi, *Vel reddendis rationibus obnoxios, ut ex hujusmodi causa lis, vel molestia eis jam sit illata, vel timendum sit, ne inferatur*: & ideo ita tenent Bern. Diaz *in pract. c.* 20. Nald. *verb. Religiosus, n.* 2. Sanch. & Suar. *citatis locis*, & Peirinis *num.* 75.

37 Septimum est debitorum obligatio; qui enim debet aliquid alteri, non potest ejus solutionem licitè prætermittere, ut intret Religionem, *arg. c. generalis*, 54. *dist.* 21. Emm. *tom.* 3. *qq. Reg. q.* 20. *antic.* 9. & *q.* 54. *art.* 2. Hier. Rod. *in compendio earundem quæstionum, res.* 101. *n.* 83. 21. Matt. de Josepho *in expos. regulæ S. Francisci, c.* 2. *n.* 13. ubi referunt Bullam Sixti V. ibi, *Ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum gravatos, &c.* Peirinis *d. q.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 71. Unde donec solverit, non poterit fieri religiosus, nisi satisdationem, vel aliam satisfactionem præstiterit, aut nequaquam valeat satisfacere creditori. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 1. *q.* 5. Suar. *de Rel. tom.* 3. *lib.* 5. *c.* 3. *num.* Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 7. Bart. de Vecchis *d. disp.* 2. *dub.* 13. *n.* 2. Machado *d. tr.* 1. *dec.* 7. Trull. *in Decal. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 22. latè Laur. de Peirinis *de Prælato q.* 3. *c.* 2. §. 2. *n.* 71. ubi refert id ipsum expressè prohibuisse Bullam Sixti V. & *n.* 75. resolvit, dictam Bullam non habere locum in Monialibus, neque in recipiendis ad Ordines Militares, neque in iis, qui si habent debita, habent unde solvant; neque in iis, qui habent debita, sed non magni momenti; nempe in iis, qui habent magna debita, sed incerta; nec in iis, qui sine gravi sua culpa impotentes devenêre, sive sit spes ut in sæculo manentes possint ea solvere, sive non; nec in iis, qui bonis cesserunt, etiamsi suâ culpâ debita contraxerint, & nulla sit spes ut in sæculo manentes brevi sint satisfacturi; neque in iis, quibus creditores consentiunt ut Religionem ingrediantur; nec in iis, quorum debita Monasterium, vel alius ad solvenda se obligarer; nec in iis, qui liberali promissione dicta debita contraxêre; nec in iis, qui ex ludis, cambiis, & aliis contractibus illicitis debitis sunt onusti; nec in iis, qui essent à Judice criminali condemnati ad solvendum aliquam ingentem pecuniæ quantitatem, Tamb. *d. disp.* 6. *q.* 3. *n.* 12. & 15. ubi *n.* 20. dicit impedimentum ad Religionis ingressum & professionem esse diversitatem sexus. & *n.* 14. idem dicit de impotentia ad servanda Religionis essentialia, & etiam accidentalia præcepta, & observantias, & *n.* 26. post multos resolvit morbo gallico laborantes posse è Religione expelli, si in professione illum tacuit, & Religio habeat statutum confirmatum à Papa prædictam professionem annullans, & *n.* 29. probat corpore vitiatos esse inhabiles ad Religionem, & *n.* 31. advertit non debere ad Religionem recipi infames, buffones, histriones, carnifices, satellites, & similes,

Ultimum impedimentum est coactio; debet 38
enim voluntarius esse Religionis ingressus, alioquin is, qui cogitur fieri Religiosus, non tenetur regulam observare, nec valida est professio, nisi posteà consensisset, *c. præsens* 20. *q.* 3. *cap.* 1. *de regularib. cap.* 1. *de his quæ vi.* Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 9. *n.* 1. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 17. *artic.* 4. Tamb. *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 3. *n.* 27, latè Sperel. *in dec. Eccles. dec.* 80. *per tot* ubi *n.* 9. dicit, quod 39
metu probato, annullatur professio, etiamsi metum passus juraset in judicio se spontè voviss*e*; & *dec.* 79. *n.* 35. dicit, quod professio per metum facta est ipso jure nulla. Metus verò reverentialis non annullat professionem, nisi etiam coactio, vel minæ præcedant; textus namque *in c. cum virum, de Regular.* ad annullandam professionem puellæ ultra imperium parentum, quod metum reverentialem continet, ponderat coactionem. Ita docent Covarr. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. 6. *num.* 7. & 8. Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matr. cap.* 9. §. 5. Sanch. *de matr. lib.* 4. *disput.* 6. *n.* 18. & *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 26. Sayr. *in clavi regia lib.* 6. *c.* 4. *n.* 18. Bonac. *de legib. disp.* 4. *q.* 1. *punct.* 3. §. 1. *n.* 8. 21. Bartol. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp.* 13. *dub.* 12. *num.* 19. Aloys. Riec. *in dec. Curiæ Arch. Neap. p.* 4. *dec.* 248. Rota *in Toletana professionis*, 19. *Novemb.* 1614. *coram bonæ memoriæ Ubaldo*, Laym. *lib.* 3. *sect.* 15. *tract.* 4. *c.* 6. *n.* 3. *vers.* 3. & *lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 2. *c.* 5. *num.* 3. Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 5. *q.* 4. *vers. si roges*, Villalobos *in sum. p.* 1. *tract.* 3. *diffi.* 8. *n.* 6. latè D. Sperell. *in dec. fori Eccles. dec.* 79 *n.* 18. *cum seqq.* ubi *n.* 62. concludit, metum reverentialem nunquam irritare Matrimonium spirituale, vel carnale, nisi talis sit, qui cadat in virum constantem, qualis non est, ubi cum eo non concurrunt minæ: & *n.* 63. quod metus reverentialis in fratre admittitur, si frater ab eo regitur, aliàs secus: & *dec.* 80. *n.* 6. quod professus nulliter suscipiendo Ordines sacros, non animo ratificandi professionem, dicitur malè promotus & ministrando fit irregularis: & *n.* 12. quod metus causa durare non dicitur in filio, vel filia se ortim à patre habitante. Alph. de Leone *de officio Capellani, part.* 1. *quæst.* 4. *praxi* 1. *n.* 75. ubi ex Rota apud Vivian. *dec.* 60. tenet metum reverentialem per se solum non sufficere ad infirmandam

expressam

expressam professionem. Quamvis contrarium, imò quod perpetuum imperium causet sufficientem metum ad invalidandum actum à libera voluntate pendentem, tenent Xuar. *alleg.* 1. *n.* 34. & *alleg.* 34. *n.* 3. & 5. Hippol. *singul.* 347. *incip. Matrimonium*, *n.* 3. Menoch. *illust. c.* 55. *n.* 17. *junctis num.* 18. inde non benè inferentes, professionem annullari solo metu reverentiali. Quibus accedunt Nav. & Fr. Emm. citati à Sanchez *d. disp.* 6. *num.* 17. 40 *in fine*, Diana *resol. mor. part.* 3. *tract.* 2. *art.* 92. Basil. Pont. *de matrim. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 15. & 16. Qui verò aliena intentione, vel dolo ductus intrat Religionem, modò consenserit, nec aliud habeat de prædictis impedimentis, remanet nihilominùs Religiosus, *c. quod interrogasti*, 27. *dist. c. ult. clerici*, *juncta gloss. de regul. cap. ex parte*, *c. veniens*, & *cap. dudum*, *de conver. conjung. cap. cùm dilectus*, *de his quæ vi.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum*, & *uxorem*, §. 57. *n.* 4. Covar. *in cap.* 2. *n.* 1. *de testam.* Carol. de Tappia *in dicta Auth. Ingressi*, *cap.* 13. *à princip.* ubi *num.* 5. tenent dolum, qui caderet in prudentem virum, vitiare professionem; & tamen *à n.* 18. dicit, quod dolus commissus accidentalibus Religionis professionem irritam non facit, 41 secus si substantialibus.

Duo igitur præcipuè requiruntur in eo, qui futurus est Religiosus, videlicet ut sit ab omni servitute, & obsequio liber, & solutus, & ut liberum habeat mentis, & voluntatis arbitrium, & animi discretionem, ut Deo valeat liberiùs inservire. Hæc sunt quæ impediunt de jure communi religionis ingressum, præter specialia cujuscunque Odinis impedimenta, ut est origo natalium in fœmina, & alia hujusmodi, quæ in nonnullis regulis attenduntur.

42 Aliud est impedimenti genus de jure communi, quo uni regulæ adstrictus non potest ad aliam regulam indistinctè transire. Est enim sacris Canonibus constitutum, ne unquam Monacho liceat de Monasterio in Monasterium, in jacturam, vel injuriam sui Ordinis temerè transmigrare, & si migraverit, ad primum redire teneantur, *cap.* 1. & *cap. Monachum*, 20. *q.* 4. *cap. Joannes*, *cap. licet*, *de Regularib.* Verùm distinguitur ab arcta regula, aut laxiori, aut de æquali; ad arctiorem enim regulam facilè permittitur transitus, modò id fiat ex zelo melioris vitæ cum discretionis virtute, petitâ priùs licentiâ proprii Prælati, quamvis non obtentâ, *c. statuimus* 19. *q.* 3. *dict. c. licet*, *de Regul.* S. Thomas 2. 2. *q.* 89. *art.* 4. S. Antonin. *part.* 3. *tit.* 16. *c.* 14. *in princ.* Lap. *alleg.* 150. *sub. n.* 2. Roman. *cons.* 341. *n.* 4. Decian. *resp.* 20. *n.* 12. *lib.* 1. Navar. *commento* 4. *de Regul. n.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 421. *n.* 37. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. Fr. Emm. *tom.* 3. *q.* 52. *art.* 3. Sayr. *in Clavi regia*, *lib.* 6. *c.* 5. *num.* 23. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 412. *cum seqq.* Batth. à S. Fausto *in thesauro Religios. lib.* 5. *q.* 323. *cum seqq.* Lessius *de just. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 13. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *à princip.* F. Ludovicus Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 31. *artic.* 2. Anton. Riccius. *de jure personar. lib.* 8. *cap.* 4. *ex num* 19. latè Tamburin. *dict. tom.* 3. *disputatione* 7. *quæst.* 1. *cum seqq.* Carol. de Tapia *ad Authent. Ingressi*, *verb. ingressi*, *c.* 9. *num.* 25. *cum seqq.* latè Machado *en su perfecto Confessor*, *tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 2. *tract.* 4. *docum.* 1. & 2. Oviedo *in praxi Regul. part.* 1. *tract.* 12. *cap. unic.* Erasm. à Cochier. *de jurisdictione Ordinarii in exempt. part.* 4. *quæst.* 13. *à princip.* ubi in fine advertit, quod hodie, quisquis ille sit, qui ad strictiorem Monasticæ vitæ normam transire satagit, laudabiliter faciet si auctorante summo Pontifice, aut S. Congregatione Eminentissimorum DD. Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum id faciat, tum quòd tutius, tum quòd grátius S. Sedi. Sed hæc S. Congregatio censuit sub 43 die 15. Septembris 1583. quod *Regularibus ad strictiorem Religionem transire volentibus*, *si benevolos in ea inveniant receptores*, *ac devotionis fervore ductis*, *non autem alicujus criminis perpetrati pœnam subterfugituris*, *sufficit petita*, *licèt non obtenta licentia à suis Superioribus.*

Quod quidem locum habet etiam in Conver- 44 sis, & Oblatis; illi enim possunt ad strictiorem Religionem, sicut cæteri Religiosi, transire, ut resolvunt Tapia *in Authent. Ingressi*, *cap.* 9. *n.* 57. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 21. *art.* 2. & *q.* 52. *artic.* 7. Anton. Ricciul. *dict. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 31. *vers. caterum*, Sanchez *dict. c.* 7. *n.* 9. Tambur. *d. tom.* 3. *disputatione* 7. *q.* 1. *n.* 22. Novar. *in Bullar. tit. de apostatis & ejectis*, *num.* 10.

Item & in Monialibus, quia licèt textus *in dict.* 45 *cap. licèt*, de solis viris Religiosis loquatur, rationes tamè in eo traditæ ad honnestatem hujus transitus suadendam, procedunt æquè in Monialibus; & ideò illas ad aliam Religionem perfectiorem hodie transire posse (sicut olim eis licebat *ex cap.* 1. 20. 4.) tenent qui post Concil. Trident. scripsetunt, Mandos. *Signatura gratiæ*, *verb. Licentia*, *col.* 9. *vers. quæ dicta sunt*, Tapia *in d. Authent. Ingressi*, *verb. ingressi*, *c.* 9. *n.* 37. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Monialis*, *in fine*, Fr. Emm. *dict. tom.* 3. *q.* 52. *artic.* 5. quos refert, & sequitur Sanchez *d. dict. cap.* 7. *n.* 6. Bartohl à S. Fausto *dict. lib.* 5. *quæst.* 327. Novar. *in sum. Bullar. titul. de apostatis & ejectis*, *num.* 19. & latè probat Ricciul. *dict. lib.* 8. *cap.* 5. *à princip.* ubi *à num.* 4. asserit, neque Concil. Trid. neque Constitutionem Pii V. prohibuisse hanc translationem, & imò hoc approbasse sacram Congreg. super negotiis Episcoporum, & Regularium, & signanter *in Nannetensi*, 16. *Januarii* 1615. *& in Redonensi*, 31. *Januarii* 1617. Quicquid in contrarium scripserit Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *q.* 1.

Illud advertere oportet, quod licèt translatio 46 Monialis, etiam in casibus à jure permissis stricto jure fieri possit ex auctoritate Episcopi, & superioris Monasterii, Fr. Emman. *dict. tom.* 3. *q.* 52. *articul.* 3. Sanchez *dict. capit.* 7. *sub num.* 6. Sacra tamen Congregatio non semel censuit ad eam in similibus casibus esse recurrendum, & signanter in dictis Nannetensi, & Redonensi, ex quibus colligitur illam similes licentias concedere non consuevisse, nisi quatuor conditionibus adductis. Prima est, ut antequam à primo Monasterio Monialis egrediatur, aliud sit paratum, à quo benevolas habeat receptrices, quodque in eo capitulariter per secreta suffragia recipiatur. Secunda, ut dotem à cæteris Monialibus præstari solitam persolvat. Tertia ut spes illi auferatur ad primum Monasterium redeundi. Quarta, ut transactio fiat comitantibus matronis consanguineis gravibus ab uno ad aliud Monasterium, rectà viâ, absque diverticulo, ac nullibi pernoctetur, nisi causâ hospitii, idque non nisi apud honestas personas, Refert me citato Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 1. *n.* 25. & 26.

Procedit etiam in ipsis quoque Prælatis exemptis, 47 si non subsint immediatè Pontifici; illi enim instar aliorum Religiosorum transire possunt ad

strictiorem religionem, petitâ, etsi denegatâ licentia à Superiore, quia dictum c. licèt. solos Episcopos excipit, illis interdicens transitum ad Religionem, non obtentâ Pontificis licentiâ, ita docent Abb. n. 13. Anch. n. 8. *notab.* 11. & Henriq. n. 4. Azor.
48 *d.c.* 14. *q.* 7. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 328. & alii, quos refert & sequitur Sanch. *d. c.* 7. *n.* 8. ubi subdit Generales Religionum, & alios immediatè Pontifici subjectos, posse ad Religionem strictiorem transire, petitâ licentiâ, & Pontifice non respondente; non tamen eo negante, quippe qui posset eos revocare: quod etiam tenet Ricciul. *dict. lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 25.

49 Sed potest esse difficultas de tota domo religiosa, an ad strictiorem Religionem transire possit; Id fieri posse supponitur *in cap. recolentes, vers. cæterùm, de statu Monach.* & resolvunt Fr. Emman. *qq. regul. tom.* 3. *q.* 5. *art.* 3. Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. ingressa, c.* 9. *n.* 37. Sanch. *d. to* .2. *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 7.
50 Ant. Ricciul. *d. lib.* 8. *c.* 4. *à n.* 25. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 1. *n.* 14. Non obstat textus *in c. un.* §. *confirmatos, in fine de relig. domib. in* 6. quia loquitur in totali translatione, ibi, *se ac loca sua totaliter transferat*: at nos loquimur de sola personarum translatione, ut observat Sanch. *d. n.* 7.

51 Alia difficultas est de Religiosis habentibus privilegium, ne à sua Religione ad aliam liceat transire? Cæterùm nec hoc privilegium impedit, quin Religiosus transire possit zelo strictioris vitæ ad strictiorem Religionem, post tamen peritam, licèt non obtentam à suo Superiore licentiam, ut per Nav. *consil.* 52. *n.* 1. *de regularib. in novis*, Cuch. *lib.* 3. *instit. major. tit. de regularib. n.* 132. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *q.* 4. Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. *n.* 412. Sanch. *d. c.* 7. *n.* 10. Barr. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad relig. statum novit. disp.* 15. *dub.* 3. *n.* 2. Rot. *in Bononiensi professionis*, 14. *Martii* 1622. *coram R. P. D. Merlino*, nisi privilegium inhibeat transitum absque licentiâ Prælati obtenta, quia tunc ad firmitatem transitus quantumcunque bono zelo facti, necessariò obtineri debet licentia, secundum Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 20. Ludovic. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 12. Sanchez *citato loco*, Barthol. de Vecchis *d. dub.* 3. *n.* 3.

52 Non est licitus transitus ex Ordine Mendicantium ad Ordines Monachales sine expressa licentia Papæ, Carthusiâ exceptâ, *extrav. Viam ambitiosæ, de Regularib.* quæ est Martini V. ubi expressè interdictum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Pontifici reservatæ, quam incurrunt tam recipientes, quam recepti, ne transitus fiat à quacunque Religione Mendicanti ad quamcunque aliam, præterquam ad Carthusiam: docent Her. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.* 123. *n.* 70. Ludov. Mirand. *d. quæst.* 31. *art.* 8. *concl.* 1. Tamb. *d. tom. disp.* 7. *q.* 2. *n.* 7. & 12. Novar. *in Lucerna Regul. verb. translatio n.* 9. Sanch. *d. c.* 7. *n.* 28. ubi etiam subdit in Societate Jesu per concessionem Pii IV. & Pii V. extensam esse hanc censuram reservatam tam respectu transeuntium, quàm recipientium, respectu quorumvis Ordi-
53 num, dempto Carthusiensi. Unde Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præposita, rescribens Generali Carthusianorum de mense Martii 1596. declaravit, *non posse Regulares Ordinum Mendicantium transire ad alium Ordinem, præterquam ad Cartusianos, inter quos postmodum Mendicantes hujusmodi juxta Constitutionem Clementis VIII. voce activâ & passivâ careant, atque ad quævis officia, aut ministeria, ac gradus istius religionis perpetuò inhabiles existant.*

Sic etiam pro Generali sanctissimæ Trinitatis, 54
petentibus ejusdem Ordinis Fratribus prohiberi, ne absque ejus licentia ad aliam Religionem se transferant, instar Brevis Provinciæ Portugallensis in simili casu concessi, Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præposita, Illustr. Bandino referente, statuit, *ne Ordinis hujusmodi Religiosi ad alium quemcunque, etiam Mendicantium Ordinem se transferant, nisi petitâ à Superioribus licentiâ, cognitaque & approbatâ priùs ab eadem S. Cong. transitus causa, ac inventis in Religione ad quam transire intendunt, benevolis receptoribus, necnon servatâ ubi opus fuerit, fel. record. Sixti Papæ V. constitutione, prohibendum censuit die* 15. *Martii* 1616. refert. Novar. *in Lucerna Regul. verb. translatio, n.* 12.

Ex constitutione Pauli III. nemo post emissa se- 55
cundùm Constitutiones Societatis Jesu vota, potest ex hoc Ordine ad alium transferri, præterquam ad Carthusiensium Ordinem, nisi de expressa ejusdem Societatis præpositi, aut Sedis Apostolicæ licentia. Id quod pariter per pium IV. & pium V. extitit confirmatum, adjectâ etiam pœnâ excommunicationis ipso facto incurrendâ, tam contra Religiosos recedentis, quàm contra ipsos recipientes, etiam prætextu cujusvis privilegii concessi, aut concedendi, aut alterius cujusvis quæsiti coloris, ob melioris vitæ frugem, & strictioris observantiæ regularis. Additur ex eisdem Indultis, ut transire volentibus ad Carthusienses spatium sex mensium; ad alium verò Ordinem terminus Superioris arbitrio præscribatur, intra quem debeat actualiter ingredi, & quatenus in illis permanere nolit, aut non possit, absque ulla mora ad Societatem reverti sub præfata excommunicationis pœna teneatur. Quod tamen per pium V. vivæ vocis oraculo, & deinde per Greg. XIII. peculiari rescripto fuit aliqua ex parte innovatum, atque statutum, ut transire volens ad Carthusienses, tres menses habeat ad transeundum, quibus elapsis, non ei ampliùs liceret respectu Carthusiæ sine Præpositi licentia: ac pii V. concessionem confirmavit, perinde ac si litteræ super concessione illa factæ fuissent, excommunicationis, & apostasiæ pœnâ irrogatâ, ut hæc omnia patent ex ipsius Societatis compendio *in verb. Apostata*, ut referunt Ant. Ricc. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 8. *c.* 8. *n.* 2. Sanch. *d. c.* 7. *n.* 28. & 31. Hier. Rod. *d. resol.* 123. *n.* 71.

Monachi Benedictini, & Cistercienses ex pri- 56
vilegio Eugenii IV. non possunt transire ad quemcunque Ordinem, etiam ad Carthusiam, sine consensu Capituli generalis, seu Præsidentis, aut minoris partis Visitatorum Congregationis, nec etiam auctoritate Apostolica, nisi in litteris fiat specifica mentio de persona, & Religione, sub excommunicationis ipso facto pœna incurrenda contra recipientes, seu retinentes, qui intra triduum à receptione Monachi receptum non restituerint. Idem Eugenius IV. *apud comp. Cist. tit. fugitivi*, §. 1. & 2. concessit Congregationi S. Benedicti in Hispania, ne sui Monachi transeant ad alium quemcunque Ordinem, etiam ad Carthusiam, nisi obtentâ licentiâ Papæ, vel Generalis, aut sui Conventus cum Abbate, secùs excommunicatur transiens, & prælatus admittens, seu recipiens, quo privilegio non posse uti congregationem S. Benedicti in Portugallia, resolvit Fr. Lud. Mirand. *tom.* 1. *q.* 30. *artic.* 8. Tamb. *dict. tom.* 3. *disputatione* 7. *q.* 2. *à n.* 1.

Idem

Idem concessit Martin. V. Cisterciensibus, excepto quod possint transire ad Carthusiam, & confirmavit Concilium Basileense. Tambur. *d. q. 2. n. 3.* Idem privilegium habent Monachi S. Hieronymi in Hispania *apud suum compendium, verb. transitus ad alium*, Tambur. *d. tom. 3. disp. 7. q. 2. n. 4.*

57 Minoribus Observantiæ ad Minimos transire, nisi de licentia Papæ, & è converso, prohibuit Pius V, & confirmavit sanctæ memoriæ Gregorius XIII. locis citatis à Capuccino *in addit. ad compendium, tit. recipere, §. pariter hic, & §. item in anno*, qui addit postea à S. Cong. auctoritate Gregorii XIV. fuisse decretum, ut transeuntes, & illos recipientes incurrant pœnam privationis officiorum ipso facto, & vocis activæ & passivæ in perpetuum. Tambur. *d. tom. 3. disp. 7. q. 2. n. 10.*

58 Novissimè S. D. N. Urbanus VIII. *in sua constit. 91. incip. injuncti. 9. Augusti* 1628. interdixit, ac prohibuit, ne de cætero perpetuis futuris temporibus ullus Cappuccinus religiosus ad laxiorem absque speciali sua, & Sedis Apost. ad Carthusiensem verò, seu quemcunque alium Ordinem, vel Congregationem, nisi de Ministri Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis licentia in scriptis obtinenda, quovis prætextu, aut ex quavis, quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, sub apostasiæ & infamiæ perpetuæ nota, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis ipso facto absque ulla declaratione incurrendis, transire quoquo modo audeat, seu præsumat Tamb. *d. tom. 3. disp. 7. q. 2. n. 11.*

59 Item Leo X. prohibet minimis sub excommunicatione transitum ad alios Ordines, eadémque pœna ferit retinentes, nisi intra novem dies à monitione restituant Fratres apud se existentes, ex Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. resolut. 123. n. 77. vers. Item Leo*, Tambur. *d. disp. 7. q. 2. n. 11.* & strictiùs Iulius II. *Constit. sua incip. Sacer ordo, §. 5.* apud Laurent. de Peyrinis *de privileg. Regul. Const. 5. illius Pont. pag. 109.*

60 Transitum à discalceatis S. Augustini ad Fratres calceatos ejusdem Ordinis, sive ad quemcunque alium Ordinem laxiorem sive speciali Sedis Apost. licentia prohibet Clemens VIII. *Const. incip. Apostolicæ. §. 10.* sub die 11. Februarii 1602. Tamb. *d. tom. 3. disp. 7. q. 2. n. 5.*

61 Transitum Reformatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum, ad Calceatos sine licentia Sedis Apost. prohibet Urbanus VIII. *Const. 77. §. 2. & 3. incip. Injunctis*, 19. *Januar.* 1618. Tambur. *d. tom. 3. disp. 7. q. 2. n. 6.*

62 Ubi transitus sit ad strictiorem Religionem, prælatus inferior, & Conventualis Monasterii licentiam supradictam præstare potest, ut ait Monach. *in cap. cum singula, n. 4. de præb. in 6.* & ibi Franch. *§. prohibemus, n. 3.* reprobans sententiam dicentem exigi quoque consensum Conventus. Butr. *in c. non est, nis. de regular.* ubi etiam Abb. *n. 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de transl. Monach. n. 5.* Nav. *commment. 4. de Regul. n. 10.* Barth. à S. Fausto *in thesauro relig. lib. 5. q. 330.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 51. num. 3.* Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 31. art. 5. concl. 1.* Machado *d. tr. 5. docum. 3. n. 3.* & licet hi Doctores unanimiter, & rectè teneant, quod à solo Prælato in hoc casu licentiam peti sufficiat; non explicant tamen, num immediatus Prælatus ipsius Conventûs, an solus Provincialis, an Generalis debeat esse, præter Fr. Emm. qui dicit hunc Prælatum esse provincialem, aut Generalem, & Fr. Ludovic. Miranda, qui rectiùs sentit, sufficere Conventualem monasterii. Barth. de Vecchis *d. disp. 15. dub. 2. n. 13.* ubi subdit, quoad Fratres minores, necessariò petendum esse vel à Generali, vel à provinciali, aut Custode: & novè portel. *in dub. Regul. verb. Religionis transitus, n. 4.* Tamb. *d. tom. 5. disp. 7. q. 3.* Sanch. *d. lib. 9. c. 67. n. 59.* cum Azor. hoc ipsum resolvunt, scilicet prælatum immediatum ipsius Conventus posse licentiam transeundi ad strictiorem Religionem concedere, & si ille sit transiturus, eam petiturus est à provinciali, & hic à Generali, & à Romano pont. & *n. 60.* id etiam verum credit, quamvis monasterium strictius sit in alia Diœcesi, ne religio illa sit exempta: & *n. 22.* credit non esse necessarium ad licentiam hanc concedendam consuli Conventum, necdum eam consentire: & *num. 65.* resolvit 63 prælatum Religionis, qualiscumque sit ille, eum transitum concedere non posse, si ille ad strictiorem Religionem non ex zelo melioris frugis, sed ex levitate quadam, aut alia animi perturbatione procederet. Si autem constiterit transitum ad arctiorem non esse in gravem jactoram, seu infamiam sui Ordinis, & subditum non petere illum ex temeritate vel levitate, sed zelo perfectioris vitæ, tenetur concedere facultatem transeundi. Barthol. de Vecchis *d. disp. 15. dub. 2. n. 15.* aliàs non concedendo peccaret mortaliter, & veniret puniendus. Ludov. Miranda *d. q. 31. art. 6. concl. 1.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 342.*

Quoad Religiosos verò militares in claustris 64 vitam communem non degentes, certum est, absque licentia suorum Superiorum transire posse ad Ordines claustrales, ut fuit resolutum *in Bonon. professionis, 14. Maii* 1622. *coram R. P. D. Merlino, vers. verum esto*, quam decisionem citat Barth. de Vecchis *dub. 2. n. 14.*

præfata Superioris licentia necessariò petenda 65 est, ut insinuat textus *in d. c. licet*, ibi, *subditus cum humilitate, & puritate debet transeundi licentiam postulare*, & docent Abb. ibi, *n. 10.* Nav. dicens grave peccatum esse illam non petere, *cons. 59. in fine, in antiq.* aliàs *cons. 52. in novis, sub tit. de Reg.* Sanch. *c. 7. n. 55.* Unde transferens se ad arctiorem, venià non petità à suo Superiore, dicitur indebitè translatus, ut tenent Gloss. *in c. intelligimus de ætate & qual.* Butr. *in d. c. licet, n. 13.* Auch *n. 12.* & Abb. *n. 2.* Lap. *alleg. 130 sub n. 2. vers. si verò transeat*, Rom. *cons. 341. sub n. 4.* Anton. Ricc. *d. c. 8. n. 17.* ac proinde revocari potest ad primum Monasterium. Azor. *d. lib. 12. c. 14.* Lessius *d. lib. 2. c. 14. dub. 13. n. 101.* Barth à S. Fausto, *d. lib. 5. q. 341.* Sanch. *d. c. 7. n. 95.*

Exquibus deducitur primò, non satisfieri huic 66 obligationi petendo licentiam post transitum ad arctiorem Religionem; quia quoties in aliquo actu requiritur peti licentiam, est necessariò ante actum illum petenda, ut per Abb. *in d. c. licet, n. 11.* Azor. *d. lib. 12. c. 14. q. 6. in fine*, Bart. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 331.*

Secundò deducitur, non statim ac petitur licen- 67 tia, fas esse transire ad strictioram Religionem, sed debito tempore expectandum esse Superioris responsum, secundùm Butr. *n. 21.* Abb. *n. 8.* Anch. *n. 5. notab. 7. & n. 10. oppos. 1.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 239.* Azor. *d. c. 14. q. 5. vers. quares an postquam*, me citato *in hoc loco*, Machado *d. tract. 5. dec. 3. n. 2.* Sanch. *d. c. 7. n. 35.* ubi *n. 36.* cum Joan. Andr. Host. Innoc. Zabar. *in d. c. licet*, subdit subditum transeundi licentiam petentem, interrogandum esse à Superiore de causa ad transitum inducente, subindeque subditum teneri causam exprimere.

Tertiò

Biblioteca de Ciències Socials

68 Tertiò deducitur, non statim ac Superior denegat licentiam, fas esse subdito transire ad strictiorem Religionem, quia potest ex justa causa denegare: quod si nullam causam assignet, subditi est petere denegatæ sibi licentiæ causam; & si
69 Superior eam exprimere nolit, sibi imputare debet, & licebit jam subdito transire, ut per Innoc. *in d.c.licet, n.*4. & ibi Host. *n.*16. Joan. Andr. *n.* 9. & 10. Zarabel. *num.* 3. *q.* 14. Similiter licebit subdito statim transire, quod Superior judicans causam esse justam, denegat licentiam, vel nihil respondet, vel allegat causam denegationis evidenter injustam; quia tunc jam constat de proterva & indiscreta licentiæ denegatione. Ita Innoc. in sæpe citato *c.licet, n.*2. ubi Host. *n.*15. Joan. Andr. *n.*7. Butr. *n.*6. Abb. *n.*9. Zarabel. *n.*3. *q.*8. Anch. *num.*5. *notab.*7. Azor. *d.c.*14. *q.*5. Sanch. *d.c.*7. *n.*37. ubi *n.* 38. cum Rebuff. Fr. Emman. & aliis, quos ibi refert, advertit, si justa transitûs ad strictiorem Religionem causa sit, non statim concedendam esse transitûs licentiam, sed primò quidem Religio strictior parata ad recipiendum volentem transire, quærenda est; quod si antea ille recedat, est apostata, cum sub nullius obedientia sit; posset tamen Superior dare statim ei licentiam exeundi Monasterio, ut sub sua obedientia adhuc manens quærat Religionem strictiorem. Sed Barth. de Vecchis *disp.*15. *dub.*2. *numero* 9. attestatur, quod Decreto S. Cong. Concilij sub die 24. Sept. 1624. statuitur, ut de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi priùs Superiori legitimè constiterit eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, & est decretum de Regularibus apostatis, & ejectis, §. 3.
70
71 Quartò, deducitur ad hujusmodi licentiam concedendam consensum Conventûs non requiri, ut observant. Nav. *comment.* 4. *de Regular. numero* 10. Fr. Emman. *d.tom.*3. *q.*52. *art.*9. Barthol. à S. Fausto *d. lib.*5. *c.*333.

72 Si verò probabiliter dubitetur, quo animo, bonóne an malo, Superior denegaret licentiam, malum animum dijudicans, aut non bonum sibi persuadens, non standum est judicio subditi, ut statim ei transire liceat, nec etiam Superioris denegantis, sed ejus superioris judicium expectandum est: ad quem, ut ad Superiorem provocari debet, sicut contingit quando Religiosus malè, & contra Jus vexaretur: & idem dicendum est quando dubitatur, an Religio sit arctior. Ita docent *in d.c.licet*, Henric. *n.*11. Innoc. *n.* 2. *in fine*, Abb. *n.* 3. Cuch. *lib.* 3. *instit. major. tit. de Regular. n.*132. Azor. *d.c.*14. *q.*5. Ludovic. Miranda *d. q.*31. *art.*4. *concl.*2. Barthol. de Vecchis *d.disp.*15. *dub.* 2. *n.*16. Sanch. *d.c.*7. *n.*15. ubi *n.* 16. subdit in dubio hoc, boni animi, an potiùs levitatis, aut an religio, ad quam fit transitus, sit strictior, non integrum esse Religioso transire denegatâ licentiâ per Superiorem, sed ad licitum transitum oportere, ut ab eo, vel ab alio Superiore, ad quem provocatur, obtenta licentia fit.

73 In hoc transitu non attenditur, utrùm Religio sit in ordine ad suum finem perfectior & fructuosior, sicut existimaverunt S. Th. 2.2. *q.* 189. *art.* 8. Silvest. *verb. Religio* 4. *q.* 1. *nor.* 3. & *q.* 2. *in fine*, Anton. Cuch. *instit. major lib.* 3. *tit.* 1. *n.*136. Nav. *d. commento* 4. *de Regular. n.* 2. & 3. Machado *d. tract.*5. *docum.*2. *n.*6. Sed an sit asperior, arctior, & durior, quia textus *in d.c.licet, in fine*, explicuit quam Religionem appellaverit sanctiorem, ut liceat hic transitus, sic dicens ibi, *Ut apud eos vitam ducerent arctiorem.* Tum quia id ipsum probatur *ex cap.* 20. *q.*4. Et idem resolvunt *in d. cap. licet*, Joan. Andr. *n.*8. *ad fin.* Butr. *n.*7. Anch. *n.*6. Zarabel. *q. ult.* Abb. *in fine*, & Henric. *n.*16. Gregor. Lop. *l.* 9. *verb. mas fuertes, tit.*7. *p.*1. Azor. *d. lib.*10. *c.* 14. *q.* 2. Fr. Emm. *d.tom.*3. *q.* 52. *art.* 4. Sanch. *d. c.*7. *n.* 21. Lessius *de just. lib.* 2. *cap.*41. *dub.*10. *numero* 100. Ludovic. Miranda *d. q.* 31. *art.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *cap.*29. *n.* 414. Giovagn. *respons.* 39. *lib.*2. Anton. Ricciul. *d. lib.* 8. *cap.* 6. *a n.* 4. Barth. de Vecchis *d. disp.* 15. *dub.*1. *n.*5. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regularium, resol.* 123. *num.* 58. Bonacin. *de clausura, q.*2. *punct.*9. §. 3. *diffic.*3. *sub num.* 2. Portel. *in dub. Regul. verb. Religionis transitus, num.* 2. me citato *in hoc loco* Tambur. *tom.* 3. *d. sp.*6. *q.*4. *n.* 3. Novar. *in summ. Bullar. tit. de apostatis, & ejectis à Relig. n.*14.

Ad cognoscendum quæ sit strictior Religio, 74
considerandæ est non solùm primæva, & originalis institutio, sed etiam Constitutiones, & regulæ posteà editæ, adeo ut si Constitutiones editæ post primævam institutionem inducant majorem asperitatem, Religio dicetur arctior illa, quæ ex primæva sua regula erat arctior. Ita docent *in d. c. licet*, Innocent. *in cap. unic.*, Joan. Andr. *n.* 2. & 3. Anchar. *num.* 3. & 4. Butr. *n.*4. & 7. Abb. *n.* 4. Lap. *alleg.*61. *sub n.*5. & *alleg.* 130. *sub n.* 1. *vers. item notorium*, Cassan. Mandos. Rosel. Angel. Silvest. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d. cap.*7. *n.* 23. Gald. Roman. Præp. Prob. & alij, quos etiam refert, & sequitur Anton. Ricciul. *d.c num.* 6. *vers.* 3. Fr. Emman. *d.q.*52. *a.*5. Barthol. à S. Fausto *d. libro* 5. *q.*324. Fr. Ludovic Miranda *d. q.*31. *art.* 4. *concl.* 1. *in med.* ubi *in prine.* tenet, quod si aliqua Religio sit deformata, & in ipsa ad unguem non observetur regula licitus est transitus ex ipsa ad aliam, quæ aliàs erat minùs stricta, & perfecta in foro exteriori, quod clarè constat *in. d. cap. licet*, ibi: *Si locus, ubi nunc permanet, majoris religionis quam Ecclesia Aromatensis existat.* Quò loci textus non ponderat qualis fuerat prior regula, sed qualis sit præsens observantia: quod etiam tenet Fr. Emm. *d. art.*5. Nav. *d. commento* 4. *de Regular. n.*1. Lessius *d. dub.*13. *n.*101. Azor. *d.c.*13. *q.*3. & 6. Sanch. *d.c.*7. *num.*24. Tambur. *d. tom.*3. *disp.* 7. *q.*4. *n.* 4. Anton. Ricciul. *d. cap.*6. *num.* 8. advertentes *num. seqq.* præcipuè Fr. Emman. Sanch. & Ricciul. ut permittatur transitus à Religione ex primæva ejus institutione arctiori, ad aliam in qua arctitudo consideratur ex sola præsenti observantia, requiri ut in provincia, in qua Religiosus est receptus, non adsit Monasterium capax, & in quo vigeat primæva regularis observantia, & quod non subsit spes probabilis pristinæ observantiæ restituendæ.

An autem religio Minimorum S. Francisci de 75
Paula sit arctior religione Carthusianorum? Quæstio est dubia, in qua negativam partem pluribus argumentis suffultus tuetur Nav. *cons.* 11. *vers. aliàs si regularibus*, quem sequitur Azor. *d. capite* 14. *q.*14. Verùm Religionem Minimorum esse arctiorem, ex multis latè defendit Anton. Ricciul. *d. lib.* 8. *capite* 7. *per totum*, ac proindè licitum esse Carthusianis, & cuicumque alteri Religioni transire ad hunc Ordinem, & non è converso, habetur in litteris Julij II. & Leonis X. summorum Pontif. quas ibi refert: limitat tamen *numero* 2. ne procedat in Fratribus Minoribus de Observantia, quibus specialiter per eundem Julium II. prohibitum est ne possint ad hunc Ordinem

nem transire, per ejus litteras in forma Brevis sub dat. 9. Junii 1510. Limitat etiam *n.* 13. ne procedat in Fratribus Capuccinis, quibus Pius V. specialiter prohibuit transitum ad Ordinem Minimorum, & è contra, per alias ejus similes litteras subdat. 7. Octobris 1567. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 2. *num.* 13.

76 Ad laxiorem verò regulam transmigrare non licet sine expressa Romani Pontif. permissione. Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 19. *propè finem*, cum latè traditis per Nav. *cons.* 56. *n.* 3. *sub tit. de regularibus*, Sayr. *in floribus dec. eod. tit. decis.* 15. Carol. Tapia *verb. ingressi*, *c.* 9. *n.* 82. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 14. *q.* 12. *vers. in Concilio Trid.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 3. *collect.* 521. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 434. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *c.* 19. *n.* 412. *cum seqq.* latè Joan. à Cruce *de statu religionis*, *lib.* 1. *c.* 7. *dub.* 3. Bonacin. *de clausura & pœnis eam violantibus impositis*, *q.* 2. *punct.* 9. §. 3. *diffic.* 1. *n.* 13. Fag. *in quinque Ecclesiæ præcepta*, *præc.* 2. *lib.* 8. *c.* 5. *n.* 4. Tamb. *disp.* 7. *q.* 5. *n.* 1. & *n.* 18. Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 2. *tract.* 5. *docum.* 2. *n.* 5. Novar. *in Lucerna Regular. verb. translatio*, *n.* 8. Intellige nullâ legitimâ causâ existente, cum Menoch. *de arbitr. casu* 421. *n.* 6.

77 Ludovic. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 5. *concl.* 3. Stephan. Gratian. *d. cap.* 434. *n.* 6. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 7. *n.* 67. Anton. Ricciul. *d. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 1. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 15. *dub.* 5. *ex n.* 1. Sed Papa non solet hujusmodi licentiam concedere, nisi ex justis & legitimis causis, ut pluries in facti contingentia se expertum fuisse refert Anton. Ricciul. *loco citato*, *n.* 4. & cum derogatione decreti Concil. Trid. *d. cap.* 19. quæ requiritur, ut per Navar. *cons.* 61. *aliàs* 65. *in fine*, *sub. tit. de regularibus*, Stephan. Gratian. *d. c.* 434. *n.* 20. Quicquid secus teneat Anton. Ricciul. *d. c.* 4. *n.* 4. *vers. dubitari solet*; quia si faceret sine causa, non reddit Religiosum tutum in foro poli, secundum Gloss. *in capite non est, de voto*, ubi Abb. *n.* 9. Nov. *cons.* 88. *n.* 2. *sub tit. de Regul.* Stephan. Gratian. *d. c.* 434. *n.* 17. Fr Ludovic. Miranda *d. q.* 31. *art.* 6. Anton. Ricciul. *d. cap.* 4. *n.* 3. Tamburin. *d. tomo* 3. *disp.* 7. *q.* 5. *n.* 6. & *num.* 18.

78 Existente verò justa causa existimo Prælatum Pontifice inferiorem eam licentiam indulgere posse, quamvis ad Pontificem facilis sit aditus. Ita tenent Fr. Ludovic. Miranda *dict. quæst.* 31. *art.* 6. *concluf.* 3. Sanch. *dict. lib.* 6. *cap.* 7. *numero* 53. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 345. Sanctarel. *de apostasia c.* 8. *num.* 7. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 12. *dub.* 5. *ex numero* 2. Tambur. *d. tomo* 3. *disp.* 7. *quæst.* 5.

79 *num.* 2. Non obstat Concil. Trident. *d. capite* 19. ibi: *Nemo Regularis cujuscunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem.* Quia intelligitur absque justa causa, nec prætermissâ causæ cognitione, ut olim interdum fiebat quibusvis Prælatis in suo arbitratu concedentibus: & ita illud decretum interpretantur Nav. *cons.* 56. *n.* 3. *sub tit. de Regularib.* Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 6. *n.* 7. *vers. nec obstat.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *c.* 6. *n.* 8. Azor. *d. lib.* 12. *c.* 15. *q.* 1. Lessius *de just. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 13. *n.* 103. Sanch. *d. cap.* 7. *n.* 68. Barthol. de

80 Vecchis *d. dub.* 5. *n.* 6. Nec item obstat dicta Extravag. *Viam ambitiosæ*, *de Regul.* ubi decernitur ne Mendicantes possint ad aliam Religionem præter Carthusianam transire absque Pontificis licentia, & aliter fore excommunicatos; tam recipientes, quàm receptos, quia ut respondet Lessius *d. dub.* 13. *n.* 104. Sanch. *loco proximè citato*, & Tambur. *d. q.* 5. *num.* 7. *vers. nec obstat similiter*, intelligitur etiam de transeuntibus absque legitima causa: unde translatus ad laxiorem sine justa causa, dicitur indebitè translatus, etiamsi fuerit translatus auctoritate sui Abbatis & Conventus, & cum dispensatione Episcopi. Gloss. Gemin. Franch. & alii *in c. cum singula*, *de præbend. in* 6. Stephan. Gratian. *d. c.* 434 *sub num.* 2. & 6. Anton. Ricciul. *d. cap.* 8. *n.* 8. 81

Legitimæ, & justæ hujus transitus causæ, sunt, 82
si Religiosus infirmâ, aut incommodâ valetudine utatur, aut ita fragili corporis naturâ, ut Religionis strictioris austeritates ferre nequeat: item si is Religiosus odio habeatur à cæteris Fratribus, aut indignè & malè tractetur: item necessitas magna parentum, cui in ea religione nequit commodè subveniri, at poterit in laxiori. Ita Fr. Emman. *d. tom.* 3. *c.* 52. *art.* 9. Azor. *d. lib.* 12. *c.* 14. *q.* 8. *vers. quares*, Sanch. *d. cap.* 7. *n.* 62. Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123. *num.* 64. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 5. *num.* 8. *cum seqq.* ubi novem assignat causas.

Ad æqualem autem regulam transmigrare licet 83
cum justa, & legitima causa, seu consensu sui Conventus, ut per Ludov. Miranda *d. art.* 5. *concl.* 2. Barth. à S. Fausto *d. lib.* 5. *n.* 346. Barth. de Vecchis *d. disp.* 15. *dub.* 4. quamvis in hoc variè Doctores respondeant, prout eos refert Sanch. *d. cap.* 7. *à n.* 34. At si Prælatus sine sufficienti, & legitima causa concedat licentiam, ac facultatem hujusmodi, peccabit mortaliter, ut benè resolvit Lud. Mirand. *d. quæst.* 31. *art.* 6. *concl.* 2. id enim solùm fieri poterit de licentia Papæ, Abb. *in cap. non est dubium*, *n.* 6. *de Regul.* Silvest. *in sum. verb. Religio* 4. *quæst.* 2. Anton. Cuch. *lib.* 3. *instit. major. tit.* 1. *n.* 132. Azor. *d. lib.* 12. *c.* 14. *q.* 9. Sanch. *d. c.* 7. *num.* 42. Fr. Lud. Miranda *d. concl.* 2. *in fine*. In hoc transitu ex una ad aliam Religionem faciendo, homines grandævi, & diverso vivendi generi assueti maturiùs inspicere, prudentiùs considerare, & exactiùs scrutari se ipsos debent. Neque enim difficile est hominem religiosum, & perfectionis cupidum, fervore aliquo spiritus actum, charismata ex se meliora æmulari: at ea, quæ consuetudine in naturam versâ diù didicimus, vertente jam ætate dedisce re, & novis strictioribusque moribus, & observantiis assuefieri difficillimum. Satiusque est in ea vocatione, quâ quis vocatus est, permanere quàm mittere manum ad novum aratrum, & retro respicere.

De legitimè translatis ad aliam Religionem 84
multa dubia scitu digna occurrere possunt. Primum, utrùm Religiosus translatus de una Religione ad aliam debeat esse de novo novitius, atque in eadem profiteri? Affirmativè est respondendum cum Rebuff. *in tract. nomin. quæst.* 114. *n.* 115. Fr. Emm. *d. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 8. Azor. *dict. cap.* 14. *q.* 13. & 15. Nav. *cons.* 81. *n.* 4. & *cons.* 62. *num.* 5. & *cons.* 77. *n.* 4. *de Regularib.* Lessio *d. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 13. Illustrissimo D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 21. *dist.* 54. Tamburin. *d. tom.* 3. *disput.* 7. *q.* 6. *num.* 1. Novar. *ubi suprà*, *n.* 15. & contra Sorb. & Cordub. idem tenent Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 371. Fr. Miranda *d. q.* 31. *art.* 21. ubi etiam, quod tenetur in probatione existere per spatium unius anni continui eodem modo, quo cæteri sæculares, & de novo in eadem profitentur: de quo etiam Fr. Emman. *d. tom.* 8. *q.* 15. *art.* 11. & Azor. *d. c.* 14. *q.* 15. & ideo Rota apud Farin. *decis.* 115. *n.* 7. *p.* 2. *recent.* censuit quod Monialis unius

Monasterii

Monasterii, ubi ad aliud transfertur, si non emittit professionem in secundo Monasterio, non fit
85 Monialis illius: & n. 8. tenet sufficere professionem emissam in primo Monasterio, quando fit translatio de uno Monasterio ad aliud ejusdem regulæ, vel ubi translatio fit de authoritate Papæ, & citat Rebuff. *d. tit. de translat. Monach. in princ.* Unde
86 S. Cong. Conc. sub die 12. Januarii 1619. censuit, *Regulares discalceatos Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de licentia Sedis Apost. ad laxiorem calceatorum transeuntes, debere facere annum probationis, non autem emittere professionem.*

87 Secundum dubium: Utrùm translatus de uno ad alium Ordinem, ut sit Prælatus illius, debeat necessariò ibidem de novo profiteri? In quo quidem affirmativè respondendum est, itaut vacante Præfecturâ, remaneat Monachus, & filius posterioris monasterii, sive religionis, ita Nav. *cons.* 5. & 61. *de regular.* Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 52. *art.* 26. Sanch. *d. cap.* 7. *n.* 85. Fr. Ludovic. Miranda *d. q.* 32. *art.* 22. *conclus.* 81. & 82. Barth. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 372. ubi reprobat Lessium loco per eum citato, Hieron. Roder. *d. resol.* 123. *n.* 81. Tambur. *d. tom.* 7. *q.* 6. *num.* 4.

88 Tertium dubitum: Utrùm translatus de una Religione ad aliam, debeat sedere in Capitulo juxta tempus, in quo emisit professionem in illa, an verò juxta tempus, quo professus fuit in priori Monasterio? Dic juxta tempus posterioris, quia ex eo tempore incipit esse Religiosus illius: quod limitandum, nisi translatus esset, ut fuisset posterioris Prælatus; quia finito officio sedebit in primo loco post Prælatum, in memoriam pristinæ dignitatis, nisi essent alii, qui majorem honorem gesserint, ita Nov. *cons.* 60. *in antiq. sub tit. de regularib. alias cons.* 31. *sub. tit. de major. & obedient.* Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 52. *art.* 29. Sanch. *d. cap.* 7. *n.* 86. Tamburin. *d. q.* 6. *num.* 5. Miranda *d. q.* 21. *art.* 23.
89 *concl.* 1. ubi *concl.* 2. resolvit, quod qui translatus est de una in aliam ejusdem Religionis provinciam, postquam jam incorporatus est, habere debet locum in Choro, Capitulo, & aliis, non à tempore suæ incorporationis, sed à tempore, quo assumpsit habitum, aut emisit professionem in prima provincia, de quo etiam Hier. Roderic. *d. resol.* 123. *num.* 84.

90 Quartum dubium: Utrum legitimè translatus ad aliam Religionem teneatur ad vota specialia in priori religione emissa? Respondeo, non teneri, quia ea vota specialia annexa sunt professioni prioris Religionis, quæ cessavit per transitum legitimum ad aliam Religionem. Ita Suar. *tom.* 2. *de relig. tract. de voto. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 7. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 7. *n.* 87. Tambur. *d. q.* 6. *n.* 6.

91 Quintum dubium: Cui cedant bona Religiosi transeuntis ex una in aliam Religionem? Dicendum est, per hujusmodi transitum factum studio vitæ melioris, prima bona penes primum Monasterium manere, & quicquid post secundam professionem in secundo factam ei obvenerit, secundo Monasterio acquiri. Ita Azor. *d. lib.* 12. *c.* 15. *q.* 3. Novar. *in c. non dicatis*, 12. *q.* 2. *à n.* 31. Ranchin. *p.* 1. *decis.* 160. Molin. *de just. tr.* 2. *disp.* 240. *vers. quando religiosus*. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. hunc contractum, n.* 31. Fr. Emm. *qq. regul. tom.* 2. *q.* 78. *art.* 2. & *tom.* 3. *q.* 5. *art.* 5. & *tom.* 4. *sum. c.* 112. *n.* 7. Tusch. *tom.* 5. *lit. M, concl.* 322. Barth. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 365. Ludovic. Miranda *d. q.* 31. *art.* 24. Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 2. *tract.* 5. *docum.* 5. Bened. Ægid. *in repet. l. Titie, q.* 1. *n.* 50. *ff. de cond. & demonstr.* Suar. *tom.* 4. *de relig. tr.* 8. *lib.* 3. *c.* 13. & 14. Hier. Roder. *in compendio qq. reg. res.* 123. *n.* 82. Villalob. *p.* 2. *sum. tr.* 35. *diffi.* 14. *per tot.* Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 6. *n.* 7. Carol. de Tapia *in Auth. Ingressi, verb. sua, c.* 6. *per tot.*

92 Professus autem in Religione incapaci, & translatus ad Religionem capacem, recuperat bona post translationem sibi delata ad utilitatem secundæ Religionis capacis, ut affirmant Bart. *in tract. Minor. lib.* 1. *distinct.* 3. *c.* 2. Jason *in l. ex facto, n.* 10. *vers. adde etiam. ff. de vulgari.* Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gl.* 9. *n.* 105. Burratt. *dec.* 756. *in fine*, Nicol. de Ubaldis *de succ. ff. ab intest. cleric. part.* 1. *n.* 3. *vers. & idem si fuisset*, Angel. *in sum. verb. religio* 4. *sub. n.* 10. *vers. & confirmatur*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 32. *n.* 12. Tamb. *d. disp.* 7. *q. n.* 8. Rot. *in Romana fideicommissi*, 16. *Nov.* 1627. *coram Card. Virili*, Rodoan. *de spoliis cleric. q.* 8. *n.* 22. Et ideo cùm dubitaretur in causa Neriton. An Regularis ex indulto à Religione Fratrum Minorum Observantiæ ad tertium Ordinem S. Francisci ex legitima causa translatus, recuperet jus succedendi in bonis sibi ex testamento post translationem delatis? Die 22. Januar. 1618. proposito supradicto dubio unanimiter Illustrissimi Patres S. Concilii Trident. Interpretes censuerunt, *recuperare ad commodum secundi Monasterii.*

93 Circa verò bona delata ante translationem, adest aliud ejusdem Sacræ Congreg. decretum, in hæc verba. *Die* 17. *Junii* 1617. *Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretum censuit si Orator in Religione incapaci, nullâ factâ dispositione bonorum validam professionem emiserit, bona ipsa fuisse aquisita venientibus ab intestato, ac proinde nec successioni secundæ Religionis capacis, ad quam fuit translatus, esse amplius locum, nec bonorum renunciationi.* Refert me citato in hoc loco Tambur. *d. disp.* 7. *q.* 6. *n.* 7. *vers. idem Barbosa.* Vide Sanch. *ubi sup.* Burratt. *decis.* 576. *n.* 3.

94 Translatus enim auctoritate Apost. à Religione incapaci ad capacem, non recuperat bona, quæ ante professionem obtinebat. Rota in Januensi reintegrationis, 16. Novembris 1621. coram bonæ mem. Buratto, inter ejus impressas *dec.* 572. *n.* 2. quia dispensatio Apostolica non retrotrahitur in tertii præjudicium. Federic. de Senis *cons.* 26. *n.* 3. Beroi. *in cap. in præsentia, num.* 550. *vers. mihi videtur, de prob*, Burat. *ubi supra, n.* 3. Translata verò ad aliud 95
Monasterium pœnitentiæ causâ, cùm non desinat esse filia prioris Monasterii quicquid postea acquirit, illi priori Monasterio acquirit, nisi translatio fuerit facta ad effectum, ut fiat alia secundi Monasterii, prout censuit Rota apud Farin. *decis.* 209. *per tot. p.* 2. *recent.* ubi etiam ostendit, ex quibus dicatur translationem fuisse factam ad unum, vel ad alterum effectum: & eadem Rot. *decis.* 115. *n.* 3. *d. part.* 1. *recent.* dicit quod Monialis translatio ad aliud Monasterium duobus modis fit, vel ut Monialis, quæ transfertur, liberetur à consortio & filiatione primi; & efficiatur Monialis secundi; & tunc acquisita per eam secundo Monasterio debentur; vel ut non liberetur à consortio & potestate primi, sed transferatur aliqua de causa, & tunc acquisita per eam acquiruntur primo Monasterio, cujus Monialis est.

Sed ubi Religiosus transfertur ad aliam reli- 96
gionem, non ut ibi profiteatur, sed ut delictorum suorum pœnitentiam agat, tunc usufructus bonorum priori Monasterio acquisitorum reddendus posteriori, dum in illo Religiosus permanserit,

ne

ne Monasterio posteriori, cui non deservit, sed in illo incluſus est, onerosus sit, proprietas verò priori Monasterio remanebit, cum qua consolidabitur ususfructus, mortuo, vel restituto religioso, ut per Cov. *in cap.* 1. *num.* 20. *de testam.* Carol. de Tapia *ad d. Auth. Ingressi, verb. sua c.* 6. *à num.* 38. Molin. *d. tr.* 2. *disp.* 140. *col.* 2. *vers. quando religiosus*, Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 5. *art.* 5. *& in sum. tom.* 2. *c.* 31. *in fine*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 15. *q.* 3. Sanch. *d. tom.* 2. *num.* 46. me citato in hoc loco, Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 7. *q.* 6. *num.* 7. *vers. si verò Religiosus*. Intellige de non integro eorum bonorum usufructu, sed de ea quantitate, quæ ad victum, & vestitum, reliquâque illius Religionis alimenta necessaria sit, ut per Arch. *in cap. si quis rapuerit*, 27. *q.* 1. *num.* 1. Nov. *commento* 4. *de Reg. n.* 24. *vers.* 11. Menoch. *de arbitr. casu* 436. *n.* 18. Fr. Emm. *q. reg. tom.* 2. *q.* 76. *art.* 2. *& tom.* 3. *q.* 92. *art.* 17. *in fin.* Quantitas autem hæc arbitrio prudentis relinquitur quanta debeat esse, secundùm Menoch. *d. casu* 436. *n. ult.* Fr. Emman. *d. art.* 27. *in fin.* Sanch. *d. cap.* 42. *n.* 47. *in fine*, ubi *num.* 48. supradictam resolutionem pariter intelligit, quando Religiosus is posteriori Monasterio esset inutilis, secus si illi deserviret, ita ut obsequia præstita alimentis æquivalerent. Professus autem Religionem bonorum in communi incapacem, si deinde auctoritate Apost. in Ordinem bonorum capacem transferatur, bona per professionem in prima Religione emissa ampliùs non recuperat, maximè si constat de voluntate Papæ id concedendi. Ita Bart. *in tract. Minorit. lib.* 4. *dist.* 3. *cap.* 2. Natt. *cons.* 180. *n.* 4. Carol. de Tapia *in Auth. Ingressi, verb. sua, C. de sacros. Eccl. c.* 6. *n.* 34. Buratt. *Rotæ dec.* 510. *n.* 1. 97

Fuit autem antiquitùs constitutum, ne Canonici Regulares Monachi fierent, *cap.* 1. *cum seqq.* 19. *quæst.* 3. *cap. sanè*, *cap. licet*, *in princ. de Regular.* ut unusquisque secundùm Apostolum in ea vocatione permaneret, in qua noscitur esse vocatus, à qua non leviter, nec sine patris, aut totius Congregationis permissione discedere valebant, *cap. statuimus* 19. *quæst.* 5. & ideo sic tenent Nav. *dict. commento* 4. *de Regular. num.* 2. Azor. *d. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 2. Ribadeneira *pro religione Societatis Jesu*, *cap.* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 20. Ratio est, quia licèt status Monachorum sit actior, *cap. quod Dei timorem*, *de statu Monach.* status tamen Canonicorum est altior, quatenus finis institutionis eorum, qui est actio mysteriorum Ecclesiæ publicorum, est sublimior, cùm illis Clericatus essentialiter competat: S. Thom. 2. 2. *q.* 159. *art.* 8. *in resp. ad* 3. *arg.* S. Anton. *part.* 3. *sum. tit.* 16. *cap.* 4. *vers. ad transitum*, Hugo de S. Victore *lib.* 2. *de sacram. p.* 3. *c.* 3. Monachis verò per accidens, quia ex eorum origine sunt laici, *cap. generaliter* 16. *q.* 1. Quintanad. *Eccles. lib.* 3. *n.* 38. cum aliis citatis *in alleg. Scipionis Lancelloti*, olim S. Aulæ Consistorialis Advocati, postea S. R. E. Cardinalis, pro Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis, contra Monachos S. Benedicti Congregationis Cassinensis, impressa per Tamburin. *de jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 25. *q.* 1. *num.* 66. *cum seqq.* faciunt plura adducta in relatione Illustriss. & Reverendiss. D. Joan. Baptistæ Cicadæ S. R. E. Cardinalis, impressa per eundem Tambur. *d. q.* 1. *à num.* 291. & præcipuè *in vers. Monachi verò.* 98 99 100

Statuit præterea Concil. Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 11. ne cujuscunque Ordinis Prælati, aut Superiores aliquem alterius Ordinis ad habitum, & professionem admittere possint, nisi ut in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in claustro perpetuò maneat: erat enim frequentissimum ante hoc decretum, legitimâ licentiâ translatum de una in alteram Religionem, posse à Superiore Religionis, ad quam transfertur, admitti animo eum non retinendi in claustro, sed dandæ ei posteà licentiæ manendi extra claustrum perpetuò, vel per multos annos: sed vix à culpa liberum erat, quòd bono fine ea admissio destitueretur; finis enim solebat esse vagari, & liberum reddi à jugo regulæ. Ita Nav. *commento* 4. *de Regular. num.* 11. *&* 12. *&* 38. *cum seqq.* Fr. Emm. *d. tom.* 3. *q.* 53. *art.* 4. Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 82. *&* 83. ubi addunt Concil. Trident. *d. cap.* 11. non videri inducere jus novum, sed antiquum declarare, & ita improbare eas licentias, eo quòd communiter erant illicitæ, ac statui religioso valdè perniciosæ, ac proindè in casu in quo prædictæ licentiæ ante id decretum erant licitæ, erunt quoque modò, quòd in eo casu tantæ necessitatis, nec facilè concessæ dicantur, nec materiam vagandi præstent, nec sit omne salutis remedium hujusmodi Religiosis occludendum. Posse tamen Prælatum eam standi extra Monasterium translatis his facultatem concedere, quam licitè concedere posset propriis ejus religionis alumnis, & sicut huic non posset absque justa causa concedere, secus tamen illa existente, & ita illis, docent Nav. *commento* 4. *de regularib. numero* 5. Sanch. *d. c.* 7. *num.* 84. Unde Superior potest dare licentiam translato ad modicum tempus standi extra Monasteria causâ prædicationis, vel audiendi Confessiones, ut refert decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ*, *lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 69. ubi *n.* 67. pariter decisum attestatur, omnes cujuscumque Religionis legitimè translatos ad Carthusianos posse in eadem Carthusiensi religione in claustro Priores, & extra claustrum Procuratores esse. 101 102 103 104

Ingressus autem Religionem antequam professionem emittet, debet per annum experiri Religionis austeritatem, *c.* 17. *q.* 2. *c. ad Apostolicam*, *de regular.* ut interim vita ejus, & mores sollicitè comprobentur, & ipse expertus videat, an sit contentus eo, quod voluit, aut ratum habeat quod elegit, *c. Monasteriis* 19. *q.* 3. *d. c. ad Apostolicam*, Machado *en su perfecto Confessor*, *tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 1. *tr.* 2. *docum.* 1. *n.* 1. invitus enim nemo est ad professionem compellendus, quia quod non petunt, non observant, ut dicitur *in c. sicut qui*, 20. *q.* 1. expedit enim Religioni potius Religioso carere, quàm invitum eum habere: voluntarium namque militem vult Deus, *cap. non est* 15. q. 1. Carol. de Tapia *in Auth. Ingressi*, *verb. ingressi*, *c.* 14. *n.* 3. *in fine.* Quamvis aliquando Gregorius præceperit *in d. c. Monasteriis*, biennium expectandum; in incognitis verò, aut de quorum libertatis statu dubitatur, triennij tempus est constitutum, intra quod ad professionem habitus admitti non possit, *c. fin.* 17. *q.* 2. & observant Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *q.* 6. Sayr. *in Clavi regia*, *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 11. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi fer. in admitt. ad relig. statum novit. disp.* 11. *dub.* 2. Potest tamen de voluntate novitij cum Prælati judicio tempus hoc coarctari, ut citiùs professionem emittat, *d. cap. ad Apostolicam*, *de Regularib.* quod quidem in Religionibus non Mendicantibus est permissum, ut *in cap. constitutionem*, *in fine*, *de Regul. in* 6. Mendicantibus verò expressè est interdictum ante probationis annum elapsum quemquam ad 105

UAB Biblioteca de Ciències Socials

professionem sub excommunicatione recipere; *cap. non solum, d. c. constitutionem, eod. tit.* Monentur tamen Abbates non Mendicantium Ordinum, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem admittant, *d. cap. ad Apostolicam.* Vigore Constitutionis Clementis VIII. incipientis. *Regularis disciplina*, sub die 12. Martij 1596. mandatum fuit Novitios ingressuros Religionem non esse in singulis Monasteriis indistinctè recipiendos, sed in destinatis per suam Sanctitatem, sub pœna quoad Superiores illos recipientes extra Monasteria assignata privationis omnium officiorum obtentorum, & obtinendorum, vocis activæ, & passivæ, & aliis arbitrio S. Sedis Apost. Receptiones verò, & professiones contra hanc Constit. factæ nullæ, & irritæ declarantur, non obstantibus quibuscunque privilegiis & consuetudinibus quibuscunque in contrarium, cujus Constit. meminit Anton. Novar. *in summa Bullar. tit. de novitiis recipiendis in monaster. destinatis, per tot.* ubi multipliciter ampliat, & declarat, & præcipuè *num.* 3. quod professio facta extra loca designata in tantum nulla censetur, ut neque per gestationem habitûs indistincti, & conformis cum habitu professorum, etiam intra monasterium per alium annum integrum putans se professum, ex quo mutaret prædictam professionem à se factam, validare, & ratificare censeatur: & *num.* 7. per quod decretum ejusdem Clementis VIII. superioris confirmatorium, sub die 22. Junij 1599. excluduntur Carthusiani, Fratres Minores de strictiori observantia, Capuccini S. Francisci, Reformati S. Dominici, Discalceati Ordinis Carmelitarum, Fratres Congregationis Fulienſis; Cistercienses, Eremitæ Camaldulenses, & Montis Coronæ, Theatini, Jesoitæ, S. Pauli decollati, & alij de Somascha, ac Ministri infirmorum; *& num.* 8. refert S. D. N. Urban. VIII. sub die 22. Septembris 1624. statuisse præcipiendo Superiotibus, ut Regulares recepti, seu professi extra loca destinata, in gradibus, & honotibus, quibus reperiuntur, sinant permanere, & alios etiam ascendere, dummodo iterum, & de novo professionem emittant. Et de novitiis recipiendis præcedente informatione super Bullis Sixti V. Greg. XIII. & Clement. VIII. vide Novar. *d. loco, sub tit. de novitiis recipiendis præcedente informat. &c.* meipsum *in votis decis. Canonicit, voto ult. in* 1. *impress.*

106 Hodie in quacumque Religione, qui minori tempore quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem nullatenus est admittendus: facta autem professio ante probationis tempus impletum, est nulla, nullamque inducit obligationem ad alicujus regulæ, vel Ordinis, aut Religionis observationem, aut ad alios quoscunque effectus. Ita disponit Conc. Trident. *sess. 25. de Regul. cap.* 15. & per illud sic docent Fr. Emm. *quæst. reg. tom. 2. q. 2. art. 7. & tom. 3. quæst.* 15. *art.* 1. *cum seqq.* Azor. *instit. mor. p.* 12. *cap.* 2. *q.* 6. *cum seqq.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. l.* 18. *n.* 385. *cum seqq.* Armend. *in add. ad recop. legum Navarræ, l. 2. tit.* 28. *l.* 7. *de Relig. num.* 4. *cum seqq.* Camp. *in divers. Juris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *à princ.* Lud. Miranda *in man. Prælo. t. q.* 22. *art.* 1. *cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. l. 5. c. 4. numero* 8. *cum seqq.* Bonac. *de clausura & pœnis eam violantibus impos. q. 2. punct.* 10. *diffic.* 2. §. 2. Tambur. *de jure Abbatum tom. 3. d. sp. 6. q.* 7. *à princ.* Carol. de Tapia *ad Auth. Ingressi, verb. ingressi. c. 4. n.* 6. Illustriss. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *numero* 19. *dist.* 54. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi servanda in admittend. ad Relig. stat. novit. disp.* 11. *dub.* 2. ubi *disp.* 13. *dub.* 11. *sub n.* 1. refert fuisse per Sacram. Congregationem decisum, quod emittens professionem ne intra annum probationis, non sit obligatus neque ad religionem in genere, nec in specie, nec etiam in foro conscientiæ illi indicta sit obligatio. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg.* 101. *n.* 16. *cum seqq.* 107

Unde per supradictum Concilii Trident. decretum abrogatum fuisse Leonis X. privilegium relatum *in compendio privil. Mendicant. verb. Novitius, num.* 27. quo concedebatur Prælatis Ordinum Minimorum posse cum consilio Fratrum Discretorum admittere ad professionem, anno probationis non expleto, Religiosos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem, tradunt Nav. *cons.* 61. *numero* 4. *& cons.* 66. *n.* 4. *de Regular. in novis,* Fr. Emman. *d. tom. 3. q.* 15. *art.* 11. Less. *de just. l. 2. c.* 41. *dub.* 13. *n.* 13. 101. Sanch. *de matrim. l. 1. disp.* 37. *n.* 47. Fr. Ludov. Miranda *d. tom. 1. q.* 22. *artic.* 2. *concl.* 3. Fr. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 11. *dub.* 2. *n.* 5. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 21. *in fine,* Tambur, *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 7. *num.* 1. *in fine.* 108

Professus enim in una Religione etiam strictiori, transiens ad aliam indiget novitiatu, quem requirit Concil. d. *loco,* secundùm Nav. *sub. tit. de Regular. cons.* 49. *num.* 4. *& cons.* 53. *n.* 5. *in antiq.* aliàs *cons.* 61. *n.* 4. *& cons.* 62. *n.* 4. *& cons.* 77. *n.* 4. *eod. tit. in novis,* Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *tit.* 6. *numero* 10. *& quæst. regul. tom.* 3. *q.* 19. *art.* 11. Sanch. *d. l.* 5. *c.* 4. *n.* 12. Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. c.* 1. *n.* 21. *dist.* 54. Pereg. *in comment. ad Const. Cleric. Regular. p.* 2. *c.* 1. *lit. C.* §. 19. 109

Professus nulliter volens suam professionem ratificare, non tenetur novitiatûs annum iterare, si aliàs fuit validus, ut resolvunt Sanch. *d. disp.* 37. *num.* 45. & Pereg. *d. lit. C,* §. 2. me citato *in hoc loco* Tambur. *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 11. *num.* 5. At verò quando novitiatus fuit factus post pubertatem, & fuit continuus, non est iterandus, ex quacumque causa sit irrita professio, secundum Sanch. *eadem disp.* 37. *& numero* 47. *& in præcepta Decalogi l.* 5. *c.* 14. *numero* 14. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. §. 6. Bartholom. à S. Fausto *d. l.* 5. *q.* 97. Peregrin. *ubi proximè,* contra Nav. *cons.* 26. *num.* 17. *& 19. de Regular.* existimantem novitiatum etiam ex alia causa præter defectum ætatis, aut continuationem invalidum, esse iterandum. 110 111

Novitias Ordinum Prædicatorum habentes sexdecim annos, in mortis articulo constituras profiteri posse, etsi nondum integrum novitiatûs annum peregerint, concessit Pius V. in quodam motu proprio incipiente *Summi Sacerdotij cura,* cujus tenorem refert Fr. Emman. *d. tom. 3. q.* 15. *art.* 6. ubi subdit hodie fieri posse, dicens non esse revocatam à Gregorio XIII. & refert etiam Laurent. de Peirinis *de privileg. Regul. in constit.* 8. *Pij V. pag.* 280. ubi *n.* 2. idem dicit, *& tom.* 3. *in additam. c.* 6. *num.* 13. & tradunt Ludovic. Miranda *dict. num.* 1. *quæst.* 22. *art.* 10. Sanch. *dict. lib.* 5. *cap.* 4. *numer.* 16. Barthol. à S. Fausto *d. l.* 5. *cap.* 167. Peregrin. *dict. cap.* 1. *lit. C,* §. 10. Hieronym. Roder. *in compendio quæst. regul. resolut.* 101. *num.* 40. Machado *dict. docum.* 1. *numer.* 9. & advertit Laurent. de Peyrinis *loco citato, numero* 3. novitios etiam hoc privilegio frui: *& tom.* 3. *in additam. cap.* 6. *numero* 12. *cum seqq.* ubi *n.* 14. cum multis hanc professionem valere ait non solùm in foro Conscientiæ, sed etiam in foro fori: & *numero* 10. quod hoc privilegio fruuntur 112

fruuntur omnes Novitij omnium Religionum communicationem habentium cum Dominicanis, Sed dubitari potest, an Monasterium succedat in bonis novitiæ sic professæ ab intestato decedentis? Quod succedat, tenent Confect. Henriq. Zanard. Sanch. & Barth. à S. Fausto, quos refert & sequitur Laur. de Peirinis *d.c. 6. n. 15.* Sed contrarium melius resolvunt Ricc. *p. 2. praxit, res. 493.* Miranda *tom. 1. q. 22. art. 20. vers. 3.* Barth. de Vecchis *de novit. disp. 13. dub. 11. n. 2.* Ego *in collect. ad c. Apostolicam, num. 4. de Regul.*

113 Convertitæ eo ipso, quod ingrediuntur Monasterium, possunt emittere professionem, juxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, quæ non est sublata per Conc. *sess. 25. c. 15. de reg.* ex eo quod per caput. 18. *in fine, ejusdem sess. 25.* præservantur earum constitutiones; ergo multò magis hoc privilegium Pontificis. Ita S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 11. Januarij 1620. refert me citato in hoc loco Navarr. *in Lucerna Reg. verb. Convertitæ, num. 1.*

114 Annus hujusmodi probationis, sive in masculis, sive in fœminis, incipit à die susceptionis habitûs, sive ab eo die, quo communem sequuntur aliorum Religiosorum vitam, & incipiunt experiri Religionis asperitates, ut per Fr. Ludovic. Miranda *d. tom. 1. q. 22. art. 3. concl. 1.* Barthol. à S. Fausto *d. l. 5. q. 160.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 6. q. 7. n. 7.* Carol. Tapia *ad Auth. Ingressi, C. de sacrosc. Eccles. cap. 4. num. 8. vers. hoc autem*, Ego ipse *d. p. 3.*

115 *alleg. 101. numero 19.* cum habitu scilicet regulari, qui de essentia, atque substantia per annum probationis à novitiis deferendus est, ut colligitur ex Conc. Trid. ibi *d. cap. 16. ibi, post susceptum habitum, &c.* & docent Fr. Emm. *d. tom. 3. q. 16. art. 6.* Azor. *d. l. 12. cap. 2. quæst. 9.* Sanch. *d. l. 5 cap. 4. numero 19.* Fr. Ludovic. Miranda *d. q. 22. art. 6. conclus. unica*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 18. numero 384.* Barthol. à S. Fausto *d. l. 5. q. 177.* Barthol. de Vecchis *d. disp. 11. dub. 7.* Ego ipse *d. alleg. 101. n. 29.* Hieron. Roderic. *d. resol. 101. numero 43.* Laurent. de Peirinis *d. c. 3. cap. 1. numero 103.* Machado *d. tom. 2. l. 5. p. 1. tract. 2. docum. 1. n. 2.* Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. cap. 1. n. 12. dist. 53.* ubi

* *n. 13.* limitat, nisi regula alicujus Religionis à Pontifice approbata aliud præscriberet, vel usus legitimè præscriptus id obtinuisset: limitat etiam, nisi talis esset religio, quæ habitum proprium non

116 haberet, ut non habet Societas Jesu, cujus Religiosi ex usu regionis, in qua habitant, vestiuntur,

117 & citat Sanch. *d. tom. 2. l. 7. c. 8. num. 70.* Et licèt novitius deferre debeat habitum, quo regula, vel statutum, aut consuetudo cujuscunque religionis uti vult, non est tamen de substantia anni probationis novitium induere habitum novitiorum ab habitu professorum distinctum, sicut resolvunt Suarez *tom. 3. de Relig. l. 5. cap. 14. numero 10.* Fr. Barthol. *de* Vecchis *d. dub. 7. num. 3.*

118 Computari autem debet annus iste probationis à momento in momentum, ut per Jacob. de Graff. *tom. 1. consil. l. 3. consil. 6. n. 2. de regularib.* Zanard. *in direct. Theolog. part. 2. cap. 26. numero 12. vers. nota autem*, Lessius *d. l. 2. cap. 41. dub. 7. n. 59.* Sanch. *de matrim. l. 1. disp 16. n. 2. & in præcepta Decalogi tom. 2. l. 5. cap. 4. n. 31. in fine*, Fr. Ludovic. Miranda *d. q. 22. art. 3.* Suar. *tom. 3. de Relig. l. 5. c. 15. n. 1.* Fr. Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 166. n. 2.* Fr. Barth. de Vecchis *d. disput. 11. dub. 4.* Peregrin. *in Constit. cleric. Regular. p. 2. cap. 1. lit. C. §. 6.* Hieron. Roder. *in commentio quæst. regul. resol. 101. n. 38.* Ego ipse *d. alleg. 101. n. 22. in fine*, Tambur. *d. tom. disp. 6. q. 7. n. 8.* Ciarlin. *controver. forens. c. 108. num. 19.* Diana *moral. resol. p. 3. tract. 2. resol. 57. & p. 5. tr. 5. res. 18.* Carol. Maranta *tom. 3. disp. 53. n. 45.*

Contra Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. c. 413. n. 22.* & Campan. *d. rub. 12. c. 13. n. 4. in fine*, existimantes, post factam professionem non esse computandum annum probationis ab uno puncto & instandi, ad idem punctum, & instans, quia esset assertio nimis rigorosa: sed sufficere ad valorem professionis, ut novitius mane diei, in qua post meridiem impletur probationis annus, professionem emittat, quod etiam videtur sentire Henriq. *in sum. lib. 13. c. 40. n. 2.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 15. art. 4.* Verùm contra eos stat magis communis, & verior sententia, ex dictis: tum quia S. Congreg. Concil. sub die 2. Februarij 1631. censuit, *Religiosum qui suâ professione fallâ tribus horis ante completum annum probationis à religione discessit, & in habitu clericali laudabiliter vixit, si posteà redeat ad religionem, debere ratificare professionem, & ei locum deberi à die ratificationis.*

Unde si novitius compleat probationis annum 119
die 24. Februarij anno bissextili, id est 25. die, non ideo poterit professionem emittere, nisi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarij præcedentis anni, in quo suscepit habitum, *arg. text. in l. minorem 3. ff. de minorib. & in l. cum bissextus, ff. de verbor. signif. & in c. quæsivit, eodem tit.* ut docent Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 15. art. 4. & 15.* Jacob. de Graff. & Fr. Ludov. Miranda *citatis locis*, Bonac. *de Sacram. disp. 8. q. unica, punct. 5. n. 15. & de clausura q. 2. punct. 10. diffic. 2. §. 3. num. 4.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 573. vers. atque ut à minori ætate*, Sanch. *de matr. lib. 2. disp. 24. n. 22. vers. similiter credo*, Lessius *d. n. 59. vers. hinc sequitur.* Fr. Barthol. de Vecchis, *d. disp. 11. dub. 4. n. 5.* Peregr. *in constit. cleric. Regul. p. 2. cap. 1. lit. C. §. 7.* Hier. Roder. *d. res. 101. n. 3.* Fr. Martin. de S. Josepho *d. c. 2. n. 28.* Jul. Lavor. *var. lucubr. tom. 11. tit. 1. de commentit, c. 6. n. 15.* qui oretenus mihi retulit Sacram Cong. Concilij *in una Patavina, 5. Junij 1627.* censuisse, *non valere professionem respectu anni bissextilis cujusdam, quâ ingressus est Religionem 27. Martij, & die 26. ejusdem mensis sequentis anni, currente anno bissextili emisit professionem:* eadem S. Cong. *in Andegavensi, 21. Augusti 1623.* censuit, *professionem emissam à Fratre Ordinis Recollectorum S. Franc. in anno bissextili, non expectato lapsu diei, qui illi anno accrescit, esse invalidam, ut emissam ante lapsum anni præscripti à Conc. Trid.*

Contra Fornar. *de Ordine, c. 3. n. 4.* Aloys. Ricc. 120
in prax. rerum fori Eccles. post resol. 76. in notab. de materia Sacramenti Ordinis, vers. quoad interstitia, Bart. à S. Fausto *d. l. 5. cap. 161.* Existimantes ad professionem in Religione emittendam anno bissextili satis esse ad probationem compleviſſe dies 363.

Annus, ex quo Gregorius XIII. abstulit decem dies, hoc est à quinto die Octobris usque ad decimum sextum anni 1582. reputatur integer, nec supplendi sunt illi decem dies ex alio anno; quia quamvis ille annus non fuerit integer naturaliter, & secundum cursum solarem, fuit tamen integer civiliter, & policitè, ut docent. Henriq. *in sum. lib. 10. c. 19. §. 2. l. 13. c. 40. §. 2. in commento lit. O*, Bonacin. *d. punct. 5. n. 14.* Fr. Ludovic. Miranda *d. art. 3. concl. 2. in fine*, Fr. Emm. *d. tom. 3. q. 15. art. 5.* Lessius *d. l. 2. c. 41. dub. 7.* Barthol. à S. Fausto *d. l. 5. q. 162.* Sanch. *d. tom. 2. l. 5. c. 4. n. 5.* ubi extendit ad sacros ordines, & ad quæcunque officia, & beneficia: refero Ego ipse *d. alleg. 101. n. 11.*

121 Continuus necessariò debet esse ejusmodi probationis annus, nec sufficit interpolatus, ut est communis Doctorum sententia, quam tuentur Nav. *cons.* 2. *n.* 1. *& cons.* 34. *n.* 2. *& cons.* 36. *num.* 1. *& cons.* 42. *n.* 2. *& 4. de regul. in antiq. & cons.* 9. *num.* 2. *& cons.* 32. *n.* 4. *sub eodem tit. in novis*, Henriq. *in sum. lib.* 13. *de excommun. c.* 40. §. 2. Emm. Sà *verb. religio, n.* 9. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 15. Sorb. *in verb. novitius, ubi de novitiorum professionis emissione, vers. secundò est*, Fr. Emm. *in sum. tom.* 2. *c.* 8. *& tom.* 3. *q.* 15. *art.* 8. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 11. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 2. *q.* 8. Fr. Ludov. Miranda *d. q.* 22. *art.* 4. *concl. unica*, Nald. *in sum. verb. novitius, n.* 4. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 7. *n.* 9. Carol. de Tapia *d. c.* 4. *n.* 9. Laurent. de Peirinis *de Prælato, q.* 3. *c.* 1. *n.* 99. Ciarlin. *controv. forens. c.* 108. *n.* 15. *cum seqq.* Lessius *d. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 7. *n.* 59. Fr. Mart. de sancto Josepho *d. c.* 2. *n.* 27. Ovierdo *in praxi Regul. part.* 1. *tract.* 6. *c.* 1. *q.* 1. Sanch. *d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 31. Steph. Gratian. *Marchia decis.* 35. *num.* 3. *in addit.* Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 163. Bonacin. *de claust. c.* 2. *puncto* 10. *diffic.* 2. *num.* 3. Suar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 3. Ego ipse *d. alleg.* 101. *num.* 23. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. 1. num.* 15. *dist.* 54. Hieron. Roder. *d. resol.* 101. *num.* 43. Peregrin. *in constit. cleric. regul. p.* 2. *c.* 1. *lit. C.* §. 8. Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 1. *tract.* 2. *docum.* 1. *n.* 4. Novar. *in Lucerna Reg. verb. annus, n.* 6. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. disp.* 11. *dub.* 3. *n.* 2. ubi *n.* 5. cum Suar. *d. c.* 15. *a n.* 8. ampliat, ut hæc continuatio non solùm esse debeat per annum expletum, sed etiam usque ad professionem, ita ut si novitius completo anno probationis egrediatur Monasterium, & posteà iterum rediret, professionem emittere non posset virtute prætatæ unius anni probationis, sed iterum inchoare deberet novitiatum, de quo etiam Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 4. *n.* 12. *& 15.*

Contra Silvest. *verb. religio* 5. *q.* 4. Bartol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 165. Bonacin. *de puncti.* 10. *diffic.* 2. §. 2. *n.* 4. existimantes non esse necessariam continuationem probationis cum professione, & contra Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 10. *vers. advertendum denique*, qui idem putat circa novitias Monialium.

122 Interrumpitur autem probationis annus, quando novitius dimisso Religionis habitu egreditur Monasterium animo deserendi Religionem, itaut si postea pœniteret, iterumque reciperetur, deberet ex integro à principio inchoare novitiatum, ut referunt multi ex citatis Doctoribus, & præcipue Fr. Barth. de Vecch. *de disp.* 11. *dub.* 3. *n.* 6. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 7. *n.* 19, Portel. *in dub. Regul. verb. novitius, n.* 49. Laurent. de Peirinis *d. q.* 3. *c.* 1. *n.* 100. Machado *d. docum.* 1. *n.* 5. Et ideo per Conc. *in d. c.* 15. revo-
123 catum est privilegium Julii II. Minoribus concessum, ut novitiatus interruptus possit continuari, sicut benè notant Ludovic. Miranda *d. q.* 22. *art.* 4. *versùs fin.* Barth. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 156. et Barthol. de Vecchis *disp.* 11. *dub.* 3. *in med.* probabilem dicunt Villalob. *tom.* 2. *tr.* 35. *diffic.* 15. *n.* 9. & Machado *d. doc.* 1. *n.* 6.

Contra Sorb. *verb. Novitius, ubi de novitiorum professionis emissione, vers. sed Julius*, Fr. Emman. *d. q.* 15. *art.* 8. *& 10. vers. advertendum tandem*, existimantes juxta prætati privilegii tenorem posse etiam hodie tempus prioris receptionis cum tempore posterioris ad perficiendum probationis annum computar

Quæ quidem resolutio procedit etiamsi inter- 124
pellatio sit modica, & paulò pòst talis novitius intra diem pœniteat. Nav. *cons.* 42. *n.* 4. *de Regul.* Gallet. *in margar. casuum Conscientiæ, verb. novitius*, 2. Sanch. *d. c.* 4. *n.* 32. Suar. *d. c.* 15. *n.* 3. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 164. Fr. Barthol. de Vecchis *dict. dub.* 3. *n.* 7. Pereg. *d. p.* 2. *c.* 1. *lit. C*, §. 8. *vers. sed quid*, Illustr. D. meus Rod. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *n.* 17. *dist.* 54. Tambur. *d. disp.* 6. *q.* 7. *n.* 11. Ciarlin. *d. c.* 108. *n.* 22. *cum seqq.* Ego ipse *d. alleg.* 101. *num.* 25.

Contra Lessium *d. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 7. Existimantem paucorum dierum interpolationem non impedire: & contra Sorb. *d. loco, vers. secundo est*, Lorich *in suo thesauro, tit. de Regularib.* §. 9. *vers. si autem sine licentia*, Nald. *d. verb. Novitius, n.* 4. quid cùm dicant interrumpi novitiatum per exitum à claustro per tres, aut quatuor dies sine licentia sui Superioris, videntur docere exitum unius, vel duorum dierum non esse sufficientem ad interruptionem inducendam: & de uno, qui à Religione S. Francisci de Paula per spatium viginti horarum extra Monasterium sine habitu permansit, declaravit S. Congregatio negotiis Regularium præposita sub die 11. Augusti 1615. posse tolerari de exitu cum habitu, & animo redeundi: cum Suar. videtur sentire Diana *moral. resol. part.* 5. *tract.* 5. *resol.* 19.

Si tamen novitius de licentia Superioris cum 125
habitu aliqua justa de causa intra annum probationis extra Monasterium egrediatur, & ibidem per aliquos dies commoretur, post reditum potest licitè profiteri, annusque per hoc non dicitur discontinuus. Ita Nav. *cons.* 10. *n.* 3. *de cleric. non resid. & cons.* 42. *de regular.* Jacob. de Graff. *d. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 5. *post n.* 18. Flamin. Paris. *d. q.* 13. *n.* 12. Fr. Emm. *d. q.* 15. *art.* 8. Ludovic. Beja *respons. casuum conscientiæ, q.* 4. *casu ult. in fine*, Sayr. *in floribus dec. sub 1. de Regularibus, dec.* 15. Lorich. *d.* §. 9. *vers.* 4. Camp. *d. rub.* 12. *c.* 3. §. 3. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. res.* 501. *in* 1. *edit.* aliàs *res.* 392. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Armendar. *d. lib.* 7. *de relig. num.* 13. Bonac. *de clausura, q.* 2. *punct.* 10. *diffic.* 2. §. 2. *n.* 26. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.* 66. *n.* 14. Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 13. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 7. *n.* 16. licèt ibi cum Rota aliter practicari asserat. Laur. de Perinis *de Prælato, q.* 3. *c.* 1. *n.* 101. Machado *d. docum.* 1. *n.* 7. Fr. Martin. de S. Josepho *d. c.* 2. *n.* 26. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 3. *n.* 10. ubi *n.* 11. cum Suar. *e. d. c.* 14. *n.* 14. intelligitur etiamsi illicitè & sive rationabili causa concessa fuisset novitio licentia: Ego ipse *d. alleg.* 101. *num* 27. Lud. Miranda *d. q.* 22. *art.* 5. *concl. unica*, ubi *in fine* ait hujusmodi licentiam ad exeundum posse tantùm concedere ministros provinciales, si adsint: in ipsorum verò absentia, & quando facilis ad eos habetur recursus, vigetque necessitas, ad ipsum posse facere Guardianos, & alios Prælatos Conventuales, nisi aliqua ordinatione generali, seu provinciali, aut particulari mandatum sibi fuerit interdictum. Sed illam resolutionem in principio hujus numeri traditam non esse tutam in praxi, quia aliter sentit sacra Cong. Concilii Trid. Interpretum, & aliter judicavit Rota Romana, testantur Gratian. *in addit. ad disceptat.* 166. *n.* 16. *vers. quamvis, & disceptat.* 440. *n.* 14. Ciarlin. *d. c.* 108. *num.* 36.

Unde non interrumpitur annus probationis, si 126
novitius habitu Religionis indutus è Monasterio ex sui superioris licentia exeat causâ peregrinandi

nandi ad ſtationes, vel ad alia loca pia, vel inviſendi parentes, aut cognatos ægrotantes, velmendicandi, ſeu recreandi, aut aliâ hujuſmodi causâ, ut benè notant Jacob. de Graff. *d. cap. 9. n.* 18. Er. Em. *d. q. 15. art.* 8. Barth. de. Vecchis *diſput. 11. dub. 3. num.* 12. Vel etiam ſi ob adverſam valetudinem maneat extra Monaſterium, ut per Gonz. Mendez de Vaſconcellos *divers. Juris arg. lib. 2. c. 15.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 166. n. 14. & in addit. ad Marchia dec. 35. num. 2.* Fr. Bartholom. de Vecchis *dict. lib. 3. num.* 13. ubi refert ita fuiſſe deciſum. Laur. de Peirinis *ubi ſupra*, Novar. *d. verb. annus, num.* 8.

127 Quare ſi novitia durante probationis anno curandæ valetudinis causâ de licentia Superiorum è Monaſterio exierit, & poſt revertatur, eodem tempore profeſſionem emittere poſſe, etſi nunquam egreſſa fuiſſet, dicit reſolutum Armendar. *d. l. 7. de religionib. n.* 13.

128 Hinc etiam non interrumpitur novitiatus, ſi novitius retento habitu, perterritus ſeveritate, vel itacundiâ, aut minis, ſeu odio ſuperioris, aut magiſtri, Monaſterium abdite exeat causâ ſe celandi, dummodò habeat animum redeundi. Ita Galv. *cons. 12. n.* 8. Tamb. *d. tom. 3. diſp. 6. q. 7. n.* 18. & Fr. Barth. de Vecchis *d. dub. 3. n.* 15. ubi intelligit dummodò exitus extra Monaſterium non talibus circunſtantiis factus, quod probabiliter præſumi poſſit

129 novitium animo deferendi religionem egreſſum fuiſſe. Hinc denique profiteri poteſt in religione ille qui cùm eſſet duodecim annorum, & permanſerit per annum integrum in novitiatu, poſtmodùm habitu retento fuit commotatus domi ſuæ uſque ad tempus 16. annorum requiſitum ad profeſſionem emittendam, & cùm fuerit reverſus ad Religionem, petit admitti ad profeſſionem, ſi aliud illi non opponatur. S. Congregatio Conc. ſub die 20. Martii 1621.

130 Prorogari autem novitiatus poteſt poſt completum probationis annum, obveniente aliqua rationabili, ſeu juſtâ causâ, ut obſervant Navar. *cons. 30. de regul. in novis*, Emman. Sà *verb. religio, n.* 3. Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 17. art. 10.* Gallet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. profiteri, ult.* Leſſ. *dict. dub. 7. n.* 59. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 25. art.* 11. Barth. à S. Fauſto. *d. lib. 5. q.* 168. Sanch. *d. lib. 5. c. 4. n.* 21. Suar. *tom. 3. de relig. lib. 5. c. 13. num.* 8. Peregrin. *d. c. 2. lit. C. §.* 11. Bariola *in aphoriſm. verb. novitius*. Nald. *in ſum. verb. profeſſio Regularis, num.* 7. Laurent. de Peirinis *de Prælato, q. 3. c. 1. num.* 502. Machado. *d. docum. 1. n.* 8. Novar. *d. verb. annus, n.* 10. Fr. Bart. de Vecchis *d. diſp. 11. dub. 5, num.* 3. ubi *n.* 4. poſt Galvan. *cons. 12. a princ.* obſervat differri non poſſe profeſſionem illorum novitiorum, quos ſuperiores expleto probationis

131 anno dignos & aptos invenerint. Durante autem noviatu filii, non poteſt pater dare paramentum altari religioni ubi fuerit in novitiatu. S. Cong. Conc. ſub die 12. Aug. 1617.

132 Renunciare novitiatûs anno poſt Concil. Trid. nullatenus poteſt novitius & Monaſterium, ex Navar. *cons. 32. ſub tit. de regul. in antiquis*, aliàs *conſil. 62. n. 5. eod. tit. in novis*, Lud. Beja *d. caſu, vers. 3.* Fr. Emm. *d. tom. 3. q. 14. art. 7. & in ſum. tom. 2. c. 6. n.* 10. Azor. *d. lib. 12. cap. 4. q. 4. & 9.* Lud. Miranda *d. q. 22. art. 7. concl. unica*, Sanch. *d. lib. 5. c. 4. n.* 18. Barth. à S. Fauſto *d. lib. 5. c.* 150. Peregrin. *d. c. 1. lit. C, §.* 12. Ego ipſe *d. alleg. 101. n.* 32. *& in collect. ad c. ad Apoſtolicam, n. 3. de Regul.* me citato in illo loco, Hier. Roder. *dict. reſ. 101. n.* 44. *verſic.*

confirmatur, Illuſtriſſ. D. meus Doderic. à Cunhà *in com. d. c. 1. num.* 22. *diſt. 54.* ubi ſubdit valide diſpenſare Præpoſitum Generalem Societatis Jeſu poſt exactum integrum annum novitiatûs (non tamen ante illum) cum novitio ſuo ut profiteatur, vel incorporetur in eadem Societate ante decurſum biennium novitiatûs. 133

Ætas verò ad probationis annum nullo jurè 134
ſtatuta reperitur, verè tamen & propriè novitius non incipit eſſe, donec pubertatis annos expleat, ut ex aliis probat Sanch. *d. tom. 2. lib. 5. c. 4. num.* 22. 135
quem refero *in collect. ad c. ſignificatum, n. 5. de reg.* & ideo poterit per eum impleri, qui nondum expleverit annum decimum ſextum, & vi talis probationis poterit probatus admitti ad profeſſionem, expleto decimo ſexto anno. Ita Nav. *con. 50. num. 1. de regul. in antiq. aliàs conſ. 20. n. 1. eod. tit. in novis*, Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 40. §. 2. in fine*, Galletus *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. profiteri* 3. F. Emm. *d. tom. 3. q. 15. art. 2. in fine*, Azor. *d. lib. 12. c. 4. q. 9. in fine* Valet. Reginald. *in praxi fori ſanct. lib. 18. n. 385. prope fin.* Sanch. *d. lib. 5. c. 4. n. 22. in fin.* Ego ipſe *d. alleg. 101. n.* 31.

Sed ut valida ſit profeſſio, non ſolùm tempus 136
probationis, ſeu novitiatûs impletum, ſed ætas quoque legitima, & alia nonnulla requiruntur; primum enim quoad ætatem non poterat olim profeſſio Religionis ante XIV. annum completum, vel XII. in fœminis fieri, *cap. ad noſtram c. ſignificatum, de Regular.* In Inſulis verò, ubi dura eſt Monachorum congregatio, ante XVIII. annum fieri nullatenus poterat, *c. quia in Inſulis, eodem titul.* Ita Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. quæſt. 7.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 5. c. 4. num. 5.* noviſſime Didac. Narbona *de ætate ad omnes humanos actus req. n. 16. c. unic. num. 1.*

Sed hodie ex præfati Concilii decreto in qua- 137
cumque Religione, tam virorum, quàm mulierum profeſſio ante XVI. annum expletum non eſt facienda; facta autem ante ætatem legitimam non eſt valida, nullamque inducit obligationem, aut alicujus regulæ, vel religionis, ſeu Ordinis obſervantiam. Ita Nav. *cons. 23. de Regular. in antiq.* quod deeſt in novis, Sayr. *in florib. ſub eod. titul. dec. 97.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Moniales, §. 2.* Quintil. Mandos. *de ætate min. c. 52.* Stuniea *tract. de voto, q. 3.* Leſſ. *de Juſtit. lib. 2. c. 41. dub. 7. num. 58.* Villalob. *in ſum. tom. 1. tr. 15. diffic. 20. n. 1.* Steph. Gratian. *diſcept. foren. c. 413. n. 31.* Diana *moral. res. p. 5. reſol. 18.* Didac. de Narbona *d. q. unica, n.* 6. Machado *en ſu perfecto Confeſſor. tom. 2. lib. 5. part. 1. tract. 3. docum. 3.* Petrus de Ledeſma *in ſum. part. 2. tratado de las religiones en comun. c. 7.* Joan. à Cruce *de ſtatu relig. lib. 1. c. 8. dub. 2. & 4.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſputatione 24. n. 22. & in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. c. 4. a princ.* Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. par. 2. c. 1. n. 36.* Megala *in prompt. Theolog. moral. verb. ætas*, Novar. *in lucerna Regul. eod. verb. n. 1.* Camp. *in divers. Juriſ Can. ſub. 12. c. 11. num. 1.* Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, libro 2. titul. 16. leg. 7. de Religion. num. 11. cum ſeqq.* Ludovic. Miranda *in manual. Prælat. tomo 1. quæſt. 24. articulo 2.* ubi *concluſione 2.* ſubdit dictum caput *quia in Inſulis*, in decreto Concilii Trident. *cap. 15.* virtualiter, & implicitè revocatum eſſe videri. Laurent. de Peirinis *de ſubdito religioſo, tom. 1. cap. 16. §. 5.* Hieronym. Venero *in examine Epiſcopor. lib. 6. c. 15.* Rota *deciſione 173. n. 6. part. 1. recent.* Ego ipſe *dict. alleg. 1010. ex num. 3.* nec etiam *in mortis* 138

articulo professionem emittere potest Monialis ante 16. annum, ad effectum ut Monasterium succedat in dote & in bonis, ut censuit S. Cong. Conc. *in una Monialis regalis*, 15. *Novemb.* 1627.

139 Professio in suprema die XVI. anni emitti potest, emissaque subsistit, ut resolvit Campan. *in divers. Jur. Canon. rubr. 7. c. 6. n. 119. & rub. 12. c. 11. n. 1.* quem refero Ego ipse *d. alleg.* 101. *n.* 13. ex iis quæ in similibus adducit Sanch. *de matr. lib. 2. disput. 24. num. 22.* At Basil. Pont. *de matr. lib. 7. c. 65. n. 2.* Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. professi pen.* & Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec. 656. in 1. edit.* aliàs *resol. 549. in edit. & in praxi rerum quotid. resol. 322. n. 5.* Diana *d. resol. 18.* Machado *d. tom. 2. lib. 5. part. 1. tract. 3. documm. 3. n. 3.* existimant nullam esse professionem, si deficiat unus dies, vel aliquot horæ ante dictum decimum sextum annum expletum: quibus favere videtur S. Cong. Conc. sub die 21. Januarii 1617. dum censuit professionem emissam à Regulari non completo anni curriculo, etiam per duas horas, non valere, quod videtur practicandum: & facta Rota *dec. 175. n. 7. p. 1. rec.* dum tenet nullam esse professionem emissam ante completum 16. annum: & videtur favere Alphons. de Leone *de officio Capel. p. 1. q. 4. praxi 1. num. 76.*

140 Valida est professio post XVI. annum facta, sed ante XVIII. requisitum à statu statuto Ordinis Minimorum, non annullante, aut irritante factam: ita Ludovic. Miranda *d. tom. 1. q. 24. artic. 2. concl. 2.* Laur. de Petrinis *de subdito relig. tom. 1. c. 26. §. 3.* Hieronym. Venero *d. c. 15. n. 10.* Sanch. *d. lib. 5. c. 4. n. 4.* Ego ipse *d. alleg. 101. n. 15.* & refert decisum Armendar. *d. l. 7. de Religion. n. 14.* & novissime S.

141 Cong. Conc. sub die 2. Augusti 1631. censuit professiones emissas juxta dispositionem Conc. Trid. esse validas, hoc est in ætate 16. annorum, quamvis in Constitutionibus Religionis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum auctoritate Apost. confirmatis cautum sit, quod in ea Religione aliquis non recipiatur antequam annum vigesimum videatur compleviſſe.

142 Ad validam quoque professionem requiritur auctoritas Superioris; debet enim professio fieri in manibus illius, qui potest religioni incorporare, vel in manu alterius cum superioris ipsius permissione, qui videlicet est Abbas aut Præpositus Generalis, *c. porrectum. 13. de Regularib.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 5. q. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 385.* Sanch. *d. lib. 5. c. 4. à n. 62.* Barthol. à Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Relig. statum novit. disp. 13. dub. 2. n. 5.* Non obstat *c. consuluit, qui Clerici vel vov.* dum ait

143 professionem emitti posse super altari, quia intelligitur, acceptante eo, qui habent potestatem admittendi ad religionem, ut benè docent *in c. porrectum*, Innoc. *num. 5.* Joan. Andr. *num. 4.* Host. *n. 13.* Abb. *n. 10.* Anchar. *ii num. 3.* Henriq. *in fine*, Sylvest. *verb. Religio 3. q. 18. dicto 2.* Novar. *d. commento 4. de Regul. n. 74.* quos refert, & sequitur Sanch. *d. cap. 4. n. 62. in fine*, Barthol. de Vecchis *d. dub. 2. p. 4.* ubi *n. 3.* tractat, an & quando necessaria sit scriptura ad emittendam professionem.

144 Dubitari non absque poterit, an possit Episcopus Monachum ad professionem admittere? In quo dubio Innoc. *in d. c. porrectum, n. 5.* per textum *in c. si vir. 27. q. 1.* tenet quod potest quis fieri Monachus faciendo professionem alicujus regulæ approbatæ in manibus Episcopi: quem sequuntur Host. *num. 14.* Joan. Andr. *n. 4.* & Anchar. *n. 7.* etiam *in d. c. porrectum.* Verùm hodie Episcopus superior Religiosorum non sit (omnes enim privilegium exemptionis habent) nullum propria auctoritate ad professionem monasticam admittere potest, ut docent Abb. *n. 12. sæpe citato, c. porrectum*, Navar. *cons. 6. à n. 2. in antiq.* aliàs *cons. 4. in novis, sub tit. de regul.* Azor. *d. lib. 12. c. 5. q. 4.* Sanch. *d. lib. 5. c. 4. num. 74.* Fr. Emm. *qq. regul. tom. 3. q. 17. art. 11.* ubi subdit illum textum *in d. c. si vir*, cui in- 145
nituntur Innoc. & sequaces, intelligi de Episcopo, cui Monasterium, in quo talis novitius profitetur, est subjectum; jure enim communi antiquo omnia Episcopis subjiciebantur. Poterit nihilominus Episcopus, si Monasterium amplas facultates haberet, nec Abbas monitus in præfixo termino aliquem creassat, mandare illi, ut eum recipiat, quem legitimâ excusatione cessante recipere tenetur. Calder. *cons. 14. de Regul.* Carol. de Tapia *in Auth. Ingressi, C. de sacr. Eccl. verb. Ingressi, c. 5. n. 10. & 11.*

Non solius Abbatis est ad religionis professio- 146
nem admittere, sed exigitur quoque consensus majoris partis conventus, ut per Gloss. *verb. non faciat, in d. c. porrectum*, Anton Cuch. *lib. 3. instit. major. tit. 1. n. 56.* Emm. Sà *in sum. verb. Religio, n. 65.* Lap. *alleg. 31. num. 3.* Nav. *sub tit. de const. cons. 9. à n. 19. in novis & commento 3. de Regularib. n. 5.* Spin. *in speculo testam. glos. 12. princ. n. 2. & 3.* Azor. *d. lib. 12. c. 19. q. ult.* Menoth. *de præs. lib. 6. præs. 83. n. 9. cum seqq.* Leil. *de justit. 2. c. 41. dub. 7. num. 61.* Fr. Emm. *d. tom. 5. q. 17. art. 7.* quorum aliquos refert, & sequitur Sanch. *d. c. 4. n. 65.* ubi *num. 66.* reprobat F. Emm. *loco prox. me citato*, existimantem professionem à solo Abbate receptam, nec petito Conventûs consilio, non esse ipso jure irritam, sed talem declaraudam; & *n. 67.* tenet, quod Monasterium dum vacat, neminem potest ad professionem admittere: & *n. 68.* docet nec totum Conventum, repugnante Prælato, nec Prælatum repugnante majori parte Conventus, posse aliquem ad professionem admittere: & *n. 69.* subdit non sufficere consensum Prælati, & dimidiæ partis Conventûs, sed debere majorem partem Conventûs ultra Abbatem consentire.

Utrùm autem quando professio est irrita defe- 147
ctu solius potestatis in admittente, satis sit ad ejus valorem, ut is ratam eam habeat, non mutatâ priori professi voluntate per actum contrarium? Affirmativam partem tenent *in d. c. porrectum*, Innoc. *n. 5.* Joann. Andr. *n. 4.* Henric. *num. 5.* & Anchar. *num. 6.* Novar. *sub tit. de Regularib. cons. 6. n. 7. in antiq. & cons. 40. n. 7. sub eod. tit. in novis*, Fr. Em. *qq. regul. tom. 3. q. 17. num. 12. & in sum. tom. 2. c. 8. n. 13. concl. 12.* Azor. *d. lib. 12. c. 5. q. 7.* plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d. c. 4. n. 80.*

An etiam quando professio fuit ex parte emit- 148
tentis irrita, sufficiat novus ejus consensus absque nova Prælati admissione? Vide Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 35. num. 4. & lib. 7. disp. 37. ex n. 59.* Bonacin. *de clausura, q. 2. punct. 10. diffic. 1.* Sanctarell. *var. resol. q. 48. n. 30.*

Requiritur quoque ad professionem validam 149
approbatio Religionis; non enim valida est professio facta Religioni, quæ non fuerit ab Apostolica Sede probata, *c. un.* & ibi Gl. *de veto in 6.*

Desideratur etiam ad validam professionem 150
emittendam, ut ea fiat sine conditione, pacto, seu modo de retinendo, aut habendo proprio, quia vitiatur ex tali adjectione, utpote contra substantiam illius. Gloss. *verb. administratione, in c. 2. de statu Monach.* Gloss. *in cap. fin. de condit. appos. & in cap. 1*

cap. 1. qui clerici vel vov. Gratian. *reg.* 320. *numer.* 2. Covarruvias *de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 26. cum seqq.* Cevall. *commun. q. 85. num. 2.* Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 12. num. 14. & 15.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. q. 17. artic. 6. in fine,* Fr. Ludovic. Miranda *tom. 1. q. 18. art. 2.* Barthol. à S. Fausto *in man. Prælat. tom. 1. q. 18. art. 2.* Aloys. Ricc. *in decis. in thesaur. religios. lib. 8. q. 21.* Aloys. *Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 340. n. 11. q. 4.* Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp. 13. dub. 1. numer. 11.* Bonacin. *de clausura & pœnis eam violantibus impositis, q. 2. punct. 10. effic. 2. §. 1. n. 4.* Carol. Tapia *in Auth. Ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. verb. ingressi, c. 14. n. 4. cum seqq.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regular. resol. 101. n. 58.* Basil. Pont. *de matrim. lib. 5. c. 10. n. 10.* Tamburin. *de jure Abbatum tom. 3. disp. 6. q. 16. n. 16.* Quamvis contrarium, scilicet Religiosam professionem adjectâ conditione retinendi proprium, fore validam, & rejici conditionem tanquam ejus substantiæ contrariam, teneant Gloss. *verb. dedicant, in d. Auth. Ingressi, & verb. voluerit, in Auth. de Monachis, §. illud quoque, coll. 1. & verb. volentes, in c. soles 32. q. 2.* Bernard. Diaz *reg. 521. num. unic.* Martin. Anton. Genuens. *in practic. ab Eccles. q. 265. per tot.* Nisi eorum opinionem intelligamus ubi dicta conditio apponitur ex intervallo, non autem in ipsamet professione, *arg. l. per servum, §. denique, ff. de usu, & habit.* Ita Bald. *in d. Authent. Ingressi, n. 7.* ib. *Ad tenens, quod si ista verba non fuerint prolata in ipso ingressu, sed antè, vel in tractatu; quod nunquam habent vitiare,* &c. Joan. Andr. *n. 9.* Anton. Butr. *num. 8.* & cæteri Canonistæ *in dict. cap. fin. d. condit. appositis,* Salez. *ad Bernard. d. reg. 521. in fine,* ibi: *Tertia & ultima conclusio, tale pactum quod Monacho liceat habere proprium factum in exponatur ex intervallo, vitiatur, & ingressus validus remanet, ut tenet gloss. in d. §. ult. in. l. per servum. Jas. in d. Auth. Ingressi, col. 6. vers. Tertia fuit opinio,* &c. optimè Carol. Tapia *in dict. Authent. Ingressi. verb. ingressi, c. 14. n. 1.* ibi: *Primus igitur casus est quando tale pactum ex intervallo fuit appositum, tunc enim concludendum est, quibuscunque verbis hæc reservatio fiat, tale pactum non valere, professionem autem firmam remanere.* &c. Magis ad propositum, & expressè de pacto ante professionem doctiss. Leonard. Lessius *de justit. lib. 2. c. 4. n. 62.* ibi: *Oblatvo ut nulla adsit conditio Religionis substantiæ repugnans, ut si quis profiteatur ea lege, ut possit retinere sua bona vivere suo arbitratu, docere uxorem moriente fratre, egredi, si ferre non poterit: talis enim professio est irrita, nec ullam inducit obligationem: sicut si profiteatur absolutè, quamvis antea pactus sit, ut sibi concedatur aliquod peculium, vel ut maneat domi suæ, retineatque usum bonorum suorum,* &c. & citat textum *in cap. insinuante, qui clerici vel voventes, & in c. de judiciis, 27. q. 1.* &c. Nald. *commento 2. de Regularib. n. 15. & 16.* & non dissentit Sanchez *dict. cap. 4. numer. 95.* qui licèt loquatur de pacto & conditione ex intervallo quantumvis modico post ipsam professionem apposita, eâ scilicet ratione, quia obligationi jam perfectæ, & consummatæ nulla conditio, nullúmve onus adjici potest; attamen magis fortior ratio viget quando pactum antecedit ipsum factum professionis, quia aliàs daremus casum in quo sic paciscens manus sibi ligaret, ne unquam posset ab apposita conditione, seu pacto recedere, & quod posteriora numquam possent derogare prioribus, contra regulam legis *sed & posteriores, ff. de legib. l. cum. in plures, §. locator horrei, ff. locati,* cum aliis per me citatis *axiomat. 183. num. 1.*

151 Non obstat textus *in cap. ultimo, qui clerici, vel vovent.* ubi dum Pontifex professionem Religionis validam judicavit cum bonorum retentione, etiam ad effectum redimendi matrimonium, videtur probare, professionem emissam cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, aut habendo proprio, fuisse validam. Quia respondetur textum illum intelligendum esse de retentione, seu reservatione bonorum ad usum professionis in domo propria pro suis necessitatibus, tanquam obedientiarii, & ex voluntate prælati, ut docent Navarr. ibi, & ex voluntate prælati, ut docent Navarr. *commento 2. de Regularib. num. 16.* Azor. *instit. moral. tom. 3. quæst. 17. artic. 6.* Ludovic. Beja *resp. moral. tom. 3. quæst. 17. artic. 6.* Ludovic. Beja *resp. moral. tom. 3. quæst. 17.* Nicol. Garc. *de pœnit. casuum conscient. part. 4. casu 17.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 10. n. 200.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disputatione 24. num. 21. & in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 99.* Barthol. à S. Fausto *dict. lib. 8. quæst. 33.* Tamburin. *d. tom. 3. disputatione 6. quæst. 16. num. 13.* Bonacin. *dict. num. 4. vers. secundò infertur,* advertens istam conditionem non repugnare substantiæ voti paupertatis, cùm paupertatis votum actuali retentione usus alicujus rei dependenter à voluntate superioris, non violetur: additque hoc pactum explicandum esse in dubio, dum quis in professione reservat sibi aliqua bona; cùm enim in dubio nullus præsumatur delinquere, credendus est voluisse modo licito promittere, & professionem validam emittere,

152 Verùm alii distinguunt, quod si quis Religiosus sub ea conditione ut sibi liceat proprium, & bona immobilia possidere & liberè acquirere, profiteatur retinendo ea ut propria, etiam invito Prælato, talis professio erit nulla & irrita, utpote contra essentiam, atque substantiam Religionis, & omninò contraria voto paupertatis: secùs autem esset, quando usum solum sibi reservaret, professus pro suis necessitatibus ex Superioris licentia, ejusque nutu revocabilem: tunc enim valet professio, nec conditio rejicitur. Ita Gloss. *verb. ut in domo, in dict. cap. ult.* Barthol. *in dict. Authent. Ingressi. C. de sacros. Eccl. num. 29.* ubi Paul. *n. 18.* Bernard. *regul. 521.* Sylvest. *in sum. verb. Religio 3. q. 7.* Garc. *regul. 410. n. 2.* Spin. *in speculo testam. gloss. 1. n. 2. tit. 7. part. 1.* Fr. Emm. *dict. q. 1. art. 6.* Cevall. *commun. contra communes, quæst. 85. num. 2.* Lessius *de justit. lib. 2. c. 41. n. 65.* Fr. Ludovic. Miranda *dict. quæst. 28. artic. 2.* Barthol. de Vecchis *d. disp. 13. dub. 1. n. 11.* benè Sanch. *d. lib. 5. c. 4. n. 97.* ubi *num. 98.* subdit in dubio reservationem aliquorum bonorum tempore professionis à Religioso factam esse hoc modo intelligendam, nempe quoad usum ex licentia Abbatis, ab ipsoque revocabilem, me citato in hoc loco Tambur. *d. tom. 3. disp. 8. q. 16. num. 14.*

153 Dubitatum fuit, an valeat professio reservatâ sibi facultate testandi de patrimonio suo? Die 14. Decembris 1613. Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardinalium S. Concilii Trident. Interpretum, hoc negotio maturè perpenso, accuratè discusso censuit, *nisi alia obstiterint, validam omninò esse professionem sub forma suprascripta emissam.* Refert. Tambur. *dict. quæst. 16. num. 17.*

Denique ultimum requisitum ad validam professionem est approbatio votorum; facta enim professio alterius voti, quàm trium illorum, scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ, aut alicujus tantùm ex iis, non autem omnium simul,

non est vera, nec valida professio Religionis. Conc. Trid. *sess. 25. de Regularib. cap. 1.* Et quando aliquot dubium inducit circa validatem professionis, pro ea in dubio judicandum est. Navarr. *cons. 13. numero 20. de regular.* Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 37. numero 12. in fine.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 413. n. 17.* Rota coram Seraph. *dec. 1361. in fine, & in Ulyssonen. militar. profes-*
155 *sionis, 17. Maij 1641. cor. R. P. D. Carillo* Ultra quæ tria vota poterit Superior Generalis cum consensu Capituli, sibi subditis aliqua efficere strictiora, & arctiora statuta pertinentia ad reformandam regulam promissam, & ad pleniorem ejus observantiam, ut per Navarr. *commento 4. de Regular. n. 40.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 44. art. 1.* Azor. *inst. moral. p. 1. l. 13. cap. 8. q. 2.* Bartholom. à S. Fausto *in thesauro Religios. l. 6. q. 113.* sed non ideò professio irrita erit, si illa fiat contra formam statutorum hujusmodi, nisi regula à Sede Apost. approbata exprimat professionem aliâ formâ factam fore irritam, Gloss. *verbo Professio, vlt. in dict. cap. perrectum*, ubi Abb. *numero 13.* Sylvest. *verb. Religio 3. quæst. 1. in fine*, Azor. *d. part. 1. lib. 15. q. 7. in fine*, Sanch. *d. l. 5. cap. 3. num. 4.*

156 Sciendum est, professionem esse duplicem, expressam scilicet, & tacitam: expressa est, quæ fit solemniter, & expresè, ut ostendimus: tacita verò professio dicitur primò, cùm novitius elapso tempore probationis, seu novitiatûs perseverat voluntariè in religione, ita ut tacitè profiteri videatur, aut quia sponte & scienter se ingerit actibus, qui solis professis conveniunt, aut portat habitum professorum scienter, ut colligitur *ex cap. 1. de Re-*
157 *gularib. l. 6.* Ad hoc autem ut tacita professio ex iis inducatur, quatuor requiruntur. Primum, ut sic habitum deferens, illum susceperit coram Priore, sive Superiore, & omnibus aliis simul, ut per Decian. *cons. 18. numero 11. l. 3.* Menoch. *de præsump. l. 6. præs. 83. n. 9. cum seqq.* Addent. *ad Gregor. XV. decis. 384.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 640. numero 37. & 38.* Fr. Barth. de Vecchis *d. dub. 8. n. 4.* Tambur. *d. tom. 5. disp. 6. q. 13. numero 6.* nam aliàs si quis ex seipso assumeret habitum professorum, non se obligaret Religioni. Calder. *cons. 5. col. 2. vers. resumptio autem, de Regular.* Stephan. Gratian. *d. cap. 640. numero 39.*

158 Secundum est, ut sic susceptus habitus deferatur in ipso Monasterio. Ita Menoch. *d. præs. 73. num. 15.* & Azor. *d. l. 12. cap. 5. q. 3.* Tamburin. *d. tom. 3. disput. 6. q. 13. num. 7.* Rota *in Mutinen. pensionis, 15. Maij 1615. coram bonæ mem. Ubaldo sen.* ob delantionem enim habitûs Religionis extra Monasterium per quodcunque etiam magnum temporis spatium, non inducitur tacita professio, ut ex aliis observat Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub. 8. n. 4. in fine.*

159 Tertium, ut hi actus per quos inducitur tacita professio, fieri debeant non solùm sponte, sed etiam scienter, itaut sciat illis utens ad solos professos illius religionis pertinere: ita suprà citati, qui ferè omnes subjungunt, utentem iis actibus non debere etiam ignorare, per illos tacitam induci professionem, quia ratione hujus ignorantiæ deesset consensus tacitè profitendi. Tamburin. *d. tom. 3. disp. 6. q. 13. num. 8.*

160 Quartum, ut oporteat utentem his actibus animum emittendi professionem habere, nec satis est se habere negativè, non habendo scilicet animum non profitendi, nec faciendo illam determinationem emittendi professionem, ut benè advertit Nav. *commento 4. de Regularib. n. 75. vers. quoniam autem*, & post illum Fr. Bart. de Vecchis *d. dub. 8. num. 7.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 6. q. 13. n. 9.* 161

In Religionibus verò, ubi habitus novitiorum non distinguitur ab habitu professorum per delationem illius tunc inducitur tacita professio, quando novitius eum defert per annum (integrum scilicet, & continuum, ac expleto decimosexto suæ ætatis anno, ex nova decisione Concilij Trid. *citato loco*) ut per Navarr. *commento 4. de Regularib. numero 74.* Honed. *cons. 78. num. 19. l. 2.* Mascard. *de probat. concl. 1237. num. 15.* Menoch. *de præsumpt. l. 6. præs. 83. n. 25.* Sanch. *d. tom. 2. l. 5. c. 3. num. 32. & 33.* ubi 162
subdit textum *in d. c. 1. de Reg. l. 6.* non esse correctum per Clementinam fin. *eod. tit.* imò dictam Clem. intelligendam esse juxta distinctionem factam *in d. cap. 1.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 8. n. 10.* ubi subdit statim impleto anno, sicut dictum est, induci tacitam professionem, concurrentibus quatuor requisitis, de quibus *suprà & num. 12.* subdit, quod in Religionibus, ubi patenter distinguitur habitus novitiorum ab habitu professorum, tunc inducitur tacita professio per exercitium actus proprij professorum, quando concurrentibus enarratis quatuor requisitis, novitius expleto de momento ad momentum sextodecimo suæ ætatis anno, & etiam completo probationis anno continuo, se ingerit actui jure, vel consuetudine professis tantùm competenti, & perseverat in hoc proposito per triduum, ut ipse air. Professio quoque tacita dicebatur, quæ fiebat etiam ante probationis tempus im- 163
pletum, sed ex sola professorum habitûs susceptione in ætate legitima scienter, & sponte facta, ac triduo voluntariè retentata nec obligabat ad eam Religionem in specie retinendam (nisi expresè postea profiteretur) sed ad aliquam tantùm Religionem in genere recipientem adstringebat: probatur *cap. constitutionem, de Regularib. in 6.* & explicant. Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 1. art. 2.* Azor. *ad part. 1. l. 12. cap. 4. quæs. 3. & 7.* Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 25. num. 22. & in præcepto Decalogi tom. 1. l. 5. cap. 3. n. 13. & 24.* Fr. Bart. de Vecchis *d. dub. 8. n. 8. & 9.* Hodie tamen sublata est hæc professio per Concil. Trid. ut suprà ostendimus.

Ad diversas autem ambiguitates tollendas, quæ 164
circa hanc tacitam professionem facilè oriuntur, ut vidimus, primò fuit constitutum, ut in omnibus Religionum Ordinibus novitiorum habitus distinguatur ab habitu professorum, ut habetur *in c. statuimus, in fine, de Regularib.* sive in colore, scissura, vel forma novitiis dentur, secundùm Clementinam *eos, in fine, eod. tit.* sive benedicantur quæ profitentibus conceduntur, sive etiam aliquid fiat, per quod novitiorum habitus à professorum habitu discernatur, *d. c. statuimus, & d. c. 1. in fine, eod. tit. in 6.* Unde ex his infertur, tacitam professionem in ali- 165
qua Religione ex eo factam censeri, cùm quis sciès, & prudens defert sponte triduo distinctissimum professorum habitum, nempe qui est patenter distinctus in colore, scissura, vel forma à vestitu, & habitu novitiorum, *d. cap. nostram, de Regular.* Azor. *d. p. 1. l. 12. cap. 4. q. 3. vers. altero modo*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 18. num. 386. vers. secundus*, Sanch. *d. l. 5. c. 3. num. 14.* me citato Tamburin. *dict. tom. 3. disp. 6. q. 13. n. 11.* Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap. 5. in fine*, ubi tamen benè advertit, post Concil. Trid. *in sæpè citato cap. 15.* hunc tacitæ professionis modum cessasse. Hinc quoque colligitur, 166
quod ubi habitus novitiorum patenter à professorum habitu distinguitur, tunc per quamcunque annualem

annualem habitûs novitiorum delationem, etiam viginti annorum, non inducitur tacita professio, ut per Barbat. *cons.* 59. *num.* 3. *ad finem*, *vol.* 2. Ang. *verb. novitius*, *num.* 12. Sylvest. *verb. religio* 3. *q.* 19. *vers. tertiò inducitur*, Navar. *d. commento* 4. *de Regularib. num.* 74. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 640. *ex num.* 21. quos refert & sequitur Barthol. de Vecchis *d. dub.* 8. *num.* 9. ubi intelligit ex sola habitûs delatione, quia si in eodem probationis habitu novitius se ingereret alicui actui professis tantummodò
167 competenti, & perseveraret triduò, esset tacitè professus: & *n.* 11 *in fin.* advertit, quod cùm Concil. Trid. *d. loco* exigat ætatem sexdecim annorum, ideo non inducitur professio tacita, nisi expleto hoc tempore, cum aliis *infrà* adducendis. Ex susceptione Ordinum professio tacita inducitur, ut censuit S. Congregat. DD. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum *in Beneventana*, 20. *Decemb.* 1619. in hæc verba: *Cùm F. Andreas Ponsetius, in Religione per octennium permansisset, absque eo, quod professionem emisisset; dicto autem tempore Patre magistro Curiaro instante sacros Ordines suscepisset, petiit facultatem habitum dimittendi sibi concedi. Sacra auoetn Cong. respondit, quod susceptio Ordinum professionem tacitam induxit.* Refert me non citato Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 13. *num.* 12.

168 Quare tacitæ professiones non inducuntur hodie, nisi expleto novitiatûs anno, & etiam completis sexdecim annis in profitentibus, & his concurrentibus non tolluntur per Conc. Trid. *c.* 15. sed in suo pristino valore manent, ut benè docent Nav. *cons.* 28. *n.* 5. *de regul. in novis*, Sayr. *in florib. dec. sub eod. tit. dec.* 42. Fr. Emm. *d. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 1. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *q.* 6. Hond. *cons.* 78. *n.* 22. *lib.* 2. Armend. *d. lib.* 7. *de Relig. n.* 6. & 8. Steph. Grat. *d. c.* 640. *n.* 24. Addent. *ad dec. Greg. XV.* 385. *n.* 6. Hi et. Venero *in examine Episcoporum*, *lib.* 5. *c.* 15. *n.* 5. Tamb. *d. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 13. *n.* 10. Rota *dec.* 579. *n.* 2. *p.* 1. *rec.* & *in Ulyssbon. professionis*, 10. *Sep emb.* 1602. coram R. P. D. Merlino.

169 Demùm statuit Conc. Trid. *d. sess.* 25. *de Regul. cap.* 16. ut finito tempore novitiatûs, Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut è Monasterio ejiciant, salvo tamen pio instituto Clericorum Societatis Jesv à Sede Apostolica approbato: & Pius V. summus Pontif. statuit, ut omnes Religiosi cujuscunque regulæ professionem faciant, quorum habitus à sæcularibus Presbyteris est distinctus. Nec obstaret
170 quod novitius tempore professionis esset jam moriturus, quia Sacra Congreg. Conc. sub die 26. Jun. 1621. censuit, *professionem emissam instante Abbatissa, à puella, quæ jam compleverat annum novitiatus, & in morbum incideret, & à Medicis fuerat dictum morituram, esse validam, etiamsi postea non fuerit verè mors secuta.*

171 Durante autem tempore novitiatûs, potest novitius liberè exire, nec cogitur professionem emittere, *cap. consulti* 20. *de Regul.* Fr. Emm. *d. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 12. *vers. circa eandem*, Ludovic. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 22. *art.* 8. Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *num.* 1. & *l.* 7. *c.* 3. *n.* 3. Suar. *tom.* 3. *de Relig. l.* 5. *cap.* 11. *n.* 2. Peirinis *de Prælato*, *q.* 3. *c.* 1. *n.* 104. & cùm olim per annum integrum, aut per alios actus tacitè præsumeretur professus, ut *suprà* exposuimus, hodie si profiteri expressè expleto novitiatûs tempore recusaverit, est ejiciendus, ut diximus; nec antequam sit professus, quominus liberè exeat, est aliquatenus prohibendus.

e

Utrùm verò exiens ante professionem possit licitè ad sæculum redire, an verò aliam regulam debeat experiri, fuit antiquitùs dubitatum: quam dubitationem primùm Innocentius III. *in c. consulti*, *de Regularib.* sustulit, & eum Greg. IX. sequutus est *in c. statuimus*, *eod. tit.* & habetur *in c. non solùm*, *eod. tit. lib.* 6. Si enim novitius proposuerit omninò vitam mutare, & Deo in Religione aliqua deservire, si unam expertus regulam non elegerit, aliam experiri tenetur, nec liberè potest ad sæculum regredi; si tamen hoc ejus propositum evidenter appareat, ut colligitur *ex d. c. statuimus*; nec enim præsumitur nisi clarâ probatione, vel 173
competentibus indiciis ostendatur, sicut dicitur *in d. c. non solùm*, & promissione firmetur; quia solum propositum, susceptio habitu monachali, non inducit voti obligationem. Cov. *in d. c. quamvis pactum*, *p.* 1. §. 3. *num.* 13. Novar. *in man. cap.* 12. *n.* 24. & 26. Val. 2. 2. *disp.* 6. *punct.* 1. *col. pen. in fol. ad* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. 174
num. 387. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 10. *q.* 9. ubi cùm Abb. Zabarel. Angel. & Silvest. dicit, Pontifices *in c. super eo*, & *in c. consulti*, *de Regularib.* intellexisse nomine propositi, & voluntatis simpliciter priorem vitam mutandi unà cum habitu Religionis susceptio, votum profitendi Monasticam vitam, & in ea perseverandi. Sed meliùs Sayr. *in Clavi regia*, *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 8. & Sanch. *de matr. l.* 9. *disp.* 33. *num.* 19. asserunt nomine propositi mutandi vitam, non intelligi nùdum propositum, sed propositum cum implicita saltem, & virtuali promissione firmatum, quod voti virtutem habet. Idem tenet Sanch. *in præcepta Decalogi*, *l.* 4. *c.* 1. *num.* 20. Si verò conditionaliter tantùm experiri voluerit observantiam regularem, si ea non placuerit, potest ad pristinum statum reverti, si videlicet non sumpserat habitum professorum, *cap. postulasti*, *de Regularib.* quia ex eo præsumeretur vitam voluisse mutare, *cap. super eo*, *eodem tit.*

Sed an ille, cui relictum fuerit legatum sub con- 175
ditione ingrediendi Religionem, vel illam ingredi voverit, satisfaciat, si anno novitiatûs exeat? Quæstio est quotidiana, in qua communis obtinuit sententia, satisfacere, dummodò ingressus in Religionem bona fide animo experiendi fieret, exitusque ex causa justa esset, ut per Sard. *dec.* 303. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 11. *c.* 22. *q.* 6. Sayr. *d. lib.* 6. *c.* 9. *n.* 15. Sanch. *de matr. lib.* 6. *disp.* 34. *n.* 16. faciunt quæ tradit Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 8. *n.* 33. & Fr. Emm. *qq. regul. tom.* 2. *q.* 127. *art.* 2.

Unde cùm novitius intra annum probationis 176
liberè possit redire ad sæculum, ut constat *ex c.* 1. & 2. *de Regular. in* 6. ex hoc sequitur, nullatenus teneri solvere expensas in suis alimentis à Monasterio consumptas, quia non posset liberè, si ad illas teneretur. Ita Emm. Sà *verb. religio*, *n.* 8. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 15. *art. ult. vers. circa eandem*, Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 3. *q.* 6. Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 10. *n.* 4. ubi *n.* 5. temperat, nisi pactum esset largiendi Monasterio expensas novitij, ut in Monasteriis Monialium contingit. Barth. à S. Fausto *d. lib.* 5. *q.* 191. Laur. de Peirinis *d. q.* 3. *c.* 1. *n.* 105. latè Laur. de Franchis *de controv. inter Episcopos & Regul. in qq. variis*, *q.* 50. ubi *in q.* 49. post Greg. Lop. *lib.* 3. *tit.* 7. *p.* 1. resolvit novitium absque justa causa expulsum jus habere agendi contra Religionem, ne expellatur: & *q.* 51. tenent novitium posse accusare, & pacem inire, sive sibi, sive suis injuria irrogetur, & legitimam standi in judicio personam habere: & *q.* 52. firmat novitio interfecto

jus

jus accusandi, & pacis ineundæ, & compositionis accipiendæ nullatenus ad Monasterium pertinere, sed ad alios ad quos spectaret, si novitius ille esset secularis, quia Monasterium nondum jus illud acquisivit.

177 Et novitio hujusmodi exeunti omnia restitui debent, quæ sua erant, ut statuit Conc. Trid. *sess. 25. de Regul. c. 16. in fine*, & docent Nav. *cons. 1. de statu Monach. in ant.* aliàs *cons. 9. de successions. ab intestato, in novis*, Sayr. *in scitibus dec. sub illo tit. de statu Monach. dec. 1.*, Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Monachales, §. 2. & p. 2. eod. verb. vers. 11.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Regularis, differ. 8.* Camp. *in divers. Juris Can. rubr. 12. c. 13. à n. 125.* Carol. de Tapia *in auth. Ingressi, C. de sacros. Eccles. verb. sua, c. 14. n. 16.* Cald. Pereira *in l. si curatorem. C. de in integrum restit. verb. Implorare, à n. 27.* Azor. *d. part. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2.* Carol. de Grass. *de effectib. cler. effectu 4. sub n. 25.* Barth. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 190.* Hier. Venero *in examine Episcop. l. 6. c. 16. numero 16.* Ego ipse *d. allegat. 101. n. 37.* unà cum fructibus inde perceptis, Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Novitius 5.*

178 Et hinc Armendar. *d. l. 7. de Religios. num. 20.* refert à S. Congregatione fuisse resolutum, dotem novitij intra tempus probationis decedentis Monasterio jam solutam, hæredibus novitij esse restituendam, unà cum fructibus, si quos Monasterium percepisset, deducto tamen victu, & vestitu. Sed quis coget restituere novitio supradicta, dato casu, quod Religio renueret? Respondet Laurent. de Peirinis *c. 4. 3. c. 1. n. 109.* quod Episcopi id facient vigore Conc. Trident. *sess. 25. de Regul. c. 16. in fine*, etiam cogendo per censuras Ecclesiasticas, ut notavit Vener. *in examine Episcop. l. 6. c. 15. n. 6.* Fr. Martin. de S. Josepho *d. c. 2. n. 34. in fin.* Vulpe *in praxi jud. fori Eccl. c. 42. n. 11.* Nav. *in lucerna Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num. 16.* An autem, & quando ingressu Monasterij vitiato vitietur bonorum dedicatio? Vide Carol. Tapia *in auth. Ingressi, C. de sacros. Eccl. verb. sua, cap. 10.* An novitio sit restituendus habitus factus expensis ipsiusmet novitij, ne citato tenet Laur. de Peirinis *d. c. 3. cap. 1. n. 107.* dictum habitum non esse ei restituendum, bene tamen valorem illius temporis, quo eum deponit, non quo factus est: & *n. 108.* putat de justitia jam dari non debere habitum emptum non pecuniâ novitij, sed eleemosynis devotorum eo fine datis, ut Religionem ingrederetur, quia cùm datus sit ille habitus eo fine, ut in Religione permaneat, cùm ab ea egrediatur, jam non censetur amplius illi datus, sed Religioni, cujus intuitu datus est.

179 Restat ut de effectibus Religionis videamus. Primus igitur effectus, quem operatur Religio profitenti, est totius pœnæ remissio debitæ pro peccatis, & per regulæ observantiam est via facilior ad salutem, cujus rationem reddit B. Bernard. *l. de præcepto, & dispensat. ad fin.* dum ait: *Religionis professionem esse perfectissimam sæculi abrenuntiationem, & opus excellentissimum universa alia vitæ humanæ superans.* Et S. Th. 2. 2. *qq. ult. ad 3.* reddit hanc rationem, quia si eleemosynis possunt peccata omnia redimi, juxta illud Daniel. 5. *Peccata tua eleemosynis redime*; quantò magis professione Religionis, quæ longo intervallo eleemosynam excedit; per hanc enim erogatur, quod extra ipsum hominem est, & ex eo, quo abundat, pars aliqua tribuitur: per illam verò non pars, sed omnia, nec aliquid extra se, sed ipsimet professentes obsequio divino in perpetuum traduntur. Quare effectum istum religionis professioni tribuunt post antiquiores Nav. *de indulgent. notab. 20. n. 17. & comment. 2. de regularib. n. 60.* Ant. Cuch. *l. 3. inst. major. tit. 1. n. 50.* Emm. Sà *in sum. verb. religio, n. 17.* Plat. *de bono statu rel. l. 1. c. 13. per tot.* Fr. Emm. *qq. reg. tom 2. q. 87. art. 1.* Camp. *in divers. Juris Can. rub. 12. c. 10. num. 1.* Azor. *instit. mor. p. 1. l. 12. c. 5. q. 11.* Barth. à S. Fausto *in thesauro relig. l. 5. q. 315. cum seq.* latè & eleganter Sanch. *d. tom. 2. l. 5. cap. 5. ex n. 2.* Hier. Rod. *in compendio qq. reg. resol. 77. n. 7.* Caracciol. *in const. cler. Reg. p. 2. cap. 1. §. 14. vers. primum gratissimum*, Laurent. de Peirinis *de prælato q. 3. c. 1. numero 153.* Villal. *in sum. tom. 2. tract. 35. dif. 26. num. 1.* Palao *tom. 3. tract. 16. disp. 2. punct. 8. n. 3.* Machado *en su perfetto Confessor, tom. 2. l. 1. p. 1. tr. 3. doc. 10. num. 1. vers. el segundo*, & colligitur *ex c. quis aliquando, §. his auctoritatibus, de Pœnit. dist. 1.* ubi traditur nullam præteritorum criminum satisfactionem ingredienti Religionem imponendam, quòd totum residuum vitæ tempus Deo dedicet. Quod idem cognovit Imperator Just. dum *in auth. de Monach. collat. 1. statim in princ.* sic ait: *Conversationis monachalis vita sic est honesta, sic commendare novit Deo ad hoc venientem hominem, ut omnem humanam ejus maculam detergat.*

Professio per se sola habet hoc privilegium re- 180
mittendi pœnas peccatis debitas, quia in professione homo voluntariè mundo moritur, & omninò se Deo totaliter tradit quoad animam, & quoad corpus in holocaustum perfectissimum, atque suavissimum: ex qua voluntate provenit ejusmodi magnum meritum, & per consequens ibi fit plena remissio omnium peccatorum quoad pœnas Deo debitas, ex quo ibi virtualiter, etsi non actualiter, tota vita Deo offertur, sicut & qui dat alicui arborem, dat illi virtualiter omnes fructus ejus. Quare ita docet S. Th. 2. 2. *q. 89. art. 3. ad 3.* ubi Cajet. Cordub. *super reg. S. Francisci, c. 2. q. 14.* quos refert, & sequitur Barth. à S. Fausto *d. l. 5. q. 316.* Campan. *in divers. Jur. Canon. rub. 12. c. 10. n. 1.* Non obtinetur autem hæc condonatio quoties professio illa renovatur, sed solâ primâ vice, quâ emissa est, ut benè docent Tabien. *verb. Novitius, in fine*, Sanch. *d. l. 5. c. 5. num. 5.* Si verò quis cum conscientia peccati mortalis professionem emittat, licet tunc plenariam suorum peccatorum remissionem consequi non possit, eam peccato mortali impediente; si tamen postea resipiscat, illam consequitur, quia hoc privilegium in professione conceditur omnino non ponenti obicem: sublato ergo obice per legitimam pœnitentiam, habebit eundem effectum: tum quia istud privilegium conceditur tradenti se ex toto corde: sed hoc facit Religiosus, cùm ad se post professionem redit; tunc enim coram Deo in veritate profitetur: ergo tunc dabitur ei plenaria remissio omnium peccatorum, ut benè docet Barth. de S. Faust. *d. l. 5. q. 317.* contra Cajet. *2. 2. q. 198. art. 3. ad 3.* Navar. *ad 3. de indulg. notab. 20. n. 17.* Azor. *d. p. 1. l. 12. c. 5. q. 11.* contrarium absolutè tenentes.

Quod Religionis professio æquetur Baptismo, 181
videtur colligi ex auctoritate S. Bern. *lib. de præcepto & dispens. non procul à fine*, dum ita loquitur: *Audire & hoc vultis à me, unde inter cætera, pœnitentiâ institutâ, monasterialis disciplina meruerit hanc prærogativam ut secundus baptismus nuncupetur? Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem, ac singularem excellentiam vitæ spiritualis, qua præeminent universis vitæ humanæ generibus, hujusmodi conversatio professores*

rei & amatores suos Angelis similes, dissimiles hominibus facit, imò divinam in homine reformat imaginem, conformans nos Christo instar baptismi, & quasi denique secundò baptizamur dum per id quod mortificantur membra nostra, quæ sunt supra terram, Christum induimus, complantati denuo similitudini mortis ejus. Verùm in omnibus professioni tribuendum non est quod tribuitur Baptismo, quia Baptismus est Sacramentum novæ legis à Christo Domino institutum, conferens ex opere operato, & ex vi Sacramenti primam gratiam justificentem, & delens peccata omnia quoad culpam, & pœnam. At religionis professio non est Sacramentum, nec primam gratiam confert, nec criminum culpas abstergit, sed solùm pœnam temporalem in Purgatorio pro eis debitam: nec id ex opere operato efficit, sed ex opere operantis, nimirum ex eo quod profitens moriens mundo & pompis ejus, totaliter divinis se mancipat obsequiis. Ita Sanch. *d. cap. 5.*
182 *n.* 4. Barr. à S. Fausto *d. lib. 5. q.* 318. Nec hujusmodi plenissima condonatio obtenta per professionem est verè indulgentia plenaria, quia etsi in effectu cum ea conveniat, quia potest omnem pœnam purgatorij peccatis debitam remittere; at differt eo quòd indulgentia plenaria concedatur ex Christi & Sanctorum satisfactione in thesauro Ecclesiæ deposita, eam applicante ejus dispensatore summo Pontifice. At professio has condonandi pœnas virtute potitur, non ex aliqua Pontificia concessione illum thesaurum applicante, sed ex vi, & merito ipsius operis excellentissimi, & quamcunque peccatis debitam satisfactionem excedentis. Ita Nov. *de indulgent. notab.* 20. *num.* 27. Sanch. *d. cap. 5. numero 6.*

183 Secundus effectus est cujuscunque alterius voti extinctio; in votum enim Religionis votum omne mutatur, quia temporale obsequium mutatur in perpetuum, ut probat textus *in c. scripturæ 6. de voto*, S. Th. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ad* 1. & *q.* 189. *art.* 3. *ad* 3. & *art.* 8. *ad* 3. Sot. *de just. lib.* 7. *q.* 4. *art.* 5. *vers.* 4. & *q.* 7. *vers.* 3. Nav. *in man. c.* 12. *n.* 65. & 78. *in fine*, & *cons.* 4. *de Regularibus in novis*, Cov. *in c. quamvis pactum, p.* 1. §. 3. *n.* 4 *vers.* 6. Petrus de Ledesma *in sum. tom.* 2. *tr.* 10. *c. ult. ubi de votorum commutat. vers. digo lo segando*, Campan. *in divers. Juris Canon rub.* 12. *c.* 10. *n.* 2. Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 18. *q.* 1. *vers. igitur*, Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 25. *art.* 7. Barthol. à S. Fausto *in thesauro relig. lib.* 5. *q.* 313. Sayr. *in Clavi regia, lib.* 5. *c.* 8. *n.* 15. & *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 2. & *c.* 22. *n.* 5. & 11. Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *c.* 14. *per tot.* Palao *tom.* 3. *tr.* 17. *disp.* 2. *punct.* 8. *n.* 4. Machado *d. docum.* 10. *n.* 1. *vers. el tercero*, Barth. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad religionis statum novit. diff.* 13. *dub.* 4. *à pr.* Pereg. *in comment. ad Const. Cleric. Regul. p.* 2. *c.* 1. *lit. C.* §. 20. Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. res.* 140. *n.* 6. latè & eleganter Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 5. *c.* 5. *à n.* 36. ubi *n.* 38. tenet ipso jure vota in sæculo facta censeri commutata in Religionis professionem, ac proinde absque alia commutandi intentione manere profitentem ab eis liberum, ut probatur *d. cap. Scripturæ*, cujus decisio non innititur speciali voventis intentione commutandi, sed solo privilegio efficiente, ut priora vota simplicia maneant ipso jure extincta emisso solemni; quia cùm omnia vota Deo promissa sint opera particularia, continentur eminenter in ipsa religionis professione, per quam se, & omnia sua dedicat profitens divino obsequio, moriens prioti vitæ, & nihil, nec propriam voluntatem sibi reservans, & *n.* 39. subdit idem dicendum esse de votis tempore novitiatûs emissis: & *n.* 40. idem pariter dicit de votis à professo emissis, & transeunte ad aliam Religionem strictiorem, in eaque profitente, vel expulso in perpetuum, & propria sponte ingrediente, sive strictiorem, sive laxiorem: quamvis in fine consulat tutum remedium esse petere irritationem illorum votorum: & *n.* 43. quod omnia vota sive personalia, sive realia commutantur ipso jure in religionis professionem, de quo etiam Cov. *ubi suprà*, Lud. Miranda *d. tom.* 2. *q.* 25. *art.* 7. Nald. *verb. votum. n.* 50. Suar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 6. *c.* 14. *n.* 5. Barth. de Vecchis *d. dub.* 4. *n.* 1. *in fine*. Addit Sanch. *d. c.* 5. *n.* 45. votum reale emissum non solùm Deo, sed intimatum parti, ut ab ipsa accepterur, & ita conjunctum cum promissione illa parti facta, non posse in Religionis professionem commutari, quia tunc est jus ipsi acquisitum, & ita cessat commutatio in melius: & *n.* 47. pariter ob eandem rationem observat hæredem obligatum ad realia defuncti vota persolvenda, non eximi religionis professione, sed obligationem illam ad ejus hæredem transire: & *n.* 50. docet votum subsidij Terræ sanctæ commu- 185
tari in professionem, non solùm quoad illuc eundi laborem, sed etiam quoad illius subsidij expensas, quod etiam tenent Suar. & Ludov. Miranda *dictis locis*, Barth. de Vecchis *d. dub.* 4. *n.* 6. Quamvis Ang. *verb. votum.* 4. *n.* 2. Silv. *eod. verb.* 5. *q.* 7. *dicto* 3. ac Nald. *d. n.* 50. existimaverint votum professionis Terræ sanctæ cõmutari in professionis votũ quoad peregrinationem, secùs verò quoad id, quod profitens vovit dare in subsidium dictæ Terræ sanctæ.

Tertius est irregularitatis dimissio, vel annul- 186
latio, quæ scilicet ex delicto proprio non provenit, secudùm Doctores, quos citat Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 86. *n.* 2. & 3. At dicendum est, nullum deleri per professionem, præter expressam jure, quæ est orta ex natalium defectu, eo quòd quispiam illegitimus sit, ut resolvunt Campan. *d. rub.* 12. *c.* 10. 187
n. 3. idem Sanch. *d. tom.* 2. *l.* 5. *c.* 5. *n.* 9. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *q.* 10. Avil. *de censur. p.* 7. *disp.* 10. *dub.* 3. Laur. de Peirinis *tom.* 2. *de Prælato, q.* 2. *c.* 5. *n.* 133. *cum seqq* Castr. Palao *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.* 2. *p.* 8. *num.* 8. Machado *d. tom.* 1. *lib.* 5. *q.* 1. *tract.* 3. *docum.* 10. *n.* 4. & alii citati per me *in collect. ad c. cùm deputati, n.* 6. *de judic.* & ideo illegitimum per ingressum Religionis, & in ea professionem emissam, eo ipso aptus fit ad omnes Ordines, etiam sacros, suscipiendos, sine ulla nova Superiorum dispensatione, ut docent citati à Cenedo *ad Decretal. collect.* 62. *n.* 2. quibus addo Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 14. *lit. B*, *vers. si tamen illegitimus*, Fr. Emm. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 4. Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 3. *q.* 1. Aloys. Rice. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 1. *decis.* 82. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 1. *q.* 25. *art.* 10. *concl.* 1. Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 3. *n.* 46. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 1. *cap.* 13. *n.* 115. *cum seqq.* Barth. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp.* 13. *dub.* 6. *n.* 1. Peregr. *in commentar. ad Const. Cleric. Regul. p.* 2. *c.* 1. *lit. C*, §. 21. *vers. tertium*, Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 5. *num.* 9. *cum seqq.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regular. resol.* 52. *n.* 40. Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in comment. dist.* 56. Machado *en su perfecto Confessor*, *tom.* 1. *lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 17. *docum.* 2. & *tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 1. *tr.* 3. *n.* 3. Non obstat Motus proprius Sixti V. contra illegitimè natos, ubi cùm illegitimos reddiderit inhabiles ad Religionis ingressum, reddidit consequenter hoc jus irritum quoad hunc effectum, quia

quia jam Gregor. XIV. illum abrogavit *sua Const. incip. Circumspecta Romani Pontif.* de anno 1591. ubi dispensationes quascunque, aut legitimationes ex defectu natalium auctoritate Apost. ad terminos Juris reducit, omnesque dispensationes, & habilitates vigore privilegiorum, &c. in pristinum statum restituit, ita ut sicut antea valeant, de qua meminerunt Cened. *d. collect.* 62. *n.* 3. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 3. *q.* 8. Fr. Emm. *d. q.* 13. *art.* 2. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 50. *sect.* 5. *n.* 12. Sanch. *d. c.* 5. *n.* 9. *in fine*, ubi *n.* 10. contra Angel. & Sayr. existimat, irregularitatem per professionem in Religione prorsus quoad Ordines suscipiendos, & susceptorum usus aboleri: & *n.* 12. resolvit cum multis quos citat, per solam professionem cessare eam irregularitatem.

181 Ex quibus jam primò colliges, irregularitatem provenientem ex defectu naralium, non tolli per solam habitûs Religiosi susceptionem, sed necessariò requiri, ut emittatur professio. Ita Felin. *in c. cùm deputatur, n.* 2. *de judic.* Franch. *in c.* 1. *n.* 11. *de filiis Presbyt. lib.* 6. S. Anton. *p.* 3. *tit.* 1. *c.* 27. §. 3. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. *col.* 2. & ibi Richard. *art.* 4. *q.* 3. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natal. n.* 66. Iacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 27. *n.* 54. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 4 *c.* 8. Val. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 19 *punct.* 2. §. 2. *agens de specie irregularitatis in primo defectu*, Nav. *commento* 2. *de Regul. n.* 60. *& in man. c.* 27. *n.* 201. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 5. *q.* 12. Sayr. *de cens. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 3. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 6. *n.* 2. Sanctarel. *var. resol. q.* 39. *n.* 2.

Contra Fr. Em. *qq. reg. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 4. quem refert, & sequitur Hier. Roder. *in compendio qq. reg. resol.* 76. *n.* 8. existimantes hujusmodi irregularitatem non solùm tolli per professionem, sed etiam per receptionem habitus religiosi, imò per educationem, quæ fit in Religione.

182 Secundò colliges, professionem emissam in Religione non solùm tollere irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad usum Ordinum susceptorum: quare si illegitimus absque dispensatione ante ingressum religionis suscipiat Ordines sacros, & posteà ingrediatur Religionem, non solùm potest promoveri ad alios Ordines, sed
190 etiam absque alia dispensatione poterit ministrare in Ordine, quem suscepit ante ingressum. Ita Sanctarel. *d. q.* 39. *n.* 8. Vecchis *d. dub.* 6. *num.* 3. Laur. de Peirinis *d. cap.* 5. *n.* 134. Palao *d. tomo* 3. *tract.* 16. *disp.* 2. *p.* 8. *n.* 8. *vers. circa quem*, Sanch. *d. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 10. Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 1. *tr.* 3. *dec.* 10. *n.* 5. Non obstat, quod dispensario est strictè interpretanda, ut resolvunt Jura, & Doctores per me citati *de offic. & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 33. *n.* 7. *& alleg.* 45. *n.* 1. quia debet intelligi quando uni, vel alteri dispensatio conceditur, non verò quando in favorem Religionis emanavit; quia tunc amplè esse interpretandam, docent Oldrad. *cons.* 300. *n.* 4. *vers. considerandum est.* Henriq. *in sum. lib.* 7. *c.* 22. §. 3. *&c.* 24. §. 4. *in fin.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 13. *n.* 13.

192 Tertiò colliges, irregularitatem sublatam per Religionis ingressum, & professionem sequutam, reviviscere professione annullatâ, ut resolvit Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 311. ubi eam novam, à nemine huc usque tractatam dicit. Sed quid dicendum de Religioso illegitimo post annullatam professionem, potest ne post latam sententiam in sæculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoveri? Affirmativè respondet Laur. de Peirinis *de relig. Prælat. tom.* 2. *q.* 2. *cap.* 5. §. 9. *num.* 149. quem refert Diana *p.* 4. *tract.* 2. *c.* 5. §. 9. *num.* 149. ubi in principio resolvit, ejectos ab alia Religione præter Societatem Jesu, non reincidere in irregularitatem ex defectu natalium.

Quartò colliges non absre dubitari posse, an 192
Religiosus effectus per simplicia biennio novitiatûs anno transacto vota in Societate Jesu emissa, si ab ea retrocedat, à votisque absolvatur, reincidat in pristinam irregularitatem ex defectu natalium consurgentem, quæ jam erat purgata per illa vota, juxta ea quæ resoluvunt Vasq. 1. 2. *disput.* 165. *cap.* 9. Suar. *tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *n.* 12. Sanctar. *var. resol. q.* 39. *n.* 6. Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 5. *n.* 13. In qua quæstione Suar. *d. sect.* 5. *n.* 14. *in fine*, Sanch. *d. c.* 5. *n.* 14. & Sanctar. *d. q.* 39 *n.* 5. tenent talem retrocedentem, à votisque absolutum, si jam promotus sit, posse Ordinibus susceptis uti, & si non sit promotus, promoveri posse; ex ea ratione, quia textus *in d. c.* 1. *de filiis Presb.* & similes decernunt hujusmodi irregularitatem deleri per Religionis ingressum, nec decidunt reincidi desertâ religione. Quamvis in dimissis ex Societate post trium votorum simplicium emissionem, reviviscere irregularitatem ex defectu natalium, ut non possint Ordines suscipere sine dispensatione, non improbabiliter sustineant Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 25. *art.* 10. *concl.* 1. Hier. Rod. *in comp. qq. Regul. ref.* 76. *n.* 7. Turrian. *de censur. lib.* 9. *disput.* 71. *dub.* 2. Non obstat, quod cessante causâ finali, ob quam concessa est dispensatio, cessare etiam debet dispensatio, si ea nondum fuerat suum effectum sortita, ut probant jura & Doctores citati à Sanctar. *d. q.* 39. *n.* 5. & per me *d. p.* 2. *alleg.* 33. *n.* 6. Quia respondetur, eam dispensationem concessam esse ipsi Religioso in favorem statûs, quem assumpsit, & in præmium actus Deo gratissimi, quo ille sæculo renunciavit: quæ non cessant, quamvis ille Religiosus posteà vel retrocedat à religione, vel ab ea dimittatur, quia jam actus suum effectum sortitus est.

Licèt illegitimi per solemnem professionem in 193
Religione factam apti fiant ad suscipiendos omnes etiam sacros Ordines, ut *suprà* dixi, non redduntur tamen habiles ad Prælaturas in ea, ut probatur *d. c.* 1. *de filiis presb.* & ibi tenent Butr. & Abb. *in fine*, Zabarel. *q.* 7. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Fusc. *de visu. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 36. Nav. *cons.* 3. *n.* 2. *in am. & cons.* 6. *in novis, sub tit. de filiis Presb.* Mand. *de sign. gratiæ, tit. de disp. super defectu natal.* §. *per.* Majol. *de irreg. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 3. Palcot. *de nothis, & spur. c.* 57. *n.* 4. Jac. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 8. Salzed. *d. vers. si tamen illegitimus, in fine*, Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *q.* 2. Suar. *de censur. tom.* 2. *disp.* 50. *sect.* 2. *n.* 15. Sayr. *in simili tr. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 3. Lud. Miranda *d. art.* 10. *concl.* 2. *& tom.* 2. *q.* 1. *art.* 1. Bellet. *d. tit. de disciplina clericali*, §. 3. *n.* 49. Campan. *d. cap.* 13. *n.* 117. Sanctar. *q.* 40. *n.* 1. Laur. de Peirinis *d. c.* 5. §. 9. *n.* 135. Sig. à Bononia *de elect. dub.* 72. *num.* 2. Barth. de Vecchis *d. disp.* 13. *dub.* 6. *n.* 1. Diana *mor. resol. p.* 4. *tract.* 2. *resol.* 65.

Unde infertur primò, professum illegitimum 194
fieri capacem beneficiorum manualium, quæ ad nutum Prælati revocari possunt, dummodò talia beneficia non fuerint Curata, nec Prælatura Monasterii, ut per Nav. *d. cons.* 6. *n.* 2. *de filiis Presbyt.* Sanctar. *var. resol. d. q.* 40. *n.* 2. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 72. *ex n.* 1. Jul. Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 16. *n.* 16. Tamb. *de jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 14. *n.* 1.

Infertur

Infertur secundò, Monialem illegitimam non posse absque dispensatione Apost. seclusis Religionum privilegiis, in Abbatissam, seu Priorissam eligi, ut latè infrà *hoc lib. cap. 45. vers. in Abbatissam, num. 21.*

196 Infertur tertiò, illegitimum per ingressum Religionis non effici legitimum quoad effectum successionis, ut per Socin. jun. *cons. 48. num. 18. & 19. lib. 4.* Beroi. *cons. 163. n. 29. & seqq. lib. 2.* Guillelm. Bened. *in c. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adelasiam, p. 1. n. 200. de testam.* Roder. Xuar. *alleg. 25. n. 2.* Cov. *de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 7. n. 4.* Mantica *de-cis. 32. n. 4.* Rot. *in Perusina reintegrationis, 9. Julii 1625. coram bonæ memoriæ Baratto*, inter ejus impressas *dec. 881. n. 8.* Suar. *tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 5. n. 16.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 25. & 26.* Hier. Roder. *in compendio 99. Reg. ref. 76. n. 9.*

197 Infertur quartò, illegitimum factum Monachum, & professione legitimatum, non posse de consensu sui Superioris Vicarium Episcopi creari, quia Vicariatus propter ejus præeminentiam, & jurisdictionem dicitur dignitas: & ideo ita docent Majol. *d. c. 10. n. 3.* Sayr. *d. lib. 6. c. 1. num. 3.* Campan. *d. c. 13. n. 118.* Hier. Roder. *d. ref. 52. n. 48.* Laur. de Peirinis *d. c. 5. n. 135. vers. item licet Regularis*, Ego ipse *de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 14.* Ft. Emm. *d. q. 13. n. 13.* Sanch. *d. c. 5. n. 16. vers. princ.* quorum duo ultimo loco citati subdunt, nec posse virtute privilegiorum Religionis dispensari quoad hoc cum illis, ex eo quia illorum vigore solùm possunt legitimari quoad Prælationes in Religione, juxta inferiùs dicenda.

198 Infertur quintò, attento jure communi, seclusis Religionum privilegiis, solum Papam dispensare posse cum illegitimis Religiosis, ut ad Dignitates, & Prælaturas promoveantur. Ita Salzed. *d. vers. tamen illegitimus, in fine.* Cov. *de sponsal. p. 2. c. 8. n. 4.* Suar. *d. sect. 5. n. 15.* Sanch. *d. c. 5. n. 17.* Laur. de Peirinis *d. c. 5. n. 137.* Tanbur. *de jure Abbatum, tom. 1. disp. 5. q. 14. n. 7.* ubi *n. 5.* post Sanch. *d. c. 5. n. 16.* & Majol. *d. c. 10. n. 3.* subdit illegitimos ante dispensationem in Religione esse capaces illorum officiorum, quæ prælaturæ non sunt, ut Sacrista, Cellerarius, sive œconomus, scriba, & similia, quibus dignitas annexa non est, sed sunt manualia officia: & idem Tamb. *ubi sup. n. 6.* cum Sanch. *citato loco*, & Laur. de Peyrinis *tom. 2. privileg. sui Ordinis Minimor. in annot. ad constit. 3. Julii II. §. 29. & 91.* tenet manualia non esse officia, quæ fiunt in Capitulis per canonicam electionem, & Superioris confirmationem, cùm nequeant ad Superioris nutum amoveri; reliqua verò, quæ hoc modo &

199 forma non fiunt, manualia sunt. Legitimatus autem in infantia ad instantiam patris per legitimationem amplissimam vigore facultatum Dominorum de Campegiis, non potest eligi Generalis in sua Religione. Congreg. Conc. sub die 12. Martii 1629.

200 Prælati Regulares à Sixto IV. privilegia obtinuerunt, ut possent dispensare cum sibi subditis illegitimis ad Prælaturas, & Dignitates, quæ sublata fuerunt per Sixtum V. in duabus suis Constitutionibus contra illegitime natos, ubi declaravit, omnes hujusmodi dispensationes esse irritas. Sed postea Greg. XIV. in alia sua Constitutione modificatoria, indulsit atque concessit, ut fieri posset cum ipsis dispensatio, sed non nisi in Capitulo generali ver Provinciali: referunt Ludov. Miranda *d. tom. 2. q. 2. à n. 2. &* 3. Tambur. *d. q. 14. n. 8.* Si verò Regularem legitimè dispensatum à Capitulo generali ad Prælaturas, deinde à Religione egredi contingat & aliam intrare, nequaquam licebit ei in secunda, quam ingressus est, Religione obtinere Prælaturas, si nova non præcedat dispensatio. Ita ex Fr. Emm. *d. quæst. 13. art. 10. in fine*, resolvit Campan. *d. c. 13. n. 119. in fine.*

201 Quartus effectus est à patria potestate absolutio, vel liberatio: per professionem enim filius familias à patria potestate liberatur, quod etsi nullo textu habeatur, tamen ratione forti suadetur; quia transit omninò in Abbatis potestatem, ac proinde patria potestas in ipsum cessabit. Ita Covar. *in cap. quia nos, num. 5. de testam.* Navar. *commento 3. de Regul. num. 41.* Anton. Gom. *l. 48. Tauri, num. 7. in fine*, Acosta *in c. si quæ, de test. m. in 6. p. 2. verb. in fine*, Acosta *in c. si quæ, de test. m. in 6. p. 2. verb. testatore mortuo, num. 11.* Pinel. *. 1. p. 1. num. 46. C. testatore mortuo, num. 11.* Pinel. *de bonis matern.* Xuar. *lib. 9. tit. 11. de los pleytos; n. 26. lib. 1. legum fori*, Gomez Arias *lib. 45. Tauri, n. 53.* Carol. Tapia *in Auth. Ingressi C. de sacros. Eccles. n. 53.* Carol. Tapia *in Auth. Ingressi C. de sacros. Eccles. citat. verb. sua, c. 4. num. 8.* Tambur. *de Jure Abbatis. verb. sua, c. 4. num. 8.* Tambur. *de Jure Abbatum, tom. 3. disp. 6. q. 27. num. 10.* me citato *in hoc loco.* Machado *d. tom. 2. lib. 5. p. 1. tract. 3. docum. 10. n. 2. in fine.* Molin. *de justit. tom. 1. disp. 140. col. 5. vers. intrum autem*, Sanch. *d. lib. 5. c. 5. num. 29.* ubi *n. 30.* cum Cov. Navar. Xuar. Gomez, Arias *citatis locis*, hoc intelligendum asserit in iis solis, in quibus utile esset ipsi filio liberari patria potestate, secùs in iis, in quibus id esset in ejus damnum; quia quod in gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum, *de regul. jur. lib. 6.* & idem Sanch. ubi proximè, *num. 13.* subdit hanc quoque prærogativam concedendam esse simplicibus votis emissis in Societate Jesu post novitiatûs biennium; quia eadem ratio militat, quæ in professione, cùm per illa pariter transeat sic vovens in Prælati potestatem, utpote qui per illa Religioni tanquam vetus illius Religiosus adstringitur: additque in eam recidere ejectum à Societate post illa simplicia incidere ejectum à Societate post illa simplicia biennii vota, non autem dejectum post professionem.

202 Quintus effectus est maculæ quoad actus temporales expiatio: unde ineptus ad testificandum, eo quòd perjurij, aut furti damnatus sit, efficitur per professionem aptus ad testimonium ferendum, atque ita intelligi potest Authentica *de Monachis, statim in princ. collat. 1.* dum decidit per Religionis ingressum omnem maculam abstergi: & ita docent Glos. *in c. cum deputati, de judic.* ubi Felin. *n. 2.* Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. de dispensat. super defectu natal. 72.* Sanch. *d. c. 5. n. 27.* ubi ex Felin. subdit ante professionem hoc privilegium non competere: & intelligit procedere, quando quis propria sponte ingreditur Religionem, secus quando ob crimen.

203 Sextus effectus est purgatio ingratitudinis; nam professionis prærogativa est, ut ea ante parentis mortem emissa præteritam filii prohitentis ingratitudinem aboleat, ob quam exhæredari poterat: ita per textum *in c. non liceat, 19. q. 3.* resolvunt Hipp. de Marsil. *sing. 413. n. 6. & in rub. de fidejuss. n. 118.* Roman. *sing. 485.* Guillel. Benedict. *in c. Raynutius, de testam. verb. in eodem testamento, lib. 2. n. 37.* & ibi Cov. *n. 20.* Joan. Garc. *reg. 199. n. 25.* Spin. *in speculo testam. gloss. 20. princ. à n. 64.* Emman. à Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, p. 3. n. 195. cum seqq. ff. de liber. & posth.* Tiraq. *de privil. piæ causæ, privil. 30.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 1. n. 30. cum seqq.* Ft. Emm. *qq. reg. tom. 2. q. 77. art. 2.* Campan. *d. rub. 12. c. 10.*

n.5. Sanch. d. lib. 5. c. 5. num. 32. Palac. d. tom. 3. tract. 16. disp. 2. puncto 8. n. 15. Tambur. d. tom. 5. disp. 3. q. 27. num. 12. Machado d. tom. 2. lib. 5. p. 1. tract. 3. docum. 12. n. 2. vers. 4 quarto. Et quamvis Vasq. de succ. creat. lib. 3. §. 10. n. 646. allegatis multis Doctoribus dicat, per monachatum abstergi duntaxat ingratitudinem respicientem filium, qui ingreditur Monasterium, non verò eam, quæ principaliter lædit patrem; nihilominus dicendum est per Religionis professionem deleri ingratitudinem præteritam, cujus causâ filius profitens exhæredari poterat, ut meritò docent Panor. cons. 27. n. 2. vol. 2. Sylvest. verb. Religio 6. q. 3. ad fin. Tabien. cod. verb. n. 43. Laurent. de Palat. in tract. de statuto exclusivo fœmin. n. 108. Surd. d. q. 1. n. 39. Matt. de jurisd. p. 4. casu 26. num. 18. 19. Molin. de just. tract. 2. disp. 176. dub. ult. Sanch. d. c. 5. num. 33. Duard. in comment. ad Bullam Cœnæ, lib. 1. can. 15. q. 17. n. 7. Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 1. q. 7. n. 3. 204

Septimus effectus est privatio facultatis testandi, aut de rebus suis ulterius disponendi. Nam Religiosi expresè, vel tacitè professi, non possunt testamentum condere, ut probatur cap. quia ingredientibus 2. de testam. & docent Nov. in man. c. 27. n. 270. Gam. Lusit. dec. 309. num. 2. Molin. de primog. lib. 2. c. 9. n. 54. Mench. illustr. c. 102. à n. 1. latè Carol. de Tapia in Auth. Ingressi, C. de sacros. Eccl. verb. ideoque, c. 1. per tot. pag. 517. cum seqq. Boët. Epo in comment. ad d. c. 2. de testam. Crass. §. testamentum, q. 34. n. 1. Spin. in speculo testam. glos. 6. rubrica, Fr. Emm. qq. reg. tom. 3. q. 69. art. 2. Valasc. cons. 108. Jacob. de Graff. in aureis decision. p. 2. lib. 3. c. 19. n. 85. Molin. de just. tract. 2. disp. 141. Pereg. cons. 53. n. 10. vol. 2. F. paul. Berti Lucens. in praxi crim. reg. tit. 4. c. 25. §. 10. n. 4. Alex. Peregr. in comment. ad const. Cle. reg. p. 2. c. 1. lit. G. §. 34. Barth. à S. Fausto in thesaur. relig. lib. 8. q. 61. Parens meus in comment. ad Ord. Reg. Lusit. lib. 4. tit. 81. §. 4. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 8. à princ. Hier. Roder. in compendio qq. Reg. res. 135. n. 2. Rot. apud Farin. dec. 76. n. 1. p. 2. recent. ubi subdit, quod Milites Hierosolymitani, cùm sint veri Religiosi, non possunt disponere nedum de bonis, quæ ad eos perveniut intuitu suæ Religionis, sed nec etiam de patrimonialibus. 205 206

Utrùm autem valeat professio, reservatâ sibi facultate testandi de patrimonio suo, non semel dubitari vidi. Sed sub die 14. Decembris 1613. Sacra Congregatio illustrissimorum Card. S. Concilii Trid. Interpretum, hoc negotio maturè perpenso, atque accuratè discusso censuit, nisi aliunde obstiterit, validam omninò esse professionem sub forma suprascripta emissam. 207

Amplia primò supradictam resolutionem procedere, etiamsi Religiosi hujusmodi ad pias causas testari velint, ut per Nav. commento 2. de Regul. n. 22. coral. 10. Magdalen. de numero testium, p. 2. c. 4. in fine, Carol. Tapia in d. Auth. Ingressi, verb. ideoque vec de his, cap. 1. num. 5. Fr. Emman. d. art 2. Peregrin. d. cons. 53. n. 10. vol. 2. Sanch. d. cap. 8. n. 3. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. q. 65. ubi subampliat, etiamsi testentur de Superioris Pontifice inferioris licentia. 208

Amplia secundò etiamsi Prælati cujuscunque summo pontifice inferioris accedat licentia; nam prohibitio jurium suprà citatorum æquè afficit ipsosmet Prælatos Regulares, sicut & subditos, ut benè resolvunt Nav. d. commento 2. de Reg. num. 44. Avendan. de exequend. mandat. p. 1. c. 4. n. 34. versicul. tertiò requiritur. Fr. Emm. d. art. 2. Jacob. de Graff. in dec. aureis, part. 1. lib. 3. c. 5. n. 9. Tapia in d. Auth. ingressi. verb. ideoque nec de his, c. 1. n. 4. & 27. Molin. d. tract. 2. disp. 141. vers. dubium est, Leonard. Less. eodem tract. lib. 2. cap. 41. dub. 8. n. 73. &c. 9. dub. 4. num. 40. Azor. instit. mor. p. 1. lib. 12. c. 9. q. ult. Barth. à S. Fausto d. lib. 8. q. 62. & 65. Alex. Peregr. d. §. 34. vers. 2. Sanch. d. c. 8. n. 5. ubi cum Nav. Fr. Emman. & Tapia dictis locis asserit, nec Prælatum cum Conventu eam licentiam dare posse, & cum Fulvio Pacian. cons. 36. n. 103. subdit, nec Capitulum generale.

Subamplia, ut nec etiam professus ex superioris licentia possit codicillos facere. Ita. Navar. in man. cap. 27. num. 270. & d. commento 2. num. 43. & 44. Tapia d. cap. 1. num. 64. Sanch. d. cap. 8. num. 9. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. quæst. 71. Alexand. Peregrin. d. §. 34. vers. 4. nec donationem causâ mortis, ut per Navar. locis proximè citatis, & cons. 6. num. 3. sub tit. de donat. in antiq. aliàs cons. 2. n. 3. de præsumpt. in novis, Jacob. de Graff. d. cap. 5. n. 58. Fr. Emman. quæst. regular. tom. 2. quæst. 47. art. 7. ad fin. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. q. 73. Alexand. Peregrin. d. §. 34. vers. 5. nisi quid moderatum donet, ut tenent Cyn. in d. Auth. Ingressi. q. ult. n. 14. Bast. in 2. lect. n. 66. Tapia d. c. 1. num. 4. Xuar. allegat. 20. num. 27. in fine. Gatc. Falcon. reg. 456. n. 4. Sanch. d. cap. 8. num. 11. 210

Amplia tertiò in Religioso facto Episcopo; illæ enim integrum non est testari, etiam de bonis patrimonialibus, aut propria industria acquisitis, eo modo, quo in fas est Episcopis sæcularibus. Ratio est, quia paternam hæreditatem, & quidquid aliud undecunque acquirit Religiosus Episcopus, acquirit suæ Ecclesiæ cum sola libera administratione, ut constat ex cap. unico 18. q. 1. ubi dixi num. 13. & 14. Barthol. à S. Fausto d. lib. 6. q. 190. administratio autem morte finitur, ex qua testamentum incipit valere: ergo non est ei integrum disponere post mortem, quod fit per testamentum. Quare hanc tertiam ampliationem tenent S. Tom. 2. 2. quæst. 185 art. 8. ad 3. Navarr. 3. de redditib. Eccles. q. 1. monitu 9. num. 2. & q. 3. mon. 11. num. 1. Redoan. de spoliis cleric. q. 3. n. 12. Sousa in libello de la obligacion con que quedan los Obispos Religiosos, n. 20. Jacob de Graff. d. part. 2. lib. 3. c. 19. n. 87. & 88. Tapia in d. Auth. Ingressi. verb. sua, c. 6. num. 85. & verb. ideóque nec de his, c. 1. num. 32. Fr. Emm. d. tom. 3. q. 69. art. 4. Fulv. Pacian. cons. 132. num. 53. vol. 1. Azor. d. part. 1. lib. 11. cap. 7. quæst. 2. in fine, Hieronym. Roderic. d. resol. 135. n. 4. & alii, plures, quos refert & sequitur Sanch. d. lib. 6. c. 6. num. 10. 211

Limita primò in novitio; is enim liberè potest testamenta conficere, etiam nullâ petitâ Superioris Religionis licentiâ, ex eo, quod ille simpliciter est adhuc sui juris, cum libera discedendi potestate, nullibique reperitur ipsi interdictum conficere testamentum: nam textus in dict. cap. ingredientibus, dum habet, ingredientibus Monasterium nullam esse testandi facultatem, intelligitur de ingressu irrevocabili, saltem ex parte ingredientis, & ita de professione vel expressa, vel tacita; non autem de ingressu tempore novitiatus, cùm tempus illud indulgeatur à Jure, tum ut novitius asperitatem, & statuta Religionis experiatur, tum ut Religio ipsa periculum subeat de novitio, an expediat retinere, vel repellere: non verò indulgetur, ut ingrediens statim ante annum elapsum efficaciter obligetur. Quare limitationem istam tenent Gloss. verb. in judiciis, in cap. 2. 212

c.2. de Regular. l. 6. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gl. 8. n.29. Cov. in d. c. 2. de testam. n. 5. Nav. d. commento 2. de regular. n. 49. Graff. §. testamentum, q. 35. n. 3. in fine, Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 84. n. 12. Molin. de primog. lib. 2. c. 9. n. 33. alter Molin. Theologus d. tract. 2. disp. 139. col. 5. vers. hæc ita constituta, Gutier. Canon. lib. 2. c. 1. n. 15. Tapia in d. auth. ingressio, verb. sua, c. 1. n. 14. in fine, & verb. ideoque nec de bis, c. 1. n. 15. Azor. in 1. part. moral. p. 1. lib. 2. c. 2. in fine, & c. 6. q. 5. Thesaur. lib. 2. qq. forens. q. 56. num. 1. Ciovagn. resp. 83. n. 7. lib. 1. Sanch. c. tom. 2. lib. 7. c. 3. n. 3. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi servanda in admittendis ad religionis statum novitiis. disput. 8. dub. 10. n. 1. Fr Matrin. de S. Iosepho d. c. 1. n. 39.

213 Limita secundò, accedente summi Pontificis licentiâ, ex ea enim posse professum in quacumque Religione testari, resolvunt Cov. in d. cap. 2. n. 20. & in c. cùm in officiis, n. 7. de testam. Molin. d. lib. 2. de primog. c. 9. n. 67. Nav. d. comment. 2. de regularib. n. 57. & in apolog. de redditib. q. 3. monit. 11. n. 12. Mench. illustr. c. 102. n. 2. Redoan. de spol. Eccl. q. 7. §. his præsuppositis, n. 10. Sim. de Prætis de interpret. ult. volunt. l. 2. interp. 1. dub. 2. solut. 4. n. 71. Burgos de Paz l. 3. Tauri, num. 689. Garc. Falcon. reg. 456. n. 1. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 32. n. 1. & qq. regular. tom. 3. q. 69. art. 2. Pereg. d. cons. 63. n. 11. vol. 2. Tapia d. c. 1. n. 24. Oviedo in praxi Regul. p. 1. tract. 6. c. 4. q. 8. n. 39. Azor. d. p. 1. l. 12. c. 9. q. ult. Molin. d. disp. 141. col. pen. Lessius d. l. 2. cap. 41. dub. 8. n. 73. Benedict. Ægid. in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. n. 1. §. 1. n. 6. in fine, & §. 7. n. 7. Sanch. d. c. 8. n. 45. Bart. à S. Fausto d. l. 8. q. 66. Tenetur tamen exprimere in dispensatione, se esse Episcopum Religiosum, aliter enim si taceat regularitatem, dispensatio erit subreptitia. Nav. de spol. cler. §. 6. n. 3. Henriq. l. 10. c. 33. n. 4. Sousa d. libello, n. 36.

214 Et de Monacho Episcopo, etsi sentiant eum non absolvi à voto paupertatis, nec testari posse, dicunt tamen id posse ex Pontificis licentia S. Th. 2. 2. q. 135. art. 8. ad 3. Mol. d. l. 2. de primog. c. 10. n. 28. Fr. Emman. d. c. 69. art. 4. Azor. d. lib. 18. c. 7. q. 2. in fine, S. Anton. Tabien. Armil. Soto, & alij, quos refert Sanch. d. c. 8. n. 45.

215 Ubi verò Pontifex absolutè concesserit Monacho licentiam testandi, id intelligitur ad usus pios, ut alioquin cum jure communi consentiat, secus ad usus vanos, & profanos, ut bene observant. Nav. in apolog. de redditib. q. 5. monit. 6. Mol. de primog. l. 2. c. 9. n. 67. & c. 10. n. 30. & Mol. Theol. d. disp. 141. vers. facultas religioso, & disp. 640. n. 5. Azor. d. l. 12. cap. 6. q. ult. Lessius d. l. 2. cap. 9. dub. 4. num. 40. Tapia d. c. 1. n. 24. Hieron. Roder. d. res. 135. in fin. Sanch. d. c. 8. n. 51. ubi n. 54. resolvit cum uno & altero Molin. virtute licentiæ concessæ Monachis ad testandum, non posse eos majoratum instituere.

216 Debet autem hujusmodi licentia expressè concedi, ut docent Nav. cons. 71. in fine de regular. in antiq. aliàs cons. 7. in fin. de donat. in novis, Bartol. à S. Fausto d. l. 8. q. 70. benè explicat Sanch. d. c. 8. n. 55. ubi n. 56. cum Bald. & Sim. de Prætis advertit licentiam hanc testandi Monacho concessam, intelligi, ut testetur de bonis, quæ Religiosus de facto possidet, non verò in præjudicium illius, cui dicta bona virtute prioris testamenti facti, ante ingressum erant acquisita, nec similiter cum præjudicio Monasterij quoad bona hujus Monachi, quæ per ipsis professionem acquisierat; & citat Gram. Lusit. decis. 308. incip. In causa Monasterij, n. 2. in fine, & n. 3.

Nec opus est ut talis facultas necessariò præcedat, quia postea superveniens validum efficit priùs testamentum à Monacho absque illa confectum; nam cùm testamentum sit actus successivus, ac deambulatorius usque ad mortem, non censetur perfectè factum usque tunc, & ideo sufficiens est ad ejus valorem, ut habilitas testandi adsit tempore mortis, à quo robur sumit. Ita Nav. d. comment. 2. de regul. d. n. 255. Anton. Gom. l. 42. Tauri, n. 2. Tapia d. c. 1. n. 25. Matienz. l. 3. glos. 3. n. 4. tit. 4. l. 5. nova recop. Molina d. disp. 131. in fine, Sanch. d. c. 8. n. 60. Hieronym. Roderic. d. resol. 135. in fine, Quamvis contrarium velint Mandos. reg. 18. Cancel. q. 12. n. 18. Flamin. Paris. de resignat. l. 21. q. 7. num. 90. & 91. & Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 47. num. 48. 217

Semel concessa hæc facultas est perpetua, dum ab alio Pont. non revocatur, quia non exspirat etiam re integra, morte concedentis. Ita Socin. Sen. cons. 13. ex numero 13. ad fin. l. 8. Cov. in d. capit. 2. ex numero 10. & in c. cum in officiis, num. 7. de testam. Nav. de redditib. Eccles. q. 3. §. 11. num. 2. Redoan. de spoliis, q. 7. §. his suppositis, ex num. 1. usque ad 18. D. Barbosa in l. divortio, §. quod in anno, num. 20. ff. soluto matr. Fr. Emman. d. tom. 3. q. 69. art. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 12. in princ. numero 15. Hieronym. Roder. d. resol. 135. num. 6. Sanch. de matrim. l. 8. disput. 28. numero 82. ad quem locum se remittit in d. cap. 8. num. 57. in fine, Rota in Camerinensi spolij, 10. Decembr. 1619. coram bona mem. Dunozetio. Nec extinguuntur primo actu, quia virtute illius licebit Monacho toties quoties voluerit testamentum facere usque ad mortem, ac priùs revocare, ut per Nav. de redditib. q. 5. monitu 9. Sarmient. eod. tract. p. 4. cap. 4. Fr. Emman. d. tom. 3. q. 68. art. 5. Gutier. practic. l. 1. q. 48. num. 7. Tapia d. cap. 1. num. 14. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 11. num. 97. Sanch. d. l. 9. disp. 1. n. 17. Bartol. à S. Fausto dict. l. 8. quæst. 79. 218 219

Limita tertiò in Commendatariis, quibus est permissum contrahere matrimonium, quales sunt in nostra Lusitania Commendatarij Christi, S. Jacobi, & Avisij, ac in Castella S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ: nam posse liberè eos testari, non minùs quàm alios sæculares, tam de bonis patrimonialibus, quàm etiam de redditibus suarum Commendarum, docent Molina de justit. tract. 2. disp. 604. in fin. Motta de conscient. Ord. Milit. l. 2. cap. 2. §. 18. Alcozer de ludo, cap. 39. Sarmient. d. c. 4. q. 2. num. 4. Fr. Emman. d. tom. 3. q. 29. art. 7. & q. 69. art. 8. Barthol. à S. Fausto. d. l. 8. q. 81. Hieronym. Roderic. in compendio quæst. regul. resol. 28. num. 11. & resol. 135. num. 7. Sanch. d. cap. 8. num. 29. ubi num. 37. resolvit Clericos Ordinum Militarium in claustris viventes, qui ex legitima licentia extra claustrum vitam transigunt, inservientes alicui beneficio, posse testari; ea tamen conditione, ut quotannis inventarium bonorum tempore præfixo Superiori præsentent, & dummodò quantam bonorum partem Monasterio relinquant, ex indulto Clementis VII. & num. 40. subdit Eremitas posse testari, qui non sunt religiosi, nec tribus substantialibus religionis votis ligantur: & num. 43. idem dicit de Oblatis, qui professione non emissâ se & sua Ecclesiæ obtulerunt. 220 221 222

Est tamen soiendum; quòd bona, & substantia eorum, qui intrant Religionem, factâ professione, ipso jure sunt Monasterij; ingressi enim se & sua dedicant Deo; antequam verò fecerint professio- 223

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nem, possunt testati, & secundùm *Auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccles.* debent Monasterio relinquere, saltem pro portione unius, personam scilicet suam cum hæredibus computando: retinent tamen usumfructum, & emphyteusim, vel censum, aut pensionem, quam obtinebant, ita scilicet, quod ipsis viventibus debeatur Monasterio: successionem quoque ab intestato non perdunt, nisi ei expressè renunciasse probentur. Si verò contingat, ut intestatus aliquis intra probationis tempus decesserit, erat quoque antiquitùs constitutum *in d. Auth. si qua mulier*, quæ habetur etiam *in c. penult. 16. §. 3.* ut ex iis, quæ dederat Monasterio, servatâ legitimâ liberis, vel parentibus, si extarent, Monasterium in omnibus succederet, sicut ac si professus decederet, qui nihil Monasterio dederat: ascendentes enim in sua legitima præferuntur Monasterio, ut resolvunt Nav. *d. commento 2. de Regularib. n. 46.* Gregorius Lop. *l. 17. verb. descendit, tit. 1. p. 6.* Ascan. Clem. *de patria potest. c. ult. n. 76.* Molin. *d. lib. 2. de primog. c. 9. n. 64. & 65.* Mench. *de succes. creat. lib. 2. §. 20. num. 284.* Avendan. *l. 6. Tauri, gloss. 8. n. unico, & l. 40. glos. 4. n. 23.* Azeved. *d. l. 1. n. 47. tit. 8. lib. 5. nova recop.* Tapia *in d. Auth. ingressi, verb. ideoque nec de his, n. 1.* Gutier *canon. lib. 2. c. 1. n. 95. & 96.* Fr. Emm. *qq. reg. tom. 2. q. 80. art. 2. & q. 128. art. 3.* Valasc. *cons. 24. à n. 5. tom. 1.* Benedict. Ægid. *in repet. d. Titia si non mupserit 100. p. 1. n. 50. in fine, ff. de condit. & demonstr.* Castill. *de usufructu, lib. 1. c. 65. n. 2.* Mol. *de just. tr. 2. disp. 140. col. 4. vers. hoc tamen illorum,* Lessius *in simili tract. lib. 2. c. 41. dub. 10. n. 83.* Sanch. *d. lib. 7. c. n. 19.* Unde si Monachus acquisivit bona Monasterio ex partis, vel alterius jure sanguinis sibi obvenientis, & postea moriatur vivâ aviâ, illa non potest prævari legitimâ, & Monasterium tantum succedet in tertia, ut benè resolvunt Fr. Emm. *d. q. 128. art. 2.* Valasc. *d. cons. 24. ad fin.* Cevall. *Commun. contra commun. q. 806. cum seqq.* Sanch. *d. cap. 9. n. 21.* ubi *n. 22.* id benè intelligit non procedere in bonis acquisitis post professionem tanquam à Monacho, veluti si professus suis operibus aliquid compararet, aut hæres, legatariusve institutus esset in aliquo testamento ab extraneo, etiam ante professionem, si post illam delata sit hæreditas; quia de his bonis nequit professus ille disponere, nec quicquam in illa habens ascendentes, vel descendentes; cùm ea non acquirantur ut à parente, aut à filio, sed tanquam à Monacho: & idem Sanch. *d. cap. 9. n. 39.* resolvit, quod quando professus decedit non factâ divisione inter filios, succedit Monasterium capax succedendi in omnia illius bona, præterquam in filiorum legitimam, subdens quod in regno Castellæ succedit in solam quartam bonorum partem.

214 Verùm hodie ex Tridentini Concilii decreto *sess. 25. de Regular. c. 16.* fuit constitutum, ut nulla bonorum renunciatio, aut obligatio facta ante professionem, & cum juramento, vel in favorem cujuscumque piæ causæ, valeat nisi intra duos menses proximos ante professionem, cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii facta fuerit, ac non aliàs intelligatur effectum sunm sortiri, nisi sequutâ professione, nec ante professionem Monasterio aliquid, excepto victu & vestitu ipsius novitii illius temporis, quo in probatione est, à parentibus vel propinquis, aut curatoribus ejus quocumque prætextu tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, quòd totam, vel majorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat, nec facile si discesserit, id recuperare possit. quin potiùs præcipitur sub anathematis pœna dantibus & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat. Cujus decreti solemnitatem in quibuscumque renunciationibus, sivè à minoribus, sive à majoribus sexdecim annorum ante professionem confectis, adhiberi debere resolvunt Gutier. *canon. lib. 2. cap. 1. n. 34.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 7. n. 7. & qq. Reg. tom. 2. q. 47. art. 3.* Cened. *ad Decretum, collect. 50. n. 5. & canonic. q. 6. n. 10.* Morch. *de divis. bonor. lib. 4. c. 5. n. 34. cum seqq.* Valasc. *de partit. c. 16. n. 27.* Aloys. Ricc. *tom. 3. praxis rerum quotid. ref. 355.* licèt ipse *in ref. 327.* contrarium resolvisset. Franc. Molin. *de ritu nup. lib. 3. q. 99. n. 41. cum seqq.* Sanch. *d. lib. 7. c. 5. n. 7.* Hermosil. *in addit. ad glos. 4. n. 29. l. 1. tit. 4. part. 5.* contra Menoch. *de arbitr. cent. 5. casu 436. n. 8.* Læl. Zech. *de Republ. Eccl. tit. de Reg. c. 3. n. 14. limit. 8.* existimantes prædictam Concilii solemnitatem non esse necessariam ubi renuncians decimumsextum ætatis annum excesserit.

Nomine renunciationis, aut obligationis in præ- 215
citato Concilii Decreto intelliguntur omnes contractus lucrativi, ut docent Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 7. n. 4.* Bart. à S. Fausto *in theoro religios. lib. 5. c. 179.* Laur. de Peirinis *in Constit. sua Ordinis Minimor. Const. 2. Sixti IV. n. 75.* Sanch. *d. lib. 7. c. 5. ex n. 31.* Peregr. *in Const. cleric. reg. p. 2. c. 1. lit. G, §. 13.* Tamb. *d. tom. 3. disp. 6. q. 10. n. 41.* Sperel. *de dec. 16. n. 52.* Nov. *in lucerna Reg. verb. renunciatio, n. 3.* Et comprehenduntur donationes inter vivos, secundùm Nav. *cons. 81. & 82. d. reg. in novis, & d. commento 2. de Regular. n. 51. in fine,* Menoch. *de arbitr. casu 436. n. 8.* Mol. *de just. tr. 2. d. disp. 159. col. 9. vers. ambigas præterea,* Fr. Emm. *in sum. t. 2. c. 6. n. 8.* Spin. *in speculo test. glos. 12. n. princ. n. 50.* Sanch. *d. lib. 7. c. 5. n. 20.* Barth. à S. Fausto *d. lib. 5. c. 180.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 6. q. 10. n. 12. & 16.* Nov. *d. verb. renunciatio, n. 4.* Peregr. *d. p. 2. c. 1. lit. G, §. 6.* Renunciationes officiorum publicorum temporalium, si fiant quatenus statim transferantur in eum, in cujus favorem factæ sunt, ex Sanch. *d. c. 5. n. 43.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad relig. stat. novit. disp. 8. dub. 7. n. 7.* Fidejussio, idem Sanch. *d. c. 5. n. 34.* Bart. de Vecchis *d. disp. 8. dub. 7. n. 8.* Nov. *d. verb. renunciatio, n. 6.* Et liberario, quâ novitius turorem, seu curatorem suum à reddendis rationibus liberat, nisi facta esset à novitio intestato, non alterando naturam testamenti. Nav. *cons. 83. de Regularib.* Barthol. de Vecchis *d. disp. 3. dub. 7. n. 9.*

Non comprehenduntur autem sub dictis verbis 216
eleemosynæ per novitios factæ, dummodò sint modicæ, consideratis facultatibus ipsius novitii. Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 9. n. 17.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 9. q. 2.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 5. num. 22.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 280. in fine,* Barth. de Vecchis *d. dub. 7. n. 11. vers. ex dictis,* Tambur. *d. disp. 6. q. 10. n. 17.* Peregr. *d. c. 2. n. 1. lit. G, §. 7.* ubi *in vers. & adveniente,* post Sanch. *d. n. 22. in fine,* subdit quod in eventu, quo novitius exeat à religione, non tenetur Monasterium dictas eleemosynas erogatas novitio restituere.

Nec comprehenduntur donationes Deo, suo 217
B. Mariæ, vel Sanctis oblatæ. Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 2. q. 47. art. 5.* Sanch. *d. cap. 5. n. 28.* dummodo attentis novitii facultatibus non sit alicujus momenti, Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 7. n. 11. in princip.* ubi *num. 2.* subdit, nec etiam comprehendi victum, & vestitum, quem pro se tribuit novitius Monasterio.

Nec

Nec quoque comprehenditur quod tribuitur Monasterio, vel Monialibus in ipsa professione, non pro ipsa, sed pro sustentatione novitiæ, & Monialium, & pro solemnitate, festivitate professionis juxta consuetum morem, ut resolvit Suar. *tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 5. n. 15.* & idem credit Sanch. *d. cap. 5. num. 22.* de convivio facto in ingressu in novitiatum, & de consuetis tunc dari Monialibus, Tamburin. *d. tom. 3. disp. 6. q. 10. n. 18.* 230

Nec item comprehenduntur oblationes, donationesve factæ Monasterio, seu Religiosis à tutoribus, curatoribus & consanguineis novitiorum ex propriis bonis, non ex bonis novitiorum, Suar. *de relig. tom. 3. lib. 5. c. 9. num. 16.* Barth. de Vecchis *d. dub. 7. num. 14.* Tambur. *d. q. 10. num. 12.* & eodem modo non comprehenduntur donationes factæ à parentibus novitii ex propriis ipsorum parentum bonis, non in dotem novitii, ut inquit Sanch. *d. 5. num. 23.* 231

Nec etiam comprehenduntur contractus emptionis, venditionis, permutationis, locationis, & alii hujusmodi, in quibus tantumdem recipit novitius, quantum dat, secundum Sanch. *d. cap. 5. n. 33.* Laurent. de Peirinis *ubi suprà n. 75.* Barth. de Vecchis *d. dub. 7. n. 15.* quia Concil. *citato cap. 16.* solùm procedit in renunciationibus, & donationibus gratuitis, non autem in contractibus ultro citroque obligatoriis, ut in donatione remuneratoria, quæ potest fieri absque solemnitate Concilii, Molfes. *ad consuet. Neapol. tom. 2. in addit. ad q. 16. n. 14. & 15. pag. 138.* Joan. Maria Novar. *lib. 2. quæst. forens. lib. 1. q. 54.* Sperell. *decis. 16. n. 52. & 53.* Tambur. *de jure Abbatissar. disp. 4. q. 10. n. 11.* 232

Nec etiam sub hoc Decreto comprehenduntur renunciatio beneficii, potest enim novitius habens beneficium ecclesiasticum illi validè renunciare, non servata solemnitate Concilii Trid. *d. cap. 16.* ut docet Tambur. *d. tom. 3. d. disp. 6. q. 10. n. 3.* Machado *d. tom. 2. lib. 5. part. 1. tract. 3. docum. 1. n. 6.* Villalob. *in sum p. 2. tract. 33. diffic. 17. num. 11.* Nic. Garc. *d. p. 11. cap. 9. num. 12. & 13.* quem refero Ego ipse *d. p. 3. allegat. 99. num. 19.* Sed quamvis hæc sententia in puncto Juris verior sit, contraria tamen, quæ ait dispositionem Concilii *ubi proximè*, vendicare sibi locum in resignatione beneficii, receptior videtur, quámque tuentur Majol. *de irregular. lib. 3. cap. 6. post n. 1.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 3. q. 15. à num. 4.* Campan. *d. rub. 12. cap. 3. num. 10.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 20. q. 6.* Molfes. *tom. 1. ad consuet. Neapol. p. 4. tit. de renunciation. q. 16. n. 34. & 35. & in sum. moralis Theolog. tract. 6. cap. 12. num. 18. in fine.* Cevall. *Commun. contra commun. q. 121. n. 4. & 5.* Ludovic. Miranda *d. tom. 2. q. 23. art. 5.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 62.* Fr. Martin. de S. Josepho *d. cap. 2. num. 43.* Novarr. *n. Lucerna Regul. verb. renunciatio num. 8.* Sanch. *dict. lib. 7. cap. 5. num. 38.* Suar. *tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 16. n. 12.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 181.* Fr. Bartholom. de Vecchis *disp. 8. dub. 7. n. 4.* Hieronym. Venero *in examine Episcop. lib. 6. cap. 15. num. 23.* Alexander. Peregrin. *in commen. ad const. cleric. regular. part. 2. c. 1. litt. G, §. 1.* Sperell. *dict. decis. 16. num. 49.* Alphons. de Leone *dict. quæst. 4. praxi 1. numer. 82.* ubi cum aliis subdit consequenter dictam renunciationem continere taciram conditionem, si professio sequatur, & ideo non posse Episcopum illud conferre, & aliàs collatum, donec talis profiteretur, si non profiteatur, de facto esse reddendum novitio egredienti, & *ibidem in versic. secunda assertio*, resolvit professum nulliter, si sua professione nulla declarata, exeat à Religione; non posse habere regressum ad beneficium sic resignatum, & renunciationem ipsius etsi fiat ex qualibet causa, tamen semper simpliciter censeri factam ne collatio eorum maneat in suspenso, & addit de facto fuisse declaratum talem nulliter professum non posse obtinere mandatum de manutenendo adversus eum, qui à Papa foit ex dicta causa promissus, & in possessione immissus. 233

Item nec comprehenduntur testamenta, codicilli, & donationes causâ mortis. Ita Nav. *d. commento 2. de Regularib. n. 10. & cons. 83. n. 2. & 3. sub tit. de Regularib. in novis*, Gaspar. Thesaur. *decis. 56.* Tapia *in d. Addit. Ingressi, verb. ideoque nec de his, c. 1. n. 15. in fine*, Humad. *l. 7 gloss. 3. sub tit. de ultim. vol.* Menoch. *in addit. lib. 2. de arbitr. casu 436. num. 16.* Molin. *d. disp. 159. versic. ambiget fortasse*, Gutier. *in cap. quamvis pactum, de pact. lib. 6. verb. dum nupsit tradebatur & canon, quæst. lib. 2. cap. 1. n. 26. cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 90. n. 5. & quæst. Regular. tom. 2. q. 47. art. 2.* Azor. *d. part. 1. lib. 12. cap. 2. q. 14. in fine, & l. 13. cap. 9. q. 2.* Veg. *in sum tom. 1. cap. 91. casu 4. & tom. 2. cap. 30. casu 3.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 384.* Emman. Sà *verb. religio num. 5.* Læl. Zech. *de republ. eccles. tit. de Regularib. cap. 3. n. 10.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 35. diffi. 17. num. 2.* Less. *d. cap. 42. n. 4.* Alvar. Valasc. *de partion. cap. 16. à num. 13.* Cevali. *Commun. contra commun. q. 63. n. 7. & q. 121. à num. 4.* Cened. *ad Decr. num collect. 50. in fin.* Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 9. n. 17.* Sanch. *d. cap. 5. num. 13.* Bened Æg d. *n. §. 2. num. 2. cum seqq. & num. 11.* Lud. Miranda *d. q. 23. art. 4.* optimè Campan. *d. rub. 12. cap 13. n. 11.* Bartol. à S. Fausto *d. lib. 5. q. 188. & seqq.* Armendar *in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religion n. 21.* Monet *de commut. ult. voluns. cap. 5. n. 11.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 587. n. 10.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 99. num. 26.* Laurent. de Peirinis *in Const. suis Ordinis Minimor. Const. 2. Sixti IV. n. 74.* Heron. Roderic. *in compendio quæst. regul. resol. 53. n. 10.* Alex. Peregrin. *in commen. ad Const. cleric. regular. c. 2. cap. 1. lit. G, §. 4.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. disp. 8. dub. 10. num. 3.* Tambur. *d. disp. 6. q. 10. n. 7. & 71.* idem Laurent. de Peirinis *de Prælato q. 3. c. 1. n. 208.* Sperell. *in decision. fori ecclesiastici decis. 16. n. 30.* Machado *d. tom. 2. lib. 5. part. 1. tract. 3. docum. 1. num. 2.* Fr. Martin. de S. Josepho *in expos. regulæ S. Francisci cap. 1. n. 41.* Oviedo *in praxi Regular. part. 1. tract. 6. cap. 3. quæst. 8. num. 17.* Idem Laurent. de Peirinis *de privileg. Regul. tom. 1. in Constitut. 2. Sixti VI. n. 74. pag. 30.* Ego ipse *dict. part. 3. allegat. 99. num. 12.* 234

Contra Spin. *in speculo testam. gloss. 12. in princip. num. 40.* Castill. *de usufr. lib. 1. cap. 68. n. 7.* existimantes nullam renunciationem, donationem, aut testamentum valere ejus, qui Monasterium ingreditur, nisi servata illius decreti forma. 235

Item nec comprehenduntur renunciationes, seu donationes ab existente adhuc in sæculo factæ, prætextu tamen, & intuitu ingressus religionis, quia sæcularis ante habitûs susceptionem & novitiatûs ingressum potest etiam intuitu ejusdem ingressus validè de suis bonis disponere, illa renunciando, donando, seu obligando, absque solennitate in præfato Concilii decreto petita. Ita resolvunt Mand. *cons. 22. n. 8. vol. 1.* Pasarel. *in compend. Minorum c. 37.* Confect. *in privil. Mendicant. tit. 13. c. 12. & 13.* Quarant. *in sum Bullarii verb. Monasteria & Conventus, vers. dubium illud.* Menoch. *in addit. ad lib. 2. de arbitrar. casu 436. à numer. 5.* Sotb. *in*

Biblioteca de Ciències Socials

ſuit addit. ad compend. Mendicant. verb. Novitius vers. ſed hîc ſunt aliqua advertenda, Girond. *de privil. q.*106.*ex n.*544.Hermoſil.*ad l. 1. tit. 4. part. 5. ſuper gloſſ.*41.*num.*14.*&* 15.Marta *conſil.* 74. *n.* 26. *&* 27. Cened.*canon.lib. 1. q. 6. n. 5. &* 8. Adrian. Neguſan. in Sylv.*reſpons* 10.*n.*49. Galerat. *de renunc. lib.*3. *cap. 7.n.*7.*pag.*217. Fr. Martin.de S. Joſeph. *d.c.*12.*n.*40. Alvar. Valaſc. *d. c.* 16. *num.* 22. *cum. ſeq.* Zanard. *in direct.Theolog. p. 2. c.* 17. *vers. primo ſi ſit facta.* Veg. *in ſum.tom.*1.*cap.*91. *caſu* 4. *&tom.* 2. *cap.* 50. *caſu* 3. Theſaur.*quæſt.forenſ.lib.* 2.*q.* 56. *n.* 8. *&* 9. Megala 1. 2.*lib.*2.*cap.*27.*n.*25. *&* 26. Nald. *verb. religioſus n.* 1. Fr.Emman.*tom.*2.*q.* 47. *art.* 8. Steph. Gratian. *Marchia decis.*57. Bened. Ægid.*in reper.d.l.* 1. *p.* 4. §. 2. *n.* 22.*ad fin.*Franc.Molin.*de rtm nup. lib.* 3. *q.* 99. *n.* 30. Caſtil.*controvers.lib.*1. *de uſufructu c.* 65. *n.* 7. Campan.*d.rubr.*11.*cap.*3.*n.*17. Nicol. Garc. *d.p.* 11. *cap.* 9. *num.*15. Gallet. *in margarita caſuum conſcientiæ verb. Religioſus pag.*226. *col.* 1. *verb. Novitius* 1. Ugolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.*20.§. 7. *n.* 1. Armendar. *d. l.* 7.*de Religion.num.*20.*&* 25.Villalob. *in ſum. tom.*2. *tract.* 35.*diffic.*10.*n.*4.Portel.*in dub. Regular. verb. Novitius n.*41.Tamb.*d.tom.*3.*diſp.* 6. *q.* 10. *n.* 10. Roland. Cavagnol.*Mediolan.dec.* 17.*n.* 21. *t.* 1. Molfeſ. *ad conſuet.Neapol.p.*4.*tit. de renunciat. p.*16. *n.* 15. *cum ſeqq.* Cuteli *de donat. tom.* 1. *tract.* 1. *diſcurſu* 2. *part.* 3. *n.* 153.*pag.*135.Barbat.*de diviſ. fructuum p.*2.*c.* 2.*n.* 85. *&* 86.D.Sperell. *decis.* 16. *n.* 18.*&* 32.noviſſimè D. Noguerol.*decis.*6.*num.* 24. *tom.* 1 Novarr. *in Lucerna Regul. verb. renunciatio bonor. n.* 9. *cum ſeqq.* Caſtr. Palao *in opere mor. tom.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 1. *puncto* 17. *à n.*54.Hector.Capic. Latro *decis.* 31. *n.* 7. ubi quod hæc opinio frequentiori Doctorum calculo eſt approbata, latè Rota *in Romana donationis* 1. *Februarii* 1640.*coram R.P.D. Rojas*, Laurent. de Peirinis *de privileg.Regul.tom.* 1. *conſtit.* 2. *Sixti IV. n.* 73. *pag.*30.Sanch.*d.lib.*7.*c.q. n.* 4. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus curiæ Archiepiſcop. Neapol. p.* 1. *decis.* 295.*ad fin.*Barthol.à S.Fauſto *d.lib.*5.*q.*183. Barthol. de Vecchis *d.diſp.*8.*n.*4. Alex. Pereg.*d. part.*2.*cap.* 1. *litt. G*, §. 2. ubi *n vers. quinò ita declaravit*, refert declarationem, ego ipſe *d. alleg.* 99. *n.* 17. & tenuit Rota *in Parmen. tranſactionis.* 20. *Decembris* 1627. *coram R.D. Duran. verſ. tandem non obſtat*, inter impreſſas *decis.* 121. ubi etiam fuit dictum in donatione facta ab eo, qui adhuc non eſt ingreſſus Religionem, ſed cogitat de ingreſſu, eſſe adhibendam ſolemnitatem legis, ſeu ſtatui ſæcularis, quia dum non ingreditur eſt ſæcularis, & ideò ſubjicitur legibus ſæcularibus, quod etiam declaravit Sacr. Congregat. Concil. *de anno* 1616. & latè Sperell. *d.decis.*16.*per tot.*

Quamvis contrarium, imò renunciationem, ſeu donationem factam ab exiſtente adhuc in ſæculo prætextu, & intuitu ingreſſus Religionis nullam & invalidam eſſe abſque ſolemnitate in illo decreto petita, tenent Nav. *cons.* 7. *&* 8. *de donat. in antiq.* aliàs *cons.* 81. *&* 82. *de regular. in novis.*Fuſc. *de Viſitat.lib.*2.*cap.*18.*n.* 37. Rojas *in epitome ſucceſſ. cap.* 7. *n.*30.*&* 31.Spin.*in ſpeculo teſtam.gloſſ.*12. *princ. n.* 5. Menoch.*cons.*388.*n.* 7. Emman. Sà *verb. Religio n.* 5. Gutierr. *in reper. cap. quamvis pactum, de pact. lib.* 6. §.*dum nuptui tradebatur. in fine.* Cancer. *var. lib.* 2. *cap.*8.*n.*81.Cevall.*d.q.*115.*in fine,&q.* 121.*n.*4. *&* 5. Molin.*de Juſt.tract.*2.*diſp.*139. *verſ. ambiget*, *& diſp.* 149. *verſ. quoad Eccleſiam*, *& diſp.* 604. *n.* 2. Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*13. *cap.* 9. *q.* 2. Ludovic. Miranda *d.tom.*1.*q.*23.*art.*2. Leſſi.*d.lib.*2. *cap.* 41.*n.* 39. *&* 40. Mari. Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſol. ult. caſu* 42. Rota in *Romana donationis de Mongelinis* 14. *Janu.* 1639. quam refert Tambur. *de jure Abbatiſſar. deciſ.*8.*n.*13. *cum ſeqq.* Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 1. *tract.*3.*docum.*1.*n.*3.

Mulier quæ diutiùs permanſit in Monaſterio in habitu novitiæ cum licentia permanendi, educationis cauſa, poteſt validè donare ipſi Monaſterio, non obſtante Decreto Conc. *ſeſſ.* 25. *c.* 16. *de regular.* quia non eſt Monialis. Ita S. Cong. Conc. *in Faventina* 31.*Julii* 1627. 236

Ad hoc autem, ut donatio, ſeu renunciatio novitii facta cum ſolemnitate Concilii *d. c.* 16. ſit firma, requiritur ut profeſſio fiat: unde illa non ſequuta, quia mortuus eſt novitius antequam eam faceret, vel ad ſæculum rediit, donatio, ſeu renunciatio erit irrita, & nulla. Ita Nav. *cons.* 1. *de ſtatu mon. in antiq. alias cons.* 9. *de ſucceſſ. ab inteſt. in novis.* Fr.Emman.*in ſum.p.*2.*cap.* 9. *n.* 6. *&d. tom.* 3. *q.*47. *art.*12. Paſſarell. *in privileg. Minor. c.* 37. Oviedo *in praxi Regular.p.*1.*tract.*6.*c.*3.*q.*6. *n.* 13. Sanchez *dict. cap.*5.*à num.* 48. Honded. *cons.* 73. *à num.* 16. *vol.* 2. Barthol.à S.Fauſto *d.lib.* 5.*q.*186.Alex. Peregr. *dict. cap.*7.*litt. G*, §. 14. Laurent. de Peirinis *d. Conſtit.* 2. *Sixti IV. n.* 76. Barthol. de Vecchis *d. Conſtit.* 2. *n.*3.*&dub.* 9. *n.* 6. Hieronym. Roderic. *in compendio quæſt.regul.reſol.*53.*n.*12.Machado *d.tom.*2. *lib.* 5. *p.*1. *tract.*3.*docum.*1.*n.*4. Caſtr.Palao *in opere morali*, *tom.* 3.*tract.*16. *diſp.*1. *puncto* 17. *n.* 34. *cum ſeqq.* Novarr. *in Lucerna Regular. verb. renunciatio bonorum*, *n.*24. Noguerol. *tom.*1. *alleg.* 6. *n.* 24. *in fine.* Advertit Novar. *ubi proxime n.* 17. *prope fin.* quod quamvis renunciatio revocetur ex egreſſu à Religione, tamen hoc ceſſat quando Regularis eſſet ejectus à Superiore ex legitima cauſa, quia tunc non habebit regreſſum ad bona renunciata, vel donata. 237

Nec ſufficit ut profeſſio fiat, niſi valida exiſtat, ut reſolvunt Barthol.à S. Fauſto *d.lib.* 5.*q.*187. Sanchez *d.lib.*7.*cap.*5.*n.*55. Oviedo *d.n.* 13. Laurent. de Peirinis *d.Conſt.*2.*Six. IV.n.*78. Pereg. *d. cap.* 1. *litt. G*, §. 17. Ratificata verò profeſſione, ſi illa nulliter emiſſa fuerit, cenſeri quoque renunciationem, ſeu donationem ratificatam, & validam, tenet Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol.p.*4. *deciſ.*146. Sanch.*d. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 56. ubi ait quòd ſi profeſſio eſſet nulla, non ratione ætatis, ſed quia facta eſſet anno non integrè tranſacto, vel ex metu, aut aliis de cauſis, in hoc caſu cum renunciatio ab initio valuerit, ejuſque firmitas pendeat à profeſſione validè emiſſa, quamvis profeſſio fuerit initio irrita, & ſic non confirmaverit renunciationem, cum tamen adhuc in ſuo priſtino valore perſeveret: confirmabitur, quoties illa profeſſio ratificata fuerit, alia profeſſione ſive expreſſa, ſive tacitè validè, refert Peregrin.*d.p.*2. *cap.* 1. *lit. G.* §. 17. Quamvis non ſine fundamento reprobet Hieronym. Roder. *in compendio quæſt.regular. reſol.* 53. *ſub n.* 11. 239

An renunciatio facta à novitio profiteri volenti in religione, ſi poſt emiſſam valide profeſſionem, efficiatur, Epiſcopus, ab eo revocari valeat? Quæſtio eſt dubia, in qua affirmativam partem tenuerunt in puncto Molfeſ. *poſt vol.* 1. *ad conſuet. Neapol. cons.* & poſt *vol.* 2. *cons.* 39. *per tot.* latè Laurent. de Franchis *de controvers. inter Epiſcop. & Regul. q.* 118.Carol. Maranta *tom.* 3. *reſpons.* 55. & ideo revocanda ob defectum tacitæ inhærentis clauſulæ, Vincent.de Anna, *alleg.*21.*n.*28.Surd.*cons.*135.*n.*29. *& deciſ.*163.*n.*13. Molfeſ.*d.cons.* 1.*num.* 20. *& dict. cons.*39.*n.*12. nam omnis renunciatio ſub illa tacita conditione facta ſubintelligitur, Decian. *conſ.* 52. *n.* 16. *vol.* 1. Alex. de Nevo *cons.* 51.*n.* 8. Glphan. *de renunc.ult.*§.*fin.* Aloyſ. Ricc. *in prax. aurea reſol.* 152. 240

Steph.

Steph. Grat. *Marchia dec. 42. n. 24.* Surd. *cons. 445. n. 25. lib. 3.* Ex eo quia donatio intelligitur rebus sic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, tum quia quælibet donatio, ſeu renunciatio revocatur ob cauſam non ſequutam. *lib. 2. C. de condict. ob cauſam.* Steph. Grat. *Marchia dec. 42. n. 24.* Surd. *cons. 445. n 35.* Molfeſ. *d. cons. 1. n. 26. & d. cons. 39. n. 15.* & maximè ubi fit per ingreſſum religionis, quia tunc arguitur cauſa finalis, ſecundum Graver. *cons. 252.* tum denique, quia renunciatio hujuſmodi facta videtur ſub conditione ſi renuntians perſeveraſſet in Monaſterio, hæc autem conditio ceſſavit religioſo exeunte à Monaſterio ad Epiſcopalem dignitatem, ergo renunciatio evanuit, *ad l. cedere diem. ff. de verbor. obligat. d. qui heredi, §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Denique, quia omnis renunciatio ob arctam, ſtrictamque ipſius naturam, extenſionem non admittit, *l. ſi actionem. C. de pact.* Sim. de Prætis *cons. 141. n. 6. vol. 1.* Turret. *cons. 77. n. 30* Joſeph. Lud. *Lucenſi dec. 5. n. 66.* Paul. Galerat. *de renunc. lib. 1. c. 10. n. 21. & cap. 12. n. 10.*

241 Contrarium verò, imò Religioſum factum Epiſcopum non revocare renunciationem per ſe ipſum factam tempore ingreſſus in religionem cum debitis ſolemnitatibus juxta formam Concilii Trid. *ſeſſ. 25. de regular. cap. 16.* conſuluit conſiliarius de Anna *cons. 45. per tot. tom. 1.* & noviſſimè tenent Laur. de Peitinis *de Prælato q. 3. c. 1. n. 211.* & latè D. meus Marius Curel. *in tr. de donat. contemplat. matrim. aliiſque de cauſis inter parentes, & filios factis tom. 1. tract. 1. diſcurſu 2. part. 3. ex n. 132.* Ex eo quia Regularis profeſſus ex aſſumptione ad Epiſcopatum non deſinit eſſe regularis, & religione ligatus quoad votum paupertatis, & alia ſubſtantialia regulæ, quæ ſint cõpatibilia cum dignitate & officio Epiſcopi, *c. de Monachis 16. q. 1. cum ad Monaſterium, in fine, de ſtatu Monach.* gl. *verb. mendicantium in c. quorundam, de elect. lib. 6.* quam ſequitur Nic. de Ubald. *in tract. de ſucceſſ. cleric. p. 1. n. 3.* cum aliis citatis ſuprà *lib. 1. cap. 9. n. 136.* ergo cùm profeſſio validè facta fuerit, & etiam poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, illa remaneat ſicut antea; & Epiſcopus adhuc Religioſus dicatur, & exiſtat, non poteſt dici cauſam ob quam donatio facta fuit, non eſſe ſequutam, vel Epiſcopum deſinere eſſe religioſum, quamvis è Monaſterio exeat.

242 Ego tamen ſub diſtinctione has contrarias opiniones componendas eſſe duxi: aut enim bona per hujuſmodi renunciationem jam tertio quæſita fuerunt, Religioſo nondum ad Epiſcopalem dignitatem aſſumpto; & tunc credo veriſſimam ſecundam opinionem ex fundamentis in ejus confirmationem adductis; aut quæſita adhuc non ſunt, utpotè, quia renunciavit juri ſuccedendi in legitima materna, & poſt emiſſam profeſſionem ad Epiſcopatum vivente eadem matre tranſlatus fuit, hoc enim caſu recuperat jus ſuccedendi in dicta materna legitima, cum medio tempore nulli fuerat virtute renunciationis hujuſmodi aliqua res acquiſita, quod in ſumma evincunt prioris ſententiæ fundamenta, me citato *in hoc loco,* Novar. *ubi ſuprà à num.* 18. & in his terminis articulo bis & iterum maturè diſcuſſo declararunt Eminentiſſimi Cardinales ſacri Concilii Trid. interpretes in hæc verba. *Die 11. Ianuarii 1631. propoſito in Sacra Congregatione Concilii Trid. dubio ad inſtantiam N. Regularis profeſſi, & ad Epiſcopatum promoti, Eminentiſſimi Patres cenſuerunt dictum oratorem recuperare jus ſuccedendi etiam in bonis ab eo renunciatis, dummodò non*
243 *ſint alteri acquiſita.* Ratio eſt, quia hujuſmodi Regularis ad Epiſcopatum promotus recuperare poteſt jus ſuccedendi quoad bona delata poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, in commodum tamen ſuæ Eccleſiæ reſpectu proprietatis: id enim bene ſe compatitur cum ſubſtantialibus religionis; & voto paupertatis emiſſo, ut ex text. *in cap. ſtatutum. 18. quæſt.* ubi gl. Archil. & Turret. declarant verba illa, *ſibi jure vendicandi*, id eſt, *ſuæ Eccleſiæ*; S. Thomas 2. 2. *quæſt. 185. art. 8. circa fin.* Navarr. *conſil. 15. numer. 4. de Regular. & de redit. Eccleſ. q. 1. monitu 9. n. 1.* Fr. Emm. *quæſt. Regular. tom. 2. q. 59. artic. 7.* Rota *in Uſſelen hæreditatis 24. Maii 1619. coram R. P. D. meo Pirovano*, in qua firmatur uſumfructum poſſe ſibi acquiri, ſequendo *decis. 401. n. 7. coram Gregorio XV.* Secus dicendum in bonis delatis ante adeptum Epiſcopatum, ſive fuerint per alium actualiter quæſita, ut tradunt Bart. *in tract. Minorit. lib. 1. diſtinct. 3. cap. 3.* Bald. *in l. ſi alienum. §. in extraneis, n. 2. verſ. ſecundo facit, ff. de heredib. inſtit.* Felin. *in cap. in præſentia n. 56. vers. & adde, de prob.* Feder. de Senis *conſil. 26.* Nicol. de Ubald. *de ſucceſſ. ab inteſt. p. 1. n. 4. vers. dummodo*, ſive adhuc in ſuſpenſo remanerent, prout conſuluit Federic. *dict. cons. 26.* Beroi. *in dict. cap. in præſentia numer. 550.* Nicol. de Ubald, *ubi ſup.* Declara tamen quod *ſuprà* diximus de ſecunda opinione, in quo eam veriſſimam judicamus, procedere ubi renunciatio, ſervatis ſervandis facta fuerit cum ſubſequuta profeſſionis emiſſione abſque alia proteſtatione, ſeu pacto facultati recuperandi bona renunciata, ſi à Religioſo transferri, ſeu egredi contigerit, tunc enim proteſtatio hujuſmodi facit ut bona ſic renunciata irrevocabiliter alteri non quærantur, Anchar. *in cap. ſtatuimus, ſub num. 7. verſic. ſi verò, de regul. & ibi.* Hoſt. *n. 4. vers. de his quæ*, Carol. Zabarell. *num. 6. vers. in hoc tamen.* Abb. *n. 3. vers. ſed quærit.* & in puncto in renunciante, qui poſtea emiſit legitimam profeſſionem, Feder. de Senis *d. conſil. 26. numer. 30. verſic. item pœna*, & in his terminis pacti loquitur Natt. *conſil. 180. numer. 4. & 5.*

Illud advertere oportet quòd renunciationes, donationes, vel ceſſiones jurium factæ per Monaſterium Monialium capitulariter congregatarum de hæreditate, quæ debebatur ingreſſuræ Monaſterium jam electæ per Capitulum, non exigunt ſolemnitates Juris communis requiſitas in alienationibus bonorum immobilium Eccleſiæ, nec formam Conciliarem, ſed juxta Juris communis, vel municipalis ſanctionem procedere debent præſertim verò eam formam non exigunt, cujus meminit S. Concil. *d. cap. 16.* quia illius contextus non loquitur in renunciatione facta à Monaſterio: ita Valaſc. *d. cap. 16. num. 28. verſic. tertius modus*, Coſta *in tract. de re integra diſt. 104. n. 1.* Caball. *conſil. 104. n. 5. lib. 1.* Læl. Caput. *ad conſuet. Neap. ſuper conſt. Si mariatur p. 3. §. 9. n. 8. cum ſeqq. pag. 326.* Barbat. *de divit. fruct. p. 2. c. 2. n. 85. & 86.*

Supereſt nunc ut aliquid de licentia Epiſcopi, ſeu 244
ejus Vicarii, quæ in hujuſmodi renunciatione, ſeu donatione intervenire debet, aliquid dicamus. & in primis adverto obtentam requiri, ſicut reſolvunt Sanch. *d. c. 4. à n. 76.* Oviedo *in praxi Regul. p. 1. tr. 8. c. 5. §. 7. n. 14.* Barth. à S. Fauſto *d. lib. 1. §. 201.* Peregr. *d. p. 2. cap. 1. lit. C. §. 52.* Ego ipſe *d. alleg. 99. n. 10.* non tamen in ſcriptis deſiderari obſervant Batth. de Vecchis *d. diſp. 8. dub. 9. num. 5.* Laurent. de Franchis *de conv. inter Epiſc. & Regul. quæſt. diver. q. 42. in pr.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. q. 200.* ubi *q. 199.* ſubdit hanc licentiam poſſe delegari, de quo etiam San-

chez *d.cap.5.num.75.*Peregrin. *d.p.2. cap.1.litt. C,* §. 29. Ego ipse *d.allegat.89.n.9.*Et debere in ipso actu renunciationis intervenire post Cened. *Canon. quæst.l.1.q.6.numero* 14. firmavit Rota *in Romana fideicommissi* 15. *Novembris* 1624. *coram bonæ memoriæ Remboldo*, ubi etiam fuit dictum quod hæc licentia ob hoc non præsumitur ex lapsu plurium annorum, unde refert decisum Fr. Barthol. de Vecchis *d.disputatione* 8.*dub.9.n.* 3. omissa hac licentia, & professione sequuta nullam esse renunciationem ipso jure.Laur.de Franch. *loco citato*, dum resolvit non sufficere licentiam subsequutam, atque satis esse tacitam habitam ex ratihabitione de præsenti. Renunciatio verò facta ad favorem Patrum Societatis Jesu per novitium inter Patres ejusdem Societatis, est valida, non obstante quòd fuerit facta cum licentia Episcopi, S. Cong. Concil. *in Neapolitana* 20. *Mart.* 1621.

245 246

247 Episcopus autem, qui hanc licentiam elargiri debet, sufficit si confirmatus sit, quamvis nondum consecratus, secundum Sanch. *d. cap. 5. num.* 65. Barthol.à S.Fausto *d.l.5.q.*194.Peregrin. *d.p.* 2. *cap.* 1.*litt.C.*§.25.Machado *d.l.* 4. *p.* 6. *tract.* 10. *docum.* 8. *num.* 2.Ego ipse *d. alleg.* 99.*n.* 4.

248 Archiepiscopus quoque si consecratus sit, licèt nondum Pallium receperit, poterit hujusmodi licentiam in sua Diœcesi impartiri, ut resolvunt Sanch.*d.cap.5.num.*66. Peregrin.*d.p* 2.*cap.*1. *litt. C,* §.26.Ego ipse *d.allegat.*99.*num.* 4. In Diœcesi verò Suffraganei non habet potestatem concedendi hanc licentiam, nisi Episcopo eam denegante devolveretur per appellationem causa ad ipsum, sicut benè notat Sanch. *d.cap.5.num.* 68. Capitulum Sede vacante eandem licentiam concedere trandunt idem Sanch. *d. cap.5.num.* 67. Barth. à S. Fausto *d. l. 5.quæst.* 195. Peregrin. *dict. part.* 2. *cap.* 1. *litt. C,* §. 26.

249 Abbates quoque, & alios Prælatos habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subjectos in suis diœcesibus posse hujusmodi licentiam concedere asserunt Sanch. *d. cap. n.* 68. Barthol.à S.Fausto *d. lib.5.q.*195.Bartol.de Vecchis *d.disp.9.dub.2.n.2.*Peregrin.*d. d.p.2.c.1.litt.C,*§.Ego ipse *1.d. alleg.*99. *n.*6.

250 Prælatos verò Regulares eam facultatem concedere non posse in Monasteriis exemptis, & sibi subjectis,quia Conc.Trid *d. cap.* 16. solùm Episcopi licentiam ad hanc renunciationem petit, resolvunt Ludovic. Miranda *d.tom.1.q.23.art.6. concl.2.* Fr.Emman.*quæst.regul.tom.2.q.47.art.*14. Bartol. de Vecchis *d. disputatione* 8. *dub.* 9. *n.* 2. Laur. de Franchis *in d.tract. quæst.*43.Peregrin *d. part.2.c.* 1. *lit C.*§.30.Sanch.*d.cap.5.num.*74. ubi *n.*75.cum Fr. Emman.*in sum.tom.2.c.* 7. *n.* 1. *in fine*, & Vega *tom. 2.sum.c.*50.*casu* 3. asserit in aliquibus Religionibus in desuetudinem abiisse hanc licentiam petere ab Episcopo, quod ille approbat si consuetudo fuerit legitimè præscripta, ut contra decretum Concilij *d.c.*16. vires obtineat.

251 Juxta ejusdem Concilij dispositionem *in d. c.*16. poterit Vicarius generalis Episcopi, seu Caputili Sede vacante hanc licentiam concedere, sicut ex eo colligunt Sbroz. *de Vicario Episcopi, l.* 2. *q.* 208. Barthol.à S.Fausto *d. l.*5. *q.* 197. Peregrin. *d. p.*2.*c.*1. *lit.G,*§.28.Sanch.*d.c.5.numero* 69.ubi *n.* 70. idem dicendum putat de Vicariis quorumcunque Prælatorum jurisdictione Episcopali in sua diœcesi gaudentium, refero ego ipse *d. alleg.* 99. *n.* 8. Vicario verò foraneo integrum non erit hanc licentiam concedere absque expressa commissione sibi facta, ut bene resolvunt Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 72. Barthol. à S.Fausto *d.lib.5.q.*198.Fr.Barth. de Vecchis *d.disputatione* 8.*dub.*9.*num.*2. Peregrin.*d.p.*2. *c.* 1.*litt.G,*§. 28. *vers. idem dicendum.* Nec est obliviscendum licentiam Ordinarij à Concilio requisitam concedendam esse cum aliquali causæ cognitione, & voluntatis professentis scrutatione, qualitatisque ipsius, & sic per modum decreti authoritativi : ita Molfes.*ad constitut. Neapol.tit. de renunciat.q.*16.*n.*17.*& seqq.*Sperell. *d. decis.*16.*n.* 55. ubi attestatur sic totius fermè Italiæ usum obtinere, & consuetudinem interpretativam declarasse.

Exigit præterea Concil.Trid. ut intra duos menses proximos ante professionem renunciatio fiat, quia (ut notat Menoch.*cons.*388.*num.*6. *volum.* 4. quem refert Laurent.de Franchis *de controvers. inter Episcopos & Regulares in quæst.diver. quæst.* 44. *in fine*) eo tempore jam sunt novitio pene probatæ Religionis austeritates, & deliberatio emittendæ professionis jam manifesta satis apparet cursu decem mensium, non ita ut integro bimestri ante professionem fieri debeat, sed ut satis sit toto eo bimestri ante professionem fieri, quamvis immediatè ante illam, ut advertunt Sanch. *dict. cap.* 5. *num.*80. Barthol. à S. Fausto *d. l.b.5.quæst.* 192. Peregrin. *d. p.* 2.*cap.* 1. *litt. G,* §. 20. Sperell. *in decis. fori eccles.decis.*16. *numero* 54. reprobans Nov. *quæst. forens. part.* 1. *quæst.*78. existimantem renuntiationes, quæ fiunt ante duos menses professioni proximos validas esse absque dictis solemnitatibus. Unde renunciationem factam per diem ante dictos duos menses non valere, quia contra formam Concilij, censuit S. Congregat. Concil. *sub die* 21. *Januarij* 1627. 252

Hoc autem bimestre computandum est de momento ad momentum, & secundùm quod occurrit mensis in Kalendario, sicut docent Sanchez *d. cap.5.num.*81.Barthol.à S.Fausto *d.l.* 5. *q.* 19. Barthol.de Vecchis *d.disputatione* 8.*dub.*9.*num.* 5. Peregrin. *d.cap.*1.*litt.G,*§.29.*vers.probatur quia.*Laurent. de Peirinis *de Prælato q.*3. *cap.* 1. *num.* 214. Sperell. *d.decis.*16.*num.*54.*in fine.*Laur.de Franchis *d. q.* 44. *in princ.* 253

Contra Læl.Zech.*de Republ.eccles. tit. de Regul.c.* 3.*num.*14.& Zerol.*in praxi Episcopal.p.*1. *verb. Monachus, in fine*, existimantes id bimestre non debere esse mathematicum, sed morale, ac proindè eam renunciationem non esse irritam, si paulò ante id bimestre fiat. 254

Nihil refert si facta semel renunciatione bimestri illo ante professionem legitimè faciendam, ut quia translacto bimestri est completa ætas, & annus novitiatûs, differatur professio, ex quacunque causa dilatio contingat, ut resolvunt Sanch. *d. c.* 5. *n.*88.Laur.de Perinis *d.q.*3.*c.*1.*n.*214.Laur. de Franchis *d. q.*44. *in med.* & decisum asserit Armend. *d. lib.*7.*de regul.n.*18.ubi *n.*27.subdit Conc.Trid. verba *in d. c.*16. ibi *intra duos menses.* verificari etiamsi ultra plures menses anni probationis professio fiat, & *n.* 22. refert pariter resolutum tenere renunciationem, quam aliquis fecerit ante professionem per duos menses, licèt ante completum decimum sextum annum. Ex quacunque enim causa contigerit professionem ultra annum protrahi suo valore non deficere renunciationem post decimum novitiatûs mensem facta refert decisum Barthol.de Vecchis *d. disp.* 8.*dub.* 9.*n.* 5. *in fine.* Quid autem stante dispensatione Apostol.ut novitius nono mense professus sit;vel minor sexdecim annis,Vide Sanch.*d.c.n.* 83.Peregr.*d.p.*2.*c.*1.*litt.G,* §. 21.

Illud

Illud demùm advertere oportet, decretum Concilij Trident. *ss d. cap.* 16. vendicare sibi locum etiam in iis, qui excedunt annum decimum-sextum, & illa verba dicti decreti, *antea facta*, non referri ad ætatem renunciantis, sed ad duos menses proximos ante professionem, ut docent Cutier. *canon. l. 2. cap. 1. num.* 34. Cened. *ad Decretum, collect. 30. num.* 5. Fr. Emm. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 4. art. 13.* optimè Franc. Molin. *de ritu nupt. l. 3. quæst. 99. n. 43.* Valasc. *ne partit. c. 16. n. 27.* Camp. *dict. cap. 3. n. 18.* Sanch. *d. cap. 5. num. 7.* Armendar. *eod. l. 7. de Religionib. num. 36.* Bart. de Vecchis *dict. diff. 8. num. 1.* Peregr. *dict. part. 2. cap. 3. litt. G, §. 3.* Ego ipse *d. alleg. 99. n. 18.* latè Molfes. *ad constit. Neapol. tit. de renunciat. q. 16. num. 31. cum seq.* Spetel. *in decis. fori Eccles. decis. 16. num. 48.*

Contra Menoch. *de arbit. casu 436. num. 8.* & Thesaur. *quæstion. forens. lib. 2. quæstion. 56. numero 7.* existimantes renunciationem à novitio excedente dictam ætatem sexdecim annorum absque solemnitate dicti Decreti factam, esse invalidam.

Caput XLIII.

De Statu, & vita Regularium.

SUMMARIUM.

1 *Gradus tres hominum in religionibus distincti reperiuntur, vel enim sunt religiosi, seu Monachi, vel conversi, vel oblati.*

2 *Religiosi seu Monachi illi sunt, qui in religione aliqua approbata emittunt tria illa vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ.*

3 *Monachi, & Conversi in quo conveniant, & differant, ostenditur.*

4 *Oblati qui dicantur?*

5 *Oblati, & Conversi in quo differant?*

6 *Eremitæ an & quando dicantur religiosi.*

7 *Mulierum tertij Ordinis in privatis domibus degentium status, & ad habitum admissio.*

8 *Legatum relictum, si monachabitur, verificatur in Tertiarijs Ordinis S. Francisci, & similibus, qui vitam cælibem duxerint.*

9 *Monachorum appellatione qui propriè veniant, ostenditur.*

10 *Monachi omnes, etiam Abbates, olim laici erant, & ideò Clericis inferiores habebantur.*

11 *Monachi olim obedientiam præstabant Ostiario & aliis in majoribus sacris Ordinibus constitutis.*

12 *Monachi fuerunt in laicali statu usque ad tempora Eusebij, Zozimi, & Syricij.*

13 *Monachorum appellatione indefinitè veniunt omnes religiosi cujuscunque generis.*

14 *Monachorum appellatione veniunt Moniales quoad ea, qua sunt proportionabilia.*

15 *Regulares qui sunt Mendicantes, Fratres simpliciter appellantur.*

17 *Religiosi sunt alij, qui nec Monachi, nec Fratres vocantur, sed Canonici, aut Clerici regulares dicuntur.*

17 *Religiosus, aut Regularis, nomen est generale, omnes omnino comprehendens, qui sub regula aliqua communiter perpetuò vivunt.*

18 *Religiosi quidam Mendicantes appellantur, alij non Mendicantes sunt, sed nonnulli de Mendicantium privilegijs gaudent.*

19 *Equites Militarium Ordinum, Religiosorum appellatione propriè & strictè non veniunt nisi in favorabilibus, ubi adderetur aliquod verbum universale.*

20 *Milites S. Jacobi de Spatha non sunt verè religiosi, ac proinde eorum filij nati ex soluta, cum qua de licentia magni Magistri poterant contrahere matrimonium, non sunt spurij dicendi, sed filij naturales.*

21 *Commendatarij Abbates non veniunt appellatione Religiosorum.*

22 *Religiosi non sunt, nec largo, nec stricto modo, qui utuntur matrimonio.*

23 *Equites Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, ex proprietate sermonis veniunt appellatione Religiosorum in quacunque materia, etiam pœnali, vel odiosa, si aliàs ex mente disponentis contrarium non appareat.*

24 *Equites S. Joannis Hierosolymitani verè, absolutè, & propriè religiosi sunt, & aliorum more tria vota solennia emittunt sub regula ab Ecclesia approbata.*

25 *Regulares omnes tenentur ad ea omnia vitanda, vel sectanda, quæ circa vitam & honestatem Clericorum disposita sunt.*

26 *Religiosis omnibus mandatur, ut habitum sub Ordini requisitum, & convenientem continuò portent.*

27 *Aucupationes, & venationes omnibus religiosis interdicuntur, & canes, aut aves venaticas alere, vel tenere prohibentur.*

28 *Religiosis prohibetur joca sæcularia diligere, aleas amare, gulam & ebrietatem sectari, & velle in deliciis vivere.*

29 *Silentium ut Religiosi servent continuum in dormitorio, refectorio, & certis horis in claustro, præcipitur.*

30 *Arma intra septa Monasterij absque suorum Superiorum licentia tenere prohibentur regulares.*

31 *Mulieres intra septa Monasterij introducere prohibentur Regulares.*

32 *Religiosi, qui faciunt, aut permittunt fœminas ingredi sua Monasteria prætextu facultatum &c. quas pœnas incurrant, ostenditur.*

33 *Monasterij Monachorum nomine, in quod fœmina intrare non possunt, quid veniat, ostenditur.*

34 *Sacristia Monasteriorum, an comprehendatur sub Monasterij nomine, ostenditur.*

35 *Infirmaria non comprehenduntur nomine Monasterij.*

36 *Mulierem aliquam Medicam an liceat introducere in dormitorium pro curatione alicujus religiosi infirmi ostenditur.*

37 *Prælatus regularis præcipiens ut fiat professio extraordinaria, ut illius occasione possent mulieres claustra intrare, an incidat in pœnas, ostenditur.*

38 *Imperatrices, Reginæ, ac ipsarum filiæ, & ancillæ, quas secum deferunt, libere virorum Monasteria ingredi possunt, etiamsi nullum habeant privilegium.*

39 *Regulares absque suorum Superiorum licentia non*

possunt

Biblioteca de Ciències Socials

possunt se subjicere obsequio alicujus Prælati, vel Principis, aut communicatis.

40 *Regulares non possunt à suis Conventibus recedere, etiam prætextu ad Superiores accedendi, nisi id faciant à Superiore iniquo supra modum vexati.*

41 *Advocati, vel Procuratoris munus exercere non possunt Regulares, nisi Superioris licentia, & utilitate Monasterij concurrentibus.*

43 *Fratres Franciscani non possunt de licentia suorum Superiorum advocati, vel provocatoris munus obire.*

44 *Utilitas Monasterij, propter quam possunt regulares advocati vel procuratoris munus exercere, sufficit indirecta Monasterij indigentis, ad magnam pauperiem sublevandam, & æs alienum solvendum.*

44 *Superior Religionis potest advocati, aut procuratoris munus obire.*

45 *Regularis in negotiis Abbatis, Monasterij, vel cujuscumque religiosi ejusdem religionis, aut etiam Episcopi, potest advocati, aut procuratoris munus obire.*

46 *Religiosus unus potest pro aliis constitui procurator in prosequutione cujusvis negotij, ubi plures Monachi admittuntur, & conveniunt in idem.*

47 *Tabellionis officium exercere non possunt Religiosi.*

48 *Instrumenta post professionem complere & signare licitè potest religiosus, qua in sæculo confecerat, vel in suo protocollo breviter, & succinctè conscripserat.*

49 *Arbitri esse non possunt Religiosi, nisi concurrant licentia Superioris, & utilitas Monasterij.*

50 *Religiosus factus Episcopus, & simplices Monachi habentes aliquam administrationem, aut Prioratum, possunt esse arbitri.*

51 *Testes in judicio esse non possunt Religiosi absque Superioris licentia, si vero de facto testificentur, testimonia valebunt.*

52 *Religiosus ut sit testis instrumentarius, nulla exigitur Superioris licentia.*

53 *Religiosus ut in aliquo testamento testis scribatur opus est licentiâ Superioris, etiam quando monasterium hæres instituitur.*

54 *Artem Chirurgiæ cum incisione, vel adustione exercere non possunt Religiosi.*

55 *Chirurgiæ Artem si Religiosus exerceat cum incisione vel adustione causâ pietatis, & ægrotus ex hoc decedat, licet illi non imputetur ad peccatum, imputatur tamen ad irregularitatem.*

56 *Artem Medicam exercere Religiosis interdicitur, nisi causâ pietatis, & dummodo nullum mortis subsequenda periculum immineat.*

57 *Tutores testamentarij, aut dativi esse non possunt Religiosi, etiam de licentia suorum superiorum, & etiam personarum miserabilium.*

58 *Fidejubere non possunt Religiosi, nisi de licentia Prælati, & majoris partis Capituli.*

59 *Fidejussio irrita est, si fiat à Religioso absque licentia Prælati, & majoris partis Capituli.*

60 *Religiosus licèt de Superioris licentia existens in studio possit contractus inire, nequit tamen validè fidejubere.*

61 *Doctoratûs gradum in Jure Civili, vel Medicina Religiosi accipere nequeunt. In Theologia verò, & Jure Canonico possunt ex Superioris licentia, ut* num. 62.

63 *Doctoratûs gradus an possint accipere Franciscani & Jesuitæ, ostenditur.*

64 *Religiosus missus à Superiore ad litteras addiscendas, censetur quoque licentiam habere ut ad Doctoratûs gradum necessariis monasterij expensis promoveatur.*

65 *Exequutores testamenti, sive ad causas profanas, sive ad pias, esse non possunt Religiosi absque Superioris licentia.*

66 *Licentiam acceptandi officium exequutoris testamenti potest quilibet superior, etiam immediatus conventus concedere.*

67 *Licentiam Superioris ad acceptandum officium exequutoris monasterij non sufficit obtinere post illud susceptum, sed ad aliud quoque acceptandum prærequiritur.*

68 *Licentia Superioris non requiritur quando religiosus exequutor esset testamenti quoad sola legata pia, & etiam quando exequutio illa cedit in Monasterij utilitatem.*

69 *Exequutoris testamentarij munus obire possunt absque superioris licentia Religiosi, qui extra claustra sunt, ut beneficiis perpetuis præsint.*

70 *Exequutores ultimarum voluntatum esse non possunt Fratres Minores, etiam obtentâ suorum Superiorum licentiâ.*

71 *Fratres Minores possunt pauperum electionem facere, si testator id munus eis testamento relinquat.*

72 *Bona quæcunque tanquam propria, vel Conventus nomine possidere, aut tenere prohibentur Religiosi.*

73 *Peculium ad nutum Superiorum revocabile licitum est Religionum Prælatis concedere Religiosis ad solos usus honestos, & pios, idque ex causa legitima: nec hoc est correctum per Concil. sess. 15. de Regular. capit. 2. ut* num. 74.

75 *Peculium ad nutum Superioris revocabile Religioso concessum, debet esse moderatum, & non superfluum.*

76 *Religiosus, qui de licentia Superioris multa superflua respectu sui status possidet, an sit proprietarius,* remissivè

77 *Propria tenere non possunt Regulares utriusque sexus, sed omnia dare debent suis Superioribus.*

78 *Superior nullus potest concedere Monacho facultatem retinendi aliquod ad usum revocabilem.*

79 *Moniales, & cæteri Regulares res etiam parvi momenti sibi donatas, aut aliàs acquisitas, uti proprias retinere non possunt, sed Superiori illas tradere debent.*

80 *Redditus vitalitios an & quando de licentia Superioris libitum sit Monialibus habere, ostenditur.*

81 *Monasteriis omnibus, etiam Mendicantium (exceptis conventibus Cappuccinorum, & Minorum de Observantia) permittitur ut eis bona immobilia in communi possidere liceat.*

82 *Fratres Minores de Observantia, & Cappucini sunt incapaces hæreditariæ successionis, quamvis adjiciatur clausula, ut hæreditas vendatur, & in necessaria illis pretium cedat.*

83 *Fratrum Minorum Ecclesia non potest validè hæres instituì.*

84 *Moniales S. Clara, & omnes alia cujuscunque*

Ordinis

Ordinis, non comprehenduntur in exceptione quam fecit Conc. Trid. sess. 25. de Regul. c. 3. non obstante regulâ in contrarium.

85 *Congregatio totius Societatis Jesu cessit cuicunque juri provenienti ex concessione Concil. Trident. sess. 25. de Regul. c. 3. ad habenda bona immobilia in communi, in domibus professorum, vel eorum Ecclesiis.*

86 *Renunciatio totius Societatis Jesu concessionis habendi bona immobilia in communi in domibus professorum, vel eorum Ecclesiis, intelligitur ad hoc ut possit habere, & perpetuo possidere stabilia, non autem ut capiat ad vendendum.*

87 *Societas Jesu, & Domus professorum, sunt capaces acquisitionis stabilium ad effectum illa vendendi, & eorum pretio propriis necessitatibus providendi.*

88 *Religiosus paupertatis votum professus, si peculium, seu aliquid proprium habere deprehendatur à Monasterio expellendus erat olim, sed hodie deputandus in Monasterij ergastulo, ubi pœnitentiam agat: & quid attento Concil. Trid.*

89 *Religiosus proprium habens, si tempore mortis inventus sit, in sterquilino, cum illo proprio, sive tota pecunia est sepeliendus.*

90 *Sepulturam sibi eligere prohibentur religiosi, nisi quando moriuntur ita remotè à Monasterio, ut ad illud commodè portari nequeant.*

91 *Religiosi professi exeuntes Monasteriis ad audiendas Leges, seu Physicam, quas pœnas incurrant, ostenditur, & declaratur multis modis numeri seqq.*

94 *Vota quæ sunt professi, omninò servare tenentur Religiosi.*

95 *Religiosum Præpositis, & Capitulis præcipitur, ut fugitivos suos & ejectos de ordine suo requirant solicitè annuatim, & redire ad religionem compellant, eosque recipiant.*

96 *Professi habitum temerariè dimittentes, excommunicationis sententiam ipso jure incurrunt.*

97 *Habitus dimissio temeraria dicitur, quando absque causa fit, secus si ex justa causa.*

98 *Habitus quando ex aliqua apparenti causa dimittitur postea assumendus, etsi illa causa non omninò honesta sit, nec excusans, excommunicatio non incurritur.*

99 *Habitum occultans sine causa eo modo ut à circunstantibus cognosci nequeat cujus ordinis religiosus ille sit, incidit in excommunicationem contra dimittentes habitum latam.*

100 *Habitum gerens sub pannis coopertum, an sit apostata, excommunicationemque incurrat, ostenditur.*

101 *Habitum coopertum quando religiosus ex causa necessaria defert, & ab apostasia, & ab excommunicatione excusatur.*

102 *Habitum coopertum deferens Religiosus habitu alterius religionis, an in pœnas incidat, remissivè.*

103 *Episcopus regularis omittens habitum, & assumens illam albam, & candidam vestem, qua ab Episcopis exterius defertur, non incurrit excommunicationem latam contra Monachos omittentes habitum.*

104 *Concil. Trid.* sess. 25. de Regular. capit. 10. *refertur.*

105 *Religiosi prohibentur sub pœna excommunicationis accedere ad quævis studia litterarum, nisi à suo Prælato cum Consilio sui conventus, vel majoris partis ejusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa.*

106 *Monachi & Canonici regulares quando prohibeantur ad Curias Principum accedere, ostenditur.*

107 *Decimas Ecclesiis debitas prohibentur Religiosi sub pœna excommunicationis usurpare.*

108 *Religiosi sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda prohibentur audientes à decimarum Ecclesiis debitorum solutione retrahere in sermonibus suis.*

109 *Religiosi Prælatis suis obedire tenentur.*

110 *Appellare Religiosis non permittitur, nisi à correctione, quam facit Prælatus regularis, excedendo modum, & transgrediendo regulæ limites.*

111 *Concil. Trident.* sess. 26. de Regular. cap. 4. *non interdicit appellationem ad Superiores sed recessum à Monasterio prætextu adeundi Superiorem.*

112 *Religiosi regulas, & statuta suorum Ordinum servare tenentur.*

113 *Religiosi non solum suis Regularibus Prælatis, sed etiam Episcopis Ordinariis in aliquibus subsunt.*

114 *Concil. Trid.* sess. 6. de reform. c. 3. & sess. 25. etiam de reform. c. 8. *refertur.*

115 *Concil. Trid.* sess. 25. de Regul. c. 14. *declaratur.*

116 *Episcopus non potest per censuras procedere, ac punire Regularem notorie, & cum scandalo, extra claustrum delinquentem, si a suo Superiore intra tempus ab ipso Episcopo præfixum non puniatur.*

117 *Regulares superiores, qui ad præscriptum Conc. Trid.* sess. 25. de Regul. c. 14 *tenentur facere certiores Episcopos de punitione regularium extra claustra delinquentium, non satisfaciunt faciendo verbo hujusmodi certiorationem, sed in scriptis facere debent.*

118 *Superiores non punientes suos subditos juxta formam decreti Conc.* sess. 25. de Regul. c. 14. *incurrunt pœnam privationis ipso facto dignitatum, & officiorum, ac inhabilitatis, &c.*

119 *Monasteria Regularium, & Regulares ipsi à jurisdictione Episcopi exempti fuerunt, & suis tantum superioribus Ordinis subditi remanserunt, sed in multis adhuc Episcopo subjiciuntur.*

120 *Religiosi omnes, quamvis exempti Ecclesias, & decimas à laicis recipere prohibentur absque Episcopi Diœcesani consensu.*

121 *Excommunicatos, & nominatim interdictos ad divina Officia admittere prohibentur Regulares.*

122 *Regulares in Ecclesiis non pertinentibus ad eos pleno jure non possunt instituere, nec destituere, inconsultis Episcopis.*

123 *Regulares in suis Ecclesiis non possunt in sanctissimi Corporis Christi festivitate processionem facere, aut festivitatem celebrare, quia hoc ad Cathedram duntaxat pertinet.*

124 *Fratres Prædicatores in Dominica infra octavam Corporis Christi possunt publicas processiones facere, & in eis sanctissimum Sacramentum deferre per alienas Parochias.*

125 *Confratres, seu Oblati ipsorum Religiosorum, qui non se omninò transtulerunt, sed in proprietatibus suis omninò duxerint manendum, non intelliguntur exempti.*

126 *Religiosi*

126 *Religiosi privilegium à Sede Apost. habentes, ut Ecclesias eidem Sedi subjectas possint in propios usus convertere, earum tamen possessionem sine diœcesani Episcopi auctoritate non possunt accipere.*

127 *Religiosi exempti, licet à quoquam excommunicari, vel suspendi non possint, ab Ordinariis nihilominus hujusmodi poterunt sententiis innodari, si ad Prioratus ipsis Ordinariis subjectos mittantur quamdiu commorantur.*

128 *Religiosi, quamvis exempti, Sacramenta administrare, & matrimonia celebrare sine Presbyteri Parochialis licentia nequeunt.*

129 *Oleum sanctum in suis Ecclesiis tenere possunt Regulares pro ipsorum usu duntaxat.*

130 *Regulares prohibentur in suis prædicationibus Ecclesiarum Prælatis detrahere, aut laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu retrahere,*

131 *Indulgentias indiscretas pronunciare prohibentur Regulares.*

132 *Regulares cùm testamentis condendis intersunt, à quibus testatores retrahere non debent, ostenditur.*

133 *Absolvendi pœnitentes à casibus Episcopo reservatis non habent regulares facultatem, etiam per privilegium, quod Mare magnum vocatur.*

134 *Regulares persona curam animarum exercentes in Monasteriis exemptis, quibus immineat cura animarum, in iis quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi immediatè subsunt, in cujus diœcesi sita sunt.*

135 *Regulares exempti, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, nequaquam subjiciuntur, per constit. Greg. XV. de exemptorum privilegiis, Episcoporum jurisdictioni in iis, quæ Sacramentorum administrationem concernunt.*

136 *Episcopis non licet in vim constitutionis Gregorij XV. de exemptorum privilegiis, visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium.*

137 *Ecclesiæ Militum S. Joannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subjecta, & ab eodem visitari possunt.*

138 *Regulares exempti, in dependentibus à cura animarum subsunt Episcopi correctioni, & visitationi.*

139 *Episcopis licet, si dum ipsi in casibus sibi licitis ingredi volunt Monasteria regularia exempta, regulares rennant eos intromittere ostia claudendo, illa frangere, vimque inferre.*

140 *Visitationem impedientes potest Episcopus excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifestæ violentiæ.*

141 *Religiosus delinquens extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus puniri debet.*

142 *Nullus etiam ad nutum amovibilis potest deputari circa curam animarum, & Sacramentorum administrationem, nisi de Episcoporum Ordinariorum consensu, & prævio per eum examine.*

143 *Examinare potest Episcopus quoscunque Canonicos, & dignitates, & alias clericos exemptos & non exemptos, ad curam animarum exercendam constitutos.*

144 *Curam animarum exercentes sive seculares, sive Regulares sint, debent poni ad arbitrium superiorum ipsorum regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, nisi quod examinari & approbari prius ab eo debent antequam ponantur.*

145 *Regulares ipsi curam animarum secularium personarum exercentes, in emolumentis legitimè percipiendis prohiberi possunt per Episcopum, ne excedant taxam ab eo præscriptam.*

146 *Clausura an servetur in Monasteriis Monialium etiam Regularibus subditarum, potest & debet Episcopus videre, & non potest ab ipsis Regularibus impediri.*

147 *Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad observantiam clausuræ, quoties videbitur expedire.*

148 *Ordinarij in visitatione clausuræ Monialium regularibus subjectarum possunt eas interrogare & examinare super his, quæ ad clausuram pertinent.*

149 *Censuræ, & interdicta etiam ab ipsis Episcopis emanata, ipsis mandantibus sunt à Regularibus etiam exemptis in eorum Ecclesiis publicanda, atque servanda.*

150 *Dies festos, quos in sua diœcesi Episcopus servandos præceperit, exempti omnes, etiam regulares servare tenentur.*

151 *Ritus Regularium quoad Missas celebrandas, & cætera divina officia ab ipsis regularibus in eorum Ecclesiis persolvenda, non possunt per Episcopum immutari.*

152 *Regulares in Concionibus, & lectionibus, quas ad populum habuerint, debent se conformare Evangeliis & Epistolis, quibus Clerus secularis utitur illis diebus.*

153 *Dies festos, & jejunia in suis Ecclesiis annuntiare non prohibentur Regulares.*

154 *Exempti quicunque offendentes officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium, possunt ab eodem Episcopo coerceri, & puniri.*

155 *Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publicè denuntiari excommunicati, ut ab ipsis evitentur.*

156 *Exempti omnes ad publicas processiones vocati accedere compelluntur.*

157 *Laici non possunt cogi ab Episcopo, ut accedant ad processiones ordinatè.*

158 *Regulares quantumvis exempti tenentur accedere ad omnes, & quascunque processiones publicas, & consuetas, aut indictas pro bono publico, aut honore.*

159 *Processiones publicæ, ad quas exempti ab Episcopis vocati accedere tenentur, sunt intelligendæ quæ indictæ fuerint pro bono publico, vel publico honore.*

160 *Fratres B. Joannis Dei tenentur accedere ad publicas processiones.*

161 *Processiones publicas indicere & ordinare, ac ad illas per publicum edictum populum convocare potest Episcopus privativè quoad alios, non obstante immemorabili consuetudine, cum consilio tamen Capituli.*

162 *Processiones publicas absente Episcopo edicere spectat ad Vicarium generalem cum consilio Capituli.*

163 *Regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo*

Episcopo indictas, puniri possunt per censuras, pœnas arbitrarias.

164 *Episcopus potest compellere etiam sub censuris omnes Religiosos Mendicantes, & Monachos, ut accedant ad publicas, & generales processiones.*

165 *Regulares ad publicas processiones tenentur accedere in numero decenti, debito, & consueto.*

166 *Sacerdotes Religionis Hierosolymitanæ Ecclesiis inservientes, vocari debent ad processiones publicas, & si non accedant, compelli possunt.*

167 *Regulares degentes in Monasteriis, quæ per dimidium milliare distant à civitate, non tenentur, nec ab Episcopo compellendi sunt accedere ad processiones.*

168 *Conventus, in quibus Fratres sub arctiori clausura degunt, non sunt compellendi accedere ad publicas processiones, & qui tales dicantur, ostenditur.*

Ad publicas processiones accedere non coguntur, qui sequuntur.

169 *Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis.*

170 *Religiosi, & personæ Societatis Jesu.*

171 *Clerici Regulares Congregat. S. Pauli.*

172 *Clerici Regulares pauperum Matris Dei.*

173 *Fratres sancti Hieronymi in Regnis Hispaniarum.*

174 *Canonici Regulares Lateranenses.*

175 *Cassinenses Monachi ultra solitum.*

176 *Regulares habentes privilegium non accedendi ad processiones publicas, non tenentur ad eas convenire, etiamsi semel, vel sæpius convenissent.*

177 *Controversias omnes de præcedentia inter regulares, etiam exemptos, circa processiones, & alias similes causas exortas, Episcopus appellatione remotâ componere potest.*

178 *Præcedentiarum in materia jus defert consuetudini etiam juri repugnanti.*

179 *Processio in materia præcedentiarum, etiamsi sit contra jus, est manutenibilis, quando est alicujus temporis considerabilis.*

180 *Appellationem devolutivam non tollit Concil. Trid.* sess. 25. de Regul. c. 13.

181 *Præcedentiam Ordinum Mendicantium, & Confraternitatum inter se decrevit Gregor. XIII.*

182 *Constitutio Gregorii XIII. de præcedentiis servanda est inter Confraternitates laicorum, ac etiam inter Regulares, ac denique inter Monachos, ut* n. 183.

184 *Jesuati præcedunt Minoribus Observantiæ.*

185 *Silvestrini, si à quæstuando desistant, præcedunt Regularibus Ordinum Mendicantium.*

186 *Cœlestini præcedunt Olivetanis.*

187 *Carmelitani in omni loco debent præcedere Fratribus de Mercede.*

188 *Capuccini debent tribuere præcedentiam in processionibus iis regularibus, qui sub propria cruce, & in proprio loco incedebant, antequam ipsi propriam crucem deferrent.*

189 *Fratres Mendicantes semper & ubique debent tribuere præcedentiam Monachis.*

190 *Fratres S. Francisci de Observantia non præcedunt fratribus tertii Ordinis, si isti in loco controversia prius Monasterium, & locum obtinuerunt.*

191 *Clerus sæcularis in omni loco debet habere præcedentiam supra regulares.*

192 *Monasteria plura ejusdem Ordinis quando sunt in una civitate vel loco diversis temporibus fundata, quæ ex illis præcedere debeant, ostenditur.*

193 *Præcedentia antiquitatis servanda est inter Milites magnæ Crucis ejusdem Ordinis, non autem inter Milites diversi Ordinis.*

194 *Procurator generalis Fratrum Minorum de Observantia præcedit in Capella Pontificia procuratori generali Fratrum Conventualium Ordinis S. Francisci.*

195 *Præcedentia est penes Observantes, & non Conventuales.*

196 *Minister Generalis de Observantia uti potest titulo, & sigillo, cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis fratrum Minorum.*

197 *Religiosi omnes cogere prohibentur quemquam, vel ad promittendum inducere, ut apud eos eligat sepulturam.*

198 *Decimas Ecclesiis debitas usurpare prohibentur Religiosi.*

199 *Fideles à decimarum solutione retrahere, aut eos ad id non monere in prædicationibus suis, & confessionibus audiendis, prohibentur Religiosi.*

200 *Celebrare in civitatibus, vel castris, aut villis interdictis prohibentur Religiosi, nisi quatenus eis à jure, vel ab Episcopis est permissum.*

201 *Prædicare sine licentia Episcopi prohibentur Religiosi in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, & si contrarium fecerint, poterunt ab Episcopis puniri.*

202 *Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus examinari debent, & licentiam obtinere, & cum ea se personaliter præsentare coram Episcopo, ab eoque petere benedictionem, tametsi eam minimè obtinuerint.*

203 *Confessiones audire Sacerdotum etiam sæcularium, prohibentur Regulares sine probatione Episcopi illius diœcesis, in qua habitant.*

204 *Confessiones audire Regularium possunt ipsi Regulares proprij superioris regularis approbationem tantum obtinentes.*

205 *Approbationem Superioris regularis sufficit concedi Regularibus ad audiendas confessiones sæcularium qui sunt verè de familia, & communes commensales Monasteriorum.*

206 *Confessarios regulares alias ab Episcopis liberè approbatos, ipsis minimè licet ab audiendis confessionibus suspendere, nisi ex nova causa eáque ad confessiones pertinente, aut ob non servatum interdictum.*

207 *Ordinarij locorum non possunt adimere audiendi Confessiones facultatem omnibus simul unius Conventus regularibus confessariis, sacrâ Cong. Episc. & Regul. inconsultâ.*

208 *Episcopus concedens facultatem Regularibus audiendarum confessionum ad beneplacitum, illam poterit ad libitum revocare.*

209 *Episcopus poterit Regulares utrinque à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis, si illi cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi judicio videantur à confessionibus suspendendi.*

210 *Regulares à prædecessoribus Episcopis examinati & approbati ad Confessiones personarum sæcularium*

larium audiendas, à præsente Episcopo successore pro majore conscientiæ suæ quiete possunt iterum examinari.

211 Episcopus si cum nova causa, eaque ad Confessiones ipsas spectante reprobaverit Regulares simpliciter, & sine ulla temporis præfinitione ad eas audiendas admissos, non tenetur ipsis Regularibus edicere, an eadem causa subsit, necne.

212 Regulares ut possint in Ecclesiis sui Ordinis prædicare, sufficit Episcopi benedictio petita, licèt non obtenta, & etiam eo contradicente.

213 Regulares si deliquerint sive in Confessionibus audiendis, sive in prædicando, ab Episcopo coerceri possunt, & puniri etiam censuris Ecclesiasticis.

214 Ordinarij impedire non debent Regulares approbatos ad audiendas Confessiones, quominus illas audire possint in domibus pœnitentium ægrotorum, quando ab eis vocantur.

215 Interdictum quodcunque servare tenentur regulares, quod ab Ecclesia matrice viderint observari.

216 Officia divina horis debitis in suis Ecclesiis tenentur persolvere regulares.

217 Regulares omnes, etiam Canonici Lateranenses, in publicis processionibus non possunt deferre propriam Crucem discooperiam.

218 Processiones ad libitum facere non possunt Regulares extra claustra suorum Monasteriorum.

219 Fratres Mendicantes prohibentur nova loca ad habitandum acquirere, vel antiqua alienare sine expressa Pontificis Romani licentia.

220 Monachi olim, cum laici essent, prohibebantur pœnitentias imponere, præterquam sibi ipsis, & mortuos sepelire, nisi Monachos secum commorantes, & alia his similia.

221 Absolvere à casibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario loci reservatis, prohibitum est omnibus Religiosis cujusvis ordinis, vigore quorumcunque privilegiorum.

222 Regularis nullus præfici potest in Parochiali, vel alia Ecclesia, absque socio ejusdem regulæ, & sui Superioris licentia.

223 Regulares nullatenus possunt hodie ad Parochiales, vel ad sæcularia Beneficia promoveri.

224 Canonicis regularibus Congregationis Lateran. etiam de licentia sui Generalis non licet absque permissu summi Pont. assumere curam animarum, etiam ad tempus, & multò minus Beneficium curatum ad tempus.

225 Regularis ubicunque præficitur debito modo in Parochiali Monasterio non subjecta, tunc non est necessarius sui Ordinis socius.

226 Religiosus factus Episcopus non obligatur ad tenendum secum socium sui Ordinis, nisi ex quadam decentia, & honestate.

227 Regularis non potest exercere animarum curam in Ecclesia ubi Monachi collegialiter habitant.

228 Regularis eligi non potest in Canonicum sæcularis Ecclesiæ.

229 Beneficium quodcumque simplex de jure obtinere non potest Regularis.

230 Religiosus in Episcopum eligi non prohibetur, sed consentire electioni non poterit absque sui Superioris immediati Conventus, ubi moratur licentia, nisi ab ipso Romano Pontifice sit electus.

231 Religiosus non indiget Superioris licentia, ut consentire possit promotioni de se ad summum Pontificatum factæ.

232 Concessio generalis facta Religioso de consentiendo electioni, si quam de se contigerit fieri, non valet.

233 Prælatus si injustè denegaverit licentiam religioso, ut suæ promotioni consentiat, ad id cogendus est per alium Superiorem.

234 Religiosus potest renuntiare promotioni de se factæ ad Beneficia sæcularia, aut Episcopatus, nec ad id cogi potest à Superiore.

235 Religiosus factus Episcopus, aut alteri Ecclesiæ deputatus, tenetur ad suæ regulæ observantiam circa tria vota substantialia, & ad habitum deferendum.

236 Religiosus factus Episcopus, non propterea quòd redditus Ecclesiæ suæ administrat, dicitur proprium possidere.

237 Religiosus factus Episcopus, ab obedientia & jurisdictione Prælatorum Regularium absolvitur, soliique Romano Pontifici subditur.

238 Officium juxta ritum suæ Diœcesis, non verò juxta ritum suæ regulæ tenetur religiosus factus Episcopus recitare.

239 Socius regularis potest in recitando officio cum Episcopo itidem regulari se conformare.

240 Religiosus ad Beneficium Parochiale alienjus Ecclesiæ promotus, an teneatur ad obedientiam Prælatorum religionis, ostenditur.

241 Religiosi omnes omnibus Clericorum privilegiis gaudent, quæ Religioni non repugnant.

242 Religiosum aliquem ordinare, aut Ecclesiæ præficere invitis Monachis, aut superioribus suis, prohibentur Episcopi.

243 Regulares circa doctrinam subjiciuntur Episcoporum examini, quando volunt ordinari circa natales, ætatem, mores, & vitam, in quo standum est superiorum regularium testimonio.

244 Interstitiorum dispensatio ab Episcopo concedenda est Regularibus, causâ sibi per attestationem suorum Superiorum manifestatâ.

245 Abbates Regulares cum subditis suis regularibus, quos ordinare valent, possunt in interstitiis dispensare.

246 Regularibus multa olim prohibebantur.

247 Missas & divina Officia cum assistentia suorum Canonicorum, etiam in Pontificalibus celebrare potest Episcopus in omnibus Ecclesiis suæ diœcesis, quamvis exemptis, & privilegiatis.

SEQUITUR ut de statu Religiosorum, & de vitæ Observantia, quâ tenentur, breviter pertractemus. Sed priùs videndum est de gradibus & nominibus Monachorum aut Regularium, sive Religiosorum, vel Fratrum. Quare advertere oportet tres hominum gradus in Religionibus distinctos reperiri: vel enim sunt Religiosi, seu Monachi, vel Conversi, vel Oblati, quorum omnium frequens in Jure Canonico reperitur mentio, ut in c. privilegia, in princ. ibi, Quibusdam Religiosis, junctâ vers. hoc autem, ibi, Eorum Ordini sunt Oblati, de privil. & clariùs in cap. per exemptionem, eod. tit. lib. 6. ibi, Ipsius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam, & Conversi, perpetuoque Oblati: & in c. ut lex, 27. q. 1. ibi, Monachi atque Conversi profes-

1

professi, &c. c. suis 39. *de testibus.* ibi. *De suis fratribus, ac Conversis, c. non dubium* 5. *c. Parochianos* 9. *de sement. excom.* ibi, *in Monachos, vel Conversos.* Textus notabilis *in Clem. 1. in fine, de decimis,* ibi, *Pe Religiosorum ipsorum Donatos, seu Oblatos.* Religiosi, seu Monachi illi sunt, qui in Religione 3
aliqua approbata emittunt tria illa vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ, de quibus *in c. cum ad Monasterium, de statu Monach.* junctò *c. unic. de voto lib.* 6. cùm aliis, quæ late explicant post S. Th. 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. & 11. multi, de quibus Henriq. *in summ. lib.* 12. *c.* 5. Sanchez *de matr. lib.* 7. *disp.* 25. *à princip.* differuntque à Conversis, quia licèt omnes, & Monachi, & Conversi eadem tria vota profiteantur, illi tamen, scilicet Monachi, suscipiuntur, ut in choro per Ecclesiasticos Ordines divinis Officiis inserviant: at verò Conversi Ecclesiasticis Ordinibus non insigniuntur, nec in 4
choro utplurimùm deserviunt, & ideò ad differentiam Monachorum, seu Religiosorum, *laici* dicuntur, vulgò *Fratri Laici, in cap. ex eo,* §. *ult. de elect. lib.* 6. non quòd Ecclesiasticæ personæ & Religiosæ non sint, sed quia Ordinibus carent, & Clerici non fiunt, sicut Monachi, & alij Religiosi. Oblati autem, licèt in multiplici sint differentia, de qua egimus *hoc lib. cap.* 39. §. 2. *num.* 44 & 45. à præcedentibus tamen omnibus in eo differunt, quia vota nulla solemnia, vel professionem emittunt, sed solùm se, & sua Monasterio offerunt in sæculo remanentes, ut *in d. cap. ut privilegia, & in cap. in præsentia, in princ. de probat. & in cap. ult. de succes. ab intest.* Explicant hanc trimembrem distinctionem post Abb. Felin. & Dec. Cov. *in cap. alma mater, p.* 2. §. 2. *num.* 8 F. Emman. *quæst. Regularium tom.* 3. *q.* 21. *art.* 1. Nav. *cons.* 49. *n.* 1. *de regularibus in novis,* Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 21. 5
n. 194. *cum seq.* breviter, sed dilucidè, Nic. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 12. Card. Tusch. *tom.* 5. *lit. M. concl.* 313. Unde notabilis apparet differentia inter Conversos, & Oblatos; illi enim cùm veram emittant professionem, Ecclesiasticæ personæ efficiuntur, omnibusque privilegiis gaudent; quæ Religiosis, & Ecclesiasticis personis conceduntur, ut de privilegio canonis, & fori ostendimus *dict. c.* 39. Hinc etiam Matrimonium ab eisdem Conversis contractum invalidum est, ut probat textus *in d. cap. ut lex,* 27. *q.* 1.

Quod verò ad Eremitas pertinet, est notandum, quod olim antiqui illi Eremitæ solemnem emittebant professionem in manibus Episcopi, vel alterius Prælati, & Religiosi propriè erant, ut de Machario, & Alexio refert Glos. *verb. Sancti, in* 6
c. 2. *de conver. conjug.* Hodie jam non ita solemnem illam emittunt professionem, sed in spiritu libertatis non sunt obedientiæ obstricti, ac proinde per vota, si quæ emittunt, non dirimitur Matrimonium ratum, ut resolvunt Sot. *de justit. lib.* 7. *q.* 5. *art.* 3. ante argumentorum solutionem Henriq. *in summ. lib.* 11. *de matrim. cap.* 8. §. 7. quos refert, & sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 18. *num.* 5. An autem, & quando gaudeant Canonis, fori, & exemptionis privilegio, diximus *dict. c.* 39. *de privileg. Clericor.* §. 1. *n.* 23. & §. 2. *n.* 45. & §. 5. *num.* 25. Possunt autem Religiosi ad eremiticam vitam transire cum Superiorum suorum permissione, alias verò minimè; & tunc poterunt cellas, & habitacula in eremo, aut extra frequentium hominum constituere, *cap. unic. in fine, de excess. Prælat. lib.* 6. Non est tamen hoc facilè permittendum, nisi jam in societate perfectis: nam vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis, solitudo verò competit jam perfectis; multa enim pericula imminent Solitariis, unde scriptum est *Eccles.* 4. *Væ soli, quia si ceciderit, non habet sublevantem se, cap. in omnibus,* 81. *dist. cap. illud* 7. *q.* 1. *c.* 2. *de statu Monach.*

Quoad Tertiarios, an, & quando Canonis, & 7
fori privilegio gaudeant, diximus hoc libro, *c.* 39. §. 1. *num.* 22. & §. 2. *num.* 14. & *seqq.* Et an Tertiariorum cadavera in Ecclesiis suæ Religionis sint sepelienda, & quando, ostendimus *lib.* 2. *c. de funer. in fine.* Super statu autem mulierum tertij Ordinis in privatis domibus degentium, illarumque ad habitum admissione, extat decretum infrascriptum, videlicet: *Sacra Cardinalium Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione Tertiariarum quæ in privatis domibus degunt, vulgò* Bizzoche, *seu alio quovis nomine nuncupatarum, in primis, & ante omnia in memoriam revocat ea, quæ sacra Cong. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum in eandem sententiam respondit, videlicet: Sacra Cong. Cardin. Conc. Trid. interpretum sæpius respondit, minimè posse Sacerdotes Regulares mulierum tertij Ordinis, quas de pœnitentia, vel* Bizzochas *vocant, Confessiones sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, quemadmodum nec posse illis sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis D. N. Jesu Christi, Verùm quoad sepulturam, atque alia privilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes ita demùm Ordinis, cujus tertia regula habitum assumpserunt, privilegijs potiri, & ab Ordinarij jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur Constitutione Conc. Lateranensis sub Leone X. quæ habetur Sess. 22. in fine. Hoc autem voto mulierum alia duo, scilicet paupertatis, & obedientiæ, nequaquam includi, quinimò hujusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, expressèque voverint, etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsim habitantes, supradictis privilegiis Ordinis cujus tertiæ regulæ habitum deferunt, exemptionéque ab Ordinarij jurisdictione frui debere, ut idem Leo postea declaravit Const. edita die* 1. *Mart.* 1518. *An autem predictæ qualitates in hujusmodi Tertiariis concurrant, Ordinarij loci judicium, spectetur. Præterea si contingat aliquas ex prædictis Tertiariis sine sepultura electione decedere, eas sic decedentes ita demùm in Ecclesiis Ordinis, cujus habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, sin minùs, in Ecclesiis Parochialibus sepeliendas esse decernit. Superioribus autem regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apost. sufficiens (Capuccinis exceptis) licere mulieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas & recipiendas esse, nisi probata vita, ac bonis moribus præditas, atque in ætate saltem* 40. *annorum constitutas, quæ de proprio habeant unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris, quàm cum consanguineis, vel affinibus in primo tamèn gradu sibi conjunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentiâ prius impetratâ, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis prævio examine diligenti sibi constiterit. Verùm cum hujusmodi habitu concedendo respectivè deferendo, omninò à velo supra caput,*

quod superrectum vocant ; à pectorali , quod vulgò dicitur Sottogola , *& à patientia abstinendum esse ; quinimò eas quæ supradicta tria, vel aliquod ipsorum deferre deprehensæ fuerint , illæ dimittere etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinariis locorum compellendas esse decernit. Supradictis verò decretis mulieres tertii Ordinis , quæ collegialiter vivunt , non comprehendi , quinimò eas dispositioni Constitutionis* 8 *Pii Papæ V. editæ Romæ anno 1565. quarto Kal. Julii , quæ incipit , Circa pastoralis , penitus subjacere expressè declarat. Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus. Dat. Romæ 20. Decembr. 1616.* Unde D. Franc. de Castill. *Sicilia dec.* 88. resolvit legatum relictum, *si nupserit, vel Monachabitur*, verificari in tertiariis Ordinis S. Franc. & similibus , qui vitam cœlibem duxerint ; secus quando privatam vitam agerent in eorum domibus privatis. Refert Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 4. collect.* 1051.

9 Sciendum est etiam , quod propriè , & strictè loquendo, appellatio Monachorum eos tantummodò comprehendit, qui sub Abbate præposito vivunt , & à Regularibus Mendicantibus differunt : possident namque bona in communi , & sunt magis solitudinis observatores , quàm in Monasteriis suis commorantes ; non applicant se prædicationibus, neque Confessionibus audiendis : unde meritò

10 μοναχοι Græco vocabulo , id est soli vocantur , *c. 1. c. si cupis, 16. q. 1.* Ascan. Tambur. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 17. q. 3.* Olim enim Monachi omnes, etiam Abbates, laici erant , & ideò Clericis inferiores habebantur. Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 12. c. 19. q. 11.* Flosc. Cleric. *p. 2. n.* 109. Carol. de Grassis *de effectibus cleric. in pralud. n.* 392. Zypæus *in analytica posteriori Juris Eccles. enarrat. lib. 1. tit. de major. & obed. n.* 4. proindeque obedientiam præstabant Ostiario , & aliis in majoribus sacris Ordinibus constitutis, ut probat textus *in c. à Subdiacono , 93.*

11 *dist.* ut ait Scip. Lancellottus apud Ascan. Tambur. *d. tom. 1. disp. 25. q. 1. n.* 184 & tangit Zipæus *d. n.* 14. & quod Monachi ex ipsorum origine laici fuissent , probatur *l. generaliter , C. de Episcopis , & cleric.* quæ est canonizata *in c. generaliter , 16. q. 1.* Abb. *in c. 2. col. 2. n. 6. vers. sed quia , de instit.* ubi quod potest quis esse verùs Monachus , & laicus. Spec. *in tit. de disp. §. nunc de Episcoporum , vers. 56.* & ibi Joan. Andr. *in addit. in verb. Superioris* , ubi dicit , quo statu primitivæ Ecclesiæ non cogebat Monachos , ut fierent clerici.

12 Fuerunt in hoc laicali statu usque ad tempora Eusseb. Zozimi, & Syricii , ut ex sententia historiæ Ecclesiasticæ testatur Gratian. *in cap. hinc est , circa fin. 16. q.* 1. ubi etiam adducit Hieronymum referentem Monachos Scythiæ convenisse in unum , ut Sacerdotem sibi invenirent , qui eis Missarum solemnia celebraret. Ex causa tamen necessitatis fuit semel à Gelasio concessum quibusdam Monachis , ut possint clericari in defectum clericorum, remanentibus tamen salvis antiquis institutis , ut habetur *in c. priscis , 55. dist. & in c. requisitis , in fine , 1. q. 7.* Deinde Gregorius nonnullis Monachis concessit, ut possint clericari , & de oblatis vivere , *in c. moderamine , & in c. ex auctoritate , 16. q. 1.* non tamen passim, & indistinctè, sed ita demùm si fuissent probatæ vitæ,& bonorum morum, atque etiam docti, *d. c. priscis, c. si quis Monachus , c. sic vive, c. in parochia , c. doctos , 16. q. 1.* Postmodùm procedente tempore cœperunt eorum aliqui in suis Monasteriis Presbyteri creari , ut ibi rem divinam facerent : & deinde Episcoporum consensu , vel consuetudine introductum est , ut etiam Sacramenta cæteris Monachis ministrarent in suis tantùm Monasteriis, ac proindè prohibebantur extra Monasteria Clericorum munia obire,& exequi , juxta quod veniunt intelligendi plures textus *can. 16. quæst. 1.* & in primis *c. lacus , lib. 1.* ubi præcipitur , ut neque Monachi pœnitentiam aliqui tribuant, nisi sibi invicem : & ne mortuum sepeliant , nisi Monachum in Monasterio commorantem : & *c. interdicimus* , ubi prohibentur Abbates , & Monachi publicas pœnitentias dare , infirmos visitare , & unctione facere, & Missas publicas cantare , & *c. pervenit* , ubi reprehenduntur Monachi , & Abbates , qui in parœciis Episcoporum , ac Presbyterorum munera præstabant : & *c. qui vere* , ubi statutum est ne Monachi , qui per civitates singulas, seu possessiones in Monasteriis morantur , communicare audeant res Ecclesiasticas, aut sæculares aliquas attrectare actiones, nisi fortè jubeantur, præter urgentes necessitates, ab ipsius civitatis Episcopo : & *in cap. Agapitus* , ubi increpat Gregorius quendam Episcopum , qui in certo Monasterio prohibebat Missarum Sacrificia fieri. Denique ij Monachi, qui erant ad Sacerdotium provecti , cœperunt quoque Episcopi auctoritate , & Abbatis consensu extra Monasterium officia Presbyterorum obire : & ideo *in c. sunt nonnulli* , Bonifacius reprehendit quosdam asserentes Monachos , qui Mundo mortui sunt , & Deo vivunt, Sacerdotalis officij dignitate indignos, neque pœnitentiam dare , neque Christianitatem largiri , neque absolvere posse per Sacerdotalis officij divinitùs sibi injunctam potestatem: sed omninò, inquit , labuntur , Colliges hæc ex Azor. *instit. moral. p. 1. l. 2. c. 19. q. 11.* & ex Tambur. *d. tom. 1. disp. 25. q. 1.*

13 Verùm hodie Monachorum appellatione indefinitè veniunt omnes Religiosi cujuscunque generis, *c. quod Dei timorem , de statu Regul.* Felin. *in c. non dubium, n. 2. de sent. excom.* Nav. *in man. c. 27. n. 79.* Feder. de Senis *cons. 23. n. 2. in fine, vers. nec obstare videtur, & n. 3. in resp. seu cons. D. Petri de Enderto*, ibi inserto. Quod etiam comprobat idem Feder. *in resp. sua, n. 9. in fine , vers. respondeo.* Mar. Anton. *var. res. l. 1. resol. 112. casu 63. vers. primò* , Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M, concl. 311. n. 4.*

14 Azor. *instit. moralium p. 1. l. 12. cap. 19. q. 10.* Veniunt quoque Moniales quoad ea, quæ sunt proportionabilia. Felin. *in c. de Monialibus , de sentent. excom.* Fulgos. *cons. 121.* Paul. Fusc. *de Visitat. l. 2. cap. 18. n. 61.* Menoch. *de arbitr. casu 421. num. ult.* Flores de Mena *var. l. 1. q. 10. n. 25.*

15 Alij verò Regulares, qui sunt Mendicantes, Fratres simpliciter appellantur *in cap. nimis , de excess. Prælat. & in Clem. audum, de sepult. & in Clem. exivi , de verborum signif.* Sed alij quoque sunt Religiosi ,

16 qui nec Monachi, nec Fratres vocantur , sed Canonici, aut Clerici Regulares dicuntur , de quibus suprà egimus. Unde nomen hoc *Religiosus* , aut *Regularis* , nomen est generale , omnes omninò compre-

17 hendens, qui sub regula aliqua communiter perpetuò vivunt, ut videre est *in toto tit. de Regularibus , & de religiosis domibus.*

18 Ex his fratribus , sive Religiosis , quidam Mendicantes appellantur , alij non Mendicantes sunt , sed nonnulli de Mendicantium privilegiis gaudent, de quibus omnibus suprà egimus *hoc l. cap. 41. in fine.*

19 Sed ultra suprà nominatos , extant Militarium Ordinum Equites , qui religiosorum appellatione propriè , & strictè non veniunt , nisi in favorabilibus , vel ubi adderetur aliquod verbum universale.

versale, putà si dicatur, *quicunque Religiosi*; quia tunc etiam ipsi comprehenderentur, ut resolvit Natt. *cons.* 57 *n.* 3. & 4. & videtur velle Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 8. *a num.* 61. junctis traditis per Nic. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. Seraph. *dec.* 587. Rot. *in Romana alimentorum*, 21. *Junij* 1627. *coram R. P. D. Durant.* ubi fuit dictum, Milites S. Jacobi de Spatha non esse verè Religiosos, ac proindè eorum filios natos ex soluta, cum qua de licentia magna Magistri poterant contrahere Matrimonium, non esse spurios dicendos, sed filios naturales. Et de Commendatariis Abbatibus, quod non veniant appellatione Religiosorum, tradit Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 51. *art.* 9. quem refert Ascan. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 17. *q.* 4. *in fine.* Unde viventes sub aliqua regula, veluti tertij Ordinis S. Francisci, non dicuntur propriè Religiosi, nec veniunt Religiosorum appellatione: prout etiam qui utuntur Matrimonio, non sunt Religiosi, nec largo, nec stricto modo, ut censuit Rot. coram Card. Seraph. *decis.* 121. *num.* 6.

20 21 22

Quoad Milites verò, & Equites Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & Hospitalarij, qui communiter Militantes Equites nuncupantur, contrarium est resolvendum, & affirmandum ex proprietate sermonis venire appellatione Religiosorum in quacunque materia, etiam pœnali, vel odiosa, si aliàs de mente disponentis contrarium non appareat, ut docuit Gl. 2. *in Clem.* 1. *de decim.* recepta, & laudata à Doctoribus communiter, secundùm Nav. *cons.* 12. *de regul.* Fr. Emm. *qq. regul. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 7. Azor. *instit. mora. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 4. *q.* 4. optimè improbans distinctionem inter materiam favorabilem, & odiosam: quod confirmatur ex recepta traditione, quæ docet, in quacunque materia etiam pœnali, venire omnia, quæ sub proprietate verbi, etiam lata continentur, ut de verbo *inestabiles*, probat textus *in l. cum ieges. ff. de test.* & post Dec. observat Cov. *lib.* 3. *var. c.* 5. *ad fin.* & multis adductis latè D. Barbos. *in rub. ff. solut. matr. p.* 4. *a n.* 47. & ideo, quòd veniant appellatione Religiosorum, in terminis censuit Rota *d. c.* 177. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* utpote quia verè, absolutè, & simpliciter Religiosi sunt, & aliorum more tria vota solemnia emittunt, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, sub regula ab Ecclesia approbata, ut resolvant Mench. *illust. c.* 105. *n.* 49. *cum seqq.* Pet. Greg. *syntagm. juris lib.* 15. *c.* 34. Azeved. *lib.* 14. *à n.* 1. *tit.* 5. *l.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 56. *n.* 11. *& cas.* 231. *n.* 19. *& cas.* 54. *n.* 17. Nic. Garc. *d. c.* 4. *n.* 3. Steph. Grat. *discept. forens. tom.* 5. *c.* 880. *num.* 113. *& 5.* Barth. à S. Faust. *in thesaur. Religios. l.* 5. *q.* 10. Hier. Rod. *in compendio qq. Reg. es.* 28. *n.* 20. & sæpissimè fuit dictum in Rota, & signanter coram Pur. *dec.* 392. aliàs 382. *n.* 2. *lib.* 1. *in correctis, & inter recent. dec.* 33. *sub n.* 1. *p.* 1. *& dec.* 87. *n.* 1. *& dec.* 454. *n.* 3. *p.* 2. & coram Greg. XV. *dec.* 87. *n.* 2. ubi addent. *n.* 13. *& 14. & in Egitan. Commenda*, 8. *Junii* 1626. *coram R. P. D. Merlino.* quamvis Abb. *in rub. de Regul.* dicat quod largo modo sunt Religiosi, & Mandos. *ad reg.* 3. *Cancell. q.* 12. *n.* 3. asserat, quod non dicuntur propriè Religiosi.

23

His ita præmissis, sciendum est multa esse quæ Regularibus, seu Religiosis omnibus à Canonibus præcipiuntur, aut prohibentur, præter illa, quæ in statutis, & regulis suorum Ordinum continentur. Primò igitur tenentur omnes Regulares ad ea omnia vitanda, vel sectanda, quæ *sup. lib.* 1. *c.* 40. *de vita, & honest. cler.* ostendimus, *a num. c. Deus qui, &c. penult. in fine, illa titul. & cap.* 1. *& per tot. ne Cleric.* 25 26 *vel Monach.* Clericorum enim appellatione in his rebus etiam Regulares contineri ibidem demòstravimus, specialiter verò omnibus Religiosis: quod ad vitam & mores attinet, mandatur *in auth. capit. Deus qui, & in cap. pen. & fin. de vita, & honest. cler. & in Clem. ne in agro*, §. 1. *de statu Monachor. & in Clement. Exivi, de verborum significa.* ut habitum suo Ordini requisitum, & convenientem continuò portent, occulte autem illum deferre, nulli omninò eorum permittitur, nec illum sponte di vittere, ut statuit Concil. Trident. *sess.* 25. *de regular.* 19. & infrà exponemus.

Secundò interdicuntur omnibus Religiosis aucupationes, & venationes, & illis prohibetur canes, aut aves venaticos alere, vel tenere, *d. Clem. ne in agro* 1. §. *porrò*, Nav. *commento* 4. *de Regul. n.* 16. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 19. *q.* 16. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 6. *n.* 22. Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 19. *n.* 1. *vers. quod etiam multò magis*, itaut illis nec recreationis causâ venatio licita sit, quamvis proprios redditus in venatione habeant, ut resolvit Perez *l.* 1. *tit.* 22. *ordinam.* quem refert Salzed. *ad Bernard. cap.* 70. *lit. C. in novissim. impress.* 27

Tertiò eis quoque prohibetur verborum vel gestorum joca sæcularia diligere, aleas amare, gulam & ebrietatem sectari, ornamentum inconveniens proposito suo quærere, & velle in deliciis vivere, *c.* 1. *ne Clerici, vel Monach.* Tambur. *de jure Abbatum*, post primam impressionem hujus tractatus à me visus *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 6. *n.* 24. 28

Quartò præcipitur, ut silentium servent continuum in dormitorio, refectorio, oratorio, & certis horis in claustro, *cap. cum ad Monasterium, de statu Monach.* & ne carnes nisi in necessitate comedant, *cap. carnes, de consecr. dist.* 5. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 6. *n.* 25. 29

Quintò, ne Monachi arma intra septa Monasterii absque suorum Superiorum licentia teneant, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, *d. Clem. ne in agro*, §. *quia verò, de statu Monach.* Nav. *in man. cap.* 27. *n.* 159. *vers.* 37. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 23. *sect.* 5. *n.* 8. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 2. *q.* 60. *art.* 2. *vers. quarto*, Filliuc. *tract.* 14. *c.* 8. *quæst.* 6. Jul. Lavor. *de indulgent. p.* 2. *c.* 13. *n.* 45. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 223. *secundum Lugdun. impress.* Bonac. *de cens. sur. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 9. *punct.* 16. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 6. *n.* 26. 30

Sextò ne mulieres introducant, juxta Pii V. constitutionem incipientem *Regularium personarum*, sub dat. 13. Octob. 1566. ubi postquam revocavit omnes facultates etiam ab Apostolica Sede quomodocunque concessas mulieribus cujuscunque status, sive Marchionissæ, & Ducissæ sint, ingrediendi Monasteria Monialium, hæc addit: *Districtè prohibentes mulieribus prædictas facultates, & licentias prætendentibus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum litterarum notitiam habuerint, à qua non possint nisi à Romano Pont. absolvi, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos aut Monasteria ingredi audeant, &c.* & statim subdit alias pœnas Religiosis illas admittentibus; quod multipliciter declarant Goriolan. *de casibus reservat. p.* 2. *casu* 3. *à n.* 36. Bonacin. *de clausura, q.* 5. *punctо* 3. *n.* 2. De hujusmodi clausura Monasteriorum virorum quoad ingressum fœminarum in ea, si multa scire cupis, consule Fr. Emmanuel. *quæstion. regular. tom.* 1. *quæstion.* 48. *articul.* 3. & 4. Aloys. Ricciul. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 648. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 544. *numer.* 8. *in* 2. *edit.* Fr. Joan. à Cruce *de statu relig. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 1. *conclus.* 1. Sanchez, 31

in præcepta Decalogi, tom. 2. l. 6. c. 17. per tot. Bonacin. *de clausura, q. 5.* Villalob. *p. 3. sum. tr. 35. diffic. 55.* novissimè Hier. Roder. *in compendio qq. regul. resol. 27.* Ant. Novar. *in sum. Bullarum, tit. de clausura, pag. 607. cum seqq.* meipsum *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 102. n. 85. cum seqq.*

32 Sed breviter sciendum est, quod Religiosi, qui faciunt, aut permittunt fœminas ingredi sua Monasteria prætextu facultatum à Summo Pontifice, vel ab aliis concessarum, incurrunt excommunicationem Papæ reservatam, & privationem dignitatum & Beneficiorum inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda, ut expressè patet in Constitutione Greg. XIII. incipiente *Ubi gratiæ*, idib. Junij anno Incarn. Dominicæ 1575.

33 Dubitari potest, quid intelligatur nomine Monasterij, in quod fœminæ intrare non possunt? Et intelligi totum illud spatium, quod intra Monasterij septa continetur, colligitur ex adductis per Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 1.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. c. 17. n. 12.* Bonacin. *de clausura, d. q. 5. punct. 1. n. 1.* Unde prata, & hortos Religiosorum contiguos subjectos esse clausuræ, ac proinde in eos non licere mulieres introducere, resolvunt Sorbus *verb. ingredi 1.* Sanch. *d. cap. 17. num. 15.* Coriolan. *d. casu 3. n. 30. vers. 3.* Bonac. *d. punct. 1. num. 6. vers. 5.* Novar. *d. tit. de clausura, n. 3.* & ita declaravit Sacra Congr. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 13. Septembris 1583. Hinc etiam sacristiam, ad quam non patet aditus nisi per clausuram Monasterij, subjici clausuræ, ac proinde mulieres nullo modo illuc ingredi posse, contra Sanch. *d. cap. 17. n. 17.* tenent Coriolan. *d. cap. 3. num. 31. versic. quare quarto*, Novar. *dict. tit. de clausura, num. 4.* & Bonacin. *d. punct. 1. numero 4.* ubi *in versic. si verò*, advertit sacristiam, si duas habeat portas unam in Ecclesia existentem, alteram in claustro Religiosorum, comprehendi nomine Monasterij: & *in versic. in praxi*, cum Sanch. *dict. cap. 17. ad*

34 *fin.* subdit condemnandos non esse illos Religiosos, apud quos usu receptum est, ut fœminas in sacristia causâ confessionum audiendarum; aut alia de causa admittant, quia non omninò perspicuum est, sacristiam sub Monasterij nomine comprehendi. Verùm hac in re invenio, quod cùm in sacristia Ecclesiæ Fratrum Ordinis Minoris Observantiæ Reformatorum ejusdem Ecclesiæ choro contiguæ, uti in clausura non comprehensa, mulieres passim ingrederentur, dicta Sacra Congregat. ingressus hujusmodi in posterum minime tolerari, sacristiamque prædictam uti in clausura compre-

35 hensam haberi mandavit in Sulmonen. 10. Augusti 1616. Infirmariæ verò, seu domus deputatæ ad recipiendos infirmos, vel recipiendos Religiosos tanquam hospites, non adstringuntur clausuræ, quia nomine Monasterij non comprehenduntur, ut benè resolvunt Sorb. *verb. ingredi, num. 11.* Sanchez *dict. c. 17. n. 19.* Coriolan. *d. c. 3. n. 29. vers. quæritur secundò, in fine.* Bonacin. *d. punct. 1. n. 5.* Novar. *d. tit. de clausura, n. 5.*

36 Utrùm autem liceat introducere aliquam mulierem medicam in dormitorium pro curatione alicujus Religiosi infirmi, poterat ab aliquibus in dubium revocari. Cui respondet Coriolan. *d. cap. 3. num. 32.* quod quando infirmitas non potest aliter curari, nisi ope, & arte illius, nec infirmus posset in Ecclesia vel aliò extrà venire, tunc licet mulierem medicam cum honestis personis associatam, cum licentiâ Provincialis, vel Guardiani in infirmariam, ubi Frater infirmus manet, introducere, subditque idem dicendum videri, si quis Religiosus absconderet pro aliquo bono fine aliquam mulierem utpote dum fugit persequentes, qui ei ad vitam, vel ad honorem insidiantur, quia pœnæ assignatæ in decretis Summorum Pontificum imponuntur contra eos qui temeratio ausu, & præsumptione eas introducunt.

Quid dicendum si Prælatus Regularis præciperet, ut fieret processio extraordinaria, ut illius occa- 37
sione possent mulieres ad dicta loca intrare, an incidat in pœnas? Respondet. Coriolan. *dict. part. 2. casu 3. num. 34.* quod licèt Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, fol. 511.* concludat, quod talis Superior non excusatur de peccato, & de pœnis taxatis; ipse tamen dicendum putat, quod talis non incurrat pœnas in decretis prædictis taxatas, sed benè meretur puniri, & graviter à Religione: idem tenet Portel. *in addit. ad dubia Regularia, verb. clausura Monachorum, numero 6. vers. suo*: sed citato Fr. Emman. *d. loco, & tom. 1, quæst. 48. art. 3. versic. circa quam*, defendunt ejus sententiam Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 17. num. 23. & 24.* Villalob. *p. 2. summ. tr. 35. diffic. 35. num. 12.* novissimè Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. resol. 27. à n. 4.* & addit Coriolan. *d. casu 5. num. 35.* idem videri dicendum in tempore consecrationis Ecclesiæ, scilicet, quod tunc mulieres possunt ire ad omnia illa loca, ad quæ vadit Episcopus cum processione, non autem si peractum sit officium; quia si amplius non fit processio, non licet mulieribus ingredi clausuram.

Illud in hac materia te scire volo, quod licèt 38
Pius V. & Gregorius XIII. in citatis Constitutionibus revocaverint, & annullaverint omnes licentias, facultates, & indulta quibuscunque personis sexus fœminei antea concessa intrandi virorum Monasteria, vel domos, etiâsi ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel supplicationem concessa, vel confirmata fuerint, atque etiam iteratis vicibus confirmata, tamen sub illis non comprehenduntur Imperatrices, Reginæ, ac ipsarum filiæ, & ancillæ, quas secum deferunt, quæ liberè virorum Monasteria ingredi possunt, etiamsi nullum habeant privilegium, ut docent Joan. à Cruce *d. cap. 5. dub. 1. conclus. 1.* Suar. *tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Bonacin. *d. q. 5. punct. 2. n. 5.*

Septimò, ne alicujus Prælati, vel Principis, aut 39
communitatis, seu cujuscunque personæ, aut loci obsequio se subjiciant absque suorum Superiorum licentia, nec vagari extra Monasteria absque licentia, & causa legitima debeant, *cap. qui verè, & cap. quidam. 16. q. 1. d. Clem. ne in agro, §. quia verò*, etiam prætextu prædicationis, vel dilectionis, aut cujusvis pij operis; vel recedere à suis Conventibus, etiam prætextu ad Superiores suos accedèdi, ut statuit Concil. Trid. *sess. 25. de Regularibus, cap. 4.* nisi 40
id faciant à Superiore iniquo supra modum vexati, quia tunc poterunt absque apostasiæ vitio à Monasterio exire Superioris adeundi gratiâ, cujus auctoritate ab iniqua vexatione liberentur. Ita docent Navarr. *comment. 2. de Regularib. n. 61. & comment. 3. n. 51.* Aragon. *2. 2. q. 69. art. 13 & 4.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 12. c. 11. q. 7. & 8.* Sayr. *in Clavi regia, lib. 12. c. 16. n. 40.* Bonacin. *de clausura, & pœnis eam violantibus impositis, q. 2. punct 11. §. 1. n. 9.* Coriolan. *de casibus reservatis, part. 1. casu 3. n. 19. & casu 5. de judic. regular. §. 10. numer. 27.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, part. 2. lib. 8. cap. 5. n. 12.* Sparthar. *de modo corrigendi Regulares, tract. 3. p. 4. cap. 2.*

c.1.n.4. Sanchez. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 6. *c.*8. *num.* 102. Laurent. de Peirinis *de subdito relig. tom.*1. *q.*1. *obedient. pag.* 20. *in princ.* quorum plures, præcipuè Arag. asserunt Conc. Trid. *dict. c.*4. intelligi de illo, qui Superiorem adit, non ex aliqua gravi, sed levi, aut levissima causa, intelligentes opinionem Ban. contrarium sentientis 2.2. *q.* 12. *art.* 1. quando ex tali fuga ad Superiorem sequeretur scandalum, & perturbatio magna Religionis, propter ignorantiam causæ, quâ dictus Religiosus movetur ad talem fugam.

41 Octavò, ne munus Advocati, vel Procuratoris exerceant, nisi Superioris licentiâ, & utilitate Monasterii concurrentibus, *cap. Monachi*, 2. 16. *q.* 1. ibi, *Similiter ut nullus Monachorum forensis negotii susceptor, vel exequutor existat, nisi quod Monasterii exposcit utilitas, Abbate sibi nihilominus imperante.* Item *Clem. religiosus, de procuratorib.* ibi, *non potest sine Superioris licentia procuratoris officium suscipere.* Silvest. *verb. Advocatus*, *q.* 6. Sayr. *in clavi regia, lib.* 1. *c.* 22. *n.* 3. Fr. Emman. *qq. reg. tom.* 3. *q.* 41. *artic.* 2. D. Barbos. *in l. si longum* §. *si filius fam. n.* 60. *ff. de jud. c.* Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 6. *n.* 27. Laur. de Peirinis *de prælat. tom.* 3. *c.* 5. *n.* 19. *cum seqq.* Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 2. *tract.* 2. *docum.* 3. Laur. de Franchis *de contr. inter Epis. & Reg. q.* 100. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *à princ.* ubi *n.* 2. subdit, novitios non comprehendi in hac prohibitione, quia non sunt veri Religiosi. Unde duplex conjunctim conditio requiritur, nec sufficit alterutra contingere, nempe Superioris licentia, & utilitas Monasterii: quia textus *in dict. c. Monachi, & in c.* 2. *de postulando*, utramque petunt. Redoan. *de spol. Eccles. q.* 2. *n.* 2. *n.* 27. Fulv. Pacian. *cons.* 162. *n.* 192. *&* 193. Sayr. *dict. cap.* 22. *n.* 5. Sanch. *d. cap.* 13. *n.* 3. ubi *n.* 4. asserit, si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro sæculari, nec Ecclesiastico integrum esse Religiosis ea munera Advocati, vel Procuratoris obire, benè tamen illis concurrentibus: & *n.* 8. ait, quod licentia non videtur sat perita, sed opus est eam obtineri: & *n.* 6. quod suffit ut hæc licentia præcedat susceptionem mandati: & *n.* 8. quod illam concedere

42 potest Superior immediatus Religionis: & *n.* 11 quod Fratres Franciscani non possunt etiam de licentia suorum Superiorum hujusmodi munus obire: quod etiam tenent Palao *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.* 4. *p.* 12. §. 3. *n.* 1. & Machado *d. tr.* 2. *docum.* 3. *num.* 2. Laur. de Franchis *citato loco*, contra Fulv. Pacian.

43 *d. cons.* 162. *n.* 159.

Utilitas autem non solùm debet esse directa, ut tenent *in d. c.* 2. *de postu.* Anton. & Card. *in fine*, Anchar. *n.* 2. *notab.* 3. Imol. *n.* 2. Christoph. de Paz *in leges styli, l.* 6. *schol. unico, n.* 8. sed etiam sufficit indirecta Monasterii indigentis ad magnam pauperiem sublevandam, & æs alienum solvendum, ut melius sentiunt Redoan. *d. q.* 2. *num.* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 2. *n.* 33. Sayr. *d. lib.* 12. *c.* 22. *n.* 5. Navarr. *commento* 2. *de regularibus, n.* 66. Machado *dict. docum.* 3. *num.* 5. Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 17. ubi *num.* 12. resolvit, quod Religiosus non potest ex quantovis alicujus mandato ad id dato procuratorem constituere, aut substituere. Ratio est, quia substitutus non recipit officium absque actu substituentis, atque adeò etsi potestas substituti derivetur à primo constituente, fit tamen mediante actu Religiosi: si autem adsit Superioris licentia, potest Religiosus constituere, ac substituere procuratorem, quia etsi textus *in dict. Clement. Religiosus*, decidat non posse constituere, & non dicat absque licentia, cùm tamen id addiderit in priori parte, ubi dixerat non posse constitui ipsum Religiosum procuratorem, censetur idem repetitum in posteriori, quippe utitur *dict. Clem. Religiosus*, particula *ita*, quæ ejus est naturæ, ut præcedentia repetat.

Potest autem Religiosus in aliquibus casibus 44
Advocati, aut Procuratoris munus obire. Primus est sit Superior Religionis sicut enim potest dare subditis licentiam hujus muneris obeundi, ità ipse poterit id obire. Gloss. *ver. defensor, c.* 1. *præsentium*, 16. *q.* 1. *& verb. Religiosus, in d. Clement. Religiosus*, ubi Imol. *n.* 12. Abb. *n.* 4. & Bonifac. *n.* 21. *&* 22. Nav. *commento* 2. *de Reg. n.* 64. Azor. *d. lib.* 12. *c.* 12. *q.* 9. Fulv. Pacian. *cons.* 162. *a n.* 176. *usque ad num.* 181. *lib.* 1. Secundus casus est in negotiis 45
Abbatis, Monasterii, vel cujuscunque Religiosi ejusdem Religionis, aut etiam Episcopi. Pacian. *d. cons.* 162. *num.* 189. *cum seqq.* Sanch. *dict. cap.* 13. *numero* 19. *cum seqq.* Tertius casus est cùm Religiosus id munus suscipit pro miserabilibus personis tuendis. Gloss. *d. verb. defensor.* Navarr. *d. commento* 2. *n.* 66. Sayr. *d. cap.* 22. *n.* 5. Fulv. Pacian. *d. consil.* 162. *num.* 194. Sanch. *d. cap.* 13. *n.* 23. ubi *num.* 24. subdit, quod id non potest pro conjunctis sibi personis, si miserabiles non sint. Quartus casus est in 46
prosequutione cujusvis negotii, ubi plures Monachi admittuntur, & conveniunt in diem: potest enim unus ex illis constitui procurator pro aliis, etsi plures accusent Abbatem, vel prosequantur electionem, vel alio modo sit res communis. Ita colligitur *ex c. cùm l. & A. n.* 12. *de sentent. & re judic. & ex c. alim. de accusat.* Gloss. *verb. conferte, in d. Clem. Religiosus*, Sanch. *d. c.* 13. *num.* 25. Quintus casus est quando Religiosus procurationem suscipit pro laico patrono, vel Principe, seu magno defensore, aut utili amico Monasterii. Laurent. de Franchis *d. controv. inter Epis. & Reg. in q. var. q.* 102. Sextus casus est, quando Religiosus, qui fuit insignis Advocatus, advocationis, seu Procuratoris officium suscipit, ut ex ejus lucro subveniat Ecclesiæ ære alieno gravatæ. Idem Laur. de Franchis *ubi sup. n.* 105.

Nonò, ne officium tabellionis exerceant, ut ar- 47
gumento textus *in c. sicut, ne Clerici, vel Monachi*, qui loquitur in Clericis, resolvit Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 46. ubi *num.* 48. subdit, quod si de facto absque Superioris licentia Monachus, qui in sæculo erat tabellio, instrumenta conficiat, illa valida erunt: de quo etiam Laur. de Franchis *ubi suprà, quæst.* 104. Poterit tamen licitè post confessionem complete, & signare instrumenta, quæ in sæculo 48
confecerat, vel in suo protocollo breviter, & succinctè conscripserat, ut posteà per otium, quoties opus sit, latiùs extenderet. Ita resolvunt Covarr. *pact. c.* 19. *n.* 8. *vers. Monachus*, Navarr. *d. commento* 2. *n.* 42. Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 8. *art. ultim.* Sanchez *dict. cap.* 13. *num.* 49. ubi *n.* 50. exigit ad hoc Superioris licentiam: & *num.* 15. subdit, quod potest Monasterium conveniri, ut Monachus antè Notarius hæc instrumenta perficiat. Tambur. *d. tom.* 3. *disputatione* 3. *q.* 6. *n.* 28. Laur. de Peirinis *de Prælato, q.* 3. *c.* 5. *num.* 18. Machado *d. tract.* 2. *docum.* 4. *num.* 5. Laurent. de Franchis *d. quæst.* 104. *in fine.*

Decimò, ne arbitri esse possint, nisi concurrant li- 49
centia Superioris, & utilitas Monasterii. Ita Fulv. Pacian. *d. cons.* 162. *n.* 188. Sanch. *d. c.* 13. *n.* 55. ubi *n.* 57. dicit quod Religiosus factus Episcopus, & simplices Monachi habentes aliquâ administrationem,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

aut Prioratum, possunt esse arbitri : *n.* 58. quod Superior Religionis nullâ indiget licentiâ, ut arbiter sit : & *n.* 59. quod novitius arbiter esse potest : & *n.* 60. quod Religioso non interdicitur officium arbitratoris : & *n.* 66. resolvit, Fratres Franciscanos non posse etiam ex Superioris licentia, atque utilitate Monasterii arbitri munus obire, benè tamen arbitratoris. Tambur. me non citato, cùm post primam hujus operis impressionem in lucem prodierit, *d. tom. 3. disp. 3. q. 6. n. 29.* Machado *d. tom. 2. lib. 5. p. 2. tr. 2. docum. 4. n. 2. 3. & 4.*

51 Undecimò, ne testes judiciarii sint, idest, ut tanquam testes in judicio deponant, absque Superioris licentia, quia Judex illi petiturus juramentum, tanquam à teste, non est proprius Religiosi judex, atque ita exactus ab illo testificari non potest, nec se sponte illi subjicere ad testificandum absque Superioris licentia. Ita Albert. de Malertis *de testib. p. 1. cap. 5. num. 28. & 29.* Campeg. *eod. tr. reg. 94.* Nell. à Gemin. *p. 1. num. 22.* & aliis, quos refert, & sequitur Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. cap. 13. n. 30.* novissimè Tambur. *d. tom. 3. disp. 3. q. 6. n. 130.* Machado *en su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 5. p. 2. tr. 5. docum. 6. n. 3.* Trullench. *in præcepta Decalogi. tom. 2. lib. 8. cap. 3. dub. 4. num. 13.* Palao *tom. 3. tract. 16. disp. 4. p. 12. §. 3. n. 9.* Laurent. de peirinis *de privileg. Reg. tom. 3. in additam. c. 4. ad constit. Julii II. num. 35.* Si verò Religiosus absque Superioris licentia coram judice sæculari, vel alio non suo, de facto testificetur, id testimonium valebit, quia nullibi irritatur, & potiùs interpretanda est res ut valeat, quàm ut pereat, ut benè docent Bartol. & Socin. *cons. 17. n. 16. vol. 1.* Rolan *cons. 24. n. 77. vol. 1.* Molin. *de justit. tract. 2. disputat. 127. versicul. cùm autem validum sit testamentum*, Burg. de Paz. *l. 3. Tauri, p. 1. n. 107.* Farin. *in tract. de testib. q. 61. num. 134.* Guid. papæ *dec. 517. Virum religiosi, col. 2.* Fulvius pacian. *con. 162. num. 75. vol. 1.* Laurent. de peirinis *d. loco*, Sanch. *dict. cap. 13 num. 108.* ubi *n. 10.* post Bart. & Socin. *ubi suprà*, temperat nisi pars defectu licentiæ ad testificandum opposuisset, & adhuc admitteretur, quia tunc non valeret testimonium.

52 Ut autem Religiosus testis sit instrumentarius, id est, ut scribatur rectis in aliquo instrumento, nulla exigitur Superioris licentia, quia nullibi id interdicitur. Nec id est aliquem jurisdictioni alienæ submittere, ut per Gregor. Lop. *l. 9. verb. ni los servos. tit. 1. p. 6.* Burg. de Paz *l. 3. Tauri, part. 1. n. 407. & 408.* Sanch. *d. cap. 13. n. 106.* Tambur. *d. tom. 3.*

53 *disp. 3. q. 6. n. 31.* Machado *d. tract. 2. docum. 6. n. 4.* sed opus esse licentia Superioris, ut Religiosi testes in aliquo testamento scribantur, probatur *c. nuper, de testibus*, tenent Angel. de Aretio *cons. 232. col. 2.* Angel. de Amicis *cons. 137. n. 22.* Farin. *d. q. 61. n. 130.* etiam quando Monasterium hæres instituitur, vel eidem aliquid legatur. Surd. *decis. 129. num. 1. & 2.* Vivian. *tom. 2. communium, lib. 6. tit. 13. num. 182.* Sanch. *d. c. 13. a n. 100.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 135.* ubi tamen post Farin. *d. q. 61. n. 134.* & Sanch. *d. c. 13. n. 108.* resolvit testamentum impugnari non posse, si Religiosi absque Superioris licentia in eo testes adhibeantur.

54 Duodecimò, ne Artem Chirurgiæ cum incisione, vel adustione exerceant, *c. tua nos, de homicid.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 3. q. 6. n. 32.* Palao *tom. 3. tract. 16. disp. 4. p. 13. n. 4.* Machado *d. tract. 2. docum. 8. n. 2.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. cap. 14. n. 15.* ubi *n. 16.* subdit verum esse, ut ne causâ pietatis id liceat, quia si

55 ægrotus decederet ex causa talis adustionis, vel absciss ionis, licèt tali non imputetur ad peccatum, imputatur tamen ad irregularitatem, ut docent Abb. *n. 3. in d. c. tua nos, & in c. sententiam sanguinis, n. 23. ne clericis vel Monach.* Paris. *cons. 96. col. ult. vol. 5.* Bellet. *disquisq. cleric. p. 1. tit. de disc. cler. §. 5. n. 6.* Avila *de censur. p. 7. disp. 6. sect. 1. dub.* ... Sanc. *d. c. 14. n. 16.* nisi faciat urgente necessitate, v. g. tempore pestis, quando non adest alius, qui hoc munus præster, ut resolvunt Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 1. §. 1.* Sayr. *de censu. lib. 7. c. 11. n. 11.* Avila *d. disp. 6. sect. 1. dub. 10.* Bonac. *eod. tract. disp. 5. q. 3. punct. 5. n. 4. verf. addo*, Molin. *d. just. tom. 4. disp. 75. n. 3.* 56 Artem quoque medicam exercere Religiosis interdicitur, ut probat Tambur. *d. tom. 3. disp. 3. q. 6. n. 33.* Sanchez *d. c. 14. n. 18* ubi *n. 19.* temperat, nisi causâ pietatis id munus exercerent erga miserabiles, & cognatas personas, dummodò nullum mortis subsequendæ periculum immineat.

Decimotertiò, ne possint esse tutores testamentarii, aut dativi, ut probatur *c. fi. dist. 86. & Anch. de sanctissimis Episcopis*, §. *De autem amabiles, collat. 9.* Azor. *instit. moral. p. lib. 12. cap. 11. quæst. 3.* Tamb. *d. tom. 3. disputat. 3. c. 6. n. 34.* Laurent. de Peirinis *de Prælato q. 4. cap. 4. num. 24. cum seq.* Machado *en su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 5. p. 2. tract. 2. docum. 6. n. 1.* Sanch. *d. cap. 14. n. 21.* ubi resolvunt, nec id posse ex licentia suorum Superiorum, & si illam suscipiant, eorum esse irritum, quod gerunt : nec etiam legitimam tutelam suscipere possunt, ut expressè habetur *in d. §. Deo autem amabiles*, & tradunt Greg. Lop. *l. 14. verb. non puede, tit. 15.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 221. col. 3. versicul. religiosus tutor*, Joan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 72. num. 7.* Sanch. *d. c. 14. n. 25.* Gutierr. *de testel. p. 1. c. 1. num. 30.* Palao *tom. 3. tract. 16. disput. 4. p. 13. §. 2.* Machado *d. docum. 6. n. 2.* nisi miserabilium personarum, quia illarum tutelam non tantùm posse, sed etiam teneri suscipere, existimarunt Gloss. *verb. tutelas, in fine, in d. c. fin.* Rosell. *verb. tutela 2.* Syvest. *q. 3.* Armill. *n. 2.* Tabien. *q. 1. num. 2.* Gavant. *verb. tutela, num. 3.* Sed meliùs credit Sanch. *d. cap. 14. n. 26.* quem refert Joan. Maria Novar. *in tract. de privileg. miserab. person priv. 86. in noviss. impress.* & me citato *in hoc loco in Lucerna Regular. verb. tutela*, nec harum personarum posse Religiosos esse tutores, imò nec teneri, quia *in d. c. fin.* nullum invenitur verbum hanc obligationem imponens : tum quia non videtur quomodo possint ad hoc Religiosi obligari, cùm nec bona possideant, quæ pro administranda tutela illi obligationi subjiciat, & tutelæ munus valde à Religioso statu alienum sit.

Decimoquartò, ne possint fidejubere, nisi de li- 58 centia prælati, & majoris partis Capituli, ut expressè habetur *in c. pen. de fidejuss. tit. 12. p. 5.* Mol. *de just. tr. 2. disp. 549.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 12. cap. 11. q. 2.* Rebell. *de obl. just. p. 2. lib. 16. q. nn. de fidejuss. num. 13.* Bellet. *disq. cler. p. 1. tit. de discipl. cler. §. 32.* 59 *num. 7.* Tam. *d. tom. 3. q. 6. n. 35.* Laur. de Peirinis *de Prælato tract. 3. q. 5. n. 29. cum seq.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 6. cap. 14. num. 38.* ubi *n. 39.* resolvit, nec Prælatum Monasterii id posse absque consensu majoris partis Capituli, nec ipsum absque eo consensu facultatem fidejubendi concedere posse, & citat Sylv. *verb. fidejuss. q. 4.* & Aug. *eod. verb. n. 7.* Armil. *n. 4.* ac Lessium *de just. lib. 2. c. 28. dub. 2. num. 10.* Quod adeò verum est, ut si de facto fideju beat Religiosus absque prædicta licentia, irrita sit fidejussio, ut per Greg. *l. 2. verb. de los Obispos, tit. 13. part. 5.* Molin. *de just. tract. 2. disp. 50. verb. religiosus verò*, Azor. *d. lib. 12. c. 11. q. 2.* Sanch. *d. c. 14. num. 41. verf. sed dicendum*

endum, ubi reddit rationem, quare Clerici, quibus
60 similiter interdicitur fidejussio, si de facto fidejubeant, maneant obligati, *ex c. 5. de fidejussor.* non ita Regulares? Unde idem Sanch. *n. 42. d. loco*, advertit quod licèt Religiosus de Superioris licentia existens in studio, possit contractus inire, nequit tamen validè fidejubere, & citat Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 7. n. 1.*

61 Decimoquintò, ne in Jure Civili, vel Medicina ad gradum Doctoratûs promoveantur, quia ipsis interdicitur Juri Civili, aut Medicinæ studere, *cap. non magnoperè, &c. super speculæ, ne Cleric. vel Monachi.* Tambur. *d. tom. 3. d. disp. 3. q. 6. n. 38.* Sanc. *d. l. 6. c. 14. n. 43.* ubi *n. 45.* post Nav. Salzed. & Fr. Emm. *locis infrà citandis*, resolvit Religiosum, qui Juri Civili operam dedecat, posse ex sui Superioris licentia promoveri ad Doctoratum in Jure Civili, quia jura proximè citata solam auditionem Juris Civilis, aut Medicinæ exeundo clausirum interdicunt, & longè diversum est promoveri ad grados
62 in his Facultatibus, quas Religiosi in sæculo didicerant. Ad Doctoratûs verò gradum in Theologia & Jure Canonico possunt Religiosi ex Superioris licentia promoveri, quia nullibi interdicitur ejus gradus assumptio, neque harum facultatum studium. Ita Guillel. Benedict. *in c. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam, in princ. n. 213.* Tabien. *verb. magister, q. 2. n. 3.* Armil. *eod. verb. n. 4.* Nav. *comment. 2. de Regularib. n. 2. vers. tertiò dico*, Fr. Emman *quæst. regular. tom. 2. q. 74. art. 1.* Tambur. *ubi supra num. 38. in fine*, Sanch. *d. c. 24. n. 44.* ubi *n. 57.*
63 post Fr. Emm. *d. q. 84. art. 2.* subdit, Fratres Franciscanos posse etiam ad gradus Doctoratûs promoveri, dummodò cursus per constitutiones Apostol. & sui Ordinis statuta decretos perfecerint, & idonei existant, & in Universitatibus ab ipso Ordine per generalia Capitula specialiter electis: & *num. 48.* tradit Religiosos Societatis Jesu non posse ad gradus Philosophiæ, vel Theologiæ promoveri sine Præpositi Generalis facultate: & *num. 49.* ex eodem Fr. Emman. *d. q. 74. art. 3.* addit, quod si Religiosi sint Ordinis Prædicatorum Reformatorum, seu de Observantia provinciæ aut Congregationis Hispaniæ, & præsumant assumere quemcunque gradum in sacra Theologia, nisi ad illum per Capitulum dictæ Congregationis expositi fuerint, erit irritum quod faciunt, & quod dicta pœna non extenditur ad reliquos Fratres non Reformatos, nec ad reliquos Religiosos, imò nec ad Reformatos, qui non ex præsumptione, sed ex ignorantia, vel oblivione ad eos gradus promoti sunt, quia decretum illud, præsumptionem requirit, & extendit, etiamsi ignorantia esset mortaliter culpabilis, & quantumcunque crassa, dummodò non esset ingens
64 temeritas. Illud advertere oportet, quod Religiosus missus à Superiore ad litteras addiscendas, censetur quoque licentiam habere, ut ad Doctoratûs gradum promoveatur, ac proinde expensas in ejus gradu consumptas tenetur Monasterium solvere, ut docent Felin. *in c. cùm dilecta, num. 18. & 19. de rescrip. & in c. ex parte, n. 3. de accusat.* Nav. *comment. 2. de regularibus, n. 2. vers. tertiò dico*, Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 7. num. 4. & 5.* quod benè limitat Felin. *in d. c. ex parte, n. 5.* in expensis necessariis, non sumptuosis.

65 Decimosextò, ne possint esse exequutores testamenti, sive ad causas profanas, sive ad pias, absque obtenta Superioris licentia, *c. 2. & ult. de testam. in 6. Clem. unic. eod. tit.* Navar. *commento 2. de Regul. n. 64.* Mattiens. *l. 14. gloss. 1. n. 2. tit. 4. lib. 5. nova recop.* Gratian. *discept. forens. c. 123. n. 1.* Azor. *instit. moral. p. 1. l. 12. c. 21. q. 1.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. l. 6. c. 11. à princ.* Hier. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 135. n. 16.* Laurent. de Peyrinis *de Prælato, q. 5. c. 5. n. 22.* Idem Sanch. *in opusc. l. 4. c. 1. dub. 40. cum seq. tom. 2.* Machado *de su perfecto Confessor, tom. 2. l. 5. p. 2. tract. 1. doc. 1.* Itaut exequutio testamenti per eos facta absque superioris licentia, quamvis nihil oppositum fuerit, invalida sit, ex verbo, *non potest*, quo utitur dictum caput 2. quod præcisam importat necessitatem, & adeò privat potentiâ, ut actum contrà gestum irritet: sic docent Rin. in jun. *cons. 403. n. 13. vol. 4.* Perez *l. 4. dub. 8. tit. 2. l. 5. ordinam.* Menoch. *de succes. creat. p. 2. q. 11. n. 178.* Molin. *de justit. tract. 2. disput. 247. vers. religiosus tamen.* Fr. Emm. *quæst. Regular. tom. 1. q. 65. art. 3. & tom. 3. quæst. 70. art. 1.* Verùm licèt hæc sententia sit valde probabilis, contraria tamen est probabilior, eamque tuentur Roland. *cons. 24. n. 82. vol. 2.* Fulv. Pacian. *tom. 2. cons. 162. n. 79. cum seq.* Hippol. *cons. 19. n. 12.* Azor. *d. c. 11. q. 1. vers. quæres*, Mattiens. *l. 14. gloss. 1. n. 14. tit. 4. l. 5. nova recop.* Cevall. *commun. contra commun. q. 88. n. 1. & q. 404. in fine*, Cald. Pereir. *de resol. emptor. c. 17. n. 10. vers. infero decimo octavò.* Laur. de Peyrinis *d. q. 3. c. 5. sub n. 23. prope fin.* Palao *tom. 3. tract. 16. disp. 4. p. 13. §. 1. n. 8.* Machado *d. tr. 2. docum. 2. n. 4.* Sanch. *d. cap. 11. num. 44.* ubi respondet verbum illud, *non potest*, minimè poni *in dict. cap. 2.* respectu valoris facti, seu respectu juris, sed respectu ipsius Monachi tale officium suscipientis, vel exequentis; cùm nec velle, nec nolle habeat.

Licentiam acceptandi officium exequutoris te- 66
stamenti potest quilibet Superior, etiam immediatus Co ventus concedere Religioso, ut benè tradunt Joan. Andr. & Archid. *num. 1.* Anchar. *num. 3. notab. 2.* Domin. *in princ. num. 2.* & Franch. *num. 5.* Molin. *d. disp. 247. col. pen.* Laur. de Peyrinis *d. q. 3. cap. 5. num. 23. in princ.* Sanch. *d. cap. 11. numero 25.* ubi *numero 16.* hoc temperat, nisi consuetudine illius Religionis obtinuisset, aut ejus Constitutiones præscriberent, ut hæc licentia à solo Superiore mediato obtinenda sit, & *num. 19.* observat non posse Religiosum ex sola Episcopi licentia, Abbate suo contradicente munus hoc suscipere, quia plus subditur ratione suæ professionis Abbati: & *n. 20.* quærit, quis Superiore mortuo hanc licentiam concedere valeat? & *num. 5.* resolvit ipsum Religionis Superiorem, etiam Conventualem, posse absque alicujus sui Superioris licentia hoc munus obire, & citat Molin. *d. disp. 247. c. pen.* ac Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 70. art. 1.* de quo etiam Palao *tom. 3. tract. 16. disp. 4. p. 13. §. 1. num. 1.* Machado *d. tract. 2. docum. 2. num. 2.*

Non sufficit licentiam obtineri post susceptum 67
exequutoris officium ad illud exequendum, sed ad illud quoque acceptandum prærequiritur, ut docet Sanchez *dict. cap. 11. num. 10.* ubi *numero 11.* subdit, quod non sufficit tacita Superioris licentia, quæ habetur ex ratihabitione de præsenti, aut de præterito ad hoc munus acceptandum: & *numero 12.* disputat, utrùm licentiam hanc semel concessam possit Superior revocare ad libitum, quando res non est integra, quia cœpit Religiosus hoc munere, uti? Advertit benè idem Sanchez *dict. capite 11. numero 8.* licentiam hujusmodi non requiri, quando Religiosus ille exequutor esset testamenti quoad sola legata pia: & *numero 9.* etiam quando exequutio illa cedit in Monasterij utilitatem. Illud autem advertere oportet, quod Religiosi, qui

extra

extra claustra sunt, ut Beneficiis perpetuis præsint, possunt absque Superioris licentia munus hoc obire, quia hujusmodi Religiosi non sunt sub Abbatis obedientia, ac proinde cessat in eis ratio prohibitionis. Gloss. *verb. Religiosus, vers. & de Claustralibus intelligo, in dict. cap.* 2. ubi Dominic. *num.*6. Franch. *n.* 5. Greg. Lop. *lib.* 2. *verb. frailes, tit.* 10. *p.* 6. Fulvio Pacian. *cons. ubi suprà, n.* 181. *tom.*1. Sanch. *d.c.*11. *n.* 4. Rot. apud Farinac. *decis.* 87. *num.*1. *part.*2. *recentior.*

70 Fratres verò Minores etiam obtentâ suorum Superiorum licentiâ, minimè posse ultimæ voluntatis exequutores esse, resolvunt Gloss. *verb. Religiosus, in d.c.*2. Sanch. *d. c.* 11. *num.* 24. *cum seqq.* Hieron. Roderic. *d. resol.*135. *n.* 17. Machado *d. tract.* 2. *de-*

71 *cum* 2. *num.* 5. Illis tamen permissum est pauperum electionem facere, veluti si testator suis exequutoribus præcipiat pecunias aliquas pauperibus distribui, eligendis per Fratres Minores, vel cum eorum consilio, quia hoc non est exequutoris munus obire: tum quia hæc electio est quid facti potius, quàm juris, *ex l. cùm pater* 79. §. *hereditatem, l.*1. *ff. de legat.* 1. Ideo ita tenent Cov. *in c. tua nos, v.*1. *ad fin. de test.* Quesad. *in suis variis quæst. c.* 22. *n.*10. Mench. *lib.* 3. *Illustr. c.* 98. Spin. *in speculo testam. gloss.*18. *princ. n.* 32. Fr. Emm. *qq. Regul. tom.*3. *q.*70. *art.*2. Ceval. *commun. contra comm. q.* 88. *in fine*, Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.*5. *q.* 3. *n.* 25. Cald. Pereira *d. nom. emphyt. q.* 6. *n.* 3. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 123. *n.* 25. Sanch. *d. c.* 11. *n.* 32. Fr. Barthol. de Vecchis *in prax. servanda in admittendis ad Religionis Statum novit. disp.*8. *dub.* 13. *n.* 1. & 2. Hier. Roder. *d. resol.*335. *n.* 18.

Contra Dilect. *de arte testandi, tit.* 7. *cent.* 7. *in fine*, Navar. *cons.*408. *num.*4. *vol.*1. Duen. *reg.* 381. *ampl.*6. *in fine*, Perez *lib.*4. *dub.* 7. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam.* Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 247. *vers. illud est observandum.*

72 Decimo sextò, Bona quæcunque tanquam propria vel Conventûs nomine, possidere, aut tenere prohibentur, sed debent Conventui incorporari. Superiores verò bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam non debent. Ita statuit Concil. Trident. *sessione.*25. *de Regularib. cap.* 2. Professio namque facta ea conditione, dummodò professus proprium retineat nutu suo, est irrita. Gl. *in cap. fin. de condit appos. & in cap. qui clerici, vel vov.* Navar. *consil.*14. *n.* 5. *de statu Monach.* Gratian. *regul.* 320. *num.*21. Spin. *in speculo testum.* Gloss. 12. *princ. num.* 12. Covarruv. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 3. §.1. *num.*26. *cum seqq.* Humad. *lib.* 7. *gloss.* 1. *num.*2. *titul.*7. *part.* 2. Fr. Emman. *quæstion. Regular. tom.* 3. *quæst.*17. *artic.* 6. Ceval. *commun. contra commun. q.*85. *num.*2. Carol. Tapia *in Authent. Ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles. verb. ingressi, cap.* 14. *num.* 4. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.*12. *cap.* 5. *q.* 2. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 8. *art.*2. Less. *de justit. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 62. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*2. *num.*92. Basil. Pont. *de Matrim. lib.* 5. *cap.*10. *num.* 10. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosor. lib.* 8. *quæst.* 21. Aloys. Ricciul. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. art.* 4. *decis.* 340. *num.* 11. Suar. *tom.*3. *de Relig. lib.*6. *cap.*12. *num.* 14. & 15. Hieron.

73 Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.* 101. *num.* 58. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 13. *dub.*1. *num.* 11. Bonacin. *de clausura, quæst.* 2. *puncto* 10. *d. ffi ult.* 2. §. 1. *num.*13. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 3. *disp.* 6. *q.*16. *num.*16.

Utrùm autem licitum sit Religionem prælatis concedere Religiosis peculium ad nutum Superiorum revocabile, ad solos usus honestos, & pios, idque ex causa legitima? Negativa pars suaderur *ex cap.* 2. *de statu Monachor.* ibi: *Monachi nec peculium permittantur habere &c.* & *ex cap. cùm ad Monasterium, eod. tit.* ibi, *Prohibemus ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat.* Quorum Jurium auctoritate hanc partem sustinent Felin. *in c. cùm M. num.* 26. *vers. eadem, reassumit, de constitut.* Carol. Tapia *in Auth. Ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles. verb. ipso ingressu, c.* 3. *num.* 54. Verùm multò probabilius est, peculium supradicto modo permissum esse ex licentia Superioris, ut docent Navar. *commento* 1. *de Regularib. n.* 14. & *commento* 3. *n.* 27. & *cons.* 20. *num.* 5. *sub tit. de Regularib. in antiq.* alias *cons.*14. *num.*5. *sub eod. tit. in novis*, Greg. Lop. *l.* 13. *verb. proprium, tit.* 1. *part.* 1. Corduba *in sum. c.* 54. *opin.* 2. Ludov. Lopez *in instruct. conscient. cap.* 154. *col.*3. *vers. ideò licet*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*3. *q.*29. *art.*8. & *in sum. tom.* 2. *c.* 31. *n.* 3. *in princ.* Ludov. Beja *responsa. casuum conscient. p.* 3. *q.* 36. *in fine*, & *p.*4. *casu* 17. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 12. *q.*1. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.*28. *art.*8. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 22. *num.*5. ubi ponderat pro se textum *in d.c.* 2. *vers. qui verò*, dùm permittit Monachos pro administratione injuncta peculium habere, hinc inferens, licitum esse peculium ex causa legitima: & *num.* 6. dicit textum *in d.c.*2. *in princ.* & *in d. cap. cùm ad Monasterium*, interdicere regulariter, & universaliter concedi Religiosis peculium propter eorum importunitatem, & leves causas, secus quando ex causis gravibus, & justis.

Hæc de jure communi Decretalium subsistunt, 74
sed dubium est an illud sit correctum per Concil. Trident. *dict. sess.* 25. *de Regularib. cap.* 2. Duplex est sententia. Una affirmat, atque ideo hujusmodi peculium, quod attento jure antiquo diximus Religioso posse concedi, jam non esse licitum. Ita Sustinent Passarel. *in privileg. Fratrum Minorum, post cap.*43. *sub. tit. de propria are abdicanda, paulò ante fin. in vers. ubi est prius advertendum*, Petr. Navarr. *de restit. lib.*3. *c.*1. *part.* 3. *dub.* 1. *n.* 163. *in nova edit.* Vega *in sum. tom.*2. *cap.* 32. *casu* 19. Azor. *d. lib.* 12. *cap.*9. *quæst.*2. Valent. 2. 2. *disp.* 1. *quæst.*4. *puncto* 3. *col.*2. *corol.*4. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 31. *n.*3. *vers. lo tercero digo, & quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 47. *art.*15. *in fine, & tom.*3. *q.* 29. *art.*12. Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb. Moniales* §. 2. Tapia *in d. Auth. Ingressi. verb. ipso ingressu, cap.* 3. *num.* 55. Molin. *de justit. tract.*2. *tom.*3. *disp.* 276. *col. per. vers. nirum autem*, Lessius *eod. tract. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 5. *n.* 30. Vasq. *in opusc. de reddit. Eccl. c.* 3. *dub.* 12. *n.* 14. Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8. *c.*14. *n.* 18. Verùm quicquid hi Doctores limitent, & temperent, altera opinio, quæ sustinet in eo Concilii Trident. decreto nihil novi juris induci, sed solùm confirmari statuta jure antiquo *dicti c.* 2. & *cap. cùm ad Monasterium*, verior est; quia verba Conci. Trid. non habent majorem vim contra peculium, quàm verba Concilii Lateran. relata *in dict. cap.* 2. nisi quod expressiùs prohibeant hoc peculium: ideo meritò hanc tuentur. Nav. *d. commento* 2. *n.*15. & 18. *d. cons.* 14. *n.* 6. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.*1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 53. Fulv. Pacian. *cons.*36. *à n.* 99. *tom.* 1. Joan. à Cruce *de statu Relig. lib.*1. *c.* 3. *dub.* 2. Anton. Perez *in comment. ad regul. S. Benedicti, c.* 33. *n.* 23. Petr. de Ledesma *in sum. tom.* 2. *tract. de statu relig. in communi, c.*4. *concl.*3. *dub.* 13. Ludov. Beja *d. p.* 4. *casu* 17. *in princ.* Fab. *de restit.*4. *sent. lib.*4. *dist.* 15. *q.* 2. *disp.* 45.

*cap.*5.

c.5.n.125. Tanner. in 2.2. disp.6.q.3.dub.4.n. 187. Villalob. in sum. p. 2. tract. 35. dub.30. num.2. Ludov. Miranda in man. Prælat. tom.1.q.28. art. 8. Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. l.8.quæst.30. Laur. de Peirinis de subdit. relig. tom.1.q.2. c.2. §.1. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, tract. 2. l. 8. c. 6. num.13. Hieron. Cened. de paupert. Relig. dub.9, n. 4. & seqq. Sanch. d. cap.22. numero 12. ubi num.13. resolvit, hodie licere ex justa causa concedere cuicunque Religioso, licèt non sit officialis Ordinis, administrationem aliquorum bonorum stabilium nutu Superioris amovibilem: & num.14. ait, licitam esse aliquarum Religionum consuetudinem in quibus ex Superiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioso assignantur ad victum, & vestitum, itaut si deest aliquid, ipsi quærant; si autem supereſt, applicent piis, & religiosis usibus, dummodò Religiosi non excedant limites licentiæ, & parati sint reformationi legitimè faciendæ obtemperare.

75 Hoc autem peculium concessum Religioso, debet esse moderatum, & non superfluum, ut docet Sanch. d.c.22.n.17. ubi n. 18. ostendit, quâ superfluitatis culpâ liberari valeant Religiosi amplissimos redditus habentes, si arbitrio, & præfinitioni Superiorum stare debent Regulares quoad mobilium superfluitatem, & convenientiam, nisi de excessu arbitrii constiterit, habitâ tamen ratione personæ, officii, & regularis status paupertatis, quam professi sunt, etiam cæterarum itidem qualitatum, ut refert decisum Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarræ, l. 2. tit. 18. l. 7. de religion. num. 84. Quare ut hæc res ita solidè proponatur (verba sunt hæc sapientissimi Basilij Pont. var. disput. part. 1. quæst.9. scholastica, cap. 5. vers. sed quæret aliquis) ut assentiatur quivis maturi judicij, dummodò non sit auro, ac suis addictus nimis, inter ea, quæ cellas exornare possunt, quædam sunt à Religioso statu non aliena, veluti libri, vestes laneæ, vel lineæ, juxta regulam modestiæ compositæ, nec nimis exquisita & pretiosa materia, honesti lecti apparatus, imagines & hujusmodi alia religiosam modestiam decent, & difficile est in his assignare superfluum. Verùm ornamenta pretiosa, vestes exquisitâ arte confectæ, & ex materia, quæ secolares divites potiùs quàm pauperes Religiosos decet, ex auro fabrefacta plura, gemmæ adamantes, multæ magni pretij imagines, capsulæ, aut scriptoriola ingentis summæ, qualia apud nonnullos multa, lectorum exquisita stragula, & ratur ornatus, superflua sunt Religioso. An autem Religiosus

76 sit proprierarius, qui de licentia Superioris multa superflua respectu sui status possidet, vide Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. l. 8. quæst. 95. & Basil. Pont. d.q.9. scholastica, cap. ult. vers. denique, in fine, pag. 324. ubi dicit id non esse contra Religionem & paupertatis votum, sed contra temperantiam quæ superflua moderatur, & in re gravi mortale peccatum est.

77 Propria igitur tenere non possunt Regulares utriusque sexus, sed omnia dare debent suis Superioribus, à quibus primò subveniendum est necessitatibus eorum, vel earum, quibus munera destinata fuerunt, reliquum verò conferendum in usum Monasterij. Ita decisum fuisse per S. Congreg. referunt Nav. commento 2. de Regul. 5.n.8. & in tract. de reddit. eccl. q.1.n.84. Azor. d. p.1. lib.12.c.9.q.2. prope finem. Armend. d.l.7. de Relig.n.18. Franc. Leo in thesauro fori eccles. p.2. c.1.n.41. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p.3. all.103.n.3. & me non citato transcripsit Aloys. Ricc. in dec. Curiæ Archiep. Neapol. dec.340.n.12. & dec.390. ex n.11. p.4. Unde nullum Superiorem posse concedere Monacho facultatem retinendi aliquid ad usum irrevocabilem, tenent Nav. cons.47.n.2. sub tit. de Regul. in antiq. aliàs cons.15.n.2. de statu Monach. in novis, Aloys. Ricc. in praxi, resol.194. Ego ipse d.alleg. 103. n.4. 78

Moniales, & cæteri Regulares, res etiam parvi momenti sibi donatas, aut aliàs acquisitas, ut proprias retinere non possunt, sed Superiori illas tradere debent, ut refert decisum Armendar. d.c.7. de religion. num.77. Monialibus quoque minimè licet propria possidere; & si quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerit, vel earum labore, aut industriâ partum, tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primùm Monialis ipsius, cujus causâ id quæsitum est, necessitati provideat, reliquum conferendo in usum Monasterij. Armend. d.lib.7. de religione, n.74. ubi num.75. subdit, quòd nec Moniales tanquam proprium possidere possunt, quod suis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quod Monasterium esset paupertimum. De licentia autem Superioris eis illicitum non est habere quosdam redditus vitalitios, ex quibus possint vivere, & providere suis particularibus necessitatibus pro victu, & vestitu, & aliis, quæ sibi à Monasteriis non suppeditantur; & hoc casu non peccant, nec Concilio d.c.2. quod loquitur de redditibus ut propriis, & irrevocabilibus per Prælatum, & sine ejus licentia distrahendis, contraveniunt, ut per Cordub. in tract. casuum conscient. q. 34. Nav. d.commento 2. de Regularib. num.14. & num.18. vers. ad quintum, Azor. d.p.1. lib.12.c.9.q.12. Fr. Joan. de Cruce d.c.3. dub.2. Ludov. Miranda d. quæst.28. art. 1. conclus. 2. Gallet. in margar. casuum conscient. verb. Monialis, pro. Suar. tom.3. de Relig. l.8.c.14. num.12. Illustrissim. D Roder. à Cunha in comment. ad c. reatum 33. n. 6. dist.81. meipsum d.alleg.103. n. 5. disputat. late & eruditè Basil. Pont. var. disput. p.4.q.9. scholastica, an liceat Religioso annuos redditus, ingentia depositа, insignemque supellectilem habere, circa explicationem Concil. Trid. de paupertate Religiosorum. 79

Permittit tamen hodie Concil. Trid. eadem sess. 25. de Regul. c.3. omnibus Monasteriis etiam Mendicantium (exceptis Conventibus Capuccinorum, & Minorum de Observantia) ut deinceps bona immobilia in commune eis possidere liceat, & docent Nav. de Oratione, c.22. n.82. Fr. Emman. quæst. regular. tom.3.c.29. art. 14. Azor. instit. moral. p.1. lib.12.c.23.q.8. Fr. Joan. à Cruce de statu relig. lib.1. c.4. Fr. Ludov. Miranda in man. Prælat. tom.1. q.11. art.6. & q.28. art.1. Hier. Venero de examine Episcopi, lib.6.c.13. à princ. Unde Minores de Observantia, & Capuccinos esse incapaces hæreditariæ successionis, sive ex testamento, sive ab intestato, tenent Quesad. in suis quæst. var. c.22. n. 25. Sanch. in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7. c.25. n.4. Nec per fideicommissum universale posse hæredes institui, tradunt Cordub. in reg. S. Francisci, c.6. q.11. punct.1. Pr. Emman. tom.2. q.78. art.2. Sanch. d.c.25. n.5. Quamvis adjiciatur clausula, ut hæreditas vedatur, & in necessaria illis pretium cedat; adhoc enim institutionem prorsus invalidam esse, tenent Bald. Anchar. Felin. Dec. Montalv. Anton. Gabr. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. d.cap. 25. n. 10. Et sic quod Religio Fratrum Capuccinorum incapax sit successionis bonorum, & cujuscunque acquisitionis, censuit Rot. decis. 6. num.10. tom.5. recentior. ubi n.2. subdit, quod si Religiosus 80 81 82 83

Capuccinus

Capuccinus emittat professionem, perinde est ac si naturaliter obiisset, adeo ut non expectato obitu, apertum dicatur fideicommissum, si quod adsit, substitutis: & *num. 3. cum seqq.* respondet *ad dec. 543. p. 2. recent.* dum tenet societatem officiorum non dici extinctam ab professionem in Religione Capuccinorum illius, in cujus vitam tertius societatem inierat, quia ille, in cujus caput Societas inita fuit, nihil penitus præstat, & nihil ei acquiritur, sed solùm ab illius vita, & obitu naturali regulatur societas, ut duret, seu extinguatur. Nec Fratrum Minorum Ecclesiam posse validè hæredem instituí, resolvunt Quesad. *d. cap. 22. num. 19.* Cord. *d. punct. 1.* Azor. *d. p. 2. lib. 12. c. 23. q. 15.* Sanch. *d. c. 25. n. 14.* ubi *c. 23. per tot.* latè disputat, an Conventui Fratrum Minorum possit legari, de quo latissimè agemus, *lib. 3. c. 23. de legatis ad pias causas, sub vers. Sextò ei.*

84 In hac verò exceptione, quam facit Concil. *d. cap. 3.* non comprehenduntur Moniales S. Claræ, sicut refert à S. Congreg. decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ fol. 158. num. 3.* & omnes aliæ cujuscunque Ordinis, non obstante regulâ in contrarium, ut censuit sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 16. Januarij 1596. Sed an hoc procedat in Monialibus primæ regulæ S. Claræ, vulgò dictæ discalceatæ, seu Damianæ, quæ vivunt in rigidiori paupertate, vide Portel. *in resp. moral. p. 2. casu 24.*

85 Congregationem autem totius Societatis Jesu de anno 1565. cessisse cuicumque juri provenienti ex concessione Concilij *d. c. 3.* ad habenda bona immobilia in communi in Domibus professorum, vel eorum Ecclesiis, refert Sanch. *d. tom. 2.*

86 *lib. 6. c. 18. n. 11.* Quæ quidem renunciatio intelligitur ad hoc, ut possit habere, & perpetuò possidere stabilia, non autem ut capiat ad vendendum, sicut consuluit Menoch. *cons. 1014. n. 28.* quem probat Rot. *in Romana legati. 10. Maij 1617. coram bon. mem. Buratto*, inter ejus impressas *dec. 245. n. 17.*

87 & ideo hanc Societatem, & Domum esse capacem acquisitionis stabilium, ad effectum illa vendendi, & ex eorum pretio propriis necessitatibus providendi, tenuerunt Mandos. *de privil. ad instar, n. 12.* Hier. Gabr. *cons. 28. in princ. & n. 6. & 12. lib. 1.* Jul. Negron. *in comm. reg. controv. dicta Societatis, p. 3. sub n. 7. pag. 76.* Burat. *d. dec. 245. n. 16.*

88 Quòd si aliquis Religiosus paupertatis votum professus, peculium, seu aliquid proprium habere deprehendatur, à Monasterio expellendum esse ait textus *in d. cap. cùm ad Monasterium, de statu regul.* & ex eo colligit Sanch. *d. tom. 2. lib. 7. c. 20. n. 12.* ubi cum Abb. *in cod. c. cùm ad Monasterium, n. 13.* rectè advertit, eam expulsionem correctam esse per caput *fin. de Regularib.* quod expulsionem interdicit, jubetque eum Religiosum aliàs expellendum, deputandum in Monasterij ergastulo, quo pœnitentiam agat. Attento verò Concilio Trident. *d. sess. 25. de Regularib. c. 2. in fine*, si Religiosus proprium habens deprehensus fuerit, aut convictus, privatus est biennio voce activâ, & passivâ, atque juxta sui Ordinis Constitutiones puniendus, & ita privatus censetur omni jure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capitulo, & jure patiendi vocem datam de ipso à Capitulo, Conventu, vel Collegio, quoad ea, quæ sibi sunt onerí, & pœnæ, ut consuluit Nav. *cons. 6. de elect. in antiq.* aliàs *cons. etiam 6. de verb. sign. in novis.* Sayr. *in floribus dec. sub illo tit. de elect. dec. 6.*

Si verò Religiosus proprium habens tempore 89
mortis inventus fuerit, in sterquilinio cum illo proprio, sive tota pecunia est sepeliendus, *d. cap. cùm ad Monasterium*, ubi Zabar. *n. 1. notab. 2.* Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 2. lib. 3. c. 19. n. 5.* Surd. *d. aliment. tit. 8. privileg. 79. n. 2.* Fr. Emm. *qq. regul. tom. 3. q. 61. art. 1. vers. 13.* Verùm æquitas solam propriam, seu pecuniæ partem sepeliendam suadet, ne tota perdatur, ut citati advertunt, ultra quos tradunt etiam *in d. cap. cùm ad Monasterium*, Host. *n. 7.* Joan. Andr. *n. 4.* Anchar. *n. 10. notab. 5.* & Abb. *n. 15.* Greg. Lopez *l. 14. glos. 3. tit. 7. part. 1.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 7. c. 20. n. 11.* ubi advertit, quod licèt citati Doctores dicant hanc quantitatem debere esse triginta nummos, quòd totidem Christus Salvator noster, & Joseph venditi sint; in eo tamen se non invenisse fundamentum profitetur, ac proinde satis esse aliquam illius pecuniæ partem cum eo sepeliri in signum perditionis, & aliorum terrorem: additque hanc pœnam non incurri à dantibus sine licentia Superioris, sed à possidentibus proprium, quia de his clarè loquitur dictum caput *cùm ad Monasterium.*

Decimoseptimò prohibentur sibi eligere sepul- 90
turam, nisi quando moriuntur ita remotè à Monasterio, ut ad illud commodè portari nequeant. Glos. *verb sepulturam. tit. in dict. cap. fin. de sepultur. lib. 6.* Navar. *commento 2. de Regularib. num. 43.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. q. 60. art. 2. vers. advertendum tamen est.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 14. n. 3.* Jul. Lavor. *var. locubrat. tom. 2. tit. 1. cap. 11. ex n. 91.* Ego ipse *de officio Parochi cap. 29. num. 30.*

Decimo octavò prohibentur professi Religiosi 91
exire Monasteria ad audiendas Leges, vel Physicam, alioquin nisi intra duos menses revertantur, excommunicationis sententiam ipso jure incurrunt, & in nulla causa patrocinari possunt, & in Choro, & in Capitulo, & cæteris erunt ultimi, & sine dispensatione Papæ non promoventur, ut probatur *cap. non magnopere, ne Cler. vel Monach.* & docent Nav. *comm. 2. de regul. num. 17.* Rebuff. *in tract. nom. q. 5. n. 15. cum seqq.* Suar. *tom. 5. de cens. disp. 23. sect. 3. à n. 10.* Bellet. *disquisit. Cler. p. 1. tit. de discipl. cler. §. 30. n. 1. & 2.* Filliuc. *tract. 14. c. 8. q. 2. à n. 127.* Sanctar. *de apostas. c. 2. n. 15. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 8. n. 74.* novissimè Bonac. *de censuris extra Bullam, disp. 2. q. 8. punct. 7.* A quo autem die computandum sit spatium dictorum duorum mensium, est inter Doctores controversum, nam Glos. *verb. duorum, in c. ult. ne clerici, vel Monachi*, censet computandum esse à tempore scientiæ, sive publicationis hujus Constitutionis. At S. Ant. *p. 3. tit. 24. c. 52.* & alii putant numerandum esse à die, qua Religiosi Leges, vel Physicam audire incipiunt. Communis tamen sententia tenet, computandum esse à die, quâ Religiosus egreditur ad præfatas scientias audiendas, quia textus *in d. c. non magnopere*, clarè indicat initium ab exitu à claustro desumendum esse, dùm dicit, *si verò exierint, & intra duorum mensium spatium non redierint, &c.* Et ita meritò tenet Panor. *in d. c. ultrà, n. 8.* Suar. *d. sect. 3. n. 16.* Sayr. *de cens. lib. 3. c. 33. n. 4.* Bon. *d. punct. 7. n. 11.* Filliuc. *d. q. 2. n. 129.* Sanct. *d. c. 2. n. 20.*

Quæstio est dubiat, an satis sit ad incurrendam 92
excommunicationem, de qua suprà à Monasterio egredi, & in eodem oppido Leges, vel Physicam audire, & ad Monasterium finitâ lectione redire, vel opus sit aliò se transferre, ad habitandum,

aut

aut degere extra Monasterium, ibique præfatis scientiis studere? In qua Suar. *d. sect. 3. num. 12.* & Filliuc. *d. quæst. 2. n. 118.* asserunt satis esse exire, & in eodem oppido præfatas scientias audire, & redire, quia textus *in dict. c. non magnoperè*, nullius ferè momenti esset, cùm Religiosi non consueverint aliâ ratione de claustris ad audiendas doctrinas etiam sacras exire. Sed verior est opinio Navar. *d. c. 27. num. 107.* Tolet. *in sum. l. 1. cap. 38. num. 6.* Sayr. *d. l. 3. c. 23. num. 2.* Sanctarel. *d. cap. 2. numero 19.* & Bonacin. *dict. punct. 7. numero 3.* asserentium Religiosum non incurrere pœnam excommunicationis audiendo Leges, vel Physicam in eadem civitate, si domum serò redeat, quia excommunicatio in eo textu lata est contra Religiosos exeuntes ad præfatas scientias audiendas, nisi ad claustrum suum intra duorum mensium spatium redeant. Opus est tamen ut Religiosus exeat intentione audiendi præfatas scientias ad incurrendam hujusmodi excommunicationem, quia *in dict. cap. non magnoperè*, dicitur ut non permittatur ad has scientias audiendas exire, ut per Tolet. *dict. cap. 38. num. 8.* Sayr. *d. l. 3. cap. 33. n. 3. ad fin.* Sanctarel. *d. cap. 2. num. 18.*

93 Utrùm autem Religiosus, qui non exivit animo audiendi præfatas scientias, sed postea mutatâ voluntate permanet extra claustrum principaliter animo eas audiendi, sicque post hujusmodi voluntatis mutationem duos menses extra claustrum moratur, in hanc excommunicationem incidat? Affirmativam partem tuentur Suar. *d. sect. 3. num. 15.* Filiuc. *d. l. 2. num. 127.* Sayr. *d. cap. 33. num. 3.* Sanctarel. *n. 16.* & Bonac. *num. 4. locis citatis*, quia licèt prior exitus ad hoc ordinatus non fuerit, tamen existentia extra Monasterium ad hoc ordinata fuit.

Quid autem si Religiosus claustro egrediatur animo audiendi præfatas scientias, sed re ipsa non audivit? Hunc etiam incurrere istam excommunicationem, si intra duos menses ad Monasterium non revertatur, tenent Suar. *d. sect. 3. num. 14.* Bonacin. *d. punct. 7. n. 6.* & Sanctarel. *d. c. 2. n. 17.*

94 Decimò octavò tenentur vota, quæ sunt professi, omninò servare, *per tot. 27. quæst. 1.* Propositum enim Monachi proprio arbitrio, & voluntate susceptum deseri non potest absque peccato, ut inquit Leo Pontif. *in capit. 1. 20. quæst. 3.* Subdens quod si Monachus relictâ singularitatis professione ad malitiam, vel nuptias fuerit devolutus, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est. Quamobrem sæpius fuit jure constitutum, ut *in cap. 2. 20. quæst. 3. & in cap. ult. de Regular.* ut qui religiosus, vel quæ Religiosa habitum, quem semel spontaneè assumpserit, propriâ auctoritate abjicere, & jugum Religionis professæ deponere ausu temerario præsumpserit, illum invitè reassumere, & redire ad Monasterium cogatur.

95 Præcipitur etiam *in d. cap. ult.* Præpositis, & Capitulis Religionum, ut fugitivos suos, & ejectos de ordine suo requirant sollicitè annuatim, & redire ad Religionem compellant, eosque recipiant, si ordo id patiatur, alioquin in locis competentibus ad agendam pœnitentiam deputentur, & ad censuras etiam, si opus fuerit, deveniatur: ita per illum textum docent Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 30. art. 2.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 12. cap. 1. q. 2. ad fin.* Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 52. art. 1.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 9. n. 11. cum seqq.* & novissimè edidit Sacra Congreg. Concilii jussu S. D. N. Urbani Papæ VIII. decreta quædam de Regularibus apostatis & ejectis, sub die 21. Septemb. 1624. ubi innovatur Constitutio Gregorii IX. *in d. c. ult.* ac propterea declaratur eam Constitutionem in iis quoque vendicare sibi locum, servandamque esse, qui justè, diffinitivéque, ac juris ordine servato expulsi fuerint, dummodò tamen in expulsis hujusmodi subsit spes evidens emendationis, ex litteris saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his litteris concedendis S. Congregatio seriò oneravit.

Bonifacius autem VIII. *in c. cap. ut periculosa, ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.* excommunicationis 96
sententiam ipso jure incurrendam adversùs eos prosententiam ipso jure incurrendam adversùs eos prosententiam ipso jure incurrendam adversùs eos pros

bitum dimittentes subjici huic censuræ, etiam post editionem dicti capitis *ne periculosa*, & *n.* 25. agit de Religiosis Societatis Jesu habitum dimittentibus.

99 Occultans habitum sine causa eo modo, ut à circumstantibus cognosci nequeat, cujus Ordinis Religiosus ille sit, incidit in excommunicationem contra dimittentes habitum latam. Ita Cajet. *in summ. verb. Excommunicatio* 64. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 131. Bannes 2. 2. *q.* 12. *dub.* 1. Fr. Emm. *d. tom.* 2. *q.* 76. *art.* 6. Azor. *d. p.* 1. *l.* 13. *c.* 12. *q.* 5. & *c.* 17. *q.* 10. Gallet. *in margar. casuum conscient. verb. Religiosi, pag.* 226. Coriol. *de casib. reserv. part.* 2. *casu* 2. *de apostasia, num.* 23. eandem quoque pœnam in-

100 curtit, qui habitum gerit sub pannis coopertum, imò & apostata judicandus extrinsecè *in clem.* 2. §. *dignitatem, de vita & honest. Cleric.* Oldrad. *cons.* 284. *num.* 12. Marquard. *de Judæis, p.* 1. *c.* 4. *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 112. *n.* 1. & *seq.* Thom. Trivisan. *dec.* 19. *l.* 2. Intellige hanc resolutionem procedere quando habitus coopertus gestatur ad effectum ut vivere possit tanquam laicus, vel tanquam Clericus sæcularis, secus si ex levitate illum deferat, non animo deserendi Religionem; hic enim non incurrit apostasiam irregularitatis, quæ inducat inhabilitatem ad beneficia; sed tantùm inducit excommunicationem, secundùm Achil. *decis. unic. de apost. ex n.* 10. ubi *n.* 15. subdit recurrendum esse ad argumenta, & conjecturas ad cognoscendum, quando habitus coopertus gestetur animo vivendi laicaliter, an verò ex levitate.

101 Quando verò quis ex causa necessaria (non solùm quæ cogit necessitate certâ & præcisâ, sed etiam probabili, per Extravag. 2. *de major. & obed.*) habitum coopertum defert, dubio procul dicendum est, & ab apostasia, & ab excommunicatione excusari, *cap. pen.* ubi Gloss. *in verb. causa, de vita & honest. Cler.* Gloss. *verb. temerè, un. c. ut periculosa, ne Cler. vel Monach. l.* 6. Sylvest. *in sum. verb. habuit, n.* 3. Non erit tamen probabilis causa, si Religiosus deferat habitum coopertum, solo timore, ne contingat ipsum incidere in manus Curiæ, seu Superioris, apud quem criminabatur, ut latè resolvit Trivisan. *dec.* 29. *num.* 2. eo quòd sit timor pœnæ benemeritæ, qui excusare minimè solet, ex traditis per eundem *in tract. de modo, & ord. ne procedendi inter regul. c.* 15. *num.* 3. quamvis contrarium consuluit Prot. Imol. *cons.* 84. nisi dicta per eum intelligamus quando Religiosus scit se calumniosè, & injustè apud Superiorem criminatum, timéteque injuriosam vexationem, ad quam evitan-

102 dam habitum defert coopertum. Quid si Regularis deferat habitum coopertum habitu alterius Religionis? Vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. part.* 4. *decis.* 214.

103 Utrùm autem Episcopus Regularis omittens habitum, & assumendo illam albam, & candidam vestem, quæ ab Episcopis exteriùs defertur, incurrat excommunicationem latam *in d. c. ut periculosa*, contra Monachos omittentes habitum? Affirmativam partem tuentur Card. *in Clem.* 1. *in princ. n.* 9. *quæst.* 6. *de statu Monach.* & ibi Imol. *n.* 17. Majol. *de irregul. l.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. Cuch. *inst. major. l.* 3. *tit.* 1. *num.* 157. Riminald. *cons.* 6. *n.* 7. *vol.* 1. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *privil.* 79. *n.* 10. Fulv. Pacian. *cons.* 232. *num.* 42. *vol.* 1. & videtur sentire Henriq. *in sum. l.* 10. *c.* 33. *in fine*, dum ait hunc esse apostatam. Verùm contrarium optimo jure suadetur ex eò, quia nullo jure est excommunicatio inducta Monacho, qui prætextu Episcopalis dignitatis habitum dimittitunt, & Episcopalem induit, quia textus *in d. cap. ut periculosa*, loquitur de Religioso sub Abbatis obedientia manente, ejusque Regulis adstricto; atque ita eam rationem reddit, ne detur Monacho materia vagandi, dimisso habitu, eo quòd à nemine cognosceretur, quæ in Episcopo Religioso deficiunt, utpote qui non est sub Regulæ obedientia, & induens Episcopalem habitum, minùs aptus est ad vagandum. Quare ita tenent Bonif. *in d. Clem. 1. mutat. n.* 33. & 34. Covar. *in c.* 1. *n.* 18. *de test.* Tapia *in Auth. Ingressi. verb. sua, c.* 6. *n.* 61. C. *de sacros. Eccl.* Fr. Emm. *dict. tom.* 2. *q.* 58. *art.* 3. Azor. *dict. l.* 12. *c.* 7. *q.* 4. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religionis, l.* 5. *quæst.* 200. Bonacin. *de censur. q.* 1. *punct.* 2. *n.* 36. & *de excomm. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 8. *punct.* 6. *num.* 27.

Sed hodie Concil. Trid. *sess.* 25. *de regul. c.* 29. 104 hac de re decretum hujusmodi edidit: *Quicunque*, inquit, *Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum quacumque de causa dimittere, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario: quod si antè habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcunque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur, interim verò nullo privilegio suæ Religionis fruatur.* Præterea statuit idem Concil. *dict. sess.* 25. *de Regul. c.* 4. ut non liceat Regularibus à suis Conventibus recedere, etiam prætextu ad suos Superiores accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint; qui verò sine hoc mandato in scriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem qui studiorum causâ ad Universitates mittuntur, in Conventibus tantummodò habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

Decimononò, prohibentur sub pœna excom- 105 municationis accedere ad quævis studia litterarum, nisi à suo Prælato, cum consilio sui Conventus, vel majoris partis ejusdem, sibi eundi ad studium licentia primitùs sit concessa, *cap. ut periculosa* 2. *ne Clerici, vel Monachi, in* 6. & sic constat prohiberi illic accessum, quo Religiosus causâ studiorum proficiscitur extra oppidum sui Monasterij, sive intendat dare operam studiis aliàs prohibitis, ut Legibus, aut Physicæ, sive aliàs permissis, ut Theologiæ, aut sacris Canonibus, quia textus loquitur generaliter, ibi, *ad quævis studia.* Ita Navarr. *in man. c.* 23. *n.* 153. Suar. *tom.* 4. *disp.* 23. *sect.* 4. *n.* 35. Sayr. *de cens. l.* 3. *c.* 33. *n.* 20. Filliuc. *tract.* 14. *c.* 8. *q.* 4. *n.* 136. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *n.* 76. Sanctar. *de apostasia, c.* 2. *num.* 1. Bonacin. *de censur. extra Bullam. disp.* 2. *q.* 8. *punct.* 8. *n.* 5. ubi *n.* 4. resolvit Religiosum, qui sine licentia accedit ad studia sui oppidi, non affici hac excommunicatione: & *num.* 6. idem dicit, si transferat se ad alium suæ Religionis Conventum intentione dandi operam studiis, quæ extra Monasterium existunt. Dixi, *nisi à suo Superiore, &c.* ut ostenderem requiri licentiam proprij Prælati immediati cum consilio Conventus, vel majoris partis. Sayr. *d. c.* 33. *n.* 23. Sanch. *d. c.* 8. *n.* 88. Sanctar. *d. c.* 2. *num.* 3. Bonac. *d. punct.* 8. *num.* 7. ubi intelligit, modò Prælatus immediatus, vel ipsius locum tenens per Constitutiones Religionis non prohibearur hanc licentiam concedere: & *n.* 8. tenet Generalem, & Provincialem posse hanc licentiam concedere: & *n.* 10. ait, non requiri consen

consensum Conventus, seu majoris partis, sed sufficere consilium illius.

106 Vigesimò, prohibentur Monachi, & Canonici Regulares sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda accedere ad Curias Principum absque speciali Prælatorum suorum licentia, cum intentione nocendi suis Prælatis, aut Monasteriis, *Clement. ne in agro 1. de statu Monach.* latè Bonacin. *de censur. extra Bull. assut. 2. q. 8. puncto 9.* Suar. *tom. 5. de censur. disp. 23. sect. 5. n. 6.* Filliuc. *tract. 14. c. 8. q. 6. n. 140. & seq.* resolventes hac excommunicatione ligari eum, qui bono animo Curiam ingressus est, sed dum in Curia commoratur, vult ibi permanere, ut damnum inferat: item hac excommunicatione ligari Religiosum accedentem ad Curiam Principum sæcularium intentione damnum inferendi, etiamsi re ipsa nullum damnum inferat, etiamsi fortè accedat de licentia sui Prælati: & Bonacin. *d. punct. 9. n. 11. & 12.* resolvit hac excommunicatione non ligari quoslibet Religiosos, sed tantummodò Monachos omnes, etiam non Benedictinos & Canonicos Regulares, modò administrationem non habeant.

107 Vigesimo primò, prohibentur Religiosi quicunque sub pœna excommunicationis decimas Ecclesiis debitas, & ad ipsos jure aliquo, vel causâ legitimâ non pertinentes usurpare dolis malis, & malis artibus, aut impedire Ecclesiis decimas solvi ex animalibus suorum familiarium, vel Pastorum, vel ex aliis animalibus, quæ suis permiscentur, vel ex illis, quæ in Ecclesiarum fraudem emunt, & si admoniti ex his intra mensem non desistunt, aut si id, quod ausu temerario usurpant, intra duos menses post admonitionem non restituerint iis quibus tunc debetur. Ita habetur *in Clement. 1. de decim.* referunt Gambarupt. *de casibus reserv. cap. 11. num. 7.* Azor. *instit. moral. part. 1. l. 12. cap. 13. quæst. 13.* Filliuc. *tract. 14. n. 125. vers. quinta non sit è*, Bonacin. *de censur. extra Bullam, d. sp. 2. quæst. 8. punct. 12.* Ego ipse *de officio & potest. Episcop. p. 3. allegat. 160. num. 22. secundum Lugdunens. impress. & de officio & potest. Parochi ca. 28. §. 4. n. 23.* Tambur. *de jure Abbatum tom. 3. d. spat. 3. q. 6. num. 42.* Et quia *d. Clement.* generaliter loquitur, ibi, *Religiosi quicunque*; ideò non solùm viros Religiosos, verùm etiam fœminas Religiosas comprehendere, resolvunt Gloss. *ibi verb. quicunque*, Sayr. *de censur. l. 5. cap. 34. num. 24.* Mar. Alter. *de censur. ubi de suspens. disput. 17. cap. 2. col. 3. vers. nondum tertiò* Bonac. *d. punct. 12. num. 8.* ubi etiam post Suar. *de censur. disput. 31. sect. 6. num. 9.* addit illam excommunicationem extendi ad Equites Militares, qui verè sunt Religiosi.

108 Vigesimosecundò, prohibentur quoque Religiosi sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, audentes à decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahere in sermonibus suis, vel alibi talia præsumentes, ut habetur *in Clement. Cupientes, de panis.* Unde colligitur, Religiosum non affici hac excommunicatione dum alicui mandat ut alteri, qui decimarum onere tenetur, suadeat ne solvat; hic enim non dicitur aliquid proferre ipsius auditoribus, qui decimas solvere debent, ut benè resolvunt Suar. *tom. 5. de censur. disputat. 5. sect. 23. num. 37.* Filliuc. *tract. 14. cap. 8. quæst. 8. numer. 140.* Bonac. *d. q. 8. punct. 13. num. 3.* ubi *num. 8.* addit ad incurrendam hujusmodi excommunicationem, non sufficere præfata verba proferre ex inadvertentia, sed requiri dolum, & scientiam cum intentione retrahendi auditores à solutione decimarum: refero ego ipse *d. tract. de officio & potestate Parochi cap. 28. §. 4. n. 21.* ubi *n. 22.* addo Religiosis quoque præcipi *in d. Clement. cupientes*, sub pœna suspensionis ipso facto ab officio prædicationis, ut confitentibus conscientiam faciant de solvendis decimis, dum à Rectoribus Ecclesiarum requiruntur, &c. 109

Vigesimotertiò, Religiosi Prælatis suis obedire tenentur, nam si inobedientes extiterint, aut incorrigibiles fuerint, possunt ab eis excommunicari, vel de Monasterio expelli, *cap. cùm in Ecclesiis, de major. & obed. d. c. cum ad Monasterium, de statu Monach.* Nec facilè appellare permittuntur, *c. reprehensibilit. de appellat.* nisi à correctione, quam facit Prælatus Regularis excedendo modum, & transgrediendo Regulæ limites, *cap. licet, de offic. ordin. c. de Priore, de appellat.* Navar. *cons. 4. sub tit. de appellat. unic. num. 6. de sentent. & re judic. & consil. unico, num. 8. ut lite pend. & comm. 2. de Regularibus, n. 51.* Azor. *d. p. 1. l. 12. c. 11. quæst. 8.* Quarant. *in sum. Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, sect. 18. n. 20. vers. conclusionem*, Fr. Emman. *tom. 1. q. 29. art. 2. & tom. 2. q. 53. art. 20.* Sayr. *in Clavi Regia l. 12. cap. 17. à num. 38.* Sihism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 26. num. 8.* Cened. *Canon. l. 1. quæst. 26. n. 22.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prec. 2. lib. 8. c. 5. n. 13.* Sanch. *d. tom. 2. l. 6. c. 8. num. 102.* ubi cum Nav. Fr. Emman. Azor. & Sayr. *citatis locis*, dicit non obstare Concil. Trid. *d. sess. 25. de Regular. cap. 4.* quia non interdicit appellationem ad Superiorem, sed recessum à Monasterio prætextu adeundi Superiorem. 110 111

Vigesimoquartò, servare tenentur regulas, & statuta suorum Ordinum, tam in habitu, & conversatione, quam in jejuniis, orationibus, & divinis Officiis, Sacramentorum frequentatione, lectione, & studio sacrarum Litterarum, & aliis hujusmodi, quæ à suorum Ordinum auctoribus instituta fuerunt, ad quod sæpiùs à sanctis Patribus, & Canonibus admonentur *in cap. juxta, cum seq. 16. quæst. 1. cap. recolentes, de statu Monach. d. cap. cùm ad Monasterium, cod. tit. c. exiit, de verbor. signif.* Tambur. *d. tom. 3. dispur. 3. q. 6. num. 11.* Et hac de re ita statutum fuit in Concil. Nicæno, de quo *in cap. 1. 16. quæst. 1. Placuit omnibus residentibus in sancta Nicæna Synodo, ut Monachorum conversatio, & vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepet; Monachus enim Græcè, Latinè singularis dicitur: unde Monachum per omnia singulariter agere oportet*, & quæ sequuntur. Hieronymus quoque, & alij Patres *in cap. Monachus, & in c. placuit, & cap. interdicimus, cum seqq. & c. decimas, vers. commun. 16. q. 1. c. nunquam, de consec. dist. 5.* Athanas. *in lib. exhortatorio ad Monach.* Basil. *in sua reg.* & August. *de oper. Monach.* optima monita pro regulari disciplina Monachis tradiderunt, quæ omnibus Regularibus inserviunt. Conc. verò Trid. *sess. 25. de Regular. c. 1.* non ignorans quantùm ex Monasteriis pie institutis, & rectè administratis in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitatis oriatur, necessarium esse censuit, *quo facilius, ac maturiùs, ubi collapsa est vetus, & regularis disciplina, instauretur, & constantius ubi conservata est, perseveret; præcipuè ut omnes Regulares, tam viri, quàm mulieres, ad Regulam, quam professi sunt, præscriptam vitam instituant, & componant, atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem ut obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia sunt alicujus regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum respectivè essentiam, necnon ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinentia, fideliter*

observent, omnibusque curâ, & diligentiâ à Superioribus adhibeatur, ut ab illis non recedatur, cùm compertum sit ab eis non posse ea, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxari: si enim illa, quæ bases sunt, & fundamentum totius regularis disciplina, exactè non fuerint conservata, totum corruat ædificium necesse est.

113 Hactenus prædictum Concilium. Ad hæc autem faciliùs observanda plura decreta de Capitulis, aut visitationibus faciendis fuerunt promulgata, de quibus partim *sup. de Visit.* vidimus, partim *infrà ad præpositis Religionum*, videbimus.

Verùm illud præcipuè ad regularem observantiam tuendam fuit à Canonibus *in c. qui verè, & in cap. quidam, 16. q. 1.* constitutum, ut omnes Religiosi non solùm suis regularibus Prælatis, sed etiam Episcopis Ordinariis subessent, & eis in omnibus obedire deberent, atque ab eis corrigi, & pu-
114 niri possent. Quod & Trid. Concilium *sess. 6. de reform. cap. 3. & sess. 25. de reform. c. 8.* innovare, ac restituere, saltem in rebus præcipius censuit, & inter cætera statuit, ut commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præposituræ nuncupatæ, quamvis exemptæ, in quibus non viget regularis observantia, ab Episcopis etiam tanquam Sedis Apost. delegatis, annis singulis visitentur, & ubi vigeret regularis observantia, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum regularium Superiores juxta illorum regularia institura debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur: quod si admoniti intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint, tunc iidem Episcopi, ut Delegati Apostolicæ Sedis, eos visitare possint, atque corrigere, prout ipsi Superiores possent, juxta eorum instituta.

Multis enim casibus subsunt Regulares Episcopi jurisdictioni, qui vel potest illos excommunicare, vel contra eos procedere: excommunicare autem illos poterit, si commorentur in Abbatiis, Prioratibus, Præposituris, & in Beneficiis, sive Curatis, sive non, ubi non viget Regularis observantia. Concil. Trid. *sess. 21. de reform. cap. 8.* Laurent. de Franchis *de controv. inter Regulares, & Episcopos, quæst. 6. vers. decimò.* Item si admittant Regulares ad divina Officia, vel sepeliant excommunicatos ab ipso Episcopo. Abb. *in cap. sacris, n. 7. de sepult.* Laurent. de Franch. *d. q. 6. vers. decimoseptimò.* Item contra Regulares dantes vel recipientes aliquid pro ingressu novitij, procedit Episcopus per censuras. Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 18.* Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art. 11.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. cap. 11. n. 12.* Item habet auctoritatem ad faciendum etiam mediis censuris contra Regulares, quod novitiis professionem facere renuentibus omnia restituantur, quæ sua erunt. Conc. Trid. *sess. 25. de Regul. c. 16.* Tamb. *de jure Abbatum tom. 1. diff. 15. quæst. 7. num. 29.* Lezana *in summ. qq. Regul. tom. 3. verb. Episcopus, num. 8.* Subsunt autem Regulares jurisdictioni Episcopi in aliis pluribus casibus. Veluti circa numerum Monialium in Monasteriis statuendum, ita scilicet, ut tam in Monasteriis sibi subjectis, quàm in exemptis, cum interventu tamen Superioris Regularis, curare debeat, ut his tantùm Monialium numerus statuatur, quæ vel ex redditibus propriis, vel ex consuetis eleemosynis commodè sustentari possint, ut ex Conc. Trid. & Constit. Gregorij XIII. ostendimus *de Episcopo parte 3. alleg. 98. n. 3.* & ibi citatis addo Tamb. *de jur. Abbatiss. disp. 5. q. 1. n. 4.* Lezana *d. verb. Episcopus, n. 9.* Item si extra claustra, vel ambitum suorum Monasteriorum faciant processiones (nisi consuetudine, aut privilegio id fuerit ab eis obtentum) puniri possunt, & impediri ab Ordinario. Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verb. processiones, vers. ad quartum*, quem refert Cened. *Can. quæst. 26. numero 18.* Item Regulares dejecti ab Ordine suo, quia debent statim se præsentare Episcopo suo, & efficiuntur de illius jurisdictione, Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verb. Regulares, vers. tertiò.* Laurent. de Franchis *dict. tract. q. 5. n. 9.* Regulares item, quorum Religio extincta est, vel aliâ ratione à Regularium jurisdictione liberi sunt, Episcopo subiiciuntur, *c. 1. de Relig. domib. l. 6.* Laurent. de Franchis *d. quæst. 5. n. 11.* ubi subdit, quod Religiosus hujusmodi non permittitur ampliùs in suis Monasteriis secundùm suam regulam vivere, sed in Episcopi sui obedientiam transeunt. Item habet auctoritatem Episcopus in Regulares, quantùm ad hoc, quod non possint recipere Ecclesias à secularibus sine consensu illius, *c. decimas 16. q. 7. cap. quod autem, in fine, cap. illud, vers. item quia, c. nullus, de jurepatron. cap. cùm & plantare, in princip. vers. Ecclesias, de privileg.* Lezana *d. tit. verb. Episcopus, num. 5.* ubi intelligit solummodò de receptione Ecclesiarum à laicis, non de receptione jurispatronatus in Ecclesiis. Item facultatem habet Episcopus declarandi professionem ante 16. annum factam nullam esse. Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, l. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 11.* Lezana *dict. verb. Episcopus, num. 11.* ubi n. 12. idem dicit de aliis casibus nullitatis professionis. Habet etiam Episcopus auctoritatem in regulares quoad illa omnia, quæ sunt Ordinis Episcopalis, v. g. Chrismatis confectionem, ordinum collationem, & similia. Erasm. à Cochier *de jurisdict. Ordin. in exemptos p. 2. q. 45. n. 16. & p. 4. q. 11.* Lezana *d. verb. Episcopus, num. 15.* Item quoad editionem librorum, ita ut desideretur semper ejus approbatio. Conc. Trid. *sess. 4. in decreto de edit. libror.* ubi plures citavimus *in collect.* Et super imagines insolitas ponendas, nova miracula admittenda, novasque Reliquias recipiendas, juxta decretum Concil. Trid. *sess. 25. de invocat. & venerat. Sanct.* Lezana *ubi suprà, num. 18.* Et ne Regulares in eorum Ecclesiis Sacerdotes sæculares exteros ad divina Officia celebranda admittant, prohibere potest Episcopus, nisi priùs ab ipso visis litteris commendatariis ipsi sacerdotes admissi fuerint, ex Armendar. & meipso, Lezana *dict. verb. Episcopus, num. 20.*

Similiter statuit idem Concil. Trid. *sess. 24. de* 115 *Regular. c. 14.* ut Regularis non subditus Episcopo qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, ut scandalo populo sit, nisi Episcopo instante à suo Superiore severè puniatur, ab ipso Episcopo puniri possit. Circa quod multa tradunt Nav. *commento 2. de Regularib. n. 63.* Fr. Emm. *qq. Regul. tom. 2. q. 2. art. 6. & q. 63. art. 4.* Joan. Maria Novar. *in lucerna Regul. verb. delinquens, n. 10. cum seqq.* Lezana *in summ. quæst. Regul. tom. 3. verb. Episcopus, n. 14. cum seqq. & verb. delinquens Regularis, à n. 1.* Aldrete *de Relig. distuenda, l. 1. cap. 3. n. 35. & in alleg. pro omnimoda Regul. Exempt. p. 1. c. 6. n. 9.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec. 650. in 1. edit. aliàs res. 546. in 2. edit. & decis. Curiæ Archiep. Neapol. dec. 202. n. 6. vers. verùm, p. 4.* Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, l. 2. tit. 17. l. 7. de Relig. à n. 59.*

Portel.

Port. *in dubiis Regularib. verb. Episcopus*, n. 2. & 8. Hier. Venero *in examine Episc. l. 6. cap. 8. num. 3.* Laur. de Peirinis *in const. sui Ordinis, tom. 1. const. 2. Sixti IV. n. 61. cum seqq. & tom. 3. in additam. c. 2. n. 30. cum multis seqq.* Joan. Maria Novar. *in lucerna Regul. verb. delinquens*, latè Ant. Novar. *in sum. Bullarum, tit. de Regularib. delinquentibus extra claustra*, latè Ciarl. *controvers. forens. c. 50. per tot.* latè etiam Sperell. *in dec. fori Ecclesiast. dec. 38. n. 12. cum seqq.* latè etiam Machado *in sua perfecta Confessar, tom. 2. l. 4. p. 6. tract. 10. dec. 3.* Ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg. 105. à n. 18. & in collect. ad c. uit. n. 8. de statu Monach.* ubi refero à S. Cong. decisum, facultatem Episcopo attributam in Regulares notoriè, & cum scandalo extra claustra delinquentes, vendicare sibi locum etiam cùm Regulares notoriè, & cum scandalo intra Ecclesiam delinquunt, non ita si intra claustra; & non sufficere quod Episcopus unica vice Superiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad castigandum subditi delictum, & ideò necesse non esse Episcopum monere, ac requirere dictum Superiorem duabus, vel tribus vicibus, ut aliqui opinantur; & Episcopum statim habitâ notitiâ delicti posse capere informationem, & illam ad Superiorem Regularis mittere, ut nequeat de eodem delicto ignorantiam præsumere, & non sufficere ut Superior Regularis sententiam, aut acta omnia super delicto actuata ad Episcopum transmittat, sed opus esse, ut de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat. Præfatas declarationes me citato refert novissimè Machado *d. docum. 5. n.* ... refert etiam Joan. Maria Novar. *d. verb. delinquens, n. 9.* Hier. Rod. *in compendio qq. Regul. res. 62. sub n. 8.* ubi tamen non benè reprobat Port. *in addit ad dub. Regul. verb. punitio Religiosi extra Conventum, n. 17.* asserentem non sine probabili ratione posse Episcopum formare processum juridicum contra Religiosum extra claustrum notoriè delinquentem, & cum tali processu illum remittere ad Prælatum suum, ut ab eo virtute talis processus ac Episcopo confecti puniatur.

Procedit Conciliaris dispositio, etiamsi Regularis sit Eques S. Joannis Hierosolymitani, ut per Fr. Emm. *q. 48. Regul. tom. 2. q. 2. art. 4. & q. 63. art. 7. vers. 5.* Nav. *cons. 21. in antiq. alias 12. in novis, de Regul.* Sayr. *dec. 2. cod. tit.* Azor. *d. p. 1. l. 13. c. 4. q. 3.* Camp. *d. sub 12. c. 12. n. 22.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. dec. 223. n. 6.* Nov. *d. verb. delinquens, n. 2.*

Regulares tunc dicuntur degere intra claustra Monasterij, dum vivunt sub Superiore conventualiter. Campan. *d. cap. 13. n. 22. in fine*, Aloys. Ricc. *dec. 202. p. 4.* Novar. *d. loco, n. 4.* E contra autem dicuntur extra claustra degere, qui habitant in domo ad erectionem Monasterij destinata, in qua non est Regularis observantia, ut saltem vivant sub Superiore conventualiter; tunc enim si delinquant, possunt puniri ab Ordinario. Ita censuisse sacram Congr. referunt Genuens. *d. c. 59. sub n. 2. in fine*, & Sperell. *d. dec. 38. num. 21.* Vel si ad instantiam sui Superioris detinerentur in carceribus Episcopatus; si enim ibi aliquod committant delictum, possunt ab Ordinario puniri, ut Neapoli judicatum fuisse recenset Genuens. *dict. cap. 59. n. 2.* quem refert Sperell. *dict. dec. 38. n. 20.* Vel si studiorum causâ ad Universitatem missi, ubi Conventum non habent, sed extrà morantur; tunc enim pro excessibus ibi commissis ab Ordinariis locorum puniri poterunt, ita disponente sacrâ Cong. Concilij, teste Piasec. quem refert Sperell. *dict. dec. 38. n. 19.* ubi ex Genuens. *d. c. 59. sub n. 2.* notat licentiam Superioris operari dumtaxat, ut non committatur apostasia. Vel denique, si prætextu ad majores Superiores accedendi, à suo Conventu recederent, & per viam deliquerint, quia tunc similiter à locorum Ordinariis corrigi & puniri poterunt, ex Sperell. *d. dec. 38. n. 25.* Secus de illis qui habent domicilia extra Monasterium cum speciali licentia vel privilegio, vel manent de eorum licentia sub Regulari observantia in aliquo membro, seu grangia sui Monasterij pro Religionis servitio, quia censentur degere intra claustra. Ricc. *in prax. part. 3. res. 299. vers. Regularis, & dec. 851. n. 4. p. 4.* Idem si degeret in hospitio. Ricc. *d. p. 4. dec. 217.* Novar. *d. loco*, ubi *n. 10.* tenet, quod terminus assignandus Superiori à loci Ordinario ad effectum puniendi Regularem, non debet currere, si dictus Superior ex aliqua causa fuisset impeditus: & *n. 12.* quod hic terminus assignandus, non brevis, sed competens, & congruus esse debet: & *n. 23.* quod à sententia Episcopi punientis Regulares delinquentes non detur appellatio ad Metropolitanum, vel Ordinis Generalem, sed ad Sanctissimum: & *n. 24.* quod videtur satisfactum menti Concilij per levem pœnam inflictam Regulari delinquenti ab ejus Superiore, ob delictum grave; sed poterit ordinarius dignam pœnam denuò infligere Regulari leviter punito.

Utrùm autem possit Episcopus per censuras procedere, ac punire Regularem notoriè, & cum scandalo extra claustrum delinquentem, si à suo Superiore intra tempus ab ipso Episcopo præfixum non puniatur? Affirmativam partem tenent Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 2. q. 63. art. 7. vers. ad concludendum dico.* Contrarium tamen videtur tenendum ex eo, quia Concil. Trid. *d. c. 14.* non exprimit, quod per censuras possit punire, cum constet id apertè declarasse ubi voluit hanc potestatem in exemptos Episcopis concedere, prout fecit *sess. 22. in decreto de observandis, & evit. in celeb. Missæ*, dum concedit Episcopis auctoritatem ad procedendum per censuras contra exemptos celebrantes in oratorio privato ab Ordinariis non approbato, & indebitis horis, removendo quascumque superstitiones: & *sess. 25. de Regul. c. 3.* dum facultatem Episcopis concedit ad compellendum Moniales omnes ad observantiam clausuræ, excommunicando rebelles, & inobedientes: & *ead. sess. c. 16.* dum præcipit Ordinariis, ut censuris compellant exemptos ad restituendum bona sua novitiis exeuntibus à Religione. Quare sic resolvunt Fr. Emm. *tom. 2. sum. c. 105. n. 2.* corrigens se de opposito quod senserat loco suprà citato. Sanch. *de Matr. l. 7. disp. 33. n. 22. & in præcepta Decalogi tom. 2. l. 6. c. 1. n. 14.* Port. *in addit. ad dub. regularia, verb. Episcopus, n. 5.* Villalob. *p. 2. sum. tract. 35. difficult. 5. n. 17.* quod & probatur apertè *exc. 1. §. eos autem, de priv. in 6.* 116

Et Regulares Superiores, qui ad præscriptum Conc. *d. c. 14.* tenentur facere certiores Episcopos de punitione Regularium extra claustra delinquentium, non satisfaciunt faciendo verbo hujusmodi certiorationem, sed in scripis facere debent. Ita S. Congr. Conc. *in Lucana, 14. Decemb. 1630.* 117

Emanavit Constitutio Clementis VIII. contra Superiores non punientes suos subditos juxta formam decreti Concilij Trid. *d. c. 14.* sub pœna privationis ipso facto dignitatum, & officiorum, ac inhabilitatis, incipiens *Suscepti muneris*, sub dat. 18. Martij 1595. quam refert, Quarant. *in summ. Bullarij*, 118

lavii, verb. Exemptio, Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 6. Pottel. *d. verb. Epiſcopus, num.* 8. Anton. Nov. *d. tit. de Regularib. delinquentibus extra clauſtra, n.* 3. Sperell. *d. dec.* 38. *n.* 12. Machado *dict. docum.* 3. *n.* 5. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *n.* 44. ubi *n.* 45. reſolvit poſſe Regularem in caſu dict. decreti deprehenſum in delicto deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumptâ informatione ſuper delicto, dummodò ſine mora ſumatur, *remitti* cum copia proceſſus ad ſuum Superiorem, puniendum eum præfinitione termini ad puniendum, de quo Berty Lucenſ. *in praxi crim. Regul. tom.* 4. *c.* 29. *ſub n.* 43. Laur. de Franchis *in qq. controv. inter Epiſcop. & Regul. in lucubrat. ad d. Conſt. Clem. VIII. dub.* 4. ubi ſubdit non videri alienum quod Ordinarios dictos Regulares detineat, nec remittat ante captam informationem. Sperell. *d. decis.* 38. *n.* 13. ubi etiam ex deciſione Sacræ Congreg. Concilii ſubdit, quod ſi proceſſus compilatio intra ſpatium unius, vel ad ſummum duorum dierum perfici non poſſit, non debet ulteriùs Regularis per Ordinarium abſque ſui Superioris conſenſu retineri, ſed remittendus eſt in Monaſterio cuſtodiendus, & interim perficiendus proceſſus. Addit Fuſch. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. quod Epiſcopus loci litteras ſcribat Superiori Monachi delinquentis de delicto commiſſo & exceſſibus, de ſcandalo populo illato, & inſtabit ut intra talem terminum præfixum ipſum punire velit, & de punitione facta ipſum Epiſcopum certiorem reddat, aliàs ipſo Superiore negligente, poterit ipſe Epiſcopus eum punire, & illas litteras, quas requiſitorias vocamus de punitione Monachi delinquentis in præſentia duorum teſtium, ex communi practica aſſignari faciet. Refert Sperell. *d. dec.* 38. *n.* 16. ubi advertit in praxi, ut litteras, quas monitorias vocamus, in præſentia duorum teſtium Superiori Regulari præſentare faciat Ordinarius, in quibus de delicto commiſſo, & de ſcandalo populo dato eum certiorem faciat, & inſtet ut intra certum terminum præfixum, viginti putà, vel triginta dierum, illum punire velit, & de punitione facta Ordinarium certiorem faciat, aliàs Superiore negligente, poterit Epiſcopus in illum animadvertere: cui quidem Superiori Regulari copiam informationum aſſumptarum unà cum dicto litteris monitorialibus eſſe tranſmittendam dicit.

118 Olim omnes ferè Regulares adeo ſubjecti erant Epiſcopo, ut nec de Monaſterio Monachus ejici ſine conſenſu Epiſcopi poſſet, ne perditus omninò fieret, ſi aliquo modo ſalvari poſſet, ut ſtatutum fuit in Meldenſi Concilio *cap.* 59. Verùm ex privilegio Apoſtolicæ Sedis juſtis de cauſis Monaſteria Regularium, & Regulares ipſi à juriſdictione Epiſcopi exempti fuerunt, & ſuis tantùm Superioribus ordini ſubditi remanſerunt, ut infrà *lib. ſeq. in c. de Monaſteriis*, videbimus. Quæ tamen privilegia, & exemptiones à Trid. Concilio limitantur,

119 ut vidimus, & anteà quoque reſtricta, & declarata fuerunt in multis. Primò enim omnes Religioſi, quamvis exempti, Eccleſias & decimas à laicis recipere prohibentur abſque Epiſcopi diœceſani conſenſu, *c. cùm & planare. in princ. de privil. c.* 2. *§. ſanè, & d. diœceſani, de decimis in* 6. Rebuff. *de decim. q.* 10. *n.* 31. Mench. *illuſtr. c.* 89. *à n.* 2. Gut. *pract. lib.* 1. *q.* 14 *&* 15. Lamb. *de jurepatr. p.* 2. *lib.* 1. *art.* 9. *&* 10. Fach. *controv. lib.* 7. *c.* 72. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 36. *q.* 13. D. Barboſ. *in l. Titia, n.* 46. *ff. ſoluto matr.* Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de decimis, lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 7.

Secundò non poſſunt admittere excommunicatos, & nominatim interdictos ad divina Officia, quia tenentur eos vitare, *c. in Lateranenſi, de præbend. d. c. cùm & planare, §. excommunicato, c. nulli, de ſent. excom.* Cov. *in c. alma mater, part.* 1. *§.... n.* 3. Ugol. *de cenſur. tab.* 2. *cap.* 23. *in princ. n.* 2. *cum ſeqq.* Sayr. *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 32. Verùm in reddenda ratione, maxima inter eos concertatio eſt: alii enim inquiunt præceptum de evitandis excommunicatis, juris divini eſſe, & conſequenter non poſſe ſaltem in divinis relaxari ab ipſo Pont. Alii verò aſſerunt jura ſupradicta non negare poteſtatem Summi Pontif. concedendi privilegium aliquibus, ne teneantur vitare excommunicatos, ſed ſolùm hujuſmodi privilegiis ſe tueri non poſſe privilegiatos in genere ex defectu juſtæ cauſæ, ut voluit Ioan. Andr. & alii communiter, teſte Jacob. de Graff. *in aureis dec. part.* 2. *lib.* 4. *capite* 12. *num.* 11. Verùm rejectis his, & aliis, vera ratio eſt, ſcilicet Templarios de quibus in dictis Juribus, non habuiſſe privilegium in ſpecie, ne excommunicatos vitare tenerentur; ſed quia erant exempti à poteſtate Ordinariorum, virtute hujus privilegii, & exemptionis generalis contendebant, non teneri vitare excommunicatos, & interdictos ab ipſis Ordinariis: quod Pontifex meritò reprehendit, quia licèt privilegium generale exemptionis proſit exemptis, ne ab Ordinariis, à quorum juriſdictione exempti ſunt, valeant excommunicati, ex reſolutis per Sayr. *dict. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 36. ſicut etiam Religioſis prodeſſe poteſt privilegium, ne excommunicari valeant, juxta textum *in cap. ne aliqui, de priviteg. lib.* 6. minimè tamen ex eo quod exempti ſunt, ſequitur non debere vitare alios, *qui* ab Ordinariis ritè ſunt excommunicati, ut benè ex communi notavit Ugol. *tab.* 1. *capit.* 13. §. 8. quia obligatio eos vitandi non provenit ex juriſdictione Ordinarii excommunicantis, à qua exempti ſunt, ſed ex legis diſpoſitione, à qua Religioſi non eximuntur. Et quamvis aliqui Religioſorum Ordines in certis diebus ex Pontificum privilegiis poſſint tempore interdicti, januis apertis divina Officia celebrare, hodie talia privilegia revocata ſunt per Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Reg. c.* 12. dum ſtatuit, ut cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtol. emanata, ſed etiam Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſerventur. Ita Navar. *in man. c.* 27. *num.* 190. *& conſ.* 7. *de privil.* Nic. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 280. *& p.* 5. *cap.* 8. *n.* 87. *verſ. ad octavum*, Tamb. *de jure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 16. *q.* 4. *n.* 9. ubi refert ſequentem S. Congregationis declarationem. *Sacra Congregatio Cardinalium S. Concilii Trid. Interpretum, inhærens declarationibus aliàs editis, reſpondit Regularium privilegia, quibus conceditur eis facultas celebrandi Divina in diebus ſanctorum ſuorum Ordinum, & aliquot aliis tempore interdicti, quatenus non in terminis c.* 12. *ſeſſ.* 25. *de Regul. eſſe ſublata à Conc. c.* 22. *ejuſdem ſeſſ. quatenus amplius contineant quàm jure communi, quo Concilium proceſſit, erat permiſſum, nempe c. fin. de ſent. exc. in* 6. *& Clem.* 1. *eod. tit. Ac propterea Regulares in vim privilegiorum ante Concilium conceſſorum minimè potuiſſe in civitate Pinnenſi Eccleſiaſt. interdicto ſuppoſita, in diebus feſtis ſuperiùs expreſſis divina Officia celebrare aliâ voce, januis apertis, pulſatis campanis, & interdictis admiſſis, nec quenquam ex interdictis hujuſmodi tradere Eccles. ſepulturæ eo prætextu, quod in articulo mortis ſigna dederint contritionis, & eos, qui contrà ſcienter fecerint, irregu-*

laritatem

larietatem contraxisse, à qua nequeunt per alium, quàm per Roman. Pont. liberari. Cosmus Card. de Torres.

122 Tertiò, in Ecclesiis non pertinentibus ad eos pleno jure, non possunt instituere, nec destituere inconsultis Episcopis, *dict. cap. cum & plantare, §. in Ecclesiis.* Dicuntur autem Ecclesiæ non pleno jure pertinere ad Religiosos, vel alias personas, quando eis subjectæ sunt quoad temporalia, sed quoad spiritualia ab Ordinariorum jurisdictione, & potestate exemptæ non sunt, imò institutio, & destitutio ad Episcopum pertinet, ut notavit Gloss. *verb. ipsis, in c. 1. de Capell. mon. l. 6.* quam constantissimè sequuntur Card. Tusch. *tom. 6. conclus. 364. num. 3.* Sayr. *de censur. l. 1. cap. 6. num. 12.* & plures citati per me *de clausalis usufreq. claus. 103. secundum Lugdunens. impress.*

123 Item nec in suis Ecclesiis possunt in sanctissimi Corporis Christi festivitate processionem facere, aut festivitatem celebrare; quia in Cathedrali duntaxat sanctissimum Sacramentum in illius festivitate publicè adorandum proponitur, ut censuit

124 sacra Rituum Congregat. in Aretina, 11. Decemb. 1613. & in Caballicensi insulæ, 28. August. 1615. & 18. Februar. 1617. Declaravit etiam Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita in Mexicana, 27. Junij 1615. cui sacræ Episcoporum Congregat. Fratres Ordinis S. Dominici oppidi de Ejiza, & Ossunæ, Hispalensis Diœcesis, exposuerunt nonnullos Parochos prætendentes non licere cuiquam elevatâ Cruce per ipsorum Parochias incedere, conari eos impedire, quominus in Dominica infra octavam Corporis Christi publicas supplicationes faciant, in eisque sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum deferant, aliter quàm felicis record. Pius Papa V. hoc ipsis concesserit. Quoniam verò sacra eadem Congregatio non modò de privilegiis à prædicto Summo Pontifice eisdem Fratribus concessis certior facta est, verùm etiam in pluribus Hispaniæ locis, præcipuè autem in civitate Barchinonensi & Valentina necnon in oppido de Alicante ejusdem Regni, itemque in Lusitania in civitate Ulysbonensi eandem consuetudinem à prædicti Ordinis Regularibus servari accepit, Illustrissimi Patres contra prædictos Fratres sancti Dominici nihil omninò hac in re innovari debere censuerunt, *in Hispal. 5. Junij* 1615. imò potiùs S. Rituum Congregat. *in Pisaurien.* 14. *Novemb.* 1615. censuit *processionem sanctissimi Sacramenti posse fieri à Fratribus Dominicanis per vicos, plateas, & loca ab eis eligenda, eaque semel electa mutare non posse, juxta litteras Clementis VIII.* Vide quæ dixi *de officio & potestate Parochi, c. 12. n. 13. & 14.*

125 Quartò, Confratres, seu Oblati ipsorum, qui non se omninò transtulerunt, sed in proprietatibus suis omninò duxerint manendum, non intelliguntur exempti, *d. c. cùm & plantare, c. de Confratribus,* ubi Butr. *n. 11.* Abb. *n. 3.* & Anchar. *n. 6.* Henric. *in c. ut privilegia, de privileg.* Vide quæ diximus *suprà hoc l. c. 39. §. 2. de privil. fori, n. 44. cum seqq.*

126 Quintò, Religiosi privilegium à Sede Apostol. habentes, ut Ecclesias eidem Sedi subjectas possint in proprios usus convertere, earum tamen possessionem sine Diœcesani Episcopi auctoritate non possunt accipere, *c. pastoralis, de privil.* ubi Abb. *n. 5.* & Socin. *n. 8. cum seqq.* Petr. de Perus. *in tract. de unionib. c. 2. n. 5.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de union. gloss. 12. n. 17.*

127 Sextò, Religiosi exempti, licèt à quoquam excommunicari, vel suspendi non possint, ab Ordinari, is nihilominus hujusmodi poterunt sententiis innodari, si ad Prioratus ipsis Ordinariis subjectos mittantur, quamdiu ibidem commorantur, *c. 1. §. in eos, de privil. in 6.* Sanchez *de matrim. l. 7. disp. 33. num. 23.*

Septimò, Religiosi quamvis exempti, Sacramenta administrare, & matrimonia celebrare sine Presbyteri Parochialis licentia nequeunt, aut excommunicatos quoscumque, vel aliis sententiis innodatos, præterquam in casibus à Jure concessis, à pœna, vel culpa absolvere, alioquin sententiam excommunicationis ipso jure incurrunt, quos etiam locorum Ordinarij excommunicatos denunciare publicè possunt, *c. interdictum 16. q. 1. Clem. 1. de privil.* diximus latè *de officio & potest. Parochi, cap. 17. ex n. 46.* Permittant tamen locorum Ordinarij, quod Regulares teneant in suis Ecclesiis oleum sanctum pro ipsorum usu dumtaxat, ut censuit S. Congr. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, 13. Julij 1589.

Octavò, prohibentur in suis prædicationibus Ecclesiarum Prælatis detrahere, aut laicos ab Ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu retrahere, *d. Clem. 1. §. quibus, de privil.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. q. 32. art. 2.* Azor. *inst. moral. p. 1. l. 12. c. 13.* 131 *q. 5. vers. 3.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 105. n. 406.* Item Indulgentias indiscretas pronunciare, *dict. §. quibus,* Fr. Emm. *qq. Regul. tom. 2. q. 98. art. 2.* Azor. *d. c. 13. q. 5. vers. 5.* Et cùm testamentis condendis 132 intersunt, testatores à debitis restitutionibus faciendis, aut legatis Ecclesiis matricibus relinquendis retrahere, aut curare, ut legata, vel debita, aut malè ablata incerta sibi, aut Fratribus sui Ordinis, vel Conventibus, in aliorum præjudicium relinquantur, aut erogentur. Conc. Lateran. sub Leone X. *sess. 12. const. 1. vers. & pacem.* In casibus quoque Papæ vel Episcopo reservatis, absolvere personas Ecclesiasticas contra eos justitiam prosequentes, *d. §. quibus:* & hodie nec per privilegium, quod Mare magnum vocatur facultatem habent Regulares absolvendi pœnitentes à casibus Episcopo reservatis, ut declaravit S. Congr. sicuti referunt Fr. Emm. *qq. Regul. tom. 1. q. 61. art. 13.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 46. art. 2. in fine,* Campan. *in divers. Jurist Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 63.* Filliuc. *tom. 1. tract. 15. n. 248.* Nicol. Garc. *de Benef. p. 3. c. 2. num. 269.* Ego ipse *de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 53. num. 8.*

Nonò, ex decreto Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 11.* in Monasteriis exemptis, quibus imminet cura animarum, personæ etiam Regulares ibidem curam exercentes subsunt immediatè in iis quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita. Ita docent Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 16. à princ.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 36. art. 4.* Piasec. *in praxi Episc. p. 2. c. 3. n. 46.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccl. p. 2. cap. 10. n. 105.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 736. & 608. in 1. edit.* aliàs *resolut. 513. & 532. in 2. edit. & in praxi aurea, resol. 176.* Mar. Antonin. *var. resol. l. 1. resol. 17. n. 3.* Campan. *in divers. juris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 51. cum seqq. & num. 115.* Hieron. Venero *in examine Episcop. l. 6. cap. 11. ex num. 2.* Ugolin. *de officio & potest. Episcopi, c. 20. §. 4. & c. 21. §. 5. à princ.* Ego ipse *in simili tract. p. 3. alleg. 74. ex n. 18.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 45.* novissimè Novar. *in sum Bullarum, tit. de exemptorum privilegiis circa curam animarum, & administrationem Sacramentorum, & tit. de*

Reg. curam animarum habentibus. Latè Solorzan. *de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. c. 17. n. 40. cum seqq.* Felician. de Vega *ad c. cæterùm 5. de jud. n. 36.* latè Machado *in su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. 5.* Joan. Maria Novar. *in lucerna Reg. verb. Cura animarum, n. 3.* Vulpe *in praxi judic. fori Eccl. c. 42. n. 6. & 7.* Gregotius XV. felicis record. *in sua Const. de exemptorum priv. incip. Inscrutabili, sub Dat. Nonis Februarii 1622.* circa visitationem, jurisdictionem, & correctionem Episcopi in Regulares curam animarum habentes, sic statuit: *Hac generali, ac perpetuò valitura Constitutione decernimus, Statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quàm seculares quomodolibet exempti sive animarum curam personarum secularium Monasteriis, seu domibus Regularibus, aut quibuscumque aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus, sive secularibus incumbentem exerceant, sive aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quoquo modo in dicta cura exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apost. delegati, plenè in omnibus subjiciantur.*

135 Super qua Const. Sacra Congreg. Cardinalium Concilii Trid. interpretum, inter aliquas declarationes, S. D. N. Urbano VIII. approbante, quas originales, & authenticas, ac deinde in Typographia R. Cameræ Apost. impressas vidi de anno 1623. censuit, *eam nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cùm in Sacramentis personis secularibus administrandis iidem*

136 *Regulares delinquunt. Item Episcopis non licere in vim ejusdem Const. visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca ubi in eisdem Ecclesiis asservatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum secularium audiuntur. Item declaravit in vim illius Const. non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis, aut temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari: quod si aliunde Episcopis ejusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.* Unde Laur. de Peirinis *tom. 1. privil. Minimor. in annot. ad Const. 2. Sixt. IV. §. 10. n. 18.* refert decisum in una Janvensi, non posse Ordinarium visitare etiam ratione acquisitæ possessionis.

137 Ex quibus primò infertur, Ecclesias Militum S. Joannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario esse subjectas, & ab eodem visitari posse, ex rescripto Pii V. incipiente *Exposcit*, sub dat. 22. Septembris 1571. & docent Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordinar. in exemptos, p. 2. q. 45. n. 11.* Piasec. *in praxi Episc. p. 2. c. 3. n. 46.* Ugolin. *d. §. 4. n. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, res. 176.* Tambur. *dict. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 49.* Ego ipse *d. alleg. 74. num. 26.* Unde S. Cong. Cone. in Augustana, 26. Junii 1627. censuit Rectores in Ecclesiis S. Joannis Hierosolymitani curam animarum sæcularium exercentes, subesse in omnibus visitationi, correctioni, & jurisdictioni Episcopi in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem, qui potest ratione visitationis procurationem exigere nisi in contrarium adsit consuetudo: additque non licere Episcopo eosdem Rectores corrigere, aut punire, nisi in actu visitationis. Refert me citato in hoc loco, Tambur. *de jure Abbatum tom. 3. disp. 5. q. 21. n. 59.*

Secundò infertur, Regulares exemptos non so- 138
lùm Episcopi visitationi, & correctioni subesse in his, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent, ut vidimus; sed etiam in dependentibus ab illa, ut per Mar. Ant. *d. lib. 1. resol. 112. casu 50. prope fin.* Campan. *dict. cap. 13. num. 51.* Ego ipse *d. alleg. 74. n. 25.* veluti si inquiratur, quomodo conservetur Sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta. Seraph. *decis. 1067.* & ut Calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis Sacramentorum provideantur, ut referunt decisum Franc. Leo *d. part. 2 c. 31. n. 3.* Campan. *d. c. 13. num. 49.* Ego ipse *alleg. 74. num. 18. in med.*

Tertiò infertur, licere Episcopis, si dum ipsi in- 139
gredi volunt Monasteria Regularia exempta ob causam prædictæ visitationis, Regulares renuant illos intromittere, ostia claudendo, illa frangere, vimque inferre, secundùm Innoc. *in c. 1. vers. item alia ratione*, ubi Abb. *n. 5. vers. ad secundum verò, de immun. Eccl.* Fusc. *de visit. lib. 2. c. 16. post. n. 1.* Campan. *d. c. 13. num. 52.* Machado *d. lib. 4. p. 6. tract. 10. docum. 5. n. 2.* Ego ipse *d. alleg. 74. n. 22.*

Quartò infertur, posse Episcopum impedientes 140
visitationem excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illatæ pro defensione suorum jurium, ut resolvunt Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. Neap. c. 18.* Campan. *d. c. 13. n. 53.* Possuntque tales Regulares sub occasione dictæ visitationis, & correctionis ab Ordinariis excommunicari, & suspendi, ut latè resolvunt Soloz. *d. lib. 3. c. 17. n. 55. cum seqq.* Machado *d. docum. 5. num. 4.*

Quintò infertur, Regularem delinquentem ex- 141
tra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus puniri, ut per Galer. *in margar. casuum Consc. verb. Parochus 3.* Aloys. Ricc. *d. resol. 519. num. 2. & resol. 532.*

Quod ita ad Episcopum pertineat hæc potestas 142
visitandi Monasteria, tam regularia, quàm sæcularia, circa ipsorum curam, & Sacramentorum administrationem, ut nulli etiam ad nutum amovibiles possint deputari, nisi de Episcoporum ordinariorum consensu, & prævio per eum, & ejus Vicarium, & examinatores synodales examine, ex decreto Concil. Trid. *d. cap. 11. vers. nec ibi aliqui*, refert decisum Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 8. num. 20.* ubi subdit quod Clemens VIII. mandavit ita servari illud Concilii decretum, excipiendo aliqua Monasteria, & capita Ordinum, non obstante Constitutione Pii V. quâ voluit, ut in omnibus Ecclesiis Parochialibus, in quibus cura animarum etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarii facultatem ejus Ecclesias, & personas visitandi, & corrigendi.

Unde Episcopum quoscumque Canonicos, & 143
Dignitates, ac alios Clericos exemptos, & non exemptos, ad curam animarum exercendam constitutos quoad habilitatem, non obstante quocumque privilegio, aut consuetudine in contrarium, 144
examinare, & visitare posse, consuluit Nav. *cons. 4. de tempore ordinat. in antiq.* aliàs *cons. 8. de privileg. in novis*, Sayr. *in flovibus decis. sub tit. de temporib. ordinat. decis. 5.* Ego ipse *dict. alleg. 74. num. 19.* Curam

ram enim animatum exercentes, sive sæculares, sive Regulares sint, poni debent ad arbitrium Superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, nisi quod examinari, & approbari priùs ab eo debent antequam ponantur, ut resolutum attestatur Piasec. *d.p.2. cap.3.num. 46. pag.* 182. Gonz. *ad reg.8.Cancell. gloss. 5. §. num.* 34. Tamb. *de jure Abbatum,tom.3.disp.5.q. 11. num.* 52. Novar. *in lucerna Regul. verb. Cura animarum, n.* 2.

145 Ulpe *in praxi judic.fori Ecclesiast. cap.* 42. *num.* 6. & ipsi Regulares curam animarum sæcularium personarum exercentes, in emolumentis legitimè percipiendis prohiberi possunt per Episcopum, ne excedant taxam ab eo præscriptam. S. Congreg. Conc. *in Liman.* 18. *Septembr.* 1625. Tamb. *dict. quæst.* 11. *in fine.*

146 Decimò ex eodem Concil.Trid. *sess.* 25. *de Reg. cap.*5. colligitur, Epicopum posse, & debere videre, an clausura serverur in Monasteriis Monialium, etiam Regularibus subditarum, & non posse ab ipsis Regularibus impediri, quominus ad hunc effectum ea visiter, quoties id expedire judicaverit, ut referunt à S. Cong. Concilii decisum Galet. *in margarita casuum Conscientiæ, verb. Clausura* 1. Gavant. *in manuali Episcop. verb. Monialium clausura, num.* 17. *cum seqq.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verb. Episcopus, n.* 13. Zerol. *in praxi Episcop.p.* 1. *verb. Moniales* 54. *&* §. 8. *vers.* 4. Armend. *in addit.ad Recopil.legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, num.* 44. Mac. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap.* 33. *sub num.* 1. Campin. *in diversorio Iuris Canon. rub.*12. *cap.* 13. *num.* 83. Cochier *de jurisdict. Ordin.in exempt.p.*2. *n.* 45. *n.* 15. Ego ipse *de offic. & potest. Episc.p.* 3. *alleg.* 102. *num.* 3. *&* 7. Nam in his quæ ad clausuram spectant, & spiritualium rerum curam pertinet, habet Episcopus jurisdictionem in hujusmodi Moniales, quæ privilegio, vel indulto Papæ sunt immunes,ut censuit eadem Sacra Concilii Congreg. teste Armendar. *ubi sup. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.*95. quem refero *d. alleg.*102. *n.* 4. Quod adeò verum est, ut hujusmodi Moniales exemptæ possint toties visitari ab Episcopo quoad observantiam clausuræ, quoties ei videbitur expedire. Galet. *in d. margarita casuum Conscient. verb. Moniales* 3. Ego ipse *d.alleg.*102.*n.*5.

147 Quamvis Fr. Emman. *quæst Regul. tom.* 2.*q.* 47. *art.* 10. Lhamas *in methodo confessionis, in appendice quam ponit in fine* §. 5. & novissimè Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 11. *docum.* 4. *num.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.*6.*c.*15.*n.* 21. Fr. Ludov. Miranda *de sacris Monial.q.*2.*a.*14.*n.*3. Bonac. *de clausura, q.*1. *punct.* 6. existimaverint, non posse Episcopum ad clausuram cogere Moniales exemptas ab eis, nec illis licere intrare hujusmodi Monasteria exempta, Prælatisque Regularibus subjecta, etiam prætextu videndi, an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodò in casu, quo publicè constaret illam esse violatam, ex quibus Fr. Emman. audacùs magis affirmat germanum Concilii" *in dict. c.* 5. sensum esse, ut quoad Monasteria Regularibus subjecta nil aliud agere valeant Episcopi, nisi existente dictarum Monialium clausurâ publicè violatâ, monere Prælatos Regulares, ut illam restaurent, & Moniales in officio contineant: quod si admoniti intra sex menses id emendare neglexerint, tunc, inquit ipse, iidem Episcopi eorum defectum auctoritate Apost. & uti delegati supplere possint, juxta Conc. *sess.* 21. *cap.* 21. *de reform.* & propterea inde carpi Episcopos clausuram earundem sanctimonialium visitationis gratiâ ingredientes.

Verùm contra eos super sententia veriot est tenenda, eamque novissimè multis tuetur, & à contrariis defendit Alexand. Sperell. *in decis. fori Eccles.dec.* 97. *num.* 19. *cum seqq.* ubi *n.* 25. *&* 26. attestatur Fr. Emm. & sequaces evidentissimè decipi: tum quia verba allata Concilii, *ubi violata fuerit, diligenter restitui: & ubi inviolata est, conservari maximè procurent*, pariformiter determinant utrumque casum, scilicet conservationis, ac restaurationis: unde nec eos debemus diversimodè eos determinare, nec licuit Fratri Emm. alterum amplecti casum, & alterum rejicere: tum etiam, quia termini ejusdem Concilii c. 8. *sess.* 21. *de reformat.* ex quo eandem interpretationem ipse desumpsit, sunt valde diversi ac separati à terminis dicti capitis 5. in illo namque agitur de Monasteriis virorum Religiosorum; in isto ad clausuram Monialium. Unde nec debent confundi, nec de uno ad alterum infertur, ob rationis dispatitatem, propter quam nec Concilium illos conjunxit, immò in diversis Capitulis, ac separatis sessionibus de illis disposuit.

Posse igitur Antistites, eorumque Vicarios sufficiens ad id habentes mandatum, pro clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum, semotis etiam violatæ clausuræ suspicione, ac quacumque Superiorum Regularium negligentiâ, censuit Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, in hæc verba: *Præstendentibus aliquibus civitatis, ac Diœcesis Turritana, Archiepiscopum circa clausuram Monasteria Monialium Regularium subjectarum visitare non posse, & hoc sub prætextu, quod ab eisdem Archiepiscopis prædecessoribus nunquam visitata fuerint: Illustrissimi ejusdem S. Congreg. Patres, Illustrissimo Lancellotto referente, prædicto Archiepiscopo litteras dari voluerunt, ipsum non posse,nec debere omittere, quin clausuram Monasteriorum Monialium ejus civitatis,& Diœcesis Regularium coram suppositorum, quotiescunque opus esse dignoverit, visitet: ulterius, quod si prædicti Regulares, aut Moniales muneri huic tam necessario ac Episcopis per S. Conc. commendato, quoque modo se opposuerint, possit procedere contra illos, etsi Monasteriorum clausuræ nunquam visitatæ fuerint: sub dat.* 24. *Novembris* 1617. Et antea *in Mediolan.* de anno 1581. decisum fuerat, posse Ordinarios 148
in visitatione clausuræ Monialium Regularibus subjectarum, eas interrogare & examinare super his, quæ ad dictam clausuram spectant, & pertinent. Pro veritate D.Alexander Sperellus mei amicissimus Sacram Congregationem Concilii etiam consuluit, cujus consultationis propositio & responsio habetur apud ipsum inter suas decisiones fori Eccles. *decis.* 97. *n.* 27. in hæc verba *Eminentissimi & Reverendissimi Domini. Statutum est per decretum sacri Concilii Trid. ut Episcopi tanquam Sedis Apost. delegati clausuram Sanctimonialium in Monasteriis sibi subjectis conservari maximè procurent: in vim cujus decreti Alex. Sperellus Vicarius Generalis Emin.D. Card. Estensis, ut suo muneri satisfaceret, intendebat singulis annis Monasteria Regularibus subjecta, visitationis gratiâ in concernentibus clausuram ingredi: ad quod cum cæteri Regulares annuerent, Fratres S. Dominici resistunt, prætendentes duo: prius vigore ejusdem decreti Episcopum solum, non autem ejus Vicarium, etiam mandatum speciale habentem,ingredi posse: posterius, nec quidem Episcopum*

valere,

valere, nisi aliquam rationabilem violatæ clausuræ suspicionem habeat, ex Rad. qq. Regul. tom. 1. q. 47. art. 10. Unde cùm orator hac in re nil prater Dei honorem quærat, atque neque desidiâ, neque nimio zelo laborare intendat, supplicat humiliter pro opportuna horum easuum declaratione. Sacra Cong. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum ad utrumque dubium respondit, non solum Episcopo, sed etiam Generali ejus Vicario ad hoc speciale mandatum habenti, licere pro clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subjectorum, tametsi nulla rationabilis violatæ clausuræ suspicio irrepserit, & acriter reprehendit Rodericum, quod hac de re tam audacter loquutus fuerit. Ant. Card. Cajet. Locus. † sigilli.

Noviſſimè etiam in una Colimbr. die 26. Maii 1640. eadem sacra Congregatio Eminentiſſimorum Card. Concilii Trid. Interpretum censuit, Episcopum Colimbriensem uti Sedis Apost. delegatum potuisse quoad clausuram Monasterium Monialium Conventus de Cellas, Ordinis Cistercienſis, Regularibus ejusdem Ordinis subjectum visitare, etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earundem Monialium, Monialesque ipsas in his, quæ ad eandem clausuram pertinent, examini subjicere, semotis etiam suspicione violatæ clausuræ, ac quatenus que Superiorum Regularium negligentiâ, ipsisque inconsultis & irrequisitis: ac insuper eidem Episc. licuisse, Rectorem Collegii dicti Ordinis ex supradicta causa inobedientem declarare, in pœnam excommunicationis ac alias comminatas incurrisse. Quod adeò verum est, ut cùm quæsitum fuisset in eadem sacra Cong. An Episcopus ob clausuram custodiendam, etiam in Monasteriis Regularibus subjectis, possit excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reservatam imponere circa aperitionem ostii clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus, & colloquia cum Monialibus, dictaque excommunicatio ligeret nedum Regulares accedentes, verum etiam Moniales, factâ de illis mentione, adeo ut Superior Regularis ab hujusmodi excommunicatione absolvere nequeat? Sacra Cardinalium Cong. Concilii Trid. Interpretum in una Viterbiensi, 26. Junii 1627. respondit, Episcopum posse Fr. Card. Verospius. Franc. Paulutius S. Congr. Conc. Secret. Refert Laurent. de Peirinis de privil. Regul. tom. 3. in fine, ubi de decretis novissim. S. Cong. decreto 5. pag. 565.

149 Undecimò ex eodem Concilio Trid. sess. 25. de Regul. c. 12. censuras, & interdicta, etiam ab ipsis Episcopis emanata, ipsis mandantibus, sunt à Regularibus & exemptis in eorum Ecclesiis publicanda atque servanda. Referunt Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 15. n. 62. Henriq. in sum. lib. 3. c. 42. § 3. in fin. Fr. Emm. in addit. ad Bullam Cruciatæ, fol. mihi 29. Fr. Joan. à Cruce de statu Regul. lib. 2. c. 7. dub. 2. Franc. Leo in thesauro fori Eccl. p. 1. cap. 8. num. 29. Piasec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. n. 47. vers. censuras, Ugolin. de officio Episcopi c. 20. §. 3. num. 3. Campan. in divers. juris Can. rub. 12. c. 13. n. 114. cum seqq. Aloys. Ricc. in praxi aurea, res. 210. vers. 3. Machado d. lib. 4. p. 6. tract. 10. doc. 4. n. 3. Novar. in lucerna. Regul. verb. Interdicta, Homob. de Bonis de examine Ecclesiastico, tract. 11. cap. 12. q. 23. suppos. 2. & 3. Erasm. à Cochier. de juriſd. Ord. in exemptos, p. 2. q. 45. n. 46. Laur. de Peirinis in constit. sui Ordinis Minim. tom. 1. constit. 26. Leonis X. num. 13. cum seqq. Epo ipse d. p. alleg. 105. n. 45. Tamb. d. tom. 3. diſp. 5. q. 11. n. 53.

150 Duodecimò ex eodem Concil. Trid. citato c. 12. dies festos, quos in sua diœcesi Episcopus servandos præceperit, exempti omnes, etiam Regulares servare tenentur, ut ex eo colligunt Machado dict. lib. 4. p. 6. tract. 10. doc. 4. n. 2. Lezan. d. tom. 3. verb. Episcopus, n. 12. Fusc. d. cap. 15. n. 63. Fr. Emman. quæst. Reg. tom. 2. q. 70. art. 1. & 2. & q. 108. art. 2. in fine, Piasec. d. p. 2. c. 3. num. 47. vers. dies festos, Aloys. Ricc. in praxi aurea, res. 210. vers. 6. Ugol. de officio Episcopi, cap. 20. §. 3. num. 1. Campan. d. cap. 13. ex num. 91. Erasm. à Cochier. d. p. 2. q. 45. num. 55. Laur. de Peirinis d. const. 28. Leonis X. n. 2. cum seqq. Tamb. d. tom. 3. diſp. 5. q. 11. n. 54. Novar. in sum Bullarii, tit. de festis diebus. Solorz. 151 d. lib. 3. cap. 17. n. 69. ubi me citato resolvit Regulares per Episcopum compelli posse censuris ad observantiam festorum per illum cum approbatione populi indictorum, quod etiam tenet Novar. dict. verb. festus, num. 1. in fine. Quod quidem ita est intelligendum, ut Regularium ritus illis festis semper permaneant quoad Missas celebrandas, & cætera divina Officia, tam publicè, quam privatim ab ipsis Regularibus in eorum Ecclesiis persolvenda, nec circa hæc ab Episcopis quoquo modo quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi possit: quòd si de facto præceperint, 152 Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire tenentur. Refert me citato Tamb. d. tom. 3. diſp. 5. q. 11. num. 54. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. capit. 20. num. 20. Joan. Maria Novar. in lucerna Regul. verb. festus, num. 2. & 3. Verùm quoad Concliones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debent se conformare Evangeliis, & Epistolis, quibus Cleros sæcularis utitur illis diebus. Ita referunt decisum Quarant. in sum. Bullarii, verb. privilegia Regularium, Piasec. citato 153 loco, Ugol. d. c. 20. §. 3. n. 3. Laur. de Peirinis d. constit. 28. Leon. X. n. 2. Ego ipse d. alleg. 103. n. 34. & 35. Regulares non prohiberi dies festos, & jejunia in suis Ecclesiis annuntiare, per factam Concilii Cong. sub die 2. Julii 1620. referri decisum Laur. de Peirinis in const. sui Ordinis Min. tom. 2. con. Pii V. n. 13. vers. ad primum, pag. 193. Tamb. ubi suprà, n. 54. in fine. Joan. Maria Novar. d. verb. festus, 154 num. 6.

Duodecimò, quicunque exempti officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium offendentes, vel aliàs Episcopi jurisdictionem impedientes, possunt ab eodem Episcopo coërceri, & puniri, ut in sequenti declaratione. Proposito dubio, an Milites Hierosolimitani offendentes personam Officialium Curiæ Archiepiscopalis Panormitanæ, in actu exercendi suum officium, aut aliàs Illustrissimi Archiepiscopi jurisdictionem impedientes, ab eodem coërceri & puniri possint; Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, partibus auditis, dubioque accuratè discusso, censuit posse. Card. Ubaldinus. 155

Decimotertiò, Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publicè denuntiari, & excommunicari, ut ab aliis evitentur; ita S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 24. Maii 1621. Sed quia erat difficultas in eo, quod Episcopus in hujusmodi causa debeat citare, & citatio est actus jurisdictionis, quam Episcopus non potest in hujusmodi personas exemptas exercere, ideò placet pro solutione doctrina Felin. in cap. non potest, num. 3. de sentent. & re judic. 156

Decimoquartò, exempti omnes ad publicas processiones vocati accedere compelluntur, ut statuit Concil. Trid. dict. sess. 25. de Regularib. cap. 13. vers.

vers. exempti autem omnes, Marc. Ant. Cuch. *instit. major lib. 2. tit. 1. num. 55.* Fusc. *de visitat. lib. 2. c. 8. n. 12. & cap. 15. n. 64.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benefin. lib. 3. q. 11. n. 18.* Fr. Emman. *qq. reg. tom. 3. q. 36. art. 1.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccles. p. 1. cap. 8. n. 18.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1 verb. proceſſiones, §. 2.* Stephan. Gratian. *Marchiæ dec. 232.* Perez de Lara *de anniverſ. & Capellan. p. 1. cap. 24. num. 14.* Campan. *d. rub. 12. c. 13. n. 117.* Marc. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. 103. n. 16.* Cened. *Canon. qq. lib. 1. q. 26. n. 15.* Salgado *de protect. Regia, p. 2. c. 9. n. 102. cum ſeqq.* Tambor. *d. tom. 3. diſp. 5. q. 11. n. 55.* Machado *d. tract. 10. docum. 6. per tot.* Ego ipſe *d. p. 3.*

157 *alleg. 78. n. 8.* Laici verò non poſſunt cogi ab Epiſcopo, ut accedant ad proceſſiones ordinatè, ut cenſuit ſacra Rituum Congr. 21 Februarii 1604. etiamſi ſint illuſtres, & de Magiſtratu, ut in una Granatenſi, 24. Octobr. 1609.

158 Regulares Monachi, & Fratres, quacumque exemptione non obſtante, tenentur accedere ad omnes, & quaſcumque proceſſiones publicas, & conſuetas, aut indictas pro bono publico, aut honore, reſolvunt Fr. Emman. *dict. art. 1.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccl. p. 4. c. 2. n. 143.* Ugolin. *d. cap. 20 §. 2. n. 4.* Eraſm. à Cochier *d. p. 2. q. 45. n. 109.* Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. de proceſſionibus, n. 15.* Ego ipſe *d. alleg. 78. n. 14.* Mich. Aggia *de exhib. auxil. fundam. 5.* Valenzuela *cons. 1. num. 5.* Novar. *in ſuum Bullar. tit. de proceſſionib. à n. 5.* alter Novar. Pater *in lucerna Regular. verb. Proceſſiones*, ut cenſuit eadem S. Congr. *in Legionenſi*, 24. *Septembris* 1605. *& Toletana 4. Julii* 1615. Et hac de re emanavit declaratio, prout ſequitur: *Ordinarius poteſt præcipere Regularibus, ut eant ad proceſſiones publicas, utputa in feſto Corporis Chriſti, in Litaniis, & Jubilæis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipſi habent Monaſteria, dummodo proceſſiones ſint ejus generis, quod in Bulla S. D. N. Pii V. Mendicantibus conceſſa, quæ incipit*, Etſi mendicantium, *publicata 17. Kal. Junii anno 1567. comprehendatur, & dummodo Regulares non ſint ex illis Conventibus Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur.* Refert. Laur. de Peirinis *de privil. Regul. ad conſt. 7. Pii V. §. 19. n. 25.* Iterum Sacra Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum ſæpiùs declaravit, *publicas*

159 *proceſſiones, ad quas exempti ab Epiſcopis vocati accedere tenentur, ex decreto cap. 13. ſeſſ. 25. ejuſdem Concilii, eſſe intelligendas, quæ indicta fuerint pro bono publico, vel publico honore: quam Congregationis ſacri Concilii declarationem ſacra Rituum Congregatio ubique ſervandam eſſe cenſuit, & declaravit in Ferrarienſi. 27. Julii* 1609. Et noviſſimè, me citato, Carol. Maranta *tom. 3. reſpons. 29. n. 17.* ubi ex aliis caſus enumerat, in quibus publicis proceſſionibus Regulares accedere tenentur, in novo ſcilicet introitu Epiſcopi, vel Legati, ſeu imminente peſte, aut alio flagello, vel ad generales proceſſiones, quæ fiunt poſt Paſcha, ante feſtum Aſcenſionis, ſive etiam in Jubilæis, & in proceſſione generali, quæ ex conſuetudine habetur in ſolemni feſto Corporis Chriſti: & *num. 19.* de proceſſione, quæ inducitur ad impetrandum ab omnipotenti Deo bonum Paſtorem; & *reſp. 79.* Fratres B. Joannis

160 Dei teneri accedere declaravit in una Toletana, 4. Julii 1615.

161 Epiſcopus enim privativè quoad alios habet jus indicendi publicas proceſſiones, & præſcribendi quomodo, & quò ſint dirigendæ, & ad illas per publicum edictum populum convocandi, ex eadem Sacr. Congreg. *in Elboren. 14. Januar. 1617.* de conſilio tantùm Capituli, non autem conſenſo, *in ead. 28. Martii* 1618. non obſtante, quod Capitulum, vel alii ſint in quaſi poſſeſſione contraria per longum tempus. S. Congr. Conc. ſub die 16. Fe- 162
bruarii 1619. & non obſtante etiam immemorabili conſuetudine, ex S. Congr. Rit. *in Camerinenſi, 24. Auguſti* 1619. cum conſilio tamen Capituli, ut declaravit Sacr. Congreg. Conc. *in Comen. 7. Februarii* 1632. Abſente verò Epiſcopo, proceſſiones publicas edicere ſpectat ad Vicarium generalem cum conſilio Capituli, prout poſſet Epiſcopus, ſi præſens eſſet. Ead. S. Congr. Rit. *in Vigilen. 28. Septembr.* 1630.

Regulares, qui non accedunt ad proceſſiones ab 163
Epiſcopo indictas, puniri poſſunt per cenſuras & pœnas arbitrarias, aliàque Juris remedia; obſervatâ tamen Conſtitutione Gregorii XIII. incipiente *Expoſcit Paſtoralis officii*, ſub dat. 17. Junii 1588. Ita referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccles. reſol. 308. n. 5. & 6. & in praxi aurea, reſol. 210. n. 1. vers. 2.* Perez de Lara *d. c. 24. n. 14.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Proceſſiones, vers. ad ſecundum*, Armendar. *d. §. 31. de Proceſſion. n. 7.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 232. n. 15.* Cened. *d. q. 26. n. 16.* Salgado *dict. cap. 9. n. 109.* Ego ipſe *d. alleg. 78. n. 25.* Novar. *d. tit. de Proceſſionibus, n. 7. in fine.* Liberum eſt enim ordinariis, ſi velint, etiam cenſuris contra Regulares procedere, in caſibus quando eis ſubjiciuntur: poſt multos Ciarlin. *controvers. forens. c. 50. n. 21.* Solorz. *d. lib. 3. c. 16. n. 55. cum ſeqq.* Machado *d. tract. 10. docum. 6. n. 2.* latè Joan. Maria Novar. *in lucerna Regul. verb. excommunicare.*

Contra Henriq. *in ſum. lib. 7. c. 25. §. 7.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 74. n. 4.* Sanch. *de matr. lib. 7. diſp. 33. n. 23.* exiſtimantes ab Epiſcopo cenſuris diſtringi non poſſe.

Qua de re Illuſtriſſimi Sacræ Congregationis Cardinales negotii Epiſcoporum & Regularium præpoſiti, ſub die 20. Maii 1616. Epiſcopo Vercellenſi litteras dari mandarunt, *ut pœnas contra Regulares ab eo impoſitas revocet, cùm ipſe ſupra Regulares nullam juriſdictionem regulariter habeat: voluntatemque, quod dum in tertio capitulo decretorum ab ipſo Epiſcopo publicatorum dicitur, quod ab ipſo cogi poſſint ſub pœnis, &c. intelligatur, quod in particulari tantùm profeſſis Regularibus, ut eiſdem proceſſionibus interveniant, etiam ſub cenſurarum ipſo facto incurrendarum pœna intimari facere poteſt, ſed cùm non obediunt, illos punire non valet. Veruntamen hoc caſu eandem Sacr. Congregationem de hoc certiorem reddere debet.* Et ſacra Rituum Congreg. *in Chilen. in Indiis, 27. Februarii, & 13. Maii* 1610. cenſuit Epiſcopum poſſe compellere etiam ſub cenſuris omnes Religioſos Mendicantes 164
& Monachos, ut accedant ad publicas, & generales proceſſiones, quod etiam declaravit eadem Congr. *in Ferrarienſi, 27. Julii* 1609. *& in Toletana 4. Julii* 1615. Et tenentur accedere in numero decenti, debito & conſueto. Eadem S. Congr. *in una* 165
Caſtella, & Legionis, 30. Auguſti 1602. me citato *in illo loco*, Joan. Maria Novar. *in lucerna Regul. verb. Proceſſiones, n. 3. in fine.*

Nullæ immunitates Religioni Hieroſolymitanæ 166
obſtant, quominus ejus Sacerdotes inſervientes Eccleſiis vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi accedant, etiam compelli poſſint, prout deciſum referunt Armendar. *loco citato, n. 5.* Cened. *d. q. 26. n. 17.* Salgado *d. c. 9. n. 103.* Ego ipſe *d. alleg. 78. num. 11.*

Mona

167 Monachi verò, seu Regulares degentes in Monasteriis, quæ per dimidium milliare distant à civitate, non tenentur, nec ab Episcopo compellendi sunt accedere ad processiones, ut referunt decisum Aloys. Ricc. *d. resol. 30. n. 2.* Piasec. *p. 2. cap. 3. n. 45. in fine.* Ugolin. *d. c. 20. §. 2. n. 5. vers. 2.* Armendar. *d. loco, n. 11. & 14.* Salgado *d. cap. 3. n. 14.* Ego ipse *in d. alleg. 78. n. 11.*

168 Conventus, in quibus Fratres sub artiori clausura degunt, ita ut nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantùm studiis, & lectionibus vacent, non sunt compellendi accedere ad processiones publicas, secundùm Aloys. Ricc *dicta resol. 308. num. 2.* Franc. Leo *d. cap. 2. n. 144.* Ugol. *d. cap. 20. §. 2. num. 5.* Armend. *d. loco, n. 8.* Novar. *d. tit. de Procession. num. 8.* ubi *num. 9.* exemplificat in Benedictinis & Cisterciensibus. Ego ipse *d. alleg. 78. num. 15.* ut sunt Carthusiani, Camaldulenses discalceati, & Celestini, ut referunt Chopin. *Monast. lib. 2. tit. 1. num. 16.* Zypæus *in analytica postremi Juris Eccles. enarrat. lib. 1. de major. & obed. numero 11.* Appellatione quoque eorum, qui in

169 strictiori clausura vivunt, veniunt Canonici regulares S. Crucis Conimbricensis, ut ait resolutum Armendar. *dict. loco, num. 6.* quem refero *d. alleg. 78. num. 17.*

170 Et quod Religiosi, & personæ Societatis JESU ad publicas processiones accedere non compellantur, statuit Gregorius XIII. *in sua Constit. incip. Quæcunque*, sub dat. 19. Julii 1576. est in Bullario novo *tom. 2. pag. 404.* Novar. *d. verb. Processioni, num. 10.*

171 Et quod Clerici regulares Congregationis S. Pauli decollati, ad processiones, & actus publicos accedere non cogantur, indulsit Sixtus V. *Constit. sua 5. incip. Rationi*, sub dat. Kalendis Maii 1585. in Bullario novo *tom. 2. pag. 490.* Novar. *dict. verb. num. 11.*

172 Et de Clericis Regularibus pauperum Matris Dei scholarum idem statuit Urbanus VIII. *Const. 100. incip. Debitum*, Kalend. Junii 1629.

173 Et de Fratribus S. Hieronymi in Regnis Hispaniarum, quod non teneantur accedere ad publicas processiones, juxta privilegium Pii V. declaravit Sacra Rit. Cong. 14. Januarii 1600. Novar. *d. verb. Processiones, n. 16.*

174 De Canonicis Regularibus Lateranens. quod etiam non teneantur accedere ad processiones, censuit eadem Sacra Congregatio sub die 30. Julii 1616.

175 Monachi Congregationis Cassinensis non sunt ullo modo cogendi accedere, nisi ad processionem sanctissimi Sacramenti, juxta eorum antiquam consuetudinem. Sacra Congreg. Rituum *in Placentina, 10. Junii 1602.* quam referunt Tambur. *de jure Abbatum tom. 1. disput. 24. q. 8. num. 2.* Carol. Maranta *tom. 3. resp. 29. num. 46.* & modò cautum fuit per Urbanum VIII. *Constit. sua incip. Nuper, 17. Novembris 1628.*

176 Regulares habentes privilegium non accedendi ad processiones publicas, non tenentur ad eas convenire, etiamsi semel, vel sæpiùs convenissent, quia est privilegium faculeatis, & possunt ire, si velint, & nullum jus quæritur Episcopo, quamvis ab eo vocati accesserint, quia precariò dicerentur convenisse. Ugolin. *de offic. Episcop. cap. 20. §. 2. num. 5.* Novar. *dict. tit. de præcedentiis in process. num. 18.* alter Novar. frater *dict. verb. Processioni, num. 19.* Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. privilegium, num. 5.* ex Calderin. *consil. 8. de Regular.* Illud est advertendum, quod in processionibus fiendis, tam per Regulares, quàm per Confraternitates laicorum, non sit eundum extra claustra; in Ecclesiis verò carentibus claustro, processiones fieri possunt intra ambitum, hoc est, prope muros Ecclesiæ, extra verò ambitum Ecclesiæ non licet neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale privilegium faciendi processiones per alia loca. Ita Sacra Congreg. Rituum *in una Hispal. 26. Februarii 1628.* quam ad litteram refert Novar. *tit. de processionibus Regul. extra claustra.*

177 Decimoquintò, Controversias omnes de præcedentia inter Regulares etiam exemptos, in processionibus, & aliis similibus causis exortas, Episcopus amotâ appellatione componere potest, ut pariter statuit Concil. Trid. *d. cap. 13. in princip. qq. Regul. tom. 3. q. 37. art. 3.* Piasec. *d. p. 2. c. 3. n. 47. vers. controversias*, Zerol. *in praxi Episc. verb. Processiones, vers. ad tertium*, Campan. *d. c. 12. num. ult. & d. cap. 13. num. 120.* Valenzuela *cons. 1. num. 7.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 15. n. 66.* brevi scilicet manu, summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, prout decisum referunt Franc. Leo *d. cap. 8. num. 18.* Campan. *d. cap. 13. num. 120.* Armendar. *§. 13. n. 10.* Salgado *d. cap. 9. n. 15.* Joan. Anton. Novar. *in lucerna Regul. verb. præcedentia. n. 2.* loci consuetudinem attendens, ut per Medic. *Marchia decis. 21.* Seraphin. *dec. 335. 663. & 664. n. 1.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1069.*

178 In materia enim præcedentiarum jus defert consuetudini, ut benè resolvunt Bald. *in cap. cum olim, n. 1. & seq. de consuet. & in l. observare, §. antequam, ff. de offic. Procons.* ibi: *Vadat ergo primus, qui primus ire consueverat, &c.* Marquard. *cons. 26. n. 5.* Rot. *decis. 322. n. 10.* apud Paul. de Rubeis *tom. 2. divers.* aliàs *p. 6. recent.* Felin. *in cap. Statutum, in prin. de major. & obed.* Catd. *cons. 62. tom. 1.* Dec. *in l. cum quid, num. 39.* & ibi Cagnol. *n. 42. ff. si certum pet.* Rimin. jun. *cons. 95. n. 22. lib. 1.* Natt. *cons. 62. in fine*, Menoch. *cons. 51. n. 49. & cons. 126. n. 2. & 3.* Campan. *dict. rub. 12. c. 12. sub num. 12.* Molfes. *ad consuet. Neapol. p. 1. cap. 6. sub n. 21.* Salgad. *d. c. 9. num. 18.* Cavaler. *decis. 649. n. 1.* & fuit dictum *in Seguntina præcedentia. 9. Junii 1627. coram Ubaldo jun.* Quod procedit etiamsi consuetudo Juri repugnet. Menoch. *cons. 10. n. 51.* Seraphin. *decis. 964. num. 1.* Gregor. XV. *decis. 124. n. 2. & 4.* Rot. *dict.*

179 *decis. 322. n. 17. tom. 2. divers.* aliàs *p. 6. recent.* & ideo etiamsi possessio sit contra jus, est manutenibilis, quando est alicujus temporis considerabilis, Franc. *in cap. ad decimas, num. 8. in 4. notab. de restit. spol. in 6.* Cov. *practic. c. 16. sub num. 6. vers. 4.* Rot. *decis. 544. num. 7. & decis. 595. num. 4. p. 1. divers. & inter recent. decis. 685. n. 3. p. 1.* Greg. XV. *decis. 360.* ubi addent. *sub num. 10.* Rota *apud Post. in fine sui tract. de manutent. decis. 194. num. 12. & decis. 217. num. 8. & decis. 32. num. 8. & decis. 33. n. 6.* & Coram Cavaler. *decis. 385. num. 1. & decis. 631. num. 2.* & fuit dictum in *Calciatensi decimarum, 10. Junii 1611. coram Cardin. Pamphilio jun. & in Ovetensi jurisdictionis, 22. Martii 1616. coram R. P. D. Ubaldo.*

180 Illud tamen advertere oportet decretum Concilii *d. cap. 13.* non tollere appellationem devolutivam, ut censuit Rota *in d. Colonien. præcedentia, vers. non obstat, quod in Concilio*: quæ procedit tantùm quoad effectum suspensivum, & pariter

rſiter à S. Congreg. reſolutum aſſerunt Armendar. *d. res* §. 31. *n.* 10. Salgad. *d. p.* 2. *c.* 9. *n.* 99. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 26.

181 Præcedentiam Ordinum ſecularium Clericorum & Regularium præſcripſit Pius V. in ſua Bulla incipiente *Divinâ diſponente clementiâ* ut ſcilicet primo loco incedant Clerici ſeculares, inter quos Cathedralis Eccleſiæ Canonici, deinde Collegiatarum Eccleſiarum, poſteà Parochi, & demùm cæteri Clerici. Inter Regulares verò Canonici S. Auguſtini, & Ordines Monachales, juxta cujuſque antiquitatem, & poſtremò ſequuntur Mendicantes, Prædicatores ſcilicet, Franciſcani, Auguſtiniani, & Carmelitæ. Poſtmodùm aliam præcedentiam Ordinum Mendicantium, & Confraternitatum inter ſe decrevit Gregorius XIII. Conſtitutione 84. incipiente *Expoſcit*, 15. Julij 1583. de qua plura Nov. *in ſumm. Bullar. tit. de præcedent. pag.* 502. *cum ſeqq.* F. Martin. de S. Joſepho *en la declaracion de los Breves de la precedencia de la Orden*, quæ ſervanda eſt

182 circa præcedentiam in proceſſionibus inter Confraternitates laicorum. S. Congreg. Rit. *in Nepeſina*, 10. *Maij* 1608. Ac etiam inter Regulares, ut ſcilicet illi præcedant, qui priùs habuerint locum. Eadem S. Congreg. *in Tuſcan.* 15. *Junii* 1608. præcedunt enim Regulares inter ſe ſecundùm ordinem præſcriptum in dicta Bulla Gregorii XIII. ut ſcilicèt ii præcedant, qui priùs in loco Monaſterium, & locum obtinuerunt. Laurent. de Peirinis *tom.* 3. *de privileg. Regul. pag.* 413. *num.* 29. eadem S. Congreg. Rit. *in Ugentin.* 23. *Maii* 1603. *& in Conſentin.* 1. *Martii* 1614. *in Terracin.* 30. *Septembris* 1614. *in Roſſanen. terræ novæ*, 14. *Februarij* 1615. *& in Agrigentin. terræ Nary*, 4. *Aprilis* 1615. *& in Spoletan.* 15. *Auguſt* 1618. *in Oritan. terra Tralla*, 29. *Septembris* 1619. refert me citato Novar. *dict. verb. præcedentia*, *n.* 6. licèt in praxi hoc non ſervari, niſi diſpoſitum ſit in dicta Bulla Pii V. aſſerat Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 37. *art.* 4. & Fr. Martin. de S. Joſepho *loco citato ſuprà*. Sed hac de re videnda ſunt aliqua decreta à S. Congregatione negotiis Regularium præpoſita emanata, & ſignanter *in una Arben.* 6. *Martii* 1582. reſcript. Archiepiſcopo illius diœceſis, in hunc modum: *Però che ſea nata differenza della precedenza tra coteſti Fratri de S. Franciſco, Conventuali, & Oſſervanti, allegando ogn'un di loro alcune ragioni per le quali ſi perſuadono di dover precedere à gl' altri, le quali eſſendoſi diligentemente conſiderate nella Congregatione di queſti miei illuſtriſſimi Signori propoſti da nueſtro Signore ſopra le cauſe de Veſcovi & Regolar s'è reſoluto etiam con el parere dell' Illuſtriſſimo Protettori di tute le due Religioni, di far ſcrivere à V. S. che occurrendo piu ſimili differenze, le termine ſenſa alcuna eccettione nelle eſteſſo modo che quel Convento tenga il primo & piu digno luoge, che è piu antico nella citta, ſecundo che s'e fatto fin' hora per quanto ſe preſupone. impercio de queſto mezze uſano altrove è ſtato tale che ha finito ogni controverſia, come ſi eſpera che ſara anche coſti per mezzo della prudenza è deſtrezza di V. S. & Dio, &c.* Idem in controverſia orta inter Fr. Servitas & Conventuales, eadem S. Congr. Regul. cenſuit *in una Soannen. ſub die* 24. *Maii* 1583. Idem quoque fuit deciſum ab eadem S. Congr. *in una Caſſ. eodem die & anno*, in quadam controverſia orta inter Fratres S. Franciſci, & Prædicatores: & inter eoſdem *in alia Perentin.* 1. *Junii* 1604. ita reſcripſit Epiſcopo illius diœceſis: *Nella differenza che verte tra coteſti Frati di ſan Domenico quelli è di ſan Franceſco per conto della percedenza la ſacra Congregatione vuol e che ſ'oſſervi per l'auvenire quello que è ſtato oſſervato tra loro per il paſſato fin tanto che non ſia deſtinato altro, & inclina che conforme al Moto proprio di Greg. XIII. di felice mem. debbano precedere quelli che prima hanno hauuto il luogo nella cita, & i decreti que ſi allegano per parte di Frati di S. Dominico in contrario non ſono ſtatti fatti per derogare generalmente al Moto proprio di Greg. VIII. olre que in quelli occaſioni militavano altre ragg oni di quelle che paſſano militare coſti.* Has litteras, ſive declarationes confirmavit, inſerto earum tenore, Urbanus VIII. *in ſua Conſtitutione* incipiente *Nuper pro parte*, 18. Decemb. 1637. ubi quoque dicitur, has litteras conformes eſſe declarationibus ſacrarum Tridentini Concilii ac Rituum Congregationum, ut qui ſunt in poſſeſſione præcedentiæ, præcedant, & ubi non probatur, aut non conſtat de poſſeſſione, præcedant ii, qui ſunt antiquiores in loco controverſiæ.

Super præcedentiis inter Regulares plures diſ- 183
ſenſiones oriti oſtendunt nonnullæ Sacræ Congr. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum declarationes hac de re factæ, quarum aliquas referam: & in primis petente Archiepiſcopo Mexicano, ſub die 27. Junii 1615. *ut Regularibus circa præcedentiam in proceſſionibus illud idem quod Romæ, & in Hiſpaniis obſervant, præcipere poſſet, per Sanctiſſimum facultatem ſibi impartiri, Sanctiſſimus D. N. Bullam Gregorii XIII. incipientem, Expoſcit Paſturalis officii, &c. ſuper prædicto Regularium dubio obſervari mandavit, quam inter Monachos ſervandam & extendendam eſſe cenſuit S. Rituum Congreg. die* 29. *Novembris* 1618.

Cùm inter Fratres Ordinis Minorum de Obſer- 184
vantia S. Franciſci, necnon Fratres Jeſuatos montis Nigri loci Liburni Piſanæ diœceſis, ſuper præcedentia in proceſſionibus, cæteriſque actibus, tum publicis, tum privatis, orta eſſet controverſia. S. *Congr. Epiſcoporum, Illuſtriſſimo Cajetano referente, illo ex ſupradictis Fratribus, quorum monaſterium ſeu Domus eodem in loco prius exſtructa fuerit; præcedere debere cenſuit*, ſub die 15. Julii 1616. Sed in ſacra Rituum Congreg. *in una Piſan.* 5. *Septembris* 1521. fuit deciſum, *Fratres Jeſuatos præcedere debere Minoribus Obſervantibus.*

Orta controverſia inter Regulares Ordinis Sil- 185
veſtrinorum ex una, & Regulares Ordinum Mendicantium in diœceſi Nucerina commorantes, partibus ex altera, de & ſuper quæſtione, & præcedentia in proceſſionibus, Sacra Epiſcoporum Cong. ſub die 24. Januarii 1617. *dictos Silveſtrinos tanquam poſtremos in dicta diœceſi commorantes, aut à quæſtuatione in poſterum abſtinere, aut in proceſſionibus ultimum locum, juxta diſpoſitionem Bullæ ſanctæ mem. Greg. XIII. obtinere debere cenſuit.* Die verò 19. *Maii ejuſdem anni, eo quia à quæſtuando ſe abſtinuiſſe S. Congregationi expoſuerant, ſacra eadem Cong. præcedentiam eiſdem Silveſtrinis dandam decrevit*: refert me citato Novar. *de præcedent.* 21. Tambur. *de jure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 25. *q.* 8. *c.* 9.

Cœleſtini, quia ſunt antiquioris origine & con- 186
firmatione Apoſtolica Oliveranis, ideo eos præcedunt, ut fuit in Rota reſolutum *in Salernitana præcedentiæ*, 21. *Junii* 1625. *coram bon. mem. Buratto*, inter ejus impreſſas *dec.* 877. Novar. *d. tit. de præcedent. in proceſſ. num.* 15.

Carmelitani Fratres in omni loco debent, præ- 187
cedere Fratribus de Mercede, ut cenſuit Sacr. Rituum Congregr. *in Carmelitan. Mercedis*, 21. *Auguſti* 1604. Novar. *d. tit. de præcedent. in proceſſioni-*

bus, num. 12. alter Novar. frater. *dict. verb. precedentia, num.* 9.

188 Fratres Capuccini debent tribuere præcedentiam in processionibus iis Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco incedebant antequam ipsi propriam Crucem deferrent. Eadem S. Rituum Cong. Capuccinorum. 13. *Martii* 1619. Vulpe *d. c.* 34. *n.* 33. *&* 34. Novar. *d. verb. precedentis, n.* 14.

189 Fratres Mendicantes semper & ubique tribuere debent præcedentiam Monachis. Eadem S. Rituum Cong. *in Monopolit.* 23. *Mart.* 1619.

190 Fratres S. Francisci de Observantia non præcedunt Fratribus tertii Ordinis, si isti in loco controversiæ priùs Monasterium, & locum obtinuerunt. Eadem S. Rituum Congreg. *in Rossanensi terra Novæ,* 14. *Februarii* 1615. *& in Tudertin. terræ Arazzi,* 16. *Januarii* 1620. refert, me citato, Tambur, *dict. q.* 8. *num.* 10.

191 Clerus sæcularis debet semper, & in omni loco habere præcedentiam supra Regulares, etiam in ipsorum regularium Ecclesiis, & Monasteriis, ex universali Ecclesiæ consuetudine, ut declaravit sæpius sacra Rituum Congreg. & nuncupatim *in Elborensi,* 28. *Septembris* 1602. *Castellæ, & Legionis* 30. *Augusti.* 1602. *& 4. Septembr.* 1603. *Mexic.* 30. *Septemb. & 5. Octobri,* 1614. *Tullen.* 11. *Martii* 1616. *Firman. terræ S. Victoriæ,* 31. *Martii* 1618. *Massanen.* 7. *Augusti.* 1621. Vulpe *in praxi judic. fori Ecclesiast. c.* 34. Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. præcedentia, num.* 4. *&* 8.

192 Quando in una civitate, vel loco sunt plura Monasteria ejusdem Ordinis diversis temporibus fundata, *eadem S. Rituum Congr. respondit & declaravit quoad Fratres Minores Observantiæ, juxta constitutionem Gregor. XIII. præcedentiam dandam esse ordini, qui prius in loco Monasterium habuit, & non tantum illi Monasterio, imò per fundationem primi Monasterii illo loco acquiratur anterioritas ejusdem cuilibet alii posteriùs fundato ejusdem Ordinis Idem quodque servandum esse quando præcedentia competit ex possessione & jure præcedendi, in terminis dictæ constitutionis, & quando concurrunt ad processiones, tam publicas, quàm privatas omnes ejusdem Ordinis Fratres, unitè, & non divisim, debere præcedere, itaut post Crucem Fratrum strictioris Observantiæ immediatè incedant discalceati, & recollecti, vel reformati uniti, & post illos Fratres de Observantia dicti, si juxta Regularia Ordinis statuta, vel ex quasi possessione, & jure præcedendi præcedentiam habent, alioquin in præcedentia servetur etiam inter ejusdem Ordinis Fratres anterioritas fundationis Monasterii cujusque, nec Monasteria alterius Ordinis debere, nec posse impedire frui dicto jure præcedentiæ, neque ordinem incedendi pervertere: & ita eadem sacra Cong. declaravit, & servari mandavit, die* 3. *Iunii* 1617. refert, me citato in hoc loco, Joan. Maria Nov. *d. verb. præcedentia, n.* 7.

193 Præcedentia antiquitatis servanda est inter Milites magnæ Crucis ejusdem Ordinis, non autem inter Milites diversi Ordinis. S. Congr. *in Meliten.* 9. *Maii* 1609, me citato *in hoc loco*, Joan. Maria Novar. *d. verb. præcedentia, n.* 20.

194 *Die* 26. *Novembris* 1593. *habita fuit Congregat. sacrorum Rituum, in qua propositâ causâ precedentiæ inter R R. Patres Procuratores generale, Fratrum Minorum de Observantia, & Fratrum Conventualium Ordinis S. Francisci, auditis partibus, visisque & examinatis juribus per utrasque exhibitis, Congregat. censuit Fratres Minores Observantes suum Procuratorem generalem legitimè hactenus habuisse, haberéque potuisse, & ex fidibus, quas ipsi exhibuerun, constare, dictum eorum Procuratorem generalem in Capella Pontificia ante Procuratorem generalem Minorum Observantium in hac quasi possessione sedendi manutenendum esse, si ita Sanctissimo Domino placuerit. A. Card. Gesualdus. Viso memoriali pro Procuratore generali Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Sanctissimo D. N. porrecto, & à Sanctitate sua Congregationi sacrorum Rituum transmisso super præcedentia eidem Procuratori in Capella Sanctissimi ante Procuratorem generalem ejusdem Ordinis Conventualium competenti, ac decreto alias sub die* 26. *Novembr.* 1593. *ad ejusdem Procuratoris de Observantia favorem facto. Congregatio die* 21. *Januarii* 1602. *stetit in decisis, factaque eidem Sanctissimo D. N. juxta ejusdem Sanctissimi rescriptum, de præmissis relatione, Sanctitas sua dicta decreta approbavit, & ab iis, ad quos spectat, observari mandavit. P. Card. Comen. Alexander Gratianus pro Secret. Congr.*

Præcedentiam debere esse penes Observantes, 195
statuit Leo X. *in sua Const.* incip. *Omnipotens Deus,* sub dat. Idib. Julii 1517. ubi *in* §. 11. sic loquitur: *Et ne inter reformatos, & Conventuales Fratres prafatos super præcedentia dissensio, & contentio oriri possit, volumus, & etiam statuimus, quod inter eos talis ordo servetur, videlicet quod in processionibus, & funeralibus, & exequiis, necnon omnibus aliis actibus publicis Fratres Conventuales Fratribus regularis Observantiæ locum digniorem relinquere teneantur;* &c. Idem quoque fuit constitutum ab eodem Leone X. alia sua Constitutione prioris confirmatoria, 10 in ordine, incipiente, *Licet alias,* sub dat. 6. Decembr. 1517, ubi mandatur omnibus Prælatis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, ut illam observari curent. Item & in alia sua Constitutione incipiente, *Etsi pro injuncta,* 10. Januarii 1521. in qua declaratur, Observantes succedere in omnibus prærogativis, & dignitate præcedentiæ, quibus gaudebant Conventuales, quando in ipsis fuit officium Ministri generalis.

Circa titulum, & sigillum Ministri generalis de 196
Observantia, cum inscriptione Ministri generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, emanavit ab eadem S. Rituum Congregatione quoddam decretum, prout sequitur, videlicet: *Cùm Procurator generalis Fratrum Minorum Conventualium sancti Francisci sex abhinc annis egrè ferret Ministrum Generalem de observantia in præterium usum fuisse, & eo præsentiarum uti titulo, & sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, recursum habuit ad Sanctissimum, supplicans mandari reformari hujusmodi titulum, tanquam non legitimè dicto Ministro generali de Observantia competentem. Et supplicatione per Sanctissimum ad hanc sacram Rituum Congregationem remissâ, eadem sacra Congr. discussionem hujus negotii ad referendum usque de anno* 1625. *commisit Eminentissimo & Reverendissimo D. Cardinali Muto, coram quo firmato dubio de consensu ambarum partium, An titulus Ministri generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, quo insignitur Minister generalis Observantium, sit reformandus; Utraque parte sæpe sæpius in facto, & in jure desuper informante, & auditâ, ad relationem ejusdem Eminentissimi Card. Muti causâ acerrimè in plena Congreg. discussâ, sacra Rituum Congreg. respondit, nihil innovandum, & Ministrum Generalem de Observantia legitimè usum fuisse, & uti posse titulo & sigillo, cum inscriptione Ministri Generalis*

Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, & ita servari mandamus, die 22. Martii 1631. C. Episcopus Portuen. Card. Pius. T. Tegrinius Episcopus Assisien. Secret. refert, me citato, Tambur. *d.tom.2.disput. 25. q.8.num.13.& 14.*

Circa verò modum præcedendi est advertendum, quod ubi in eadem persona duplex qualitas sive officium concurrit, illius consideratio habetur, cujus contemplatione actus geritur, Seraph. *decis. 158.* Joan. Grivel. *Dolana decis.82.num. 20.* Solorzan. *de jure Indiar.tom.1.lib. 2.cap. 21.num. 7. cum seqq.& tom.2.lib.3. cap. 24. n. ultim. & cap. 25. numero* 38. quia non est inconveniens, quod una & eadem persona ob varios respectus in hac materia diverso jure censeatur, cùm hoc sit concedendum ratione duplicis Juris, quod unus & idem habet, ut uno casu posset esse major, & dignior, & in alio minor, & minùs dignus. Menoch. *cons.902. n. 71. cum seqq.* Theodos. de Rubeis *singul. Rota part. 4. resp.1.tit. de præced.n. 2. tom. 2. pag. 462. & resp. 2. num. 14. cum seqq. pag.* 488. D. meus Contelor. *in quæst. de præced. n. 63.* Franc. de Amaya *ad l. ult. cap. 1. n. 65. C. de Decurion. lib.* 10. Unde Episcopus, si est simul Canonicus, quando tanquam talis ad Capitulum vadit, sedet ibi ut Canonicus in sua sede, Franc. Marc. *decis.* 136. Amendol. *in addit. ad Vincent. de Franch. decis.* 188. *cum seqq.* Anna *sing.* 6. Ponte *cons.* 15. *tom.* 1. Hermosil. *in prolog.part. 5. gloss. 2. numero* 63. Ferro *de præced. quæst.27.num.* 4. Amaya *citato loco, num.* 39. Et rector Universitatis in actibus suæ Rectoriæ præcedit Magistro scholæ, & quibuscunque scholaribus, etiam Episcopis. Tiraquel. *de nobil.c.* 28. *num.* 16. Gratian. *discept.* 296. *num. 1. cum seqq.* Theodos. de Rubeis *ubi suprà num.47. pag.* 490. Cancer. *variar. tom.3.c.10.num.117.* Mich. Ferro *d.tract. q. 43.n. 2.* & Inquisitores in causis Fidei præcedunt Episcopo, Hermosil. *ubi sup.num.61.* Gratian. *discept.*106. *n.8. & discep.*298. *n. 2. 26. & 46.* Theodos. de Rubeis *d.loco, pag.*469. *col.1.*

197 Alia quædam sequuntur, quæ ad omnes Religiosos communiter pertinent à sacris Canonibus instituta. Primò enim prohibentur omnes Religiosi cogere quemquam, vel ad promittendum inducere, ut apud eos eligat sepulturam, *Clem. Cupientes §. fin. de pœnis*, Rainer. *in catalogo censur. extra Bullam, cap.2.in princ. & cap.3.excomm. 1.* Gambar. *de casibus reservatis, c. 7. n.4.* Jul. Lavor. *de Indulgent. cap.21.n.25.* Filliuc. *tract.17. num.* 170. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 50. n. 100. secundum Lugdun. impress. & de offic. & potest. Parochi, c. 26. ex num.25.*

198 Secundò, decimas in Ecclesiis debitas usurpare, *Clem. 1. de decimis*, Gamb. *de casibus reservatis, c. 11. n.7.fol.171.verso.* Azor. *instit. mor.p. 1. lib. 12. c. 13. q.13.* Jul. Lavor. *de Indulg. p. 2. c. 13. n. 46.* Filliuc. *tract.14. n.125. vers. quinta, & n.137.* Nav. *in man. c.27. c. 188.* Ego ipse *d. alleg. 50. n. 222. secundum Lugdun. inter ff. & sup. n.107.*

199 Tertiò, in prædicationibus suis, & Confessionibus audiendis fideles à solutione decimarum retrahere, aut eos ad id non monere, *cap. 1. de decim. in 6. & dict. Clem. Cupientes, in princip.* & dixi *suprà num.*108.

200 Quartò in civitatibus, vel castris, aut villis interdictis celebrare prohibentur, nisi quatenus eis à jure, vel ab Episcopis est permissum, *cap. Episcopum, de privileg. lib. 6.* Covar. *in c. alma mater, p. 1. §.6. in fine*, Henriq. *in sum. lib. 13. cap.8. §. 2. lit. O*, Sayr. *de censur. lib.5.c.14.n.11. & 45.*

Quintò, prædicare sine licentia Episcopi prohibentur in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 4. vers. nullique autem*: si verò contra fecerint, non poterunt puniri ab Episcopo, sed tantùm à suis Superioribus Regularibus, ut resolvunt Quarant. *in summ. Bullarii, verb. privilegia Regularium*, Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Excommunicatio majoralis, §. 4.* Piasec. *in simili prax., part. 1. capite. 3. num. 41. vers. prædicans*, Campan. *in divers. juris Canon. rub. 12. capite 14. num.* 10. novè Joan. Anton. Novar. *in summ. Bullar. tit. de Regularium, & Secular. prædicatione*, Ego ipse *d.part.3.alleg.76. num.* 24 Verùm ex 202
novissima Constitutione Gregorii XV. sel. record. incipiente *Inscrutabili*, sua dat. Nonis Febr. 1622. contrarium resolvendum est, quia ibi sic dicitur: *Ac demum habeat Episcopus tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscunque exemptos, tam sæculares, quam Regulares qui in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt absq; Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis ac suorum Ordinum, non petitâ illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint.* Refert Novar. *d.tit. de Regular. & sacularium prædicatione, num.* 3. Regulares autem Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantùm à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari & approbari debent, ac ab eo habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eóque petere benedictionem, tametsi eam minimè obtinuerint. Concil. Trident. *sess. 5. de reform. cap. 1.* resolvunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 32. artic.5.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 633.in 2. edit. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 219. p. 2.* Galler. *in margar. ea unum Conscient. verb. Licentia*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.18. num. 123.* Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib.2.tit.18. leg.7. de Relig. num. 56.* Ego ipse *dict.part.3.alleg. 76. num. 19.* ubi *num. 20.* cum Ludovic. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. quæst.50.art.3.conclus. 1.* adverto, decretum Concilii *d. cap. 4.* de non prædicando contradicente Episcopo, quod Regulares intelligendum esse ac limitandum de eo tempore, & hora, quâ Episcopus prædicare voluerit, ac coram se facere solemniter prædicari, non verò alias ne contraria videatur alii decreto ejusdem Concilii *dict.cap. 2.* concedenti Prædicatoribus Regularibus in Ecclesiis suorum Ordinum, cum sola Episcoporum benedictione posse prædicare, etiam non habitâ expressâ licentiâ. De pœna autem Regularis prædicantis in aliena Diœcesi cum licentia Episcopi, absque tamen licentia sui Superioris, vide Aloys. Ricciol. *in praxi aurea, resol.*401.

Sextò, Confessiones audire Sæcerdotum etiam 204
sæcularium sine probatione Episcopi prohibetur. Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 15.* Regulares enim indigent approbatione Episcopi illius Diœcesis, in qua habitant, cùm sæcularium tantùm, quamvis Sacerdotum peccata audire cupiunt, ut per Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. c. 1. num.* 10. Ludovic. Miranda *in man. Prælator. tom.1. quæst. 45. art. 8. in fine*, Ugolin. *de offic. Episcopi, c.20.in princ.* non autem si eorundem Regularium, cùm satis sit proprii Superioris Regularis approbatio, ut per Suar. *tom.4.disp.28.sect.1.num.* 4. Ludov. Miranda *d.tom.1. q.45. art. 11. concl. 2.* Molfes. *in summ. Tucolor. moralis. tract. 7. cap. 14. num. 60.* Homobon. de bonis *de examine Ecclesiastico, p. 1.*

tr.5.c.2.q.12. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi*,
205 *p.2.alleg.25.n.45.* prout etiam sufficit ejusdem Superioris Regularis approbatio ad audiendas Confessiones eorum sæcularium, qui sunt verè de familia, & communes commensales Monasteriorum, & collegiorum Regularium, ubi regularia instituta servantur. Ita Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tr.8.c.2.q.7.* Fernandez *in examine Theolog. Moral. p.3.c.9.§.8.n.* 1. Armendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, lib.4.tit.* 28. *l.* 1. §. 1. *de confitend semel in anno, n.*10. & *lib.*1.*tit.*18. *l.*7. *de Episcopis, n.*53.

206 *Cùm sacra Congregationi Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum innotuerit, Confessarios regulares graviter conqueri, quòd ab Archiepiscopis, Episcopis locorum Ordinariis ab audiendis Confessionibus, quavis de causa indiscriminatim suspendantur, ac propter sæpe contingere, ut ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis omnibus simul unius Conventus, confessariis Confessiones audiendi facultas adimatur: Illustrissimi ejusdem sacræ Congregationis Patres rati justè fieri posse, ut hæc sine scandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re matuè perpensâ, ad omne scandalum submovendum, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur statuunt, & decernunt Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbandi jus spectat, Confessarios Regulares aliàs ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis Confessionibus suspendendere posthac minimè licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones pertinente, aut eb non servatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepis-*
207 *copos, Episcopos, locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus confessariis, eadem S. Congregatione inconsultâ, nulloque pacto adimere posse, quod quidem decretum iidem Illustrissimi Patres opportunum & necessarium duxerunt, & ita inviolabiliter jubent observari. Datum Romæ die* 20. *Novembris* 1615.

208 Hoc postmodùm decreto stante, quæsitum deinde fuit, an Ordinarii extra prædictas duas causas in decreto contentas, facultatem Regularibus audiendarum Confessionum ad beneplacitum ab ipsis concessam, ad libitum revocare possint; Sacra eadem Congregat. *in una Papien.* 19. *Martii* 1619. respondit, *quod concessio ad beneplacitum facta quandocunque revocari potest.* Refert, me citato *in hoc loco*, Tamburin. *de jure Abbatum, tom.* 2. *disput.* 6. *q.* 12. *num.*9.

209 Episcopus Oriolensis supplicavit eandem sacram Congregationem, ut dignaretur declarare infrascriptum dubium, videlicet, *An Episcopus, qui Regulares ad Confessiones personarum sæcularium audiendas approbavit, possit eosdem ex nova causa ab eisdem Confessionibus audiendis suspendere, aut licentias illis concessas revocare, non obstantibus quibuscunque privilegiis in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, & qualis hujusmodi causa esse debeat? Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis ac consultationibus Episcoporum ac Regularium præposita censuit, Episcopum, quamvis simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione approbaverit Regulares ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, posse tamen eosdem, si nova causa superveniat, ut suprà suspendere, ac licentias illis concessas revocare, dummodò hujusmodi confessiones ipsas concernat. Cæterùm si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi judicio videantur à confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam vo-luis esse oneratam, cùm præcipua Ministri qualitas sit integritas vitæ, ac morum honestas, utique eam causam ad ministrum confessionis pertinere, ac proinde nihil obstare quominus ob eam possit Episcopus Regulares ubicunque à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus audiendis. Dat. Romæ die* 30. *Augusti* 1630. Quam S. Congregat. sententiam S. D. N. ad se relatam approbavit die 31. ejusdem. F. A. Card. S. Honufrii. P. Fagnanus Secret.

Hac de re plures sopitæ fuerunt controversiæ, 210
per sequentes litteras S.D.N. in forma Brevis expeditas, videlicet: *Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Alias à nobis emanarunt litteræ tenoris sequentis, videlicet à tergo, Dilecto filio nostro Balthasari S.R.E. Presbytero Cardinali de Sandoval nuncupato, Eccl. Gienensis ex concessione & dispensatione Apostolica Præsul: imus vero, Urbanus Papa VIII. Dilecte fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm sicut nuper nobis exponi fecisti, in tuis civitate & Diœcesi Gienen. multi diversorii Ordinum Religiosi, sub pretextu quod ad sacras Confessiones audiendas, & Verbum Dei prædicandum semel approbati fuerint, absque tua licentia Confessiones prædictas audiant, & Verbum Dei prædicant non sine gravi Christi fidelium scandalo, & eorum salutis animarum detrimento; & licèt per censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra eosdem processeris, illi tamen vigore cujusdam privilegii à felicis record. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro ad favorem Mendicantium emanati, se ab alio, quàm à Romano Pont. pro tempore existente excommunicari minimè posse prætendant: Nos inconvenientibus hujusmodi juxta creditum nobis desuper Apostolicæ servitutis officium, quantùm cum Domino possumus obviare, téque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Eccl. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, tibi Religiosis prædictis, ne absque expressa tua licentia sacras confessiones de cætero audire, minúsque Verbum Dei prædicare audeant, & præsumant, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, auctoritate nostrâ inhiberi, eosdemque ad exhibendum tibi licentias, quas illi de super à te, sive à prædecessorib. tuis Ecclesiæ Gien. Præsulibus, vel administratoribus obtinuerint, ad hoc ut eas vel confirmes, vel revoces, prout ad divini cultus augmentum, & animarum civitatis, & Diœcesis prædictarum salutem, & confirmationem in Domino expedire judicaveris, cogendi & compellendi facultatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur, non obstantibus quibuscunq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statuti, & consuetudinibus, nec non prædicti Clementis prædecessoris, & quibusvis aliis privilegiis in vim Cruciatæ sanctæ eis quomodolibet competentibus indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibuscunque derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium promissorium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expresso habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorúmque tenores pro plenè, & sufficienter expressis*

haberi

haberi, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud S. M ARIAM MAIOREM. sub annulo Piscatoris, die 13. Oct. 1627. Pontificatus nostri anno quinto. Nunc autem litibus & controversiis, quæ inter Ordinarium Gien. ex una, ac Religiosos prædictos ex altera partibus, de & super prænsertis prædictis, ut accepimus, ad præsens vigent, & de cætero oriri possint, quantum cum Domino possumus, obviam ire, ac desuper opportuno declarationis nostræ ministerio providere volentes, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum ac Regularium præpositorum consilio, partibus auditis, rèque maturè discussa, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, prænsertas litteras hujusmodi ita esse intelligendas & declarandas, ut Regulares quidem in civitate, & Diœcesi Gien. à Prædecessoribus Episcopis examinati, & approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, à præsente Episcopo successore pro majori conscientiæ suæ quiete possint iterum examinari, ac si minùs idonei reperti fuerint, reprobari ad præscriptum Constitutionis S. mem. Pij Papæ V. Prædecessoris nostri hac de re editæ; seu illi, quos idemmet Episcopus approbavit, siquidem hujusmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapso non possint Confessiones audire, absque

211 *nova Episcopi ipsius licentia, & approbatione, prævio etiam, si eidem libuerit, novo examine. Illi autem, quos ipsemet Episcopus ad Confessiones hujusmodi audiendas semel admisit simpliciter, ac sine ulla temporis præfinitione, nullatenus possint ab eodem reprobari sine nova causa, eaque Confessiones ipsas concernente. Cæterùm an eadem causa subsit, nec ne, Episcopum non*

212 *teneri ipsis Regularibus edicere, sed Sedi Apost. dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Ad hæc quod in eisdem prænsertis litteris dicitur, Regulares non posse Verbum Dei prædicare sine Episcopi licentia, id locum sibi vendicare in his tantùm Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, cùm in aliis Ecclesiis sui Ordinis sufficiat Episcopi benedictio petita, licèt non obtenta, ita tamen, ut si Episcopus non mudò benedictionem simpliciter non concesserit, verùm etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicet, tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesiis liceat illis prædicare, quemadmodum*

213 *sacri Trid. Conc. decretis salubriter est cautum. Quod si Regulares, sive in Confessionibus audiendis, sive in prædicando adversùs ea, quæ superiùs declaravimus, quoquo modo deliquerint, in vim earundem prænsertarum litterarum ab Episcopo Gien. coërceri, & puniri possint, etiam censuris Ecclesiasticis; iisque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque judices Ordinarios, & delegatos, & causarum Palatij Apost. Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus illis, quæ in prænsertis litteris hujusmodi voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscat. die 30. Janu. 1629. Pont. nostri anno 6. M. A. Maraldus.* Refert me citato Tamb. *d. tom. 2. disp. 6. quæst. 12. numero. 9.* & etiam me citato Laur. de Petrinis *de privil. Regul. in additam. ad const. Sixti IV. cap. 2. numero 9. in fine, 409. tom. 3.*

214 Non debent autem Ordinarij impedire Regulares approbatos ad audiendas Confessiones, quominùs illas audire possint in domibus pœnitentium ægrotorum, quando ab eis vocantur: verùm præcipuè possunt iidem Ordinarij præcipere sub pœna suspensionis à facultate audiendi Confessiones, quod Regulares hujusmodi infirmorum Parochos de audita Confessione eodem die certiores reddant, ut censuit Sacra Cong. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regolarium præpositorum, sub die 1. Julij 1606. Refert me citato in hoc loco, Tamb. *d. q. 12. n.*.... Et ideo cùm Curatus quidam apud eandem sacram Congregationem conqueretetur, quòd Fratres sancti Francisci strictioris Observantiæ reformati, Confessiones Parochianorum suorum ægrotantium absque ejus licentia audirent, ipsa Sacra Congregatio respondit, dictis Fratribus id prohiberi non posse, dummodò ab Ordinario priùs approbati existant, & posteaquam infirmorum Confessiones audiverint, statim dictum Curatum certiorent, *in una Senogall. 22. Jan. 1616.* Refert etiam me citato Tambur. *dict. q. 12. n. 10. prope fin.*

Septimò, quodcumque interdictum servare debent, quod ab Ecclesia Matrice viderint observari. *Clem. 1. de sent. excom.* Henriq. *in sum. lib. 13. c. 46. §. 4.* Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 2. q. 60. art. 2. vers. secunda est, & q. 108. art. 4. 5. & 6. & q. 109. art. ult. & in explic. Bullæ cruciatæ, in addit. ad n. 34.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 13. vers. 18.* Nav. *in man. cap. 27. n. 146.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 33. n. 44.* Camb. *de casibus reserv. cap. 11. n. 17.* Jul. Lavor. *de Indulg. p. 2. cap. 13. n. 38. & 44.* Avila *de cens. p. 5. diff. 3.* Filliuc. *tract. 14. n. 125. vers. 12. & n. 148.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 3. c. 3. n. 3. vers. quarta*, Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 232. secundum Lugd. impress.* 215

Octavò, omnibus Religiosis præcipitur horis debitis in suis Ecclesiis Officia divina persolvere. *Clem. 1. de celebrat. Missar.* 216

Nonò, Regulares omnes, etiam Canonici Lateranenses, in publicis processionibus non possunt deferre eorum Crucem discoopertam, sicut defert Clerus & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sed cum velo seu pallio appenso. S. Cong. Rit. *in Neapolitana, 14. Januarij 1617.* 217

Decimò, Regulares non possunt extra claustra Monasteriorum suorum ad libitum facere processiones. Eadem S. Cong. Rit. *in Aretina mentis Savini, 19. Maij 1614.* Nec etiam cum sanctissimo Sacramento per limites Parochiæ & Ecclesiæ Collegiatæ. Eadem S. Cong. *in Gabellicens. insula, 28. Augusti 1615. & 18. Februarij 1617.* etiam in feria quinta Cœnæ Domini, aut in festo Corporis Christi. Eadem S. Cong. *in Aretina, 11. Decembris 1613.* Vide *suprà n. 176. in fine*, & Novar. *in sum. Bull. tit. de proces. Regul. extra claustra.* 218

Undecimò, prohibentur Fratres Mendicantes nova loca ad habitandum acquirere, vel antiqua alienare sine expressa Pontificis Romani licentia, *c. nunc. de excess. Prælat. lib. 6. Clem. Cupientes, de pœnis*, Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neap. p. 4. dec. 199.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 33. art. 2. concl. 1.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 1. alleg. 26. sub n. 4. secundùm Lugd. impress.* Nec Conc. Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 3. in fine*, abrogavit eam dispositionem illius textus petentis Summi Pontificis auctoritatem in erigendis Regularium Monasteriis; quia præterea illud indixit, ut altera quoque adhiberetur Episcopi loci, sicuti declaravit S. Congregatio, ut referunt Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Monachi, §. 2.* Campan. *in divers. juris Canon. rub. 12. cap. 13. n. 9. in fine*, Ego ipse *alleg. 26. num. 4.* 219

Duodecimò, multa secundùm antiquos Canones prohibentur Monachis, videlicet pœnitentias 220

imponere, præterquam sibi ipsis, *capit. 1. capite incredibilem, 16. q. 1.* & mortuos sepelire, nisi Monachos secum commorantes, vel advenientes Fratres, qui apud eos decesserint; aut aliis Ecclesiasticis officiis deservire, *c. 2. cum seqq. 16. quæst. 1.* nisi Presbyteri, aut Episcopi fiant, & sint docti, probatæque vitæ, Apostolorum figuram tenentes, quod eis ex privilegio concessum est, ut habetur *in cap. doctis, & in cap. ex auctoritate, 16. q. 1.* & novas ac separatas cellulas sine licentia instituere, *cap. cellulas, cum seq. 18. q. 2.* & alia his similia, quæ magis ad Monachos propriè pertinent, & hodie in multis correcta sunt, & mutata: & quædam ad solos Abbates, vel Præpositos Religionum pertinent, quæ suprà de Abbatibus, & infrà de Præpositis
221 Religionum referuntur.

Decimotertiò, omnibus Religiosis cujusvis Ordinis prohibitum est, prout infrà vigore quorumcunque privilegiorum, absolvere à casibus in Bulla Cœna Domini, aut Ordinario loci reservatis, ut statuitur in novissima declaratione, cujus tenor est ut sequitur. *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita censuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post S. Conc. Trid. obtinuerunt nequaquam remisisse privilegia per prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, si qua habeant, absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis, quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœna Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires aut robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus, ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum aut confirmationum ejusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut ab ordinario loci reservatis: at si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse & fore, ab aliis verò casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, siquidem Regulares habent à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam minimè sublatam fuisse iisdem S. Congregationis decretis hac de re editis jussu sanctæ mem. Clementis VIII. Quam S. Congregationis sententiam Sanctitas sua ad se relatam probavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari. Romæ 17. Novembris 1628. P. A. Card. S. Honofrij. P. Fagnanus Secret.* Ex qua declaratione patet, cessare illud, quod Doctores communiter hac de re asserebant, videlicet declarationem ejusdem S. Cong. factam auctoritate Clementis VIII. quatenus auferebat Regularibus potestatem absolvendi à casibus Papæ, vel Episcopo reservatis; pro sola Italia, & non pro aliis Provinciis fuisse factam, & publicatam, ut asserebant Fr. Emm. *in addition. sum. tom. 4. c. 118. n. 18.* Fr. Ioan. de la Cruz *in sua epitome, lib. 2. c. 6. fol. 163. col. 2. vers. si arguas secundò*, Suar. *de Pœnit. disp. 30. sect. 3. n. 16. in fine*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 36. ad fin.* Villalob. *p. 1. sum. tract. 6. diffic. 62.* Pott. *in dub. Regul. verb. Confessor erga seculares, n. 22. vers. aliqui, & verb. Casus reservati, n. 6.*
222 Sed circa omnes Regulares est præterea sciendum, quod non potest aliquis Regularis solus in Parochiali, vel alia Ecclesia præfici absque socio ejusdem regulæ, & sui Superioris licentia, *capit. 2. & c. quod Dei timorem, de statu Monachor. d. Clem. Ne in agro, §. ad hæc, eod. tit.* & habetur *in capite 1. & 2. dist. 58.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 6. fine*, Illustriss. Dom. meus Roderic. à Cunha *in comm. ad cap. 1. n. 15. dist. 55.* Hæc autem
223 Jura procedunt ubi Ecclesia est Monasterio plenè subjecta, itaut Parochus illius possit ad nutum Abbatis revocari ad Monasterium. Gloss. *verb. ad claustrum, in Clem. ne in agro, §. ad hæc*, Abb. *in dict. cap. quod Dei timorem, sub num. 9.* Verùm quando Parochialis à Monasterio non dependet, res est dubia; nam Doctores magis communiter in eam conveniunt sententiam, ut inspectâ Juris communis dispositione, Regularis de eadem sui Superioris licentia absque ulla Apostolica dispensatione ad illam promoveri valeat, ut per Abb. *in dict. cap. quod Dei timorem, sub num. 7.* Selv. *de benefic. p. 5. q. 70. num. 1.* latè Lambert. *de jurepatron. l. 2. p. 1. q. 7. princ. art. 19.* Gambar. *de offic. & potest. Legati à latere, lib. 8. tit. de potest. Legati in Regulares exemptos, num. 22.* Sed Curia Romana, inspectâ solâ dispositione Juris communis, non ejusdem semper videtur fuisse sententiæ, siquidem *in decis. 5. de jurepatron. in novis*, sequuta est opinionem, ut nequeat Monachus ad Parochialem promoveri, nisi ex Apostolica dispensatione: & hoc etiam decrevit *in decis. 28. de præbend. in novis*, & apud Ægidium *dec. 132. & 214.* & apud Chisan. *decis. 170.* ubi expressiùs censuit, collationem Monacho factam de Parochiali absque dispensatione, nullius esse momenti, etiamsi Motu proprio sit facta: & apud Guidob. *decis. 95.* & apud Vetall. *decis. 85. p. 1.* censuit Canonicum regularem posse ad Parochialem promoveri, dummodò adsit Episcopi dispensatio, recedens *à decis. 5. de jurepatron.* & probans dicta Doctorum *in d. cap. quod Dei timorem.* Sed quicquid sit de Jure communi, hodie Regulares nullatenus possunt ad Parochiales, vel ad sæcularia Beneficia promoveri, ex dispositione S. Concilij Trident. *sess. 14. de reform. cap. 10. & 11. & ex reg. Cancell. 42. seu 43.* quibus cavetur, ut regularia Beneficia Regularibus, sæcularia verò sæcularibus conferantur, prout vidimus *lib. 3. cap. 4.* & declaravit S. Congreg. Concilij per hæc verba. *S. D. N. Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis, etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontif. assumere curam animarum etiam ad tempus, multoque minus beneficium Curatum ad tempus.* Unde jam praxis inolevit, ut Monachis & aliis Regularibus non concedatur indultum retinendi Beneficia curata, ut testantur Mandos. *in praxi signat. titul. de dispensat. vers. Monachi, & titul. de licentia, vers. Fratribus Mendicantibus, & vers. licentia præmissa*, Hojed. *de incomp. Benefic. part. 1. cap. 24. vers. hoc tamen.* At ex speciali indultu Pij V.
224 ad preces invictissimi & Catholici Regis Philippi II. sub die 3. Martij 1567. concessum est Capitulis Provinciarum Indiarum quorumcunque Ordinum, etiam non Mendicantium, ut possint impartiri licentiam suis Fratribus, ut in Monasteriis sui Ordinis, vel extra Commorantibus, in locis assignatis, & assignandis officium Parochi exerceant, Sacramenta ministrando, prout hactenus consuevère, Ordinariorum licentiâ minimè requisitâ, & quod ubi dicti Religiosi curam animarum exercent, nihil innovent Episcopi, prout testatur Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 34. art. 1.* licèt hodie, ut audio, diligentiâ Illustrissimi & Reverendissimi DD. Joannis de Palafox Episcopi Tlaxcalensis, mei amicissimi, hujusmodi doctrinæ,

&

& Parochiales Ecclesiæ ad Clericos sæculares, pervenerint, & jam apud Regulares non sint, propter aliqua inconvenientia.

225 Et ubicumque præficitur Regularis debito modo in Parochiali Monasterio non subjecta, tunc non est necessarius sui Ordinis socius, quia cùm Religiosus ille Abbati non subjiciatur, non est cur ei socium dare debeat. Ita docent *d. Clem. ne in agro.* Card. *num. 1. oppos. 4.* Anchar. *n. 32. q. 26.* item *in d. cap. quod Dei timorem*, idem Cardin. *num. 6. q. 4.* Anchar. *n. 9.* & Joan. Andr. *n. 17.* Anton. Cuch. *lib. 3. institut. major. tit. 1. n. 159.* Azor. *instit. moral. part. 1.*

226 *lib. 12. c. 19. q. 14.* Unde Religiosus factus Episcopus non obligatur ad tenendum secum socium sui Ordinis, nisi ex quadam decentia & honestate, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 7. q. 4.* Sanch. *d. c. 6.*

227 *num. 21.* Nec potest Regularis animarum curam in Ecclesia ubi Monachi collegialiter habitant, exercere, *c. & per tot. 16. q. 2. c. 1. jun. & fin. de capellis Monach. d. Clem. ne in agro, §. ad hæc, de statu Mo-*

228 *nach.* Nec Canonicus in sæculari Ecclesia eligi, *arg. c. in nova 16. q. 7. & cap. cùm causam quæ inter, de*

229 *elect.* Sanch. *d. tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 72.* Nec quodcunque beneficium simplex de jure obtinere potest, *cap. quorundam*, ubi Gloss. *74. dist. cap. super eo*, ubi Panor. *de Regularibus*, & notatur *in d. cap. quod Dei timorem, de statu Monach.* ubi Abb. *n. 5. & 7.* Card. *n. 7. q. 5.* Selv. *de benefic. p. 2. q. 70. n. 3.* Gregor. Lopez *l. 25. verb. Iglesias, tit. 7. part. 1.* Hojed. *de incompatib. benefic. p. 1. q. ult. n. 96.* Flamin Patis. *de resign. benefic. lib. 4. q. 5. num. 1. & 2.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 34. art. 4. & tom. 3. q. 53. art. 2.* Monald. *cons. 69. num. 2. vol. 2.* Azor. *dict. tom. 1. lib. 12. cap. 19. q. 13. & tom. 2. lib. 6. c. 4. q. 22.* Sanchez *dict. lib. 7. cap. 27. num. 75.*

230 Non prohibetur autem quilibet Religiosus in Episcopum eligi *Clem. 1. de elect.* & supra *de Episcop. elect.* ostendimus. Sed consentire electioni non poterit absque sui Superioris licentia, nisi ab ipso Romano Pontifice sit electus *cap. si Religiosus, de elect. lib. 6.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 48. art. 1.* Paul Layman. *in quæst. Canon. de Prælat. Eccles. election. q. 189.* Sanch. *d. lib. 7. c. 29. n. 57.* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 1. num. 1. dist. 58.* Iste autem Superior debet esse immediatus Conventûs, ubi Religiosus electus moratur, ut tenent *in dict. c. si Religiosus*, Domin. *num. 7.* Joan. Andr. *n. 2.* Anch. *n. 3. in fine*, Franch *n. 1. notab. 3. & in Clem. fin. eod. tit. de elect.* idem Anch. *n. 1. notab. 2.* Card. *q. 2. & 8. n. 6. & 7.* Imol. *q. 2. n. 4.* & Bonifac. *n. 30. & 33.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom. 3. q. 53. art. 2.* novissimè Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resolut. 15. n. 56.* Sanch. *d. c. 26. n. 65.* & Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad dict. c. 1. num. 5.* id intelligentes, & præcipuè duo ultimo loco citati, nisi aliud in Constitutionibus Religionis, aut privilegio particulari caveatur: Episcopi quoque licentia desideratur præter Prælati consensum, si beneficium non pleno jure Monasterio subsit, ut Religiosus ad illud promoveatur; secùs verò si pleno jure subsit Monasterio, ut per Fr. Emm. *d. tom. 3. q. 53. art. 2.* Lessium *d. justit. lib. 2. cap. 41. dub. 12. n. 98. vers. ibi notandum*, Sanchez *d. c. 29. num. 66.*

231 Imò multi Doctores existimant, exigi quoque Superioris prædicti licentiam, ut Religiosus consentire possit de se ad Summum Pontificatum factæ promotioni. Gloss. *verb. ad ordinandum, in cap. quam sit 18. q. 2.* Lambert. *de jurepatron. lib. 2. p. 1. quæst. 7. art. 19. n. 22.* Roch. *eod. tract. verb. honorificum, 9. q. 4. n. 13.* Greg. Lop. *l. 22. verb. Iglesias, tit. 7. p. 2.* Syl. vest. *verb. Religio 7. q. 9.* Emm. Sà *eodem verb. n. 63.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 35. art. 5. in princip.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. p. 2. lib. 3. cap. 20. n. 1.* novissimè Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 15. num. 54.* Contrarium verò probabilius mihi videtur, ex eo quia, ut notatur *in c. licet, de elect.* contra Pontificem à duabus Cardinalium partibus electum nulla exceptio præter hæresim opponi valet: & ideo hanc partem tuentur Barbat. *de præstantia Cardin. q. 1. num. ult.* Rosell. *de potest. Imper. & Papæ, c. 79. n. 54.* Pacian. *de probationib. lib. 2. cap. 34. n. 112.* Sanch. *d. lib. 7. c. 19. n. 58.*

232 Nec valet generalis concessio facta Religioso de consentiendo electioni, quam de se contigerit fieri, quia viam aperit ambitioni, *Clem. fin. de elect.* Hieron. Rederic. *de resol. 15. num. 56.* ubi *num. 70.* idem decendum ait de speciali licentia, ut si Prælatus concedat Regulari, ut possit acceptare, si eligatur ad talem Ecclesiam fortè vacantem, quia subest eadem ambitionis ratio: & *num. 61.* post Gloss. *verb. nullius, in d. Clem. fin.* & ibi Card. *q. 11. num. 14.* Imol. *n. 21.* & Bonifac. *num. 27.* similiter subdit, non valere licentiam, etsi tunc electio facta esset ejus Religiosi, ignaro Superiore; sed debere dari licentiam consentiendi tali electioni, quæ de ipso est facta in tali Ecclesia. Debet autem cùm electus fuerit Religiosus, intra tempus ei assignatum præstare consensum, alioquin electione illà ipso jure privatur *Extravag. si Religiosus, de electione, inter communes.*

233 At si Prælatus injustè denegaverit licentiam Religioso, ût suæ promotioni consentiat, ad id cogendus est per alium superiorem, ut per Cuch. *institut. major. lib. 3. tit. 1. num. 154.* Lessium *de justit. lib. 2. cas. 41. dub. 12. num. 96.* Sanchez *d. tit. cap. 29. num. 68.* ubi *num. 70.* addit, posse Religiosum renunciare promotioni de se factæ ad beneficia sæ-234 cularia, aut Episcopatus, nec ad id cogi posse à superiore, quia non tenetur obedire in iis, quæ excedunt obedientiæ Regularis metas; ac per consequens non esse integrum Abbati acceptare sine consensu subditi electi, id enim pendet à personali ipsius voluntate, & respicit personam Monachi: unde ex eadem ratione, nec solus Abbas potest renunciare illi promotioni absque consensu Monachi. Referr. & sequitur novissimè Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resolut. 15. numero 57.*

235 Episcopus verò factus Religiosus, aut alteri Ecclesiæ deputatus, tenetur nihilominus ad suæ Regulæ observantiam circa tria vota substantialia, & ad habitum deferendum: de quo latè Sanchez *d. tom. 2. lib. 6. c. 6. à princ.* & diximus *suprà in cap. 9. de Episcopis & eorum elect. vers. quoad tria.* Nec 236 propterea quod redditus Ecclesiæ suæ administret, dicitur proprium possidere, qui ratione officii est rerum Ecclesiæ dispensator, non dicimus, *cap. dolos, cum seqq. 16. quæst. 1. c. 2. §. 1. de statu Monach.* & faciunt quæ latè diximus *libr. 5. cap. 17. de fruct. vers. 13.* Ab obedientia tamen, & jurisdictio- 237 ne Prælatorum Regularium absolvitur, si est Episcopus, solique Pontifici Maximo subditur, *cap. unic. 28. quæst. 1.* Sanch. *dict. lib. 6. c. 6. num. 2.* Similiter factus Episcopus absolvitur à jejuniis, vigiliis, & cantu, & aliis, quæ officio ejus, & dignitati repugnant, *arg. cap. si Rector, 43. dist.* Tenetur autem ad omnia, quæ sine Prælationis, vel officii sui præjudicio poterit observare, *cap. nemo 16. quæst. 1. cap. Monachum 20. q. 1.* ut diximus *suprà in dict.*

238 *cap. 9. vers. quoad ceteras, cum seq.* Officium verò juxta ritum suæ Diœsis, non verò juxta ritum suæ regulæ, tenetur recitare, ut censuit S. Rituum Con-
239 greg. sub die 11. Julii 1606. & ejus socius Regularis potest in recitando Officia cum Episcopo se conformare, & satisfacit, ex eadem S. Cong. vel cum promoto ad Episcopatum, 11. Junii 1605.

240 Si verò Religiosus ad beneficium Parochiale alicujus Ecclesiæ promotus fuerit, concordant omnes Doctores statim citandi, teneri eum votis Religionis, & præcepto portandi habitum, ut de Episcopo *suprà* diximus. Quoad obedientiam verò prælatorum Religionis sic distinguunt communiter Doctores: si Ecclesia illa nullatenus subjiciatur Prælatis Monasterii, eximitur ille Religiosus ab obedientia Prælatorum Religionis, *c. Parochia*, 16. *q.* 1. sed subjectus manet imperio Episcopi, qui de cætero erit suus Abbas. Si verò subjiciatur Prælatis religionis quoad sola temporalia, eximitur quoad spiritualia ab illorum obedientia. *c. visis, c. sane* 16. *q.* 2. si verò eis subjecta sit quoad omnia, manet plenè illis subjectus. Ita Greg. Lop. *l.* 26. *verb. proprio, tit.* 7. *q.* 1. Sylvest. *verb religio* 7. *q.* 11. Marc. Anton. Cuch. *lib.* 3. *instit. major. tit.* 1. *num.* 158. Fr. Emm. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 54. *art.* 6. Sanch. *d. l.* 6. *c.* 6. *num.* 39. ubi etiam subdit, hujusmodi Parochum Regularem ab iis solùm observantiis Regularibus absolvi, quæ in Ecclesia sæculari unà cum munere commodè servari nequeunt; tenerique illum ad eas observantias, quæ potiùs adjuvant, vel non impediunt id munus: & *num.* 38. resolvit eum absolvi ab officio divino juxta ritum suæ Religionis persolvendo, quia juxta ritum suæ Ecclesiæ persolvere debet.

241 Præterea sciendum, quod omnes Religiosi omnibus Clericorum privilegiis gaudent, quæ Religioni non repugnant, *c. doctos, cum seq. & cap. generaliter* 16. *q.* 1. *& suprà de privileg. Clericor.* ostendimus, & à multis gravaminibus sunt immunes, in quibus molestari, aut gravari ab Ecclesiarum Prælatis prohibentur, *cap. nimis, tit.* 1. *& 2. de excessibus Prælat. Clem.* 1. *eod. tit.* ubi numeraptur triginta gravamina, quæ Episcopi Religiosis inferebant, quæ potiùs Monasteria in communi videntur concernere, ut infrà *lib. sequenti*, suo ioco videbimus. Quædam tantummodò hîc referemus, quæ personas ipsas contingere videntur.

242 In primis namque prohibentur Episcopi Religiosum aliquem ordinare, aut Ecclesiæ præficere, invitis Monachis, aut Superioribus suis, *cap. Monachi, cum seqq.* 16. *q.* 1. *c. luminoso* 18. *quæst.* 2. *cap. ad aures, de tempor. ordinat.* Majol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 2. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 23. *art.* 1. Nav. *cons.* 25. *post num.* 1. *de tempor. Ordin. in novis.* Verùm cùm licentia, sive litteræ Superio-
243 ris Religiosi ordinandi ad manus Episcopi pervenerint, suum non erit inquirere, si nomina ejusdem Religiosi ordinari volentis, & desiderium fuerit propositum in Ecclesia, testimoniúmque extet de illius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis, quæ in ordinandis omnibus inquirenda esse decernit Concil Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 5. siquidem Congregatio ejusdem Concilii censuit ad Regulares minimè extendi dispositionem præfatam, in quibus satis sit Episcopo testimonium habere ab ordinandorum Superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus, prædictos nullo requisitorum indigere, ejusque fidei standum esse, præterquam circa doctrinam, pro qua subjiciuntur Episcoporum examini: ita decisum referunt Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 23. §. 4. *in gloss. lit. L*, Ugolin. *de officio Episcopi, c.* 26. §. 18. *n.* 2. *vers. tertiò excipiuntur regulares, &* §. 20. *num.* 8. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 28. *art.* 2. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *num.* 35. Et præterquam 244
circa interstitiorum dispensationem, quæ ab Episcopo eis concedenda est ex causa sibi per attestationem suorum Superiorum manifesta, ut attestantur Hieron. à Sorbo *verb. Ordines sacri, vers. quoad secundum*, Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, ad fin.* Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *de Sacram. ubi de Sacram. Ordinis, c.* 8. *vers. 1a dificultad*, Joan. Baptista Confect. *in collect. privileg. fol.* 136. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *c.* 1. *n.* 50. *pag.* 58. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. p.* 1. *decis.* 82. *n.* 1. *& in praxi rerum fori Eccles. decis.* 561. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 483. *num.* 5. *in* 2. *edit.* Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 23. §. 4. *in commento lit. L.* Prosp. de Augustino *in addit. ad Quaram. verb. Ordo, prope. finem*, Ugol. *de officio, Episcopi, cap.* 20. §. 1. *n.* 2. *& cap.* 27. *n.* 3. Bonacin. *de Sacrament. disput.* 8. *quæst. unic. punct.* 5. *num.* 34. Homobonus de Bonis *de examine Eccles. tract.* 2. *c.* 2. *quæst.* 15. *in fin.* Menoch. *de arbitr. casu* 564. Portel. *in dubiis Regularib. verb. Ordines sacri, n.* 5. Ego ipse *d. p.* 2. *de officio & potest. Episcopi, p.* 2. *allegat.* 18. *num.* 10. Navar. *in singular. Canon. concl.* 78. *num.* 4. Ludovic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 7. *concl.* 1. ubi *concl.* 3. subdit, Abbates Re- 245
gulares posse per seipsos Ordinibus minoribus subditos suos Regulares ordinare, ad eosque spectare, non verò ad alium, cum eisdem in interstitiis dispensare. Nec Prælati Religiosorum confessiones, ipsis invitis, prohibentur audire, contra sui Ordinis instituta, eisque pœnitentias injungere, Eucharistiam exhibere, aut ne Eucharistiam in suis Ecclesiis servent, prohibere, & ne Fratres suos in suis Ecclesiis sepeliant, interdicere, *cap. Agapitus* 16. *q.* 1. vel compellere ut apud Ecclesias suas sepeliant, & ibi eorum exequias celebrent; & circa campanas eorum, & cœmeteria, Divinorum celebrationem, & primæ Missæ, & numerum Fratrum & Sacerdotum, cereorum aut lampadum, & ornamentorum taxationem, & oblationes, quæ eis offeruntur, & alia similia, à quibus gravaminibus Papa præcipit abstinere *in cap. nimis iniqua, & in cap. nimis parva, de excess. Prælator. & in Clem. Dudum, §. cæterum, de sepultur. & in Conc. Lateran. sub Leone X. sess.* 11. *in fine.* Et denique olim 246
prohibebantur Episcopi Missas solemnes in Ecclesiis Monachorum celebrare, ne in Dei servorum recessibus ulla popularis præberetur conventus occasio, *cap. luminosè.* 17. *quæst.* 2. Hodiè verò in om- 247
nibus Ecclesiis suæ Diœcesis, quamtumvis exemptis, & privilegiatis, Missas & divina officia cum assistentia suorum Canonicorum, etiam in Pontificalibus possunt celebrare, sive ab aliis; sine tamen Pontificalibus celebrari facere, & in eis habere circulos, contradictores per censuras cogendo, ut censuit S. Ritum Congreg. *in Ferrarien.* 20. *Julii* 1600. *& in Alexandrina S. Petri in Broglio*, 7. *Februarii* 1605. *in* 3. *dub.* Tenentur enim, & cogi possunt ipsi exempti à jurisdictione Episcopi illum ad Pontificalia exercenda in eorum Ecclesiis admittere, eique primum locum, & omnes præcedentias concedere, ex eadem S. Congregatione *in Tullen.* 5. *Decembris* 1616.

Caput XLIV.

De Monialibus, & sacris Virginibus.

SUMMARIUM.

1 *Mulierum cœnobia quare introducta?*
2 *Monasteria sanctarum mulierum in eremis olim fuerunt erecta, & postea in civitatibus.*
3 *Religiosa fœmina Moniales, seu antiquiori vocabulo, sanctimoniales appellantur, aut sorores.*
4 *Virgines Deo dicandæ, non coactè, sed voluntariè debent ingredi Religionem; unde non sunt metu ad id compellendæ.*
5 *Cogentes vi coactivâ, non inductivâ mulierem ingredi Religionem, excommunicationis sententiæ subjacebunt.*
6 *Cogentes mulierem monasterium ingredi, ingressu non sequuto, vel ut non profiteatur, nec ut habitum sumat, sed ut habitu sæculari retento educetur, non excommunicantur.*
7 *Puella receptio causâ induendi habitum probationis in Religione prohibetur, nisi duodecim annis sit major.*
8 *Puella in Religionem admittendæ, quamvis in legitima sint ætate, prius ab Episcopo, vel ejus Vicario examinandæ, & earum voluntas diligenter exploranda.*
9 *Exploratio voluntatis puellarum profiteri volentium utroque tempore, scilicet ingressus, & professionis, facienda ad Episcopum pertinet, quamvis monasterium ab ejus jurisdictione sit exemptum.*
10 *Episcopus potest Ecclesiasticis censuris, & aliis pœnis sibi benè visis prohibere Abbatissis, & Superioribus Regularibus Monialium ipsis Regularibus subjectarum, ne quæ puella professionem emittat, nisi prius exploratâ ejus voluntate ab Ordinario.*
11 *Explorare quando debeat Episcopus voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in monasterio, ad petitionem illius, qui vult eam in uxorem ducere.*
12 *Vicarius, nisi Episcopo impedito, non potest explorare voluntatem puellæ profiteri volentis.*
13 *Filij, aut filiæ si à parentibus in infantia Religioni tradantur, ut sint Religiosi, an & quando teneantur perseverare, vel possint egredi, ostenditur.*
14 *Religiosæ fœminæ omnes caput suum velare consueverunt.*
15 *Velamina Monialium sex inveniuntur.*
16 *Consecratio in solis virginibus locum habet, & ab Episcopo solo possunt virgines consecrari.*
17 *Consecratio Virginum in quibus diebus facienda, ostenditur.*
18 *Consecratio Virginum non nisi in die Dominico, & inter Missarum solemnia facienda.*
19 *Moniales virgines ante 25. annum completum non sunt consecrandæ.*
20 *Consecratio Virginum est ordinis Episcopalis, & non potest delegari non habenti illum ordinem.*
21 *Consuetudo benedicendi virgines non amplius est in usu; ea tamen servanda est, si alicubi vigeret.*
22 *Moniales quæ sunt Ordinis Mendicantium, non consecrantur*
23 *Puella non admittitur ad habitum, nisi duodecimo ætatis anno completo, absque S. Congregationis licentia.*
24 *Habitum Regularem suscipere, & professionem emittere non possunt ultra duas sorores in eodem monasterio, absque S. Congregationis licentia.*
25 *Victum, & vestitum subministrare tenentur consanguinei, vel parentes puellæ à tempore susceptî habitus usque ad professionem, quamvis dos in depositò exist at.*
26 *Moniales nec ad professionem, nec ad chorum admitti debent, nisi legere noverint.*
27 *Novitij cùm vestiuntur, vel professionem emittunt, non licet Episcopi à propinquis, vel ab alio quocumque donata comestibilia, & linea, etiam parvi momenti, accipere.*
28 *Monialium numerus in omnibus monasteriis is præfigatur, qua ex redditibus ordinariis sustentari valeant: à quo autem sit faciendæ hujusmodi præfixio, ostenditur.*
29 *Monialem in monasteriis regni Portugalliæ in tantum numerus ab Episcopis præfigi ac conservari jubetur, qui ex redditibus propriis eorumdem monasteriorum, vel ex consuetis elemosynis congruè possit sustentari.*
30 *Propinarum abusus pro ea die quâ novitiæ vestiuntur, vel Professionem emittunt, in Regno Portugalliæ tolli mandatur.*
31 *Dotales eleemosynæ apud Monialium consanguineos, vel affines nullatenus relinquuntur, sed antequam puellæ habitum suscipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, &c.*
32 *Eleemosynæ, quæ per pactum sacristis, & infirmariis monasteriorum Monialium dari solent, non comprehenduntur sub prohibitione propinarum.*
33 *Monialia aliquâ mortuâ intra numerum præfixum, ad reliquas spectat capitulariter, votisque secretis eam puellam, quæ eis visa fuerit, ad locum hujusmodi intra numerum vacantem admittere.*
34 *Moniales, quæ de licentia S. Congregationis recipiuntur supra numerum in quolibet monasterio constitutum, non subrogantur in locum Monialium decedentium intra numerum.*
35 *Moniales velatæ, tam intra, quàm supra numerum absque dotali eleemosyna nequaquam recipi debent.*
36 *Depositum dotalium eleemosynarum Monialium in locis, in quibus non adsunt mercatores, aut banchi, faciendum est in manibus probi viri, & facultosi.*
37 *Monialibus nullatenus licet recipere pecuniam, vel aliquam aliam rem anticipatè ad computum eleemosynæ dotalis, quam quævis puella habitum Monachalem susceptura persolvere debet.*
38 *Dotales eleemosynæ Monialium solvi debent in ære, nec assignatio bonorum stabilium, aut censuum præmittenda.*
39 *Monetæ in valore regulariter tempus contractus attenditur.*
40 *Conversa Monialium debet esse puella virgo, prædita qualitatibus necessariis, capitulariter, votisque secretis Monialium admissa.*
41 *Dos non spectatur in Conversis Monialium admittendis, sed necessitas monasterij.*
42 *Moniales Franciscanæ primam regulam observantes prohibentur tantùm recipere Conversas.*

43 *Monia*

43 *Moniales S. Claræ regulariter non habent Conversas, nec eis ancillæ latæ dantur in communi.*

44 *Conversa Monialium nullo modo permitti debent, ut exeant, aut videre se sinant, ad effectum claudendi vel aperiendi januam monasterij, sed id muneris alteri extra clausuram degenti committatur.*

45 *Conversa ad monasteriorum pauperum sublevamen recepta, ut ad conquirendas eleemosynas mittantur, quibus qualitatibus prædita esse debeant, ostenditur.*

46 *Conversus ad quæstuandum, aut ad quodlibet aliud negotium peragendum, mittere non possunt Moniales, si ex redditibus commodè sustentari valeant, quacunque consuetudine non obstante.*

47 *Conversæ ubi sunt ad quæstuandum, non sunt puellæ educationis causâ introducendæ, absque Sedis Apost. speciali licentia.*

48 *Collectori Portugalliæ licet Monialibus licentiam concedere introducendi mulieres pro earum servitio in Monasterio.*

49 *Fœminæ non sunt facilè in obsequium, & famulatum Monialium intra monasteria intromittendæ, quamvis sint honestæ vitæ.*

50 *Episcopi nullatenus permittant puellas educationis causâ in Sanctimonialium monasteria introduci, nisi S. Cong. licentiâ suffultas.*

51 *Puellæ qualiter introducendæ, & tenendæ causâ educationis in monasteriis Monialium, ostenditur.*

52 *Puella educationis causâ in monasterium introducta, si post ætatem 25. annorum ibi permaneat, nullam excommunicationem, aut censuram aliquam incurrit.*

53 *Moniales in earum monasteriis puellas educationis causâ recipere non possunt, nisi pro eis ibi loca particularia destinata, & constituta sint.*

54 *Consensum Monialium omnium singulariter præstitus requiritur in receptione puellæ educationis causâ.*

55 *Ancilla pro educandis non datur.*

56 *Præcedentia inter Moniales à die professionis, non autem susceptionis habitus Regularis debetur.*

57 *Moniales in bacchanalibus, vel aliis temporibus recreationis, ne utantur habitu virorum, aut cujusvis speciei armis se cingant, prohibere debet Episcopus.*

58 *Cibum externis parare, aut esculenta vendere, prohiberi debet Monialibus.*

59 *Monialium nulli conceditur facultas disponendi de cellis suis post obitum.*

60 *Moniales ut in refectorio communi comedant, & in loco etiam communi laborent, curandum est.*

61 *Cantus simplex, vel figuratus non permittatur in Ecclesiis Monialium à personis sæcularibus, benè tamen inter ipsasmet.*

62 *Accessus sæcularium ad monasteria Monialium permitti non debet sub prætextu eas docendi sonum cymbalorum, vel alterius instrumenti, aut etiam musicam, vel cantum, etiam ad grates.*

63 *Hebræarum accessus ad monasteria Monialium permitti non debet ad loquendum cum illis.*

64 *Missa sacrificium celebrari non debet in infirmariis Monialium.*

65 *Moniales non debent appellari cum titulo domnæ, sed sororis.*

66 *Monialium victui quomodo succurratur tempore caristiæ ostenditur.*

67 *Moniales sub perpetua clausura justis de causis constitutæ.*

68 *Clausura Monialibus indicta ad conservationem honestatis.*

69 *Monialibus ex quibus causis egredi liceat, expressit Pius V.*

70 *Incendij magni sub nomine quid intelligatur, ostenditur.*

71 *Infirmitatis lepræ, & epidemiæ nomine quid intelligantur, ostenditur.*

72 *An Moniales possint è monasteriis exire ex aliis causis similibus, vel urgentioribus, quam contentis in constitutione Pij V.*

73 *Belli tempore quando possint Moniales è monasterio exire.*

74 *Moniales quando possint de licentia Superioris transire de uno monasterio ad aliud, ostenditur.*

75 *Monialis translatio in causis permissis non potest transire.*

76 *Monialis translatio in causis permissis non potest hodie fieri, nisi id concedatur à sacra Cong. & quatuor conditionibus adjectis.*

77 *Monialis, dum in proprio monasterio aliqua de causa commodè corrigi non potest, ad aliud monasterium correctionis gratia transfertur.*

78 *Moniales propter incorrigibilitatem non sunt efficienda simpliciter è monasterio, sed nisi ibi puniantur, possunt ad aliud transferri.*

79 *Abbatissa, seu Prioriss, si propter feudum tenetur personaliter præstare juramentum fidelitatis alicui Domino sæculari, potest cum honesta societate exire, modo statim præstito juramento revertatur.*

80 *Conventus totus Monialium auctoritate Prælati locum mutat.*

81 *Moniales Conversæ è monasterio quando exeant ad petendas eleemosynas.*

82 *Moniales Conversæ possunt adhuc ob receptam consuetudinem recipi, & ad professionem admitti.*

83 *Moniales è monasteriis egredientes extra casus exceptos, ipso jure excommunicatæ sunt excommunicatione majori latæ sententiæ summo Pontifici reservata.*

84 *Comitantes Monialem è suo monasterio egredientem, excommunicationem reservatam incurrunt, nisi id faciunt mati compassione quadam naturali in extrema, vel gravi necessitate.*

85 *Moniales quando dicantur è monasterio exire ad effectum incurrendi excommunicationem latæ sententiæ reservatam, ostenditur.*

86 *Moniali non potest licentia concedi è claustro egrediendi causâ medendi morbo ita periculoso, ut desperetur salus, eâ non egressâ.*

87 *Moniali non licet egredi, ut curam nepotum suorum gerat.*

88 *Abbatissa non potest è monasterio exire, ut visitet ædificium Ecclesiæ, num sibi placeat.*

89 *Moniali in casibus exceptis an liceat exire è monasterio subjecto Episcopo, vel Superioribus Regularibus, cum licentia suorum Prælatorum Regularium tantum, ostenditur.*

90 *Vicarius generalis Episcopi absque speciali ejus commissione, egressus Monialis è monasterio licentiam concedere potest.*

91 *Licentia concedenda Moniali ad eundum in casibus exceptis, debet in scriptis obtineri.*

92 *Ingredi intra sepia monasterij Monialium nemini*

mini licet sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta.

93 Prælati, & alij Monialium curam habentes earum Monasteria ingredi non possunt, nisi incasibus tantum necessariis.

94 Infantes discretione carentes admitti possunt ad claustra Monialium absque alicujus censura incursu.

95 Pueri septennes præsumuntur usum rationis adepti, ne possint admitti ad claustra Monialium.

96 Fœminæ non possunt admitti ad claustra Monialium.

97 Mulieres, quæ sunt in discordia cum maritis, & eorum sævitiam timent, si extra culpam sunt, debent, si sunt in Monasteriis, tolerari; in posterum verò non sunt recipiendæ.

98 Mulier aliqua si venerit in suspicionem marito, quòd timet ne ab eo aliqua vis inferatur, debet permitti ut possit ingredi Monasterium Monialium, dummodo, &c.

99 Mulieres nupta in Monasteriis Monialium recipi non debent.

100 Matribus præstari non potest licentia ingrediendi Monasteria Monialium, etiam ad invisendas filias morti proximas.

101 Viduæ nullæ in Monasteriis Monialium recipiendæ sunt, nisi Moniales fieri velint.

102 Episcopus non potest dare licentiam viduæ ingredi Monasteria Monialium, atque in habitu laicali permanere volenti, etiamsi toto tempore vitæ illic degere vellet.

103 Licentiam ingrediendi intra septa Monasterij in casibus necessariis, debet tantum dare Episcopus, vel Superior.

104 Vicarius generalis specialè mandatum habens, in Monasteriis Episcopo subjectis auctoritate Ordinariâ, in aliis verò Summo Pontifici subjectis delegatâ, potest concedere facultatem ingrediendi Monialium Monasteria.

105 Provisor à Capitulo nominatus potest in Monasteriis sibi subjectis concedere facultatem ingrediendi Monialium Monasteria.

106 Licentiam ingrediendi Monasteria Monialium exemptarum, & Regularibus subjectarum ad quam, vel quos pertineat concedere, ostenditur, & num. 107.

107 Monasterium Monialium, si alicui particulari Prælato Conventuali subjectum esset, non posset Generalis, seu Provincialis licentiam ingressus ad id Monasterium concedere; poterit tamen dum visitat, inquirere utrum Prælatus ille justè usus fuerit hac facultate.

108 Abbatissa non poterit facultatem ingrediendi Monasterium concedere, nisi in casibus repentinis, vel nisi habuerit generalem licentiam à Superiore, &c.

109 Fratres minores ad Monialium Monasteria absque speciali Summi Pont. licentia ingredi non possunt.

110 Cardinalis, Episcopus, aut alius habens privilegium ingrediendi Monialium Monasteria cum sociis, quos secum assumere voluerit, non potest Fratres minores eligere.

111 Licentia ad ingrediendum Monialium Monasterium concedenda, debet esse specialis, & non sufficit generalis: primo actu finitur, & extenditur ad socium obtinentis.

112 Licentia ad ingrediendum Monialium Monasterium non sufficit tacita.

113 Licentiæ solemnitas, ut in scriptis concedenda sit, ita obligat, ut lethalis culpa sit eam omittere.

114 Ingressus ad Monasteria Monialium sine licentia in scriptis obtenta licitus videtur, si repentina superveniat necessitas, quæ aditum ad Superiorem non permittat.

115 Ingredientes claustra Monialium sine licentia in scriptis obtenta, excommunicationem nulli reservatam incurrunt.

116 Excommunicationem reservatam incurrunt intrantes Monialium Monasteria ex præsumptione, & prætextu licentiarum ab Episcopis, vel superioribus concessarum, sine sufficienti ratione, & causa.

117 Excommunicatione reservatâ non afficitur ille, qui facultatem ingrediendi habet, sed non ingreditur prætextu facultatis; aut illam haberet invalidè concessam, vel existimaret sibi licitum.

118 Licentia ingrediendi Monialium Monasteria concedi non potest, nisi ob causam necessitatis Monasterij, seu Monialium.

119 Necessitas Monasterij Monialium, ob quam licitus est ingressus in illud, non est accipienda physicè pro strictissima necessitate, sed moraliter.

120 Causa minor requiritur in concedenda licentia fœminis ingrediendi Monialium Monasteria, quam viris; matri, aut sorori, quam aliis.

121 Excommunicationem ipso facto Papæ reservatam incurrunt obtinentes licentiam ingrediendi Monialium Monasteria, si ingrediantur pro libito, & sine necessaria causa.

122 Licentiam ingrediendi Monasteria Monialium obtinens ex causa, quæ fuberat tempore necessitatis licentiæ, sed tempore ingressus cessavit, non est tutus in conscientia.

123 Confessarius justam causam habet ingrediendi, dum alicujus Monialis confessionum ex præcepto regulæ, vel ex peculiari ipsius devotione, aut consolatione excepturus est, quam commodè ad feneſtella audire non potest.

124 Confessarij ordinarij Monialium, tam sæculares, quam regulares, singulis quibusque triennijs mutentur.

125 Confessarij extraordinarij Monialium bis, terve quotannis in communi, non autem in particulari eisdem deputari debent.

126 Confessarij Monialium à Monasteriorum, in quibus degunt, aut Religionis oneribus pro eo tempore duntaxat, quo in confessionibus audiendis occupantur, excusantur.

127 Confessarij ordinarij Monialium non possunt uti operâ Confessariorum Regularium, etiam pro Confessariis extraordinariis, nisi in casu necessitatis.

128 Parochi, & curam animarum habentes, non possunt Confessarij Monialium munere fungi.

129 Confessarij Monialium quovis tempore, etiam pulsato Ave Maria, in casu necessitatis Monasterij septa ingredi possunt.

130 Sacramenta Pœnitentiæ, sanctissimæ Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis administraturus ingredi debet in clausuram sine socio.

131 Confessario infirmæ Confessionem audiente, cellæ janua aperta remaneat, & ambæ comitatrices ad ejusdem cellæ januam moventur.

132 Ingressus in monasteria Monialium ad administranda Sacramenta, rectâ viâ eat, redeatque.

133 Confessori, nec aliis Regularibus ingredi licet Monasterium Monialium sub prætextu sepulturæ tradendi cadaver alicujus Monialis, nisi, &c.

134 Con

134 *Confessarij, aut alij Monialium clausuram ingredi non possunt ad conspergendum cellas Monialium, aut alia loca aquâ benedictâ in Sabbato sancto.*

135 *Confessionalia Monialium in exterioribus Ecclesiis collocanda.*

136 *Rota, aut alia, per quæ in clausuram Monialium prospici possit, non permittantur in domibus Confessariorum.*

137 *Confessariorum Monialium instantiis strata non retineantur.*

138 *Collocutoria Monialium communia sint, in loco claro, & aperto.*

139 *Victus dictim confessariis à Monialibus non subministretur, sed quadam pecuniæ summa quotannis victûs loco eis persolvatur.*

140 *Medicus causâ gravis infirmitatis, cùm necessitas exegerit, potest ingredi, dummodò non absque duobus sociis de familia Monasterij introducatur, nec ab invicem intra Monasterium separentur.*

141 *Bajuli justam causam ingressus habent, dum aliquod onus in Monasterium Monialium deferendum est, quod à Monialibus commodè portari nequit.*

142 *Operarijs licet ingredi Monialium Monasteria pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra Monasterium fieri non potest.*

143 *Licentia ingrediendi Monialium Monasteria in casu necessitatis Medicis, Chirurgis, & operarijs concedi solita, singulis quibusque trimestribus renovari debent.*

144 *Procuratores Monasteriorum Monialium de triennio in triennium mutari debent.*

145 *Judex, aliique viri possunt Monasterium ingredi ad expellendum malefactorem, qui non vult inde exire.*

146 *Monialium Monasteria ex causa ingredientes graviter peccant, & censuris afficiuntur, si finito Ministerio statim non egrediantur, nisi breviter immorentur in invisendis officinis.*

147 *Monialis energumena non est exorcizanda intra Monasterij septa.*

148 *Mulieribus, ne quidem fundatricibus, aut donatricibus permittitur ingredi monasteria Monialium, etiam ad breve tempus.*

149 *Moniales quando in monasteria novitèr erecta transferri possint, ostenditur.*

150 *Superiori visitationis, vel alia causâ quando licitus sit ingressus Monialium monasteria, & quando non, ostenditur, & n. 151.*

151 *Episcopus an, & quando possit visitare Monasteria Monialium, quæ Regularibus subduntur, & intra eorum sepia ingredi,* remissivè.

153 *Monasteria Monialium frequentans, si fuerit Clericus, suspenditur ab officio Ecclesiastico; si verò laicus fuerit, excommunicandus est.*

154 *Frequentia alloquendi cum Monialibus, ex quibus vicibus inducatur, remittitur arbitrio Judicis.*

155 *Religiosi accedentes ad Monasteria Monialium, quas pœnas incurrant, ostenditur.*

156 *Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam decreti, quo hujusmodi accessus per S. Cong. prohibetur, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, incurrunt etiam pœnam peccati mortalis.*

157 *Equites Hierosolymitani comprehenduntur sub decreto, quo prohibetur Regularibus accessus ad Monasteria Monialium.*

158 *Regulares accedentes ad Monasteria Monialium causâ loquendi cum puellis, vel mulieribus sæcularibus inibi degentibus, non comprehenduntur sub decreto, quo prohibetur Regularibus accessus ad Monasteria Monialium.*

159 *Regulares, qui ob accessum ad Monasteria Monialium inciderunt in pœnas decreti, rehabilitari, aut absolvi ab aliis non possunt, præterquam à Sede Apost. aut à S. Cong.*

160 *Religiosi litteras ad Moniales mittentes, sunt debitè corrigendi & puniendi à suis superioribus, sed non incidunt in pœnas decreti.*

161 *Regulares Moniales absque S. Congregationis licentia alloqui reperti, si eorum superioribus carcerandi consignati fuerint, per eosdem declarandi sunt privati voce activa, & passivâ.*

162 *Confessarius Regularis Monialium, ejusque socius incumbentes confessionibus, ac Sacramentorum administrationi in casibus exceptis, non possunt easdem Moniales absque S. Cong. licentia alloqui.*

163 *Decretum contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium, etiam in Hispania observatur.*

164 *Capuccini Gallia non comprehenduntur sub decreto contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium.*

165 *Provinciales, & alij Superiores pro iis monasteriis Monialium dumtaxat, quæ eorum curæ sunt subjecta, non comprehenduntur sub decreto contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium.*

166 *Episcopis conceditur ut licentiam dare possint Religiosis alloquendi Moniales, certis Regulis, & conditionibus ibidem expressis.*

167 *Regulares absque legitima causa accedentes ad Monasteria Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquentes, possunt hodie à diœcesano Episcopo coerceri, & puniri.*

168 *Regulares adeuntes monasteria Monialium absque Episcopi licentia, an incidant in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto posuit contra adeuntes monasteria Monialium, ostenditur.*

169 *Episcopi in aliena diœcesi commorantes non possunt accedere, nec ingredi Monialium septa sine licentia Episcopi prohibentis, ne quis accedat ad Monasteria Monialium.*

170 *Litteras Moniali scribens, vel mittens, non incidit in censuram comminatam ab Episcopo adversus adeuntes Monasteria Monialium.*

171 *Episcopus si prohibeat, ne ad Monialem quis scribat sub excommunicationis pœna, non ille eam incurrit; si tamen scribendo epistola non pervenit ad Monialem.*

172 *Licentiis non indigent patres ac fratres, ut Moniales alloquantur, dummodò non in temporibus prohibitis.*

173 *Moniales semper velum gestare debent.*

174 *Monialibus olim interdicebatur singularis habitatio.*

175 *Monasteria puellarum præsidio & administratione Monachorum gubernabantur.*

176 *Moniales olim cantare cum Monachis non debebant.*

177 *Moniales ultra numerum earum, quæ possint de Monasterij proventibus sustentari, prohibentur recipi in Monasteriis Monialium non Mendicantium.*

178 *Monia-*

178 *Moniales saltem semel singulis mensibus Confessionem peccatorum facere, & sacrosanctam Eucharistiam suscipere tenentur.*

179 *Præceptum obligatorium non continet Conc. Trid.* sess. 25. de Regul. cap. 10.

180 *Monialibus non committatur clavis custodiæ sanctissimi Sacramenti.*

181 *Confessor alius extraordinarius præter ordinarium Monialibus ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offerendus, qui omnium confessiones audire debeat.*

182 *Confessarius extraordinarius Monialibus etiam exemptis, & Regularibus subjectis per Episcopum dari debet.*

183 *Episcopus circa confessores Monialium etiam exemptarum quam auctoritatem habeat, ostenditur*, & num. seqq.

1 SICUT virorum Religiosi Conventus ad Mundi vitanda pericula sunt instituti, ut superiùs vidimus: ita, & multò majori consilio, ac providentiâ mulierum, quæ fragilioris sunt sexus, & hominibus etiam esse solent occasio loquendi, fuerunt introducta cœnobia. Sed eo maximè solent fœminæ in hujusmodi loca secedere, ut virginitatis suæ florem, quam de carnis illecebris, & ore leonis eripiunt, cœlesti sponso devoveant, & seipsas valeant Virgines castas exhibere Christo. Non solùm autem Virginum, verùm etiam viduarum Monasteria sunt instituta, quas secundùm consilium Apostoli *ad Corint.* melius est permanere innuptas, sicut & Virgines meliùs facere affirmabat, si non quærerent nuptias: *Quia mulier*, inquit, *innupta, & virgo cogitat ea, quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu.*

2 Sciendum est igitur, quod ab initio quidem sanctarum quoque mulierum Monasteria in eremis fuerunt erecta, quæ Monachorum regimini subjacebant; quinimmò non defuerunt (divinâ sic disponente sapientiâ) sanctæ mulieres, quæ tonso crine, habitúque virili suscepto, inter Monachos, incognito, dum viverent, sexu religiosam vitam egerunt. Postquam verò in civitatibus Religiosorum fuerunt Monasteria constructa, idem quoque de Religiosis fœminis factum est à B. Scholastica sancti Benedicti sorore, & à beata Monica matre sancti Augustini, quæ Ordinem Canonissarum instituit: & à B. Clara, quæ Ordinis S. Francisci Monasterium erexit. Omnes autem fœminæ religiosæ moniales, seu antiquiori vocabulo Sanctimoniales appellantur, aut sorores, de quibus multa à sacris Canonibus specialiter statuuntur, quæ breviter, & compendiosè in hoc capitulo recensere statuimus. Primò autem videbimus de earum ingressu, postea verò de possessione, & consecratione, demùm de vita, & statu, atque regimine pertractabimus.

3

4 Quod igitur ad ingressum attinet Religionis in Virginibus, & viduis, est sciendum, quod Virgines Deo dicandæ, non coactè, sed voluntariè debent ingredi Religionem, *cap. puellæ, 20. quæst. 1.* Unde non sunt metu ad id compellendæ, *cap. sicut, eadem*

5 *causa & quæst.* nec etiam volentes impediendæ, *cap. puella 20. quæst. 1.* quod qui commiserint, excommunicationis sententiæ subjacebunt, *cap. fin. 32. quæst. 1.* Conc. Trident. *sess. 25. de Regularib. c. 18.* quod intelligitur de vi coactiva, & non inducta, ut referunt decisum Armendar. *in addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. n. 62.* Ego

ipse *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 104. n. 3.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. vers. quares*, ubi etiam tenent, pœnam hujusmodi excommunicationis non incurrere illum, qui hæredem instituit mulierem ea lege, ut Monialis fiat. Cogentes 6
mulierem Monasterium ingredi, non excommunicantur, ingressu non sequuto, ut resolvunt Navar. *in man. cap. 27. num. 51. & cons. 55. de sentent. excom. in antiq.* aliàs *cons. 5. de Regular. in novis.* Sayr. *ec. 51. de sentent. excommun.* Ego ipse *dict. allegat. 104. numero 7.* Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 17. art. 4. conclus. 2.* Nec excommunicantur cogentes fœminam ad Monasterij ingressum, non ut profiteatur, nec ut habitum sumat, sed ut ibi habitu sæculari retento educetur, donec ætatis aptæ matrimonio sit, ut per Navar. *cons. 56. de sentent. excomm. in antiq.* aliàs *cons. 6. de Regularibus, in novis*, Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 13. Suar. *tom. 5. de censur. disp. 23. sect. 5. n. 9. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 4. n. 12.* Ego ipse *d. alleg. 104. num. 5.*

Debet enim esse, præsertim in fœminis, aut nu- 7
bendi ante professionem libertas, aut se Deo ante nuptias dedicandi, *dict. c. fin. & similibus, 32. q. 2.* quod non solùm in Virginibus, verùm etiam in viduis, & aliis quibuscunque mulieribus locum habet, circa ingressum scilicet Religionis, & professionem. Aliud verò est in Pœnitentibus, vel Conversis, quæ non Religionem, sed domum Conversarum ingrediuntur, in quibus dicit Conc. Trident. *citato cap. 18.* earum constitutiones esse servandas. Ad tuendam autem hujusmodi in Virginibus libertatem, fuit constitutum *in cap. 1. & 2. 20. quæst. 2.* ut ante duodecimum annum ad habitum suscipiendum non admittantur, ut *supra c. 42.* ostendimus: & in puncto quod receptio puellæ causâ induendi habitum probationis in Religione prohibeatur, nisi duodecim annis sit major, tradunt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 12. artic. 2.* qui testatur hujus sententiæ fuisse omnes Patres, qui ad Concilium Provinciale Toletanum convenerunt. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 18. cap. 18. quæst. 55. & 56.* Ugolin. *de officio Episcopi, cap. 21. num. 1.* Nald. *verb. habitus, num. 6. & verb. Monialis, n. 5.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp. 2. dub. 6. num. 16.* Armendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, lib. 2. tit. 10. de Relig. n. 43.* ubi refert decisum, non esse dispensandum, ut puella quæ duodecimum annum non compleverit, possit habitum in Monasterio suscipere.

Contra Mich. Mendin. *de sacrorum homin. continent. lib. 4. controv. 9. c. 4.* Ludovic. Miranda *in manual. Prælat. in fine, tract. de sacris Monial. quæst. 8. art. 2. in concins.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 18. num. 13.* Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 5. capite 1. numero 9.* existimantes circa præfatam puellarum receptionem, nullam limitationem esse constituendam.

Quod si puella in duodecimo ætatis anno matrimonio conjuncta, & Religionem, illo nondum consummato, ingressa sit, cogendum esse sponsum per quatuor annos expectare usquedum profiteatur, ait resolutum Armendar. *dict. leg. 7. de Religion. numero 42.* quem refero ego ipse *d. alleg. 101. num. 11.*

Sed amplius requirit Conc. Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 17.* ut quæ sunt admittendæ, quamvis in legitima sint ætate, priùs ab Episcopo, vel ejus Vicario examinentur, & earum voluntas diligen- 8

ter exploretur, an sciant quid agant, & nunquid coactæ fuerint, vel seductæ. Quod tunc quoque fieri debet, cùm debent facere professionem. Ita ex illo decreto colligunt Fusc. *de Visitat. l. 2. c. 18. n. 40.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales, pag. mihi 232.* Piasec. *in simili praxi, p. 2. c. 33. n. 55. vers. explorare*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 12. art. 2.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 1.* Joan. à Cruce *de instit. Relig. l. 1. c. 8. in fine*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 37. & 44. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. l. 4. c. 18. n. 32. cum seqq.* Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q. 8. art. 2.* Campan. *in divers. juris Canon. rubr. 12. c. 16. à n. 11.* Hieronym. à Venero *in examine Episcopi, lib. 6. c. 25.* Novar. *in singular. Canon. concl. 89.* Ego ipse *de officio & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 100.*

9 Exploratio hæc voluntatis puellarum profiteri volentium, utroque tempore, scilicet ingressus, & professionis facienda, ad Episcopum pertinet, quamvis Monasterium ab ejus jurisdictione exemptum existat, ut per Piasec. *d. vers. explorare*, Armendar. *d. l. 7. de Relig. n. 37.* Episcopus enim, in Monasteriis etiam Superioribus Regularibus subjectis, examinat eas, quæ Moniales fieri volunt, primò scilicet quando habitum suscipiunt, secundò tempore professionis; & ideo poterit earundem Rectores compellere, ne habitum novitiæ dent, nisi priùs Episcopum certiorem faciant, ut puellæ voluntatem explorare valeat. Ita S. Congreg. Concil. *in Liman. 19. Septembr. 1625.* Et potest ipse Episcopus Ecclesiasticis censuris, & aliis pœnis sibi benè visis prohibere Abbatissis & Superioribus Regularibus Monialium ipsis Regularibus subjectarum, ne puella professionem emittat, nisi priùs exploratâ illius voluntate ab Ordinario, ad præscriptum *cap. 17. sess. 25. de Regular.* Ita S. Congreg. Concil. *in Burgen. 4. Decembris 1627.* Si de tempore professionis novitiæ ante mensem certus factus fuerit, intra 25. dies examen perficere tenetur, quibus elapsis, ampliùs in eo non se intromittat, sicut resolvunt Armendar. *d. l. 7. de Religionibus, num. 45.* Campan. *d. cap. 16.* Ego ipse *d. alleg. 100. num. 2. in fine*, debet enim ab eo certus dierum numerus, quindecim vel viginti dierum præfigi, intra quem deliberent utrum velint profiteri, vel non; si noluerint, remittendæ sunt ad domos consanguineorum, vel affinium, ut per Campan. *d. c. 16. n. 16.* Armendar. *d. l. 7. de Religion. n. 49.* quem refero ego ipse *d. allegat. 100. num. 2.*

10

11 Explorare tamen non debet voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in Monasterio ad petitionem illius, qui vult illam in uxorem ducere; sed expectandum tempus faciendæ professionis, & tunc si sit suspicio, quod investigetur à Monialibus pro suo officio, curabit inde duci in exteriorem Ecclesiam Monasterij, vel in aliam propinquiorem, & commodiorem, prout magis convenire judicabit, ubi voluntatem ejus exquirere possit: at si nulla sit suscipio, & nullam aliam justam causam subesse apparebit, tunc non in alio loco, quàm ad crates ferreas Monasterij voluntatem puellæ explorabit. Ita Armend. *dict. l. 7. de Relig. num. 48.* Campan. *d. cap. 16. n. 15.* Ego ipse *d. allegat. 100. num 16.*

12 Vicarius, nisi Episcopo impedito, non potest hujusmodi voluntatis explorationem facere, secundùm Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. q. 208.* Narbona *de appell. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 237.* Ego ipse *d. alleg. 100. n. 8.*

13 Est autem hoc loco notandum, quod non solùm professio propria, verùm etiam paterna devotio, secundùm Canones antiquiores Monachum, aut Monacham facit, *cap. Monachum, 20. q. 1.* Nam si à parentibus filij aut filiæ in infantia religionis traduntur, ut fiant Religiosi, non possunt amplius egredi, *c. addidistis, & c. seq. 20. q. 1. cap. fin. 19. quæst. 3.* Exemplo Samuelis, qui à matre Deo oblatus semper in ministerio Templi deserviit, *cap. quicunque, 20. q. 1.* Quod tamen non ita simpliciter est intelligendum; nam illud quoque est constitutum *in c. illud, 20. q. 1. causa & quæst.* ut tales in infantia oblati, cùm ad annos pubertatis pervenerint, moneantur à Prælato suo, ut si nolint se Religioni adstringere, licentia eis redeundi ad sæculum non denegetur: nam si semel in ætate matura consentiant, ampliùs pœnitendi locum minimè amplecti possunt. Verùm circa hoc est advertendum, puerum in infantiæ & pueritiæ ætate constitutum posse offerri à parentibus Religioni, secundùm Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 18. numero 8.* Suar. *de Relig. tom. 3. lib. 15. cap. 10. n. 10.* & tunc ante annos pubertatis suâ voluntate egredi non potest, quia in illa ætate, non tam sua, quàm patris voluntate cogendus est, nec à parentibus ampliùs revocari valet, quia jam cesserunt juri suo, & quantùm in se erat, donationem filij fecerunt Religioni, ut tradunt Sylvest. *in summ. verb. Religio 2. q. 10. & 11.* Suar. *dict. cap. 13. n. 13.* ubi subdit Religionem infra præfatum pubertatis tempus posse memoratum puerum expellere, si ita sibi expedire censuerit, quia pro nullo tempore se obligavit ad illum retinendum. Præfatâ verò pubertatis ætate expletâ, liberum est ei, vel perseverare in Religione, donec professionem expressam aut tacitam emittat, vel ad sæculum redire, ut expressè habetur *in cap. significatum, & in cap. cum simus, de Regular.* prout etiam liberum est ei tunc Religionem ingredi, invitis etiam parentibus, aut curatoribus, qui jam potestatem revocandi illum non habebunt, sicut ex textu *in c. 1. 20. quæst. 2.* colligunt S. Antonin. *parte 2. tit. 11. c. 2. §. 6. col. 1.* Panormitan. *in cap. 2. numero 2. de Regular.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp. 2. dub. 6. n. 14.* Deinde verò est advertendum, quod usque annos duodecim paternæ voluntatis subjacebit arbitrio puella illa, quæ ex se sponte absque oblatione parentum fuit ingressa Religionem: si verò per annum, & diem dissimulantes consenserint, eo tempore transacto, illam revocare non poterunt, ut probatur *dict. capite puella, 20. quæst. 2.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 15. art. 4.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 6. cap. 1. numero 22. & capite 5. num. 3. & cap. 10. num. 32.* Fr. Barthol. de Vecchis *dict. dub. 6. num. 5. cum seqq.* Hic autem annus computandus est à die scientiæ ingressus impuberis habitæ per parentes, aut tutores. Gloss. *verb. at si annum, in d. c. puella*, Sylvest. *verb. Religio 2. q. 11.* Fr. Barthol. de Vecchis *dict. dub. 6. sub num. 22.* ubi etiam post Suarez *de Relig. tom. 3. l. 5. cap. 1. numero 8.* subdit hunc annum necessariò includi debere intra annos pubertatis; itaut si impubes propè pubertatem invitis suis parentibus, aut tutoribus statum susceperit Religiosum, conceditur illis ad eum revocandum id solum tempus, quod superest usque ad pubertatem, quo expleto, eum amplius revocare nequeunt. Verùm si adeò remotum sit Monasterium, ut intra annum, & diei tempus parentes filium absque eorum oblatione Religionem ingressum revocare nequeant, concedendum erit eis longius temporis spatium, prout loci distantia

postula

postulaverit. Gloss. *verb. at si annum*, Barthol. de Vecchis *d. num. 12. in fine.*

14 Quod verò ad professionem attinet, & consecrationem Virginum, est primo loco sciendum, quod omnes religiosæ fœminæ caput suum velare consueverunt, ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, desumpta ex doctrina Apostol. dicentis, quod mulier orans, aut Prophetans non velato capite, deturpat caput suum: *Non enim decet*, inquit, *mulierem non velatam orare*; & alibi dicit, velari debere fœminas in Ecclesia propter Angelos. Quare Linus Papa primus à Petro sancivit, ne qua mulier, nisi velato capite, in Ecclesiam introiret, quod semper saltem à Religiosis fœminis est servatum, ut docent Patres, & sacra Concilia, 20. *quæst.* 1. *&* 2. *per tot.*

Sex autem diversa velamina Monialium inveniuntur. Primum est probationis, quod datur novitiis ante professionem, & esse solet albi coloris: hoc hodie ante duodecimum annum ætatis impletum non datur, ut vidimus.

15 Secundum velamen est professionis, quod est nigrum, quamvis olim coloris purpurei fieri posset, ex Conc. Tol. X. Hoc non datur hodie, nisi decimosexto ætatis anno completo, ex decreto Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 15. Armend. *d. l.* 7. *de Relig. num.* 41. olim verò duodecimo anno completo dari poterat, & professio fieri, *cap. puella* 20. *quæst.* 2. Priusquam verò fiat professio, & hoc detur velamen, sive sit virgo, sive non, debet ab Episcopo examinari, sicut ab initio quoque, cum ingressa est Monasterium, ejus explorari voluntas debuit, ut suprà diximus. Et in hujusmodi veli susceptione capilli abscinduntur, juxta ritum Ecclesiæ: & facit caput *omnes fœmina*, 27. *q.* 1. Et quæ ad professionis validitatem requirantur, *sup. c.* 42. ostendimus. Hoc suscepto velamine, mulier si in fornicationem ceciderit, gravissimæ subdenda est pœnitentiæ, sed velum nunquam dimittet, *d. cap. omnes fœmina.*

16 Tertium velum est consecrationis, quod dabatur olim XXV. ætatis anno, juxta *cap. placuit*, 20. *q.* 1. quod est Concilij Carthaginensis III. *c.* 4. ubi sequentia verba habentur: *Placuit ut ante XXV. annum ætatis, nec Diaconi ordinentur, nec Virgines consecrentur.* Differt autem hæc consecratio à professione in nonnullis, nam professio & à Virginibus, & à vidois emittitur, *d. c. omnes fœmina*: consecratio verò in solis Virginibus locum habet, *d. cap. placuit*, Ludovic. Miranda *de sacris Monial. q.* 7. *artic.* 8. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Sanctimoniales* 24. *num.* 1. *dist.* 32. Item ab Episcopo solo possunt Virgines consecrari, *d. cap. Sanctimoniales*, ibi, *Suo Episcopo*: *cap. perlectis*, 25. *dist. cap. devotos*, 21. *q.* 1. *cap.* 2. 26. *q.* 6. Professio verò in manibus Sacerdotis liberè fieri potest, *cap. fin.* 20. *quæst.* 1. non autem in manu mulieris, quamvis sit Abbatissa, *d. cap. puella, in fin. cum seq.* 20. *q.* 2. quæ nec velum potest inponere; potiùs enim poterit mulier velum sibi de Altari sumere, quàm à fœmina illud accipere, *cap. viduam quæ*, 27. *q.* 1. Item consecranda est sola professa post tria vota substantialia in Religione approbata; nec tamen omnes professæ, quia Moniales Mendicantium non consecrantur, nec aliæ quædam. Nec corrupta quamvis violenter, est consecranda, licèt violata non desinat esse virgo; nec enim constat eam aliquem non præstitisse consensum. Unde talibus consulit Leo Papa *in cap. illa autem famulæ* 32. *q.* 5. & Hieron. *in cap. si quis non iratus*, 15. *q.* 1. ut in humilitate & verecundia se incontaminatis non audeant comparare Virginibus; sed ne fortè scandalum oriretur, si tales à consecratione repellerentur, cum earum violatio est occulta, permittit ut possit in eorum consecratione procedi, omissis substantialibus, & mutato nomine virginitatis in castitatis nomen, ut quidam Doctores affirmant.

Fieri autem debet Virginum consecratio secun- 17
dùm antiquos Canones in festo Epiphaniæ, & in tota octava Paschæ Resurrectionis, & in Natalibus Apostolorum, & in diebus Dominicis, vel gravi infirmitate imminente, & aliis quoque temporibus vel diebus, *cap. devotis*, *cap. Virgines*, 20. *q.* 1. *cap.* 1. *de tempor. Ord.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 1. *de tempor. Ord.* Gavant. *ad Rubric. Missal. part.* 3. *tit.* 26. *vers. Virginum*, Ego ipse *de officio*, *& potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 27. *n.* 54. *in fine*, Piscara Castald. *in praxi caremb. lib.* 2. *sect.* 12. *cap.* 7. *num.* 1. ubi dicit, 18
quod benedictio sacrarum Virginum non nisi in die Dominico, & intra Missarum solennia fieri debet: & ita censuit S. Congreg. *Monialium Virgi-* 19
nes, quas solas consecrari fas est, ante XXV. annum completum non esse consecrandas, ut refert Armendar. *in addit. ad Recopilat. legum Navarræ*, *l. b.* 1. *de ætatib. num.* 2. quem refert *d. alleg.* 27. *n.* 57. & me citato *in hoc loco*, Didac Narbona *de ætate ad omnes humanas actus req. an.* 25 *q.* 80. etiam me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regu. verb. Velamen. num.* 7. & ideo Piscara Castald. *loco citato*, animadvertit, quod de earum ætate, meritis & proposito debet Episcopus inquirere an scilicet XXV. annum compleverint, & si habent voluntatem laudabiliter in sancto proposito perseverandi: & *n. seqq.* ponit formam consecrationis hujusmodi, desumptam ex Pontificali Romano *p.* 1. *n.* 6. *de benedict. & consecr. Virginum*, *pag.* 186.

Est autem Virginum consecratio Ordinis Epis- 20
copalis, & non potest delegari non habenti illum Ordinem, Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *q.* 8. *num.* 2. subdens etiam Vicarium, qui non est Episcopus, hujusmodi benedictionem elargiri non posse. Refero Ego ipse *d. alleg.* 27. *num.* 55. ubi *n.* 56. post Ludovicum Miranda *in tract. de sacris Monialib. quæst.* 2. *art.* 14. subdo non posse Episcopum intrare claustra Monialium pro consecratione hujusmodi.

Quartum velamen est ordinationis, cùm scilicet Monialis ordinatur Præposita ad inchoandum Officium, & homilias legendas, quod aliis non licet: talis autem ordinata olim, ut quidam volunt, Diaconissa dicebatur, quæ hoc velo ante XL. annum non donabatur, ut *in cap. Diaconissam*, 27. *quæst.* 1. quod est Concilij Carthaginensis III. ubi statutum fuit, quod Sanctimoniales ante XL. annum non velentur: hodie verò hujusmodi ordinatio unà cum consecratione, nec aliud velamen porrigitur; & certè Diaconissæ esse videntur quæ nunc Abbatissæ dicuntur, ut *infrà capite* 45. *numero* 18. ostendimus. Unde hoc velamen Ordinationis idem esse videtur, quod Prælationis, ut sequitur.

Quintum velamen est Prælationis, quod olim Abbatissis LX. ætatis anno dabatur, *cap. juvenculas*, cum Gloss. 29. *q.* 1. postea verò anno XXX. impleto, id fieri potuit, *cap. indemnitatibus*, *de elect. lib.* 6. Sed hodie Trid. Concilium *sess.* 25. *de Regularib. c.* 3. XL. annum requirit, nisi magna esset inopia personarum, ut *in cap. seq.* dicemus.

Postremum velum est continentiæ, & observa- tionis, quod erat viduarum, juxta *cap. vidua*, 27. *q.* 1.

Sed poterat etiam dari Virginibus, licèt virginale non posset dari viduis, etiam ex dispensatione Episcopi, juxta caput *de voris* 20. *q.* 1. ubi sequentia verba habentur. *Viduas autem velare, Pontificum nullus attentet.* Quæ quidem verba juxta communem expositionem intelligenda sunt de velamine Virginum, quod est dicere, quod quamvis Virgines velari possint velo continentiæ, & observationis (quod erat viduarum) non tamen è contra, viduæ velari poterant velamine Virginum. Golliges hanc sextuplicis veli divisionem ex Ludovic. Miranda *in tract. de sacris Monialibus, quæst.* 7. *articul.* 8. *in princip.*

21 Et adverras, quod consuetudo benedicendi Virgines non amplius est in usu, & eam servandam esse si alicubi adhuc vigeret, respondet Congregatio Regularium Patriarchæ Venero 5. Decemb. 1597. teste Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. *vers. Virgines.* 22 Iis autem Monialibus, quæ sunt Ordinis Mendicantium, cùm sacrari non consueverint, hujusmodi consecratio non conceditur, ut censuit eadem S. Congreg. me citato in hoc loco, Novar. *in lucerna Regul. verb. Valamen, n.* 6.

23 Ad habitum puella non admittatur, nisi XII. ætatis anno completo, absque sacræ Congregationis licentia, ut ipsamet rescripsit Archiepiscopo Neapolitano de anno 1602. & sub die 1. Martii 1608.

24 Non possunt ultra duas sorores in eodem Monasterio habitum Regularem suscipere, & professionem emittere, absque S. Congregationis licentia; & si hac licentiâ obtentâ tertia soror ad habitum admittatur, voce activa, & passiva tamdiu careat, quousque altera ex eisdem duabus sororibus vitam cum morte commutaverit, dotemque duplicatam solvat, quatenus intra, triplicatam verò si supra numerum existat; talique casu adimpleri debent conditiones in licentiis expressis pro Monialibus supra numeratiis concedi solitis contentæ. Ubi autem laudabilis consuetudo inolevit, vel Pontificia constitutione est cautum, quod nec duæ sorores in eodem Monasterio habitum suscipiant, prout Florentiæ, & alibi, ita observatur. Sic eadem S. Congregat. rescripsit Archiepisc. Bracharensi sub die 26. Augusti 1616.

25 A tempore suscepti habitus usque ad professionem puellæ tenentur consanguinei vel parentes ei victum, & vestitum subministrare, quamvis dos in depositio existat, ut declaravit eadem S. Congregatio sub die 13. Septembris 1583.

26 Non debent admitti Moniales ad professionem, nec ad chorum, nisi legere noverint, eadem S. Cong. rescripsit Episcopo Girgensi 12. Januarii 1604. me citato in hoc loco Joan. Maria Novar. *in lucerna Regular. verb. Moniales, n.* 2.

27 Non licet Episcopis cùm novitiæ vestiuntur, vel professionem emittunt, à propinquis, vel ab alio quocunque donatum, comestibilia, & linea, etiam parvi valoris accipere, neque ab Abbatissis in ingressu officii, nec ab eisdem comestibilia tantùm in aliquibus solemnitatibus nomine totius Monasterii, etiamsi antiquissima inoleverit consuetudo. Eadem S. Congreg. Episcopo Aversano sub die 22. Januar. 1591.

28 Præfigatur in omnibus Monasteriis is Monialium numerus, quæ ex redditibus ordinariis sustentari valeant; hujusmodi autem præfixio fiat ab Ordinario dumtaxat in Monasteriis sibi subjectis: in cæteris verò, quæ Regularibus subdita sunt, fiat eadem præfixio ab Ordinario, cum interventu tamen Superioris Regularis. Eadem sacra Congregatio Episcopo Tortonensi, sub die 27. Maij 1603.

Petente Catholico Rege primò, ut in omnibus Sanctimonialium Regni Portugalliæ Monasteriis certus 29 *Monialium numerus præfigatur. Secundò, ut abusus circa propinam eorundem Monasteriorum Superioribus quoviscunque alicui puellæ Monasticus habitus conceditur, dari solitam omninò eximatur. Tertiò, ut Monialium dotes in earumdem consanguineorum manibus non remaneant. S. D. N. auditâ sacra Congreg. sententiâ Collectori Lusitaniæ per Breve sub die 6. Junii 1615. injungi mandavit, ut juxta normam à sacro Concil. Trident. præscriptam in omnibus, & singulis Monasteriis Monialium istius regni eum tantum numerum ab Archiepiscopis, & Episcopis deinùd præfigi, ac in posterum conservari curet, qui ex redditibus propriis eorundem Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis congruè possit sustentari, & juxta dictorum Monasteriorum capacitatem, necnon cellarum quantitatem commodè ibi commorari videat: ita tamen, quod in his, quæ Regularibus subjecta sint, iidem Regulares superiores numeri præfixioni assistant, ut supra numerum hujusmodi nulla deinceps admittatur Monialis absque Sedis Apostol. aut ejusdem S. Congregationis expressa licentia. Ad secundum, propinarum abusus nedum tollatur, sed etiam gravissimarum pœnarum, etiam censurarum comminatione* 30 *prohibeatur: pro ea tamen die, quâ ad habitum Monachalem admittentur puellæ, aliquid esculenti modici valoris, & pro ejusdem diei usu dumtaxat largiri vetitum non censeatur. Ad tertium dotales* 31 *eleemosynæ apud Monialium consanguineos vel affines nullatenus relinquantur, sed antequam puellæ habitum suscipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam personam fide, & facultatibus idoneam, ut statim professione emissâ in emptionem stabilium, aut annuorum reddituum illicò applicentur.* Postmodùm sub die 5. Novembris 1610. *in una Ulyssbonensi Sanctissimus D. N. censuit eleemo-* 32 *synas, quæ per pactum sacristiis, & infirmariis Monasteriorum Monialium dari solent, non comprehendi in decreto, quo propinarum solutio per Moniales, dum ad habitum, vel ad professionem admittuntur, fieri solita interdicitur.*

Hinc S. Congregat. Concilii sub die 6. Decembris 1604. prohibuit, *ne loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuique puellæ ad habitum Regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequuta verâ & reali illorum vocatione, ac ita demum, & non antea de eis disponi, ac in Monialis demortuæ locum promissionem, aut receptionem in Capitulo, seu quovis alio modo fieri jubet, dummodo tunc temporis puellæ ipsæ recipiendæ & ætatem habeant idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt.* Refert Anton. Novar. *in summa Bullar. tit. de Monialium numero in Monasterio præfigendo.*

Mortuâ autem aliquâ Moniali intra numerum 33 præfixum, ad reliquas Moniales spectat capitulariter, votisque secretis eam puellam, quæ eis visa fuerit, ad locum hujusmodi intra numerum vacantem admittere, prævisâ tamen Episcopi exploratione, juxta dispositionem sacri Concilii Trident. Et sic Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum pluries declaravit, & præcipuè sub die 2. Junii 1602. *Moniales, quæ de ejusdem Congregationis licentia recipiuntur supra numerum in quolibet Monasterio constitutum* 34

tutum non subrogari in locum Monialium decedentium intra numerum, nec impediri quin alia in locum earundem demortuarum intra numerum recipi possint, imò eadem sic supra numerum receptas ad hunc effectum, ne impediant hujusmodi loca remanere semper supernumeraria, licèt in cæteris nihil ab aliis differant, & in omnibus æquales juxta cujuslibet monasterij institutum esse debeant.

35 Moniales velatæ, tam intra, quàm supra numerum, absque dotali eleemosyna nequaquam admitti debent; hujusmodi autem eleemosynæ dotales si sint Monialium intra numerum existentium, emissâ ab eis professione, expendi possunt in usus communes necessarios monasteriis; supernumerariorum autem dotes post earumdem professionem omninò in emptionem bonorum stabilium monasterij commodo convertantur, ut censuit eadem Sacra Congregat. Probationis autem anno durante, dotes hujusmodi deponi debent juxta formam in decreto generali, ut suprà
36 petente Rege Catholico, præscriptam. In his verò locis, in quibus non adsunt mercatores, aut banchi, depositum dotalium eleemosynarum Monialium fiat in manibus probi viri,& facultosi, qui ad omne mandatum Monialium, & absque alia exceptione eam soluturum se obligaret, ut rescripsit eadem Congregatio Episcopo Camerinensi, 15.
37 *Martij* 1594. Nullatenus liceat Monialibus recipere pecunias, vel aliquam aliam rem anticipate ad computum eleemosynæ dotalis, quam quævis puella habitum Monachalem susceptura persolvere debet, alioquin tam recipientes, quàm persolventes anathemati decreto Sacri Conc. Tri-
38 dent. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 16. contento, sint subjecti. Ita Episcopo Camerin. eadem S. Congreg. rescripsit de anno 1580.

39 Dotales eleemosynæ solvantur in ære, nec assignatio bonorum stabilium, aut censuum permittatur, ut respondit eadem Congreg. Episcopo Camerin. sub die 28. Mart. 1588. In lite inter nonnulla Monialium Monasteria ex una, & illorum censuarios & debitores, de & super augmento monetæ, partibus ex altera, pendente, Sacra Congregatio censuit, *quod in moneta valere regulariter tempus contractus attenditur, etiam in annuis præstationibus*: & hanc conclusionem ab omnibus Doctoribus esse communiter receptam, testatur eadem Cong. *in Cremon.* 24. *Novemb.* 1617. Ea omnia, quæ suprà diximus de admissione Monialium intra numerum, etiam in Conversis locum habent, ut censuit eadem S. Cong.

40 Circa verò Conversas supernumerarias est advertendum, quod puella sit virgo, prædita qualitatibus necessariis, capitulariter, votisque secretis Monialium admittatur, solvat dotem duplicatam à Conversis persolvi solitam, ac tempore debito professionem emittat, ex eadem S. Congr. me citato in hoc loco, Novar. *in lucerna Regul. verb. Conversa*, *n.*3.

41 Attamen in illis admittendis non spectetur dos, sed necessitas Monasterij. Eadem Sacra Congreg.
42 Episcopo Ferrarien si die 20. Martij 1596. quæ itidem sub die 6. Martij ejusdem anni rescripsit Archiepiscopo Ulysbonensi quod *prohibitio Monialibus Franciscanis facta de non recipiendis Conversis, intelligitur de Monialibus primam regulam observantibus*: & ideo Abbatissa, & monialibus S. Claræ Terræ Grottharum, diœcesis Tarent. supplicantibus pro facultate retinendi Conversas, vel ancillas laicas, S.Cong.respondit, *quod Moniales S. Claræ regulariter non habent Conversas, nec ancillæ laicæ dantur in communi*, sub die 12. Aprtil. 1619. & idem
in Felign. 12. *Novembr. ejusdem anni.*

Nullo modo permittatur, quod conversæ ex- 44
eant, aut videri se sinant, ad effectum claudendi, vel aperiendi januam Monasterij; sed id munus alteri extra clausuram degenti committatur. Eadem Sacr. Congreg. sub die 20. Septembris 1594. Novar. *dict. verb. Conversa*, *n.*2.

Si verò ad Monasteriorum pauperum sublevа- 45
men accipiantur, ut ad conquirendas eleemosynas mittantur. XLV. ætatis annum excedant, & extra clausuram minimè pernoctent, nisi in casu necessitatis; & tunc hospitio excipiantur in ædibus proximorum consanguineorum, aut aliarum piarum matronarum. Eadem S. Congreg. *in Bonomien. de anno* 1593. Novar. *d. verb. Conversa*, *n.* 4. *cum seqq.*

Moniales Monasteriorum, quamquam ab im- 46
memorabili tempore Conversas, ad quæstuandum transmittere solitas, constito illas ex Monasteriorum redditibus commodè sustentari posse, dicta immemorabili non obstante, in posterum ad quæstuandum, aut ad quodlibet aliud negotium persuandum, aut agendum Conversas extra Monasterium mittere non posse, eadem S. Congreg. censuit *in d. Bononien si*, sub die 14. April. 1615.

In Monasteriis verò, quæ nisi dictas Conversas 47
ad quæstuandum mittant, manuteneri non possunt, deinceps puellis Monasticum habitum non tradi, nec educationis causâ eas in illis introduci posse absque Sedis Apost. speciali licentia, eadem S. Congregat. ordinavit; hac tamen conditione adjecta, quod Moniales ad quæstuandum mittendæ, ad minus XL. earum ætatis annum excedant, non sint pulchræ, nec modo aliquo extra Mona- 48
sterij clausuram pernoctent. *Petente Collectore Portugaliæ, an Monialibus mulieres pro earum servitio in monasterio introducendi licentiam concedere sibi liceret. Sacra Congr. licere respondit, sub die* 31. *Januarij* 1615. Sed loco ancillarum sæcularium introducendas esse potiùs Conversas, consuluit sub die 12. Augusti 1605. Unde non est ita de facili 49
credendum Doctoribus affirmantibus, fœminas in obsequium & facultatem Monialium licitè intra Monasterium intromitti posse, dummodò sint honestæ vitæ, & è Monasterio non egrediantur, ut tradunt Fr.Emman.*tom.*1.*q.* 47. *art.*47. & 8.Camp. *sub* 12. *cap.* 56. *n.* 28. Sanch. *lib.*6. *cap.*16. *num.*66. Ludov. Miranda *de sacris Monialib. quæst.* 2. *art.* 5. *concl.* 2. & *art.* 9. Suar. *de Relig.tom.*4. *lib.*5. *cap.*10. *n.* 20. Bonac. *d.q.* 4. *punct.*2 4. *n.* 10.

Nullatenus permittant Episcopi puellas edu- 50
cationis causâ in Sanctimonialium monasteria introduci, nisi S. Congreg. licentia suffultas, eamque exequi nullatenus præsumant, nisi adimpletis sequentibus conditionibus, quas referunt me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regular. verb. Monialis*, *n.*9. Fusch. *de visitat. lib.*3. *c.* 18. *n.* 28. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Monasteria Monialium*, *pag.*449. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Moniales*, §. 11. Piasec. *in simili praxi*, *p.*2. *c.* 3. *num.*57. Joan. à Cruce *de statu Relig. lib.*1. *c.* 5. *dub.*2. *prope finem*, Galet. *in margarita casuum Conscientia*, *verb. Monialis*, Bonac. *d.punct.*4. *n.*19. Ego ipse *d. alleg.*102. *n.*63. Oviedo *in praxi Regul. p.* 1. *tract.* 11. *cap.* 2. *q.*4. *n.* 11. *Quod scilicet Moniales capitulariter, secretisque suffragiis puellarum recipiendarum admissioni consentiant, Monasterium eas recipere sit solitum- 51
illasque actu retineat, peculiaris habitatio seorsim à*

dormitorio, & habitatione Monialium professarum, ac novitiarum, ubi interdum opus facere & exercere, ac noctu quiescere possint, pro eis existat; excedant septimum, & sint infrà XXV. annum ætatis suæ; non sint ultra numerum præfixum, ingrediantur sola, modestè utantur vestitu, clausuræ legibus, Monialium instar sint obstrictæ, & si unquam è Monasterio egressæ fuerint, ad illud, vel aliud Monasterium redire non permittantur absque S. Congregationis licentia, cum egressus hujusmodi expressione, nisi habitum Regularem suscipiendi animo essent reversuræ. Demum dari debet idoneus fidejussor, qui pecunias in alimenta puellarum hujusmodi erogandas anticipatis solutionibus in singulis mensibus solvendum se obliget. Cæterùm finito XXV. ætatis anno, similes puellæ è Monasterio expellantur. Ita S. Cong. *in Torton. sub die* 27. *Maij* 1607. ubi quoque, quod determinetur pariter numerus puellarum educationis causâ inibi cum S. Congregationis licentia recipi solitarum: & quod educationis causâ permitti possunt in eodem Monasterio plusquam duæ sorores. Item quod non permittatur eisdem puellis victum diætim quotidianum à parentibus, vel consanguineis transmitti; sed tantùm pecunia pro eodem victu, ut dictum est, persolvatur. Et quod puellæ educationis causâ in Monasteria Monialium admitti non debent, donec septennium excedant, resolvunt Zerol. *dict.* §. 11. *d. lib.* 11. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *num.* 63. noviſſimè Didac. de Narbona *in qq. annalib. anno* 7. *quæst.* 21. Nov. *in lucerna Regul. verb. educatio, n.* 8.

51 Illud tamen est advertendum, quod postquam præteriit tempus 25. annorum, intra quod hujusmodi puellis illic morari conceditur ex causa educationis, si statim puella non egrediatur, nullam excommunicationem, aut censuram aliquam incurrit, sed potest Episcopus terminum constituere, intra quem eligat puella, utrùm velit Monialis fieri, aut à Monasterio egredi, ut decisum referunt Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *capit.* 15. *num.* 54. Campan. *d. cap.* 16. *num.* 29. Bonac. *d. punct.* 4. *num.* 16.

53 Moniales in earum monasteriis puellas educationis causâ, nisi eadem Monasteria capacia, & pro dictis puellis educandis loca particularia destinata & constituta sint, retinere, & respectivè recipere non posse, S. Congreg. statuit *in S. Sever.* 26. *Januarij* 1615. In quarum tamen receptione, debitis
54 concurrentibus requisitis, de quibus suprà, requiritur consensus Monialium omnium singulariter præstitus, nec standum est simplicitèr relationi Abbatissæ, ut eadem S. Congreg. rescripsit Episcopo Abulensi die 4. Januarij 1608.

55 Petiit Chrysostoma Caracciola in Monasterio Dominæ Reginæ educationis causâ degens, ancillam ad ejus servitia introducendi per S. Congr. facultatem sibi concedi. Et S. Congr. respondit, *quod non datur ancilla pro educandis, in Neapolitana*, 12. *Martij* 1619.

56 Pluries in eadem S. Congregatione resolutum fuit, *præcedentiam inter Moniales à die professionis, non autem susceptionis habitus regularis deberi: quatenus verò duæ insimul eodem instanti professionem emitterent, quæ prius ad habitum admissa fuit, præcedere debet: & si eodem tempore ad habitum admissæ fuerint, data etiam professionis paritate, quæ prius in Capitulo acceptata fuerit, præcedat*, ut censuit eadem Cong. *in Bad. de ann.* 1608.

57 Sequitur ut de vita, & honestate, & regimine Monialium videamus: qua de re est primò sciendum, quod Ordinarij prohibere debent, ne Moniales monasteriorum, tam eis, quàm Superioribus Regularibus subjectorum, in bacchanalibus, vel aliis temporibus recreationis causâ utantur habitu virorum, nec cujusvis speciei armis se cingant. Eadem S. Congregatio Episcopo Ferrarien., 27. Aprilis 1602.

Item prohibent Monialibus cibum externis parare, aut esculenta vendere, exceptis tamen tribus minimi momenti, pro infirmis, ac parentibus, & consanguineis duntaxat. Eadem S. Cong. sub die 1. Julij 1606. 58

Facultas disponendi de cellis suis post obitum nulli Monialium concedatur, sed eæ dum vacaverint, Superiorum arbitrio aliis Monialibus in ordine senioribus distribuantur. S. Congregatio *in Aversana*, 26. *Januarij* 1604. *& in Modenensi*, 10. *Aprilis* 1615. 59

Curandum itidem est, ut Moniales in refectorio communi comedant, & in loco etiam communi laborent. Eadem Cong. *in una Messan.* 1. *Augusti* 1603. 60

Nec permittatur in Ecclesiis Monialium à personis sæcularibus cantus simplex, vel figuratus. Eadem Cong. *in Bononien., de anno* 1584. *& in Mediolanen. de anno* 1593. benè tamen inter ipsasmet: eadem Congregatio 8. Februarij, & 30. Martij 1594. 61

Nec etiam permittatur accessus sæcularium ad Monasteria hujusmodi, sub prætextu docendi Moniales sonum cymbalorum, vel alterius instrumenti, aut etiam musicam, vel cantum, etiam ad grates. Eadem Cong. sub die 13. Septembr. 1593. 62

Nec ullo modo permittatur accessus Hebræorum ad earum Monasteria, ad loquendum cum illis. Eadem S. Congr. *in Ravennaten.*, 28. *Novembris* 1594. 63

Nec etiam in earum infirmaria sacrificium Missæ celebrari permittatur. Eadem Cong. sub die 22. Augusti 1605. 64

Nec debent Moniales appellari cum titulo Dominæ, sed Sororis, ut eadem Cong. rescripsit Vicario Toletano, 9. Januar. 1595. 65

Ad succurrendum Monialium victui tempore caristiæ, eadem S. Cong. sub die 15. April. 1592. Episcopo Novar. rescribens admonet, *ut primò accipiantur puellæ, ut Moniales fiant, duplicatâ dote, fiant dimidiâ investiatur, altera verò pars in alimentis expendatur. Secundò applicetur Monasteriis tertia pars eleemosynarum, quæ applicantur locis piis, cum extensione Bullæ Gregorij XIII. Deo sacris. Tertiò, mittantur Moniales ad quæstuandum. Quartò, in subsidium adstringantur ad contribuendum Monialium consanguinei.* 66

Secundò circa clausuram sciendum est, quod omnes Moniales, etsi antiquitùs possent extra claustra Monasterij nonnunquam exire, fuit tamen postea gravissimis de causis constitutum, ut esse sub perpetua clausura deberent. In primis à Bonifacio VIII. *in cap. periculoso, de statu reg. in* 6. qui statuit, ut Moniales quæcunque tacitè, vel expressè professæ, è Monasterio egredi non possint, nisi constet eas laborare tali morbo evidenti, quod non valeant cum aliis absque gravi periculo, sive scandalo commorari. Hæc Bonifacij constitutio innovatur per Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regul. capit.* 5. dum ait, quod *nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire è Monasterio, etiam ad breve tempus, quocumq; prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscunque, & privilegiis non obstantibus.* Et cùm prædictam 67

dictam Bonifacii Constitutionem, quam præfatum Concilii Trid. decretum innovavit, Pius V. *sua Const. incip. Circa Pastoralis.* sub dat. 4. Kalend. Junii 1566. super clausura, & reformatione Monialium cujuscunque Ordinis approbasset, quam Pianam Constitutionem refert Laur. de Peirinis *in Constit. sub Ordinis Minimor. tom. 2. Const. 6. Pii V.* & Ego ipse *de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 102. num. 13.* Postea idem Pius V. aliam edidit Constitutionem, quæ incipit, *Decori*, sub dat. Kalendis Februarii 1569. contra Moniales exeuntes à clausura, nisi in quibusdam casibus, easque comitantes vel receptantes, & contra Superiores exeundi licentiam concedentes, nisi in casibus in ea expressis: est in Bullario novo *tom. 2. const. 8. ejusdem Pont. pag. 185.* referunt Quarant. *in summa Bullarii, verb. Monasteria Monialium*, & Ego ipse *d. allegat. 102. num. 14.* Petr. de Bollo *in œconomia Canonica. classi 3. cap. 4. §. 14. pag. 474.* Novar. *in sum. Bullarii, tit. de clausura.* Fuit autem hoc constitutum, non ad arctandum eorum vitam, quæ non potest ipsis invitis arctari; sed ad conservationem honestatis, & quia professæ sunt regulam monachalem, ut servari debet, non ut jam malè servabatur. Potest enim Summus Pont. obligare Moniales ad clasuram, quam nunquam servaverunt, nec voverunt, quia hoc non est simpliciter supra regulam, immò maximè ad castitatem, quam solemniter voverunt, servandam necessarium est. Fr. Emm. *quæst. Regul. tom. 1. q. 44. art. 2.* Nav. *comment. 4. de Regul. num. 40.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 2. n. 32.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 1. lib. 1. cap. 8. num. 7.* Ludov. de Miranda *de sacris Monialib. q. 1. art. 2.* Laur. de Peirinis *de privil. Regul. tom. 2. ad const. 6. Pii V. n. 12. pag. 262. in fine.*

Possunt Episcopi, eorumque Vicarii sufficiens ad id habentes mandatum pro clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum, semotis etiam quacunque violatæ clausuræ suspicione, ac superiorum Regularium negligentiâ, de quo latè suprâ *hoc lib. cap. 48. n. 146. cum seqq.* sed dubitari potest, quando Monialis dicatur exire clausuram, ut non excusetur à culpa mortali, & à censuris; Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 7.* & Lopez de Texeda *in controv. tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 14. dub. 1. num. 9.* & Homobon. de Bonis *in controvers. moral. tom. 1. part. 4. resp. 61.* respondent violari clausuram, si Monialis utroque pede, & toto corpore egressa fuerit, non ita si exierit cum medio corpore, uno pede posito cum corporis medietate extra locum à Pontifice pro clausura determinatum. Quamvis Nald. *in sum. verb. clausura, n. 1.* & Merol. *tom. 1. disp. 1. cap. 2. disp. 7. n. 507.* asserant, non censeri violatam clausuram, quando Monialis per duos pedes modico tempore egressa fuerit, & statim regrediatur.

68 Causas autem egrediendi clariùs exprimere curavit Pius V. *in d. sua Const. incip. Decori*, in hæc verba: *Volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarúmve Monialium, etiam Carthusiens. S. Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum Ordinum, etiam Militarium, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præ-*
69 *eminentiarum existentium, etiam à Regia, vel illustri prosapia ortarum, de cætero, etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum etiam eis subjectorum, aut domorum, parentum, aliorúmve consanguineorum visitandorum, aliâve occasione, & prætexta, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus, stare liceat.* Sub nomine *magni* 70 *incendii*, in hac Pii V. constitutione intelligitur incendium ita magnum, & evidens, ut certum sit, aut saltem probabile multùm esse videatur, quod nisi Moniales omnes statim à Monasterio exeant, simul sint morituræ, ac consumendæ præ nimia exustione ignis. Sub nomine verò *infirmitatis lepræ*, intelligitur infirmitas quædam ita contagiosa, quod si ipsius radix, & origo foras non ejiciatur (hoc est Monialis hujusmodi morbo infecta) citò omnes Monasterii ejusdem sorores inficeret, 71 proindéque cunctæ periclitabuntur; & prædicta lepra debet esse notabilis, ac talis, quod si persona esset sæcularis, jure possit extrahi de populo, & mitti ad domum aliquam in campo separatam. Sub nomine denique infirmitatis epidemiæ, quantum ad præsens attinet propositum, intelligitur morbus quidam pestiferus, similiter ac eadem ratione contagiosus, communitati præjudicialis, & perniciosus, qui populariter grassetur in populo, majorémque ægrotorum partem interimat. Ita explicant Læl. Zech. *ac Repub. Eccles. tit. de Regularib. cap. 3. n. 15. vers. 9.* Nav. *comm. 4. de Regul. n. 48. not. 4.* Gutier. *Can. lib. 1. cap. 14. n. 3.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 39. art. 4. vers. ex his, & tom. 3. q. 6. art. 3. & in addit. sum. tom. 3. cap. 96. n. 3.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 15. ex num. 33.* Fr. Ludovic. Miranda *in tract. de sacris Monialib. q. 3. art. 5.* Portel. *in dubiis Regul. verb. cunsura, à n. 18.* Villalob. *in sum. p. 1. tract. 35. diffic. 4. num. 2.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. c. 5. dub. 4. vers. secundò nota*, Hieronym. Roder. *in compendio qq. Regul. resol. 98. num. 19.*

Quæstio est dubia, an Moniales possint è Mo- 72 nasteriis exire, ex aliis causis similibus, vel urgentioribus? Affirmativa sententia verior mihi videtur, quia si dicta Constitutio Bonifacii VIII. *in d. c. periculoso*, unicum dumtaxat excipiebat casum, per prædictum Pium V. extensa atque ampliata est ad tres in eadem sua Constit. contentos, nempe ad casum magni cujusdam incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ. Quid igitur obstat, quominus eadem omninò prorsus existente ratione, prædicta Pii V. Constitutio etiam amplietur & extendatur ad alios casus similes. Et ita docent. Nav. *comm. 4. de Regul. n. 48. & in cap. statutum, 19. q. 3. n. 49.* Llamas *in methodo curat, in appendice, §. 10.* Er. Emman. *qq. Regul. tom. 1. q. 34. art. 3. paulò post. princ. & art. 5.* Azor. *inst. mor. part. 2. lib. 12. cap. 8. q. 1. vers. 3.* Joan. à Cruce *d. statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. concl. 2.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 15. n. 37.* Ugol. *de offic. Episcopi c. 21. §. 2. n. 3.* Bonacin. *de legib. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 19. & de clausura, & pœnis eam violantibus impositis, q. 1. punct. 9. n. 6.* Diana *resolut. moral. tract. 1. miscel. resolut. 23.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 1. lib. 1. c. 3. n. 3. & seqq.* Laurent. de Peirinis *in privil. tom. 2. Const. 6. Pii V. §. 4. num. 24.* Novar. *in tract. de elect. fori, sect. 2. in præfat. sub n. 3. & in lucerna Regul. verb. clausura, num. 10. cum seqq.* Oviedo *in praxi Regul. part. 1. tract. 11. cap. 1. q. 6. num. 9.* Ego ipse *d. alleg. 102. à num. 16.* Quamvis contrarium, imò casus exceptos in dicta Const. Pii V. non extendi ad casus

similes & urgentiores, teneant Collect, *compend. Mendicant. verb. clausura Monialium, num. 5. vers. quaritur utrum Minister Generalis.* Fusc. *de visitat. lib. 2. c. 18. n. 17.* Boll. *in œconom. Canon. classe 3. c. 4. n. 20.* Cened. *ad Sextum, collect. 31. num. 2.* Guttier. *Canon. lib. 1. c. 14.* Addit. ad Nav. *cons. 70. in fine, de Regular.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales, §. 16. vers. 2. & p. 2. eodem verbo, in fine,* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec. 545. in 1. edit. alias vesol. 541. in 2. edit.* Fr. Emman. *in sum. tom. 3. c. 96. n. 3.* Fr. Ludov. Miranda *in tract. de sacris Monialibus. q. 3. art. 4.* Campan. *in divers. Juris Can. rub. 12. c. 16. num. 22.*

Unde tempore belli possunt Moniales è Mona- 73
sterio exire, séque in locum tutum recipere, dum periculum est, ut nisi Moniales è Monasterio egrediantur, gravi damno afficiantur, ut resolvunt Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1. ad finem, vers. tertiò quæres.* Guttier. *d. c. 14. n. 9.* Navar. *d. commento 4. n. 48.* Sanchez *d. c. 15. n. 44.* Bonac. *d. q. 1. punct. 9. n. 7.* me non citato, Novar. *d. verb. clausura, n. 16.*

Sic etiam possunt Moniales de licentia Superio- 74
ris transire de uno Monasterio ad aliud, vel causâ novæ fundationis, vel correctionis, vel reformationis, seu professionis, ut tradunt Novar. *in d. c. statuimus, n. 48. & cons. 57. n. 6. de Regul.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 49. art. 5.* Zerol. *d. p. 1. verb. Moniales, §. 16. & p. 2. eod. verb. dub. 8. & 12.* Armend. *d. lib. 7. de Rejig. n. 101.* Sanch. *d. c. 16. à n. 46.* Anton. Ricc. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 5. c. 5. n. 11.* Bonac. *d. punct. 9. n. 10.* Novar. *tit. de clausura, super Bulla Pii V. n. 15.* Ego ipse *d. allegat. 102. num. 25.* observantes ad hoc tutius esse recurrere ad Sedem Apostolicam.

Sic etiam Moniales possunt ad perfectiorem Re- 75
ligionem transire, ut tenent Tapia, Zerola, Fr. Emman. & alii, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib. 6. c. 7. n. 6.* quibus addo Barth. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib. 5. q. 327.* Anton. Ricciol. *dict. lib. 5. c. 5. à princ.* Bonac. *d. q. 1. puncto 9. n. 11.* meipsum *in collect ad c. licet 18. n. 3. de Regul.* quamvis contrarium scripserit Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1.* Et licèt transla- 76
tio Monialis, etiam in casibus à Jure permissis stricto jure fieri possit ex auctoritate Episcopi & Superioris Monasterii, ut voluerunt Fr. Em. *tom. 3. q. 52. art. 3.* Sanch. *d. lib. 9. c. 7. sub num. 6.* Sacra tamen Congregatio non semel censuit, ad eam in similibus casibus esse recurrendum, & signanter *in Nannetensi, 16. Januarii 1615. & in Redonensi, 31. Januar. 1617.* Ex quibus colligitur illam & similes licentias concedere non consuevisse, nisi quatuor conditionibus adjectis. Prima est, ut antequam è primo monasterio Monialis egrediatur, aliud sit paratum, in quo benevolas habeat receptrices, quodque in eo capitulariter per secreta suffragia recipiantur. Secunda, ut dotem à cæteris Monialibus præstari solitam persolvat. Tertia, ut spes illi auferatur ad primum Monasterium redeundi. Quarta, ut translatio fiat comitantibus matronis consanguineis gravibus ab uno ad aliud Monasterium, rectâ viâ, absque diverticulo, ac nullibi pernoctetur, nisi causâ hospitii, idque non nisi apud honestas personas.

Sic pariter licitus est exitus Monialis, quæ dum 77
in proprio Monasterio aliqua de causa commodè corrigi non potest, ad aliud Monasterium correctionis gratiâ transfertur, juxta ea quæ resolvunt Sanch. *d. lib. 6. c. 15. n. 47.* Ludov. Miranda *de sacris* 78
Monialib. q. 3. art. 2. vers. quartus casus, & art. 3. Bonacin. *d. q. 1. puncto 9. n. 13.* Moniales enim propter incorrigibilitatem non sunt ejiciendæ simpliciter è Monasterio, sed nisi ibi puniantur, Possunt ad aliud transferri, ut est Constitutio Urb^ani III. quam referunt F. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 49. art. 1. post prine.* Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q. 3. art. 2.* quæ Constitutio in hac parte neque per Concil. Trid. nec per Constitutionem Pii V. licèt strictiora sint, censetur revocata, ut testatur Fr. Emman. *d. q. 49. art. 5. vers. 2.* & Ludovic. Miranda *d. q. 3. vers. quartus casus.* Refert, & sequitur Rot. *in Visbonensi Monasterii, 19. Novemb. 1625. coram Reverendissimo D. meo Coccino Decano*, cujus meminit Tambur. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 12.* Sed quicquid hi Doctores dicant, caveant nihilominus sibi locorum Ordinarii, vel Superiores Regulares, ne aliquam ex Monialibus sibi subjectam vel causâ seditionis, vel incorrigibilitatis, vel criminis perpetrati ab upo ad aliud Monasterium transmitti curarent, multò minùs inde expellant, vel exeundi licentiam concedant, ne contentis in Pii V. Constitutione censuris & pœnis innodentur, ut admonet S. Congreg sub die 27. Maii 1603.

Sic etiam in tribus casibus potest esse licitus 79
exitus Monialibus, primò ubi Abbatissa vel Prioriss propter feudum tenetur præstare juramentum fidelitatis alicui Domino sæculari, si illud per procuratorem præstare nequit; illa enim tunc potest cum honesta societate exire, modò statim præstito juramento revertatur, ut probatur *in cap. 1. §. verum, de statur Regul. lib. 6.* docent Sanch. *dict. cap. 15. n. 51.* & Bonac. *d. quæst. 1. punct. 9. n. 9.* advertentes in hoc casu Superioris licentiam petendam esse: quod si nullâ causâ ductus illam deneget, hoc confito, 80
posse auctoritate juris Abbatissam egredi. Secundò quando auctoritate Prælati totus Monialium Conventus locum mutat, ut resolvunt Fr. Emm. *tom. 1. quæst. 49. art. 5.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 16. num. 55.* Ludovic. Miranda *de sacris Monialib. quæst. 3. art. 2.* Bonacin. *d. punct. 9. num. 8.* Ego ipse *d. vers. sextus.* 81
alleg. 102. n. 17. Tertiò, quando Moniales conversæ è Monasterio exeunt ad petendas eleemosynas conventui necessarias, dum eas per alios commodè petere non possunt, servatis conditionibus præscriptis in Moru proprio Pii V. incipente *Circa pastoralis*, & 82
in alio Greg. XIII. incipiente, *Deo sacris*, ut tenet Bonacin *d. q. 1. punct. 9. n. 15.* ubi *n. 16.* subdit, Moniales conversas posse adhuc ob receptam consuetudinem recipi, & ad professionem admitti: & citat pro se Sanch. *d. c. 15. n. 56.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 8. n. 19.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 44. art. 4. col. 3. vers. secunda assertio.* Contra Ludovicum Mirand. *de sacris Monialibus, q. 1. art. 6.*

Moniales è suis Monasteriis egredientes extra 83
casus exceptos, ipso jure excommunicatas esse excommunicatione majori latæ sententiæ Summo Pontifici reservatâ, & in eandem incurrere Prælatos eisdem exeundi licentiam quocunque modo concedentes, necnon & ipsas comitantes, ac personas illarum receptatrices, statuit Pius V. *in d. constit. incip. Decori*, & docent Nav. *in d. c. statuimus, n. 52.* Zerol. *d. p. 1. verb. Moniales, §. 16. dub. 1.* Azor. *p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1. vers. tertiò quæres.* Fr. Ludovic. Miranda *d. q. 5. art. 6.* Sanch. *d. c. 15. n. 72.* Bonacin. *d. q. 1. punct. 8. n. 6.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 29.* obser- 84
vantes prædictam pœnam contra recipientes, & concomitantes prædictas Moniales egredientes è suis Monasteriis, non videri comprehendere illas, qui compassione quadam naturali in extrema, vel gravi necessitate id faciunt, ut si v. g. aliqua persona cognata, vel amica reciperet, vel comitaretur Monialem egressam è suo Monasterio, & aliquot milliaribus

liaribus progressam noctu, vel diu in loco deserto, cum periculo amittendi vitam, vel famam, ne ipsa Monialis damnum aliquod pateretur, exhortando eam, ut ad suum Monasterium rediret, etiamsi ipsa
85 nollet redire. Ad incurrendam autem hujusmodi excommunicationem dicetur Monialis è Monasterio exire, quando exit locum clausuræ, qui januâ clausâ continetur, ad quam sæcularibus non patet accessus, ut ex quodam Motu proprio Gregorij XIII. incipiente *Deo sacries*, de anno 1572. refert Sanch. *d. lib. 6. cap. 15. n. 6.* ubi *n. 68.* resolvit, ad incurrendas supradictas pœnas solum egressum sufficere strictâ clausurâ, non verò ita levi, ut solùm venialem culpam constituat. Moniales super tecti Monasterij tegulas ascendentes, clausuram violare non dicuntur, dummodò locus ille, ad quem perveniunt, non sit extra clausuram Monasterij, sed perpendiculariter illam respiciat: ita Lopez de Texeda *in controvers. moralib. tom. 1. lib. 2. controvers. 14. dub. 8. 9.*

86 Devenio igitur ad aliquos casus, in quibus posset aliquis dubitare, an Monialibus liceret è Monasterio egredi, cùm reverà id eis minimè liceat; & ideò existimo Moniali non posse licentiam concedi è claustro egrediendi causâ medendi morbo ita periculoso, ut desperaretur salus eâ non egressâ, nisi morbus adeo contagiosus esset, ut in reliquas serperet, sicut tenent Gutier. *d. c. 14. ex n. 7.* Cened. *d. collect. 21. num. 2.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 49. art. 3.* Zetol. *in prax. Episcop. part. 2. verb. Moniales, in fine.* Lud. Miranda *de sacris Monial. quæst. 4. art. 4.* Sanch. *d. c. 15. n. 39.* Bonac. *d. q. 1. punct. 9. n. 18.* Portel. *in dubiis Regularib. verb. Clausura Monialium, n. 22.* Villalob. *in sum. p. 2. tract. 35. dissic. 45. n. 4. & 5.* Hier. Rod. *in comment. qq. Regul. res. 26. n. 50.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 21. in fine.*

87 Contra Nov. *d. comm. 4. n. 49. & seq.* Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1.* & Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 9.* existimantes posse Moniali licentiam concedi claustro egrediendi causâ medendi morbo ita periculoso, ut desperaretur salus, eâ non egressâ.

Nec etiam licitum est Moniali egredi, ut curam nepotum suorum gerat, etiamsi nepotes omnibus aliis propinquis destituti sint, ut referunt decisum Armendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. n. 105.* Camp. *d. c. 16. n. 22. prope fin.* Ego ipse *d. alleg. 102.* Bonac. *d. q. 1. punct. 9. n. 4.* ubi *n. 5.* subdit, Monialem egredi non posse
88 ad parentes consanguineos, & alios infirmitatis causâ, seu alio prætexto visitandos.

Abbatissa quoque non potest è Monasterio exire, ut visitet ædificium Ecclesiæ, num sibi placeat, vel ut cæmerariis significet qua formâ constituendum sit, ut docent Sanch. *d. cap. 15. n. 52.* & Bonac. *d. q. 1. punct. 9. n. 3.*

89 In casibus autem exceptis & suprà relatis Monialibus è Monasterio Episcopo, vel Sedi Apostol. aut Superioribus Regularibus subjecto, exire non licet, nisi adsit consensus communis Episcopi diœcesani, & Superioris Regularis, si illi subjectæ existant, itaut si illæ, quæ potestati Regularium subjiciuntur, sine Bulla, & licentia Ordinarij egressæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia debent ipsæ, & earum Superiores (de quorum licentia è Monasterio fuerint egressæ) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunque privilegiis, ut referunt decisum Camp. *d. rub. 12. c. 16. n. 22. prope fin.* Armend. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, d. lib. 2. tit. 18. l. 7. n. 130.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 28. prope fin.*

Contra Nav. *cons. 6. in cap. An generali, sub n. 6. de statu Monach. & comment. 4. de Regul. num. 60. vers. 3.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 49. art. 6.* existimantes Moniales in casibus exceptis posse exire è Monasterio absque ullo conscientiæ scrupulo, cum sola licentiâ suorum Generalium, aut Provincialium Prælatorum, quibus fuerit subjecta, sine ulla alia approbatione Episcopi sæcularis. E contrà Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q. 3. art. 6. concl. 1.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 13.* Bon. *d. q. 1. punct. 8. n. 1.* Sanch. *d. lib. 6. c. 15. n. 28.* putantes in Hispania solùm Superioris licentiam sufficere.

Vicarius generalis Episcopi absque speciali ejus 90
commissione hanc egressûs Monialis à Monasterio licentiam concedere potest, ut per Llam. *in method. curat. in fine, §. 5.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 15. n. 30.* Bon. *d. q. 1. punct. 8. n. 3.* Ego ipse *d. all. 102. n. 28. prope fin.* extendentes ad Vicarium Capituli Sede vacante.

Licentia prædicta debet in scriptis obtineri, ut 91
statuit Pius V. in prædicto Motu proprio, incipiente *Decori*, ibi, *Ex causa cognita, & expressè in scriptis approbata*: cujus auctoritate ita resolvunt Lud. Miranda *d. q. 3. art. 6. concl. 2.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 16.* Bon. *d. punct. 8. n. 4.* ubi *n. 5.* subdit licentiam non tenere, si solo verbo detur.

Præterea interdicitur *in d. cap. periculoso*, ut nulli 92
detur facultas ingrediendi prædicta Monasteria, nisi cum rationabili, & manifesta causa, & de licentia Superioris, ad quem spectat: & in Conc. Trid. *d. c. 5.* hæc de re ita statuitur. *Ingredi autem intra septa Monasteriorum nemini liceat, cujuscunque generis aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.* Et Gregor. XIII. *in sua Const. incip. Dubiis*, sub dat. 23. Dec. 1581. declaravit, quod etiam Prælati, & alij 93
Monialium curam habentes, earum Monasteria ingredi non possunt, nisi in casibus tantum necessariis, est in Bullario novo *tom. 2. quæst. 28. ejusd. Pont.* & refert Quar. *de verb. Monasteria Monialium, p. 447.* Et de hæc materia vide Læl. Zech. *de casib. reserv. cas. 10. in princ.* Fusc. *de visit. lib. 2. c. 18. ex n. 24.* Fr. Emm. *tom. 1. q. 46. art. 1. cum seqq. & q. 47. art. 4. cum seqq.* Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 6.* Joan. à Cruce *de statu Relig. lib. 1. c. 5. dub. 12.* Franc. Leo *in thes. fori Eccl. p. 2. n. 52.* Nav. *in c. statuimus 19. q. 3. ex n. 59.* Lud. Beja *resp. casuum consc. p. 1. casu 30.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Eccl. dec. 948. in 1. edit.* aliàs *res. 544. in 2. edit.* Camp. *in d. v. jur. Can. rub. 12. c. 16. n. 24.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 24.* Armend. *in add. ad Recop. leg. Navarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. ex n. 106.* Fr. Lud. Miranda *post man. Præl. min. de sacris Monial. q. 2. & 4.* Ugol. *de offic. Episc. c. 21. §. 3.* Bon. *de claus. & pœnis earum violatorib. impositis, q. 4.* meipsum *d. all. 102. n. 32. cum multis seqq.* Et an transgredientes clausuram modico ingressu eam violent, vide suprà *n. 67. in fine.*

Sub hac prohibitione non includuntur infantes 94
discretione carentes; illi enim admitti possunt ad claustra Monialium absque alicujus censuræ incursu, ut benè resolvunt Nav. *d. comment. 4. n. 59.* Henriq. *in sum. lib. lib. 13. cap. 42. §. 3. in comm. litt. S.* Gamb. *d. casib. reservatis, c. 15. casu 6. n. 37. fol. 147.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 6. q. 19. ad fin.* Azor. *d. lib. 13. cap. 8. q. 5.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Eccl. dec. 648. in 1. edit.* aliàs *res. 544. n. 6. in 2. edit.* Ludovic. Mirand. *in tract. de sacris Monialib. q. 2. art. 8. concl. 1.* Fr. Emm. *tom. 1. q. 40. art. 2.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. n. 2.* Sanch. *d. lib. 6. c. 16. ex n. 8.* Ego ipse *d. all. 102. n. 32.* & me citato *in hoc loco.* Bonac. *d. tract. de clausura q. 4. punct. 1. n. 5.* advertentes Conc. Trid. *d. c. 5.* excludens omnes

cujusvis

cujusvis ætatis, loqui de habentibus usum rationis, & de illis, qui ad peccandum movere possunt, ut sunt fatui, qui licèt intrando non peccent, pec-
95 cant tamen Moniales eos admittentes. Præsumuntur autem septennes pueri usum rationis adepti, ac proindè comprehenduntur sub hac prohibitione, secus si nondum septennes, ut docent Sanch. *d.c.16.n.7.* Bonac. *d. punct. 1. n. 6.* Et ita nondum septennes, sive masculos, sive fœminas, esse oportere, ut ingredientes Monasteria Monialium nec culpam, nec excommunicationem incurrant, resolvunt Llamas *in metodo curat. in appendic. §. 8.* Enriq. *in sum. lib. 13. c. 42. §. 3. in gl. litt. S.* Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. c. 5. dub. 2. concl. 3. in princ.* Ugolin. *de officio Episcop. c. 21. §. 3. n. 2.* Azor. *d. q. 5.* Perez de Lara *in compendio vitæ homin. c. 16. n. 115.* quos refert, & sequitur Didac. de Narbona novissimè *in annalib. tract. Juris, ann. 8. q. 16.* ubi latissimè de materia, & *ibid. n. 17.* resolvit, quod qui legitimâ ætate Monasterium Monialium ingreditur intra claustra major factus, peccat, & in excommunicationem incidit, nisi statim exierit.

96 Includuntur tamen fœminæ, ut innuit Concil. Trid. *d. cap. 5.* ibi, *sexus*, & ex eo colligit Bonacin. *d. tract. q. 4. punct. 1. n. 3.*

97 Unde mulieres, quæ sunt in discordia cum maritis, & eorum sævitiam timent, si extra culpam sunt, quandiu justam causam habuerint, debent, si sunt in Monasteriis, tolerari, in posterum verò non sunt recipiendæ, ut referunt decisum Zerol. *d. v. 1. verb. Moniales* 1 §. 12. Camp. *d. c. 16. n. 30.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 207. p. 4.* Navar. *in lucerna Regul. verb. educatio, n. 12.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 66. in med.* me citato *in illo loco* Bonac. *d. q. 4.*
98 *punct. 3. n. 17.* Si mulier aliqua venerit in suspicionem marito, quòd timet ne ab eo aliqua vis inferatur, debet permitti, ut possit ingredi Monasterium Monialium, si modò constitutiones Monasterii non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium; & causâ cessante ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem Monasterium ingredi posset, & tenetur ad clausuram, sicut aliæ Moniales sine ancillis. Ita referunt decisum Zerol. *d. verb. Moniales, §. 12.* Fr. Joan. à Cruce *d. c. 5. dub. 2. concl. 3. in fine*, Camp. *loco*
99 *prox. cit.* Ego ipse *d. n. 66. in fine.* Mulieres nuptas in Monasteriis Monialium recipi non debere, resolvit Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q. 2. art. 6. concl. unic.* ubi refert rejectam fuisse à S. Congregat. petitionem cujusdam Comitissæ, quæ propter quandam infirmitatem à suo marito volebat separari, & cum tribus filiabus ingredi quoddam Monialium Monasterium. Refero ego ipse *d. alleg. 102. n. 66. in fine.*

100 Non potest præstari matribus licentia ingrediendi Monasteria Monialium, etiam ad invisendas filias morti proximas, ut referunt decisū Zerola *d. v. 1. verb. Monialis, §. 8. vers. 2.* Quarant. *d. verb. Monasteria Monialium, vers. sed an liceat, pag. mihi 453.* Fr. Joan. à Cruce *d. c. 5. dub. 1. concl. 3. notab. 3.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 11.* F. Fudov. Miranda *de sacris Monial. q. 2. art. 8.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 68.*

101 Viduæ, quæ viris mortuis, honestatis causâ se contulerunt in Monialium Monasteria, modò sint bonæ existimationis, & famæ, legibusque Monialium pareant, tolerari debent: de cætero tamen nullæ hujusmodi viduæ recipiendæ sunt, nisi Moniales fieri velint, prout decisum attestantur Ludov. Miranda *d. q. 1. art. 6. concl. unic.* Nov. *d. verb. educatio, n. 14.* Camp. *d. c. 16. n. 30. vers. & respectu, & n. 31. vers. tandem*, Ego ipse *d. all. 102. n. 67.* & me citato in illo loco, Homobon. de Bonis *in examine Eccl. tract. 9. q. 31 in fine*, resolventes etiam, non posse Episcopum dare licentiam viduæ ingredi, ac in 102
habitu laicali permanere volenti, etiamsi toto tempore vitæ suæ illic degere, nec amplius inde exire vellet.

Dare autem tantùm Episcopus, vel Superior li- 103
centiam debet ingrediendi intra septa Monasterii in casibus necessariis, ut ait Concil. Trid. *d. cap. 5.* Quis autem Episcopi nomine comprehendatur; qui & Superior dicatur, quæ & qualis licentia danda sit, & qui dicantur casus necessarii ad illam concedendam, hujus loci est investigare. In primis cer- 104
tum est, Episcopum, aut ejus Vicarium generalem speciale mandatum habentem in Monasteriis sibi subjectis auctoritate ordinaria, in aliis verò Summo Pont. subjectis delegatâ posse concedere facultatem ingrediendi Monialium Monasteria, ut referunt decisum Armend. *in addit. ad Recop. legum Navarr. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 109.* Bonac. *d. q. 4. punct. 2. n. 2.* Machado *d. tr. 11. decum. 5. n. 1.* Ego ipse *dict. alleg. 102. n. 38.* Unde etiam Provisor. à Ca- 105
pitulo nominatus potest in Monasteriis sibi subjectis hujusmodi licentiam concedere, ut probat Fr. Joan. à Cruce *d. c. 5. dub. 2. concl. 3.* quem refero Ego ipse *d. alleg. 102. n. 38. in fine.*

Superioris verò nomine intelligo Regularem 106
quoad Monasteria sibi subjecta; facultas enim ingrediendi Monasteria Monialium exemptarum, & Regularibus subjectarum, pertinet ad earum Superiores Regulares, quorum est Monialibus clausuram indicere, non verò ad Episcopos, ut docent Nav. *d. comm. 4. n. 60.* Llam. *in method. curat. in append. §. 5. & 6.* Jacob. de Graff *in aureis dec. v. 1. lib. 4. c. 23. n. 6.* Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 7.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 2.* Lud. miranda *d. q. 2. art. 2.* Campan. *d. rub. 12. c. 16. n. 31.* Sanch. *d. lib. 6. c. 16. n. 11.* Suar. *tom. 3. de Relig. tr. 1. lib. 1. c. 10. n. 12.* Laur. de Peirinis *in Constit. sui Ordinis Minim. tom. 2. constit. 6. Pii V. n. 29.* Machado *d. lib. 4. p. 6. tract. 11. decum. 5.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 40. & 41.* me citato *in illo loco*, Bonac. *d. q. 4. punct. 2. n. 3.*

Contra Læl. Zecch. *d. Rep. Eccl. tit. de Reg. c. 3. n. 5.* & Zerol. *d. v. 1. verb. Moniales, §. 8. vers. 4.* existimantes Episcopum posse etiam hanc facultatem concedere in Monasteriis, quæ Regularibus subjecta sunt.

Unde sub decreto Conc. *d. c. 5.* includi Episcopos ingredientes Monialium Monasteria sibi non subdita sine Superioris licentia in scriptis, resolvunt Nav. *d. n. 39. ad med. vers. quartus*, Steph. Grat. *disc. forens. c. 393. n. 5. & 20.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 42.*

Verùm hac in re invenio nonnullas diversas deci- 107
siones secundùm temporum varietates emanasse: nā S. Cong. Conc. sub die 19 Junii 1597. censuit, *licentias ex vera tantùm necessitate, quæ Moniales respiciat concedere ad ingrediendum intra septa monasterii in un Monialium exemptarum, & Regularibus subjectarum, spectare dumtaxat ad ipsos Superiores Regulares.* Postmodùm quo magis clausuræ observationi consuleretur, eadem S. Cong. sub die 13. Novembr. 1610. facultate sibi à Sanctissimo D. Papa tributâ statuit, & decrevit, *ut deinceps intra hujusmodi septa nemini ingredi liceat, nisi licentiæ in casibus necessariis concedendæ, nedum à Superioribus Regularibus dictorum Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtenta fuerint, non obstantibus quibuscunque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorialibus.* Hoc ipsum censuisse videtur S. Congreg. negotiis Episcoporum & Regularium præpositam, sub die 26. Aprilis 1594. dum respondit ministro Fratrum

Observan

Observantiæ Brixiæ, quod *non potest Superior Regularis concedere licentiam ingrediendi septa Monialium sibi subjectarum, nisi intercedente quoque Ordinarii licentiâ*: & latiùs eadem S. Cong. *in Camerinensi*, sub die 21. Febr. 1617. in sequenti decreto: *S. Congregatio, ut controversiis quæ inter Episcopum Camerin. ac Superiores Regulares exortæ sunt, finis imponatur, censuit facultatem concedendi personis sæcularibus licentiam alloquendi Moniales eisdem Regularibus subjectas, in civitate quidem Camerin. ad Episcopum sive ejus Vicarium generalem, ac Superiorem Regularem, cui Moniales ipsæ subjectæ sunt conjunctim; itant idem Episcopus, seu ejus Vicarius primo loco subscribat, per diœcesim verò, non ad Vicarium foraneum, sed ab eodem Episcopo ad id deputandum, necnon Superiorem Regularem, qui priori loco subscribat, conjunctim pariter spectare, idemque quoad licentiam eorum, quibus ordinariè intra septa monasteriorum earundem Monialium ingredi necesse est, servandum esse, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentias alterius subscriptione roborare sufficiat: edicta verò, quibus personis sæcularibus ad earundem Monialium monasteria accessus prohibentur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse decrevit.* Postremò autem ad removendam omninò difficultatem, quæ ex hujusmodi Decretis forsan oriri possit, negotio iterum in S. Congregatione Conc. proposito, atque Sanctiss. Domino N. relato, die 21. Maii 1630. Sanctitas sua declaravit, *hujusmodi licentias à Superioribus Regularibus non esse petendas in illis locis, in quibus adepset consuetudo, ut illa ab Episcopis tantùm concedantur; hoc enim casu statuit & declaravit, talem consuetudinem esse observandam, & ipsorum Episcoporum tantummodò licentias sufficere, etiam privativè quoad ipsos Regulares.* Et sic quod in petendis licentiis accedendi ad Monasteria Regularibus subjecta, an à solo Episcopo, vel ab eodem cum Superioribus Regularibus conjunctim obtineri debeant, consuetudo loci legitimè præscripta sit spectanda, jam olim à S. Cong. decisum testatur Quaranta, quem refert Sperell. *in decis. fori Eccl. dec.* 97. *n.* 32. & Neapoli sic servari testatur Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archip. Neapol. c.* 33. *sub n.* 1. *in fine*, Campan. *d. vnb.* 11. *c.* 16. *n.* 45.

Si verò auctoritate Pontificiâ Monasterium eidam soli peculiari Prælato Conventuali subjectum esset, non posset Generalis aut Provincialis licentiam ingressus ad id Monasterium concedere, quod nullam jurisdictionem in illud habeant; at poterunt dum visitant, inquirere utrùm Prælatus ille justè usus fuerit hac facultate, secundùm Fr. Emm. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 5. Bon. *d. tr. de claus. q.* 4. *punct.* 2. *num.* 4. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 16. ubi subdit, propter eamdem rationem, idem dicendum esse de Episcopo respectu Clerici sæcularis, cui soli Monasterium illud subderetur.

108 Abbas tamen non poterit facultatem ingrediendi Monasterium concedere, utpote qui in hac materia Superioris appellatione non continetur, ut docent Novar. *d. comment.* 4. *n.* 59. *vers.* 3. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 6. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 2. *vers. observ.* Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 22. Bon. *d. q.* 4. *punct.* 2. *n.* 5. nisi in casibus repentinis, quando Episcopus, vel superior longè absens fuerit, ex Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 46. *art.* 2. *in fine.* Campan. *d. c.* 16. *n.* 25. Vel nisi habuerit generalem licentiam à Superiore concedendæ hujus ingressus facultatis in casibus frequenter occurrentibus, ne passim Episcopus, seu Prælatus Regularis, qui non tam præ manibus habentur, adire debeant. Ita docent Fr. Emman. *d. q.* 46. *art.* 2. *prope fin.* plures apud Sanchez *dict. cap.* 16. *num.* 24. Bonacin. *d. punct.* 2. *n.* 5. *vers. hoc tamen.* Contra Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. 109

Specialis autem Summi Pont. licentia requiritur, ut Fratres Minores Monasteria Monialium ingrediantur, cum hoc illis absque ea in sua regula interdictum reperiatur, ut advertunt Fr. Emman. *d. q.* 48. *art.* 3. *in pr.* Sanch. *d. c.* 16. *n.* 17. & 18. Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q.* 3. *art.* 3. *conc.* 1. Bon. 110 *d. punct.* 2. *n.* 7. hinc inferentes, Cardinalem, Episcopum, aut alium habentem privilegium ingrediendi Monasteria Monialium, cum sociis, quos secum assumere voluerit, non posse Fratres Minores eligere: excipiunt tamen Fratres Minores rogatos à Prælatis curam Monialium habentibus, ut sibi opem in eo ministerio ferant, de quo infrà latiùs. Ad ingressum etiam in sanctæ Claræ, & Conceptionis Monasteria Ordini Minorum subjecta, præter casus in eorum Monialium regula exceptos, exigi Sedis Apost. licentiam, tenent Lud. Miranda *d. q.* 2. *art.* 4. Sanchez *d. c.* 16. *n.* 20. & Bonac. *d. punct.* 2. *n.* 6.

Licentia verò ab Episcopo, vel Superiore in hac 111 materia concedenda, specialis debet esse, & non sufficit generalis. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 18. Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q.* 2. *art.* 2. *ad fin.* Bonac. *d. q.* 4. *punct.* 3. *n.* 1. Et primo actu finitur, sicut resolvunt Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. rer.* 545. *in* 2. *edit.* Sbroz. *de officio Vicarii lib.* 2. *q.* 211. Salas *de legib. disp.* 17. *sect.* 13. *n.* 62. Azor. *d. q.* 1. *lib.* 5. *c.* 23. *q.* 3. Ugol. *de officio & potest. Episcopi. p.* 1. *c.* 21. §. 3. Ego ipse *d. alleg.* 102. *n.* 59. Quicquid in contrarium teneat Bonac. *d. punct.* 3. *n.* 8. Et extenditur ad socium obtinentis, ut observat Fr. Emman. *tom.* 3. *q.* 6. *art.* 2. Gallet. *in margarita casuum conscientiæ. verb. Licentia* 2. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec.* 640. *in edit.* 1. aliàs *resol.* 632. *in* 2. *edit.*

Nullarenus sufficit tacita Superioris licentia, 112 quæ ex scientia & patientia eorum facilè contradicere potentium colligitur, nec oretenus, & verbis expressis concessa, ut docent Confect. *in privil. Mendicant. tit.* 20. *c.* 6. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 29. *cum segq.* 113 Bonacin. *d. punct.* 3. *n.* 2. Unde hæc licentiæ solennitas, ut in scriptis concedenda sit, ita obligat, ut lethalis culpa sit eam omittere, pœnaque contra ingredientes sine licentia imposita incurratur, etiamsi causa ingressus legitima sit, atque à legitimo Superiore oretenus concessa, ut resolvunt Sanch. *dict. c.* 16. *n.* 31. Bonac. *d. punct.* 3. *n.* 3.

Contra Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q.* 3. 114 *art.* 2. *ad fin.* & alios existimantes scripturam necessariam non esse, quando causa ingressus clara est.

Si repentina superveniat necessitas, quæ aditum ad Superiorem non permittat, licitus videtur ad Monasteria ingressus sine licentia in scriptis obtenta, quia hic casus per epixejam exceptus videtur, alioquin repentinæ necessitati consultum non esset. Ita Nav. *d. comm.* 4. *de Regularib. n.* 60. *vers.* 4. Fr. Emm. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 2. *ad finem.* Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 8. Sanchez *d. c.* 16. *n.* 35. Bon. *d. q.* 4. *punct.* 3. *n.* 2. *vers. dixi*, qui duo ultimo loco citati addunt in casu repentinæ necessitatis, quæ aditum ad Superiorem non permittit pro obtinenda ullo modo licentia, prædictam licentiam ab Abbatissa petendam esse, si tempus vacet ad illam petendam.

Ingredientes claustra Monialium sine licentia 115 Episcopi, vel Superioris, ut suprà in scriptis obtenta, pœnam excommunicationis incurrunt. Ita per Conc. Trid. *d. c.* 5. tradit Bon. *d. q.* 4. *punct.* 5. *n.* 1. ubi *n.* 2. *vers. observa*, subdit hujusmodi excommunicationem non esse reservatam, additque præsumentes ingredi Monasteria Monialium prætextu facultatum à Summo Pont. Legato, Episcopo, vel aliis cõcessarum ante Motum proprium Gregorii XIII.

incipi

incipientem *ubi gratia*, incurrere ipso facto excommunicationis pœnam, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in *mortis* articulo, absolutionis beneficium obtinere nequeant.

116 Quâ quidem reservatâ excommunicatione non comprehenduntur nisi intrantes ex præsumptione, & prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus concessarum, sine sufficienti ratione & causa, vel à Summis Pontificibus jam revocatarum; intrantes, verò sine tali facultate, incurrunt tantùm censuram comminatam *in d. c. 5* Concil. Trid. quæ cùm non sit reservata, aboleri potest ab Episcopo, *arg. text. in c. nuper, de sent. excommunic.* Ita docent Flam. *in meth. curat. in append.* §. 13. Fr. Emman. *tom. 1. q. 48. art. 2.* Zerol. *d. p. 1. verb. Monialis* §. 8. Suar. *de censur. tom. 3. disp. 22. sect. 6. sub n. 11.* Sayr. *in simili tract. lib. 3. c. 31. n. 10.* Ludov. Miranda *de sacris Monial. q. 2. art. 12. concl. 1. & 2.* Campan. *d. rub. 12. c. 16. n. 24.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 34.* me citato *in illo loco*, Bonacin. *d. q. 4. punct. 5. n. 4.* Contra Novar. *in man. c. 27. n. 105. excomm. 61. & commento 4. de Regul. sub n. 62. vers. 4.* Quarant. *d. verb. Monasteria Monialium, vers. amplia dictam constitutionem.* Azor. *d. lib. 13. c. 8. q. ult.* Lud. Beja *respons. casuum conscientia p. 1. casu 3.* Coriol. *de casib. reserv. p. 2. casu 3. num. 40.* existimantes sub dicta excommunicatione reservata comprehendi etiam intrantes septa Monasterii non habentes licentiam.

117 Unde reservatâ excommunicatione non afficitur ille qui facultatem ingrediendi habet, sed non ingreditur prætextu facultatis, perinde se gerens ac si illam non haberet, ut per Nav. *d. comment. 4. num. 62. art. 4.* Sanch. *d. c. 16. n. 80.* Bonacin. *d. q. 4. punct. 5. n. 5.* ubi *n. 6.* subdit ingredientem prætextu facultatis invalidè concessæ, non affici reservata illâ excommunicatione Gregorii XIII. sed Concilii Trid. *d. c. 5. & n. 7.* addit eum, quem tempore ingressus contingeret habere aliquam facultatem ingrediendi claustra monialium, obtentam post præfatum Gregorii XIII. Motum, affici reservata illius excommunicatione, non Concil. Trid. & *n. 8.* subjicit, quod ingrediens Monialium cœnobia prætextu facultatum, putans sibi licitum esse ingressum, non incidit in excommunicationem reservatam. De censuris autem, & pœnis contra eos qui aliquem in Monasteria Monialium ingredi faciunt, permittunt, vel admittunt, vide F. Emm. *tom. 1. quæst. 47. art. 3.* Fr. Ludov. Miranda *de sacris Monialib. q. 2. art. 12. concl. 3.* Sanchez *d. c. 16. n. 83. cum seqq.* Bonac. *d. q. 4. punct. 6.*

118 Restat nunc ut de casibus necessariis ad intrandum tractemus; nam certum est, facultatem ingrediendi claustra monialium concedi non posse nisi ob causam necessitatis Monasterii, seu Monialium manifestam, cui aliter commodè occurri non possit, quàm ingressu extraneorum in monasterium, ut tradit Bonac. *d. q. 4. punct. 4. num. 1.* Ista autem

119 necessitas, cujus meminit Concil. Trid. *d. c. 5.* & Gregorius XIII. *in dict. sua constit. incip. Ubi gratia*, non est accipienda physicè pro strictissima necessitate, sed moraliter, ut tradunt Fr. Emman. *d. q. 46. art. 5* Ludov. Miranda *d. q. 2. art. 4. concl. 2.* Campan. *d. rubr. 12. cap. 16. n. 25.* Sanchez *d. cap. 16. n. 40.* Ego ipse *d. alleg. 102. n. 48.* me citato in illo

120 loco, Bonac. *d. punct. 4. n. 2.* observantes minorem causam requiri in concedenda licentia fœminis, quam viris: matri, aut sorori, quàm aliis, & minorem causam sufficere ad ingrediendum in loca statim post clausuræ januam existentia, quàm ad loca interiora.

121 Incurrunt adhuc ipso facto excommunicationem Papæ reservatam per dictam Const. Gregor. XIII. incipientem *Ubi periculum*, obtinentes licentiam ingrediendi, si ingrediantur pro libitu, & sine necessaria causa, ut observant Piasec. *in praxi Episcop. 1. p. c. 3. n. 55.* Gallet. *in margarita casuum conscientia, verb. Monialis, pag. mihi 174.* Ille verò qui-

122 licentiam ingrediendi cœnobia monialium obtinuit ex causa, quæ suberat tempore concessionis licentiæ, sed tempore ingressus cessavit, non est tutus in conscientia ingrediendo, ut resolvit Bonacin. *d. punct. 4. num. 19.* ubi *n. 20.* subdit eum, qui licentiam obtinuit ex causa, quam falsò narravit Superiori non posse licitè ingredi, si tempore ingressûs justa causa superveniat: & *n. 21.* addit, non esse licitum ingressum, si Superior conscius erat nullitatis causæ, & nihilominus licentiam concedere noluit. Justa autem causa intrandi subest in casibus infrà ponendis, utpote necessariis & de quibus vero similiter loquitur Conc. Trid. *d. c. 5.* ibi, *in casibus necessariis, &c.*

123 Confessarius justam causam habet, dum alicujus monialis Confessionem ex præcepto regulæ, vel ex peculiari ipsius devotione, aut consolatione excepturus est, quam commodè ad fenestellam audire non potest, ut si monialis sit surda, aut ob infirmitatem decumbat in lecto, ut tradunt Fr. Emman. *tom. 1. q. 47. art. 4.* Ludov. Miranda *p. 2. ar. 7.* Sanchez *d. c. 16. n. 45.* Ego ipse *d. alleg. 102. num. 49.* me citato *in illo loco.* Bonac. *d. q. 4. punct. 4. n. 4.* Addit Sanchez *eod. c. 16. n. 46.* Sacerdotem Religiosum semper posse, dum monasterium ingreditur cum uno socio ingredi: *& num. 47.* subdit in iis casibus, in quibus Sacerdos cum socio, cujus opera indiget, ingredi potest, necessariam non esse peculiarem pro socio licentiam, sed sufficere licentiam ipsi Sacerdoti explicitè concessam. Formulas autem licentiæ pro Confessario monialium plures posui ego ipse *post. tract. de officio & potest. Episc. in formulario Episcop. form. 26. cum seqq.*

124 Circa monialium Confessarios multa decisa inveni in S. Cong. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, & primò, quod ordinarii confessarii singulis quibuscunque triennis mutentur, idque observetur ne dum circa moniales subditas Ordinario, sed etiam Regularibus, sub die 15. Februar. 1583. Item quod extraordina-

125 rii bis tèrve quotannis in communi, non autem in particulari eisdem deputentur, *in una Veronensi, de anno* 1594. Iidem Confessarii à monasteriorum, in

126 quibus degunt, aut Religionis oneribus pro eo tempore dumtaxat, quo in Confessionibus audiendis occupantur, excusentur, sub die 10. Mart. 1593.

127 Ordinarii non possunt uti operâ Confessariorum Regularium, etiam pro Confessariis extraordinariis, nisi in casu necessitatis, sub die 1. Octobr. 1602.

128 Nec habens curam animarum potest Confessarii Monialium munere fungi, ut censuit S. Congreg. *in Parm. 10. April. 1615.* Confessarii quovis tempore

129 etiam pulsato *Ave Maria*, in casu necessitatis, Monasterii septa ingredi possunt, *in Ferr. de an. 1593.*

130 Sacramentum pœnitentiæ in casu necessitatis administraturus ingrediatur in clausuram sine socio. Idem in administratione sanctissimæ Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis observetur. Confes-

131 sario infirmæ Confessionem audiente, cellæ janua aperta remaneat, & ambæ comitatrices ad ejusdem cellæ januam morentur, itaut & Confessarius, & infirma ab eis commodè cerni possit. Sciens infirmam ad confessionale Ecclesiæ accedere posse, nullo modo audeat Monasterium ingredi, ut Pœnitentiæ Sacramentum ei ministret. Ingressus ad administranda

stranda Sacramenta rectâ viâ, & absque diverticulo eat, redeatque, nec in aliam Monasterij partem divagetur, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio maximè est necessaria. Administrato Sacramento Extremæ Unctionis Monialibus infirmis, ac animabus earum Altissimo commendatis, Confessarij non amplius
133 ibi morentur, sed & hortari eas ad bene moriendum aliis Monialibus sit curæ. Unde non licet Confessori, nec aliis Regularibus ingredi monasterium sub prætextu sepulturæ tradendi cadaver alicujus Monialis, aut officia funeralia peragendi, sed hoc officium, si intra clausuram sepelienda est, ab aliis Monialibus, vel à duobus operariis ab Ordinario approbandis peragatur, vel si in Ecclesia exteriori humandum cadaver fuerit, ad portam clausuræ referatur, receptúmque à Regularibus ibi sepeliatur. Eadem S. Cong. sub die 13. Septembris 1583.

134 Non possunt Confessarij, nec alij Monialium clausuram ingredi ad conspergendum cellas Monialium, aut alia loca aquâ benedicta in die Sabbati Sancti, aut quolibet alio tempore. Eadem S. Congreg.

135 Confessionalia Monialium ex sacristiis, & locis occultis amoveantur, & collocentur in exterioribus
136 Ecclesiis, eædemque Moniales, quatenus in hoc renitentes fuerint, interdicantur. In Confessariorum, tam sæcularium, quàm Regularium domibus rotæ,
137 aut alia, per quæ in clausuram prospicere possint, nullatenus permittantur, & quatenus reperiantur, tollantur, & muro occludantur. In eorumdem iti-
138 dem Confessariorum stantiis strata non retineantur, cùm in eisdem dormitare, aut comedere minimè liceat, præterquam in casibus in decreto impresso contentis. Postremò stantia ubi collocutoria communia retinentur, sit in loco claro & aperto, ut Moniales alloquentes ab omnibus commodè perspici valeant, ac in earundem collocutionis janua nullibi permittatur, quæ intus ullo modo claudi valeat. Eadem S. Congreg. sub die 7. Martij
139 1617. Illud maximè est observandum, ne ullatenus Confessariis victus dietim à Monialibus subministretur, sed quædam pecuniæ summa quotannis victûs loco eis persolvatur, & si Regulares sint hujusmodi Confessarij, monasteria in quibus degunt, eam pendant. Et Ordinarij locorum prohibeant Monialibus sub aliquibus pœnis, non tamen censuratum, ne ultra mercedem illam aliquid communiter, vel privatim eidem Confessori, vel aliis quibuscumque Fratribus tribuant, & eisdem Fratribus à Monialibus etiam sponte oblatum recipiant, sub eisdem pœnis inhibeant, prout admonet eadem sacra Congreg. sub die 20. Novembris 1605.

140 Secundò Medicus causâ gravis infirmitatis, cùm necessitas exegerit, potest ingredi, dummodò non absque duobus sociis de familia monasterij introducatur, nec ab invicem intra monasterium separentur, ut docent Campan. *d.c.16. num. 27. vers. & cùm in secunda*, Ludovic. Miranda *d.q. 2. art.7. concl.unica vers.quintus casus*, Ego ipse *d. alleg. 102. n. 52. & 53.* ubi observo minimè requiri, quod sit Doctor, aut Graduatus: & *n.54.* idem dico de minutore, sive tonsore, dummodo antea Medicus sanguinis emissionem determinaverit expedire, & necessariam esse. Formulam autem licentiæ dandæ pro Medico & Chirurgo, posui Ego ipse *in d. formul. Episcopi, form. 47.* Confessarij, Medici & Chirurgi supradicti quovis tempore, etiam pulsato *Ave Maria*, in casu necessitatis Monasterij ingredi possunt, ut S. Congregat. declaravit *in Ferrarien si, de anno 1593.*

141 Tertiò, Bajuli justam ingressus causam habent, dum aliquod onus in monasterium deferendum est, quod à Monialibus commodè portari nequit, ut per Llamas *d.append.§.6.* Ludovic. Miranda *d.q. 2. art.17. ad finem*, Sanch. *d.c.16. n.16.* Bonacin. *d. punct.2.n.8.* ubi intelligit, modò bajuli aliquid protent in utilitatem Ecclesiæ.

142 Quartò, Operariis licet introire pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monasterium fieri non potest, veluti si sint fabricatores, fabri lignarij, molitores, putearij, & putatores, & alij artifices ad res necessarias, ut tradunt Llamas *in dict. append.§. 6.* Ludovic. Miranda *d.q.2. art.7. concl.unica, vers. septimus casus est.* Campan. *d.c. 16. num. 26.* Ego ipse *d.alleg.102. n. 56.* Idem dic de artifice ingrediente ad temperanda organa incomposita, vel ad componendum horologium; secus de magistro ingrediente ad docendum cantum, aut organorum pulsum; Moniales enim hæc commodè doceri possunt ad crates: ita Bonac. *de claus. in addit. fol. 958. col.1.n.9.* Pro his operariis, fabris, bajulis, aliisque auxiliatoribus & artificibus posui formulam *in d. meo formulario Episc. form. 48.* Et pro villicis, seu colonis *form.49.* & pro factoribus urbanis *form. 50.* & pro olitore, aut alio hujusmodi operario *form.51.* & denique formulam juramenti præstandi ab admittendis intra clausuram monasteriorum Monialium, *form.52.* Et hujusmodi licentiæ ingrediendi
143 Monialium monasteria, in casu necessitatis, Medicis, Chirurgis, ac operariis concedi solitæ singulis quibusque trimestribus renovari debent, ut censuit
144 S. Congreg. *in Camerinensi*, 28. *Martij* 1588. Procter etiam procuratores monasteriorum Monialium, de triennio in triennium mutari debere, eadem Sac. Cong. censuit *in Orien. sub die 31. Julij* 1615.

145 Quintò, Judex, aliique viri possunt monasterium ingredi ad expellendum malefactorem, qui non vult inde exire, ut tradunt Fr. Emman. *tom.1. q.47. art.4. ad finem, vers. nec his obstat*, Sanch. *d. cap. 16. n.7. & seq* Bonacin. *d.punct.4. n.13.*

146 Omnes supradicti ex causa Monialium monasteria ingredientes graviter peccant, contra obligationem clausuræ, & censuris afficiuntur, si finito ministerio, cujus causâ ingressi sunt, statim non egrediantur, secundùm Bonacin. *d.punct.44. n.21.* Nald. *in sum. verb. Monialis, num. 15.* Immorantes tamen breviter in invisendis officinis, non solùm à mortali, verùm à veniali excusantur, ut resolvunt Fr. Emm. *tom.1.q.46. art. 11.* Molfes. *in sum. Theolog. moralis, tract.7. cap. 20. n. 42.* Ludovic. Miranda *d.q.2. art.20.* Sanch. *d.c.16.n.69.* Aloys. Bariola *in aphorism. verb. Monialis, §. 8.* Diana *moral. resolut. p.4. tract.4. resol. 90.*

147 Nulla Monialis energumena intra monasterij sepra à quocunque Presbytero sæculari, vel regulari, etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem ejusdem monasterij, obtentâ priùs à sacra Congregatione licentiâ, ea causa deducatur, vel transferatur; in translatione autem hujusmodi, sicut & in actu exorcizationis, honestæ personæ consanguineæ, vel aliæ mulieres provectæ ætatis, ac probæ conversationis energumenam comitentur: Exorcista sit ad actum hujusmodi ab Ordinario approbatus: exorcizatio minori, quo fieri potest, fiat strepitu, Ecclesiæ janua eousque occlusa remaneat, quousque exorcizatione completa, ad monasterium energumena reducatur. Cæterùm tam in reditu, quàm in accessu ad Ecclesiam, & monasterium respectivè, rectè, & sine diverticulo tendatur. Ita censuit S. Congreg. sub die 1. Julij 1606.

148 Mulieribus sæcularibus, ne quidem fundatricibus aut donatricibus, non permittitur deinceps ingredi in Monasteria Monialium ad breve, vel ad longum tempus, etiamsi à Sede Apost. specialiter hoc eis esset indultum, cùm Pauli V. Constitutione de anno 1612. edita, id fuerit in genere revocatum. *Ex parte Vicarii Bononien. dubio in S. Congregatione proposito, num in necessitatis articulo mulieres Monasterii Monialium septa ingredi permittere sibi liceret? Illustrissimi ejusdem S. Congregationis Patres, sub die 31. Januarii 1617. non posse, nec debere responderunt, cùm Apostolicis constitutionibus, illisque S. Congregationis decretis Ordinariis id expressè prohibitum appareat.*

149 Monialium translationem Apostolicâ Sede inconsultâ minimè fieri posse, à sacra Congregatione statutum est *in Barchinonensi*, 10. *Aprilis* 1615. In Monasteria noviter erecta Moniales transferri non posse, nisi eadem Monasteria auctoritate Apostolica extructa fuisse priùs constiterit, ipsaque prævia visitatione, earundem Monialium capacia, eisque accommodata, atque ita absoluta reperta fuerint, ut cæmentariis, aliisve fabris nulla ædificationis causâ in ipsa postea ingrediendi necessitas relinquatur, eadem sacra Congregatio decrevit *in una Ulyssiponensi, die* 17. *Julii* 1615. Ad nova autem Monasteria ex aliis professæ Moniales sunt transferendæ, videlicet Abbatissa, seu Prioriss, Rotaria, & Portaria, ut eadem S. Congregatio rescripsit Episcopo Melit. 17. Septembtis 1594. quæ quidem, nec quævis aliæ in Monasteria recenter erecta pro novitiarum in eis introducendarum institutione transferendæ non sunt à locorum Ordinariis, aut Superioribus Regularibus, nisi obtentâ à sacra Congregatione speciali facultate, ut eadem sacra Congregatio rescripsit Episcopo Tortonensi, sub die 27. Maij 1603.

150 Nunc autem videamus, an & quando Superiori sit licitus ingressus; Et nulli dubium esse potest, ei licitum esse cum decenti comitatu à Gregorio XIII. præscripto *In d. Constit. incip. Ubi gratiæ*, causâ visitandi officinas, Conventus, Cellas Monialium, seu dormitorium, supellectilem, ædificium construendum, aut minans ruinam, ut tenent Llam. *in d. append.* §. 7. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 54. Ludov. Miranda *d.* 9. 2. *art.* 14. Egp ipse *d. alleg.* 102. *n.* 6. me citato *in illo loco*, Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 6. Admonendos tamen hujusmodi Superiores esse volo, ut quando visitationis gratâ, seu alterius rei necessariæ, Monialium Monasteria ingrediuntur, id faciant pro tam urgenti necessitate, pro quanta ipsi ad intrandum licentam possunt dare aliis, ut benè observant Nav. *cons.* 9. *inci. p Au Episcopus, de statu Monac. in novis*, Hier. Llam. *in methodo curat. in append.* §. 7. Fr. Emm. *d. tom.* 1. 9. 45. *art.* 5. *in princ.* Azor. *d. lib.* 13. *c.* 8. 9. 9. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 25. *lib.* 6. Ludov. Miranda *de sacris Monialib.* 9. 2. *art.* 14. *concl.* 1. & 2. Ego ipse *d. alleg.* 102. *n.* 43. & colligitur ex dicta Const. Gregorii XIII. *Dubitt*, ubi imponuntur pœnæ contra Prælatos omnes, tam sæculares, quàm Regulares, absque necessitate Monasteria sibi subjecta ingredientes, de quibus agunt Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccl. res.* 544. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Sanch. *d. c.* 16. *ex n.* 98. Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 11. *cum seqq.*

151 Unde sacra Congregat. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium Præpositorum, sub die 13. Septembris 1583. censuit, *non licere Superiori, nec etiam Episcopo, aut Ordinis Generali ingredi Monasterii septa prætextu dandi habitum novitiabus, vel recipiendi ad professionem, vel occasione benedicendi, vel consecrandi Abbatissas, ac solemniter velum concedendi, ubi solitum est eas benedici, nec etiam prætextu intervenienti electioni Abbatissæ vel Priorissæ, aut examinandi Moniales particulares, cùm hæc ad Monasterii crates peragi valeant*, ut declaravit eadem S. Congr. *in Syracusana*, sub die 16. Octobris 1600. nisi magna subornationis suspicio esset, seu quoties electio canonicè fieri non posset nisi ipse in Monasterium ingrediatur, ut resolvunt Nav. *d. comment* 4. *n.* 54. Fr. Emm. *d. tom.* 1. 9. 46. *art.* 5. *ad finem*, Ludov. Miranda *d. tract. de sacris Monialib.* 9. 2. *art.* 15. *concl.* 3. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 50. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 46. me citato in illo loco, Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 7.

152 Episcopus an, & quando possit visitare Monasteria Monialium, quæ Regularibus subduntur, & intra eorum sepia ingredi? Dixi *hoc lib. c.* 43. *de statu, & vitu Reg. n.* 146. *um seqq.*

153 Contra Clericum verò frequentantem Monasteria Monialium, si ab Episcopo monitus corrigi noluerit, ferenda est pœna suspensionis, ut probatur *c. Monasteria* 8. *de vit. & honest. cler.* ibi, *Si quis tam Clericus sine manifesta & notabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur, id est*, moneatur, seu monendo corrigatur; *& si non destiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis*, id est suspendatur ab officio Ecclesiastico: si verò laicus fuerit, excommunicatio ferenda est contra illum, ut in eodem textu habetur. Vide ibi Boët. Epo, & Zerol. *a. p.* 2. *verb. Moniales*, §. 7. Steph. Gratian. *discep. forens. c.* 393. *n.* 16. *cum seqq.* Bonac. *d. tract. de clausura*, *q.* 3. *punct.* 4. Et quamvis frequentiam alloquendi cum Monialibus indnci ex duadus vicibus existimaverint Zerol. *c.* §. 7. & Steph. Gratian. *d. c.* 39. *n.* 18. hoc tamen remittendum esse judicis arbitrio probabilius duco cum Nov. *in d. c. statuimus, n.* 61. *vers. quibus adde, & in c. cùm contingat, vers. multiplici, n.* 23. *de Fœnit. dist.* 5. Camp. *d. c.* 16. *n.* 40. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 26. *n.* 209. *cum seqq.* Subcollector absque Ordinarii licentia alloquens cum Monialibus, potest ab eo excommunicari. S. Congr. Conc. *in Hipporegiensi*, 13. *Maii* 1628.

154

155 Adversus Religiosos accedentes ad Monasteria Monialium imposita est pœna privationis officiorum, & vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut patet ex quodam decreto S. Congregationis tenoris sequentis. *Illustr. & Reverendiss. DD. Cardinales sacræ Regularium Congr. præfecti, ad occurrendum scandalis, quæ contingere possunt, aliisque justis & rationabilibus causis animum ipsorum piè moventibus de speciali & expresso mandato S. D. N. D. Sixti divinâ providentia Papæ V. viva vocis oraculo eis facto decreverunt & mandaverunt, nulli posthac Religioso cujuscunque Ordinis gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus. Confessario quoque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) licere absque licentia expressa ejusdem S. Congr. accedere ad Monasteria, seu Domus quarumcunque Monialium, vel sororum, sive sui, sive alterius cujuscvis Ordinis, ad colloquendum sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos, ad prædicandum Verbum Dei, & ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium seu locorum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra clausira existentibus, mitti contigerit; prohibuerunt ne dicti Religiosi ullo quæsito colore Monialet, sorores aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentes alloqui possint: Confessariis autem similiter interdixerunt, ne in ædibus Monasterij, seu domus, vel Monasterio, seu domui Monialium, aut sororum contiguis pernoctent,* 156 *aut alios pernoctare faciant, vel alias secum retineant, néve extra tempora generalium Confessionum (quibus solùm tantùm*

tantùm Confessario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tum demùm videlicet, cùm sua habitatio, aut virorum domus, vel monasterium in quo degit, à Monialium, seu sororum Monasterio, vel domo nimium distat, nisi tamen & ea casu contrarium specialiter constitutum sit, ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant: quæ omnia & singula sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque ejusdem Congregationis arbitrio præceperunt inviolabiliter observari, injungentes cunctis R R. Patribus Generalibus, Provincialibus. &c. Referunt *in compendio Mendicantium, verb. ingredi monasteria*, Quarant *d. verb. monasteria Monialium, pag.* 451. Novar. *d. tit. de clausura & accessu Regularium ad Monasteria Monialium*, Laur. de Peirinis *de privil. Reg. tom.* 3. *ad const.* 6. *Pii V. n.* 6. *pag.* 260. Camp. *d. c.* 16. *n.* 43. *vers. Illustrissimi*, Bonac. *d. q.* 2. *punct.* 4. *n.* 3. ubi *n.* 4. resolvit præfatum Decretum obligare sub mortali, quod etiam tenet Cotiol. *de casibus reservatis, p.* 2. *casu* 3. *n.* 42. ubi refert ità censuisse S. Congreg. in hæc verba: *Sacra Congregatio die* 1. *Julii* 1606. *attentis narratis, ac dubio præfato maturè discusso ac examinato, censuit ac declaravit, Regulares accedentes ad monasteria Monialium contra formam decreti, quo hujusmodi accessus per S. Congr. prohibetur, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ & passivæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis.* Refert. Peirin. *ubi sup. n.* 36.

157 Et sub illo Decreto, quo Regularibus prohibetur accessus ad Monasteria Monialium, Equites Hierosolymitanos comprehendi censuit eadem S. Congr. *in Tranensi*, 28. *Januarii* 1603. & resolvit
158 Novar. *ibi proximè, n.* 7. Illius tamen pœnis non subjacent Regulares accedentes ad Monasteria, cum puellis, vel mulieribus sæcularibus inibi degenti-
159 bus loquendi causâ. Hi Regulares, qui suprà dicti decreti pœnas incurrunt, rehabilitari, aut absolvi ab aliis non possunt, præterquam à Sede Apostolica, aut à S. Congregatione, ut ipsamet declaravit sub die 7. Novembris 1605.

160 Quamvis Religiosi litteras ad Moniales mittentes non comprehendantur supradicto decreto, contra Novar. *d. loco, n.* 6. sunt nihilominus tam hujusmodi Religiosi, quàm Moniales debitè corrigendi, ac puniendi à superioribus, quibus in delinquentes hujusmodi competit jurisdictio, sub die 22. Augusti 1605.

161 Cùm verò Regulares Moniales absque S. Congregationis licentia alloqui repertos, eorum Superioribus carceratos consignari contigerit, per eosdem Superiores voce activâ, & passivâ privatos declarandos fore, & esse, eadem S. Congregatio ordinavit *in Brixiensi*, 17. *Julii* 1615. qui quidem Superiores deinde Sacram Congr. & Ordinarium de exequutione certiores reddant, ut ipsamet declara-
162 ravit sub die 7. Martii 1617. *Petente Episcopo Nolano per S. Congregationem declarari, an Confessarius Regularis ejusque Monialium, socius, incumbentes Confessioni ac Sacramentorum administrationi, in casibus exceptis, eadem Moniales absque S. Congregationis licentia alloqui valeant? Illustrissimi ejusdem Sacræ Congregationis Patres negativè responderunt*, sub die 21. Februarii 1617.

163 Et hoc decretum supradictum contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium, etiam in Hispania observari declaravit eadem S. Congrega-
164 tio *in Compsana, de anno* 1593. Sub quo tamen non comprehendi Capuccinos Galliæ censuit *in Lugd.*
165 23. *Jun.* 1593. Sicut nec comprehenduntur Provinciales, aut Ministri Provinciarum, nec alii Superiores pro iis monasteriis Monialium duntaxat,

quæ eorum curæ sunt subjecta, ut *in Mediol.* de anno 1593. Et eadem S. Cong. per Episcopum Ripanum consulta, declaravit sub die 1. Septembr. 1617. *Vicarium Fratrum absque Apostolica Sedis licentia Moniales alloquentem in pœnas in decreto generali contentas incidere, dummodo idem Vicarius in Prioris absentia ejusdem Prioris officii munus non obeat.* Et quod factum decretum locum non habeat in Gallia, ubi Moniales clausuram non observant, ac proindè Fratres alloquentes in eo regno Moniales extra claustra, pœnas non incurrere, declaravit eadem S. Congregatio Generali Capuccinorum rescribens *sub die* 15. *Martii* 1594. Ad prælatos verò inferiores exemptos, & Episcopos alienæ Diœcesis, volentes alloqui Moniales existentes in territorio alterius Ordinarii, extenditur prædictum Decretum, ut declaravit sacra Congregatio Concilii Archiepiscopo Baren. rescribens, quam transcribit Novar. *d. tit. de clausura & accessu Reg. ad Monasteria Monialium, n.* 10.

Postea ab eadem S. Congregatione, 12. *Kal. De-* 166
cembris 1523. de mandato S. D. N. D. Urbani Papæ VIII. concessum fuit Episcopis, ut licentiam dare possint Religiosis alloquendi Moniales, servatis certis regulis, & conditionibus ibidem expressis, his verbis: *Ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicunque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo consanguinitatis gradu conjunctas convenire & alloqui possit, id verò non aliter quàm servatâ ad unguem formâ infrascriptâ, ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, Sabbato, & vigiliis, prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & auscultatrices de more, non autem alia assistant, præfataque licentia pro die & hora certa, & in scriptis concedantur, & in libris Cancellariæ ejusdem Ordinarii annotetur. Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter quàm servatâ formâ suprædictâ licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis S. D. N. & sacræ Congregationis transgressores, judicioque reformident. Regulares autem pœnis in supradicto decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se noverint esse additos, & arbitrio S. Congregationis severiùs puniendos. Romæ* 12. *Kal. Decemb.* 1623. referunt Novar. *in lucerna Reg. verb. alloquutio*, Laur. de Peirinis *ad d. const.* 6. *Pii V. n.* 7. *pag.* 260. Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 4. ubi *n.* 5. resolvit, Religiosum præfatis pœnis affici unico accessu, quia Decretum loquitur de accedentibus sine licentia S. Congregationis, non verò de frequentantibus: & *n.* 6. ait Religiosum in conscientia teneri has pœnas sponte subire ante sententiam judicis declaratoriam, si loquamur de privatione vocis activæ, & passivæ; quia ad exequutionem hujus pœnæ nulla hominis actio requiritur. Cotiol. verò *de casibus reservatis p.* 2. *casu* 2. *n.* 43. asserit, pœnam illam privationis vocis activæ & passivæ, taxatam à S. Congregatione contra Regulares alloquentes cum Monialibus, si delictum est occultum, non teneri quem subire, nec se prodere in foro contentioso, sed procurare rehabilitationem secreto modo; unde nec statim debet officium suum relinquere cum jactura suæ famæ, & honoris, ut tenent Sot. Corduba. Nav. & alii, licèt in foro Conscientiæ secus sentiat Portel. *in dub. Reg. verb. electio, n.* 17. ex traditis per Suar. *de legib. lib.* 5. *c.* 9. maximè *n.* 5. & 6.

Possunt quoque Regulares absque legitima licentia accedentes ad Monasteria Monialium Regularibus subjectarum, ubique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquentes, stante Constitutione fel. record. Gregorij XV. de exemptorum drivilegiis, à Diœcesano Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato coërceri, & puniri, ut censuit S. Congr. Conc. de anno 1624. referunt Novar. *in sum. Bullar. tit. de clausura & accessu Regul. ad Monasteria Monialium*, n. 8. Sperell. *in decis. fori Eccl. dec. 97. num. 29.*

167 Quin etiam possunt Episcopi accessum ad Monasteria Regularibus subjecta sub excommunicationis pœna prohibere, ut per Gemin. & Franch. *tit. de statu Regul. in* 6. Silvest. *verb. Excommunicatio* 2. *n.* 3. Roland. *cons.* 33. *n.* 16. *col.* 3. Marc. Ant. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 33. *sub n.* 1. qui refert sic censuisse sacram Congr. & ita Neapoli servari. Lazar. *de blasphem. q.* 10. *n.* 28. Ugol. *de officio Episcopi, cap.* 21. §. 4. *n.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 393. *n.* 23. *cum seqq.* Campan. *in divert. Juris Can. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 45. Sperell. *d. dec.* 97. *n.* 30. ubi cum Camp. & Gratiano citatis locis, extendit etiam contra exemptos absque licentia accedentes, modò fiat in edicto expressa & specifica mentio Monasteriorum exemptorum, aliàs si simpliciter loquatur, illa non comprehenderet: & *n.* 31. hæc intelligenda esse ait, si adsit consuetudo loci legitimè præscripta.

168 Utrùm autem Regulares adeuntes Monasteria Monialium absque Episcopi licentia incidant in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto posuit contra adeuntes Monasteria Monialium? Quæstio est dubia, in qua negativam partem sequutus fui *d. alleg.* 102. *n.* 85. si Regulares habeant ex privilegio, non posse ab Episcopis excommunicari: & *n.* 73. resolvit illam excommunicationem incurrere accedentes ad Monasteria exempta Monialium subdita Regularibus, qui non subsunt jurisdictioni Episcoporum. Refert Bon. *dict. punct.* 4. *n.* 8. ubi observat Religiosos hoc tempore alloquentes Moniales absque licentia, etiamsi alloquantur in Monasteriis Regularibus subjectis, puniri posse ab Episcopo, juxta Constit. Gregorij XV. *de exemptorum privilegiis, incip. Inscrutabili*, subdat. Nonis Februarij 1622. vide Dianam *in resol. moralib. part.* 5. *tract.* 9. *res.* 71. Illud tibi notum volo, me reperisse S. Congregationem per Episcopum Ripanum consultam declarasse 1. Septembris 1617. *Episcopum excommunicationis sententiam contra alloquentes Monialem Regularibus subjectam, absque ipsorum licentia promulgare minimè valere, sed ipsius loco alias pœnas infligere debere.*

169 Episcopi quoque extra propriam, & in aliena Diœcesi commorantes, non possunt accedere, nec ingredi Monialium septa sine licentia Episcopi prohibentis, ne quis accedat ad Monasteria Monialium. Ita S. Cong. Conc. *in Januensi*, 10. *Maij* 1631.

170 An scribens litteras Moniali, & mittens incidat in præfatam censuram comminatam ab Episcopo adversùs adeuntes in Monasteria Monialium? Negativè respondet Aloys. Ricc. *in praxi aurea, res.* 65. quem refero Ego ipse *d. alleg.* 102. *ex n.* 81. & me citato in illo loco, hanc partem tuentur Homob. de Bonis *in examine Ecclesiastico, tract.* 11. *c.* 3. *q.* 3. *suppos.* 2. & Illustriss. D. meus Rod. à Cunha *in comm. ad cap. reatum* 33. *sub n.* 8. *dist.* 81.

171 Et si Episcopus prohibeat, ne ad Monialem quis scribat, sub excommunicationis pœna, an illam incurrat, si tamen scribendo, epistola non pervenit ad Monialem? Negat Nav. *cons.* 19. *de sent. excom.* ex illo communi pronuntiato, *Verba cum effectu intelligenda sunt, in l.* 2. §. *hæc autem verba, ff. quod quisque juris, & ex cap. hæc autem verba, de Pœnit. dist.* 1. refert, & sequitur Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad d. cap. reatum* 33. *sub n.* 8. ubi contra Nav. probabilius asserit, idem fore dicendum etiamsi præfata epistola saltem ex relatione personarum fide dignarum perveniret, quia relatio non est idem quod traditio epistolæ requisita, ut effectus completus judicetur.

Per sacram Congregationem pluries resolutum 172
extitit, patres ac fratres Monialium, ut easdem alloquantur, dummodò non in temporibus prohibitis, licentiis non indigere, ut sub die 15. Januarij 1616. Possunt illas alloqui earum filij, ut fuit resolutum *in Januensi, sub die* 15. *Martij ejusdem anni.*

De ipsarum verò Monialium vita, & actibus, 173
præter illa, quæ suprà de Regularibus diximus, nonnulla specialiter statuta reperimus. Primò enim Soth. Pont. *in cap. sacratæ*, 23. *dist.* statuit ut Moniales semper velum gestarent: sacras autem puellas aut vasa sacra non attingerent, nec incensum circa altaria auderent deferre.

Secundò, Monialibus olim interdicebatur singu- 174
laris habitatio; communiter enim tam in Ecclesiis, quàm in refectorio, & dormitorio consistere debebant, ut essent invicem sibi testes castitatis, & honestatis, *c. perniciosam* 8. *q.* 2. *Aut. de Mon. & cogitandū.*

Tertiò, olim quoque puellarum Monasteria Mo- 175
nachorum præsidio, & administratione gubernabantur, *c. in decima*, 18. *q.* 2. Monachus tamen præficiendus ab Episcopo probabatur *c. qui Religiosis, eadem causa, & qq.* nec ei licebat familiariter usque ad vestibulum Monasterij accedere, *d. c. in decima*; sed celebratâ Missâ, & his peractis, quæ erant necessaria, statim egredi festinabat, debebátque Sanctimoniales doctrinâ ædificare, prædiis earum intendere, & aliis ipsarum negotiis præesse, sicut in plerisque Conciliis, videlicet Carthaginensi IV. Hispalensi II. & alibi fuerat constitutum.

Quartò, cantare cum Monachis in choro non 176
debebant, ut statuit Innocentius II. *in d. c. perniciosum* 18. *q.* 2. studere autem debent lectioni, & Psalmis, ac Horis canonicis decantandis, & orationi, ut inquit Cabilonense Concil.

Quintò, prohibetur in Monasteriis Monialium 177
non mendicantium recipi moniales ultra numerum earum, quæ possint de Monasterij proventibus sustentari, *d. c. periculoso.* §. *sanè, de statu Regul. lib.* 6. innovato per Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. c.* 3. ibi: *Is tantùm numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possint sustentari.* Et à Pio V. *in sua Const. incip. Circa pastoralis officii*, sub dat. 4. Kal. Junij 1566. statuente ne plures moniales in earum Monasteriis recipiantur, & admittantur, quàm ex propriis redditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis sustentari possunt. Vide Zerol. *d. p.* 1. *verb. Moniales*, §. 6. Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *q.* 1. Camp. *d. rub.* 12. *c.* 16. *n.* 7. & 14. Lud. Miranda *de sacrit Monialib. q.* 8. *art.* 6. & plenius per citatos *d. p.* 3. *all.* 98. & optimè advertit Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 23. *n.* 4. *vers. secunda conclusio*, quod licèt professio Monialis receptæ in Monasterio non mendicantium, ultra numerum, eorum quæ ex redditibus Monasterij, & consuetis eleemosynis absque pecunia sustentari valerent, irritetur *in d.* §. *sanè*, ibi, *si secus actum fuerit, &c.* hodie tamen hoc locum non habet, quia consuetudine abrogatum est; cùm compertum sit, plures sæpe admitti, nec unquam nostris temporibus auditum

ditum sit, in controversiam verti valorem professionis, nedum illam irritari. Vide *sup. ex n.* 28.

172 Sextò, debent Moniales, saltem semel singulis mensibus Confessionem peccatorum facere, & sacrosanctam Eucharistiam suscipere, ut eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter superandas *Clem. ne in agro, §. sane, de Statu Monach.* Conc. Trid. *sess. 25. de Regul. c.* 10. Campan. *d. sub n.* 12. *c.* 16. *n.* 51. *cum seqq.* Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *c.* 3. *n.* 57. *vers. prohiberi*, Hier. Venero *in exam. Episc. lib.* 6. *c.* 26. Ego ipse *de officio Episcopi p.* 2. *alleg.* 25. *n.* 46. *cum seqq.* Zerol. *d. verb. Moniales, §.* 7. Fr. Emm. *quæst. Reg. tom.* 1. *q.* 62. *artic.* 1. Suar. *tom.* 4 *disp.* 36. *sect.* 5. *n.* 7. Ludov. Miranda *de sacris Monial. q.* 10. *art.* 1. Molfes. *in sum.*

179 *Theolog. moral. tract.* 7. *c.* 10. *n.* 21. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.* 8. *c.* 2. *q.* 2. Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 18. Illud est advertendum, Conc. *d. loco* non continere præceptum obligatorium, cùm loquatur per verbum, *admoneantur*, ut advertunt Vivald. *in cand.*

180 *aureo, sub. de confessis, n.* 41. Zerol. *d.* §. 7. Val. Reg. *in praxi fori pœnit. lib.* 29. *n.* 73. *in fine.* Monialibus autem non committatur clavis custodiæ S. Sacramenti, sed penes Sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat illud administrandi cura, ut rescripsit S. Cong. Episcopo Vallisoletano, 12. Janu. 1614.

181 Præterea idem Concil. Trid. *d. c.* 10. statuit, ut præter ordinarium Confessorem alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat: unde nullam auctoritatem, vel jurisdictionem posse sibi Ordinarios vendicare in Confessarios Monialium, quæ subjectæ sint Regularibus, refert decisum Armend. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 98. quamvis in certis casibus per Episcopum loci dari debeat Confessarius extraordinarius Monialibus etiam exemptis, ut referunt decisum Gailer. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Confessio, & verb. Monialis*, Aloys. Riccius *in praxi rerum fori Eccles. ret.* 638. *in* 2. *edit.* Armend. *ubi supra, l. b.* 4. *tit.* 28. *l.* 1. §. 1. *de confitendo semel in anno, n.* 17. & 18. prout etiam per Episcopum dari debet Confessarius Monialibus subjectis Regularibus, quæ nullâ ratione induci possunt, ut suis Regularibus peccata confiteantur. Camp. *d. c.* 16. *n.* 55. quem refero ego ipse *d. allegat.* 25. *num.* 48. Confessores autem in Monasteriis Monialium, quæ sub cura Regularium sunt, examinari non debent ab Episcopo, sicut resolutum attestatur Armend. *d.* §. 1. *de confitendo semel in anno, n.* 17. quem refero *d. alleg.* 25. *n.* 47. sed sufficit si examinati fuerint à Superiore Ordinis ad audiendas Confessiones Monialium, ut resolvunt Sorb. *in suis annot. ad comp. Mendic. verb. Moniales, vers. quod præter*, Azor. *d. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *q.* 2. *vers. quæres an Confessarii*, Camp. *d. c.* 16. *n.* 53.

183 Verùm hodie aliter se res habet, secundùm novissimam Constitutionem Greg. XV. fel. record. de exemptorum privilegiis, quæ incipit, *Inscrutabili*, sub dat. Nonis Februarii 1622. in qua ita hac de re disponitur: *Confessores verò, sive Regulares, sive sæculares quomodocunque exempti, tam ordinarii, quàm extraordinarii, ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subjectarum audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi priùs ab Episcopo diœcesano idonei judicentur & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant, liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut eisdem Confessores amoveant, iisdemque Superioribus id facere detrectantibus aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores amovendi, quoties & quando opus esse judicaverit, &c.* de cujus Constitutionis observantia plura tradit Port. *in resp. mor. p.* 2. *casu* 13.

Super qua Const. S. Conc. Trid. Cong. aliquas declarationes S. D. N. Urb. VIII. approbante edidit, & typis Cameralibus imprimi jussit de anno 1625. & refert Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiscopatus Neap. dec.* 243. *post n.* 12. *part.* 4. in hæc verba.

Confessores extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei judicentur, & 184 *approbentur: Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut eorum facultas à Sede Apost. ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.*

Superiores Regulares electos seu deputatos ante ipsius Constitutionis deputationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi Confessiones Monialium sibi subjectarum, posse durante eorum officio pergere sine alia 185 *Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis, illarum tantum, quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post Constitutionem eligentur, ac quovis modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus, expleto jam tempore à Constitutionibus cujuscunque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nunquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius à diœcesano Episcopo idonei judicati, atque approbati fuerint.*

Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad 186 *Confessiones personarum sæcularium, nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.*

Regularem ad audiendas Confessiones Monialium 187 *unius Monasterii ab Episcopo approbatum minimè posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii.*

Confessores extraordinarios semel deputatos, atque 188 *approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum Confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.*

Episcopum, cuilibet ex rationabili causa juxta dictam 189 *Constitutionem Superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium, atque administratores bonorum ad earumdem Monialium monasteria pertinentium, iisque Superioribus id facere detrectantibus, habentem facultatem prædictos Confessores, & administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit, non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam S. Cong. seriò onneravit.*

Septimò idem Con. Trid. *d. c.* 10. *in fine*, decrevit, ne sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum intra chorum, & sepra Monasterii habeant, vel asservent, sed in exteriori tantùm Ecclesia habeatur, refert Fr. Emm. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 47. *art.* 4. 190

Quæ autem debeant Abbatissæ, aut Priorissæ constitui, & quomodo eligi, & quod sit earum officium, in sequenti Capitulo ostendemus.

Caput XLV.

De Præpositis, & Ministris Religionum.

SUMMARIUM.

1 *Præpositi, sive Ministri Religionum qui sint, & quamodo vocentur.*

1 *Præpositorum in electione idem ferè modus & forma, atque idem jus servatum fuit, quod in electionibus Episcoporum.*

3 *Præpositi, seu ministri Religionum, & quæcumque Præpositæ Monialium eligi debent per vota secreta.*

4 *Forma capitis* quia propter, de elect. *non est sublata per Conc. Trid. sess. 25. de Reg. c. 6.*

5 *Electio Prælatorum Regularium ita debet fieri per vota secreta, ut non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis.*

6 *Moniales non excusantur, si per ignorantiam decreti Conc. sess. 25. de Reg. c. 6. Abbatissam eligant per vota non secreta.*

7 *Electio secreta, & canonica reputatur, ubi electi fuerint à superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant.*

8 *Electio secreta, & canonica reputatur, quando Episcopus una cum Vicario, vel alio viro assumpto in electione Abbatissarum oretenus vota accipit.*

9 *Electorum aliquis, si ante scrutinium verbo dicat se velle eligere hunc vel illum, dicetur tamen electio secreta, & canonica.*

10 *Electorum aliquis si puram & simplicem ostensionem schedulæ secreto faciat, ad effectum, ut videatur quem ipse eligat, dicetur tamen electio secreta, & Canonica.*

11 *Electio secreta quando, & in quibus casibus dicatur, ostenditur.*

12 *Electio est nulla, etiamsi unicum tantum suffragium publicetur.*

13 *Electio nulla erit, quando aliqui ex electoribus unicam schedulam recipiunt unico nomine scriptam, & nomen electi notum scribæ reponunt in capsula.*

14 *Electionem non secretam faciunt eligentes per schedulam aliquo patenti signo signatam, ut innotescat scrutatoribus.*

15 *Electiones pro Canonicis non habentur, si scrutatores præcepto superioris obtemperantes singulorum eligentium vota receperint.*

16 *Eligenda in præpositos sunt personæ, quæ Religionem eorum Ordinum, quibus præficiuntur, sint professæ, aut profiteantur.*

17 *Religionis, vel habitus alterius non est aliquis assumendus ad quamcunq; Monasterij Præposituram.*

18 *Abbatissa, vel Priorissa eligenda est non minor annis 40. & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit.*

19 *Dispensare non potest Episcopus in ætate 40. annorum in Abbatissis requisita.*

20 *Electio Abbatissæ, quæ ætatem 40. annorum requisitam non habebat, si in Monasterio non desint aliæ Moniales quadragenariæ, atque habiles licèt non adeò idoneæ sicut electa, est nulla.*

21 *Illegitima eligenda non est in Abbatissam absque dispensatione Apostolica, seclusis Religionum privilegiis.*

22 *Bigama, & quæ post castitatis votum prævaricata est, non est in Abbatissam eligenda.*

23 *Infamis Abbatissa esse non potest.*

24 *Virginitas non desideratur ad Abbatissæ munus, nisi ubi mos esset impartiendi illis benedictionem specialem Virginum propriam, seu consecrationem.*

25 *Abbatissa, aut Priorissa, expleto officiorum suorum triennio, non eligenda dennò ad eadem officia absque Sedis Apostolicæ aut S. Congregationis licentia.*

26 *Abbatissæ soror potest succedere in officio sorori, si Canonicè eligatur.*

27 *Abbatissa in electione duas partes Monialium concurrere debent, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes, potest Episcopus deputare unam.*

28 *Votum in electione Abbatissæ, seu Priorissæ non potest dare Superior, aut scrutator, ubi inter Moniales circa ejus electionem discordia exiterit.*

29 *Superior septa Monialium ingredi non poterit prætextu interveniendi electioni Abbatissæ.*

30 *Constitutio Greg. VIII. super mutatione officij Abbatissæ ac Priorissæ Monialium in Italia existium, singulis quibusque triennijs, observatur in omnibus Monialium Monasteriis quarumvis Militiarum, etiam Hierosolymitanorum.*

31 *Electio Abbatissarum S. Claræ per schedulas, & vota secreta celebranda, secus facta, omnino irrita est; in Monialium verò electione sufficit quod fiat per vota, seu suffragia oretenus expressa, dummodo secretò audiantur.*

32 *Abbatissarum in electione potest Episcopus cum suo Vicario, seu Secretario, vel alio ab ipso assumpto vota singularum Monialium oretenus expressa audire.*

33 *Abbatissarum, seu Priorissarum electionibus potest Episcopus unà cum Superioribus Regularibus interesse, absque una tamen Monasteriorum impensa.*

34 *Regulares tenentur diem electionis Abbatissæ Episcopo significare, eumque usque ad præfinitum tempus expectare.*

35 *Abbatissæ omnes, præter Clarissas, extra Italiam debent finito triennio reeligi.*

36 *Abbatissæ triennales non solent benedici.*

37 *Abbatissæ, quæ fiunt per præsentationem & institutionem, possunt esse perpetuæ.*

38 *Officium Abbatissæ quod sit, ostenditur.*

39 *Abbatissa potest cum Monialibus suis dispensare circa jejunia regulæ, usum carnium, & lacticiniorum, sive ovorum, & casei.*

40 *Abbatissa quando possit præcepta spiritualia suis Monialibus imponere, ostenditur.*

41 *Abbatissa debet certiorem facere Episcopum de tempore professionis Virginum ante meusem.*

42 *Abbatissa non potest Virgines velare, nec Moniales benedicere, nec dispensare in votis Monialium, nec ea commutare, bene tamen irritare.*

43 *Abbatissæ quæ in Monialium Monasteriis creandæ?*

44 *Præpositorum officium in quibus consistat?*

PRÆPOSITI, atque ministri Religionum, per quos Religiosi regun- 1
tur, sunt Abbates, vel Præpositi, sive magistri generales, item Provinciales, ac Priores, sive Rectores, & similes. De Abbatibus tanquam Prælatis, & dignitatem habentibus, suprà *lib. 1. cap. 18.* tractavimus; hìc verò de cæteris circa electionem eorum, atque officium, breviter agemus. In electione igitur hujusmodi 2
Præpositorum idem ferè modus, & forma, atque idem jus olim servatum fuit, quod in electionibus Episcoporum, *cap. ut pro defectu*, juncta Glos. *in verb. Regulares, de elect.* aut secundùm statuta, 3
& consuetudines Religionum fiebant hujusmodi electiones. Hodie verò ex decreto Concilij Trid. *sess. 25. de Regul. c. 6.* omnes quicunque Præpositi, & officiales, seu ministri Religionum quarumcunque, ac Abbates temporales, ac quæcunque Præpositæ monialium eligi debent per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, nec liceat Provinciales, aut Abbates, seu alios quoscunque titulares ad effectum faciendæ electionis constituere, nec voces, seu suffragia absentium

ſentium ſupplere, ut ſcilicet omnia rectè, & ſine fraude fiant. Et quamvis Fr. Lud. Mir. *in man. Prælat. tom.2.q.13. art. 15. concl.2. circa med.* exiſtimaverit
4 ſufficere, quod vota ſint ſecreta ſecundum diſpoſitionm Conc. Trid. *d.c. 6.* abſque alia forma, ita ut diſpoſitio textus *in c.quia propter, de elect.* modò ſublata ſit per Conc. *d.loco.* Contrariam tamen meliùs ſentiunt Fr. Emman. *in ſum.p.1.c. 102.n. 1.* Zerol. *in praxi Epiſc.p.1.verb. Abbatiſſa*, §. 6. Azor. *inſt. mor. p.1.lib.13.c.10.q.2.* Fr. Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub. 27.n.10.* & 11. Rot. *in Metenſi Monaſter.5.Jul.1621. in fine, vers. denique, & in Trevirenſi Abbatiæ S. Maximini, 20. Novembr. 1624. coram R. D. meo Coccino Decano, apud Maſſob. in praxi habendi concurſum, præl.8. in princip.n.68.* meritò obſervantes, quod quamvis in Concil. *d.c. 6.* diſponatur, quod omnes electiones Regularium debeant fieri per vota ſecreta, non tamen cenſetur ſublata forma dicti capitis *quia propter*, ſed adhuc in ſuo robore perſeverat. Sunt verba Rotæ *in Metenſi Monaſterii.*

5 Quæ quidem Regularium Prælatorum electio ita debet fieri per vota ſecreta, ut non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis, ut docent Nic. Garc. *de benefic.p.5.c. 5.n. 294.* Caſtell. *de elect. c.7.n.7.vers. ad quorum*, Fr. Sigiſm. à Bonon. *in ſimili tract. dub.2.n.7. & dub. 31. num. 14. vers. & inſuper.*
6 Quidquid dicat Fr. Emm. *in ſum.p.1. c. 101. & 105. n.3. & 99. Reg. tom.2.q.51. art. 9. in fine.* Nec moniales excuſantur ſi per ignorantiam decreti Concil. *in d.c.6.* Abbatiſſam eligant per vota non ſecreta, quia etiam adhuc talis electio erit nulla, nec in hujuſmodi nullitate poterit Epiſcopus diſpenſare, ut referunt deciſum Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tr. 6. c.16.n.136.* Aloyſ. Ric. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. dec. 197.n.7.p.4.* F. Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub. 31.n.10.* Nov. *in ſing. Can. concl. 86.n. 3. & in lucerna Regul. verb. electio, n.5.* Caſt. *de elect.c.17.n.26.*

7 Secreata, & Canonica electio reputatur ubi electi fuerint à Superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant, ut referunt deciſum Nic. Garc. *d.cap.4.num.189.* Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. decis. 197.*
8 *num.2.p.4.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 27.n. 11.* Caſtellin. *eod. tract.c. 4.n. 4.* & etiam quando Epiſcopus unà cum Vicario, vel alio viro aſſumpto in electione Abbatiſſarum, vel alterius Superioriſſæ oretenus vota accipit, ut pariter reſolutum atteſtantur Galet. *in margaris, caſuum Conſcientiæ, verb. Abbatiſſa*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. reſol. 637. in 2. edit.* Nicol. Garc. *d.c.4.n.189.* Molfeſ. *dict.*
9 *tract.6.cap.16.n.154.* Caſtell. *d.c. 3.n. 4. & cap. 5. n.28.* Fr. Sigiſm. à Bonon. *d.dub.27.n.11.* Et quamvis quis electorum ante ſcrutinium verbo dicat ſe velle eligere hunc, vel illum, eo quòd potuit pro altero ſuffragium præſtare, Nic. Garc. *d.c.4. n. 196.*
10 Caſtell. *d.c. 5.n. 26. in fine:* & quamvis aliquis ex electoribus puram, & ſimplicem oſtenſionem ſchedulæ ſecretò faciat ad effectum, ut videatur quem ipſe eligat. Ita Nav. *cons.7.in antiq.* aliàs 4. *in novis, de elect.* Fr. Emman. *in ſum. p. 1. c. 102. de elect. n. 4.* Caſtellin. *d.c.4.n.3.*

11 Per contrarium verò non ſecreta electio erit, ac proinde nulla & irrita, ubi electorum vota culpâ & dolo totius, vel majoris partis Capituli publicarentur, vel quando manifeſtatio unius, vel plurium votorum eſt realis cauſa, vel præſumptiva rationabiliter, quod electio ſequatur in hanc, vel illam perſonam particularem, ex vi illius oſtenſionis, ut docent Nav. Fr. Emm. & Caſtel. *proximè citatis locis:* ex quo licèt Nicol. Garc. *d.c. 4.n. 283.* & Molfeſ *d.tract.6. c. 16. n. 153.* exiſtimaverint oſtenſionem unius ſchedulæ, ſive fiat per malitiam, ſive per errorem, dummodò non cauſet effectum, de quo ſuprà, non officere ſecretæ electioni: Rota tamen *in* 12
d.Trevirenſi Abbatia S. Maximini, 20. Nov. 1615. coram Reverendiſſimo D. meo Coccino Decano, apud Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 8. in princ. n. 53. & 67.* cenſuit talem electionem eſſe nullam etiamſi unicum tantùm ſuffragium publicetur: & refert Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub.27. n.11.*
13 Hinc etiam nulla erit electio, quando aliqui ex electoribus unicam ſchedulam recipiunt unico nomine ſcriptam, & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri reponunt in capſula: ſimiliter qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſchedulas, & unam quam voluerint, reponunt, alteram ſcindunt, quia ſcriba potuit revelare talem, qui non habuit niſi unam ſchedulam, vel talem, qui non habuit duas, ut referunt deciſum Nicol. Garc. *d.c. 4.* Caſtell. *de elect cap. 5. n. 25.* Fr. Sigiſm. à Bononia *in ſimili tract. dub. 31. n. 5.* Rot. *in d. Trevirenſi Abbatia S. Maximini*, apud Maſſobr., *dict. prælud. 8. in princ. n. 99.* Faciunt
14 quoque electionem non ſecretam eligentes per ſchedulam aliquo patenti ſigno ſignatam, ut innoteſcat ſcutatoribus, vel uni ex illis, quod talis elector eligit illum nominatum in ſchedula. Ita referunt deciſum Laur. de Peirinis *tom. 1. de Religioſo ſubdito, q.1. de Obedientia, c. 11.* Caſtell. *de elect. c. 4. n.61.* ubi *n.66.* pariter reſolutum atteſtatur de anno
15 1625. electiones pro Canonicis non haberi ſi ſcrutatores præcepto Superioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint.

Eligendæ autem ſunt perſonæ ſpectatæ virtutis, 16
& ſanctitatis, & quæ religionem eorum Ordinum, quibus præficiuntur, ſint profeſſæ, aut profiteantur. *c. Presbyteros, cum ſeqq. 16.q.1. & cap. 1. cum ſeqq. 18. q.2.* etiam in Monaſteriis, quæ in titulum, vel commendam conferuntur, ſive ſuos Conventus habent, ut vult. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 21.* alte- 17
rius verò Religionis, vel habitus non eſt aliquis aſſumendus ad quamcunque Monaſterii Præpoſituram *c. cum ſingula, §. prohibemus, de prabend. in 6. Clem. 1. de elect.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.2.q.23. art. 11. concl. 47.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſ. lib. 5.q. 373.* Fr. Emman. *qq. Reg. tom.2.q.52. art.4.* ubi dicit, quod extanei, id eſt alterius Religionis alumni, non poſſunt aſſumi ad Prælationes illius Religionis, ubi non ſunt profeſſi, niſi id auctoritate Apoſt. concedatur, vel conſuetudine introductum ſit, ut ex certo alio gremio eligendus aſſumatur. Unde Nav. *commento 3. de Reg. in princ.n.2.* & Fr. Emm. *d. tom.2. q.123. artic.4.* obſervant Reges Hiſpaniæ, quibus Adrianus VI. indulſit jus præſentandi in ſuis Regnis Abbates, & alios Præfectos Collegiatarum ſæcularium & Regularium, ſaltem Conſiſtorialium, non potuiſſe præſentare antè, & multò minùs poſt Conc. Trid. ad Præfecturas Regulares perſonas ſæculares, nec Regulares alterius Ordinis. Refert Nicol. Garc. *de benefic.p.7.c. 10. n. 14.* Ne autem in iis fraus aliqua adhiberi poſſit, debet in promiſſionibus horum Monaſteriorum qualitas ſingulorum exprimi nominatim, ut ſtatuit Conc. Trid. *d.cap.21.* De ſpecialibus autem requiſitis in Abbatibus eligendis, ſuprà vidimus *lib. 1. cap. 18.*

Abbatiſſa verò, & prioriſſa, & quæcunque alio 18
nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligenda eſt, ut ſtatuit Conc. Trid. *d.ſeſſ.25. de Reg. c. 7.* non minor annis XL. & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit: quod ſi harum qualitatum præficienda in eadem Monaſterio non reperiatur, ex alio ejuſdem Ordinis Monaſterio poteſt aſſumi; & ſi hoc etiam incommodum

superiori videatur ex eis, quæ in eodem Monasterio annum XXX. excesserint, & saltem quinque annis post professionem rectè vixerint, electio fieri debet. Megala *in prompt. Theolog. verb. Abbatissa, n.* 3. Ursell. *in concl. legalib. verb. Abbatissa, concl.* 3. *n.* 17. Novar. *in lucerna Regular. verb. Abbatissa, n.* 5.

19 Circa quam ætatem XL. annorum non potest Episcopus dispensare, ut resolvunt Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *n.* 71. Aloys. Ric. *in decis. Curiæ Arch. Neapol. decis.* 309. *v.* 9. *p.* 4. me citato *in hoc loco*, novissimè Didac. Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requis. anno* 40. *q.* 2. Machado *en su perfecto Confessor, tom.* 2. *l.* 5. *p.* 3. *docum.* 4. *tract.* 4. *n.* 1. *&* 2. Armendar. *in addit. ad Recop. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, n.* 102. Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *q.* 9. Sigism. à Bonon. *de elect. dub.* 62. *n.* 6. Fr. Ludov. Miranda *de Monialib. q.* 6. *art.* 4. Ursell. *d. concl.* 3. *n.* 16. Hieron. Roder. *in compendio qq. Regul. res.* 2. *n.* 5. Novar. *d. verb. Abbatissa, n.* 6. *& in singul. Juris Can. concl.* 13. *n.* 2. ubi *n.* 3. Contra Nic. Garc. *ubi proximè*, tenet quod prædicti quadraginta anni non requiruntur completi, quod etiam novissimè multis conprobat Portel. *in consult. mor. p.* 1. *casu* 13. Lezana *in sum. qq. Regul. tom.* 3. *verb. Abbatissa, n.* 2. Unde electio Abbatissæ, quæ ætatem qua-

20 draginta annorum requisitâ non habebat, si in Monasterio non desunt aliæ Moniales quadragenariæ, atq; habiles, licèt non adeò idoneæ sicut electa, est nulla. S. Cong. Conc, *in Viterbien.* 16. *Maij* 1623.

21 In Abbatissam, vel Priorissam, seclusis Religionum privilegiis, absque dispensatione Apostolica, illegitima eligenda non est, ut tenent Majol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 19. *in fine*, Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de dispensat. super defectu natal. in fine*, Nav. *in man. c.* 27. *n.* 201. *& commento* 2. *de Reg. n.* 60. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 50. *sect.* 5. *n.* 15. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 5. *q.* 12. *n.* 11. Sayr. *de censur. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 3. *in fine*, Bellet. *disquis. Clerical. p.* 1. *tit. de discipl. Cleric.* §. 3. *n.* 5. Nald. *in sum. verb. Abbatissa, n.* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 19. *&* 20. me citato *in hoc loco*, Machado *d. tr.* 4. *doc.* 4. *n.* 3. Novar. *in lucerna Regul. verb. Abbatissa, n.* 10. Sanctarel. *var. resol. q.* 40. *num.* 7. Ego ipse *in collect. ad cap.* 1. *n.* 7. *de fil. Presbyt.* & S. Greg. Concilij *sub die* 27. *Aprilis* 1630. censuit electionem in Abbatissam Monialis, quæ est illegitima, absque dispensatione Apost. esse de jure irritam, circunscriptis privilegiis, quidquid dicant Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 11. Miranda *de Monialib. q.* 6. *art.* 3. & Portel. *d. verb. Abbatissa, n.* 6. Hieron. Roder. *d. resol.* 2. *n.* 21. Lavor. *var. lucubrat. tit.* 4. *c.* 24. *n.* 39. Lezana *in sum. quæst. Regul. c.* 26. *n.* 6. nisi earum resolutio procedat attentis Mendicantium Religionum privilegiis, secundùm quæ illegitimæ habilitantur ad omnes gradus suæ Religionis, prout Episcopo Cortonensi rescripsit S. Cong. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 4. Octob. 1594. & antea *in Cordub. de an.* 1582. declaraverat, Moniales ex illegitimo thoro procreatas, Constit. Fel. record. Sixti V. contra Regulares illegitimas edità, non comprehendi, quominus ad officium & dignitatem Abbatissæ, vel Priorissæ, aliave Monasterij munia eligi possint. Nec etiam bigama, ut per *c.* 1. *dist.* 78. resolvunt Majol. *d. c.* 19. *n.* 14. & Vivald. *in candel. aureo, p.* 2. *c.* 5. *numer.* 8. *in* 2. *edit.* observantes quoad

22 hunc effectum, dici etiam bigamam, quæ post castitatis votum prævaricata est: refert Sanch. *d. cap.* 4. *n.* 83. ubi addit rationem, quia sicut viri bigami sunt Prælationum incapaces ita, & mulieres bigamæ; quem sequi videtur Machado *d. docum.* 4. *n.* 4. At hanc Sanch. sententiam & rationem non omninò non placere tradit Hieron. Roderic. *d. resol.* 2. *n.* 23. quia lex pœnalis loquens de viris non extenditur ad fœminas, *c. general. de elect. in* 6. tum quia bigamiæ irregularitas indicta est à Jure ad arcendum bigamos à susceptione ordinum sacrorum primò, & directè: unde ex vi hujus prohibitionis indirectè tantum incapaces videntur Prælationum num & dignitatum, quatenus scilicet istis annexa est jurisdictio, & potestas Clavium. Cùm ergo fœminæ sunt incapaces sacrorum Ordinum recipiendorum, consequenter sunt incapaces bigamiæ, seu hujusmodi inhabilitatis, ac proindè illis non videtur repugnare, habere officium Abbatissatûs, quatenus est quædam administratio sine jurisdictione spirituali, & sine potestate Clavium, quæ administratio earum statui non repugnat, idque absque ulla dispensatione fieri posse, consequenter dicendum est. Sic Hier. Rod. *ubi sup. n.* Nec etiam infa- 23
mis Abbatissa esse potest, secundùm Majol. *d. c.* 29. *n.* 12. *&* 13. Vivald. *d. c.* 5. *n.* 5. *n.* 11. Sanch. *d. c.* 5. *n.* 24. extendentes sive infamia sit juris, sive facti.

Nec quoque illa, quæ virgo non est, in Abbatis- 24
sam eligi potest, ut per *caput juvenculas*, 20. *q.* 1. *c.* 2. *q.* 7. resolvunt Mand. *de signatura gratiæ, tit. dispensatio pro corrupta*, incip. *statim, & in addit. ad Lap. alleg.* 60. *lit. N*, Selva *de benefic. p.* 4. *q.* 7. *n.* 6. Majol. *d. lib.* 1. *c.* 27. *num.* 13. Vivald. *d. c.* 5. *num.* 13. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *q.* 64. *art.* 4. *& tom.* 2. *qu.* 54. *art.* 3. Castellin. *de elect. c.* 17. *num.* 5. pariter resolventes in hoc solum Pontificem posse dispensare. At Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 22. & Portel. *in dubiis Regul. verb. Abbatissa, post num.* 10. Machado *d. tr. cum.* 4. *num.* 5. existimant ad Abbatissæ munus non desiderari virginitatem, nisi ubi mos esset impertiendi Abbatissis benedictionem specialem virginum propriam, seu consecrationem: & addit Fr. Emm. *tom.* 3. *addit. sum. c.* 3. *num.* 9. Jura illa tantùm procedere in Abbatissis benedictis, & consecrandis velo virginitatis, & se retractat ab opinione contraria, quam priùs amplexus fuerat loco suprà proximè citato: refert, & sequitur Hieronym. Roderic. *d. resol.* 2. *n.* 26. ubi ex Portel. tenet intrepidè, posse non virginem, seu viduam esse Abbatissam, & velari velo Prælationis, & huic sententiæ subscripsisse doctissimum P. Suarez è Societate Jesu, dum adhuc superstes viveret, ibi testatur. Idem tenent Lezana *in summ. qq. Regul. c.* 26. *n.* 5. Ursel. *in conclus. legalib. verb. Abbatissa electio, concl.* 3. *n.* 1. Novar. *in lucerna Regular. verb. Abbatissa, n.* 1. *&* 2.

Et sacra Congreg. negotiis Episcoporum, & Re- 25
gularium præposita declaravit, *Abbatissas, aut Priorissas, expleto officiorum suorum triennio, non eligendas denuo ad eadem officia absque Sedis Apostolicæ, aut S. Congregationis licentia.* Et apud eandem, *Abbatissa & Monialibus de Olivellas Ulyssbon. petentibus declarari utrum soror Abbatissæ possit succedere in* 26
officio sorori, si Canonicè eligatur, dummodò non adsit aliquod impedimentum legitimum circa ejus personam, vel prohibeatur per constitutiones Ordinis. S. Congr. respondit, *quod non est prohibitum in Jure*, sub die 19. Aprilis 1619. cujus declarationis meminêre Castellin. *de elect. c.* 17. *n.* 8. & Joan. Ant. Novar. *in sum. Bullarum, verb. Abbatissa, n.* 6. & ejus Fr. Ioan. Maria Nov. *in lucerna Regul. verb. Abbatissa, n.* 7. *&* 8. Moniales descendentes ex maculato genere, putà Hebræorum, vel Sacracenorum, Iure communi eligi possunt in Abbatissas, seu Priorissas, cùm jus commune non resistat, & Constitutiones aliquæ Summorum Pontificum, quæ pro aliquibus Religionibus

emana

emanarunt, ſolùm loquantur de viris, & non de fœminis, ac per conſequens ad illas extendi non debeant. Ita Miranda *de Sanctimonialib. q. 6. art. 2.* Portel. *in dub.Regularib.verb.Abbatiſſa, n. 6.* quos refert & ſequitur Lezana *in ſum. qq. Regul. tom. 3. eod.verb.num. 9.*

27 Ex tripartito numero Monialium duæ partes concurrere debent in electione Abbatiſſæ, *cap.in demnitatibus,§.ſanè*, ibi, *quæ à duabus partib. &c. de elect.lib.6.* niſi alia fuerit loci conſuetudo,& ſi fuerint diſcordes, poteſt Epiſcopus nominare unam, quam magis idoneam judicaverit. Ita Epiſcopo Aſſiſii reſcripſit S. Congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ſub die 20. Novembris 1585. & hoc ipſum ab ea fuiſſe deciſum atteſtatur Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. n. 37.vers. in Monaſteriis*, quem refert Zipæus *in analytica poſtremi juris Eccleſ. enarr. ſub tit. de elect. n.9. Abatiſſa, in fine.* Novar. *in lucerna Regul. verb. electio,n.13.* Rota apud Tamb. *in fine tom. 3. de jure Abbatum,dec.17.n.5.* Lezana *in ſum. tom. 3. verb. Abbatiſſa,n. 6.* Debet tamen Epiſcopus priuſquam in caſu diſcordiæ deputet unam in Abbatiſſam, ut ſuprà, Monialibus ipſis competens tempus ad ſe concordandum aſſignare, quo verè elapſo, ad deputationem devenire poterit,ut eadem S.Cong. declaravit,reſcribens Epiſcopo Cremon. ſub die 12.

28 Octobr. 1592. Nullatenus autem Superior ipſarum, aut ſcrutator dare poterit votum in electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, ubi inter Moniales circa ejus electionem diſcordia extiterit, ſicut ab eadem S. Congregatione deciſum fuiſſe refert Lavor. *var. lucub. ac.ſit. 4.c.24.n.42.* & Caſtell.*d.c. 17 num. 28.*

29 Lezana *d.tom.3.verb. Abbatiſſa, n. 4* Nec prætextu interveniendi electioni Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, ſepta Monialium ingredi poterit, cùm illa ad Monaſterii crates peragi valeat,ut cenſuit eadem Con-

30 gregatio ſub die 16. Octobris 1600. quæ annuente Clemente VIII. declaravit ſub die 22. Maii 1604. Conſtitutionem 80. Gregorii XIII. fel. memor. incipientem *Expoſcit*,editam 1.Januarii 1583. ſuper mutatione officii Abbatiſſæ ac Prioriſſæ Monialium in Italia exiſtentium, ſingulis quibuſcunque trienniis, *obſervari in omnibus Monialium monaſteriis quarumvis Militiarum etiam Hieroſolymitanorum.*

31 Nota, quod electio Abbatiſſarum S. Claræ per ſchedulas,& vota ſecreta celebranda eſt, ſecus facta, omninò irrita eſt,ex præcepto Sixti V. In Monialibus verò aliorum Ordinum ſufficit, quod fiat per vota, ſeu ſuffragia vocetenus expreſſa, dummodò ſecretò audiantur. Fr. Emman. *in addit. tom. 3. c. 3. n.12. in fine.* Hieronym. Roder. *d. reſ. 2. n. 22.* latè

32 Port. *in conſult. moralib.p. 1. caſu 14.* Inde S. Congregatio Conc.teſte Nicol.Garc. *de benefic. p.5. c. 4. n. 190.* cenſuit *in electione Abbatiſſarum poſſe Epiſcopum cum ſuo Vicario, ſeu ſecretario, vel alio ab ipſo aſſumpto, vota ſingularium Monialium oretenus expreſſa audire*; additque *ea vota oretenus accipi poſſe à ſuis Superioribus, licet quatuor, aut quinque ea ſciant, ſi hoc eſt juxta formam ſtatutorum Religionis.*

33 Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum electionibus poteſt Epiſcopus unà cum Superioribus Regularibus per ſe,vel per alium intereſſe, ac præſidere, abſque ulla tamen Monaſteriorum impenſa, ut ſtatuit Gregorius XV. *in ſua Conſt. incip. Inſcrutabili*, ſub dat. Nonis Februar.1622.Lezana *in ſum.tom. 1.cap. 25. n.46.& tom.3. verb. Abbatiſſa, n. 10.* qui addit Sacram Cong.declaraſſe, non propterea jus illas confirmandi Epiſcopo attributum cenſeri debere. Et

34 ideo Regulares tenentur diem electionis Abbatiſſæ Epiſcopo ſignificare, eumque uſque ad præfinitum tempus expectare,ſi antè ipſe expreſsè declaraverit, ſe uti velle facultate ſibi hac in parte attributâ,Abbatiſſarumque electionibus per ſe, vel alium intereſſe, ac præſidere. Poſt eam verò declarationem licet Epiſcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatiſſæ electionem procedunt. Ita S.Cong. Conc. *dub. 15. de ann. 1626.* imò preſſa poſt. meum tractarum *de officio Epiſcopi, parte 6.in fin.* ſecundùm Lugd. impreſſ. Die 10. Septembris 1639.Sacra Cong.Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Trid. Interpretum cenſuit, *Epiſcopum in electione Abbatiſſæ monaſterii Monialium Regularibus ſubjectarum non poſſe exquirere, ſeu recipere vota Monialium, ſed illum exquiri & recipi debere à Superiore Regulari, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo.* Refert. Laur. de Peirinis *de privil. Regul. tom. 3. ubi de decretis noviſſ. Sacræ Congr.decreto 16.pag.570.*

Abbatiſſæ Ciſtercienſes, & Clariſſæ, ſeu aliæ 35
Ordini minorum ſubjectæ, durant per trennium, quo finito tenentur renunciare ſub pœna excommunicationis, ut habetur *in compend. Minor.* ſed hoc pro ſola Italia præceptum eſt quoad omnes Abbatiſſas Religionum per Greg. XIII. *in ſua Conſt. incip. Expoſcit*,1.Januar.1583. quam referunt Quar. *in ſum. Bullar.verb. Abbatiſſa*, & Caſtellin. *d. tract. de elect cap. 17.n. 9.* ſubdens *n. 13.* ex Portel. *verb. Abbatiſſa, num. 4.* idem ſtatuiſſe Sixtum V. quoad Clariſſas. Unde extra Italiam omnes Abbatiſſæ præter Clariſſas, poſſunt finito triennio reeligi, & continuari.Fr.Emm. *qq.Regul. tom. 1. q. 16. art. 2. & 3.& in addit.ſum.tom. 3.c. 3. n. 6.* Miranda *tract. de Monialib.q.7. art. 9.* At in Portugallia Abbatiſſæ S. Claræ non poſſunt reeligi intra ſexcennium, ex ſpeciali Conſt. S. M. Pauli V. ut referunt Portel. *in dub.Regul. verb. Abbatiſſa, num. 4.* Hieron, Roderic.*d.reſol. 2. num. 6.* ſed poſſunt finito triennio eligi in præſidentes uſque ad novam electionem, ob pacem, & bonum regimen Conventûs, ubi uſus obtinuit, non obſtante dicta Conſtitutione Sixti V. Ita Fr. Emman. *d.art. 3.& d.c. 3. n. 7.* Miranda *d.q.7. art.9. concl. 2.* Hieron. Rod. *in reſ. ſub n.6.* Benedici autem non ſolent triennales Abbatiſ- 36
ſæ hujuſmodi; jus enim diſponens quod perdunt Abbatiſſarum, ſi intra annum à confirmatione non benedicantur, intelligitur de perpetuis. Fr. Emm. *d.tom.1.q.12.art.3.in fine*, Hieron. Rod. *d. reſ. n. 3.* Et iſtæ, ſcilicet perpetuæ, intra annum à ſuæ Confirmationis tempore computandum manus benedictionis ſuſcipere debent, alioquin niſi ſubſit cauſæ rationabilis, à jure ſuo cadunt. *Clem. Attendentes, 8.ſtatuimus, de ſtatu Monach.* Lez. *d. verb. Abbatiſſa.n.11.* & de forma talis benedictionis, Tamb. *de jure Abbatiſſ.diſp.29.q. 5.*

Conſtitutiones præfatæ Gregorii XIII. & Sixti V. prohibentes eligi Abbatiſſas perpetuas, non 37
habent locum in illis, quæ fiunt per præſentationem, & inſtitutionem; facilè enim redítur ad jus antiquum,in quo talis inſtitutio, & confirmatio erat perpetua. Portel. *d. verb. Abbatiſſa, n. 10.* ubi addit primam fundatricem alicujus Conventus S. Claræ poſſe continuari in officio Abbatiſſæ per XX. annos, per ſtatuta hujus Ordinis: refert Hieron. Roder.*d. reſol.2. num. 7.* ubi reſolvit poſt expletos XX.annos Abbatiſſatûs, poſſe præfatam fundatricem iterum eligi in Abbatiſſam. Multa circa Conſtitutionem Gregorii XIII. tradit Novar. *d. verb. Abbatiſſa, per tot.* ubi *num. 3.* quod Abbatiſſa eligi poteſt minori tempore triennii: & *n. 9.* quod Abbatiſſa finito triennio non tenetur renunciare Abbatiſſatui

tissatui, sed expectare creationem novæ Abbatissæ: & *num.* 14. quod Officiales Monasterij, præter Abbatissam, eligi possunt ultra triennium. Machado *d. docum.* 5. *n.* 6. Tambur. *de jure Abbatiss. disput.* 30. Nald. *in sum. verb. Abbatissa, num.* 5. Lezana *eod. verbo, num.* 12. *cum seqq.*

38 Officium autem Abbatissæ est idem in suo Monasterio, quod Abbatis, aut Generalis in Monachos; quæcunque enim competunt Abbati, ea ferè omnia locum habent in Abbatissa (exceptis quæ fœminæ repugnant.) Marc. Ant. Cuch. *lib.* 3. *instit. major. tit.* 13. *de Abbatissis*, Hier. Roder. *d. resol.* 2. *sub num.* 25. *vers. & confirmatur.* Ipsa igitur jure antiquo solebat visitare Monasteria sibi subdita, eaque legitimè impeditâ ad egrediendum, licebat per alium etiam virum omni exceptione majorem visitare: at nunc jam id non licet, ex Conc. Trid. *sess.* 25. *de Regularib. c.* 5. Fr. Emm. *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 5. *art.* 10. Hieron. Rod. *d. resol.* 2. *n.* 15. me citato *in hoc loco*, Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 3. *tract.* 4. *docum.* 5. *num.* 1.

39 Potest cum Monialibus suis dispensare circa jejunia regulæ, & circa esum carnium, & lacticiniorum, sive ovorum, quando cognoverit dictas Moniales propter debilitatem vel aliam causam, non posse ita commodè hujusmodi jejunia, & abstinentias servare, prout Abbatissis S. Claræ concessit Paul. III. teste Hieron. Roder. *d. resol.* 2. *num.* 13. ubi ex Portel. *in add. ad dubia Regularia, verb. Abbatissa, n.* 3. advertit, quod ista non est propriè dispensatio dimanans à jurisdictione spirituali (cujus est incapax fœmina) sed Abbatissa declarat, vel dispensat auctoritate Papæ.

40 Imponere potest præcepta spiritualia suis Monialibus, quia promittunt ei obedientiam, non tanquam matri, sed tanquam Prælatæ, cujus munus est approbatum à Sede Apostolica, juxta Regulam, quam profitentur ad regimen spirituale, & temporale gregis sibi commissi, in omnibus illis, quæ non repugnant sexui fœmineo: cui non contradicit potestas imponendi præcepta spiritualia, quando necessitas adest, maximè si id habeat ex commissione Superioris. Ita Fr. Emman. *tom.* 3. *addit. sum. cap.* 3. *n.* 10. mutatâ sententiâ, quam probaverat *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 12. *art.* 2. *&* 4. 25. *art.* 1. Miranda *in tract. de Monialib. q.* 7. *art.* 4. *concl.* 3. *ad finem*, Azor. *inst. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *q.* 7. dum docet Abbatissam posse præcipere Monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, ratione voti emissi in professione, quia officio Prælati fungitur, eique Moniales ex vi professionis emissæ parêre coguntur, tanquam habenti potestatem, & jurisdictionem à Superioribus commissam. Nec omninò dissentit, quamvis oppositum defendant, Sanch. *in præcept. Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 1. *n.* 22. dum ait posse Abbatissam præcipere sub pœna voti obedientiæ præstiti, vel in virtute obedientiæ sibi debitæ: ad quod faciunt tradita per Suarez *tom.* 4. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 12. ubi resolvit Abbatissas habere veluti quemdam usum spiritualis jurisdictionis per Claves commissum; licet concludat, nunquam habere propriam jurisdictionem spiritualem in Moniales per seipsas. Ubi etiam *num.* 13. *&* 14. explicat, quomodò in Clericos sibi subjectos habeant jurisdictionem quodammodò spiritualem.

41 Debet Abbatissa certiorem facere Episcopum de tempore professionis Virginum ante mensem, juxta decretum Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regularib. c.* 7. cujus meminimus *in nostro formulario Episcop. form.* 42. *in fine, vers. probationis anno.*

Virgines verò velare non potest Abbatissa, nec 42
Moniales benedicere, *cap. statuimus* 20. *q.* 1. nec earum Confessiones audire, vel publicè prædicare, *cap. in nova, de Pœnit. & remiss.* Nec dispensare in votis Monialium, nec ea commutare, quia caret spirituali jurisdictione; benè tamen potest ea irritare per potestatem dominativam, quam habet super subditas: quæ quidem major est eâ, quam habent pater, & maritus super filios, & uxorem. Ita Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 24. *art.* 7. Suar. *tom.* 1. *de Relig. tract. de voto, lib.* 6. *c.* 7. *n. ult.* Petr. de Ledesma *in sum. tom.* 2. *tract.* 10. *c.* 7. *ad fin.* Less. *de just. lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 14. *num.* 107. *verb. Abbatissa*, Sanch. loquens de irritatione, *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 33. *n.* 19. & quoad dispensationem *c.* 39. *n.* 7. & quoad commutationem *c.* 49. *num.* 24. Portel. *d. verbo Abbatissa, n.* 2.

Est tamen notandum id, quod dicit Cabilon. 43
Conc. II. tempore Caroli magni, *c.* 52. *Puellarum*, inquit, *Monasteriis tales præferri debent fœminæ, & Abbatissa creari, qua & se, & subditum gregem cum magna Religione, & sanctitate noverint custodire, & his quibus præsunt, prodesse non desinant, sed & se, & illas ita observent, utpote vasa sancta in ministerio Domini præparata; talem enim se debet Abbatissa subditis exhibere in habitu, in veste, in communi convictu, ut eis ad cœlestia regna pergentibus ducatum præbeat; sciat etiam se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem reddituram.*

Postremò circa electionem Præpositorum est 44
notandum, quod Priores Conventuales Canonicè electi non debent nisi pro manifesta, & rationabili causa contra regularia statuta mutari, *cap.* 2. *in fine, de statu Monach.* Ita nec monachi arbitrio suo possunt Abbatem expellere, *cap. nullam*, 18. *q.* 2. nec renunciare volentem debet Episcopus violenter in loco suo retinere, ut dicitur *in cap. fin.* 16. *q.* 7. *& in cap. Abbas*, 18. *q.* 2. Præpositorum autem officium consistit in multis, secundùm suarum regularum statuta, & consuetudines, sed specialiter de jure communi *in Clem. Religiosi, de privileg.* eis præcipitur, ut ea quæ à Religiosis servanda Canones statuerunt, ipsi curent observari: præsertim verò circa ea, quæ Monachis prohibentur, & pro regulari disciplina servanda, debent Capitula generalia de triennio in triennium congregare, *cap. in singulis, de Regularibus*; & in Capitulo debent regulam suam vulgari sermone exponere, *Clement. ne in agro, de statu Monach.* Et denique omnes Monachos, seu Religiosos sibi subditos, & bona, ac jura Monasterij regere, disponere & gubernare, ut suprà de Abbatibus vidimus. Specialiter verò res Ecclesiæ, aut Monasterij prohibentur alienari, *Clem.* 1. *de rebus Eccles. non alien. & lib.* 3. videbimus. De Prioribus autem etiam suprà specialiter tractavimus *lib.* 1. *c.* 30.

Caput XLVI.

De Procuratoribus Ecclesiasticis.

SUMMARIUM.

1 *Procuratores Ecclesiastici dicuntur, quorum interest Ecclesiasticarum rerum, ac causarum curam gerere.*

2 *Administratores omnes Ecclesiasticarum rerum generali nomine Procuratores vocantur, quidam Præpositi, alij œconomi.*

3 *Syndicus in causis judicialibus procurator est, qui ab universitate, seu Collegio eligitur.*

4 Vi-

4 *Vicedominus dicitur, qui præst rebus Episcopi.*
5 *Oeconomus debet Clericus, non laicus eligi, & est constituendus auctoritate Episcopi, seu Prælati ipsius Ecclesiæ.*
6 *Vicarius Episcopi absque speciali ejus mandato non potest œconomum constituere.*
7 *Oeconomus Sede Episcopali vacante est à Capitulo ipsius Ecclesiæ, vel eo negligente à Metropolitano constituendus.*
8 *Oeconomi officium quod?*
9 *Oeconomi res Ecclesiarum in casibus prohibitis alienantes, quam pœnam incurrant? & n. 11.*
10 *Oeconomus si non sit solvendo, an possit emptor habere regressum contra Ecclesiam?*
12 *Oeconomi coram Episcopo rationem œconomiæ reddere debent.*
13 *Syndici officium quod sit, ostenditur.*
14 *Monasterium, civitas, vel alia universitas, an, & quando obligetur ex syndici contractu, ostenditur.*
15 *Vicedomini officium est curam domus Prælati gerere, & hospitibus supervenientibus, vel causis quæ eveniunt, paratum existere.*
16 *Majordomus, Præpositus, œconomus, & Vicedominus idem sunt, & per illos intelligitur quilibet Ecclesiasticarum rerum administrator.*

1 ULTIMO loco inter personas Ecclesiasticas illæ annumerantur, quarum interest Ecclesiasticarum rerum, atque causarum curam gerere, negotiaque tractare; & in hujusmodi rebus externis ipsi Ecclesiarum Prælatis, aut Ecclesiis, vel Monasteriis inserviunt, cùm reliqui Clerici, atque Monachi à litigiis forensibus submoveri, nec negotiis sæcularibus debeant immisceri, *c. unic. de syndico, & supra de vita & honest. Cleric.* ostendimus.

2 Circa hujusmodi ergo personas est primò sciendum, quod omnes Ecclesiasticarum rerum administratores generali nomine procuratores vocantur, *in cap. Salvator*, ubi Gloss. 1. q. 3. sed eorum quidam speciali nomine Præpositi appellantur, *cap. quamvis, de verbor. signific.* id est, qui supra alios administratoribus præsunt; alij verò œconomi dicuntur, id est magistri domus, à Græco vocabulo, etsi sub
3 Præposito administrant, *l. jubemus, C. de sacrosanct. Eccl.* Alij quoque sunt, qui Syndici nuncupantur, est autem Syndicus in causis judicialibus procurator, qui ab Universitate, seu Collegio eligitur, & Latinè potest defensor appellari. Hic differt ab actore, qui ad præsentes tantùm causas constituitur; Syn-
4 dicus verò etiam ad futuras. Qui verò præest rebus Episcopi, dicitur Vicedominus, *c. volumus 79. dist.* Gastaldus verò, sive Gastaldio dicitur, qui curam habet externarum rerum Gloss. *verb. gastaldum, in cap. Salvator*, 1. q. 3. id est, cui res externæ à Clericis gubernandæ mandantur, & Majordomus solet appellari; quamvis propriè videatur hic esse œconomus. ut *in d. cap. volumus*. Defensoris autem appellatione generaliter comprehenditur syndicus, qui & advocatus; item Gastaldus, & actor: cæteri verò sub procuratoris nomine continentur, sicut & ipsemet defensor. Et hæc quidem de Jure Canonico, in quo tamen non est jus in nominibus; nam sæpiùs hujusmodi nomina confunduntur, & personæ similes secundùm locorum consuetudines nominantur.

5 De œconomo autem frequentior est in Jure tractatio, & ex ejus notitia cæterarum personarum ferè dignoscuntur officia. Oeconomus ergo debet Clericus, non laicus eligi, *lib. 7 cap. quia in quibusdam, c. indicatum, 89. dist. c. in nova, 16. q. 7.* Laicus enim non potest esse generalis procurator, seu administrator in locum Prælati absentis, ut innuit Greg. *lib. 7. epist. 66.* quia debet hoc officium committi Clericis probatis, & sic bonæ vitæ, nullâ suspicione notatis: tum ad decorem Ecclesiæ, tum ne bona dilapidentur à talibus, *c. indicatum, dist. 89.* In temporalibus verò esse poterit laicus administrator, præsertim ubi Clericus non reperitur idoneus. Panorm. *in cap. decernimus, de judic.* Est autem constituendus auctoritate Episcopi, seu Prælati ipsius Ecclesiæ, *cap. cùm simus, 9. q. 3.* & in defectum Prælati à superiore Prælato, & de gremio ipsius Ecclesiæ est constituendus, *dict. c. quia in quibusdam*, sed non ipsius Prælati consanguineus. *cap. desenter, 79. dist. cap. pervenit 1. q. 3.* Unde Episcopi Vicarius 6
absque speciali ejus mandato non potest œconomum constituere. Lap. *alleg. 8.* ubi Mandos. *in verb. œconomum*, Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. q. 53.* Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. œconomus, n. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. res. 493.* Narbona *de appell. à Vicario ad Episcopum. p. 1. n. 235.* ubi subdit contrarium non dicere Suar. *de Pan. in pract. tom. 2. prælud. 3. num. 8.* quia loquitur de œconomo, qui ad custodiendos fructus Ecclesiæ patronatæ vacantis, nondum provisæ ob patronorum discordiam, constituitur, cujus œconomi constitutio Vicario ex generali commissione pertinet. Sede autem Episcopi vacante, est à Capitulo ipsius 7
Ecclesiæ, vel eo negligente, à Metropolitano œconomus constituendus, ti ut statuit Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 16.* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 2. n. 4. dist. 89.* Scip de Rub. *d. verb. œconomus, num. 3.* In aliis quoque Ecclesiis vacantibus debet œconomus constitui, cùm Rectoris novi institutionem ex causa differri oporteat, *cum vos, de offic. Ordinarij.*

Est autem officium œconomi res omnes Eccle- 8
siæ fideliter administrare, & gubernare, tanquam Ecclesiæ patrimonium, *per tot. dist. 79.* & fructus Ecclesiæ diligenter exigere, dispensare, augere, nec illos consumere, *d. c. cum vos*, & de omnibus denique Episcopo, vel Capitulo rationem reddere, §. *hoc jus 10. q. 2. c. Diaconorum, & c. judicatum, 79. dist.* quod ex decreto Concil. Trident. *sess. 22. de reform. c. 9.* fieri singulis annis debet, etiam ab administratoribus Confraternitatum, Montis pietatis, & quorumcunque locorum piorum; salva tamen institutione, & ordinatione cujuscunque loci, ut *infra lib. sequenti* ostendemus. Institutus verò in Ecclesia vacante œconomus, potest non solùm fructus recipere, sed etiam in utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ expendere, aut successori eadem reservare, *d. c. cum vos, de offic. Ordinarij.* Oeconomi res Ecclesiarum in casibus prohibitis alienantes pœnâ legis Leonis afficiuntur, & emptor pre- 9
tium amittit, & rem cum fructibus reddit. *Auth. de non alien. aut permut.* ibi: *Si quis emere præsumpserit rem Ecclesiasticam, aut phrochicam, cadat quidem & res, & pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medij temporis incremento: & contra sanctissimam quidem Ecclesiam, aut venerabilem domum nullam omnino habeat actionem; contra venerabiles verò œconomos, qui omninò vendiderunt, in propriis eorum substantiis ex contractu habeat actionem ut meus suæ substantiæ, etsi non propter Dei timorem, tamen segnities circa venditionem fiant.* In qua Auth. Barth. quærit, posito quod œconomus non sit solvendo, an possit emptor 10
habere regressum contra Ecclesiam? Gl. *Auth. qui res, C. de sacrosanct. Eccl.* dicit quod sic, quod ita intelligunt

ligunt Doctores esse verum, quando emptor est bonæ fidei, aliàs imputet sibi, quia sibi cavere non fecit, ne si aliter diceremus, ex suo dolo commodum reportaret, *l. planè, ff. de legat. 1. cum similibus* · aitque Bart. n2. idem tenere Canonistas *in c. ad audientiam, de rebus Eccl. non alien.* quibus ipse accedit. Teneatur tamen Ecclesia id solùm solvere, in quo ex ea pretio est facta locupletior, ut cum Panorm. tenet Molin. *de justit. tract. 2. disp. 468. vers. quando alienatio*, Dec. *in l. sicuti pœna, n. 3. ff. de reg. jurè, & cons. 404. in fine*, Ludov. Gom. *in §. ex maleficiis, n. 36. Inst. de action.*

11 Item de pœna œconomi alienantis res Ecclesiæ, vel consentientis in illius alienatione, est textus *in l. jubemus nulli, C. de sacros. Eccl.* ibi: *In quacunque alienatione consenserit, commissâ sibi œconomatûs administratione privetur, deque ejus bonis quodcunque exinde incommodum Ecclesia contigerit, reformetur, hæredèsque ejus, & successores ac posteri super hoc facto, sive consensu competenti ab Ecclesiasticis personis actione pulsentur.* Et *in d. Auth. de non alien. aut perm. reb. Eccl.* idem statuitur, in quo Bart. *in princ. n. 2. col. 2.* dicit, quod œconomus emendando damnum Ecclesiæ, non evitat pœnam, per Gloss. *in c. si quis Presbyterorum, de rebus Eccl. non alien. & in c. quod sicut, de elect.* Mench. *illustr. c. 28. n. 3. & 5.*

12 Rationem autem œconomiæ coram Episcopo reddere debent œconomi, ut resolvit Bart. *in Auth. de Sanctissimis Episcop. §. œconomos, collat. 9.* faciunt quæ tradit Escobar. *de ratiocin. administratorum, c. 3. num. 7. cum seqq.*

13 Syndici officium est causas, & lites Ecclesiasticas tractare, *d. cap. unic. de syndico*, qui ad hoc ideo est constitutus, ne Clerici, aut Monachi rebus hujusmodi se immisceant, de quo latè agunt Alciat. *lib. 1. parerg. c. 5.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 3. q. 41. art. 1.* Aviles *ad c. 22. Pretorum.* Azeved. *ad Curiam Pisanam lib. 2. c. 18. 14. & 43.* An autem, & quando ex syndici contractu, & obligatione Monasterium, civitas, vel alia universitas obligetur, vide Gail. *de arrestis Imper. c. 19.* Nicol. Losæum *de jure Universitatis, p. 3. c. 4.* Matth. Coller. *de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 337. cum seqq.* 14

Vicedomini officium est coram domus Prælati gerere, & hospitibus supervenientibus, vel causis quæ eveniunt paratum exilicre, *c. volumus, 80. dist.* ubi Gloss. explicat Vicedominum idem esse ac œconomum rerum Episcopalium, qui Episcopis, & hospitibus supervenientibus provideat: unde patet quâ ratione, licèt non ex justitia, si nomen *Justitia* omninò strictè sumatur, teneatur tamen ex fidelitate, quæ etiam sub justitia non tam arctè sumpta comprehenditur, in contractibus, & negotiis gerendis spectare maxima commoda sui domini; quia etsi ad hoc principaliter ex officio suo non teneatur, tenetur tamen secundariò, ex tacita quadam promissione, quâ dum officium suscipit, censetur se adstringere ad curandam summam utilitatem domini, quantùm commodè, seu communi diligentiâ poterit. Ita Less. *de just. lib. 2. cap. 18. dub. 8. num. 57.* 15

Majordomus, Præpositus, Oeconomus, & Vicedominus idem sunt, & per illos intelligitur quilibet Ecclesiasticarum rerum administrator, *c. Salvator, 4. q. 3. cap. consulere, de simon.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. c. 29. n. 8.* qui cùm in Conimbricensi Academia Sacræ Theologiæ in primaria Cathedra professor emeritus extitisset, sacrarum & humanarum litterarum eruditione, & cognitione clarus, pluribus scriptis feliciter, & utiliter in lucem editis, vir abstinens, orationi deditus, & pœnitentiis assuetus, valde senex Ulyssipone magnis relictis Sanctitatis indiciis, devotissimè in Domino obdormivit, anno 1617. 16

UNIVERSIDAD CATÓLICA DE ARGENTINA
BIBLIOTECA
FACULTAD

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DE BARCELONA
BIBLIOTECA DRET
REG. 11.409
SIG. 09:348 Bär